Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
24 G
15

Fonſecæ
in Metaph
Ariſt.
Tom. I.

C. 4
S. D
A. 4
N. 12-13

14-6.F.34

Digitized by Google

COMMENTARIORVM

PETRI FONSECAE LVSITANI, DOCTORIS THEOLOGI, E SOCIETATE IESV.

In Libros Metaphyſicorum Ariſtotelis Stagiritæ.

Tomus Primus.

Continet hic Tomus quatuor primorum Librorum explicationem.

A mendis quæ præcedentibus editionibus irrepſerunt ſummo labore purgatus.

Cui præmiſſi ſunt eiuſdem auctoris Inſtitutionum Dialecticarum libri octo.



LVGDVNI,

SVMPTIBVS HORATII CARDON.

M. DCI.

CVM PRIVILEGIO.

COL. S. BONAVENTVRA

Digitized by Google

1224 [illegible] 15

Digitized by Google

BIBLIOPOLA
LECTORI.

SI quis fortè (amice Lector) hunc Petri à Fonſeca Dialecticarũ inſtitutionum libellum in frontiſpicio ſtatim huius operis collocatũ admiretur, qui tantum à ſuis ſedibus, quantum Dialecticarum præceptionum rudis à ſubtili & abſtracta Primæ Philoſophiæ contemplatione diſsidet, aberraſſe videtur. Id tribus à me cauſsis factum eſſe ſciat. Nam cum omnia huius authoris ſcripta, perfecta ingenio, elaboratáque induſtria, ſine magno Reipublicæ detrimento ſupprimi non poſſent, & nos eo qui ſemper ad noua huiuſmodi cudenda opera duxit animo ſecundum in Metaphyſicam Tomum Romanis typis emiſſum: noſtris formis iterum quantum per nos fieri potuit emendatum Reipubl. noſtræ (vti arbitror non ingratum) remiſiſſemus, Primam eius partem, ſæpius iam excuſſam & peruerſa malignantium mente, vel ſubtilioris eius ſtudij ignarorum incuria, multis in locis deprauatam magnis docti, & eiuſdem cum authore Societatis viri ſudoribus reſtitutam, ſtatim aggreſsi ſumus, quam cum ex animi voto procedere conſpexiſſem, ſtatim altior mentem meam, Inſtitutiones,

ſcilicet, Dialecticas ſemel tantum Gallicis typis publicatas, & à doctis viris valde deſideratas, ſimul edendi cepit cogitatio: Animum cœptis addidit multa de ſubiecto Dialectices & accurata quæ (vt ipſe Auctor teſtis eſt, harum maturam cognitionem ſupponit) in hoc tomo comprehenſa diſputatio. Contradicẽtium & oppoſitarum enũciationum quæ Dialectices propria eſt, prolixior hic tradita explicatio. Tandem vel nolentem vel hæſitantem rapuit ſumma in pertractanda Dialectica authoris diligentia, qua, omnia tot ab Ariſtotele libris & faſtidioſa prolixitate pertractata, tanta breuitate & ſubtilitate quãta à maiorum nemine, & tam facili methodo, in anguſtum contraxit, vt harum inſtitutionum Lectori (niſi viri antiquitas impediret) inutilis ferè Ariſtotelis lectio videatur. Quem tibi ſi gratum laborem videro, ardentior me nouos ſudores qui ſubinde ab hoc tam ſublimi ingenij viro, & ab aliis eodem ſtudio conciliatis naſcentur, Reipub. fructuoſi, colligendi & publicandi capiet voluptas.

Vale.

INVICTISSIMO LVSITANIÆ REGI SEBASTIANO.

PETRVS FONSECA S. P.

CVM omnia excelſi animi, ac verè regij ornamenta in te præclara ſint, & omnium admiratione digna (Rex inuictiſſime) tum illud in primis & eximium eſt, & maieſtatis tuæ penè proprium, quòd in ea fortunæ, (vt ſic dicam) felicitate natus, vt nunquam te Regem non fuiſſe memineris: ita tamen præceptoris diſciplinam, quæ priuato etiam cuique moleſta eſſe ſolet, adamaſti, vt nõ modò maiores omnes tuos, quos regia maieſtas à communi hominum viuẽdi ratione ſeiunxit, ſed plurimos etiam eorum, qui ſe totos literarum ſtudijs conſecrarũt, eruditione viceris. Et quidem vel hoc vnum mihi ſatis foret, vt tibi has primæ Philoſophiæ lucubrationes dicarem, præſertim cùm intelligam, dialecticas Inſtitutiones noſtras eo tempore, quo tibi eius artis initia tradebantur, non modo placuiſſe, ſed etiam vſui fuiſſe. Verum alia me ratio, vt id facerem propriè inuitauit, atque omnino impulit. Nam cùm hæc ſcribendi opera, quam in publicam vtilitatem confero, ea præcipuè de cauſa mihi pridem iniuncta ſit, vt nobiliſſimis duabus Academijs Conimbricenſi, & Eborenſi (quarum illa à ſuperioribus Regibus fundata, à te magnificè aucta, & nobilitata eſt, hæc à Sere-

Digitized by Google

niſſimo Patruo tuo Henrico Cardinali ampliſſimo præclarè inſtituta, atque in tuum patrocinium tutelámque recepta) præter id laboris, quod olim in earũ cultu poſui, hac quoque ratione prodeſſem: mei ſanè officij immemor eſſem, niſi tuæ Maieſtati ſuſceptum,confectúmque opus nuncuparem. Sed quid ego huius rei priuatas cauſſas quæro, cùm Regia iſta Domus nos omnes ſempiternis ſibi beneficijs deuinctos,atque obſtrictos habeat? Namque ea naſcentẽ Societatem noſtram prima excepit,natam, & per ſeſe vix dum cohærentẽ benigne fouit: adultamq́; nouis in dies beneficijs ornare,& amplificare non deſiſtit. Vix enim primi huius inſtituti noſtri Cultores,& quaſi parentes in vnã familiam,Sedis Apoſtolicæ auctoritate, coaluerant; cùm fœliciſſimæ memoriæ auus tuus Ioannes tertius,vt erat Religionis amplificandæ ſtudioſiſſimus, primùm omnes in Luſitaniam ex Vrbe accerſiuit, atque omninò pertrahere conatus eſt. Deinde,quoniam Dei prouidentia conſtitutum erat, vt paruus ille manipulus in alias quoque orbis plagas diuideretur, cùm duos tantùm obtinuiſſet, alterum in latiſſimas Indiæ regiones, tanquam ad bellum miſit: alterum apud ſe retinuit, qui & rebus Luſitaniæ magis ad pietatem promouendis operam ſuam impenderet, & nouas ſubinde militum copias in Prouincias illas ab orbe noſtro remotiſſimas mittendas curaret. Quæ ex re quanta non ſolùm minimæ huic Societati,ſed vniuerſæ etiã Chriſtianæ Reipub.acceſſio facta ſit, haud obſcurum eſt. Nam & illius opera propè innumerabilis Indorum,& Iaponiorũ multitudo Chriſto nomen dedit: & huius induſtria eſt perfectũ, vt ampla operariorũ vineæ Chriſti ſeminaria inſtituerentur: è quibus illa extant præcipua,Conimbricenſe vnum,quod vt eſt origine in tota Societate primum,ita omniũ longe maximum: alterum Eborẽſe nulli cæterorum,ſiue magnitudine, ſiue ſtudiorum nobilitate ſecũdum. Quibus apud Societatem

noſtram

noſtram collocatis beneficijs, quantũ Rex optimus: & gratiæ, & præſidij adiũxerit: quotq; alia, & quãta ſtudij in nos ſui, monimẽta reliquerit: teſtes ſunt vel externæ nationes, quas illius pietas non exemplo ſolùm, ſed cõmendatione etiam ad notitiam, & amorem noſtræ huius familiæ allexit. Tu verò illius ſceptrũ pari pietate cùm accepiſſes, nõ modo hæc omnia mirificè auxiſti, & amplificaſti, ſed in te etiã ipſo (quod lõgè maius eſt) aliundè declaraſti quãti in ijs, quæ inſtituti noſtri ſunt, noſtrorũ hominũ ſtudiũ, & opera æſtimares: quæ omnia quia nota ſunt, & peruulgata, nihil attinet pluribus cõmemorare. Accipe igitur pari benignitate (Rex inuictiſſimè) hoc qualecumque ex me munuſculum: quod etſi tenuẽ eſt, & maieſtate tua indignũ: eſt tamen & tibi debitũ, & ex grato animo, tuæq; in nos munificentiæ (& quod eſt maximũ) ſingularis beneuolentiæ memoria profectũ, nec vltimũ meæ, vt ſpero, in Maieſtatẽ tuam obſeruãtiæ, & in Luſitaniã noſtrã debiti amoris teſtimonium. Quod reliquum eſt, Deum Opt. Max. precabor, vt cãdorem fidei, religioniſque integritatẽ, quæ in Regnis tuis illuſtria ſunt, perpetuò conſeruet: fœda vitiorũ monſtra à Rep. iſta Chriſtianis moribus inſigni longiſſimè auertat: bonas litteras, quæ virtutẽ non parũ conciliant, contra rudem barbariem, ac imperitorũ hominum importunitatem foueat, id denique efficiat, vt iacta in te, & fæliciter alta, atque aucta præclariſſimarum virtutũ ſemina tãto rectè factorum cumulo regium iſtud pectus compleant, vt & integerrimæ vitæ ſingulari exẽplo & vigilantiſſima regnorũ tuorum adminiſtratione, verè populorum paſtor (quo nomine Regem appellandum ſapientiſſimi viri cenſuerunt) meritò & dici, & haberi poſſit.

Vale. Romæ X. Kalend. Septembr.
Anno Domini M. D. LXXVII.

ADMO

ADMONITIO LECTORI.

HANC de Philoſophia ſcribendi prouinciam, Lector optime, quæ nobis non ſponte ſuſcepta eſt, ſed ab iis dudum impoſita, quibus repugnare nefas erat, ita demum vtiliter nos obituros exiſtimauimus, ſi duo in primis obſeruaremus. Alterum, vt in vnius Ariſtotelis explanationem conferremus omnia, quæ in Philoſophia, potiſſimum probanda eſſe iudicaremus. Nam etſi facilius nobis foret, res ipſas per ſeſe, ac ſeorſum tractare, & multis etiam fortaſſe gratius, idcirco tamen eam ſcribẽdi rationem ſecuti non ſumus, quod neſcio quo pacto Philoſophiæ ſtudioſos à lectione Ariſtotelis auertat, quem tamen qui familiarem nõ habet, haud magnos vnquam in Philoſophia progreſſus faciet. Alterum, vt in explanatione eorum librorum, quibus inferiores diſciplinæ continentur, quòd ſint quaſi claſſici, & certo ac definito temporis ſpatio in ſcholis explicari ſoleant, ab iis difficultatibus diſcutiendis abſtineremus, quæ propriæ eſſent primi Philoſophi, aut maiori auditorum intelligentia, longiorìue diſputatione indigerent, quarum multas cernimus ætate noſtra, vel in ipſo Philoſophiæ aditu, non ſine magno iuuentutis detrimento à pleriſque tractari. Eas enim cùm alibi attingere opus eſſet (quod non raro vſu venit) in hoc opus reiiciendas, & in eo accuratè explicandas eſſe iudicabamus.

Hoc conſilio cùm à libro categoriarum Ariſtotelis, eiúſque Porphyriana Iſagoge ordiremur, inſtitutæque breuitati ſtudentes, difficile eſſe experiremur, paucis rebus, ac facilibus (id eſt, propriis eius loci) iis ſatisfacere, qui & multa, & difficilia de iiſdẽ libris audire ſoliti eſſent, niſi lectores reiiceremus ad ea, quæ iam fuſiùs à nobis ſcripta eſſent: conuerſo curſu ab explanatione horum librorum denuò inchoandum exiſtimauimus. Intelleximus enim fore, vt, ſi primùm in hoc opere de totius Philoſophiæ principiis fusè diſputatum eſſet, non modò eam ſcribendi formam, quam in libris illis optimam credimus, æquis lectoribus ſeruare: ſed etiam omnibus Philoſophiæ partibus maiorẽ lucem afferre poſſemus. Nam ſi in cuiuſque rei principio ſtatuendo (quod Socrates apud Platonem docet) multa diſſerenda ſunt, diligentiſſiméque conſiderandum, rectène, an ſecus conſtituatur, quòd eo ſtabilito facilè cætera cohæreant: quanto id magis faciendum eſt ei, qui de Philoſophia ſcripturus eſt, omniáque via, & ratione traditurus? Ita hoc opere magna ex parte confecto, primum hunc eius tomum typis tradendum curauimus, reliquos Dei ope non ita multò poſt in lucem emiſſuri. Atque hæc de tota ſcriptione.

QVOD verò ad hoc opus attinet, quoniam præcipua pars hæc Philoſophiæ à Philoſophis penè deſerta erat, à Theologis autem in ipſis Theologiæ commentariis obiter carptimque explicabatur, illud primùm efficere conati ſumus, vt contextum Ariſtotelicum & ſyncerè ad veritatem, & commodè ad vſum verteremus. Namque interpretationes ad verbum, quæ circunferuntur, dum fidem ſeruare volunt, non intelliguntur plurimis in locis: &, cum Græcè Latinis

tinis verbis loquantur, nonnumquam aliam ſententiam pro alia ſubiiciunt. In iis autem, quæ magis ſunt tractabiles, & ſi maior intelligentia, minor tamen fides cernitur: in iis præſertim, quarum auctores plus ſtudij in poliendo ſermone (quod Philoſophus non valdè curat) quàm in vero ſenſu eruendo, & reddendo ponunt. Deinde in explanatione eorum, quæ ab Ariſtotele dicuntur, dedimus operam, vt præcipuis quibuſque auctoribus vteremur, ipſo pręſertim Ariſtotele, ſicubi ſui interpres nobis fuiſſe viſus eſt: quod ita tamen fecimus, vt non tam exponeremus quid ille ſentire debuerit, quàm quid re vera ſenſerit: quæ ſola eſt germana explanandi ratio. Iam quæ maioris momenti erant, plenioribus commentariis, reliqua breuioribus ſcholiis, & annotationibus explicauimus: qua in re, cùm partim declinaremus moleſtam Latinorum Scholaſticorum diligentian, qua contextum ſuorum auctorum crebris diuiſionibus & ſubdiuiſionibus concidunt: partim Græcorum diſſolutiorem enarrandi formam, ob quam doctrinæ ordo non ſatis ex eorum commentariis intelligitur: eum explanationis curſum tenuimus, vt facile cuique ſit omnem doctrinæ ſeriem opere toto perſpicere. Denique in tractandis quæſtionibus, quas ipſa occaſio lectionis obtulit, (quod totum erat noſtri iuris) planè liberi fuimus: nec alios auctores tantùm, ſed ipſum quoque Ariſtotelem nonnumquam deſeruimus, aut excuſauimus, aut quoquo modo cũ eo, quod verius nobis viſum eſt, conciliauimus; ne aut doctrinæ fidei, in qua error nullus eſſe poteſt, aut rationi, communique hominum ſenſui aduerſaremur. Cæterùm, vt in nullius verba doctoris, cùm de rebus philoſophicis agitur, iurandum putauimus, ita nullius vel inferioris notæ Philoſophi ſententiam reiecimus, quæ nobis cum vero maximè conſentire videretur: agnoſcentes planè, veritatem, à quocumque dicatur, à prima veritate profectam eſſe. Quin neque noſtra placita ita amplexi ſumus, vt non quemuis melius ſentientem etiam nunc ſequi parati ſimus. Intelligimus enim quàm præclarè, ac ſapienter illud dictum ſit, Bonum eſſe à veritate vinci, & illud, Par eſſe vt quiſque à veritate ſuperari velit, à qua vel inuitus ſuperandus ſit. Quod ſi è tota Philoſophorum, & Theologorum ſchola vnus à nobis D. Thomas in hoc opere præcipuè colitur: non immeritò id factum iudicabit, qui præclarum Sanctiſſimi Viri ingenium, præſtantiſſimum iudicium, ab omni peruerſo affectu liberum animum, lectionis magnitudinem & varietatem cum ſummo veritatis inueniendæ ſtudio coniunctam perpenderit: quæ adeò conſpicua in eo ſunt, vt hac in re vlla excuſatione opus ſit.

Si quis autem nobis obiiciat, quòd in ipſis per ſe quæſtionibus tractandis, de pleriſque rebus diſputemus, quæ Theologorum, Phyſicorum, aliorumque Artificum propriæ videantur: is primùm, quoniam hoc opus omnibus diſciplinis commune eſt, veniam dabit ſi in eo aliquantulum exſpatiemur, vt pluribus prodeſſe poſſimus. Deinde cùm animaduertet, plurima eſſe, quæ cùm huius ſcientiæ ſint propria, ab aliis tamen artificibus quaſi propria vſurpentur, alia item, quæ etſi propria ſunt aliarum artium, adiunctis tamen primæ Philoſophiæ meliùs tractentur, & accuratiùs: non modò nobis non ſuccenſebit, ſed benè

etiam vtcumque meritos de omnibus diſciplinis iudicabit, quòd & noſtra nobis vendicemus, & quacumque in re aliis noſtram operam præſtare poſſumus: non prætermittamus: Quòd ſi inferiores ſcientiæ vix tractari poſſunt, quin ſæpe earum Artifices aliorum perſonam induti: pleráque explicent, quæ aliena quidem ſunt à proprio inſtituto, ſed tamen non parum conducunt ad rem propoſitam intelligendam: quis erit tam iniquus rerũ Æſtimator qui primo Philoſopho id negãdum cenſeat: præſertim cùm prima Philoſophia, vt eſt omnium humanarum diſciplinarum Regina, ita iure ſuo poſſit inferiores diſciplinarũ cauſas ad ſe reuocare, easque adhibitis propriis principiis diligẽtiùs excutere? Denique, etſi Sacra Theologia longè ſuperior eſt omni humana doctrina, quia tamen plura continet, quæ naturaliũ rationum vi oſtendi poſſunt, non eſt cur quiſquam exiſtimet, proprios à nobis fines tranſiliri, ſi in hoc genere tractando immoremur: noſtra enim planè, non aliena agimus. Sed neque à primi Philoſophi cura alienum eſt, ea, quæ ſolis orthodoxæ fidei principiis innituntur, contra Ethnicos defendere. Nam cum id Theologus facere nequeat, niſi oſtẽdent, fidei principia nihil continere, quod pugnet cum primis, ac per ſe notiſſimis pronũciatis: quis nam quæſo alius Artifex propriis, ac peculiaribus argumentis, quàm primus Philoſophus, id perficiat? Ita ne tum quidem aliena curauimus, cùm propria etiã quædam fidei dogmata ab Ethnicorum calumnia defendimus. Quanquam horum nonnulla in ſequentium librorum potiùs, quàm in quatuor primorum explanatione fecimus. Hæc habuimus, ſtudioſe Lector, quæ initio huius operis de inſtituto noſtro diceremus. Tu pro ea humanitate, quæ decet veræ ſapientiæ amatorem, omnia boni conſules, noſtróque hoc qualicunque labore candidè atque ad Chriſti Domini gloriam vteris.

***

Vale. Romæ X. kal. Septembris Anno Domini. M.D.LXXVII.

INDEX

INDEX CAPITVM OCTO
LIBRORVM DIALECTICARVM INSTITVTIONVM.

Libri primi capita.

DE Neceſſitate, Nominibus, & Natura huius Artis. I.
Definitionem Dialecticæ ex Topicis deſumptam, non Conuenire in totam hanc Artem. II.
De Subiecto Dialecticæ. III.
De tribus generalibus diſſerendi Modis, tribúſq; primis Dialecticæ partibus. IIII.
Quòd Ariſtoteles ſolam tertiam Dialecticæ partem ex inſtituto tradiderit. V.
De partibus, & ordine tractationis Dialecticæ. VI.
De quibus nominibus & verbis agendum ſit. VII.
De ſignis formalibus & inſtrumentalibus. VIII.
De ſignis naturalibus, & ex Inſtituto. IX.
Quo pacto Conceptus, voces & ſcripta ſignificent. X.
De conceptu, medio, & vltimo. XI.
De Nomine. XII.
Quænam partes ſignificent per ſe in ipſa totius Vocis ſtructura. XIII.
De Verbo. XIIII.
De iis quæ ad nomẽ & verbum reuocantur. XV.
Num voces non ſignificatiuæ ſint partes Orationis. XVI.
Enumerantur variæ nuncupationes Nominum & verborum. XVII.
De nomine, qua ratione verba & cætera omnia Categoremata cõplectitur. XVIII.
De Nominibus caſu Æquiuocis. XIX.
De nominibus conſilio Æquiuocis, ſeu, Analogis. XX.
De Nominibus vniuocis. XXI.
Comparantur inter ſe Caſu Æquiuoca, Analoga, &c. XXII.
De Nomine Cõcreto, & Abſtracto. XXII
De nomine Cõnotatiuo & abſoluto. XXIII
De Nomine denominatiuo & denominant
XXV.
De Nomine Communi & Singulari. XXV
Diluuntur quædam Obiecta contra defin
tionem Nominis Communis. XXVI.
De Nomine tranſcendente, & non Tran
ſcendente. XXVII.
De Nomine Poſitiuo & Negatiuo. XXIX
Diluuntur quædam Obiecta contra defin
tionem Nominis Negatiui. XX
De nominibus repugnantibus, & non repu
gnantibus. XXX.
De Nominibus Primæ & Secundæ Inte
tionis, quæ & Primæ, & Secũdæ Impoſiti
nis dicuntur. XXXI.

Libri ſecundi capita.

Quid agendum ſit in hoc Libro item quid
Vniuerſale.
Vniuerſalia multis modis prædicari. I
De Genere. II
De Specie. III
De differentia.
De Proprio. V
De Accidente. VI
Quid ſit Prædicamentum. VII
Decem eſſe Prædicamenta, ad quæ omn
omnino, præter Deum optimum Max
mum modo aliquo pertineant. I
De Subſtantia.
De Quantitate. X
De Qualitate. XI
De Relatione. XII
De Actione, & Paſſione. XII
Quid ſit Vbi, & Situm eſt. X
Quid ſit Quando, & Habere. XV
De Oppoſitis. XV

†† 2

INDEX.

Libri tertij Capita.

Quid ſit Oratio. I.
De Perfectis, & Imperfectis Orationibus. II.
De enuntiatione & Diuiſione eius, in Simplices & Coniunctas, & Simplicium, in Abſolutas, & Modales. III.
De Qualitate, Quantitate, & Materia Abſolutarum Enuntiationum. IIII.
Varia genera Abſolutarũ Enuntiationũ. V.
De Oppoſitione Abſolutarum Enuntiationum. VI.
De Æquipollentia Enuntiationum de Ineſſe. VII.
De Conuerſione Abſolutarum Enuntiationum. VIII.
Quot ſint Genera ac Formulæ Modalium Enuntiationum. IX.
De Qualitate, Quantitate, & Materia Modalium. X.
De Oppoſitione Modalium. XI.
De Æquipollentia Modalium Enuntiationum. XII.
De Conuerſione Modalium Enuntiationum. XIII.
Quot ſint genera Coniunctarum Enuntiationum. XIIII.
De Conditionali Enuntiatione. XV.
De Enuntiatione Copulatiua. XVI.
De Diſiunctiua Enuntiatione. XVII.
De quibuſdam Enuntiationibus Expoſitione indigentibus. XVIII.
De Excluſiuis Enuntiationibus. XIX.
De Oppoſitione Excluſiuarum. XX.
De Exceptiuis Enuntiationibus. XXI.
De Reduplicatiuis Enuntiationibus XXII.

Libri quarti Capita.

De Ordine, ac Modo tradendi Partes Dialecticæ: Item, Quid ſit Diuiſio. I.
De diſtinctione vocis multiplicis. II.
De Partitione. III.
De diuiſione Phyſica totius eſſentialis. IIII.
De diuiſione Metaphyſica totius eſſẽtialis. V.
De diuiſione totius vniuerſalis in partes ſubiectas. VI.
Colligitur numerus quinque ſupradictarum Diuiſionum Per Se: totidémque adduntur Diuiſiones per Accidens. VII.
De diuiſione Generis in differentias, & differentiæ in differentias. VIII.
Qua verborum formula, diuiſiones ſint conficiendæ. IX.
Primum Preceptum benè Diuidendi. X.
Secundum Preceptum benè Diuidendi. XI.
Tertium bonæ Diuiſionis Preceptum. XII.
Quartum Preceptum bene Diuidẽdi. XIII.

Libri quinti Capita.

Quid ſit Definitio. I.
De Definitione Nominis. II.
De Deſcriptione. III.
De definitione Cauſali. IIII.
De Definitione Eſſentiali. V.
Non eodem modo res omnes Definiri. VI.
De via, ac ratione inueſtigandi Definitionem. VII.
De Definito. VIII.
Primum definiendi præceptum. IX.
Secundum definiendi præceptum. X.
Tertium præceptum Definiendi. XI.
Quartum preceptum definitionis. XII.
Alia quædam Præcepta, quæ in inueſtigatione Definitionis ſeruanda ſunt XIII.

Libri ſexti Capita.

De Conſequentia. I.
Quæ ſit bona, ac vitioſa Conſequentia: & quomodo internoſci poſſint. II.
De Conſequentia formali & materiali. III.
De Conſequentia Neceſſaria & Probabili. IIII.
Regulæ generales Conſequentiarum. V.
De Argumentatione, VI.
De inuentione, & iudicio. VII.
Diuiſio Argumentationis, & Definitio Syllogiſmi Simplicis. VIII.
De Materia Syllogiſmi. IX.
Quot ſint Termini, & Enũtiationes in Syllogiſmo, & quomodo appellentur. X.
De forma Syllogiſmi. XI.
De tribus Figuris Syllogiſmorum, déque generalibus Concludendi Modis. XII.
Quod modis in quaque Figura directè, aut etiam indirectè concludatur. XIII.
De Modis directè concludendi in Prima

Digitized by Google

Figuræ. XIIII.
De Modis indirectè concludendi. XV.
De Modis ſecundæ Figuræ. XVI.
De Modis tertiæ Figuræ. XVII.
Regulæ generales omnibus Figuris. XVIII.
Regulæ ſpeciales ſingulis Figuris. XIX.
Duo documenta generalia à recentioribus tradita. XX.
De Syllogiſmo perfecto, & imperfecto. XXI.
De Syllogiſmo deducente ad impoſſibile. XXII.
De Syllogiſmo Expoſitorio. XXIII.
Quod Expoſitorij Syllogiſmi ſint Perfecti, ac per ſe euidentes. XXIIII.
De probatione oſtenſiua imperfectorum Syllogiſmorum. XXV.
Detegitur artificium, quo vocabula imperfectorum Modorum indicant eorumdem probationem. XXVI.
De probatione Syllogiſmorum imperfectorũ per Deductionem ad impoſſibile. XXVII.
De probatione imperfectorum Syllogiſmorum per Expoſitionem. XXVIII.
De Modalibus Syllogiſmis. XXIX.
De Syllogiſmis ex Obliquis. XXX.
De quibuſdam Syllogiſmorum Facultatibus. XXXI.
De Syllogiſmis Coniunctis, ſiue hypotheticis. XXXII.
De Enthymemate. XXXIII.
De Inductione. XXXIIII.
De Exemplo. XXXV.
Comparantur inter ſe quatuor Argumentationum genera. XXXVI.
De generali via & ratione Medij, Argumentatiuè inueniendi. XXXVII.

Libri ſeptimi Capita.

Diuiſio Syllogiſmi ſimplicis, in quatuor genera. I.
De Demonſtratione. II.
De Principiis, & Concluſione Demonſtrationis. III.
De Quæſtione Demonſtranda, & Partibus eius. IIII.
De inuentione Medij, Argumentatiuè Demonſtratiui. V.
De Syllogiſmo Dialectico. VI.
De Propoſitione ac Quæſtione Dialectica. VII.
Diuiſiones quædam communes Propoſitionibus, & Quæſtionibus Dialecticis. VIII.
De Argumento, Dialectico, & Loco. IX.
De duobus locorum generibus. X.
De Locorum Numero. XI.
De locis Communibus, ac Propriis, & de quibus agat Dialecticus. XII.
De loco definitionis. XIII.
De loco deſcriptionis. XIIII.
De loco Notationis. XV.
De loco Coniugatorum. XVI.
De Loco Partium. XVII.
De Loco Totius. XVIII.
De loco Cauſarum, primùmque de Argumentis ex Materia. XIX.
De Argumentis ex Forma. XX.
De Argumentis ex Cauſa Efficiente. XXI.
De Argumentis ex Fine. XXII.
De Vſu Loci Cauſarum. XXIII.
De Loco Effectorum. XXIIII.
De Locis Antecedentium & Conſequentium. XXV.
De Locis Præcurrentium, Comitantium, & Subſequentium. XXVI.
De Loco Similium. XXVII.
De Loco Maiorum. XXVIII.
De Loco Minorum. XXIX.
De Loco Parium. XXX.
De Loco diſſimilium. XXXI.
De Loco Oppoſitorum déque generali Oppoſitorum vſu. XXXII.
De ſpeciali vſu Oppoſitorum. XXXIII.
De Loco Repugnantium. XXXIIII.
De Loco Auctoritatis. XXXV.
Pronũtiata, quibus tractatur Quæſtio Comparata. XXXVI.
Quomodo ex Locis hactenus traditis, quælibet propoſita Quæſtio tractanda ſit. XXXVII.
De locis Propriis Admonitio. XXXVIII.
De Ordine Argumentorum generatim. XXXIX.
De Ordine qui in docendo ſeruandus eſt, primùmque in Confirmando. XL.

Digitized by Google

De Ordine qui in Refutatione ſeruandus eſt. XLI.
De Ordine diſputandi, primúmque de Officio Argumentantis. XLII.
De officio reſpondentis. XLIII.
De exercitatione Dialectica. XLIIII.

Octaui libri Capita.

De Pſeudographo Syllogiſmo. I.
De Syllogiſmo Sophiſtico. II.
Quot Fines ſibi proponunt Sophiſtæ, quotq́; ſint Captionum genera. III.
De Numero Locorum Fallacium, primúmque de Captione Æquiuocationis. IIII.
De Captione Ambiguitatis, ſeu Amphibologiæ. V.
De Captionibus Compoſitionis, & diuiſionis primúmque de earum Primgo enere. VI.
De Secundo, ac Tertio genere Captionum Compoſitionis & diuiſionis. VII.
De Captione Accentus. VIII.
De Captione Figuræ dictionis. IX.
De captione accidentis. X.
De Captione eius quod Simpliciter dicitur, & Secundum Quid. XI.
De Captione ignorationis Elenchi. XII.
De Captione Petitionis Principij. XIII.
De Captione Conſequentis. XIIII.
De Captione non Cauſſa, vt Cauſſa. XV.
Captio Plurium interrogationum, vt Vnius. XVI.
De quatuor reliquis Sophiſtarum Finibus conſequendis. XVII.
Quo pacto occurrendum eſt Sophiſtarum Captionibus. XVIII.
De quibus Nominum Affectionibus deinceps agendum ſit. XIX.
Quid ſit Suppoſitio. XX.
De Suppoſitione Materiali. XXI.
Diuiſio Suppoſitionis. XXII.
De Suppoſitione Propria, Impropria, Communi, & Singulari. XXIII.
De Suppoſitione Simplici. XXIIII.
De Suppoſitione Perſonali. XXV.
De Suppoſitione Abſoluta. XXVI.
Conferuntur inter ſe, Suppoſitio Simplex, Perſonalis, & Abſoluta. XXVII.
De Suppoſitione Naturali, & Accidentali. XXVIII.
De quadruplici deſcenſu. XXIX.
De Suppoſitione Confuſa, & determinata XXX.
De Suppoſitione Confuſa tantùm. XXXI.
De Suppoſitione diſtributiua. XXXII.
De Suppoſitione Copulata. XXXIII.
De Suppoſitione diſtributiua pro ſingulis Generum, & pro Generibus ſingulorum. XXXIIII.
De Suppoſitione diſtributiua ſimpliciter, & cum Exceptione. XXXV.
De Statu, Ampliatione, Diſtractione, & Reſtrictione Nominum. XXXVI.
Quotuplex ſit Status, Ampliatio, Diſtractio, & Reſtrictio. XXXVII.
Documenta quædam ad Statum Nominum cognoſcendum. XXXVIII.
Documenta ad Ampliationem Nominum cognoſcendam. XXXIX.
Nonnulla de Diſtractione, & Reſtrictione. XL.
De Appellatione. XLI.
Documenta ad cognoſcendam Nominum Appellationem. XLII.

SVMMA

XX.
XXI.
XXII.
a,Com-
XXIII.
XXIIII.
XXV.
XXVI.
implex,
XXVII.
identali.
XXIX.
rminata
XXXI.
XXXII.
XXXIII.
ſingulis
ulorum.
citer, &
XXXV.
tione, &
XXXVI.
, Diſtra-
XXXVII.
Tominum
XXXVIII.
Tominum
XXXIX.
rictione.
XLI.
Tominum
XLII.
MMA

SVMMA CAPITA EORVM QVÆ IN HOC PRIMO TOMO TRACTANTVR.

IN PRIMI LIBRI PROOEMIO.

1 DE Ariſtotelis genere, inſtitutione, & reliquo vitæ progreſſu.
2 De libris Ariſtotelis.
3 De ingenio Ariſtotelis.
4 De ratione philoſophandi Ariſtotelis.
5 Cur priſci Eccleſiæ doctores Academiæ veteris, & Stoicam doctrinam Paripateticæ antepoſuerint.
6 De inſtituto Ariſtotelis in hoc opere, ipſiúſque operis neceſſitate, & ſubiecto.
7 De dignitate, & vtilitate huius ſcientiæ.
8 De inſcriptione, & partitione huius operis.

CAP. PRIMO.

Commendatio huius ſcientiæ ex naturali ſciendi appetitu, & varij cognitionum gradus.

Quæſ. 1 Appetant ne omnes homines naturaliter ſcientiam, ſciendi cauſa.
Sect. 1 Quibus argumentis non omnes videantur hoc pacto ſcientiam appetere.
2 Refutatio ſententiæ quorundam.
3 De appetitu innato.
4 De appetitu elicito.
5 De appetitu naturali, & non naturali.
6 Omnes homines naturaliter appetere ſciētiam non modo appetitu innato, ſed etiam elicito.
7 Dilutio argumentorum oppoſitæ partis.
Quæſ. 2 Appetat ne homo naturaliter intuitiuam naturæ diuinæ cognitionem.
Sect. 1 Opinio eorum, qui partem affirmatiuam approbant.
2 Vera quæſtionis explicatio.
3 Dilutio argumentorum aduerſæ partis.
Quæſ. 3 Num aſpectus nobis ſit carior cæteris ſenſibus, & ad cognitionem aptior.
Sect. 1 Non videri nobis cariorē, nec cæteris certiorem, & qui latius pateat.
2 Veram eſſe Ariſtotelis ſententiam, nec alibi eum oppoſitum docuiſſe
3 Dilutio argumentorum partis negatiuæ.
4 Num artes omnes, & ſcientiæ experimē[...] gignantur.
1 Ambiguitas quæſtionis.
2 Non eſſe negandum verè in nobis generari artes omnes, & ſcientias.
3 Nullam in nobis generari ſcientiam ſi[...] experimento ſaltem principiorum.
4 Examen ſecundæ concluſionis.
5 Solutio ambiguitatum, quæ initio propoſitæ ſunt.
5 Sint ne omnes actiones ſingularium.
1 Argumenta pro vtraque parte.
2 Exponitur pronunciatum Ariſtotelis.
3 Vera explicatio quæſtionis.
4 Dilutio argumentorum partis negatiuæ.

CAP. SECVNDO.

Sex ſapientis conditiones, & quæ ſit hui[...] ſcientiæ natura.
1 Pertineat ne ad Metaphyſicum natu[...] rarum omnium, quiditatúmue diſtinc[...] cognitio.
1 Argumenta pro parte affirmatiua.
2 Approbatio negatiuæ partis.
3 Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.
2 Sint ne maxime vniuerſalia cognitu diff[...] cillima.
De quo genere vniuerſalium ſit ſermo, [...] de duplici cognitione, ſiue notitia.
2 Qua in re præcipuè poſita ſit huius qu[...] ſtionis difficultas.
3 Sententia D. Thomæ, & Scoti.
4 Qua ratione minus vniuerſalia ſint no[...] notiora.
5 Diluitur obiectio, confirmatur concluſio [...] Ariſtotele, & agitur de modo abſtr[...] hendi vniuerſalia.
6 Qua ratione vniuerſaliora ſint notiora [...] bis, & vtra ſint nobis ſimpliciter, & a[...] ſolutè notiora, magis ne, an minus v[...] uerſalia.

Ar[...]

Digitized by Google

7 *Argumenta tria contra quartam concluſionem, & reſpõſio quorundã ad primum.*
8 *Solutio argumentorum, quæ contra quartam concluſionem propoſita ſunt.*
Quæſ. 3 *An ſingularia faciliùs à nobis, quàm vniuerſalia intelligantur.*
Sectio. 1 *Quòd ſingularia ſenſibilia nõ ſolùm nõ videantur faciliùs intelligi, ſed ne intelligi quidem.*
2 *Singularia non per accidens ſolùm, & vt in vniuerſalibus cõtinẽtur, ſed per ſe etiã percipi à nobis ipſa potentia intellectiua.*
3 *Refellitur quorumdam ſententia de conceptibus ſingularium.*
4 *Quibus argumentis oſtendi videatur dari in nobis proprias ſpecies intelligibiles rerũ ſingularium.*
5 *Non dari in nobis ſpecies intelligibiles, quæ propria ſint rerum ſingularium.*
6 *Dilutio argumentorũ, quibus ſpecies intelligibiles rerum ſingularium aſſerebantur.*
7 *Faciliùs à nobis ſingularia, quàm vniuerſalia intelligi.*
8 *Quo pacto ſpecies intelligibiles, & conceptus in nobis gignantur: Itémque ſolutio argumentorum partis oppoſitæ.*

CAP. TERTIO.

9 *Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.*
Cauſarũ diuiſio, & Thaletis, Anaximenis, Diogenis Apolloniatis, Hippaſi, Heracliti, Empedoclis, & Anaxagoræ de rerum naturalium principijs opiniones.

CAP. QVARTO.

Eorumdẽ Leucippique, & Democriti ſententiæ.

CAP. QVINTO.

Opinio Pythagoreorũ, Zenophanis, Parmenidis, ac Meliſſi: & ſumma eorum, quæ relata erant ex Veteribus.

CAP. SEXTO.

Platonis Philoſophia, & omnium expoſitarum opinionum epilogus.

CAP. SEPTIMO.

Confutatio opinionũ, quæ ab Antiquis tradita ſunt de rerum cauſis, ac principijs.
Quæſ. 1 *Quot ſint cauſarum genera.*
Sectio. 1 *Genera cauſarũ partim videri plura, partim pauciora, quæ ab Ariſtotele traduntur.*
2 *Ad ſolum Metaphyſicum ſpectare tractationem de cauſis.*
3 *Quid ſit cauſa, & qua ratione ſpectetur, cùm Philoſophi agunt de cauſſis, vt cauſſæ ſunt.*
4 *Quatuor eſſe cauſſarum genera, nõ plura, pauciorà ve.*
5 *Solutio argumẽtorum, quibus oſtendi videbatur, plura eſſe cauſarum genera, quàm quatuor.*
6 *Solutio argumẽtorum, quibus oſtendi videbatur, nullum ex traditis cauſarum generibus, eſſe verã cauſam: aut certè pauciora eſſe, quàm quatuor vulgata.*
2 *Sit ne re vera in rebus naturalibus materia prima.* *Quæſ.*
1 *Qua ratione nulla ſit difficultas in ea aſſerenda.* *Sectio.*
2 *Quid ſẽſerint de prima materia ij, qui vnũ tantum ſubſtantiale principium, aut nullum poſuerunt.*
3 *Sententia eorum, qui vnum potiùs eſſe omnia quàm vno ſubſtantiali principio conſtare crediderunt.*
4 *Opiniones eorum, qui plura principia materialia inducunt.*
5 *Quid nam Pythagorici, & Platonici materiam primam eſſe putauerint.*
3 *Sint ne inter materiam primam, & accidentia ponendæ formæ ſubſtantiales.* *Quæſ.*
1 *Quibus argum. non videantur ponendæ.* *Sectio.*
2 *Formarum ſubſtantialium aſſertio ex ipſa rerum naturalium conſtitutione.*
3 *Ex vnitate cuiuſque rei naturalis.*
4 *Ex naturali conſeruatione rerũ naturaliũ.*
5 *Ex actione rerum naturalium.*
6 *Solutio argumentorum, quæ initio propoſita ſunt.*
7 *Ex forma ſubſtantiali colligi, materiam primam eſſe puram potentiam.*
8 *Ariſtotelem & Platonem re vera exiſtimaſſe materiam primam eſſe puram potentiam.*
9 *Redditur ratio multorum, quæ de materia & forma dici ſolent.*

IN

Digitized by Google

IN SECVNDI LIBRI PROOEMIO.

QVIS ſit ordo huius libri ad reliquos Ariſtotelis, & de quibus rebus in eo agatur.

CAP. PRIMO.

Veritatis cognitionẽ partim facilem, partim difficilem eſſe, eámque maximè ad primum Philoſophum ſpectare.

Quæſ. 1 In rebus ne, an in nobis potiùs ſit cauſa eius difficultatis, quæ in cognitione veritatis accidit.
Sect. 1 Duæ extremæ ſententiæ in hac quæſtione.
2 Approbatio mediæ ſententiæ, & quædam ad eius explicationem vtilia.
3 Vera quæſtionis explicatio.
4 Soluuntur argumenta oppoſitarum opinionum.
Quæſ. 2 Poſſimus ne in hac vita ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè intelligere.
Sect. 1 Quæſtionis explicatio.
2 Quibus potiſſimùm argumentis pars affirmatiua videatur vera, & quibus auctoribus ea placuerit.
3 Quo pacto Deus cognoſci à nobis poſſit.
4 De ſignificatione nominum, quæ Deo sũt propria.
5 Quo pacto cæteræ ſubſtantiæ ſeparatæ à nobis cognoſcantur.
6 Dilutio quorundam obiectorum contra tertiam concluſionem.
7 Solutio Argumẽtorũ affirmatiuæ partis.

CAP. SECVNDO.

Non dari progreſſum cauſſarum infinitum, tam in eodem, quàm in diuerſis generibus.

Quæſ. 1 Num eiuſdem rei dari poſſint infinitæ cauſæ.
Sect. 1 Quibus rationibus videantur dari poſſe in ſingulis cauſarum generibus.
2 De cauſis per ſe, & per accidens, itémque de eſſentialiter, & accidentaliter ſubordinatis.
3 In quibus cauſis poſſit dari infinitio, in quibus non item.
4 Probatur ſecunda aſſertio in ſingulis cauſarum generibus ſpeciatim, & additur tertia.
5 Dilutio eorum, quæ pro infinitate efficientium propoſita ſunt.
6 Dilutio eorum, quæ adducta ſunt pro infinitione cauſarum materialium.
7 Dilutio argumentorum, quibus finalium cauſarum infinitio oſtendi videbatur.
8 Dilutio eorum, quæ infinitionem formarum dari poſſe contendebant.
2 Num infinita tempore finito cognoſci poſſint.
1 Quæ in re præcipuè poſita ſit huius quæſtionis difficultas.
2 Quibus argumentis videantur infinita in tempore finito poſſe cognoſci.
3 Quo pacto infinita in alio cognoſci poſsit.
4 Solutio argumentorũ, quibus infinita in ſe ipſis finito tẽpore videbãtur poſſe conoſci.

CAP. TERTIO.

Quinam modus tenendus ſit in inueſtigatione veritatis.

1 Num Dialectica ſit ſcientia nec ne.
1 Quibus arg. non videatur ſcientia.
2 De proprio & peculiari fine Dialecticæ, eiúſque nominibus, & natura.
3 Ens rationis non eſſe ſubiectũ Dialecticæ.
4 Nec demonſtrationem, nec modum ſciendi propriè ſumptum, nec denique argumentationẽ, aut ſyllogiſmum, ſi Dialectica in ſe ſpectetur.
5 Modum diſſerendi, ſiue ſciẽdi latè ſumptum, eſſe ſubiectum Dialecticæ.
6 Dialecticam rectè diſtingui in docentẽ, & vtentem.
7 Dialecticam docẽtem, ſiue à rebus auulſam, eſſe veram ſcientiam.
8 Diſſoluũtur argumenta initio propoſita.
1 Sit ne Dialectica contemplatiua, an practica.
1 Neceſſariò dicendam eſſe practicam vel contemplatiuam.
2 Non rectè à pleriſque probari contemplatiuam eſſe.
3 Nonnulla de diſcrimine contemplatiuæ ſcientiæ, ac practicæ.
4 Dialecticam eſſe ſcientiam practicam non tamen effectiuam, ſed actiuam.

5 Generalis diuiſio ſcientiarum.
Quæſ. 3 Sit ne Dialectica pars Philoſophiæ, an ſolùm inſtrumentum.
Sect. 1 Quib. arg. nō videatur pars Philoſophiæ.
2 Variæ Philoſophorū ſententiæ in hac quæſtione, quidque ſit Philoſophia.
3 Dialecticam eſſe partem Philoſophiæ.
4 Soluuntur argumenta initio propoſita.
Quæſ. 4 Sit ne Dialectica neceſſaria ad cæteras ſcientias capeſſendas.
Sect. 1 Quibus rationib. nō videatur neceſſaria.
2 Qua ratione ſit neceſſaria.
3 Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.
Quæſ. 5 Vtrum naturalis Philoſophia, & Mathematica, doctrinæ ordine Metaphyſicam antecedant.
Sect. 1 Argumenta pro vtraque parte.
2 Sententia eorum, qui putant libros Phyſicorum pertinere ad Metaphyſicam, & eius refutatio.
3 Diſſoluuntur argumenta impugnatæ opinionis.
4 Phyſicam & Mathematicas ordine doctrinæ eſſe ſimpliciter & abſolutè priores Metaphyſica.
5 Quinam ſit ordo inter Phyſicam & Mathematicas.

IN TERTII LIBRI PROOEMIO.

QVod ſit Ariſtotelis inſtitutum in hoc libro, & eius Epitome.

CAP. PRIMO

Quā vtile ſit de propoſitis reb. dubitare: proponūturq́; ſexdecim quæſtiones agitādæ.

CAP. SECVNDO.

Diſputatio quinque priorum quæſtionum.

CAP. TERTIO.

Diſputatio quæſtionis ſeptimæ prætermiſſa ſexta, quòd eius difficultas eadem ſit, atque ſuperioris.

CAP. QVARTO.

Diſputatio quæſtionis octauæ, nonæ, decimæ, vndecimæ, & duodecimæ.

CAP. QVINTO.

Diſputatur decima ſexta, Vtrū entia Mathematica ſint ſubſtantiæ rerum.

CAP. SEXTO.

Diſputatio reliquarum quæſtionum.

IN LIBRI QVARTI PROOEMIO.

OPtimum ordinem ſeruari ab Ariſtotele in hoc libro eiuſque breuis ſūma.

CAP. PRIMO.

De ſubiecto Metaphyſicæ.
1 Vtrum ens, quatenus eſt commune Deo, & creaturis, ſit Metaphyſicæ ſubiectū. Quæſ.
1 Referuntur quatuor ſententiæ pro parte negatiua. Sect.
2 Concluditur pars affirmatiua.
3 Reuocatio ſuperiorū ſentētiarum ad verū ſenſū, & explicatio præcipuæ cōcluſionis.
4 Cur Metaphyſica diſtincta non fuerit antequam eius ſubiectum traderetur.
5 Solutio argumentorum primæ opinionis.
6 Solutio argumentorum ſecundæ.
7 Solutio argumentorum tertiæ.
8 Solutio argumentorum quartæ.
2 Sint ne cæteræ omnes ſcientiæ huic ſcientiæ ſubalternatæ. Quæſ.
1 Quibus argumentis videantur eſſe ſubalternatæ. Sect.
2 Quot modis vna ſcientia dicatur alteri ſubalternata.
3 Cæteras ſcientias non ſubalternari Metaphyſicæ, ſaltem ſubalternatione totali niſi impropriè & ſecundùm quid.
4 Solutio argumentorū partis affirmatiuæ.

CAP. SECVNDO.

De partibus entis & vnius, ijs quæ, quæ ad vnum & multa reuocantur: & num de his agat primus Philoſophus.
1 Vtrū ens, quà ratione eſt ens, ſit analogū. Quæſ.
1 Sententia eorum, qui dicunt eſſe prorſus æquiuocum. Sect.
2 Sententia eorū, qui affirmāt eſſe vniuocū.
3 Ens non eſſe omnino æquiuocum.
4 Neque item vniuocum.
5 Eſſe analogum.
6 De varijs analogiæ modis, & eorum diſcrimine.
7 Qualis ſit analogia entis.
2 Qualis ſit conceptus entis. Quæſ.
1 De conceptu formali, & obiectiuo. Sect.

Tres

Digitized by Google

2 Tres opiniones de conceptu entis.
3 Vera explicatio conceptus entis.
4 De conceptu entis obiectiuo.
5 De formali conceptu entis.
6 Solutio argumentorum, quibus vtuntur ij qui ponunt conceptum formalem entis vnum, ac præciſum ſimpliciter.
7 Solutio eorum, quæ pro præciſione, conceptus obiectiui entis propoſita ſunt.
8 Num conceptus vnus, ac præciſus à multis poſſit eſſe analogus reſpectu illorum.
9 Solutio argumẽtorum, quibus vtebantur illi, qui ponunt conceptum entis eſſe vnũ vnitate diſiunctionis.
10 Solutio eorũ, quæ initio ſuperioris quæſtionis pro pura entis æquiuocatione propoſita ſunt.
11 Solutio argumentorũ Scoti, quæ pro vniuocatione entis allata ſunt.
12 Cenſura de Scoti opinione, & ſolutio argumentorum, quæ illius argumentis addita ſunt.

Quæſ. 3 Vtrũ ens prædicetur in quæſtione Quid eſt de omnibus reb. & de omnibus earũ differentijs, propriiſque ipſius paſsionibus.
Sect. 1 Variæ opiniones in hac quæſtione.
2 Veræ ſententiæ explicatio.
3 Solutio argumentorum oppoſitarum opinionum.

Quæſ. 4 Vtrum exiſtentia rerum diſtinguatur ab eſſentia.
Sect. 1 Trium opinionum enumeratio, primæque explicatio & impugnatio.
2 Secundæ opinionis impugnatio.
3 Approbationis tertiæ ſententiæ, & refutatio trium quorundam ſenſuum illius.
4 Vera explicatio tertiæ ſententiæ.
5 Solutio argumentorum primæ opinionis.

Quæſ. 5 Sic ne vnum vera paſſio entis.
Sect. 1 Quibus arg. nõ videatur vera paſſio entis.
2 Non omnia quinque tranſcẽdentia, quæ enti addi ſolẽt, ſint veræ illius paſſiones.
3 Quid Scotus, & alij ſcholaſtici ſentiant de formali ſignificatione vnius.
4 Quid vnum & reliquæ ſimplices paſſiones poſſint addere enti.
5 Quid vnum formaliter ſignificet.
6 Vnum eſſe veram paſſionem entis, & quo pacto ſit.
7 Solutio argumentorum, quæ initio propoſita ſunt.

6 Sit ne verum paſſio entis propria.
1 Quibus argumentis non videatur propria entis paſsio.
2 Quid verum addat enti, quidque ſit totum eius formale ſignificatum.
3 Variæ ſententiæ de veritate.
4 Non omnem veritatem cõſiſtere in compoſitione, & diuiſione: & Aduerſariorum argumenta.
5 Diſſoluuntur argumenta propoſita contra ſecundam concluſionem.
6 Num veritas complexa, ſit conformitas inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus apprehenſiuos, an iudicatiuos.
7 Veritatem ſimplicem poſſe cerni tam in conformitate rerum, quam, intellectus, argumentáque aduerſariorum.
8 Explicatur vulgata veritatis definitio.
9 Solutio eorum, quæ contra tertiam concluſionem obiecta ſunt.
10 Veritatem de qua eſt ſermo, eſſe conformitatem rerum cum intellectu diuino.
11 Quibus argumentis impugnari poſſit propoſita concluſio.
12 Solutio eorũ, quæ proximè obiecta ſunt.
13 Concluſio quæſtionis, & ſolutio argumẽtorum initio quæſtionis propoſitorum.
14 Diluuntur duæ quædam obiectiones cõtra ſolutionem quarti argumenti, & completur ſolutio.

7 Sit ne bonum propria entis affectio.
1 Quibus arg. non videatur propria entis affectio.
2 Refutatio opinionis Heruei de formali ſignificatione boni.
3 Refutatio opinionis Durandi.
4 Refutatio quarundam aliarũ opinionum.
5 Vera ſententia de formali ſignificatione boni, & præcipua quæſtionis concluſio.
6 Solutio primi argumenti partis negatiuæ initio propoſiti.
7 Solutio eiuſdem argumenti, quod attinet ad relationes, & ea, quæ dicũtur mala.

8 Solutio ſecundi, & tertij.

9 Solutio argumentorum Heruei, Durandi, & aliorum.

CAP. TERTIO.

Primi Philoſophi eſſe de primis principijs complexis agere: & quod nam ſit omnium firmiſſimum.

Queſ. 1 Vtrũ hoc principium, Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, ſit omnium primũ.

Sect. 1 Quibus rationibus non videatur primum.

2 Refutatio duarum opinionum, quæ negatiuam partem quæſtionis amplectũtur.

3 Affirmatiuæ partis approbatio.

4 Solutio argumentorum, quæ initio propoſita ſunt.

CAP. QVARTO.

Aggreditur refutationem eorum, qui primum principium negabant: primumque contra totum hoc Philoſophorum genus communiter diſputat.

CAP. QVINTO.

Speciatim refellit eos, qui rationibus fallacibus ſeducti primum principium nõ admittebant.

CAP. SEXTO.

Diſputat priuatim contra eos, qui propterea primũ principium negabant, quod omnia, quæ apparent, vera eſſe crederẽt.

CAP. SEPTIMO.

Defenſo primo principio, quod negatiuum eſt, defenditur affirmatiuum illud, Neceſſe eſſe, vt quodlibet ſit vel non ſit, idque docendo, non dari medium inter contradicentia.

CAP. OCTAVO.

Refutantur duo quædam, quæ impugnatas ſententias ſequuntur. Vnum eſt, non dari in rebus diſcrimen veri & falſi: alterum, tolli de medio diſtinctionem motus, & quietis.

INSTI

Digitized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

PRÆFATIO.

PETRVS A FONSECA LECTORI S.

ADEO inops fuit politioris Litteraturæ ſuperior ætas, vt cum omnes, qui Philoſophiæ ſtudia conſectabantur, Ariſtotelici haberi vellent, pauciſsimi eſsēt, qui Ariſtotelem euoluerent. Arbitrabantur enim Ariſtotelicam doctrinam planius, & expeditius in Summulis quibuſdam, ac Quæſtionibus, quas diligētiorum induſtria pepererat, quàm in ſuo Auctore contineri. Sed quanquam ex magna parte id verum ſit, non eſt tamen obſcurum, quantam iacturam fecerit Philoſophia, ex quo hæc docendi diſcendique conſuetudo probari cœpit. Quotus enim quiſque eſt, qui grauem illam Antiquorum eruditionem hiſce riuulis contentus non dico conſequi, ſed aliqua ex parte imitari poſsit? Hoc cum animaduerteret noſtra hæc Conimbricenſis Academia, aliarum quarundam recenti exemplo & inſtituto ducta, eam docendi rationem ab ipſis veluti incunabulis ſequuta eſt, vt in explicandis libris Ariſtotelis omne ſtudium & operam collocandam exiſtimaret. Quo autem ex ea re vberior fructus perciperetur, prudenter ſtatuit, vt ea quotidie præceptores dictarent diſcipulis, quæ de re, quam explicaſſent vel grauiſsimi auctores optimè dixiſſent, ipſi marte ſuo addenda eſſe indicaſſent. Verum hæc docendi ratio, etſi longè melior, & vtilior, quam illa ſuperior habebatur: tamen ob aſsiduum ſcribendi laborem,

Digitized by Google

incredibilem Diſcipulis, vt de Præceptoribus taceam, moleſtiam, difficultatémque afferebat. Tempus etiam, quod in docendo, ac diſputando vtilius poni potuiſſet, non ſine magno incommodo in dictando conſumebatur. Vnde illud euenire neceſſe erat, vt nec libri omnes, qui in curriculo Philoſophiæ numerãtur, omnino abſoluerentur, nec tam frequens eſſet, támque diuturna, quàm optabamus, diſputandi exercitatio. Vt ergo, & labori Diſcipulorum conſuleretur & iactura qualiſcunque erat, ſtudiorum Philoſophiæ reſarciretur, ſtatuerunt Præpoſiti Societatis noſtræ (cui Regium hoc liberalium Artium Gymnaſium 9. abhinc anno à Chriſtianiſſimo Rege Ioanne tertio traditum eſt) vt ego, quod in profitenda Philoſophia aliquot annos poſuiſſem, qua poſſem breuitate & perſpicuitate eos libros Ariſtotelis exponerem, qui Auditoribus Philoſophiæ explicari conſueuerunt. Fore enim exiſtimabant, vt hac ratione & mea diligentia, & Typographorum opera, non modo diſcendi labor minueretur, ſed aliquid etiam ad hæc ſtudia lucis, & vtilitatis accederet. Ego vero, cùm mei tenuitatem ingenij non prorſus ignorarem, quantum obedienti fas fuit, hoc onus, quod meis humeris impar eſſe ſentiebam, recuſare conatus ſum. Verum illi, in quorum ego voce Chriſtum agnoſco, ſtudio iuuandi alios cõmoti, meæ potius facultatis ſeu (vt verius loquar) imbecillitatis periculum facere, quàm vllam officij occaſionem prætermittere voluerunt. Quia igitur impoſitum mihi onus reiicere non poſſum, dabo quàm diligentiſſimè operam, vt quod in me eſt, ſi non aliorum votis ſatisfecero, certè eorum, quibus mea vitæ rationem commiſi, iuſſui non deſim. Interim tamen, dum commentarios in Ariſtotelem, Porphyriúq; Iſagôgen conſcribo, has Dialecticas Inſtitutiones, cum vt fidei noſtræ pignus, tum vero vt neceſſarias iis offero, qui intra limina Philoſophiæ recipi cupiunt. Id enim negari nõ poteſt, Ariſtotelem alioquin diſertiſſimum, ita de induſtria, quo tarda nimirum ingenia exerceret, ſuam ſententiam plurimis in locis occuluiſſe, vt Præceptoribus Dialecticæ neceſſe ſit, non antè ad explicationem librorum eius accedere, quàm totius Dialecticæ adumbratam imaginem Diſcipulis proponant. Sic enim fit, vt omnibus partibus Dialectices, quaſi radio deſcriptis, multò planiùs & faciliùs ea quæ ab illo dicuntur, intelligantur. Nec tamen hi octo Libelli, eo conſilio à me ſcripti ſunt, vt ante Porphyrij Inſtitutionem omnes explicentur (ſcio enim id commodè fieri non poſſe) ſed vt neceſſariis, ac præcipuis quibuſque initio expoſitis, reliqua in alium locum differantur. Satiùs namque eſt, ſi nõnulla ex tribus primis menſibus, quos vtiliter Academia noſtra in huiuſcemodi primis Inſtitutionibus ponere

nere conſueuit, ſuperſint, quam vt pars aliqua in hac totius Dialectica deſcriptione deſideretur, aut certè breuior ſit tractatio, quàm vt perſpicuitas & vtilitas patiãtur. Poſſunt itaque ſex primi Libri, à Calẽdis Octobris ad diem Natalem Domini explicari: reliqui in eam anni partẽ differri, in qua ſtudia ob immodicos calores remiſſiora eſſe ſolent. Ita enim fiet, vt ſex illi aditum aperiant ad librum Categoriarum Ariſtotelis, ad libros de Interpretatione, déque Priori reſolutione, qui, vt equidem ſpero excuſis commentariis, dictandique lentitudine præciſa, ad Calendas vſque Iulias enarrari poterunt. Extremi autem duo ad libros de Poſteriori reſolutione. Topicorum, & Elenchorum, qui à Studiorum inſtauratione inchoabuntur, viam munient. Eo autem libentius hoc quaſi integrum Dialecticæ corpus confeci, quod videam multos præclari ingenij Iuuenes ab humanioribus litteris ad Iuris peritiam ſtatim commigrare, qui, ſi vel hac Inſtitutione prius imbuantur, multo maiores facturi ſint in illis litteris progreſſus. Faxit Deus Opt. Max. vt noſter hic labor, qui in eius gloriam, & multorum vtilitatem confertur, & ipſi gratus ſit, & proſit omnibus, qui in bonis litteris inſtitui volẽt.

* * *

Digitized by Google

ARGVMENTVM IN OMNES LIBROS.

PRIMVS liber, propoſitis iis à quibus, quaſi fundamentis totius Artis conſtitutio ſurgit, explicatáque natura Nominis & Verbi, quæ ſunt apud Dialecticum prima orationis elementa, eas Nominum & Verborum nuncupationes exponit, quæ crebriùs vſurpantur. Secundus diſponit Nomina omnia & Verba in quaſdam veluti claſſes, quæ Prædicamenta appellantur, expoſitis primùm Genere, Specie, differentia, Proprio, & Accidente: quibus ignoratis, Prædicamenta intelligi nullo modo poſſunt. III. agit de Oratione, eiúſque formas ad Coniunctas vſque enunciationes perſequitur: nec omnino eas, quæ expoſitione indigent prætermittit. IIII. Ad Diuidendi rationem totus confertur. In V. de Definitione diſſeritur. VI. explicata in primis Conſequentiarum vi & natura, Argumentationem, eiúſque quattuor prima genera pertractat, Syllogiſmum, Enthymema, Inductionem & Exemplum: Qua in parte non tantum peritia iudicandi de apta & vitioſa Argumentatione traditur, ſed etiam oſtenditur generalis quædam ad Medium, Argumentúmue inueniendum via. VII. Agit de Demonſtratione, ac Syllogiſmo Dialectico: Quorum cauſſa Locos commonſtrat, è quibus omnia Argumentorum genera depromi poſſunt. Tum diſſerit de Ordine: Sic enim Ariſtoteles eam Iudicij partem appellat qua Argumentorum inter ſe diſpoſitio continetur. VIII. Tandem explicat Fallaces Syllogiſmos (Pſeudographum ille & Sophiſticum nominat) vt Dialecticus expeditè intelligat quomodo eluendæ ſint Sophiſtarum captiones: Quod vt commodius fiat, ea quæ recentiores de vſu Nominum, quam Suppoſitionem vocát, deque aliis quibuſdã Nominum affectionibus vtiliter tradiderunt, moderatè adiũgit.

INSTI-

itized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM LIBER PRIMVS.

De Neceſſitate, Nominibus & Natura huius Artis.

CAPVT PRIMVM.

CVM omnis doctrina, quæ ratione perficitur. Diſſerendo (id eſt, ex notis ignotum aliquid oratione patefaciendo) tradatur, in diſſerendo autem multi errores contingant, neceſſario Ars aliqua quærenda fuit, quæ aptas diſſerendi formas oſtenderet, ne falſa Doctrina pro vera aliquando obreperet. Hanc Artem qui inuenerút, Dialecticam nominarunt, poſtea veteres Peripatetici Logicam appellauerunt. Et rectè quidem vtrique. Nam Dialectica dicitur Latinè Diſſerendi ratio, ſiue doctrina. Quod enim Græcis eſt *διαλέγεσθαι*, vnde hoc nomen ducitur, idem eſt Latinis Diſſerere. Eadem nominis interpretatio, vel Cicerone auctore, in Logicę verbum conuenit. *Obſcura*, inquit, *quæſtio eſt, quam περὶ δυνατῶν appellant, totáque eſt Logica, quam rationem Diſſerendi voco.* Quinetiam eadem oratio facilè & expeditè naturam huius artis ex proprio fine declarat. Nam etſi ipſum Diſſerendi opus omnibus Diſciplinis commune eſt (omnes ſiquidem ignorationem aliquam ex notis conceſſis depellunt) docet tamen quonam modo Diſſerendum ſit, ad eamque rem communes legeś, ac præcepta tradere, hoc ſibi Dialectica, vt proprium finem, quo à cæteris diſtinguitur, vendicauit. Aptiſſimè igitur definitur Dialectica, *Diſſerēdi doctrina*, quaſi ars, quæ docet omnes formulas Diſſerendi, hoc eſt, incognita ex cognitis oratione Patefaciendi. Hinc fit, vt non ſine cauſa dixerint grauiſſimi Auctores, hanc vnam facultatē cæteris omnibus formandis Artibus eſſe neceſſariā, quam proinde alius, *Apicem diſciplinarum*: alius, *Diſciplinarum diſciplinam*: alius *& Artium maximam, & Lucem omnium* appellare nō dubitat. Pręſcribit ſiquidē omnes Diſſerendi modos, quibus quęque doctrina comparatur, ac continetur, vt dictum eſt.

1. poſt. 1. Metap. text. 4 — Cur hac neceſſari — Refert h Top. C — Notatio minum Artis.

Lib. de

Finis prius Artis.

Alb. Ma Porphy. ctat. 1.

Definitio Dialecticæ.

Plato 7. de Repub. D. Auguſtin. 3. contra Academ. & 2. de Ordi. Cic. de Claris orator.

Definitionem Dialecticæ ex Topicis deſumptam, non conuenire in totam hanc Artem. CAPVT II.

SED aliquis fortaſſe parum attentè ingrediens, in ipſo ſtatim limine offendet, dicetque eam, quam nos tradidimus Dialecticæ

Obiectio.

Digitized by Google

diffinitionem non eſſe Ariſtotelicis probandam, quod alia circunferri

1. Topicor. 1.

ſoleat, ex initio Topicorum Ariſtotelis in hunc modum deſumpta, *Dialectica, eſt Methodus, ſiue Ars ratiocinandi de quacũque Quæſtione propoſita ex Probabilibus.*

Dilutio.

Occurres tamen ᶜ Ariſtotelis conſilium non eſſe, vt ex loco citato eliciatur totius Dialecticæ definitio (cùm alibi aſſerat ad Dialecticam pertinere, vt agat de omnibus Syllogiſmis, hoc eſt, vt ſit generalis quædam Ars ratiocinandi, ſiue ex Probabilibus argumentis, ſiue ex Neceſſariis) ſed vt depromatur inde Definitio cuiuſdam partis, quæ, quia vſu frequentiſſima eſt, ſuo quaſi iure nomen totius Artis, velut proprium ſibi vendicat. Itaque Definitio illa quam tradidimus, quaſi totius Artis generalis Definitio amplectenda eſt.

1. Rheto. ad Theod. 1.

De ſubiecto Dialecticæ. CAP. III.

Subiectum Dialecticæ.

EX his facilè intelliges, Subiectum attributionis Dialecticæ (ad quod nimirum tota eius conſideratio refertur) eſſe Orationem, qua incognitum ex cognitis aperitur. Namque in hac vna tradenda & explicanda, omnis Dialecticorum cogitatio curáque conſumitur, vt ex dictis apertum eſt. Hanc Cicero, quaſi aliud agens, *Orationem Philoſophorum,* appellat, ea de cauſſa, vt arbitror, quod Philoſophis ſit familiaris, ac penè propria. Alio vero loco Varronis perſonam ſuſtinens, vt eam à perpetua & fuſa Oratorum Oratione diſtinguat, vocat: *Orationem Ratione concluſam,* præſertim, quia nihil eſt adeo proprium Rationi, quàm vt ex notis ad ignota progrediatur. Non deſunt quoque ex recentioribus, qui *Modum Sciendi,* appellãdum putent. Verùm priores duæ nuncupationes nonnihil obſcuritatis habẽt: tertia, ſi Sciendi verbum propriè accipiatur, aſtrictior eſt, quàm res, quæ ſignificatur. Neque enim omnis Oratio, quæ notis ignotum aliquid patefacit Scientiam parit, cum ſæpè Opinionem, aut quandam aliam cognitionem efficiat. Vt ergo ſequentia cum ſuperioribus conſentiant ſimulque apertior, ac planior ſit nuncupatio, percommode vocari poteſt, Differendi Modus. Qua vero ratione, Argumentatio, aut Syllogiſmus, rectè dicatur Subiectum Dialecticæ, paulò pòſt dicemus.

In Oratore ad Brutum.

Academ. ſecunda editio. lib. 1.

Recentiores.

Differendi modus. cap. 5.

De tribus generalibus Differendi modis tribúſque primis Dialecticæ partibus.

CAPVT IIII.

TRES autem ſunt generales Differendi modi, qui deinde in alios minutius conciduntur, Diuiſio, inquam, Definitio, & Argumentatio. His enim tribus quaſi Inſtrumentis, omnis cognitio rei incognitæ, ex notis ac perſpicuis conquiritur. Nam Diuiſio, tanquam diligens quædam exploratrix, omnia rerum genera, & partes ſingulorum excurrens, totam Entis confuſionem explicat: Tum deinde exploratis ita omnibus & quaſi ante oculos poſitis, accedit Definitio veluti lumen ad ſingula illuſtranda, quæ cùm doceat, quid quæque res commune habeat cum cæteris, quid ſibi proprium, & peculiare, naturam cuiuſque ſuis finibus circunſcribit:

Diuiſione, diffinitione, & Argumentatione, omnis cognitio comparatur.

Ad

Ad extremum Argumentatio multò efficacior ſuperioribus quid præterea cuique conueniat apta ratione concludit. Ex his tribus Inſtrumentis, quibus tres primæ partes Dialecticæ, reſpondent, duo tantum poſteriora poſuit Ariſtoteles primo Metaphyſicorum libro, cùm dixit *Omnem diſciplinam Demonſtratione, id eſt, Argumentatione, aut Definitione comparari.* Diuiſionem verò, etſi alio loco quemdam cognoſcendi modum eſſe non negauit, tamen non tantum in ea momenti eſſe credidit, vt ipſam faceret vnum per ſe comparandæ diſciplinæ inſtrumentum. Quamobrem ad definitionem cui materiam ſubministrat, [a] videtur eam reuocaſſe. Planius certè hac in re locutus eſt Plato, qui Diuiſionem quaſi diuerſum Diſſerendi modum à cæteris diſtinxit. Hinc Cicero Epicurum inſcitiæ coarguens, quod nullam Dialecticæ partem attigerit, eandem hanc (quam nos generalem tradidimus) Modorum Diſſerendi diuiſionem planè ſignificauit: *Iam in altera,* inquit, *Philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi, ac diſſerendi, quæ λογικὴ dicitur iſte veſter planè, vt mihi quidem videtur, inermis ac nudus eſt, tollit Definitiones: nihil de diuidendo ac Partiendo docet: non, quo modo efficiatur concludaturque Ratio, tradit.* Hinc etiam Porphyrius, vt ſignificaret Iſagogen ſuam vniuerſæ Dialecticæ conducere, dixit, eam non modo ad Categoriarum doctrinam (in quo libro prima omnium modorum diſſerendi elementa traduntur) ſed etiam ad omnem Definiendi, Diuidendi, ac Demonſtrandi rationem conferre. Hinc quoque Diuus Auguſtinus, cùm de origine Artium loquitur, aſſerit, rationem Definiendo, Diuidēdo, Colligendo, non ſolum digeſſiſſe Grammaticam, ſed etiam ab omni falſitatis irreptione defendiſſe, idque ſine præſidio Dialecticæ, quam primo quaſi partu edidiſſet, facere non potuiſſe: quaſi his tribus generalibus Diſſerendi inſtrumentis edocendis poſita ſit formatrix omnium Artium Dialectica. Ita ergo fit vt res ſint generales Diſſerendi modi, in quibus tradendis tres primæ Dialecticæ partes verſantur.

Duos e … differen… dos poſu… ſtoteles.…

[a] 1. Met… text. 48… Albe. in… phyr. tr… 1. cap. 5.… Phædro… phiſta, C… uili. Cic… de fini.

In præfatione.

In Oratione… Brutum.

Retractati.

Boëtii initio Topic. Cicer.

Quòd Ariſtoteles ſolam tertiam Dialecticæ partem ex inſtituto tradiderit. CAPVT V.

ILLVD tamen animaduertendum eſt, Ariſtotelem ex his tribus Dialecticæ partibus, ſolam tertiam ex inſtituto tradidiſſe. De Diuiſione ſiquidem & Definitione, non, niſi quatenus ad inuentionem argumentorum ſunt vtiles diſputauit. Hoc autem, vel ea de cauſa fecit, quod in definitione ac Diuiſione, quòd ad Dialecticum attinet, minus negotii eſſe credidit, quàm vt per ſe tractandæ viderentur, vel quia in ſola Argumentationis tractatione (quam [a] ipſe ſibi, quaſi primo auctori arrogat) ex inſtituto laborandum ſibi eſſe exiſtimauit ſæpius enim [b] Definiendi doctrinam à Socrate primùm traditam affirmat. [c] Diuidendi rationem velut Platonis inuentum ſæpe deprimit. At Scientiam Ratiocinationum Syllogiſmorúmue (ad quos cætera Argumentationum genera reuocantur) adeo aſſeueranter ſibi aſcribit, vt ſepe Syllogiſmi nihil omnino ab aliis accepiſſe affirmet, ſed ſibi primum quod eorum arte ingenti labore

Cur Ariſt. de ſola argumentat. ex inſtituto diſputet.

Albert. … gnus in … phyr. trac… cap. 5.

Socrates primus Definiēdi author, Plato diuidendi, Ariſtot. Ratiocinandi.

[a] 2. Elen… tremo.
[b] 1. Meta… 15. & 11. Metaphy.…
[c] Vt 1. Pri… & 2. poſt. text. 4.

bore inuenerit, magnam gratiam deberi. Itaque ex tribus generalibus diſſerendi modis, ſolam Argumentationem, atque adeò ferè eius præcipuam formam quæ Syllogiſmus Ratiocinatióve dicitur tractandam ſuſcepit Ariſtoteles. Quam tamen ita tractauit, vt non modò eas Ratiocinationes,[a] quæ ex Neceſſariis argumentis rem confirmant, ſed etiam eas,[b] quæ ex probabilibus, Veriſimilibúſve aliquid probant, diligentiſſimè ſit perſequutus. Hinc fit, vt qui Dialecticam ea tantùm ex parte, qua ab Ariſtotele tradita eſt conſiderant, meritò aſſerant Dialecticæ ſubiectum eſſe Argumentationem, aut certè Syllogiſmum, ad quem reliquę Argumentationum formæ rediguntur. Hac etiam ratione intelligendum eſt diuidi Dialecticam in partem inueniendi, ac Iudicandi. Inuentio enim (vt Authores huius diuiſionis definiunt) eſt ratio exquirendi Argumenta. Iudicium verò eſt doctrina accommodandi hæc ipſa, ad propoſitum concludendum, quorum vtrumque ad tractationem Argumentationis pertinere luce clarius eſt. Quod ſi nomina Inuentionis & Iudicii latiùs accipiantur, quàm ab Authorib. huiuſce diuiſionis exponuntur, non dubium eſt, quin ad totam Dialecticæ Artem hæc Diuiſio aptari poſſit. Nam ſine Inuentione, & Iudicio, generali ſignificatione acceptis, non ſolum Argumentatio confici non poteſt, ſed ne vlla quidem Definitio, aut Diuiſio: Id quod Boëtius diligenter aduertit. Verùm de iis, vt de cæteris deinceps breuiter attingenda ſunt, alio loco fuſius diſputabimus.

[a] In lib. poſt.
[b] Lib. Topic.
Quatenus ſubiectū Dialectica rectè dicatur Argumētatio aut ſyllogiſmus.
Inuentionem & iudiciū ad doctrinā Argumentationis pertinere.
Alb. Mag. in Por. tracta. 1. Scotus ibidē.
Ad Topic.

De partibus, & ordine tractationis Dialecticæ.

CAPVT VI.

QVIA igitur Diuiſio, Definitio & Argumentatio hoc commune habent, quod ſint Orationes, partes autem Orationis ſunt Nomen & Verbum, nam cætera omnia quæ in oratione cernuntur, aut ad Nomen & verbum reuocantur, aut potius ſupplementa Orationis, & colligationes partium eius, quàm partes, putanda ſunt: primum[c] nos de Nominibus, ac verbis agemus deinde de[d] Oratione, poſteà tria illa Orationum genera, Diuiſionem, inquam, Definitionem & Argumentationem ita perſequemur, vt primo[e] loco de diuiſione, proximo[f] de definitione, extremo[g] de Argumentatione diſſeramus. Sic enim & naturæ & doctrinæ ordinem tenebimus, quorum ille à minùs perfectis ad perfectiora, hic à facilioribus ad difficiliora paulatim progreditur. Nec vero aliquis à litteris, quæ minimæ ſunt Orationis particulæ, ordiendam eſſe hanc tractationem putet, propterea quòd Natura in rebus efficiendis à minimis ad maiora progrediatur. Nam vt Naturæ Ordo in aliqua Arte ſeruetur, non eſt opus vt ſumatur initiū ab iis, quę omnino, ac ſimpliciter minima ſunt ſed ab iis, quæ in ea Arte ſunt minima. Litteræ autem etſi ſimpliciter ſint minimæ partes Orationis: tamen earum conſideratio non pertinet ad Dialecticam, ſed ad Grammaticam. Ita non eſt, cur à Litteris, & non potius à Nominibus & verbis ordienda ſit Artis Dalecticæ tractatio. Hanc ergo de Nominibus, & verbis diſputationem bipartitam faciamus

Ariſtotel. 3. Rhethori. ad Theo. 2. Plato in Sophiſtico. D. Auguſtin. initio Categoriarum. Ammonius. Boet. & D. Thom. in 1. Periher.
[c] Lib. 1. & 2.
[d] Libro. 3.
[e] Libro. 4.
[f] Libro. 5.
[g] Libro. 6. 7. & 8.
Ordo naturæ.
Ordo doctrinæ.
Obiectio.
Dilutio.

Digitized by Google

faciemus, Priori loco de Nominum & verborum varia nuncupatione dicendum eſt, proximè cogenda ſunt omnia in decem quaſi claſſes, quę κατηγορίας, id eſt, Prædicamenta ab Ariſtot. dicuntur, vt facilè inueniri poſſint ad omnia Orationum genera ſtruenda. De vſu autem Nominum & Verborum, quem recentiores Suppoſitionem vocant, déque aliis quibuſdam eorum Affectionibus, ad finem harum Inſtitutionum, (quòd commodius in eum locum differri videantur) diſſeremus. *Lib. 8.*

De quibus Nominibus & Verbis agendum ſit. CAP. VII.

NOMINVM & verborum tria ſunt genera, quædam Mente fabricata, quædam Voce, alia Scripta. Ea enim quæ ſunt in voce, ſunt ſigna eorum quæ ſunt in mente: & Scripta eorum quæ in Voce conſiſtunt. Quamquam verò hęc omnia ad Dialecticam pertineant (tradit enim Dialectica omnes Differendi modos, qui non modo externa Oratione, ſed etiam interna perficiuntur) tamen ne tot genera Nominum & Verborum, confuſionem in progreſſu pariant, de ſolis Vocalibus agendum eſt: præſertim cùm omnis Differendi ratio, quæ in Vocibus traditur, facilè ad Orationes mentis, & Scriptas poſſit accommodari. Sed obiiciet aliquis in hũc modum: Vocalis Oratio totam ex Oratione mentis vim habet, teſte Ariſtotele, qui hoc ipſum vſque adeo verum eſſe putat, vt fateatur Demonſtrationem, quæ omnium Argumentationũ firmiſſima eſt, & omnino Syllogiſmũ, non in Oratione externa, ſed in ea quæ in Mente, efficitur, conſiſtere: quod etiã in cæteris Differẽdi modis, pari ratione fateri neceſſe eſt. Igitur ſi vnum tantũ genus Verborũ, ac Nominum tractandum videtur, de Mẽtalibus potius, quàm de Vocalibus agendũ eſt. *Tria g[enera] Nomin[um &] Verborum. Peri. 1.* *Obiectio.* *1. Poſt. 8. Text. 25.*

OCCVRRENDVM eſt tamen, etſi Oratio Vocalis totam ex Mentali vim habeat, tamen quia voces, quàm conceptus, multo ſunt patentiores & dilucidiores, in Vocibus potius, quàm in Conceptionibus Mentis, tradendam eſſe Dialecticam, ſicque de Vocalibus potius Nominibus & verbis, quàm de Mentalibus agendum eſſe: id quod Ariſtoteles & cæteri omnes, non hac tantum ratione fecerunt, ſed etiam, quia interna Oratione nemo alterum docere poteſt: incognitaque ex notis alij patefacere: quod tamen quo pacto faciendum ſit, Dialecticus tradere debet. Eadem quoque ratione Vocalia potius Nomina quàm Scripta tractantur à Dialecticis, quia nimirum Vocalis Oratio longè clarior eſt, quàm Scripta: Accedit eò, quòd multò etiam communior, & vſurpatior. Nos igitur has ob cauſas, ſolam Vocalem Orationem tractaturi, de iis tantum Nominibus ac Verbis, quæ in Voce conſiſtunt diſſeremus. Sed quia perutile erit tria hæc Nominum & verborum genera prius inter ſe quoad ſignificandi rationem conferre, ante omnia dicendum eſt, [a] quid ſit Significare, quámque varia ſint Signorum, ac Significationum genera: [b] Deinde aperiendum eſt, quo pacto Conceptus, Voces, & Scripta ſignificent: [c] Tandem ad explicanda ea Nomina & verba, de quibus agere inſtituimſu, aggrediendum. *Vocalis [vim] ex mẽtal[i] habet.* *De ſolis V[oca]libus No[mini]bus & V[erbis] agendum.*

a Cap. *b Cap. 1[0].* *c Cap. 11. & c.*

B De ſi

Digitized by Google

De Signis formalibus & instrumentalibus. CAP. VIII.

Significare quid.

ATQVE vt altè, & à capite Significandi modos, repetam, Significare nihil aliud eſt, quàm potentiæ cognoſcenti aliquid repræſentare. Cùm autem omne, quod aliquid repręſentat, ſit Signum rei, quæ repræſentatur, efficitur vt quicquid rem aliquam ſignificat, ſit ſignum eius. Quare cùm is qui loquitur aut ſcribit, dicitur Significare ſententiam aut volútatem ſuam, non aliter id accipiendum eſt: quàm quo pacto is qui lignis ignem admouet, vrere ligna dicitur. Vt enim hic dicitur vrere, quia id applicat quod vrit, ſic is qui loquitur, aut ſcribit, dicitur Significare ſententiam, voluntatém ve ſuam, quia exhibet Signa, quæ quid ipſe ſentiat aut velit, ſignificant: qualia ſunt verba, Scripta, Nutus, & alia huiuſcemodi.

Duæ ſignorũ diuiſiones.

PORRO Signa duabus diuiſionibus diſpartiuntur: altera in Signa formalia, & Inſtrumentalia (liceat enim ita loqui;) altera in Naturalia, & ex inſtituto. Signa Formalia ſunt ſimilitudines, ſeu ſpecies quædam rerum ſignificatarum in potentiis cognoſcentibus conſignatæ, quibus res ſignificatæ percipiuntur. Huius generis eſt ſimilitudo, quam mons obiectus imprimit in oculis: item ea quam amicus abſens in memoria amici reliquit: item ea, quam quis de re quam nunquam vidit, effingit. Dicuntur autem Formalia Signa, quia formant, & quaſi figurant potentiam cognoſcentem. Signa Inſtrumentalia ſunt ea, quæ potentiis cognoſcentibus obiecta in alterius rei cognitionem ducunt: Huius generis eſt veſtigium animalis in puluere impreſſum, fumus, ſtatua, & alia huiuſmodi. Nam veſtigium eſt ſignum animalis, à quo impreſſum eſt: fumus verò, ignis latentis: ſtatua denique, Cæſaris, aut alicuius alterius. Hæc dicuntur Signa Inſtrumentalia, vel quia his quaſi inſtrumentis, conceptus noſtros aliis ſignificamus: vel quia quemadmodum artifex, vt inſtrumentum, ſic potentiæ ad cognoſcendum aptæ, vt hoc Signorum genere rem aliquam cognoſcant, neceſſe eſt vt hæc ſigna percipiant. Hinc colliges apertiſſimum diſcrimen inter hæc Signa & ſuperiora: Illa ſiquidem non ſunt à nobis neceſſariò percipienda, vt ipſorum perceptione in rei ſignificatę cognitionem veniamus. Hæc autem niſi percipiantur, nemini alicuius rei cognitioné adducent. Differunt etiam hac ratione, quòd priora illa, nec admodũ vſitatè nominãtur Signa, nec ſatis propriè dicuntur repræſentare: hæc verò poſteriora, maximè. Vnde D. Auguſt. quaſi complexus omnia, quæ populari ſermone ſigna dicerentur, hoc modo ſignum definiuit *Signum eſt, quod & ſeipſum ſenſui, & præter ſe aliquid animo oſtendit.*

Signa formalia.

Signa inſtrumentalia.

Diſcrimen inter ſigna formalia & inſtrumentalia.

Alterum diſcrimen.

Lib. de principiis Dial.

De Signis Naturalibus & ex Inſtituto. CAP. IX.

SIGNA Naturalia ſunt, *quæ apud omnes idem ſignificant:* ſeu potiùs, *quæ ſuapte naturâ, aliquid ſignificandi vim habent.* Quomodo gemitus, eſt Signum doloris: & riſus, lætitiæ. Signa verò ex inſtituto ſunt, *quæ ex hominum voluntate, & quadam quaſi compoſitione ſignificant.* Quorum rurſus

Signa naturalia.

Signa ex inſtituto.

Digitized by Google

turſus duo ſunt genera. Nam quædam ſignificant ex Impoſitione, vt pote Voces, quibus homines colloquuntur, & Scripta, quibus abſentes inter ſe communicant: alia ex Conſuetudine, & communi vſurpatione quo pacto ea quæ pro foribus appenduntur, ſignificant res venales. Eorum porrò quæ ex Impoſitione ſignificant, duplex eſt ſignificatio: propria, & impropria. Propria eſt quam ſibi Signa ex propria impoſitione vendicant, qualis ea eſt, qua vox Homo ſignificat veros homines, & Leo veros Leones. Impropria eſt ea, ad quam ob aliquam rerum affinitatem ſigna traducuntur: eiuſmodi eſt illa, qua homo ſignificat homines depictos, & Leo viros robuſtos. Ferè autẽ verba ad aliquem modum (τρόπον. Græci vocant) traducta, & immutata impropriam habent ſignificationem: vt quæ per Metaphoram, Catachreſim, Metalepſim, & Metonymiam immutantur. Dixi autem *ferè*, quia ſaltem quæ per Onomatopœiam ſignificãt, nõ videntur impropriè vſurpari, Quis enim dicat hanc dictionem, *Clangor*, imitatione rei fictam, impropriè ſignificare ſonum tubæ, & *Latratus*, vocem canis domeſtici? De Sinecdoche, & antonomaſia alij iudicent. Sed hæc quę de Propria, & impropria ſignificatione breuiter attigimus, à Grammaticis petenda ſunt. Eorum rurſus, quæ propriè ſignificant, quædam dicuntur Categoremata, quædam Syncategoremata. Categoremata, teſte Cicerone appellantur ea, *quæ de quodam aut quibuſdam dicuntur* vt, Cræſus, Diues, & ſimilia. Hæc enim dictio *Craſus* de vno quodam homine dicitur, Diues de multis. Nec refert quòd Cicero nomine Categorematis, res ſignificatas intelligat, nos verò ipſa Signa rebus ſignificandis impoſita. Vtraque enim aptè appellantur Categoremata, quaſi Dicibilia, quia de vno, aut pluribus dicuntur. Syncategoremata vero (quaſi dicas, Categorematis conducentia) vocantur ea, quæ non dicuntur de aliquo, aut aliquibus, ſed tamen Categorematis, vt certum orationis ſenſum efficiãt, adiumentum afferunt: vt Cræſi, Diuitis, Docte, Sapienter, Omnis, Nullus, Si, Cum, Aut, Ab. & cætera huiuſmodi. Hæc de variis Signorum, & ſignificationum generibus videntur ſatis. Proximum eſt vt quopacto Conceptus, Voces, & Scripta ſignificent, dicamus.

Ex impoſitione. *Ex conſuetudine.* *Significatio. Propria.* *Impropria.* *Ferè omnes tropi impropriam ſignificationem continent. Vide. Quintilianũ. lib. 8. ca. 6. & lib. 9. cap. 1.* *Categoremata 4. Tuſculã.* *Tum res, tum ſigna rerum, dicuntur Categoremata.* *Syncategoremata quæ dicantur.*

Quo pacto Conceptus, Voces, & Scripta ſignificent. CAP. X.

PRIMVM, Conceptus ſunt Signa formalia: Voces autem, & Scripta numerantur in Inſtrumentalibus, vt recentiores notant. Nam Conceptus, ſunt ſimilitudines quædam rerum ſignificatarum in intellectu conſignatæ, quas non neceſſe eſt cognoſcere, vt ipſarum interuentu res ſignificatæ cognoſcantur: Voces autem & Scripta. ſunt Signa externa, quæ, niſi potentiis cognoſcentibus obiiciantur, in cognitionem rerum ſignificatarum neminem inducent. Deinde, Cõceptus ſunt Signa naturalia earum rerum, quas ſignificant, Voces autem, quibus colloquimur, & Scripta, quibus cum abſentibus cõmunicamus, ſunt ſigna ex inſtituto. Cõceptus enim, vt ait Ariſt. ſunt idem ſuapte natura apud omnes, hoc eſt, idem apud omnes ſignificant: Voces verò, & ſcripta, non item, vt ſatis apertum eſt. Denique

Primum diſcrimen ſignificationis Cõceptuum à ſignificatione. Vocum & ſcript. *Secundum diſcrimen.* *Tertium diſcrimen.* 1. Peri. 1.

Conceptus ſignificant res immediatè, id eſt, nullo alio interiecto Signo: Voces autem interuenientibus rerum Conceptibus, quorum ſunt proxima ſigna & notæ, vt ait Ariſtoteles, ſcripta verò, non ſolum interuenientibus rerum Conceptibus, ſed etiam mediis Vocibus. Id enim, quod Scripta proximè obiiciunt menti, ſunt Voces. Multi ſiquidem legendo exprimunt Voces, quas Scripta ſignificant, nullum interim formantes Conceptum rerum ſignificatarum vt patet in iis qui Latinas literas legunt, nec tamen intelligunt.

1. Peri. 1.

Nota.

VERVM non eſt neceſſe, vt cum ego audio vocem ſignificatiuam alicuius rei, duo in me gignantur Conceptus, alter ipſius conceptus rei, alter rei ſignificatæ. Nec item cùm lego verbum aliquod apud Ariſtotelem, opus eſt, vt tria concipiam, Vocem, quæ rem ſignificat, quæque vocabulo reſpondet, Conceptum rei, & Rem ſignificatam. Mens enim celeritate ſua, ſtatim præuolat ad rem, prætermiſſis ſæpe mediis ſignis, interiectis inter primum ſignum, & rem ſignificatam.

Mens ſæpe prætergreditur ſigna media.

De Conceptu Medio & Vltimo.

CAPVT XI.

Duo ſemper gignuntur conceptus, cũ proponitur vox, aut ſcriptura ſignificans ex inſtituto.

ILLVD tamen eſt omnino neceſſarium, vt cum audimus Voces, aut legimus Scripta ſignificatiua ex Inſtituto, duo ſemper in nobis Conceptus gignantur, alter, ipſius Vocis aut Scripturæ, qui in homine etiam ignaro idiomatis gigni poteſt, alter, rei ſignificatæ, qui non gignitur, niſi in eo qui tenet ſignificationem vocabuli. Voces namque, & Scripta ſunt ſigna inſtrumentalia, vt dictum eſt, quæ neceſſario ſunt percipienda, ſi ipſorum interuentu res ſignificatæ cognoſcendę ſunt. *Cap. 10.*

AC prior ille Conceptus dici ſolet, Non vltimatus: poſterior, Vltimatus. Aptius tamen ille diceretur, Medius: hic, Vltimus. Inter quos conceptus hoc diſcrimen perſpice, quod Medius ſignificat naturaliter ipſam Vocem, aut Scripturam quæ proponitur, cum ſit naturalis imago Vocis, aut Scripturæ. Vltimus vero ab ipſa eadem Voce, aut Scriptura ex impoſitione ſignificatur. Nam cum homines imponunt Voces, aut Scripta rebus ſignificandis, ſimul etiam imponunt eadem ſignificandis Conceptibus rerum: id quod Ariſtoteles, quod ad voces attinet, planè ſignificat cùm ait, Voces eſſe notas, ſeu ſigna Conceptuum, non ita tamen, vt idem apud omnes ſignificent. Addunt Recentiores, Conceptum Medium ſignificare ex Impoſitione, & Conceptum Vltimum, & rem, quam vltimus naturaliter ſignificat: Verbi cauſſâ Conceptum medium huius vocis, homo, ſignificare ex impoſitione & conceptum vltimum eiuſdem vocis, qui quidem eſt naturalis conceptus hominis, & hominem ipſum: nam cùm Voces, aut Scripta imponuntur rebus ſignificandis, ſimul etiam ex quadam conſecutione, videntur imponi Conceptus naturales ipſorum. Cui ſententiæ, cum vera videatur, non repugnabo. Sed miſſis iam hoc loco Conceptibus, & Scriptis, ad tractanda deinceps Nomina, & Verba vocalia aggrediamur. *1. Peri. 1.*

Diſcrimen inter conceptum mediũ & vltimum.

Conceptus medius ſignificat ex impoſitione & cõceptũ vltimũ & rem ſignificatam.

De

De Nomine. CAP. XII.

NOMEN, *eſt vox ſignificans ex inſtituto, definitè, ac ſine tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparatim, quaque adiũcto, Eſt, aut, nõ eſt, efficit orationem, quæ verum aut falſum ſignificet:* vt, Homo, Socrates, & aliæ huiuſmodi voces. In hac definitione Vox reiicit Conceptus & Scripta. Significans, reiicit eas voces, quæ nihil ſignificant, vt Blictri, & alias huiuſcemodi. Ex inſtituto, reiicit voces ſignificantes naturaliter, vt gemitus, & alias permultas Interiectiones. Definitè, reiicit Nomina & Verba Infinita, vt Non homo, Non valet, quæ Ariſtoteles non ſimpliciter Nomina, aut verba, ſed Nomina Infinita, & verba Infinita appellanda eſſe cenſet, eo quod nullum certum entis veri aut ficti, conceptum intellectui ſubiiciunt: cùm & de iis quæ ſunt, & de iis quæ non ſunt, dicantur. Sine tempore reiicit Verba infinita & Participia quæ quidem omnia tempus adſignificant. Nam etſi pleraque Nomina ſignificant Tempus, vt Dies, Hora, Annus, nullam tamen certam differentiam Temporis, Præſentis ſcilicet, Præteriti, aut futuri ſuæ ſignificationi adiungũt, quod quidem eſt, adſignificare tempus, ſeu ſignificare cum tẽpore. Illud verò, cuius nulla pars ſignificat ſeparatim, reiicit Orationes: Omnis namque Orationis pars aliqua, ſeparatim, ac per ſe, in ipſa Orationis ſtructura ſignificat: vt in his duabus orationibus, Homo albus, Homo ſedet, cernere licet: in nullo autem Nomine, etiamſi compoſitę figuræ ſit, qualia ſunt Reſpublica, & Senatuſconſultum pars vlla quicquam declarat ſeparatim. Illud denique. Quæque adiuncto, Eſt, & cæt. reiicit caſus Nominum, vt Platonis, Platoni, & reliqua omnia Syncategoremata, vt Coniunctiones, & Præpoſitiones, immo etiam, vt quidam volunt Adiectiua adiectiuè accepta, vt Candidus: Quoniam appoſito hiſce verbo, Eſt, ſiue affirmato, ſiue negato, nunquam efficitur oratio quæ verũ aut falſum ſignificet, quod perſpicuum erit, ſi dicas Platonis eſt, Platonis non eſt, & ita in cæteris.

1. Peri. 2.

Nomina & verba infinita.

Quid ſignificare cũ tẽpore.

Infra 3. lib. cap. 1.

Adiectiua adiectiuè accepta.

QVOD ſi quis obiiciat, multa eſſe Pronomina, quæ adiuncto verbo, Eſt, efficiant orationem, quæ verum aut falſum ſignificet, quales hæ ſunt, Ego ſum, Tu es, Ille eſt, quare Pronomina eſſe Nomina, quod videtur abſurdum: Occurres Pronomina non ratione ſui id efficere, ſed ratione Nominum, pro quibus in Oratione ponuntur: hanc autem extremam Nominum conditionem ſic eſſe intelligendam, vt Nomen ratione ſui id efficere dicatur.

Qua ratione pronomina reiiciantur à definitione Nominis.

Quænam partes ſignificent per ſe, in ipſa totius Vocis ſtructura. CAPV[T] XIII.

VERVM, quia non facilè eſt internoſcere, quæ partes ſignificent ſeparatim, ac per ſe in ipſa totius vocis compoſitione, quæ vero minimè, duo traduntur à recentioribus Documenta quibus id deprehendere poſſimus. Alterum eſt, Ea pars Vocis, quæ, vt eſt in tota voce, peculiarem ingenerat in mente notionem, ſignificat per ſe in eiuſmodi voce.

Primum documentum.

HINC colligimus, nec *Do* nec *Minus*, quicquã ſignificare per ſe in hac dictione, *Dominus*, Nam cùm tota dictio auditur, in nullius mente duo gignuntur conceptus, quorũ alter reſpondeat parti *Do*, alter, parti *Minus*, At verò, quia audita hac oratione, Vir ſapiens, duę in nobis producuntur notiones, duabus his partibus, Vir & Sapiens, reſpondentes, intelligimus eaſdem partes, per ſe, in ipſa totius Vocis ſtructura ſignificare. Alterum documentum eſt, Ea pars totius Vocis cuius ſignificationem qui tolleret, efficeret, ne tota vox ſignificaret id quod antea ſignificat per ſe in ipſa totius Vocis compoſitione. Hinc colligimus partes, harum dictionum, Dominus, Reſpublica, & aliarum huiuſmodi, ſiue ſimplicis, ſiue compoſitæ figuræ, quæ ſignificant extra ipſam totius compoſitionem, non ſignificare quicquam in totis Vocibus. Nam etiam ſi quis huiuſmodi partium ſignificationem tolleret, non idcircò tamen efficeret (vt totæ ipſæ ac integræ dictiones, ſuas amitterent ſignificationes, quòd contra omnino dicendum eſſet in hac oratione, Homo ſapiens, & in cæteris Vocibus huius generis. Cauſſa eſt, quia Voces prioris generis, totæ ac integræ imponuntur ad ſignificandum, quæ autem in poſteriori genere numerantur, non niſi per partes. Hinc enim primùm fit, vt cuique illarum, vnus tantùm reſpondeat conceptus, harum autem ſingulis, plures. Deinde hoc ſequitur, vt illæ non deſinãt ſignificare, etiam ſi à ſingulis partibus ſuis alias ſignificantibus, tollatur ſignificatio, hæ verò deſinant: Verumtamen multæ ſunt Voces, quæ etſi ſimpliciter orationes ſint, multaſque notiones in mẽte gignant, tamen inopia vocabulorũ pro Nominibus vſurpantur, quibus proinde auditis, ſimplices formamus conceptus, quales ſunt Summus Pont. Alexander Magnus, Corpus animatum, & aliæ huiuſmodi.

Secundum documentum.

Cauſſa vtriuſque documẽti.

Multa orationes inopia vocabulorũ pro nominibus vſurpantur.

De Verbo, CAP. XIIII.

VERBVM *eſt Vox ſignificans ex inſtituto, definitè ac cum tempore præſenti, cuius nulla pars ſignificat ſeparatim, & ſemper eorũ quæ de alio prædicantur, eſt nota*, vt Valet, Diſputat. Omnes particulæ huius definitionis perſpicuæ ſunt ex dictis, præter extremam, cuius hic eſt ſenſus, Et ſemper cùm in Enunciatione ponitur, eſt ſignum eius quod in ea prædicatur, ſeu, vt planiùs dicam, Et ſemper cùm in Enunciatione ponitur, prædicatur vice ſui ſignificati: Exempli cauſſa in hac enunciatione, Socrates diſputat, hoc verbum, *Diſputat*, prædicatur de Socrate, loco rei quam ſignificat, & ſic cætera. Enunciatio verò, vt obiter dicam, eſt oratio quæ verum vel falſum ſignificat. Prædicari autem, eſt affirmari aut negari de aliquo ſiue id verè fiat, ſiue falsò. Vnde Prædicatum dicitur id, quod de aliquo affirmatur, aut negatur. Subiectum verò id, de quo affirmatur aut negatur Prædicatum. Sed de hiſce, [a] inferius. Hac igitur extrema definitionis particula, reiiciuntur Verba præſentis temporis quæ non ſunt Indicatiui modi, vt Diſputa, Diſputare, & Participia eiuſdem temporis, vt Diſputans, Quæ quidem ſuperioribus particulis reiici non poſſunt. Reiiciuntur ergo, quia quædam eorum reperias, quæ nunquam prædicentur,

1. Peri. 3.

Ammon. & D. Thom. ad eundem locũ.

Prædicari.

Prædicatum.

Subiectum.

[a] Lib. 3. cap. 3. Lib. 6. c. 9.

centur, vt Diſputat. Alia verò quæ etſi nonnunquã prędicẽtur, aliquando tamẽ non prędicãtur, vt Diſputare, Diſputãs, & ſimilia. Si enim dicas Diſputare eſt de quæſtione propoſita cũ altero cõtendere, Diſputãs loquitur, nec illud Diſputare, nec illud Diſputãs prędicabuntur. Sola igitur, ac omnia Verba finita pręſentis tẽporis Indicatiui modi cõprehenduntur in hac Definitione, vt Diſputo, Diſputas, Deãbulo Deambulas.

Verba indefinitè comprehenſa.

QVOD ſi quis obiiciat, in hac Enunciatione. Deambulo eſt verbum, illud, Deambulo, non prædicari, ergo non eſſe verũ id, quod docuimus, Nullum, inquam, Verbum in Enunciatione aliqua poni, quin in eadem prędicetur. Occurrendum eſt, id quod docuimus verum eſſe, cùm Verba ponuntur & accipiuntur in Enunciatione, pro rebus quas ſignificant: Verbum autem Deambulo, in propoſita Enunciatione nec poni, nec accipi pro ſuo ſignificato. Neque enim ſenſus Enunciationis eſt, quòd res quam ſignificat vox, *Deambulo*, ſit Verbum: ſed quòd ipſa vox, Deambulo, ſit Verbum.

Obiectio.

Dilutio.

EODEM ferè modo occurres ei, qui oppoſuerit Verbum, *Eſt*, in hac enunciatione, Adamus eſt animal, non prædicari. Dices enim, non eſſe mirum, quia non accipitur pro ſuo ſignificato, quod eſt, exiſtere, vt accipitur in hac Enunciatione, Adamus eſt: ſed exercet tantùm officium ſyncategorematis copulantis prædicatum cum ſubiecto: qua ratione, Copula verbalis appellari ſolet. Itaque hoc eſt verborum proprium, vt cùm in enunciatione pro ſuis ſignificatis capiuntur, ſemper eorum vice de ſubiecto aliquo dicantur. Id quod ex ipſa Verborum natura naſcitur. Verba enim, qua verba ſunt, hoc peculiare habent, vt ipſa per ſe ac ſine vllo vinculo extrinſecus aſſumpto, prædicari poſſint. Exempli cauſſa, vt verbum, Diſputat, de Socrate prædicetur, nõ eſt opus vt quæratur externum aliquod vinculũ ad prædicationem perficiendam quoniam ipſum per ſeſe, Nomini adiunctum, Enunciationem abſoluet, vt ſi dicas, Socrates diſputat. Quod tamen ſatis non erit vt aliud quodcunque Categorema de Subiecto propoſito dicatur. Nam ſi nomini Socrates ſolùm adiunxeris, exempli cauſa, Nomen Philoſophus, aut participium, Diſputans, dixeriſque, Socrates Philoſophus, aut, Socrates Diſputans, non abſolueris haud dubiè Enunciationem, ſed neceſſe erit vt aſciſcas vinculum, *Eſt*, cuius interpoſitu fiat alterius partis de altera prædicatio. Quia igitur hæc eſt verborum propria natura, vt per ſeipſa prædicari poſſint, nec egeant niſi ſubiecto de quo dicantur, hinc eſt, quod in Enunciatione poſita, & pro ſuis ſignificatis accepta, ſemper de altero prædicentur, quocunque modo mutentur partes Enunciationis. Veluti ſi dicas, Plato diſputat, diſputat Plato, Plato diſputat in Academia, Plato in Academia diſputat, in Academia Plato diſputat, aut alio quouis modo Enunciationem extruas.

Dilutio alterius obiectionis.

Verbum, Eſt, dicitur copula verbalis.

Proprietas verborum.

Verborum natura.

Non tollit verbo prædicationem partium Enunciationis commutatio.

De iis quæ ad Nomen & Verbum reuocantur. CAP. XV.

CVM autem præter Nomen & Verbum, aliæ multæ voces in Oratione reperiantur, aduertendum eſt, earum quaſdam, apud Dialecticum non eſſe partes Orationis, ſed partium vincula: quaſdam verò partes. Partium autem, quaſdam eſſe minores

minores Orationes, etſi ſimplices partes eſſe videantur, quaſdam verò non eſſe Orationes, ſed ſimplices partes. Denique earum, quæ ſunt ſimplices partes, alias directò reuocari ad Nomen & Verbum, alias obliquè. Voces, quæ apud Dialecticum non cenſentur partes Orationis, ſed vincula partium, ſunt permultæ, vt Ab, Abs, Si, Vel, & ferè Præpoſitiones & Coniunctiones. In his etiam numeratur Aduerbium, Non, & verbum, Eſt, qua ratione copulat prædicatum, cùm ſubiecto, item ſigna vniuerſalia & particularia, quæ quidem certo quodam modo extendunt, aut contrahunt, coniunctionem ſubiecti cum prædicato, vt Omnis, aliquis, de quibus [a] infrà dicendum eſt, & alia huiuſcemodi. Voces quæ videntur eſſe ſimplices partes orationis, & tamen cenſentur minores Orationes ſunt illæ, quæ non continent expreſſè multas diſtinctas dictiones, ſed tamẽ ingenerant in mente aliquam Orationem, vt, Nemo, Nihil, id eſt, Nullus homo, Nulla res, Semper Numquam, & alia quàm plurima Aduerbia, Pape, Apage, & aliæ Interiectiones. Hæ ſiquidem omnes voces, & aliæ huiuſmodi, ſimpliciter & abſolutè ſunt Orationes, vt [b] infrà dicemus. Atque hæc duo genera Vocum, quæ hactenus numerauimus, non reducuntur ad Nomen & Verbum. Simplices autem partes Orationis, quæ directò ad Nomen & Verbum reuocantur, ſunt cætera Categoremata, præter Nomen & Verbum iam definita. Verùm hoc eſt diſcrimen: quòd quæ tempus non adſignificant, reuocantur ad Nomen, vt Nomina infinita, Adiectiua adiectiuè accepta, & Pronomina. Quæ verò tempus adſignificant, reuocantur ad Verbum, vt Verba infinita, Tempora præteriti & futuri Indicatiui modi, tempora Infinitiui modi, & Participia. [c] Voces denique ſimplices, quæ obliquè ad Nomen & Verbum reuocantur, ſunt ea omnia Syncategoremata, quæ ſunt partes, & non vincula tantum partium Orationis. Sic tamen diſtribuuntur, vt quæ tempus non adſignificant, reuocentur ad Nomen: quæ adſignificant, ad verbum. Quò fit, vt ad Nomen, obliquè reducantur, tum caſus Nominum etiam infinitorum, & adiectiuè acceptorum, itemque Pronominum, tum etiam quædam Aduerbia, quæ more caſuum ex Nominibus deducuntur, vt Doctè, Sapienter: Ad Verbum autem omnes caſus Verborum, etiam infinitorum, qui non ſunt Categoremata, itemque caſus Participiorum. Quæ autem voces ſint Categoremata, ſuperiùs dictum eſt. Itaque omnes partes Orationis, quæ non ſunt minores Orationes, nec vincula dumtaxat, nexúſve partium, aut ſunt Nomina, & Verba, aut ad hæc, modo aliquo reuocantur, directè videlicet, aut obliquè.

Voces quæ ſũt vincula dũtaxat partiũ orationis.

Voces quæ non videntur orationes, & tamen ſunt.

Quæ directè ad Nomen & Verbum reuocantur.

[c] Quæ obliquè ad Nomẽ & verbum reuocantur.

[a] Lib. 3. cap. 4. & 5.

[b] Lib. 3. c. 1.

Cap. 9. Epilogus.

Num voces non ſignificatiuæ ſint partes Orationis.

CAPVT XVI.

Obiectio.

SED obiiciat aliquis, Voces non ſignificatiuas, vt Blictri, & Scyndapſus, eſſe partes Orationis (ſimplices intellige) nec tamen eſſe Nomina aut Verba, aut ad Nomen & Verbum modo vllo reuocari: ergo id, quod diximus, non eſt vſquequaque verũ. Quòd enim huiuſmodi Voces ſint partes Orationis, ſatis

Digitized by Google

nis,ſatis apertum videtur ex his Orationibus,quas conficere ſolemus, Blictri eſt dictio duarum ſyllabarum, Scyndapſus nihil ſignificat,& ſimilibus. Quòd verò non ſint Nomina,aut Verba, nec ad iſta reuocentur,ex dictis perſpicuum eſt.

Hvic obiectioni duobus modis occurri poteſt. Vno quidem:has Voces non eſſe partes Orationis. Nam cùm dicimus Blictri,eſt dictio duarum ſyllabarum, illud,Blictri,non videtur ſubiectum Enunciationis,vt aliquis fortaſſe putauerit,ſed aliqua particula, qua illud Blictri oſtenditur,vt Hæc vox, Hoc, aut alia huiuſcemodi, quæ quidem aliquando exprimitur,vt in hac enunciatione,Hæc vox,Blictri,eſt Dictio duarum ſyllabarum:aliquando verò,quia facilè intelligitur,ſubticetur, vt in ſuperiori.Exemplum ſumi poteſt in aliis rebus.Nam ſiue ſcribas totum hoc,Hæc figura O,eſt circulus,ſiue hoc tantùm,O,eſt circulus, neutra in ſcriptura illud O,erit ſubiectum enũciationis,ſed illud,Hæc figura, quòd in priori Oratione exprimitur, in poſteriori ſubticetur. Item ſiue dicam totum hoc,Hic homo (oſtendens digito Socratem) eſt Philoſophus, ſiue oſtenſo eodem addam hæc tantùm verba, Eſt Philoſophus, neutro modo fecerim ipſum Socratem, qui oſtenditur, ſubiectum enunciationis,ſed ea tantùm verba.Hic homo,quæ in priori oratione exprimuntur,in peſteriori perſpicuitatis cauſſa omittuntur. Cui quidem doctrinæ ſatis fauet conſuetudo. Ferè enim vocibus huiuſmodi non ſignificatiuis, imò & ſignificatiuis,cum pro rebus ſignificatis non accipiuntur præponuntur aliæ particulæ,quibus illa inducentur,vt cùm dicimus,Vox,Blictri,nihil ſignificat,Verbum,Diſputo, eſt primæ coniugationis: nec verò ſubticentur: niſi cùm ex conſuetudine intelliguntur: vt apud Grammaticos. Suffragatur huic ſententiæ commune illud Dialecticorum colloquium, Significationem totius orationis conſtare ex ſignificationibus,ſuarum partium:quò fit,vt Voces non ſignificatiuæ, partes Orationis cenſeri non debeant. Itaque vno modo occurrere poſſumus:has Voces non eſſe partes Orationis, ſed res ſignificatas,atque oſtenſas aliis dictionibus, quæ ſunt orationis partes,quæque ferè præponuntur,etſi,cùm facilè intelliguntur,prætermittantur. Aliter quoque poſſumus occurrere,huiuſmodi quidem Voces, & eſſe partes Orationis, & non eſſe Nomina, nec Verba, nec ad Nomina,aut Verba reuocari, vt obiectio ſumit:verùm id,quod nos dixeramus(omnes,inquam ſimplices partes Orationis eſſe Nomina aut Verba,aut ad hæc reuocari) non vniuersè accipiendum eſſe,ſed ſolùm cùm partes Orationis ſunt ſignificatiuæ.

Cap.15. Prior ſolutio.

Voces non ſignificatiuas non eſſe partes orationis.

Poſterior ſolutio.

Cap.15.

Enumerantur varia nuncupationes Nominum & Verborum.

CAPVT. XVII.

EXPLICATIS igitur Nomine,& Verbo,iiſque quæ ad Nomen & Verbum reuocantur, iam nunc de varia Nominum, & Verborum nuncupatione agendum eſt. Verùm cùm multæ admodum ſint horum nuncupationes, eas tantum nos, quæ crebrius in ore verſantur, perſequemur, Nomina,& Verba ferè dicuntur Æquiuoca (Vniuoca, Concreta, Abſtracta, Connotatiua,

Abſoluta, Denominatiua, Denominantia, Cómunia, Singularia, Tranſcendentia, non Tranſcendentia, Poſitiua, Negatiua, Repugnantia, non repugnantia, Primæ Intentionis, & Secundæ. At verò ne in ſingulis nuncupationibus explicandis geminentur vocabula Nominis, & Verbi (hoc enim faſtidium ſimul, & confuſionem pareret) comprehendenda priùs ſunt Nomina & Verba vocabulo aliquo communi, vt de ipſis tanquam de vno tantùm quodam genere loquamur.

De nomine: qua ratione Verba, & cætera omnia Categoremata complectitur. CAPVT XVIII.

POSSENT equidem Nomina & Verba generali quadam verbi appellatione comprehendi. Vſurpatum eſt enim apud Latinos, vt etiam Nomina, Verba nominentur. Sed hæc appellatio latè admodum funditur, quippe cùm ad omnes omninò Dictiones extendatur: quo in ſenſu ait quidam, *Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur.* Poſſunt quoque appellari Dictiones iuxta illud Ariſtotelis, ac *Nomen quidem & Verbum, dictiones ſunt tantummodo*, &c. Verùm æquè fuſa eſt hæc appellatio, atque ſuperior. Sed neque placet recẽtiorum conſuetudo, qui iam hinc ab initio, Nomina & Verba ſub Termini vocabulo pertractant. Terminus enim nihil eſt aliud, quàm Prædicatum, aut Subiectum Propoſitionis, vt poſtea dicemus: Prędicata verò & Subiecta ſępiſſimè ſunt Orationes, de quibus tamen hoc loco non agimus. Accedit eo, quod termini appellatio non conuenit Nominibus & Verbis, qua ratione ſunt primæ partes, elementáve cuiuſque modi diſſerendi, Diuiſionis, inquam, Definitionis, & Argumentationis, vt à nobis in præſentia tractantur, ſed ſolùm vt in ea terminari poteſt Reſolutio Syllogiſmi ſimplicis, ac proinde cuiuſque Argumentationis. Hinc enim terminus dictus eſt: Neque verò Ariſtoteles etſi omnia ab initio Dialecticæ ad Syllogiſmi ſimplicis doctrinam contulit, vllam termini mentionem, niſi poſt aliquot libros, fecit, vtpote cùm tandem ad Syllogiſmi ſtructuram deuenit. Potiùs ergo comprehendenda ſunt Nomina, & Verba Vocabulo Nominis latè accepto, qua Nominis ſignificatione ſic ait Ariſtoteles, Verba ipſa per ſe dicta, Nomina ſunt, & aliquid ſignificant. Quo in loco, vt vno verbo rem exponam, Nomen idem eſt quod Categorema, ſicquè non modo Nomina & Verba, vt [a] ſuprà definita ſunt, ſed etiam ea omnia complectitur, quæ directò ad Nomen & Verbum reuocantur. Et hac quidem vſurpatione Nominis tam ſæpe vtitur Ariſtoteles, vt ei qui vel mediocriter in eius lectione verſatus fuerit, plurima occurrant exempla. Quapropter Nominis vocabulo hac ſignificatione accepto, iam inſtitutum perſequamur.

Quint. lib. 1. cap. 9.
Horat. in arte Poet.
Peri. 4.
Recentiores.
Lib. 6. cap. 9.
Vnde dictus Terminus.
Nomen generaliter acceptum.
Nomen generaliter, idem quod Categorema.
1. Peri. 3.
[a] Ca. 12. 14. Vt Prad. 1. & 5.
1. Peri. 7.
2. Poſt. 10.
1. Top. 13.
2 To. 1. & 2.
1. Elen. 1.
4. Metaph. 4.

De Nominibus caſu æquiuocis. CAP. XIX.

NOMEN Aequiuocum ſeu multiplex eſt, [b] *quod diuerſis rationibus ſua ſignificata ſignificent.* Nomine Rationis intellige mẽtalem rei Significatæ definitionem, quam Nomen ſignificat, iuxtà

[b] Elicitur ex Præd. cap. 1.

iuxtà illud Ariſtotelis, [a] Ratio quam Nomen ſignificat, eſt definitio, mente ſcilicet fabricata. Hæc enim ſignificatur Nomine, etſi confuſè. Quãquam Rationis vocabulo etiam ſimplex conceptus rei, cuius Nomen eſt ſignum, optimè poteſt intelligi, Hac de Cauſa nomen Canis dicitur Aequiuocum: quia alia ratione ſignificat Canem domeſticum, alia Piſcem, alia ſydus. Nominum porrò æquiuocorum, quædam Caſu, Fortunáve ſunt æquiuoca, quædam Conſilio, & Ratione. Ea ſunt caſu æquiuoca: *quæ diuerſis omnino rationibus ſuis congruunt ſignificatis*, vt nomen Gallus, homini natione Gallo, & Gallo aui, & vocabulum, Alexander, Alexandro Paridi, & Alexandro Macedoni, & verbum Perdo, ei quod eſt Amitto, & ei quod eſt deſtruo, & Inueſtigabile ei, quod veſtigari poteſt, eique quod veſtigari non poteſt. Atque huius quidem claſſis nullum Aequiuocum vocabulum cenſetur vnum nomen, ſed multa, quippe cùm nullum ſit, quod multas, omninòque diuerſas ſignificationes non habeat. Vnde & Enunciatio ex Verbo aliquo huius generis [b] non eſt vna, ſed plures, vt ſi dicas, Gallus cantat, Alexander à Rege progenitus eſt, Cræſus Halym ingreſſus, perdet quàmplurima regna. Viæ Dei ſunt inueſtigabiles. Dicuntur autem hæc nomina, caſu æquiuoca, quia in his imponendis nulla habetur ratio cognationis, conuenientiæve rerum ſignificatarum. Atque hæc æquiuoca propriè æquiuoca cenſentur [c] apud Ariſtotelem.

[a] 4. … — *Caſu æ… ca.* — *Nomen … nocum vnum ſed mul…* — *[b] 1. Peri. 7.* — *Cur di… caſu æ… ca.* — *[c] Vt.1.de Gener. 6 & 4. & Metap. 2.*

De Nominibus Conſilio æquiuocis, ſeu Analogis. CAP. XX.

EA [d] ſunt conſilio æquiuoca, *quæ diuerſis quidem rationibus, ſed tamẽ ita diuerſis, vt quodammodo ſint eadem, ſuis conueniunt ſignificatis*, vt nomen Homo, quod quidẽ eadem quodammodo ratione dicitur de homine vero, & depicto. Homo enim verus: eſt animal rationale: depictus autem eſt animalis rationalis Imago. Hæc verò dicuntur conſilio æquiuoca, quia non temerè & caſu, ſed conſilio & ratione rebus diuerſis imponuntur, ſpectata nimirum cognatione aliqua earum inter ſe. Neque enim hoc genere complecti volumus ea, quæ ſolùm ob memoriam, aut ſpem Conſilio æquiuoca dicuntur, vt cùm quis Pauli nomine, filium appellat, aut in memoriam Diui Pauli, ant ſperans filium D. Paulo ſimilem futurum, qoniam hæc ſimpliciter ſunt caſu æquiuoca, cùm non imponantur rebus diuerſis ob aliquam earum inter ſe cognationem. Ea igitur quæ ob affinitatem rerum ſignificatarum Conſilio æquiuoca vocantur, aut Relatione, aut Comparatione relationum talia dicuntur. Relatione quidem, vno quatuor modorum, vel ad vnum finem, quo pacto, hoc nomen Sanum æquiuocum eſt habenti ſanitatem efficienti, & conſeruanti, Vel ab vno efficiente, quo pacto hæc vox, Medicum, æquiuoca eſt habenti artem Medicinæ & omnibus inſtrumentis, quibus Medicus vtitur, vel ab vna forma, quo pacto hæc Vox, Animal, eſt æquiuoca habenti formam Animalis, & Animali depicto & fictili: Vel ab vno ſubiecto, quo pacto hoc Vocabulum, Ens, Aequiuocum eſt Subſtantiæ, quæ per ſe exiſtit & Accidentibus, quæ per Subſtantiam cui inhærent, exiſtunt.

[d] Ex 1 … 6. & Metap… — *Cur di… conſilio … uoca.* — *Aequi… latione … 1. Ethi…* — *Æq… propor…*

Cicero de Vniuerſitate.

Comparatione verò relationum,quæ Græcè ἀναλογία,Latinè,Proportio nominatur,æquiuocum eſt, exempli cauſſa,nomen Pes,pedi Animalis,& Montis,& nomẽ Aſpectus aſpectui oculorum, & mentis:quia nimirum vt ſe habet pes animalis ad animal, ſic pes Montis ad Montem,itémque vt aſpectus oculorum ad corpus, ſic aſpectus mentis ad animum. Atque hæc extrema æquiuoca apud Ariſtotelem, & veteres eius interpretes Analoga dicuntur:quaſi dicas:proportionalia.Sed recentiores longo vſu obtinuerunt, vt iam nunc omnia Conſilio æquiuoca, Analogorum nomine comprehendantur.

Vt 1. Poſt. 16. & 1. Eth. 6. & 5. Met. 6.

Analoga dicuntur. Vide Caie. de Analogia nomin.

De nominibus vniuocis: CAP. XXI.

Ex Prædi. 1.

Occurritur tacitæ obiectioni.

NOMEN vniuocum eſt, *quod eadem omnino ratione ſua ſignificata ſignificat*,vt vox Homo,comparatione omnium verorum hominum,omnes ſiquidem dicuntur homines quia ſunt animalia rationalia.Sed animaduertẽdum eſt, non ita æquiuoca ab vniuocis diſtingui, vt nullũ æquiuocum ſit aliqua ratione vniuocum.Nam hoc nomen,Gallus,quòd caſu æquiuocum eſſe diximus,vniuocum etiam eſt, ſi ad gallos tantùm gallinaceos,quos eadẽ omniſio ratione ſignificat, referatur.Hoc item nomen Homo,quod paulò ſuperiùs ad homines tum veros,tum depictos Analogum diximus, nunc comparatione verorum dumtaxat, in exemplum vniuocorum attulimus. Itaque non hæc diſtinximus quaſi diuerſa vocabula, ſed quaſi diuerſas nuncupationes Nominum, quemadmodum inſtituimus. Nullum autem eſt incommodum,ſi propter diuerſas conſiderationes,diuerſæ eidem Voci nuncupationes tribuantur.Si tamen Nomina reſpectu omniũ ſuorum ſignificatorum conſiderẽtur,nulla penè Vniuoca reperiẽtur.Nã,vt omittã caſu æquiuoca,quæ non pauca ſunt,omnia iã fermè Vocabula tritus ſermo,Analoga fecit.

Omnia penè nomina ſunt æquiuoca.

a 1.de gen.6.

Comparantur inter ſe caſu æquiuoca, Analoga,& Vniuoca. CAPVT. XXII.

Analoga ſunt media inter caſu æquiuoca & vniuoca.

PORRO,caſu æquiuoca,& vniuoca ſunt omninò aduerſa,& quaſi contraria inter ſeſe: Analoga verò ſunt media inter vtraque. [b] Nam caſu æquiuoca, diuerſis omninò rationibus ſua ſignificant: Vniuoca eadẽ omnino,Analoga nec omnino diuerſis, nec omnino eadem. Vnde cùm omne medium inter contraria,modo aliquo,vtrique extremo repugnet,& cùm vtroque, modo aliquo conueniat, meritò Ariſtoteles ita de Analogis loquitur,vt nunc ea [c] ea reiiciat ab Æquiuocis, nunc [d] ab Vniuocis,& rurſus,modo appellet Æquiuoca,modo [e] Vniuoca. Sed cùm Analoga, diuerſis ſimpliciter rationibus ſuis conueniant ſignificatis, nõ item ſimpliciter eadem,ſed quodammodo eadem,vt diximus:non dubium eſt, quin maiorem cum æquiuocis à caſu, quàm cum vniuocis habeant ſocietatem, id quod in cauſa fuit, vt ab Ariſto. initio Categoriarum eadem definitione cum Aequiuocis à caſu,ſub communi nomine Aequiuocorum definirentur, non item cum Vniuocis ſub vniuocorum nomine.

b ſup.cap.19. 20.21.

c 4. Met. 2.

Plus cõueniũt analoga cum æquiuocis à caſu,quàm cum vniuocis. Præd. 1.

d Præda. 1.

e 2. Meta. 1.

ILLVD

Illud tamen aduerte, aliter nos hoc loco, aliter Ariſtotelem de Æquiuocis & Vniuocis diſſerere: ille ſiquidem de Rebus, nos de Vocibus loquimur. Res æquiuocæ ſunt, quæ vocibus Æquiuocis ſignificantur: vniuocæ, quę vniuocis. Recentiores appellant voces æquiuocas & vniuocas, Æquiuoca æquiuocantia, & vniuoca vniuocantia: res autem, æquiuoca æquiuocata, & vniuoca vniuocata. Verùm his vocabulis, cùm res perſpicua ſit: non eſt neceſſe vti. Illud obiter ex Græcis vocabulis intellige, magis propriè res, quam voces, dici æquiuocas. Nam & ὁμώνυμα, quæ nos æquiuoca dicimus, & συνώνυμα, quæ appellamus vniuoca, ex ipſa vocabulorum vi dicuntur quaſi habentia idem commune nomen, quod haud dubiè de Rebus intelligitur, à quibus ab voces appellatio traducitur. Itaque voces dicuntur æquiuocæ, quia res æquiuocas ſignificant, vniuocæ autem quia ſignificant res vniuocas.

Locis nunc citatis. Res æquiuocæ & vniuocæ.

Magis propriè res quã voces dicũtur æquiuocæ & vniuocæ.

De Nomine concreto, & abſtracto. Cap. XXIII.

Nomen concretum eſt, *quod compoſitum habet, ſignificandi modum*, vt Candidum, Homo. Nam candidum ſignificat candorem, quaſi adiacentem alicui rei ſubiectæ, ſicque rem etiam ſubiectam quodammodo ſignificat: & homo ſignificat habens humanitatem, in qua ſignificatione modus etiam quidam compoſitionis cernitur. Nomen abſtractum eſt, *quod ſimplicem habet modum ſignificandi:* vt candor, humanitas. Nam candor ſignificat ſolum candorem quaſi per ſe ſubſiſtentem extra ſubiectum, & humanitas ſignificat ſolam humanitatem quaſi per ſe cohærentem extra hominem. Illa dicuntur Concreta, quaſi compoſita, hæc Abſtracta, quaſi à compoſitione libera, vtrumque autem in modo ſignificandi ſpectatur. Atque abſtracta dicuntur principalia, ſiue primaria, quòd ab aliis non deducantur, ſed ipſa ſint quaſi capita & fontes aliorũ, ſi non Grammatica conſideratione, certè rationali & petita ex natura rerum. Concreta verò dicũtur minus principalia, quoniã ab illis deriuãtur, ſiue proximè, vt candidũ à cãdoris nomine, ſiue remotè: vt Candidatũ, quod proximè à Cãdido deducitur.

D. Tho. Opu. 48. tract. de ſubſt. cap. 2.

Cur dicantur cõcreta & abſtracta.

De Nomine Connotatiuo, & Abſoluto. Cap. XXIIII.

Nomen Connotatiuum eſt, *quod ſignificat aliquid adiacens quaſi adiacens alicui:* vt candidum, veſtitum, Cœcum, Non videns. Candidum enim ſignificat candorem qui adiacet cygno, papyro, & cæteris rebus candidis: veſtitum, ſignificat veſtem quæ adiacet homini. Cœcum negationem aſpectus, quæ adiacet animali ad videndum apto: & hæc vna dictio. Non videns, negationem aſpectus, quæ adiacet omnibus non videntibus ſiue ſint, ſiue non ſint. Accipio enim in definitione particulas Aliquid & alicui latiſſimè, vt non ſolùm omnia entia, ſed etiam non entia complectar, idque intelligo ſignificare aliquid adiacens alicui, quod ſignificat aliquam formam, aut quaſi formam accidentalem alicui. Rurſus hæc eadem vocabula ſignificant ſua ſignificata, non quaſi per ſe ſubſiſtentia, ſed quaſi adia-

Quid ſit ſignificare aliquid adiacens alicui.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quid ſit ſignificare aliquid quaſi adiacẽs alicui.

adiacentia, quoniam ſic ea ſignificant,vt ex modo ſuæ ſignificationis de iis quibus illa adiacent,dicatur.Id enim intelligo ſignificare aliquid, quaſi adiacens alicui.Exempli cauſſa, dixerim hoc nomen,Candidum, ſignificare candorem,quaſi adiacentem corpori (ſeu per modum adiacentis,vt dici ſolet)quia ita ſignificat candorem,vt ex modo ſuæ ſignificationis de corpore,cui cãdor adiacet,dicatur.Atque ita cætera.Quo tamen pacto Candoris nomen non ſignificat candorem,nec Veſtis veſtem,nec Cœcitas negationem aſpectus,nec Nonuiſio negationem viſionis abſolutè. Neque enim dicuntur de iis quibus hæc adiacent. Ita fit,vt Nomina connotatiua aliud ſignificent,& de alio dicantur. Significant enim formas,aut quaſi formas,& dicuntur de rebus, quibus illæ accidunt.Neque verò idẽ eſt ſignificare aliquid,& dici de aliquo, quia (vt probat Ariſtoteles) ſi eſſet idem,idem quoque ſignificarent,Muſicum,& candidum,& homo(quæ de eodem homine dicuntur)id quod abſurdiſſimum eſt aſſerere. Itaque aliud ſignificant nomina connotatiua,& de alio ex modo ſuæ ſignificationis dicuntur. Reiiciuntur ergo primùm à definitione ea nomina,quæ non ſignificant aliquid adiacens alicui,vt Plato,Alcibiades,homo, animal, & ferè vocabula primarum & ſecundarum Subſtantiarum. Dico autem ferè,quia quædam eorum ſignificant aliquid adiacens alicui,vt Æneum,& Ligneum qua ratione de figuris dicuntur.Hæc enim duo vocabula ſignificant æs,& lignum, tamquam formas accidentarias figurarum: id quod in aliis etiam quibuſdam cernere eſt. Reiiciuntur deinde illa, quæ ſignificant aliquid adiacens alicui,non tamen vt adiacens, ſeu per modum adiacentis, vt Candor,Veſtis,Cœcitas,Nonuiſio.

Connotatiuũ aliud ſignificat & de aliis dicitur. Albũ ſolam qualitatem ſignificare.

4. Metap. 4. Text. 11.

Nomen abſolutum.

NOMEN abſolutũ eſt,*quod ſignificat aliquid non quaſi adiacens alicui, ſed quaſi per ſe ſubſiſtẽs* ſeu (vt Dialectici loquuntur) *per modũ per ſe ſtantis,* qualia ſunt omnia, quę à definitione Connotatiuorum reiecimus. Ex eo autem dictum videtur nomen Connotatiuum: quia præter id quod ſignificat,aliud etiã de quo dicitur, notat. Abſolutum verò,quia præter id quod ſignificat,nihil aliud notat de quo dicatur.Illud tamen hoc loco prætermittendum non eſt, latiùs patere Concreti nominis nuncupationem,quàm Connotatiui:& Connotatiui,quàm eius quod apud Grammaticos Adiectiuum dicitur,Quamquam enim omne Adiectiuum eſt Connotatiuum, & omne Connotatiuum, Concretum, (id quod animaduertẽti facilè patebit) non tamen omne Concretum, eſt Connotatiuum,nec omne Connotatiuum,Adiectiuum.Hæc enim vocabula,Socrates,Homo, Animal,& alia penè infinita primarum, & ſecundarum ſubſtantiarum, teſtibus etiam Theologis concreta ſunt, nec tamen Connotatiua dici poſſunt.Hęc item verba,Pater,Dominus, Præceptor, Connotatiua ſunt nec tamen Adiectiua,ſed Subſtantiua. Quo fit, vt perperam hæ nuncupationes à quibuſdam confundantur, & pro eadem promiſcuè vſurpentur.

Cur dicatur nomen connotatiuum.
Cur abſolutũ.
Latiùs patet concreti nominis nuncupatio,quam connotat, quàm adiectiui.

D. Th. 1. p. q. 3. & aliq. 1. d. 4. & 34.

De

Digitized by Google

De nomine Denominatiuo & Denominante. CAP. XXV.

NOMEN Denominatiuum eſt: *Connotatiuum, quod à priori aliquo vocabulo voce, ac ſignificatione deducitur*: vt Candidum, Iuſtum. Vtrũque enim Connotatiuũ eſt, & illud à Candoris nomine, hoc à Iuſtitię vocabulo voce ac ſignificatione deriuatur. Verbo, Deducitur, non intelligas hoc loco Deriuationẽ Grammaticã (hac enim potiùs Iuſtitiæ nomen ex genitiuo Iuſti deducitur) ſed rationalẽ, & ex natura rerum petitam, de qua ſuprà locuti ſumus. Priori ergo parte definitionis excluduntur omnia nomina Abſoluta. Poſteriori reiiciuntur ea Connotatiua, quæ aut Voce, aut Significatione, à nullo priori Nomine deducũtur. Hinc fit, vt hoc nomẽ, ſtudioſus, pro virtute prędito acceptum; non ſit denominatiuũ: quia non deducitur Voce, ac ſignificatione ex nomine aliquo priori. Sola enim voce trahitur ex nomine Studiũ, ſola autem ſignificatione ex nomine Virtus. Hinc etiã fit, vt hæc nomina Curſor, Pugil, & cætera huiuſmodi, qua ratione ſignificant vires quaſdam naturales, non ſint Denominatiua. A nullo enim priori, ſimpliciorique vocabulo, Voce, ac ſignificatione deducuntur. Nam etſi Voce tenus ex nominibus actuum trahuntur, vt Curſor ex Curſu, & Pugil ex Pugillatu, Significatione tamẽ à nullo deriuantur, quia viribus naturalibus, quas ſignificãt, nõ ſunt adhuc abſtracta vlla nomina impoſita. Ex his perſpicuũ fit latiùs patere nominis Cõnotatiui nũcupationẽ, quàm Denominatiui, quandoquidẽ ex dictis intelligimus omnia Denominatiua eſſe Cõnotatiua, nec tamẽ omnia Cõnotatiua eſſe Denominatiua.

NOMEN Denominans eſt, *à quo Denominatiuum Voce, ac Significatione deducitur.* Ad hoc genus pertinere poſſunt, non ſolùm abſtracta vocabula, vt Candor, Iuſtitia, ſed etiam Concreta, vt Candidum, Ignis. Nam à Candido: tum voce, tum ſignificatione deducitur Candidatum & ab igne, Ignitum. Illa vocari poſſunt Primaria Denominantia, hæc Secundaria. Ex quo fit, vt idem nomen poſſit eſſe Denominatiuum, ac Denominans diuerſorum reſpectu. Candidum enim, ſi cum candoris vocabulo comparatur, Denominatiuum eſt: ſi cum nomine candidatum, denominans. Verùm vt quæ dixi meliùs intelligas, aduerte in quouis Denominatiuo duplicem reſpectum requiri: alterum ad Vocabulum Denominans: à quo voce ac ſignificatione deducitur: alterum ad rem denominatam, cui aliquid adiacere ſignificat, ſeu, cuius eſt connotatiuum. Propter priorem quidem reſpectum omne Denominatiuum dicitur ab aliquo Denominante, Denominatiuum: propter poſteriorem autem alicuius rei Denominatæ, Denominatiuum. Vnde efficitur, vt quemadmodum omne Denominatiuum eſt Denominatiuum à certo quodam & deſignato vocabulo, ſic etiã ſit Denominatiuum certæ cuiuſdam rei, aut definitarum quarumdam. Id quod ideò collegerim, vt mirari deſinas: ſi videris nomina Denominatiua non de omnibus de quibus dicuntur, Denominatiuè prædicari. Res enim vera coloratum prædicatur denominatiuè de corpore cuius eſt connotatiuum de albo autẽ cuius non eſt connotatiuũ, Denominatiuè prædicari non poteſt. Hęc item nomina bonus, ſapiens, iuſtus, prædicantur denominatiuè

Ex Pr... & 5.C... Top. 2.

Alb. 2 Præ. ...

Cap.

Præd

Ibid

Latiùs connota... quàm d... minatiu... Denom...

Etiam ... ta deno... tia eſſe P... Primari... nominan... Secund...

Duplex ... ctus re... tur in ... denomin... no.

Nullũ genus prædicatur de nominatiuè de ſua ſpecie.

Denom... ua non ... nibus d... denomin... uè.

ed by Google

D. Tho. 1. p. q. 13. & alij Theologi 1. di. 22.

minatiuè de hominibus quibus bonitas, Sapiētia, & Iuſtitia accidētaria eſt, de Deo autē in cuius ſimpliciſſima eſſentia huiuſmodi perfectiones continētur non denominatiuè, ſed eſſentialiter dicūtur. Aeneū quoque ligneū, & huiuſmodi dicūtur Denominatiuè de figuris, vt de Circulo, & Triágulo: eſſentialiter autē non denominatiuè de rebus ex figura & materia cōpoſitis, vt de Triágulo æneo, & ligneo Circulo. Rationale deniq; dicitur denominatiuè de animali, Eſſētialiter de homine, ac Socrate.

De Nomine Communi & Singulari. CAP. XXVI.

NOMEN commune ſeu vniuerſale eſt, *quod eadem ratione de pluribus prædicatur*, vt homo. Singulare autem, ſeu Diſcretum, ſeu Indiuiduum, *eſt quod non prædicatur de pluribus*, vt Plato. Conimbrica Deus. Prædicari hoc loco preſſiùs quàm ſuprà intelligendum eſt, vt pote pro verè affirmari, nam ſi accipiatur pro affirmari aut negari, ſiue verè ſiue falsò, vt ſuprà expoſuimus, Nomina Singularia erunt Communia Plato enim ea ratione, qua Platonem Ariſtotelis præceptorem ſignificat, prædicatur de pluribus Platonibus tum verè ac negatiuè, tum falsò & affirmatiuè. Cùm verò in definitione audis. De pluribus, nomine plurium intellige plura ſecundum idem nomen. Nam vt nomen aliquod dicatur Cummune non ſatis eſt ſi prædicetur de iis, quæ dicuntur plura ſecundum aliud Nomen. Sic enim Nomina ſingularia communia eſſe iudicabuntur. Platonis ſiquidem nomē vna ſola ratione acceptum prædicatur de pluribus attributis Platonis, vt pote de hoc Ariſtonis filio, de hoc Philoſopho, de hoc Ariſtotelis pręceptore. Nomen etiam Conimbricæ prædicatur de pluribus attributis Conimbricæ, vt de vrbe prope Mondam ſita, de hac bonarum artium cultrice. Hoc quoque nomen Deus prædicatur de pluribus perſonis diuinis, & tamen ſingulare eſt modo nomine Dei id intelligamus, quo maius aliquid, perfectiúſve cogitari non poteſt, quo pacto [a] Theologi Dei notionem deſcribunt. Hac enim ſpectata ſignificatione ſic ait [b] Sapiens: *Affectui, aut regibus deſeruientes homines, incommunicabile nomen.* ſcilicet, Dei, *lapidibus & lignis impoſuerunt.* Ratio denique, eadem ſignificatione accipitur in definitione nominis communis, qua in definitionibus [c] Æquiuocorum, & Vniuocorum. Cùm ergo in ea definitione dicitur: *Quod prædicatur de pluribus*, excluduntur omnia nomina Singularia, quia nullum eorum prædicatur de iis, quæ ſecundùm ipſum plura dici poſſint, hoc eſt, quia nomen Platonis quatenus ſingulare eſt, non prædicatur de iis quæ plures Platones appellari poſſint, nec Conimbrica de iis quæ plures Conimbricæ dici queant, nec Deus de perſonis, quæ dicantur plures Dij. Cùm verò additur, *Eadem ratione*, excluduntur omnia nomina æquiuoca, niſi quòd Analoga quodammodo comprehenduntur, quatenus eadem quodammodo ratione pluribus conueniunt. Id quod in cauſſa eſt, vt apud [d] Ariſtotelem pleraque Analoga, tum Communia, tum Vniuerſalia dicantur.

Prædicari preſſiùs quàm ſuprà.

De pluribus.

Ad Topic.

[a] D. Th. 1. p. q. 2. & alij 1. d. 3.

[b] Sapien. 14.

[c] Ca. 19. & c.

Analoga ſunt quodammodo continua.

[d] Vt 1. de partib. ani. in fin. & 3. Met. 3. & 10. Me. 4.

DVO tamen hic aduerte. Alterum, nomina quidem communia vocari apud Grammaticos, Appellatiua, Singularia verò propria. Alterum

rum,loco Nominum Propriorum, quibus maxima ex parte caremus duo potiſſimum genera periphraſeωs vſurpari. Vnum eſt cùm Nomini Communi addimus Pronomen demonſtratiuum, vt ſi dicam,Hic homo,Hic equus,Quę orationes Indiuidua ex demonſtratione dicuntur. Aliud eſt,cùm oratio communis ob aliquam hypotheſin vni tãtùm rei accommodatur, vt ſi dicam,filius Sophroniſci,Filius Ioãnis principis. Poſito enim quòd Sophroniſco non fuerit alius filius,quàm Socrates, & Ioanni principi Ioannis tertij Luſitaniæ regis filio alius, quàm Sebaſtianus, ſanè illis orationibus Socratem philoſophum, & Sebaſtianum Regem ſignificabo. Sed huiuſmodi orationes, quia re vera communes ſunt,nec vni rei ſoli, niſi ex hypotheſi conueniunt,Indiuidua, non ſimpliciter, ſed ex hypotheſi dicuntur. Mitto hîc Orationes ex Nominibus Communibus, & Signis particularibus conſtructas, vt quidam homo:quidam equus (quæ Indiuidua Vaga nominantur) quia non de vno tantùm,ſed de pluribus dicuntur.

Indiuidua ex demonſtratione.

Duobu[s] ... dis po[...] in diuid[...] riphraſ[...] ficari.

Ex Por[...] deſpecie[...]

Indiuid[ua ex] hypoth. Indiuidu[a Va]ga.

Diluuntur quædam obiecta contra definitionem Nominis Communis. CAP. XXVII.

SED contra Definitionem Nominis Communis licet argumentari. Omnia nomina Æquiuoca ſunt Communia, teſte Ariſtotele,qui res Æquiuocas definiẽs,ſic ait:*Æquiuoca:ſunt,quorum nomen commune eſt:* Nomina autem Æquiuoca non prædicantur de pluribus eadem ratione (ſubdit enim Ariſtoteles, *Ratio verò ſubſtantia diuerſa,*id quod etiam ex dictis ſatis perſpicuum eſt) igitur definitio Nominis Communis non complectitur omnia nomina Communia. Licebit etiã ſic argumentari, Hæc nomina Mundus,Sol,Luna,Mercurius, & cætera huiuſmodi ſunt Communia (Phyſici ſiquidẽ,& Aſtrologi,qui diſſerunt de Mundo,Solo,& cæteris huiuſmodi,non agũt niſi de rebus Communibus,cùm Singularia omnium Philoſophorum conſenſu à diſciplinis reiiciantur) his autẽ Nominibus non congruit Definitio Nominis Communis,quia non prædicantur de pluribus(neque enim verè dicimus plures eſſe Mũdos,aut Soles,aut Lunas aut Mercurios)Igitur Definitio Nominis Communis non conuenit omnibus Nominibus Communibus:Quare non eſt rectè tradita. Priori obiectioni occurres altero è duobus modis,Nomina dici poſſe Communia,aut ſola voce,aut Voce ac Significatione ſimul. atque Æquiuoca quidẽ nomina, Voce ſola eſſe Cõmunia:nos ea tantùm definiuiſſe,quæ,& Voce,& ſignificatione ſunt Communia,quare non mirum eſſe,ſi Definitio Nominis Communis Nomina Communia prioris generis non comprehendat. Poſteriori reſpondebis,Nomina illa et eſſe verè Communia, vt à nobis definita ſunt, & Prædicari de pluribus. Nam cùm hoc nomen,Mundus,nõ ſignificet primò hunc deſignatum Mundum, ſed Mundum abſolutè, ac ſimpliciter, quo pacto Philoſophi de mundo diſſerunt,dubium non eſt, quin ex modo ſuæ ſignificationis prædicari poſſit de pluribus Mundis,qui ſub Mundo abſolutè, ac ſimpliciter concepto, apprehendi,& cogitari poſſunt. Itaque ſi mente apprehendas,tres deſignatos Mundos,iam de ſingulis

Obiectio

Ad Topic.

Præd.1.

Obiectio Singular[ia] reiiciunt[ur à] diſciplin[is]

Ariſt.1.Eth. 2 & 1.Rhet. ad Theod. 2. & 3.Met extremis verbis. Et alij alibi.

Solut.p[rioris] obiect. Comm[unia] voce & [ſigni]ficatione.

Solut. po[ſterioris]

verè enunciabis hoc nomen, Mundus, etſi plures in rerum natura non ſint. Id quod de cæteris huiuſmodi nominibus dicendum eſt.

Emergit obiectio.

At dum ita reſpondeo, videor planè retexere, id quod ſuprà dixi, hoc nomen, Deus, eſſe Singulare, non Cõmune. Vt enim hoc nomen, Mundus, non ſignificat primò hunc Mundum, ſed Mundum abſolutè, ſub quo concipi poſſunt plures Mundi: ſic nomẽ Deus, non videtur primò ſignificare hunc Deum, ſed Deum abſolutè, ſub quo proinde concipi poſſint plures Dij: quare ſi nomen Mũdus, quia ſignificat Mundum abſolutè, Cõmune eſt, pari ratione nomẽ Deus, commune erit.

Solutio.

Verùm ſi rectè attẽdis, nihil retracto. Nam longè aliter ſentiendũ eſt de nomine Deus, atque de nomine Mũdus, deque cęteris huiuſmodi. Hęc namque, ſignificant res finitæ perfectionis, quę quidem cõmuni conceptu concipi poſſunt, additionẽmque ſingularis perfectionis recipere: Illud autem ſignificat rem perfectionis infinitæ, quæ, cùm additionem perfectionis admittere nullo modo valeat, non poteſt concipi, niſi vt deſignata & ſingularis.

Deus non poteſt mente cõcipi, niſi vt ſingularis.

Obiectio.

Quod ſiquis adhuc vrgeat, dicátque Metaphyſicũ diſſerere de Deo: ergo ſi Singularia, vt dictũ eſt reiiciũtur à diſciplinis, nomẽ, Dei, non eſſe ſingulare, ſed Commune: Occurres.

Dilutio.

Excipitur Deus à regula ſingulariũ nõ cadentiũ ſub diſciplinam.

Meritò ab hac regula excipiẽdam eſſe rem eam, quæ propter ſuam perfectionẽ communi vniuerſalive conceptu apprehendi non poteſt. Non negauerim tamen hoc nomẽ Deus, tũ voce tum etiam quodãmodo ſignificatione, commune eſſe Deo, & iis hominibus qui in ſacris literis ob iudicandi munus, aut gratiã qua Deo ſunt ſimiles, vocãtur Dii: Sed hęc cõmunio, Analogica eſt, nec diſſimilis ab ea qua nomen Hectoris Troiani communicatur viris fortibus, & Ciceronis, eloquẽtibus, & Iobi, patiẽtibus.

Qua ratione nomẽ Deus ſit commune.

De Nomine Tranſcendente & non Tranſcendente. CAP. XXVIII.

Sex Tranſcẽdentia.

D. Tho. de Veritate, quæ. 1. art. 1. & de Natura Gener. cap 3.

Supertranſcẽdentia.

NOMEN Tranſcendens, etſi non eadem ſignificatione apud omnes ſumitur: tamen iuxta communiorem vſurpationem ſic definiri poteſt, *Nomẽ Tranſcẽdens eſt quod de omnibus ac ſolis veris rebus dicitur.* Sex porrò trãſcendentia eſſe dicuntur, Ens, Vnum, Verum, Bonũ. Aliquid, & Res: de quorum ſignificatione alibi diſputandum eſt. Reliqua iuxta hãc ſententiam, ſunt non Tranſcendẽtia, in quibus numerantur ea, quæ à recentioribus dicuntur Supertranſcendentia, vt Opinabile, Cogitabile, Apprehenſibile, & ſi quæ ſunt alia, quæ non tantum de omnibus rebus veris, ſed etiã de fictis verè affirmãtur.

De Nomine Poſitiuo, & Negatiuo. CAP. XXIX.

Duplex nomẽ negatiuum.

NOMEN Negatiuum eſt, *quod ſignificat Negationem alicuius* Quod duplex eſt. Aut, n. ſignificat Negationem alicuius in ſubiecto natura apto, vt Cęcum, Tenebroſum, Imprudens aut nullo importato eiuſmodi ſubiecto. vt Non videns, Non colluſtratum, Non prudens. Nam Cæcum, ſignificat Negationem aſpectus in oculis. Non videns autem Negationem aſpectus in quacumque re ſubiecta, ſiue vera, ſiue ficta, Vnde fit, vt falſo quis dixerit, lapidem eſſe cæcum, & hircoceruum: verè autem lapidem eſſe

non

non videntem, & hircoceruum non videntem: quod idem diſcrimen in cæteris facilè perſpicitur. Ac priora illa quidem nomina dicuntur Priuatiua, ſeu priuantia, poſteriora verò retẽto communi nomine, Negatiua tantummodo, ſeu negantia vocantur. Atque huius generis ferè omnia, dicuntur ab Ariſt. Infinita, eo quòd tam de iis quæ ſunt, quàm de iis quæ non ſunt, id eſt, tam de rebus veris, quàm de iis quæ veræ res non ſunt, verè affirmantur: vt Non homo, Non Chimæra. Illud enim dicitur de omnibus, tum fictis, tum veris rebus præterquam de homine: hoc autem de omnibus ſimiliter, præterquam de Chimæra. Quæ verò ex hoc genere, aut cum ſolis veris rebus, aut cum iis quæ veræ res non ſunt, reciprocantur, vt non Nihil, & Non ens, ea quia non tam latè patent, non dicuntur ab Ariſtotele Infinita.

Priuat. Negati Infinita 1. Per. 2 — Negatiu infinita

NOMINA Poſitiua ſunt *quæ non ſignificant Negationem alicuius,* vt Homo, Chimæra, Videns, Prudens, indutus, & ſimilia.

Poſitiua

Diluuntur quædam Obiecta contra definitionem Nominis Negatiui.

CAPVT. XXX.

SED contra iſta, Hoc nomen Negatio, ſignificat Negationem alicuius (ſignificat enim Negationem) omnis autem Negatio aliquid Negat, & tamen non eſt nomen Negatiuum, cùm nec ſit Priuatiuum, nec numeretur in iis Negatiuis quæ ex aduersò à Priuatiuis diſtinguũtur, (nam nec eſt Infinitum, nec cum ſolis entibus, aut cum non entibus reciprocatur:) Ergo Definitio Nominis Negatiui accõmodatur alicui Nomini non Negatiuo, quod abſurdum eſt. Præterea hæc vox, Non homo ſignificat Negationem alicuius, vt ſatis apertum eſt, & tamen nõ eſt Nomen Negatiuum, ſed Oratio, quippe cùm ea audita, duo in nobis gignantur conceptus vltimi, alter, particulę non, alter particulæ, Homo: Igitur definitio Nominis Negatiui, congruit alicui Orationi, quod etiam eſt incommodum. Idem apertiùs oſtenditur in voce Nõnihil, quam inter Negatiua Nomina [a] recenſuimus. Componitur enim ex voce Nihil, quam ſuprà, Orationem eſſe [b] affirmauimus. Prima tamen obiectio facilè diluetur, ſi dicas, hoc nomen, Negatio, nec eſſe Negatiuum, vt probatum eſt, nec ſignificare Ngationem alicuius. Quamquam enim omnis Negatio ſpecialis, vt Negatio aſpectus, Negatio hominis, negatio entis, & negatio Hippocentauri, neget aliquid, hoc eſt, ſignificatum alicuius nominis, tamen negatio in commune nihil omnino negat, Secundæ obiectioni reſpondebis, vocem non homo, non eſſe Orationem, vt Ariſtoteles planè fatetur. Quamquam enim particula homo proprias habeat peculiareſque ſignificationes extra totam vocem: tamen in vnius dictionis compoſitionem coniuncta, eiuſmodi ſignificationes amittit, totáque ipſa dictio ex vtraque voce conflata ſignificat negationem eius rei, quam vox Homo, extra totam vocem ſignificat. Neque verò vlla eſt hæc conſecutio, quam quis fortaſſe extruxerit: non Homo ſignificat negationem hominis, ergo ſignificat negationem, & hominem: quemadmodum nulla fit conſequentia ſi ita colligas: Hoc Nomen Pater, ſignificat reſpectum ad Filium, ergo

Obiectio — Obiectio — Obiectio — [a] Ca. ſup... — [b] Cap. ... — Solutio — Sola ne... ſpecialis quid neg... — Solutio — 1. Per... Vide ſub... — Oratio inepta ... ſtioni.

Cur audito infinito nomine duo in nobis gignantur conceptus.

go ſignificat reſpectum & filium, Cur autem duo in nobis gignantur conceptus audito nomine Non homo, negationis ſcilicet, & hominis, cauſſa eſt, quia negatio ſpecialis concipi non poteſt, niſi concipiatur id quod negatur, non autem quòd vna pars Nominis Infiniti imprimat vnum conceptum, altera alterum. Non ſecus enim audito nomine Pater, concipimus & Patrem, & Filium: verùm non quia pars altera Nominis, gignat alterum conceptum, altera alterum, ſed quia Pater ſine Filio percipi nullo modo poteſt. Tertiæ obiectioni occurres, vocem, Nihil, aliquando idem valere quod nulla res, aliquãdo idem quod Non ens, priorique modo eſſe Orationem, poſteriori, nomen Negatiuum, non quidem ſignificans Negationem, & ens, vt modò oſtendimus, ſed negationem entis, quæ alia negatione haud dubiè negari poteſt. Negatio autem Negationis entis ſignificatur voce, Non nihil.

Solutiò 3. Duplex ſignificatio vocis, Nihil.

De Nominibus Repugnantibus, & non Repugnantibus.

CAPVT. XXXI.

Repugnantia.

NOMINA Repugnantia ſunt, *quæ de eadem re verè affirmari non poſſunt*: vt Album, & Nigrum: Ambulat, ac nõ Ambulat: Doctus & Indoctus: Lapis, & Lignum. Cùm audis, *Quæ affirmari non poſſunt*, intellige ſimul, ſeu in eodem tempore, & eodem modo, Cùm additur, *De eadem re*, intellige de eadem re ſingulari, ſecundùm eandem partem, & reſpectu eiuſdem. Nam alioqui nulla ſunt propemodum Nomina, quæ de eadem re verè affirmari nequeant, vt animaduertenti facilè patebit. Nomina non Repugnantia ſunt, *quæ eadem de re, verè affirmari poſſunt*: vt Doctus, & Modeſtus: Simplex & Prudens Diues, & Miſer. In qua definitione intellige omnes particulas, quas in ſuperiori intelligendas eſſe diximus.

Non repugnãtia.

Duo genera repug.

PORRO Nominum Repugnantium duo ſunt genera. Alia námque ſunt Oppoſita, alia non Oppoſita, ſeu Diſparata. Oppoſita ſunt aut Cõtradicentia, ſeu Contradictoria, vt Iuſtus, & Non iuſtus: aut Priuatè oppoſita, vt Videns, & Cæcus: aut Contrariè, vt Album, & Nigrum: aut Relatiuè, vt præceptor, & Diſcipulus: quæ quidẽ reſpondent quatuor generibus Oppoſitarum rerum ab Ariſtotele traditis, de quibus poſteà breuiter agemus. Reliqua Nomina Repugnantia, ſunt non Oppoſita, ſed Diſparata, vt Lapis, & lignum: Caro, & Spiritus.

Oppoſita.

Ad finem lib. 2.

Diſparata.

De Nominibus Primæ, ac Secundæ Intentionis, quæ & Primæ, ac Secundæ Impoſitionis dicuntur. CAP. XXXII.

Prior vſurpatio ex Boët. in Categorias Ariſtotelis.

DVPLICI ſignificatione vſurpatur hæc nuncupatio Nominum Primæ, ac Secundæ Intentionis. Quidam ita loquuntur, vt Nomina rerum dicant Primæ Intentionis, quaſi primi propoſiti & inſtituti eorum, qui nomina impoſuerunt: Nomina verò Nominum appellent Secundæ intentionis, propoſitiuè. Priùs enim imponenda erant rebus Nomina, vt alia vocaretur Homo, alia Equus, alia Platanus, & aliæ

Digitized by Google

aliæ aliis vocabulis: deinde ipſis rerum vocabulis, vt nimirum aliud appellaretur Nomen, aliud Verbum, aliud Participium, & alia aliis nominibus. Iuxta hunc loquendi morem, ſola Nomina impoſita vocibus ſignificantibus ex Impoſitione, qua ratione ex impoſitione ſignificant, ſunt Secundæ Intentionis; cætera omnia ſunt Primæ, etiam ſi veras res non ſignificent. Atque hoc ſignificatu ſatis apertum eſt, cur Nomina Primæ Intentionis, Primæ etiam Impoſitionis dicantur: Secundæ autem Intentionis, Secundæ Impoſitionis.

Poſterior vſurpatio ex D. Tho. de Natura Generis, 1. & 2. de Vniuerſalibus & de Potent. q. 7. art. 9.

Alii vocant Nomina Primæ Intentionis, ea, quæ ſignificant Primas Intentiones: Secundæ autem Intentionis, quæ ſignificant Secundas. Nomine autem Primarum Intentionum, intelligunt ea omnia, quę conueniunt rebus veris, etiamſi eiuſmodi res à nemine concipiantur, quod vocant conuenire à parte rei. Quo pacto conuenit Socrati, quòd ſit homo, quòd diſciplinæ capax, quòd Socrates, quòd Philoſophus, quòd fortaſſe cæcus, & non iuſtus. Nomine verò Secundarum Intentionum intelligunt ea, quæ conueniunt rebus veris ob aliquam earum apprehenſionem, quod dicitur, Per operationem intellectus: quo pacto conuenit huic voci, Homo, naturaliter ſpectatę, quòd ſit nomē, & huic, Diſputo, quòd ſit verbum. Niſi enim hæ voces apprehendantur, vt ſigna rebus impoſita nec prior erit Nomen, nec poſterior Verbum. Eodem modo conuenit homini quòd ſit Species, quòd Definiatur, & ſimilia: quoniam niſi apprehendatur imagine quadam communi omnibus hominibus, nec Species erit, nec definietur, vt alibi oſtendemus. Atque illa quidem meritò dicuntur Intentiones Primæ, hæc Secundæ, quia cùm illa ſint horum fundamenta, intellectus noſter de rebus cogitans priùs in illa, quàm in hæc intendit. Ita ſatis perſpicuum relinquitur cur Nomina illorum dicantur Nomina Primæ Intentionis, horum autem Secundæ. Et quia ea in quæ priùs intendimus, priùs etiam nominare poſſumus, non eſt alienum ab hac vſurpatione Nominum, vt priora dicantur Primæ Impopoſitionis, & poſteriora Secundæ.

Ad Porph.

Nū figmētorum nomina ſint prima intentionis.

Qvanqvam verò figmentorum Nomina vt Sphinx, Chimęra, & ſimilia non ſint Primę nec Secundæ intentionis poſteriori acceptione: vt ex dictis patet, poſſunt tamen reductione quadam dici Primę intentionis, quia res fictæ, etſi res veræ non ſunt, tamen finguntur eſſe veræ. Id quod addiderim ne aliquod Nomen ſit, quod vtroque modo Primæ, aut Secundæ intentionis non dicatur: Hæc de varia nuncupatione Nominum, ac Verborum dixiſſe ſit ſatis. Quæ pars Inſtituti noſtri reſpondet initio Categoriarum Ariſtotelis, vbi ille de Aequiuocis, Vniuocis & Denominatiuis, de Complexis, & Incomplexis, de Vniuerſalibus, & Singularibus antequam ingrediatur ad Categorias, pauca præfatur.

Concluſio lib.

***

Digitized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER SECVNDVS.

Quid agendum ſit in hoc Libro, Item quid ſit Vniuerſale.

CAPVT PRIMVM.

PROXIME ſequitur, vt infinitam Nominum, & Verborum multitudinem in decem Ordines, & quaſi Claſſes, vt in promptu habeantur, redigamus. Hos Ordines vocat Ariſtot. *κατηγορίας*, hoc eſt, Prædicamenta, quòd in his Categoremeta, ſeu quæ Prædicantur, in ordinem coacta, diſpoſita ſint. Vocat etiam [a] *στοιχείας*: quaſi Elementorum ſeriés, quòd prima ad Diſſerendum Elementa, in his quaſi claſſibus ordinata, & digeſta ſint. Sed quia [b] Prædicamenta nullo modo intelligi poſſunt, niſi quid ſit Genus, quid Species, quid Differentia, quid Proprium, quid Accidens intelligatur, neceſſario hæc quinque antè explicanda ſunt, quàm quid ſit Prædicamentū, quot, & quæ Prædicamenta exponamus. Quoniam verò hæc quinque in eo conueniunt, quòd ſint Vniuerſalia, prius quid ſit Vniuerſale, vt eſt horum commune genus, breuiter dicendum eſt.

Vt in inſcriptione prædicam. & 1. po. 18. & 1. Top. 7.

[a] *1. Poſt. 11. text. 51.*

[b] *Porphy. in Præfation.*

[c] VNIVERSALE *eſt id, quod prædicatur de pluribus*: ſubaudi, *eadem omninò ratione, ac ſecundùm naturam*: vt homo, animal. [d] Superiori libro, nomen Vniuerſale definiuimus: nunc rem Vniuerſalem deſcribimus. Hic tamen preſſiùs rem, quàm ibi nomen. Quid ſit Prædicari de pluribus eadem omninò ratione, [e] libro eodem expoſuimus. Quid autē ſit Prædicari ſecundum naturam, ſic accipe. Ea prędicantur ſecundū naturam, ſiue directè (vt dici ſolet) *quæ ſunt, veluti formæ eorum de quibus prædicantur*, quo pacto Superiora prædicantur de Inferioribus, & Connotatiua de abſolutis, vt animal de Homine: & Albū de Cygno. Huic contraria eſt quædam Prædicatio, quæ contra naturam, & indirecta dicitur, in qua videlicet contra ſit, vt ſi Homo prædicetur de Animali, aut Cygnus de Albo. Inter has media eſt alia, quæ & præter Naturam, & per Accidens appellatur, in qua nec id quod prædicatur, eſt veluti forma eius quod ſubiicitur, nec id quod ſubiicitur eſt veluti forma eius quod prædicatur, ſed ambo vnius cuiuſdam alterius: vt ſi dicas: Albū eſt dulce, vel dulce eſt album: Neutrum ſiquidem eſt quaſi forma alterius, ſed ambo ſunt veluti formæ Lactis, aut Sacchari. Vniuerſale igitur quod Generi, Speciei, differentiæ, proprio, & accidenti commune eſt, & in hæc quinque membra adæquata diuiſione diuiditur, ita Prædicatur de rebus quarum reſpectu dicitur Vniuerſale, vt de eiſdem prædice-

[c] *Ex 1. Peri. 5.*

[d] *Cap. 26.*

[e] *Cap. 19. & ſeq.*

Superiora eſſe formas inferiorum colligitur ex 1. de Cælo 9. text. 92. & ex 2. Phyſ. 3. text. 28.

Prædicatio naturalis, ſeu directa.

Prædicatio contra naturam, ſeu indirecta.

Prædicatio præter naturam, ſeu per accidens.

Digitized by Google

prædicetur eadem omnino ratione, ſeu (quod idem eſt) Vniuocè, non tamen contra Naturam, aut præter Naturam (quas Prædicationes Ariſtoteles nomine Prædicationis per accidens complectitur) ſed ſecundùm Naturam, ſiuè Directè. *1. Poſter. 15. text. 34. & 18. text. 35.*

Vniuerſalia multis modis Prædicari. CAP. II.

PORRO Vniuerſalia, aut Prædicantur in quæſtione, Quid eſt, aut in quæſtione, Quale eſt: Et iterum, aut Eſſentialiter, aut Accidentaliter: & rurſus, aut Neceſſariò, aut non Neceſſariò, ſeu contingenter: Ea prædicantur in quæſtione Quid eſt, quæ aptè redducuntur, cùm quidnam aliquid ſit, quæritur. Hoc modo prædicatur Virtus de Iuſtitia, & Homo de Socrate, quia ſi quis quærat quid ſit Iuſtitia, quid Socrates, aptè reſpondebit qui dixerit, iuſtitiā eſſe virtutē, & Socratem eſſe hominem. Ea prædicantur in quæſtione Quale eſt, quæ aptè redducuntur, cùm qualenam aliquid ſit, quæritur. Hoc modo prædicatur Rationis particeps, rectum & alia huiuſmodi de Socrate. Nam ſi quis roget, Qualenā animal ſit Socrates, aptè reſpondebit qui dixerit eſſe rationis particeps, rectum & huiuſmodi. Ea prædicantur Eſſentialiter, quæ pertinent ad eſſentiam Subiecti. Hoc modo prædicantur de Homine, tum Animal, tum Rationis particeps. Ea prædicantur accidentaliter, quæ non pertinent ad eſſentiam ſubiecti. Quo pacto Rectum prædicatur de Homine, & Candidum de Cygno. Ea prædicantur neceſſariò (vt hoc loco Neceſſaria prædicatio accipitur) quæ ita affirmantur de Subiecto, vt de eodem negari non poſſint abſque Subiecti euerſione. Quo pacto, Diſciplinę capax, prędicatur de Homine. Si quis enim negauerit Hominem eſſe Diſciplinæ capacem, conſequens eſt, vt neget eundem eſſe Hominē. Hæc idcircò tam firma prędicatione de Subiecto dicuntur, quia, vel pertinent ad eſſentiam Subiecti, vel ex intimis eſſentiæ principiis naſcūtur. Ea denique prædicantur non Neceſſariò, ſeu contingenter, quę ita de Subiecto affirmantur, vt de eodem negari poſſint abſque Subiecti euerſione. Quo pacto Cādidum prædicatur non modo de Homine, ſed etiā de Cygno. Vt enim non negat hominem eſſe Hominem, qui eum qui Candidus eſt, Candidum eſſe inficiatur: ſic non negat Cygnū eſſe Cygnū, qui Candidus eſt, qui negat eſſe Candidum. Quamquā enim hoc falsò dicitur, hinc tamen nō ſequitur vt Cygnus, dicatur nō Cygnus, quippe cùm Candor Cygni nec ad eius eſſentiam pertineat, nec ex intimis eius principiis profluat. Sed hęc diligentiùs perſequi non ad hunc locum attinet.

Porphy. de Genere.

Prædicatio in Quid. Porphy. ibid. ex. 1. Top. 4.

Prædicatio in Quale. Porphy. ibid.

Prædicatio eſſentialis.

Prædicatio accidentalis.

Prædicatio neceſſaria. Aliquando enim latius accipitur, vt lib. 5. cap. 5.

Prædicatio contingens. porphy. ca. de Accidente.

De Genere. CAP. III.

GENVS itaque eſt Vniuerſale quiddam, ſub quo Species collocatur vt Animal. Sub hoc enim collocatur Homo qui in Speciebus Animalis numeratur. Definitur etiam hoc modo. *Genus eſt id, quod de pluribus Specie differentibus in quæſtione Quid eſt prædicatur.* Dicimus namque Animal eſſe Genus Hominis, & Equi quoniam eſt Vniuerſale, quod aptè redditur, cùm quid ſit Homo, quid Equus, quæritur. Ea verò dicuntur differre Specie, aut

Porphyr. de Genere. Ex 1. Topic. 4.

Porphy. de ſpecie. Genus ſumm.

aut ſunt diuerſæ Species, vt Homo, & Equus: aut ſub diuerſis Speciebus continentur, vt Alexander, & Bucephalus Alexandri equus, Iam verò Genus duplex eſt aliud ſummum, aliud ſubalternum, vt vocant. Ea res dicitur Genus Summum, quæ ſupra ſe nullum Genus habet: &, Quæ, cùm ſit Genus nõ eſt etiam Species, vt Subſtantia, Qualitas & alia, de quibus inferiùs dicemus. Ea verò dicitur Genus ſubalternum, ſuprà quam aliud Genus aſſignatur, & quæ, cùm ſit Genus, eſt etiam ſpecies, vt Corpus. Hoc enim comparatione Subſtantiæ, eſt Species, comparatione Corporis animati, eſt Genus. Latini tamen ſæpenumero nomen Generis pro quacumque re Vniuerſali (latè etiam accepto nomine Vniuerſalis) vſurpant: vt cùm dicunt, multa eſſe Animalium Genera, Hominem, Equum, Leonem, & cætera: item Medicinæ duo eſſe genera ſubiecta, Sanũ, & Ægrum. Quo loquendi charactere, quoniam vſurpatiſſimus eſt ſæpiſſimè vtimur.

Genus ſubalternum.

Nomen generis quam latè vſurpetur apud Latinos.

De Specie. CAPVT IIII.

SPECIES *eſt id, quod proximè ſub aliquo genere collocatur:* vt Homo. Proximè ſiquidem ſub Animali, quod Genus eſt, continetur. Eſt autem duplex Species, altera Infima, altera Subalterna. Ea res dicitur Species Subalterna, *ſub qua eſt alia Species: ſeu quæ cùm Species ſit, eſt etiam Genus:* vt Animal, Corpus animatum, Corpus. Nam horum quodque habet ſub ſe Species, quarum comparatione eſt Genus, & ſupra ſe Genus aliquod cuius reſpectu eſt Species. Ea verò res dicitur Species Infima, *ſub qua non collocatur alia Species:* ſeu *Quæ cùm ſit Species, non eſt etiam Genus:* vt Homo. Siquidem Homo nullam ſub ſe habet Speciem, ſed ſola Indiuidua, quorum nequaquam Genus eſt. Quò fit vt aliam reſpectu horum ſortiatur Speciei appellationem, qua ſic Species definitur: *Species eſt, quæ tantùm de iis pluribus, quæ ſolo differunt Numero, in quæſtione: Quid eſt, prædicatur:* vt Homo de Indiuiduis tantùm Hominibus, qui ſolo differunt Numero. Indiuiduum eſt id, *quod de vna tantùm re prædicatur,* ſeu, *Cuius omnes ſimul proprietates multis rebus conuenire non poſſunt.* His de cauſſis dicimus Socratem eſſe Indiuiduum, tum quia de ſe vno ſolo prædicatur, tum etiam quia omnes eius proprietates ſimul acceptæ in alia etiam re inueniri non poſſunt. Ea dicuntur differre Numero, *quæ in Numerando differunt,* vt Socrates & Plato, itémque vt Homo & Equus: non vt Homo & Animal. Qui enim dicit Hominem, ſimul etiam dicit Animal, quandoquidem Homo, quà Homo, eſt Animal. Ea verò differunt ſolo Numero quæ & Indiuidua ſunt, & ſub Genere ſuo nullo vniuerſali diſcrimine diſſident, Hoc modo differunt Socrates, & Plato, quia & Indiuidui homines ſunt, & ſub Genere ſuo, quod eſt Animal, nullo vniuerſali diſcrimine diſtinguuntur, ſed tantùm quòd Socrates ſit hic, Plato ille, quamquam ſub alio Genere, Vniuerſali aliquo diſcrimine diſtingui poſſint: vt ſi Socrates ſit albus. Plato verò niger. Non hoc modo differunt Alexander & Bucephalus, quia ſub Animali, alio etiam diſcrimine, quod Vniuerſale eſt, multiſque indiuiduis commune diſtinguuntur vt quòd Alexander ſit rationis particeps, Bucephalus rationis expers, Cicero de-

Porphy. de ſpecie. Species ſubalterna.

Species infima. Species, vt vniuerſale quiddam eſt.

Indiuiduum.

Quæ differunt numero. Boet. in Porphyr. ad cap. de Gene.

Quæ differãt ſolo numero.

de Nomine Speciei, ita inquit. *Formæ ſunt quas Græci ἰδέας vocant noſtri (ſi qui hæc fortè tractant) Species appellant: non peſſimè id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim, ne ſi Latine quidem dici poſſit, Specierum, & Speciebus dicere, & ſæpe his caſibus vtendum eſt, at Formis, & Formarum velim. Cùm autem vtroque verbo idem ſignificetur commoditatem in dicendo non arbitror negligendam.* Hæc Cicero. Verùm Dialectici non tanta verborum religione obſtringuntur.

Quæ nos Species, Cicero in Topicis commodius Formas dicẽdas putat.

De Differentia. CAP. V.

Porphy. ca. de Different.

DIFFERENTIA dici poteſt, *ea Forma, qua res, aut à ſe in alio & alio tempore, aut ab alia re differt.* Ea verò triplex eſt, Communis, Propria & Maximè propria. Communis Differentia eſt, *ea quæ nec pertinet ad Eſſentiam rei nec inſeparabilis ab ea eſt*, vt Sedere, Stare, & huiuſmodi alia. Propria eſt, *quæ inſeparabilis quidem eſt, ſed tamen ad Eſſentiam non pertinet*, vt Habere cicatricem, quæ iam callum obduxerit, Habere oculos cæſios, eſſe Diſciplinæ capax, & ſimilia: Maximè verò propria, quæ & Specifica dicitur, eſt ea, *quæ & inſeparabilis eſt, & ad Eſſentiam rei pertinet*, vt Corporeum eſſe, Animatum, Senſitiuum, Rationale, & cætera huiuſmodi. Inter hæc Differentiarum genera eſt latè patens diſcrimen. Communibus enim, ac Propriis differentiis, Accidentaliter tantùm res diſcrepant. Maximè autem Propriis, Eſſentialiter. Item Communibus & propriis, nec diuiduntur Genera in Species, nec Definitiones Specierum aſſignantur: iis verò, quæ Maximè propriæ dicuntur, maximè. Ac illæ quidem priores, vel proprietates ſunt, vel Accidentia, de quibus adhuc dicendum eſt: hæ verò à cæteris omnibus vniuerſalibus diſtinguntur.

Communis. *Propria.* *Maximè propria.* *Primum diſcrimen.* *Secundum.* *Tertium.*

HARVM igitur, quæ huius loci ſunt, duo numerantur Officia, Alterum quòd diuidant Genera, Alterum quòd conſtituant Species. Nam quemadmodum Æs, cùm ſit vnum quid, diuerſis tamen figuris ac formis diſtrahitur, vt ex ipſo, & acceſsione diuerſarum formarum fiant diuerſæ res Artificioſæ, vt Statua, & Sphæra: ſic animal, quod eſt genus Hominis & Belluæ, cùm vnius naturæ ſit, tamen Rationali, & Irrationali, vtpote diuerſis Differentiis, diuiditur, vt ipſarum acceſsione Homo & Bellua, quæ ſunt diuerſæ Species, efficiantur. Hinc fit, vt differentia aptè definiatur hoc modo, *Differentia eſt id, quo ſpecies ſuum genus excedit.* Conſtat enim ſpecies, Genere ac Differentia Generi adiuncta, qua tamen non conſtat genus. Item hoc modo, *Differentia eſt id quod ita ſeparat ſpecies ſub eodem genere, vt ad earũ eſſentiam pertineat.* Item hoc modo, *Differentia eſt id, quod prædicatur de pluribus ſpecie differentibus in quæſtione quale eſt neceſſario, & eſſentialiter.* Verùm hæc Definitio non complectitur eas Differentias, quæ proximè Species infimas conſtituunt, vt Rationale. Omnes tamen complectetur, ſi expunxeris illud, *Differentibus Specie.* Si enim quis te rogauerit, qualianam Animalia ſint Socrates & Plato ſecundùm Differentiam neceſſariò vtrique conuenientem, & ad vtriuſque Eſſentiam pertinentem? Aptè reſpondebis, eſſe Rationalia, atque ita in cæteris.

Duo differẽtiarũ officia. *Prima definitio differẽtiæ.* *Secunda.* *Tertia.*

EST autem duplex Differentia, altera Generalis, altera Specialis

Generalis differentia.

Generalis

ogle

Species.
Differentia in-diuiduans.
Scot. 1. d. 3. q. 6 & Cai. in libro de Ente & eſſent. q. 5. a. 4 ad finem.

Generalis conſtituit rem, quę non tantùm eſt Species, ſed etiam genus: qualis eſt Corporeum, quæ conſtituit Corpus & Animatum, quæ conſtituit Corpus Animatum, & Senſitiuum, quæ conſtituit Animal. Specialis, proximè conſtituit rem, quæ ſolùm eſt Species, vt Rationale, quæ Hominem efficit. Præter has eſt alia quædam, quæ proximè conſtituit Indiuiduum, quæ Indiuiduans Differentia nuncupatur. Exempli cauſſa, Differentia, quæ Homini communi adiuncta, efficit Socratem, dicitur Differentia Indiuiduans Socratis: quæ verò efficit Platonem, dicitur Differentia Indiuiduans Platonis & ita reliquæ.

De Proprio. CAP. VI.

a Tot. 5. Top. & extre. penè verbis ſeptimi.
b Ad lib. 5.

PROPRIVM apud [a] Ariſtotelem duplex eſt, Complexum, & Simplex. Complexum, cùm ſit Oratio, in Definitionémque, ac Deſcriptionem diuidatur, [b] alio pertinet. Simplicis verò nomē quadrifariam accipitur. Nam & id quod
1 ſoli alicui Speciei conuenit, non tamen toti, Proprium eidem eſſe dici-
2 tur, vt Homini Grammaticum eſſe: Et id etiam quod toti non tamen
3 ſoli, vt Homini eſſe Bipedē: Et id quoque quod ſoli ac toti, non tamen
4 ſemper, vt Homini Caneſcere: Et id demum, quod ſoli ac toti & ſemper, vt Homini eſſe Aptum vt rideat. Harum acceptionum extrema præcipua eſt. Nam id maximè dicitur proprium rei, quod, cum ea reciprocatur: quicquid autem dicitur proprium quarto modo, id omne reciprocatur cum re cuius eſt proprium, vt ſi dicas, Quicquid eſt Homo eſt Riſus capax, & viciſsim, Quicquid eſt Riſus capax, eſt Homo, atque ita in aliis huius generis: quod tamen in tribus ſuperioribus nunquam verè dixeris, vt ſatis apertum eſt. Ac ſuperiora illa ad accidens, quod mox explicabimus transmittenda ſunt, quod non prædicentur neceſſariò de ſpecie, ſed contingenter, exceptis quibuſdam ſecundi generis, quale eſt Senſitiuum eſſe, pro facultate, ſeu potentia ad ſentiendum, & alia huiuſmodi. Hæc enim neceſſariò prædicantur, & ex ipſa rei eſſentia naſcuntur: quæ conditiones accidenti non conueniunt, vt dicemus. Horum tamē nullum eſt proprium quarti generis apud Porphyrium, quia nullum reciprocatur cum ſpecie Infima, quam [c] ille, cum de proprio loquitur, nomine ſpeciei ſolam intelligit.

Quarta proprij acceptio præcipua eſt. Primus, ſecūdus, & tertius modus ad accidēs pertinet, quibuſdā exceptis.

c Porphy. de proprio.
Vt ex ca. de Gene. & ex Communitā. patet.
Proprium quid ſit.

DIALECTICI ergo, vt complectantur omnia propria, quæ ad quartum Vniuerſale, de quo nunc agimus, ſpectant, ſic proprium definiunt, *Proprium eſt quod prædicatur de pluribus in quæſtione Quale eſt accidentaliter, ac neceſſariò*, vt aptum eſſe ad ſentiendum, ad capeſſendas Diſciplinas, & huiuſmodi: Si quis enim abs te quærat, qualiſnam ſit Homo, ſecundùm id quod ipſi conuenit accidentaliter, ac Neceſſariò aptè reſpondebis, eſſe aptum ad ſentiendum, ad Capeſſendas Diſciplinas, & alia huiuſmodi. Eſt autem duplex proprium, alterum Generale, quod reciprocatur cum re, quę eſt genus alterum Speciale, quod reciprocatur cum ſpecie Infima. Vtriuſque exemplum modo attulimus: nam Aptum eſſe ad Sentiendum, reciprocatur cum Animale, Aptum verò eſſe ad Capeſſendas Diſciplinas, reciprocatur cum Homine. Lucullus Ciceronianus ait. *Dilucidè doceri a Politioribus Phyſicis, ſingularum*

Proprium generale.
Speciale.
Academ. q. primæ editionis liber 2.
Quo pacto verum videa-

gularium etiam rerum, id eſt. Indiuiduarum, *ſingulas eſſe Proprietates*, quod mihi non placet, niſi nomine Proprietatis, intelligat Differentiam Indiuiduantem, aut totam collectionem communium Accidentium quę in vna re tantùm reperiatur.

tur, ſingularium reru ſingulas eſſe proprietates.

De Accidente, CAP. VII.

NOMINE accidentis interdum intelligimus, quicquid de re accidentaliter Prædicatur, qua ſignificatione dubium non eſt, quin proprium etiam accidentis vocabulo comprehendatur. Interdum verò id ſolùm intelligimus, quod non tantùm accidentaliter Prædicatur, ſed etiam contingenter, quo ſanè modo accidens à proprio diſtinguitur: accidens igitur hac ſignificatione acceptum definitur eſſe id, *Quod adeſt, & abeſt ſine Subiecti corruptione.* Item, *Quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe.* Et rurſus. *Quod non eſt Genus, nec Species, nec Differentia, nec Proprium, ineſt autem rei.* Quarum omnium Definitionum idem eſt ſenſus. Sed planiùs definitur hoc modo. *Accidens eſt quod Prædicatur de pluribus, in quæſtione Quale eſt, accidentaliter, & Contingenter*, vt Album Nigrum, & ſimilia. Si quis enim roget, Qualiſnam ſit Socrates, ſecundùm id quod ei accidentaliter, ac contingenter: aptè reſpondebit, qui dixerit eſſe Album, atque ita in cæteris. Accidentium verò, quædam, re ipſa ſeparari poſſunt, vt Sedere, aut album eſſe à Socrate, quędam re ipſa ſeparari nõ poſſunt, vt album eſſe à Cygno, & Nigrũ eſſe à Coruo. Omnia tamẽ cogitatione ſeiũgi poſſunt, hoc eſt, negari abſque abolitione eſſentiæ Subiecti, cũ de ipſo dicantur contingẽter. [a] Suprà enim definiuimus: Id Prędicari Contingẽter, *quod ita affirmatur de Subiecto, vt de eodẽ negari poſſit abſq; ipſius Subiecti euerſione.*

1. Phy. 3. text. 28. & 5. Meta. 30. tex. 35.

Porphy. de Accidente. 1. Top. 4.

Quid accidens.

Duplex accidens Porphy. ibid.

Omnia accidentia ſeparãtur cogitatione.

a Cap. 2.

SED quæret aliquis, qua ratione colligi poſſit, Vniuerſalia non eſſe plura quàm ea quinque, quæ à nobis explicata ſunt. Cui quæſtioni hæc ratio reddi poteſt. Vniuerſalia aut prædicantur in quæſtione quid eſt, aut in quæſtione Quale eſt. Si in quæſtione Quid eſt, aut continent in ſe totam naturam communem Indiuiduorum, aut Partem, ſi Partem ſunt genera: ſi Totam, ſunt ſpecies. Si verò prædicantur in quęſtione Quale eſt: aut prædicantur eſſentialiter, aut accidentaliter: ſi eſſentialiter, ſunt differentiæ: ſi accidentaliter, aut prædicantur neceſſariò, aut Contingenter: ſi neceſſariò, ſunt propria: ſi Contingenter, ſunt accidentia. Hac igitur ratione, patet non eſſe plura Vniuerſalia, quàm ea quinque, quæ à nobis ſunt expoſita. His ergo vtcunque explicatis, ad Prædicamenta ingrediamur.

Nõ eſſe plura vniuerſalia, quã quinque hactenus explicata.

Quid ſit Prædicamentum. CAP. VIII.

PRÆDICAMENTVM *eſt, alicuius Generis Summi realis, & eorum, quæ ſub ipſo ſunt naturalis diſpoſitio*: vt tota ſeries Subſtantiarum, quæ conſtat ex ipſa Subſtantia in commune, & ex omnibus minùs communibus Subſtantiis ordine quodam naturali diſpoſitis vſque ad Singulares, quæ nullas vlteriùs ſub ſe continent.

Ex Porphy. c. de ſpecie. & Ariſt. Præd. 1. & 1. Po. 18.

Nam ſub Subſtantia in commune, proximè collocari debent Subſtantia Corporea, & Incorporea: ſub Corporea Corruptibilis: & Incorruptibilis: ſub Corruptibili Animata, & Inanimata: ſub Animata Animal, & Planta: Sub Animali Homo, & Brutum animal: ſub Homine Socrates, Plato, & cæteri Homines Indiuidui: ſub quibus non ſunt aliæ inferiores Subſtantiæ, quemadmodum nec ſub aliis indiuiduis ad quæ diuiſione aliarum Specierum, quas reliquimus, naturali quodã deſcenſu deuenire neceſſe eſt. Genus Summum quid ſit, iam ſuprà explicatum eſt. Reale verò id vocari ſolet, *cuius eſſe ab operatione Intellectus minimè pendet*, vt Lapis Lignum & cæteræ omnes res, quæ in Mundo exiſtunt. Dixi ergo, *Generis Realis*, quia res, quæ per ſe ponuntur in Prædicamentis, debent eſſe Reales vt Philoſophis placet. Vnde fit, vt Entia Rationis quia niſi ab operatione intellectus nullum eſſe habent, non ponãtur per ſeſe in Prædicamentis ſed per ea entia realia, quibus beneficio intellectus tribuũtur. Verbi cauſſa, hoc ipſum quod eſt eſſe genus Sũmum Prædicamenti Subſtantiæ, eſſe Prædicatum aut ſubiectum in eodem Prædicamento, & alia huiuſmodi, nõ ponuntur per ſeipſa in Prædicamento Subſtantiæ, quia ſunt Entia Rationis, ſed propterea modo aliquo ad illud dicuntur pertinere, quod res quibus tribuũtur, vt Subſtantia in commune & cætera quæ diximus, in eo collocantur. Ea verò intelligo ſub Genere ſummo naturaliter, eſſe diſpoſita, de quorum quolibet, ordine quodam, Genus ſummum vt de parte ſubiecta, Eſſentialiter prędicatur, ſeu (vt Ariſtotelis verbis vtar) vt de ſubiecto. Et quoniam hæc non ſunt alia, quàm Species & Indiuidua rei illius maximè communis, quæ Genus Summum dicitur, fit, vt ſolum Genus Summũ cum ſuis Speciebus, ac Indiuiduis ponantur per ſe in Prædicamento.

Cap. 3. Reale ens. Vt 5. Metap. ad. cap. 7. Ens rationis nõ ponitur per ſe in Prædicamentis.

Quæ ponantur ſub genere ſummo.

QVAPROPTER nec Differentiæ Generales, nec Speciales, nec verò illæ quibus Species Infimę ad Indiuidua trahũtur, (Indiuiduantes dico) nec denique aliæ partes, ſiue Specierum, ſiue Indiuiduorum, de quibus Genus Summum non prędicatur vt de Subiectis per ſe ponuntur in Prædicamẽto, ſed per ea tota, quę conſtituunt. Propria tamen & Accidentia eorum Generum, Specierũ, & Indiuiduorum, quæ per ſe in Prædicamentis ponuntur poterũt, ſi fuerint Entia Realia pertinere per ſeipſa ad aliquod Prędicamentum. Nam eſſe Aptum ad Ridendũ quod eſt propriũ Hominis, & albũ eſſe, quod eſt Accidẽs Socratis, ſunt quædam Species Prędicamenti Qualitatis: itẽ Eſſe in infimo loco, quod eſt proprium Terræ, & Calefieri, quod eſt Accidens Aquæ, ſunt Species aliorum Prędicamentorum, hoc Paſsionis, illud Exiſtentiæ in Loco: & vt in ſumma dicam: omnia quæ per ſe ponuntur in cæteris Prædicamentis ſunt propria, vel Accidẽtia Subſtantiarum, cũm omnia in Subſtantiis, vt in ſubiectis inhæreant.

Differentiæ non ponuntur per ſe in Prædicam. Nec aliæ quædam partes.

Propria, & Accidẽtia poni poſſunt.

Nota.

Præd. 2.

Decem eſſe Prædicamenta, ad quæ omnia omninò præter Deum optimum Maximum modo aliquo pertineant. CAP. IX.

Ariſt. Præd. 4. &c.

NVMERANTVR verò à Philoſophis decem Prædicamenta, Primum, Subſtantiæ: alterum, Quantitatis: tertium, Qualitatis: quartum, Relationis quintũ Actionis: ſextum Paſsionis: ſeptimum

ſeptimum Exiſtentię in loco: octauum, Situs: nonũ, Exiſtentię in Tempore: decimum Indumenti, ſiue Integumenti, quod Habendi prędicamentum appellatur: Ad quę pertinent res omnes, quæ quomodocunque aut eſſe, aut fingi poſſunt, [a] Itaque quædam pertinent per ſe, vt Animal, & Homo: Quædam per ſua tota, vt differentiæ, Materia, & Forma: quędam per ſuas partes vt, Homo albus, per Hominẽ, & Albedinem, quodámodo Chimæra per partes earum rerũ, ex quibus compoſita fingitur: Quædam per ea, quibus tribuuntur, vt eſſe genus, eſſe Speciem, Prædicatũ, Subiectũ, & cætera Entia rationis, per ea, quę dicuntur genera, & Species, aut ab alio Ente rationis cognominãtur: alia aliis modis [b] Omnia igitur ad has rerum claſſes modo aliquo reuocantur, præter Deum optimum Maximum, ad quem potius, vt ad infinitum pelagus totius eſſe, hęc ipſa Prędicaméta quaſi flumina recurrunt.

a Quo pacto ad prędicamenta pertineant omnia præter Deum.

b Vt priuatio per habitum, & contradictoria negatiuum, per poſitiuum de quibus cap. 17.

ET quoniam Nomina vice rerum habentur, dubiũ nõ eſt, quin eadem Prædicamenta ex Nominibus etiã ipſarum quaſi conſtituta intelligi poſsint, ex aliis quidem per ſe, ex aliis reductitiè, vt de rebus diximus, atque hoc modo Dialecticus Prædicamenta potiſsimùm conſiderat vt in his quaſi locis communibus parata habeat nomina & verba ad ſtructuram orationis. Verumenimuerò, quia ex diſputatione rerum nullo negotio diſpoſitio Vocabulorum intelligitur, ſatis erit Prædicamentales ſeries in rebus explicare. Quod tamen pingui (vt aiunt) Minerua faciendum eſt, ne inſtituti noſtri obliti videamur.

Ex vocibus etiam conſtituuntur quodãmodo Prædicamenta.

Quo pacto Dialecticus Prædicamenta conſideret.

De Subſtantia. CAP. X.

SVBSTANTIA, quæ in primo Prædicamento per ſe ponitur, *eſt Ens Reale per ſe ſubſiſtens:* vt Angelus, Homo, Lapis. Dixi *Reale* (quod verbum deinceps in omnibus definitionibus intelligendum eſt) quia cæterorum Entium nullum per ſe pertinet ad aliquod prædicamentum, vt paulò ſuperiùs diximus: addidi, *Per ſe ſubſiſtens*, hoc eſt, non exiſtens in alio vt in ſubiecto Inhæſionis, quia hoc differt ſubſtantia ab accidentibus quæ pertinent ad alia prædicamenta, quòd accidentia, niſi in ſubiecto inhæſionis ſint, naturaliter exiſtere non poſſunt: ipſa verò, ſubſtantia naturaliter per ſeipſam cohæret, ac exiſtit.

Ex Præd. 5. & 7 Meta. 1. D. Thom. Opuſ. 48. de Prædicamen. cap. 2.

Per ſe ſubſiſtens.

In alio exiſtẽs

SVBSTANTIARVM autem quædam ſunt Primæ quædam Secundæ Primæ ſubſtãtiæ, *ſunt ea Entia quæ nec in ſubiecto ſunt nec de Subiecto dicuntur* hoc eſt, quæ nec cohærent in aliquo ſubiecto Inhæſionis, nec de vllo, vt de parte ſubiecta, eſſentialiter Prædicantur vt Socrates, & Plato. Priori particula excludũtur Accidentia, poſteriori excluduntur Genera, & Species Subſtantiarum. Itaque ſolas ac omnes indiuiduas Subſtantias complectitur hæc definitio. Secũdæ Subſtantiæ ſunt Genera, & Species, ſub quibus collocantur Primæ, vt Animal, & Homo, ſub quibus continentur Socrates, & Plato. Ordo Specierum ſubſtantiæ ex [c] ſupradictis vtcunque patet.

Prima ſubſtantia. Præd. 5.

Secunda ſubſtantia.

c Cap. 8.

IAM ad Proprietates Subſtantiarum pertinentium ad hoc Prædicamentum veniamus: Quarum quatuor inſigniores traduntur. Prima eſt, *Non eſſe in ſubiecto*, quæ patet ex definitione Subſtantiæ. Secunda

Prima proprietas ſubſtãtiæ.

 eſt.

Secunda. eſt. *Non habere Contrarium.* Nam cùm omnia Contraria ſint in Subiecto Inhæſionis,vt Virtus, & Vitium , Candor & Nigror:nulla autem Subſtantia ſit in Subiecto , vt dictum eſt,efficitur, vt nihil Subſtantiæ ſit contrarium. *Tertia.* Tertia eſt, *Non ſuſcipere Magis & Minus,* hoc eſt quod non dicatur magis,aut minùs talis. Non enim dicimus Socratem eſſe magis,aut minùs Hominem , quàm ſit ipſe in alio tempore,aut quàm ſit aliquis alius. Id quod in cæteris ſubſtantiis cernere eſt. Sed hæ proprietates,ſeu affectiones,aliis etiam pleriſque conueniunt. *Quarta.* Quarta igitur Proprietas , quàm maximè Subſtantiæ conuenire affirmat Ariſtoteles,hæc eſt, *Vt cum vna eadémque numero fuerit,poſſit in ſe contraria recipere.* vt hic lapis,calorem,& frigus.

De Quantitate. CAP. XI.

Quantitas. quid. QVANTITAS eſt, *Ens per ſe extenſum:* vt Superficies tabulæ, & binarius hominum. Tabula enim non per ſeipſam,ſed per Superficiem quam habet,extenſa eſt, Socrates item & Plato non per ſeipſos,ſed per Binariũ,qui in ipſis cernitur,extenſionẽ habẽt numeralẽ. Ipſa verò Superficies,& ipſe Binarius perſeipſa ſunt extenſa.

Quantitas continua. QVANTITATEM in duas proximas Species diuidit Ariſtoteles, *Præd.6.* in Continuam,& Diſcretam. Quantitas continua eſt, *cuius partes communi aliquo termino copulantur,* vt partes Lineæ,Puncto:partes Superficiei,linea:partes Corporis,Superficie : partes Temporis,puncto temporis ſeu inſtanti. *Species quantitatis continuæ de loco, quo pacto loquatur Ariſt.* Hæ verò traduntur Species Quantitatis,Continuæ, Linea,Superficies,Corpus,Tempus, & inſuper Locus. Verùm Ariſtoteles,quod ad Locum attinet , videtur loqui ex aliorum ſententia ſuo tempore vulgata , quam ipſe [a] alibi non probat. *a 4. Phyſ. 4.* Accipit enim locum pro ſpatio,quod à quouis corpore occupatur,aut occupari poteſt,quod Veteres,rem quandam diuerſam ab omni Corpore eſſe dicebant, cùm tamen nulla ſit. *De motu alibi.* An autem Continuitas Motus ſit alia quædam Species Quantitatis continuæ , alio loco diſcutiemus. *Quantitas diſcreta.* Quantitas diſcreta eſt, *cuius partes nullo communi termino copulãtur,* vt Quaternarius. Nihil enim reperias , quo duo Binarij , ex quibus ille conſtat,copulentur & quaſi compingantur. *Species quantitatis diſcretæ.* Huius Quantitatis duæ feruntur Species,Numerus,& Oratio:quas alibi num verè ſint Species quantitatis ad hoc Prædicamentum pertinentes,examinabimus.

Prima affectio Quantitatis. QVANTITATIS porrò tres traduntur Affectiones. Prima eſt, *Nil habere ſibi contrarium.* Contraria namque maximè diſtant ſub eodem Genere:nullæ autem duæ quantitates reperiri poſſunt , quæ ſub Genere quantitatis maximè diſtent. *Secunda.* Secunda eſt, *Non ſuſcipere Magis, & Minus.* Neque enim dixeris Magis , aut Minùs Bicubitum,aut Tricubitum aliquid eſſe,quod in pleriſque aliis quantitatibus apertè cernes. *Tertia.* Tertia eſt , *ſecundum Quantitatem res dici Æquales & Inæquales.* [b] *b 5. Met. 15. Text. 20.* Nam Æqualia ſunt,quorum quantitas eſt vna:Inæqualia,quorum diuerſa. Atque hæc affectio [c] dicitur maximè propria quantitatis,quia *c Præd. 6.* ſoli Quantitati,omni ac perpetuò conuenit.

De Qualitate. CAPVT XII.

QVALITAS eſt, *qua res dicuntur Quales:* nempe in peculiari, ac propria quæſtione Qualitatis Accidentalis, vt Iuſtitia, Scientia, Candor, & huiuſmodi. Nam ſi quis te roget, Qualis nã ſit Socrates ſecundùm Accidens, quod propriè qualitas dicatur, aptiſſimè reſpondebis eſſe Iuſtum, Scientem, Candidum, aut aliquid huiuſmodi.

QVALITATIS quatuor ſunt proximæ ſpecies: ad quarum primam pertinent Habitus, & Diſpoſitio. *Habitus eſt firma quædam, & conſtans Qualitas, qua rei natura benè aut malè afficitur*, vt virtus & vitium. *Habitus.* Diſpoſitio *eſt qualitas benè aut malè efficiens ſubiectum, quæ facilè abiici poteſt*, vt Sanitas: & Ægritudo. *Diſpoſitio.* Ad ſecundam Speciem pertinent Naturalis Potentia, & Impotentia. *Naturalis potentia.* Naturalis potentia, ſeu naturalis Vis eſt, *Qualitas quædam, qua facilè quæq; res agit, aut reſiſtit*, vt, vis naturalis ad currendum, & ad perferendos labores. *Naturalis impotentia.* Naturalis Impotentia, ſeu Imbecillitas, *eſt Qualitas, qua ægrè quæque res agit, aut reſiſtit*, vt infirma valetudo Socratis, & mollitudo butyri. Ad tertiam ſpeciem pertinent, patibilis qualitas, & paſſio. Patibilis qualitas, *eſt diu permanens qualitas, quæ aut ſenſum mouet, aut ex Motu aliquo naſcitur*, vt color diuturnus in corpore, & Amentia in Animo. *Probabilis Qualitas.* Paſſio *eſt fluxa quædam, & breui tranſiens Qualitas, quæ aut mouet ſenſum, aut ex Motu oritur*, vt Rubor ex Verecundia contractus, Pallor ex Metu, Ira, Gaudium, & huiuſmodi. *Paſſio.* Ad quartam ſpeciem pertinent Forma & Figura. Forma vt hic accipitur, eſt *Modus quidam Quantitatis in re aliqua naturali ſpectata*: vt ea forma Hominis aut leonis, quæ ex lineamentis corporis reſultat. *Forma.* Figura *eſt Modus Quantitatis ſimpliciter, ac in ſe ſpectata*, vt figura Trianguli, quadrati, & cæteræ. *Figura.*

QVALITATIS tres ſunt affectiones. Prima eſt, *Habere aliquid ſibi Contrarium:* Nam Virtuti contrarium eſt Vitium, & aliis pleriſque qualitatibus alia reperiuntur contraria. *Prima affectio qualitatis* Secunda eſt, *Suſcipere Magis, & Minus*, vt eſſe Magis, aut minùs iuſtum, magis aut minùs album. *Secunda.* Tertia, quæ maximè propria qualitatis affectio dicitur, hæc eſt, *vt ſecundùm eam res dicantur Similes ac Diſſimiles.* [a] Similia enim ſunt ea, quorum qualitas eſt vna, Diſſimilia, quorum diuerſa. *Tertia.*

a 5. Met. 15. text. 20.

De Relatione. CAP. XIII.

Ex Præd. 7.

RELATIO eſt, *qua aliquid, hoc ipſo quod eſt, ad aliud ſe habet*, vt Æqualitas, Dominatus, Seruitus. Nam Æquale, quatenus æquale eſt, æqualitate refertur ad ſibi æquale, & Dominus, quà Dominus eſt, Dominatu refertur ad Seruum, qui viciſſim qua ſeruus eſt ad Dominum refertur Seruitute. *Ibidem.* Relata verò ſunt, *quæcumque hoc ipſo quod ſunt, ad aliud ſe habent:* vt Æquale. Dominus, Seruus

RELATORVM autem quædã ſunt Æqualis comparationis (Recentiores vocant æquiparantiæ) vt æquale, Simile, Inæquale, diſſimile. *Relata æqualis comparationis.* Nam æquale ad æquale refertur, ſimile ad ſimile. Inæquale ad Inæquale

quale,& Diſſimile,ad Diſſimile. Itaque ea ad quæ huiuſmodi Relata referuntur,ſunt eiuſdem appellationis, ac naturæ cum illis. Quædam

Relata Inæqualis comparationis. verò ſunt Inæqualis Comparationis,ſeu diuerſæ Appellationis quę illi vocant Diſquiparata quorum duo ſunt genera: Alia enim dicuntur *Maioris comparationis.* Maioris Comparationis,quæ vocant Superpoſitionis,vt Pater,Dominus,Præceptor,& cætera omnia,quæ ſunt digniora iis ad quæ referũtur: *Minoris.* Alia ex altera parte hiſce reſpondent, quæ Minoris Comparationis dici poſſunt,vt Filius,Seruus,Diſcipulus,& cætera minùs digna iis cum quibus conferuntur:quæ vocari ſolent Suppoſitionis.

Prima proprietas. RELATORVM tres præcipuè traduntur Proprietates: Prima eſt *Omnia relata dici ad ea,quæ Conuertuntur,* hoc eſt,ad ea quæ viciſſim ad ipſa dicuntur, vt Pater ad Filium, qui viciſſim ad Patrem dicitur. Vt enim Pater dicitur Filij Pater, ſic viciſſim Filius dicitur Patris filius. *Secunda.* Secunda eſt, *Omne relatum eſſe Simul Natura,cum eo ad quod refertur.* a

a. Præd. 13. Ea verò dicuntur Simul eſſe Natura quorum alterum ſecum ponit, ac tollit alterum,vt Dominus Seruum,& Seruus Dominum.Si enim Dominus nullus ſit,nullus erit Seruus:& vice verſa,ſi nec Seruus,nec Dominus. *Tertia.* Tertia proprietas eſt,*Omne Relatum eius eſſe Naturæ,vt ſi illud noueris,etiam id ad quod refertur cognoſcas, & è contra.* Si quis enim nouerit Sophroniſcum eſſe Patrem Socratis: neceſſe eſt, vt etiam cognoſcat Socratem eſſe Filium Sophroniſci,& è contra.

Relata ſecundum eſſe. CÆTERVM hæc quæ diximus, propriè ſunt Relata,& vocantur Secundùm Eſſe: Alia ſunt, quæ Relatione aliqua explicantur, ipſa tamen ad hoc Prædicamentum non pertinent. Atque hæc à Dialecticis *Relata ſecundum dici.* Relata quidem appellantur,verùm nõ Simpliciter ac propriè,ſed cum adiectione, Relata *Secundùm dici*, quaſi dicas quoad Naturæ explicationem duntaxat, non quoad ipſam Naturam, qualia ſunt, Habitus, Scientia,& alia huiuſmodi:quod alio loco pleniùs docebimus.

De Actione, & Paſſione. CAP. XIIII.

3. Phy. 3. ACTIO eſt *Agentis, quatenus Agens eſt, Actus, ſeu perfectio.* Paſſio vero eſt *Actus,perfectióve Patientis,vt patientis.* Súntque Actio,& Paſſio,vna eademque res,quæ tamen, vt eſt Perfectio Agentis,dicitur Actio, vt verò Patientis,dicitur Paſſio. Verbi gratia Caloris motus,quo ab Igne afficitur Aqua quatenus eſt id,quod Ignis eſt, & dicitur agens, Actio eſt,& Actio dicitur: quatenus verò,id quo aqua eſt,ac appellatur Patiens,Paſſio eſt & Paſ-

Duplex Actio & Paſſio. ſio nominatur. Actiones autem,& Paſſiones,partim ſunt à Corpore,vt Calefacere,& Calefieri: partim ab Animo, aut alia ſuperiori cauſa, vt nutriri,augeri;cupiditatis,aut iræ motu agitari & huiuſmodi alia.

Præ. 9. Prior affectio. ACTIONI,& Paſsioni duæ affectiones tribuuntur. Prior eſt,Habere Contrariũ.Nam Calefacere,& Frigefacere, Calefieri, & Frigefieri, *Poſterior.* Voluptatis motu affici & doloris,contraria ſunt.Poſterior eſt,Suſcipere Magis,& Minùs,Nam & id quod Calefacit, aut Calefit,Magis, aut Minùs Calefacere, aut Calefieri, dicitur:id etiam quod Doloris, aut Voluptatis agitatione mouetur, Magis,aut Minùs dicitur Voluptate, aut Dolore affici.

Quid

Quid ſit Vbi, & Situm eſſe. CAP. XV.

VBI, ſeu eſſe Alicubi, *eſt Loco contineri*, vt in Foro, in tẽplo. Duobus autẽ modis Corpus continetur Loco: aut Cõmuni, vt Socrates in templo: aut Proprio vt Aqua in vaſe. Huius generis ſpecies dicuntur, eſſe Supra, Infra, Ante, Retro, Ad dextrã, & ad ſiniſtrã. *4. Phy. 2.*

SITVM eſſe, habere partes Corporis certo quodam modo affectas ad partes Loci, vt Stare, Sedere, Cubare: quæ quidem appellantur Poſitiones: partimque ſunt Naturales, vt quæ dictæ ſunt: partim non Naturales, vt ſi quis conuerſis ad Cœlum veſtigis, manibus nitatur. *Situm eſſe.* *Duplex poſitio.*

Quid ſit Quando, & Habere. CAP. XVI

QVANDO, ſeu eſſe in tempore, *eſt Tempore contineri*, vt fuiſſe Anno ſuperiori, eſſe in præſenti, fore in futuro, eſſe in Menſe, in Die, in Hora, & huiuſmodi temporibus. *Quando.*

HABERE (vt nunc vtimur hoc Verbo) *eſt indumento aliquo, aut Ornamento indutum, aut ornatum eſſe*: vt Togatum eſſe, Lorica indutum, Mytra redimitum, & Annulatum. *Habere.*

IN his igitur decem Claſſibus infinita Rerum, & Nominum multitudo ita diſtinctè, diſtributéque continetur, vt facilè ſit cernere, quæ ad quam Categoriam pertineant: & in quacunque Categoria, quæ quibus communiora ſint, aut minùs communia. *Concluſio.*

De oppoſitis. CAP. XVII.

SED quoniam in hac Categoriarũ tractatione ſæpe Contrariorum meminimus: quænam ſint Contraria paucis dicamus: atque adeò omnia Oppoſitorum genera (quoniam id perutile erit) perſequamur. Oppoſitorum igitur quatuor ſunt Genera, Relatiuè oppoſita, Contrariè, Priuatiuè, & Contradictoriè. Relatiuè oppoſita ſunt: Quę quicquid ſunt, Oppoſitorũ eſſe, aut aliquo alio modo ad illa dicũtur: vt Pater, & Filius, & duo ſimilia. Nã Pater, dicitur Filij Pater: & Filius, Patris Filius: hoc verò Simile illi, dicitur illi Simile, & illud huic. *Præd. 10.* *Relatiuè oppoſita.*

CONTRARIE oppoſita ſunt ipſa Contraria. Contraria verò dicuntur ea, quæ ſub eodem Genere maximè diſtant, & eidem ſubiecto viciſſim inſunt, niſi eorum alterum inſit à natura vt Scientia, & Error: Virtus, & vitium: Calor & Frigus: Candor, & Atror. Nam ſub Habitu quod eſt genus quoddam Qualitatis, maximè diſtant, tum Scientia, & Error: tum etiam Virtus & Vitium: ſub Patibili autem qualitate, tum Calor & Frigus, tum Candor & Atror. Hæc item, vt patet, in eodem Subiecto inhæſionis viciſſim inſunt, cùm mutuò ab eodẽ ſe expellant. Additum eſt, *Niſi eorum alterum, à Natura inſit*, quia in locum eius, cui à Natura determinatum, & quaſi præſcriptum eſt vt inſit, non poteſt alterum ſuccedere: qua ratione nec Ignis Frigere poteſt, nec Cygus eſſe Niger, nec Coruus Albus, nec Saxum Molle, quippe cùm hæc omnia alterum ex contrariis Naturæ præſcripto ſibi vindicent. *Contraria.* *Præd. 6. & 10.*

IAM verò Contrariorum quædam Immediata ſunt, quædam Mediata: Immediata dicũtur, *quorum alterum neceſſe eſt ineſſe proprio ſubiecto*, vt Sanitas & Morbus comparatione Animalis. Mediata verò *quorũ neu-* *Contraria.* *Immediata.* *Mediata.*

trum

Digitized by Google

trum neceſſe eſt ineſſe proprio Subiecto: niſi alterum Natura inſit. Vt Albus Color, ac Niger comparatione Corporis Miſti: & Virtus, ac Vitium comparatione Hominis: Dantur enim media inter huiuſmodi Contraria, quibus affecta eſſe poſſunt propria Contrariorum Subiecta, remoto vtroque Contrario. Quæ quidem media partim nominata ſunt, vt Flauus Color, & Fuſcus inter Candorem & Nigrorem: partim nomine carent, vt quod inter Virtutem, & Vitioſitatem interiectum eſt, quo affectos dicimus Homines natura Amentes. Sed quæ media, nomine carent, negatione extremorum nominari poſſunt: vt ſi dicas, Quod nec Probitas, nec Vitioſitas eſt, medium eſſe inter Virtutem, & Vitium.

Media nominata.

Media nomine carentia.

Priuatiuè oppoſita.
Habitus.
Priuatio.

PRIVATIVE oppoſita ſunt Habitus ſeu forma, & Priuatio Formæ. Nomine Habitus ſiue Formæ intellige quicquid, modo aliquo rei adhæret, vt Aſpectus Oculis: Auditus Auribus: Locutio Linguæ: Lumen Aëri: Pili Capiti, Veſtis Corpori. Priuatio verò *eſt Negatio eiuſmodi Formæ in Subiecto Natura apto, & in tempore à Natura conſtituto, vt forma inſit:* cuiuſmodi ſunt Cæcitas, Surditas, Mutum eſſe, tenebroſum Caluum, Nudum. Dixi *in Subiecto Natura apto*, quia Negatio formæ in Subiecto ſuaptè natura minimè apto, non eſt priuatio. Vnde non dicimus Lapides Cæcos, Surdos, aut Mutos, quia Natura non ſunt apti vt Videant, Audiant, aut Loquantur. Addidi, *Et in tempore à Natura conſtituto*, vt forma inſit, quia Subiectum ante id tempus, quo à Natura conſtitutum eſt, vt habeat Formam nequaquam ea priuatum dici poterit, Vnde fit, vt Catulus ante ſeptimum diem, quo minimum à Natura cōſtitutum eſt, vt Oculos aperiat, non ſit appellandus Cæcus: nec Puer ante ſeptimum annum, ſi mente non vtatur, Demens dicendus eſt, quia tum primùm ferè præſcriptum eſt à Natura, vt Mente, ac Ratione vtatur. Priuatio verò duplex eſt, Altera à *qua non poteſt fieri naturaliter ad Habitum regreſſus*, vt Cæcitas, Caluitium: altera *à qua Naturaliter fit regreſſus*, vt Tenebræ, Nuditas, & huiuſmodi. Quæ omnia paululum animaduertenti perſpicua ſunt.

Plin. de natu. hiſt. 8. cap. 40.
Duplex Priuatio.

Contradictoriè oppoſita.

CONTRADICTORIE Oppoſita dicuntur, *inter quæ comparatione cuiuſque nullum datur medium:* id eſt, quorum alterum de quouis ſiue Ente ſiue non Ente dicatur neceſſe eſt. Quod quo pacto intelligendum ſit alibi docebimus. Exempla tamen ſunt Homo, Non Homo: Lapis, Non Lapis, Album, Non Album. Nam Equus, Chimæra, & quicquid aliud modo aliquo eſſe, aut fingi poteſt, eſt Homo, aut non Homo: Lapis: aut non Lapis: Album, aut non Album, & ita in cæteris: id quod in ſuperioribus Oppoſitorum generibus nequaquam cernimus, Equus enim, vt vno exemplo rem intelligas nec eſt Dominus, nec Seruus, nec itē Virtute prēditus, aut Vitioſitate, nec rurſus Loqui potēs: aut Mutus.

Ad cap. 10. Praedicam.

HÆC de coactione, ac Diſpoſitione Nominum, & Verborum in decem Categorias. Eſſet autem proximè agendū de vſu Nominū, quem Iuniores Suppoſitionem terminorum appellant, niſi cōmodiùs videretur hanc, & quaſdam alias Nominū Affectiones ad eam partem differre in qua de eludendis Sophiſtarum Captionibus diſſerendū eſt. Quapropter inſtitutum ab initio ordinem tenentes, iam de Oratione dicamus.

Ad Lib. 8

INSTI-

Digitized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER TERTIVS.

Quid ſit Oratio. CAPVT I.

ORATIO *eſt vox ex Inſtituto ſignificans,cuius aliqua pars ſignificat ſeparatim:*vt Socrates,eſt Philoſophus:Socrates ſapiens:Omnis homo : Liber Ariſtotelis,& cæteræ huiuſmodi Voces aliquo nexu grammatico copulatæ. Nam multæ dictiones nulla conſtructione grammatica coniunctæ,vt Cœlum,Terra,Lapis, Lignũ,vt nullomodo sũt vna Vox , ſic nullomodo ſunt Oratio.Poſteriori definitionis parte reiiciuntur Nomen,& Verbum & aliæ ſimplices voces ſignificãtes ex inſtituto,quia nulla pars eiuſmodi Vocum ſignificat, ſeparatim in ipſa totius Vocis ſtructura:at in compoſitione Orationis ſemper aliqua ſignificat.Quod non ſic intelligas,quaſi vna ſola Orationis pars debeat ſeparatim ſignificare,aut quòd vna ſaltem.Omnes enim Dictiones,quæ aſſumuntur ad Orationem conſtruendam,ſignificantes eſſe debent,ſi verum eſt,quod Dialectici aſſerunt: Significationem totius Orationis conflari ex ſignificationibus partiũ, hoc eſt,Dictionum ex quibus Oratio conſtituitur. Sed idcirco id Ariſtotelem dixiſſe intellige:vt orationem à Nomine,& Verbo diſtingueret,ad quod ſanè diſcrimen conſtituendum ſatis eſt,ſi vna tantũ Orationis pars, per ſe ſignificare concedatur , quando nulla Nominis aut Verbi pars ſeparatim ſignificat. Itaque licebit dicere,Orationem eſſe, multarum Dictionum ex inſtituto ſignificantium comprehenſionem.

Significatio totius Orationis conflatur ex ſignificationibus partium.

ADVERTE tamen, duobus modis Orationem componi poſſe ex Dictionibus per ſe ſignificantibus in ipſa , altero Explicitè ſiue Expreſſè,vt ſi dicas,Nullus homo, Nulla res.In omni loco,In omni tempore:altero Implicitè , ſeu Virtute , vt ſi dicas,Nemo,Nihil , Vbique, Semper. Nam etſi hæ poſteriores Voces expreſsè non conſtant eiſdem partibus quibus ſuperiores, tamen , quia idem omninò atque illæ ſignificant , totidémque quot illæ conceptus in animo imprimunt. virtute eiſdem partibus conſtare dicuntur. Quamquam igitur Voces non ſint Orationes , ſignificatione tamen orationes cenſendæ ſunt, ac proinde ſimpliciter Orationes. Cauſa huius rei eſt quia apud Dialecticos,Significationis potiùs , quàm Vocis ratio habenda eſt , Hinc enim fit , vt Oratio quæ multos habet ſenſus , qualis eſt illa, *Aio te*

Duplex compoſitio orationis.

Apud Dialecticos ſignificationis potiùs quàm vocis ratio habenda.

Oratio multos habens ſenſus nō eſt ſimpliciter. Oratio, ſed orationes.

Æacida Romanos vincere poſſe, ſimpliciter non ſit Oratio,ſed Orationes:quemadmodum nomen quod multa ſignificat, vt Gallus,non eſt ſimpliciter nomen, ſed nomina, vt ſuprà diximus. Itaque omnia hæc propterea aſſerimus,quia iudicamus in Oratione & partibus eius, Significationem magis,quàm Vocem eſſe ſpectandam.

De Perfectis, & Imperfectis Orationibus. Cap. II.

Oratio perfecta.

Imperfecta, Duplex imperfecta.

ORATIONVM porrò quædam Perfectæ ſunt,quædam Imperfectæ. Perfecta oratio eſt, *quæ integram ſententiam declarat:* vt Deus eſt ſummum bonum. Imperfecta, quæ non declarat integram ſententiam, quæ duplex videtur eſſe, Quædam enim Imperfectam & quaſi mutilam ſententiam ſignificat,vt:Sic vos non vobis,Deum timere, Si timuerimus Deum, & aliæ huiuſmodi, quibus auditis aliquid vltra expectamus. Quædam verò nullam ſententiam ſignificat,etiã imperfectam & truncatam,vt Animal rationale,Quantitas continua,Liber Ariſtotelis,Tractatio de oratione,& aliæ huius generis,quas cùm aliquis profert, non videtur eo ſermonis genere ſignificare ſe vlteriùs velle progredi.Si-

1. Peri. 3. gnificant enim huiuſmodi Orationes more nominum, & Verborum, quæ,vt ait Ariſtoteles, *eam intelligentiã imprimunt in animo,vt qui audit, quieſcat.* Priores conſtãt verbis,aut Coniũctionibus,aliiſque particulis, quarum vis nõ finitur in ea tantũ oratione quæ profertur: Poſteriores ferè Nomine Subſtantiuo, & Adiectiuo,aut Caſu Recto & Obliquo. Quia enim Adiectiuũ in ſuo Subſtantiuo finitur ac terminatur,& ſæpe vis Obliqui in ſuo Recto,nõ ſuſpendũt huiuſmodi Orationes animum audientis,quemadmodũ nec nomẽ per ſe,aut Verbũ,vt Ariſtoteles ait.

Optatiua. Interrogatiua. Deprecatiua. Imperatiua. Enunciatiua. Ex perfectis orationibus ſolas Enũtiatiuas tractat Dialecticus. 1. Peri. 4. vt 2. poſt. 9. & 1. Top. 8. & toto ferè 8. lib. Top.

PERFECTARVM autem aliæ ſunt Optatiuæ,vt *O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.* Aliæ Interrogatiuæ, vt *Sed vos quid tandem? quibus aut veniſtis ab oris? quóue tenetis iter?* Aliæ Depræcatiuæ, vt *Parcite Dardanidæ de tot,precor hoſtibus vni.* Aliæ Imperatiuæ,vt *Diſce puer virtutem ex me,verúmque laborem,fortunam ex aliis.* Aliæ Enuntiatiuæ,vt *Vulgus amicitias vtilitate probat.* A verò ex Perfectis orationibus, Enuntiatiuas duntaxat(quæ tum Enunciationes:tum Effata,tum Pronunciata, ſæpe etiam Propoſitiones dicuntur)cæteris omiſſis, quoniam ad oratores & Poëtas pertinent, pertractat Dialecticus. Nam quòd Interrogatiuas non omninò reiicit,id propterea facit,vt à reſpondente,Enunciationes,quibus argumentetur,obtineat.

De Enunciatione, & Diuiſione eius in Simplices, & Coniunctas, & Simplicium in Abſolutas, & Modales. Cap. III.

1. Peri. 4. Vera Enunciatio.

ENVNCIATIO igitur *eſt Oratio perfecta, quæ verum, aut falſum ſignificat*, vt Deus eſt ſummum bonum, Si Deum videris, omnium bonorum copia frueris: Quæ propoſitiones ſunt veræ. Item, Id quod honeſtum eſt,non eſt per ſe expetibile, Si omnes Mundi theſauros poſſederis, verè felix eris:

Quæ.

Quę ſunt falſę. [a] Ea dicitur Enunciatio eſt Vera, quę ſignificat id quod eſt, eſſe, aut quod non eſt, non eſſe: Falſa verò eſt, quæ ſignificat id quod eſt, non eſſe: aut, id quod non eſt, eſſe.

a 4. Metaph. text. 27. Falſa. Diuiſio Enũtiationis. b Ex 1. Peri. 4. Enunciatio Coniũcta ſeu Hypothetica c 1. Peri. 2. quæ ſit. d Peri. 4.

[b] PORRO Enunciationum quædam ſunt Simplices, quædam Coniunctæ: Simplicium, aliæ ſunt Abſolutæ, quæ vocantur De Ineſſe, aliæ Modales, Enunciatio Simplex eſt, *quæ vnum de vno enunciat, ſiue illud vnum ſit ſimplex, ſiue ex multis compoſitum*, vt ſi dicas, Homo eſt animal, Homo eſt animal rationale, Homo Iuſtus eſt prudens, Homo probus eſt ſimplex, & prudens. Enuntiatio coniuncta, quam [c] Ariſtoteles Coniunctione vnam, alii Hypotheticam vocant, *eſt quæ ex Simplicibus coniunctione aliqua nectitur*: vt, Si dies eſt, lux eſt. In quarum numero etiam illæ ponendæ ſunt, quæ conſtant ex Orationibus, quæ facilè ad Sim plices reuocari poſſunt: vt ſi dies eſſet, lux eſſet. Huiuſmodi enim Coniunctæ Enuntiationes, ſi non actu, certè Poteſtate ac virtutè, ex Simplicibus componuntur.

Enuntiatio Abſoluta, ſeu de ineſſe. Modalis.

ENVNTIATIO Abſoluta *eſt ea, quæ abſolutè ſignificat aliquid ineſſe, aut non ineſſe alicui*: vt Homo eſt animal, Homo non eſt lapis. Modalis verò eſt, *quæ quo modo aliquid alicui inſit, aut non inſit pronuntiat*, vt Homo neceſſariò eſt animal. Homo neceſſariò non eſt lapis, Hominem eſſe animal eſt neceſſarium. Hominem non eſſe lapidem eſt neceſſarium. Nos igitur hunc ordinem ſequemur, vt primũ de Abſolutis, deinde de Modalibus, ad extremum de Coniunctis Enuntiationibus dicamus.

De Qualitate, Quantitate, & Materia Abſolutarum Enuntiationum.

CAPVT IIII.

Qualitas Eſſentialis. Qualitas Accidentalis.

TRIA potiſſimùm ſpectanda ſunt in Abſolutis Enuntiationibus, Qualitas, Quantitas, & Materia. Qualitas earum duplex eſt: Eſſentialis, & Accidentalis. Qualitas Eſſentialis *eſt Coniunctio Prædicati cum ſubiecto*. Accidentalis verò eſt Veritas, Falſitas, & cætera Coniunctionis accidentia.

Quantitas.

QVANTITAS eſt *Extenſio, aut vnitas numeralis earũ rerũ, pro quibus Subiectum ſub Prædicato accipitur*. Sæpè enim accipitur pro multis, idque pluribus Modis, vt ſi dicas, Omnis homo eſt diſciplinæ capax, Aliquis homo eſt iuſtus, Sępe etiã pro vna re tãtũ, vt ſi dicas hic homo eſt iuſtus.

a D. Tho. 1. Peri. Lec. 3. Materia. b Cap. 5.

MATERIA huiuſmodi Enuntiationum, eſt [a] *habitudo, ſeu affectio prædicati ad ſubiectum*, quæ in quibuſdã eſt Neceſſaria, vt in hac, Homo eſt animal: in aliis verò Contingens, aut Impoſſibilis, vt [b] mox patebit, cùm de Enuntiationibus ex Materia Neceſſaria, Contingenti, & Impoſſibili dicemus.

Varia genera Abſolutarum Enuntiationum.

CAPVT V.

a 1. Peri. 4. b Peri. 5. Partim 1. Peri. 8. partim alibi ſæpe.

ENVNTIATIONES igitur Abſolutæ, multis diuiſionibus apud Ariſtotelem diſpartiuntur.

PRIMVM [a] in Affirmationes, & Negationes: deinde, [b] in Vniuerſales, & Particulares, & Indefinitas, & Singulares:

a 2. Peri. 1.
b 2. Peri. 2.

poſteà in Neceſſarias, Contingentes, & Impoſſibiles: Rurſus [a] in Finitas, & Infinitas: Ad extremum [b] in eas, quæ conſtant Subiecto & Prædicato ſimplici, & in eas, quæ cōſtāt vtroque vt altero coniuncto.

Affirmatio.
c 1. Peri. 4.

[c] ABSOLVTA igitur Affirmatio, *eſt abſoluta alicuius de aliquo Enūtiatio*, id eſt, oratio qua aliquid alicui abſolutè tribuitur, vt Homo eſt animal, homo eſt lapis. [d] Negatio verò *eſt alicuius ab aliquo abſoluta Enuntiatio*, id eſt, oratio qua aliquid, ab aliquo abſolutè remouetur, vt ſi dicas, Homo non eſt lapis, Homo non eſt animal. Hæc Diuiſio dicitur ſecundùm qualitatem eſſentialem, quia fit ratione copulæ, coniūnctionéve Prædicati cum ſubiecto, quæ quidem eſt eſſentialis forma Enuntiationis.

Negatio.
d Ibidem.

Vniuerſalis.
e Ex 1. Peri. 5. & 1 prio. 1.
Signa Vniuerſalia.

[e] ENVNTIATIO Vniuerſalis eſt, *cuius Subiectum notatur Signo Vniuerſali*, vt omnis homo eſt animal. Signa vniuerſalia, aut ſunt vniuerſalia omninò, vt omnis, Nullus, Quilibet: Aut ad certum vſque numerum, vt vterque, Neuter, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi.

Particularis.
f Ex eadē loco.
Signa particularia.

[f] ENVNTIATIO Particularis eſt, *cuius Subiectum notatur Signo Particulari*, vt aliquis homo eſt Grammaticus. Signa particularia, aut ſunt abſolutè Particularia, vt Quidam, Aliquis: aut particularia ex certo numero, vt alter.

Negatio præpoſita ſigno mutat eius quantitatem.

ADVERTE tamen ſigna abſolutè Vniuerſalia, propoſita negatione, fieri particularia, & abſolutè particularia, eadē præfixa fieri Vniuerſalia. Nam, non omnis, & nonnullus ſunt particularia: Non quidam autem, & non aliquis ſunt Vniuerſalia, [g] vt ex Aequipollentia enuntiationum intelliges.

g Capite 7.

Indefinita.
h Ex 1 Peri. 7.
Singularis.

[h] ENVNTIATIO Indefinita eſt, *cuius Subiectum pro multis rebus acceptum nullo notatur ſigno*, vt Homo eſt Grammaticus, Homo eſt rationis particeps. [i] Enuntiatio ſingularis eſt, *cuius ſubiectum accipitur pro vna tantùm re ſingulari*, vt Socrates eſt Philoſophus, Hic homo eſt Philoſophus. Filius Sophroniſci eſt Philoſophus, Ad hoc genus reuocantur Enuntiationes illæ quarum ſubiecta accipiuntur pro rebus communibus præciſè, vt homo eſt ſpecies. Nam cùm earum ſubiecta non accipiantur pro multis, fieri non poteſt, vt ſint Vniuerſales, aut Particulares, aut Indefinitæ. Reuocandæ ſunt igitur ad ſingulares, quarū etiam ſubiecta non pro multis accipiuntur. Hæc Diuiſio Enuntiationis, dicitur Secundùm Quantitatem, quia fit ſecundùm numerum earum rerum, pro quibus accipiuntur ſubiecta enuntiationum.

i Ex 1. Peri. 5.

Enuntiatio ex ſubiecto cōmuni præciſè accepto.

Neceſſaria.
k Ex 5. Metaph. 5 tex 6.
Quænam ad Neceſſariarū genus pertineant.

[k] ENVNTIATIO Neceſſaria eſt, *quæ ita eſt vera, vt falſa eſſe non poſſit*, vt homo eſt animal, Cygnus eſt candidus. In hoc genere poni ſolent omnes affirmatiuæ ex materia neceſſaria, ſeu naturali, & omnes negatiuæ ex materia Impoſſibili, ſeu Remota, de quibus mox dicemus. Hoc autem quod ad enuntiationem ex materia neceſſaria tum verum eſt, cùm Prædicatum non minùs latè patet, quàm ſubiectum. Nam ſi Prædicatum fuerit anguſtius, fieri poterit, vt affirmatiua ſit falſa, vt ſi dicas, Omne animal eſt homo, Omne animal eſt diſciplinæ capax, quæ quidem ſunt ex materia Neceſſaria, vt ſtatim patebit.

Contingens.
l Ex 1. Peri. 1.

[l] ENVNTIATIO contingens eſt, *quæ cùm neceſſaria non ſit poteſt tamen vera eſſe, Quæ & vera, & falſa eſſe poteſt*, vt homo eſt Grammaticus,

ticus, Homo non eſt grammaticus. Huiuſmodi ſunt omnes Enuntiationes ex Materia Contingenti, quas ſtatim explicabimus. Enuntiatio Impoſſibilis eſt, *quæ ita eſt falſa, vt vera eſſe non poſſit*, vt Homo eſt lapis, Cygnus non eſt albus. Huiuſmodi eſſe dicuntur omnes Affirmatiuæ ex Materia Impoſſibili, & omnes Nagatiuæ ex materia neceſſaria. Id quod in iis, quæ conſtant Materia neceſſaria tunc verum eſſe intellige, cùm Prædicatum non eſt anguſtius, quàm Subiectum: Si enim minus latè pateat, poterunt eſſe Neceſſariæ: vt ſi dicas, Quoddam animal non eſt homo. Quoddam animal non eſt diſciplinæ capax. Hæc diuiſio ſit ſecundùm Aptitudinem Enunciationis ad Veritatem, & Falſitatem. Sed quia hæc aptitudo naſcitur ex Materia Enuntiationis, explicandæ ſunt hoc loco Enuntiationes conſtantes ex Materia Neceſſaria, Contingenti, & Impoſſibili.

Impoſſibilis.

Qua ad genus impoſſibilis pertinere dicantur.

ENVNTIATIO ex Materia Neceſſaria, ſeu Naturali eſt, *cuius Prædicatum non Poteſt non conuenire Subiecto*, vt homo eſt animal, Homo nō eſt animal, omnes omninò in quibus Superiora de inferioribus, ſiue Affirmantur, ſiue negantur: aut differentiæ de rebus, quas componunt; aut proprietates de iis, Subiectis, quorum naturas conſequuntur vel de ſuperioribus Subiectis; aut Accidentia Inſeparabilia de rebus à quibus ſeparari nequeunt; aut contrà, hoc eſt, Inferiora de Superioribus, & cætera ordine conuerſo: omnes huiuſmodi prædicationes, ſiue affirment, ſiue negent, fiunt in Materia Neceſſaria & Naturali, quamquam non omnes ſunt Naturales, ſeu Directæ, vt patet ex [a] ſupradictis.

Ex materia neceſſaria, preſsius. D. Tho. 1. Peri. Lect. 13. preſsius etiam accepta eſt prædicatio neceſſaria lib. 2. cap. 2.

a lib. 2. cap. 1.

ENVNTIATIO ex materia contingenti eſt, *cuius prædicatum & conuenire, & non conuenire Subiecto poteſt*, vt homo eſt Grammaticus, homo non eſt Grammaticus, & omnes in quibus accidens ſeparabile de re, cuius eſt accidens, ſiue affirmatiuè ſiue negatiuè prædicatur.

Ex materia Contingenti. latius D. Th. loco citato latius etiā prædicatio contingens. Lib. 2. cap. 1.

ENVNTIATIO ex materia impoſſibili, ſeu Remota eſt, *cuius prædicatum non poteſt conuenire ſubiecto*, vt homo eſt lapis, cygnus eſt niger. Dicitur autem hæc diuiſio ſecundùm materiam, quia fit ſecundùm habitudinem Prædicati ad ſubiectum, qnam diximus materiam Enuntiationis.

Ex materia Impoſſibili preſsius. D. Thom.

ILLVD autem prætermittendum non eſt Enuntiationes Indefinitas, tum ex modo Significandi ſuo, tum etiam ratione materiæ contingentis, cùm ea conſtant, idem valere, atque particulares Vtraque de cauſſa hæc enuntiatio, homo eſt iuſtus, iudicatur nihil differre ab hac, Quidam homo eſt iuſtus, & ita reliquæ. Verùm quod addi ſolet, Indefinitas ex materia Neceſſaria, & impoſſibili, idem valere ratione materiæ atque Vniuerſales, etſi quod ad eas quæ conſtant materia impoſſibili verum eſſe videatur, in reliquis tamen mihi non probatur. Hæ ſiquidem ex materia neceſſaria, Animal eſt homo, animal non eſt homo, animal eſt diſciplinæ capax, animal non eſt diſciplinæ capax, & aliæ ſimiles, vt diximus, quæ tamen non iudicantur idem valere atque vniuerſales. Conceduntur enim ſimpliciter quaſi particulares. Sed qui illud dicunt, non exiſtimant eas eſſe ex Materia Neceſſaria, quia Prædicata

Indefinita quia ratione idem valeant quod particulares.

Num indefinita ex materia Neceſſaria, & impoſſibili idē valeant, atque Vniuerſales.

cata minùs latè patent quàm Subiecta,quod tamen nihil refert,vt alibi docebimus , etſi aliquando, re minùs diligenter perſpecta aliquid referre putauerimus.

Finita.
Ex 2.Peri. 1.
Infinita.
Ex eod. loco.

ENVNTIATIO finita eſt,*cuius Nomina omnia , ſiue Categoremata ſunt finita*,vt Homo eſt iuſtus.Infinita verò, *cuius aliquod Categorema eſt infinitum*,vt homo eſt non iuſtus,Socrates eſt homo non iuſtus, Quod ſi dixeris , Socrates eſt ſeruus non iuſti, non erit Enuntiatio Infinita, quia illud,Non iuſti,non eſt Categorema.

Ex coniuncto extremo.
Elicitur ex 2. Peri. 2.

ENVNTIATIO ex Coniuncto extremo eſt,*cuius aut Subiectum,aut Prædicatum,aut Vtrumque per ſe eſt vnum quid ex multis Categorematis coniunctum* vt Socrates eſt homo iuſtus , Homo iuſtus eſt ſapiens,Homo iuſtus eſt ſimplex & prudens. Quod ſi dicas , Socrates eſt ſimplex, prudens,non erit Enuntiatio ex Coniuncto extremo , quia Categoremata quæ Prædicantur, nullo nexu iunguntur,vt ſint vnum Prædicatum:ex quo ſequitur , vt non efficiant Enuntiationem vnam ſimplicem,ſed plures.

Ex ſimplici extremo.

ENVNTIATIO ex Simplici extremo eſt , *cuius nec Subiectum, nec Prædicatum ex multis iungitur Categorematis* , vt Socrates eſt ſapiens Socrates philoſophatur.Hęc de variis generibus Abſolutarum Enuntiationum , Nunc de earum Oppoſitione,Æquipollentia,& Conuerſione dicamus.

De Oppoſitione Abſolutarum Enuntiationum.

CAPVT VI.

Oppoſitio Abſolutarum Ex 1. Peri. 5. & 6.

OPPOSITIO,vt in Abſolutis Enuntiationibus cernitur, *eſt duarum Abſolutarum Enuntiationum eodē Subiecto , Prædicatóque conſtantium,repugnantia ſecundùm Affirmationem, & negationem*,vt ſi dicas:Hic homo eſt iuſtus,Hic homò non eſt iuſtus:Porro Enunciationes Oppoſitæ ſi fuerint Vniuerſales, erunt Contrariæ,vt Omnis homo eſt iuſtus,Nullus homo eſt iuſtus.Harum hæc eſt Conditio,vt ſimul veræ eſſe non poſsint:quanquam poſsint eſſe ſimul falſæ ſiue in Materia Contingenti , vt patet in tradito exemplo,ſiue in Neceſſaria , vt ſi dicas , Omne animal eſt diſciplinæ capax, Nullum animal eſt diſciplinę capax.Si autē fuerint Particulares,dicentur Subcontrariæ, vt Quidam homo eſt iuſtus,Quidam homo non eſt iuſtus. Harum conditio eſt vt falſæ ſimul eſſe non poſsint,quanquam poſsint eſſe ſimul veræ,ſiue in materia contingenti,vt in hoc exemplo cernis,ſiue in materia neceſſaria,vt ſi dicas,Quoddam animal eſt capax diſciplinæ,Quoddam animal non eſt capax diſciplinæ. Idem quoque dices de Indefinitis , ſpectata earum ſignificandi figura. Si verò altera fuerit Vniuerſalis , altera Particularis , vel vtraque Singularis , erunt Contradicentes,ſiue contradictoriæ,vt Omnis homo eſt iuſtus , Quidam homo non eſt iuſtus, Nullus homo eſt iuſtus , Quidam homo eſt iuſtus,Socrates eſt iuſtus,Socrates non eſt iuſtus.Harum hæc eſt conditio,vt nec ſimul veræ,nec ſimul falſæ vnquam eſſe poſsint.Idem dices.

Contraria.
Conditio Cōtrariarum.
Subcontraria.
Cōditię Subcontrariarū.
Oppoſitio Indefinitarum.
Cōtradicētes.
Conditio contradicentium.

Digitized by Google

iectum accipitur pro eadem re communi præciſè, vt ſi dicas, homo eſt ſpecies, homo non eſt Species.

Oppoſitio Enuntiationum ex ſubiecto cõmuni præciſè ſumpto.

Num cuiuſuis Contradictionis altera pars ſit vera, altera falſa.

Si quis autem quærat, num in quauis Contradictione altera ex contradicentibus ſit vera, altera falſa, Occurrendum eſt ita rem habere, præterquam in Contradictionibus Futuri contigentis, vt ſi dicas, hic homo morietur cras, hic homo non morietur cras: Neutra enim ex his duabus enuntiationibus determinatè accepta, vera eſt, aut falſa: id quod de cæteris huiuſmodi dicendum eſt. Sed hæc quæſtio alium locum deſiderat ampliorem.

Subalternæ.

Addvnt multi Quartum oppoſitionis genus, quod vocant Subalternatum: duarum inquam Enunciationum affirmantium aut negantium idem, de eodem ita tamen, vt quod altera affirmet in totum, altera affirmet in parte: quę propterea dicuntur Subalternæ, quod altera ſub altera collocetur. cuiuſmodi ſunt hæ duæ Enunciationes, omnis homo eſt iuſtus, Quidam homo eſt iuſtus: item hæ, Nullus homo eſt iuſtus, Quidam homo non eſt iuſtus. Verum huiuſmodi Enuntiationes non rectè dicuntur Oppoſitæ, quia non repugnant inter ſe ſecundum affirmationem, & negationem; Accedit eò, quòd nec etiam ſecundum veritatem aut falſitatem. Nam ex veritate vniuerſalis, quæ vocatur ſubalternans, concluditur veritas ſuæ Particularis: & ex falſitate particularis, quæ dicitur ſubalternata, concluditur falſitas ſuæ vniuerſalis, quod in eiſdem exemplis facile eſt cernere. Cum igitur abſurdè videatur dici, eas enuntiationes eſſe oppoſitas, quæ nec ſecundum veritatem, nec ſecundum falſitatem repugnant. immo verò altera alteram ſecum trahit, efficitur, vt hac quoque ratione Subalternæ non ſint in oppoſitis numerandæ.

Subalternæ non ſunt oppoſitæ.

Cõditio Subalternarum.

Qvinetiam ſubcõtrariæ, ſi propriè de oppoſitione, eiuſq; conditionibus loquendum ſit, non ſunt in oppoſitarum numerò ponendæ, tum quia altera non verè negat, quod affirmauit altera, tum etiam quia non eſt propria oppoſitionis conditio, repugnantia ſecundum falſitatem, ſed ſecundum veritatem, Quo fit, vt Ariſtot. ſecundo lib. de Priori Reſolutione, meritò dicat, *Subcontrarias Enuntiationes non eſſe re vera oppoſitas, ſed voce duntaxat,* Hæc omnia cernes in hac figura.

2. Prior. c.15.

Subalternans.
Omnis Homo eſt
Iuſtus.

Contraria.

Subalternans.
Nullus Homo eſt
Iuſtus.

Subalternæ.

Contra dicentes.

Contra dicentes.

Subalternæ.

Quidam Homo
eſt Iuſtus.
Subalternata.
Socrates eſt Iuſtus.

Subcontrariæ.

Contradicentes.

Quidam Homo non
eſt Iuſtus.
Subalternata.
Socrates non eſt Iuſtus.

Digitized by Google

De Æquipollentia Enuntiationum de ineſſe.

CAPVT VII.

Æquipollentes quæ ſint.

ÆQVIPOLLENTES, & Æquiualentes dicuntur hoc loco, *Enuntiationes abſolutæ, conſtantes eodem Subiecto, eodemq́; Prædicato quæ vna quidem aut altera negatione differunt, ſed tamen idem valent, ſeſeq́; mutuo inferunt*: vt hæ duæ: Omnis homo eſt iuſtus: Non quidam homo non eſt iuſtus. Quoniam igitur huius rei cognitio non parũ conducit ad exponendas obſcuriores Enuntiationes, Notandæ ſunt hæ regulæ.

Prima Regula. Prima *Negatio propoſita Subiecto cuiuſque Enuntiationis, & ſigno, ſi ſignum habet, efficit eam Æquipollentem Contradictoriæ.* Hac Regula iudicabis has enuntiationes idem valere, Non omnis homo eſt iuſtus, Aliquis homo non eſt iuſtus, quia niſi præpoſuiſſes Negationem Subiecto prioris, eſſent proculdubio Contradicentes. Eadem quoque arte iudicabis has eſſe Æquipollentes: Omnis homo eſt iuſtus, Non quidam homo non eſt iuſtus, Socrates eſt iuſtus, Non Socrates non eſt iuſtus, & ſic cæteras huiuſmodi.

Secunda. Secunda, *Negatio poſtpoſita Subiecto Enuntiationis vniuerſalis, efficit eam Æquipollentem contrariæ.* Hac Regula iudicabis has eſſe Æquipollentes, Omnis homo non eſt iuſtus, Nullus homo eſt iuſtus: & has, Omnis homo eſt iuſtus, nullus homo nõ eſt iuſtus Eadem ratio eſt in Subcontrariis, vt patebit experienti.

Tertia. Tertia, *Negatio præpoſita, & poſtpoſita Subiecto Enuntiationis Vniuerſalis, aut Particularis, reddit eam Æquiualitatem Subalternæ*; Hoc documento intelligimus has Enuntiationes idem valere, Non omnis homo non eſt iuſtus, Quidam homo eſt iuſtus: & has, Nullus homo eſt iuſtus, Non aliquis homo eſt iuſtus. Quãquam enim in hac poſteriori complicatione, non videas Subiectum ſecundæ Enuntiationis habere Negationem poſtpoſitam, ſed ſolum præpoſitam, tamen quia Enuntiatio Subalterna ſuperioris ita habebat, Aliquis homo non eſt iuſtus: Negatione nimirum poſtpoſita Subiecto non fuit negatio iterum poſtponenda, ſed potius tollenda. Nam idem efficies, Negationem poſitam auferendo, atque non poſitam ponendo. id quod in cæteris Regulis diligenter obſeruabis.

Nota. Has omnes Regulas comprehendunt [a] Dialectici hoc verſu.

Præ contradic. Poſt Contra Præ, Poſtque Subalter.

CVIVS hic eſt ſenſus. Præpoſita Negatio efficit vt Contradictoriæ idem valeant: Poſtpoſita verò, vt Contrariæ, Præpoſita denique ac Poſtpoſita, vt Subalternæ.

Quarta. Quarta, *Vniuerſalis Enuntiatio æquipollet aggregationi omnium ſuarum Singularium*: vt hæc, Omnis homo eſt iuſtus, huic orationi, Hic homo eſt iuſtus & hic homo eſt iuſtus, & ita cæteri: item hæc, Nullus homo eſt iuſtus, huic, Hic homo nõ eſt iuſtus, eſt hic homo non eſt iuſtus, & ita cæteri.

Quinta. Quinta, *Particularis Enuntiatio æquipollet Diſiunctioni omnium ſuarum Singularium*: vt hæc, Aliquis homo eſt iuſtus, huic orationi, Hic homo eſt iuſtus, aut hic homo eſt iuſtus, & ſic cæteri: & hæc, Aliquis homo non eſt iuſtus, huic: Hic homo nõ eſt iuſtus, aut hic homo non eſt iuſtus, & ita cæteris diſiunctiuè.

[a] *D. Tho. Opuſc. 48. Tr. de Enũtiatione, cap. 9.*

De

Digitized by Google

De Conuerſione Abſolutarum Enuntiationum.

CAP. VIII.

CONVERSIO, ſeu Reciprocatio, vt hoc loco ſumitur, *eſt Commutatio extremorum Enuntiationis ſeruata Qualitate, & Veritate*, Vt ſi dicas Scientia non eſt Virtus, igitur Virtus non eſt Scientia. *Cõuerſio quid Alex. Aphro. 1. Prio. 2.*

ENVNTIATIO cuius extrema commutantur, dicitur Conuerſa, quæ autem fit ex Commutatis extremis, dicitur Conuertens. Seruare qualitatem, eſt efficere Conuertentem Affirmatiuam ex Conuerſa Affirmatiua, & Negatiuam ex Negatiua. Seruare Veritatem, eſt efficere ex Conuerſa vera, veram Conuertentem. *Conuerſa. Conuertens.*

EST autem triplex Conuerſio, Simplex, Per Accidẽs, & per Contrapoſitionem. Conuerſio Simplex, quæ etiam in Terminis appellatur, *eſt Conuerſio in qua ſeruatur eadem Quantitas nullaque alia particula adijcitur*, quo pacto conuertuntur Vniuerſalis Negatiua, & Particularis Affirmatiua, vt ſi dicas, Nullus homo eſt lapis, ergo Nullus lapis eſt homo, Quidam homo eſt albus, ergo quoddam album eſt homo: Hoc genere Conuerſionis, nec Vniuerſalis Affirmatiua, nec Particularis Negatiua conuertuntur, quia ſi has enuntiationes, hoc Conuerſionis genere volueris conuertere, dabis Conuerſas veras, & Conuertentes falſas, vt ſi dicas, Omnis homo eſt animal, igitur omne animal eſt homo. Quoddam animal non eſt homo, igitur quidam homo nõ eſt animal. Conuerſio per Accidens, quæ alio nomine dicitur in Parte, *eſt Conuerſio in qua mutatur Quantitas Vniuerſalis in Particularem*, hoc eſt, in qua ex Conuerſa Vniuerſali efficitur Conuertens Particularis, quo pacto conuertuntur Enuntiationes Vniuerſales tum Affirmatiuę, tum Negatiuæ, vt ſi dicas, Omnis homo eſt animal, igitur quoddam animal eſt homo: Nullus homo eſt lapis, igitur quidam lapis non eſt homo. Non traditur autem alia Conuerſio huic reſpondens, in qua videlicet mutetur Quantitas Particularis in Vniuerſalem, quia ſæpiſſimè in hoc progreſſu non ſeruatur veritas, vt ſi dicas, Quidam homo eſt albus, igitur omne album eſt homo, Quidam homo non eſt Grammaticus, igitur nullus Grammaticus eſt homo. *Triplex Conuerſio. 1. Prio. 2. & 2. Top. 3. Conuerſio Simplex. Cõuerſio per Accidens. Cur non conuertatur Particularis in Vniuerſalem.*

CONVERSIO per Contrapoſitionem, *eſt Conuerſio, in qua & ſeruatur eadem Quantitas, & additione Negationum ex finitis extremis ſimplicibus fiunt infinita*, quo pacto conuertuntur Vniuerſalis Affirmatiua, & Particularis Negatiua, vt ſi dicas, Omnis homo eſt animal, igitur omne non animal eſt non homo: Quoddam animal non eſt bellua, igitur quædam non bellua non eſt animal. *Ex 2. Top. 3. vbi Ariſt. capit cõſequentiam è cõuerſo, elicitur hic reciprocationis modus. Conuerſio per Contrapoſitionem.*

Mandantur hæc memoriæ hoc vno diſticho,

Feci Simpliciter conuertitur, Eua per Acci.
Aſto per Contra, ſic fit Conuerſio tota.

IN quo quidem tres illæ voces *Feci, Eua, Aſto*, continent quatuor vocales, quarum A, ſignificat Vniuerſalem Affirmatiuam, E, Vniuerſalem Negatiuam, I, Particularem Affirmatiuam, O, Particularem Negatiuam. Reliqua ſunt perſpicua ex dictis. Hæc de Enuntiationibus,

Digitized by Google

quæ Abſolutè ineſſe aliquid, aut non ineſſe declarant, dixiſſe ſufficiat, nunc ad eas, quæ Modales vocantur veniamus.

Quot ſint genera, ac formulæ Modalium Enuntiationum.

CAP. IX.

Cap. 3. 2. Peri. 2. & 1. Pri. 2. & 3.
Ex neceſſario. Ex Contingenti. Ex Poßibili. Ex Impoſſ. Neceſſarium. Contingens. Poßibile. Impoßibile. Duæ formulæ Modalium. Modus.

MODALIS Enunciatio, vt ſupra diximus, eſt, *quæ quo modo aliquid alicui inſit, aut non inſit, pronunciat.* Huius quatuor ſunt genera: Ex Neceſſariò, Ex Contingenti, Ex Poſſibili, & Ex Impoſſibili. Modales ex Neceſſariò ſunt, *quæ enunciant aliquid eſſe Neceſſarium, aut non neceſſarium.* Modales ex Contingenti ſunt, *quæ enuntiant aliquid eſſe contingens, aut non contingens.* Ex poſſibili verò, *quæ enuntiant poſſibile eſſe aut non poſſibile.* Ex Impoſſibili denique, *quæ Impoſſibile aut non impoſſibile.* Neceſſarium eſt, *quod non poteſt non eſſe,* vt hominem eſſe animal. Contingens eſt, *quod poteſt eſſe, & non eſſe,* vt Socratem eſſe Grammaticum. Poſſibile, quod Neceſſario & Contingenti commune habetur, eſt, *quod poteſt eſſe, ſiue non poſſit non eſſe, ſiue poſſit.* Exempla iam poſita ſunt. Impoſſibile denique eſt, *quod eſſe non poteſt,* vt hominem eſſe lapidem.

Dictum.

SINGVLA porrò genera Modalium, duabus tantum formulis efferri poſſunt, altera, ſi Modus (id eſt Dictio qua ſignificamus modum, quo aliquid alicui ineſt, aut non ineſt) ſit Aduerbium, vt ſi dicas, Homo neceſſariò eſt animal, Socrates contingenter eſt Grammaticus & ita in cæteris. Altera ſi Modus ſit Nomen quod enũtietur de Oratione ex Verbo Infinitiuo compoſita, quæ Dictum appellatur, vt ſi dicas, Hominem eſſe animal, eſt neceſſarium: Socratem eſſe Grammaticum eſt contingens, & ſic in reliquis. His enim duobus loquendi generibus duntaxat, pronunciare poſſumus in Actu Exercito, vt vocãt, quomodo aliquid alicui inſit, aut non inſit, quo pacto Pronunciandi verbum in deſcriptione Modalium intelligendum eſt. Nam ſi in Actu Signato, vt Dialectici loquuntur, pronuntiaueris quomodo aliquid alicui inſit aut non inſit, vtpote Enuntiando Modum de aliqua Voce, quæ Dictum, aut Enuntiationem in Dicto comprehenſam demõſtret, non efficies ſanè Modalem Enuntiationem, ſed verè Abſolutam, Hæ namque ſunt abſolutæ, Hoc dictum, Hominem eſſe animal eſt neceſſarium. Hæc Enuntiatio, Socrates eſt Grammaticus, eſt contingens, id quod alio loco docebimus. Itaque Modales Enuntiationes, duabus tantum Formulis, vt dictum eſt efficiuntur.

Explicatur deſcriptio Modalium. Nota.

1. Peri. 3.

Primum diſcrimen. Secundum. Tertium.

DIFFERVNT autem duæ illæ Formulæ tribus potiſſimum rationibus. Primum, quia in priori, Modus eſt Aduerbium, in poſteriori Nomen. Deinde, quia in priori, Modus non Prædicatur, ſed afficit Copulam Enuntiationis, at in poſteriori, Prædicatur. Demum, quia in priori formula vnum tantum eſt Subiectum, & vnum Prædicatum, vt patet, At in poſteriori, duo Subiecta, & duo Prędicata reperiũtur. Nam Dictum, ſeu, vt verius loquar, Verbum Dicti, quatenus aliquid Enuntiat, eſt principale Subiectum, Modus, principale prædicatum, in ipſo autem Dicto, alterum ſubiectum, & alterum Prædicatum continet, quæ minus principalia cenſenda ſunt. Sed nos priori formula omiſſa,

Verbum Dicti, verius dicitur ſubiectũ Modalis, quã Dictum modus eſt.

quia

quia minus vſurpata eſt ſaltem in Modalibus ex Poſſibili, & Impoſſibili, poſteriorem cum Ariſtotele tractabimus, ac primum de Quantitate, Qualitate, & Materia Modalium dicemus, poſteà tres earum Affectiones, Oppoſitionem, Æquipollentiam, & Conuerſionem, quanta poterimus breuitate, ac perſpicuitate exponemus.

Modus eſt principale prædicatum.

De Qualitate, Quantitate, & Materia Modalium.

CAP. X.

CVM igitur in Modalibus huius formulæ, duo ſint Subiecta & duo Prædicata, neceſſariò efficitur, vt duplex ſit Qualitas eſſentialis, Quantitas, & Materia. Altera Qualitas cernitur in Affirmatione, & Negatione Modi: Altera in Affirmatione, & Negatione Prædicati, quod in Dicto cōtinetur. Prior tamen præcipua eſt. Hinc nata eſt Diuiſio illa Modalium in eas, quæ vtrumque negant, vt Hominem non eſſe animal non eſt Contingens: in ea quæ Modum affirmant, & Prædicatum dicti Negant, vt Hominem non eſſe Grammaticum eſt poſſibile: & in eas, quæ Modum negant, & Prędicatum Dicti affirmant, vt Hominem eſſe Grammaticum non eſt impoſſibile. Quia tamen præcipuè Qualitatis maior eſt habenda ratio, Enuntiationes quæ Modum affirmauerint, Affirmatiuæ, quæ eundem negauerint Negatiuæ ſimpliciter appellandæ ſunt, ſiue Dictum affirmatiuum ſit, ſiue negatiuum. De Qualitate autem Accidentali, hoc eſt, de Veritate & Falſitate Modalium, hoc dicendum eſt, Modales eſſe quidem Veras, aut Falſas, (quandoquidem omnes, naturam Enuntiationis participant, quæ Veri aut Falſi ſignificatione definitur) cæterum eas, quæ Veræ ſunt, nunquam poſſe eſſe Falſas, & quæ ſunt Falſæ Veras eſſe nunquam poſſe: ac proinde omnes eſſe aut Neceſſarias, aut Impoſſibiles. Exempli cauſſa; hæ omnes ſunt Neceſſariæ, Hominem eſſe animal eſt neceſſe, hominem eſſe Grammaticum eſt Contingens, Hominem mori eſt Poſſibile, hominem eſſe lapidem eſt Impoſſibile, quia ita ſunt Veræ, vt Falſæ nunquam eſſe poſſint, hæ verò, Hominem eſſe animal non eſt Neceſſe, Hominem eſſe Grammaticum non eſt Contingens, Hominem mori non eſt poſſibile, Hominem eſſe lapidem non eſt Impoſſibile, quia ita ſunt Falſæ vt Veræ nunquam eſſe valeant. Cum igitur omnes Modales, quæ efferri poſſunt, aut illo modo ſint Veræ, aut hoc modo Falſæ, dubium non eſt, quin omnes ſint Neceſſariæ, aut Impoſſibiles.

Duplex Qualitas eſſentialis Modaliū.

Diuiſio Modalium ratione Qualitatis.

Quanā Modales ſimpliciter dicēdæ ſint affirmatiuæ, ac negatiuæ.

Qualitas accidētalis Modalium.

Omnes Modales aut ſunt Neceſſariæ aut Impoſſibiles.

QVOD verò attinet ad Quantitatem, altera cernitur in Subiecto principali, altera in minus principali. Et quidem in minus principali Subiecto, hoc eſt Dicti, reperitur omnis Quantitas Abſolutarum Enuntiationum, Vniuerſalis, Particularis, Indefinita, & Singularis. Itaque hac ex parte Modales dici ſolent, aut Vniuerſales, vt omnem hominem eſſe animal eſt Neceſſe, aut Particulares, vt aliquem hominem eſſe Grammaticum eſt Contingens, aut Indefinitæ, vt Hominem mori eſt Poſſibile, aut Singulares, vt Socratem eſſe lapidem, eſt Impoſſibile. In Subiecto autem principali, quod eſt Verbum Dicti reperitur ea Quantitas, quæ Verborum propria eſt, nimirum Quan-

Quantitas Verborum propria.

titas Temporis quæ quidem duplex eſt, Vniuerſalis, aut Particularis. Vniuerſali diſtribuit Verbum in omne tempus, Particularis in aliquod tempus. Atque Vniuerſalis, ſignificatur modis, Neceſſariū, & Impoſſibile particularis duobus reliquis. Nam Neceſſarium, perpetuò rem ponit, Impoſſibile perpetuò tollit. Contingens modò ponit modò tollit. Poſſibile denique ita rem ponit, vt quantum in ipſo eſt, permittat rem aliquando non eſſe. Itaque Neceſſarium, Impoſſibile, Contingens, & Poſſibile perinde ſe habent in Modalibus, atque Signa illa Omnis, Nullus, Quidam non, & Quidam, in Abſolutis: niſi quod Signa deſignant Quantitatem numeralem, modi autem Quantitatem temporis. Vnde fit, vt quemadmodum propoſita Negatione, Signa Vniuerſalia fiunt Particularia, & Particularia, Vniuerſalia, vt ſupra dictum eſt, ſic modi Vniuerſales fiunt Particulares, & Particulares, Vniuerſales. Itaque, Non Neceſſarium, & Non Impoſſibile, ſunt Modi Particulares: Non Contingens autem, & Næn Poſſibile, Vniuerſales, quemadmodum Non omnis, & non nullus, Particularia, non Quidam autem, & non Aliquis Vniuerſalia ſigna eſſe diximus. Nec mireris quod dixerim, Quantitatem hanc temporis cerni in verbo Dicti, & tamen deſignari per modum, qui de verbo Dicti prædicatur. Nam modus vtrumque habet, & quod ſit Prædicatum, & quod fungatur officio Syncategorematis deſignans Quantitatem temporis, quemadmodum Signa Abſolutarum Enuntiacionum deſignant Quantitatem multitudinis, quia igitur hæc Quantitas præcipua eſt in modalibus, non immeritò Ariſtoteles conſueuit collocare modos initio huiuſmodi Enuntiationum, vt ſtatim Quantitas earum ex ipſo principio cognoſci poſſit, quemadmodum in Abſolutis ex Signis præpoſitis intelligitur. Itaque hoc modo ferè profert Ariſtoteles modales enuntiationes, Neceſſe eſt hominem eſſe animal, Contingens eſt Socratem eſſe Grammaticum. Non poſſibile eſt Socratem eſſe lapidem, & ita cæteras: non quidem vt efficiat ex modis Subiecta, & ex Dictis Prædicata, ſed vt quantitas earum propria, vt diximus, atque adeo præcipua qualitas ſtatim appareat. Proinde nos hoc loquendi genere deinceps vtemur.

Modi Vniuerſales Modi Particulares.

Modi in Modalibus ſunt veluti Signa in Abſolutis. Quo pacto Modi Vniuerſales fiūt Particulares & Particulare. Vniuerſales.

Quātitas tēporis cernitur in verbo Dicti & tamen deſignatur per Modum. Modus fūgitur officio Syncategorematis. Cur modales inchoantur à modis.

QVOD denique attinet ad materiam altera cernitur inter modum & Dictum: altera inter Prædicatum Dicti, & Subiectum Dicti: Et hæc quidem poſterior triplex eſt, Neceſſaria, Contingens & Impoſſibilis, quemadmodum in Abſolutis Enuntiationibus. Illa verò quæ propriè eſt Modalium, eſt duplex, Etenim cum omnis Modus qui ſemel conuenit alicui Dicto non poſſit eidem non conuenire & omnis qui aliquando non conuenit non poſſit vnquam eidem congruere, efficitur vt omnis habitudo Modi ad Dictum ſit vel neceſſarij Prædicati vel Impoſſibilis: ſicque materia modalium præcipua aut ſit neceſſaria aut Impoſsibilis nulla verò Contingens. Ex qua velut radice naſcitur id quod paulò ſuperius diximus omnem Modalem Enuntiationem eſſe neceſſariam, aut Impoſsibilem.

Duplex materia Modalium.

Materia præcipua Modalium eſt Neceſſaria, vel Impoſsibilis.

HACTENVS de Qualitate Quantitate, & materia modalium diximus: nunc de mutuo inter ipſas reſpectu, hoc eſt de earum oppoſitione,

tione, Æquipollentia, & Conuerſione dicamus. Sed prius Ariſtotelis concilio, miſſa faciamus Modales ex Contingenti, ne earum inconſtantia interturbet ſequentem diſputationem. Eſt enim earum natura & conditio tam varia, vt vix vllã cum aliis Modalibus ſeruent Oppoſitionis, aut Æquipollentiæ legem. Itaque niſi ad finem, nihil de hoc genere dicemus.

Relinquuntur hoc loco Modales ex Contingenti.

De Oppoſitione Modalium. CAP. XI.

MODALES Oppoſitæ aut conſtant Modo eiuſdem appellationis, vt Neceſſe eſt Socratem ſedere: non Neceſſe eſt Socratem ſedere: aut diuerſæ, vt Neceſſe eſt Socratem ſedere, Poſſibile eſt Socratem non ſedere. Nos igitur de Oppoſitione tãtum earum, quæ Modo eiuſdem appellationis conſtant, dicemus, quoniam hac explicata, facilè ex Æquipollentia omnium inter ſe, quam trademus, intelliges Oppoſitiones earum, quæ conſtant Modis diuerſarum appellationum. Dicemus autem ſimul de Subalternis, quia etſi Oppoſitæ non ſunt, tamen earum tractatio coniuncta eſt cum tractatione Oppoſitarum, nec parum ad earum explicationẽ conducit. At verò cùm Oppoſitæ Modales, aut ſint ex dicto Singulari, quarum Oppoſitio perfacilè cognoſcitur, aut Cõmuni, quarum difficilior eſt tractatio, prioris ego generis duntaxat tyronibus, explicabo Oppoſitionem.

Duo genera Oppoſitarum Modalium.

Contraria. CONTRARIÆ igitur ex Dicto Singulari ſunt, *quæ conſtant Modo eodẽ Vniuerſali & dictis Contradicentibus:* vt Neceſſe eſt Socratem ſedere neceſſe eſt Socratẽ non ſedere: item Nõ poſsibile eſt Socratem ſedere: Non poſsibile eſt Socratem non ſedere: Item, Impoſsibile eſt Socratẽ ſedere, Impoſsibile eſt Socratem non ſedere. Subcontrariæ ſunt, *quæ conſtant Modo eodem particulari, & Dictis Contradicentibus:* vt Poſsibile eſt Socratem ſedere, Poſsibile eſt Socratem non ſedere. Item, non Neceſſe eſt Socratem non ſedere, Non Impoſsibile, & cætera. Contradicentes ſunt, *quæ conſtant eodem Dicto, & Modis Contradicentibus:* vt, Neceſſe eſt Socratem ſedere: Non Neceſſe eſt Socratem ſedere: Poſsibile eſt Socratem non ſedere: Non Poſsibile eſt Socratem non ſedere, & ſic in cæteris. Subalternæ ſunt, *quæ conſtant & Modis, & dictis Contradicentibus:* vt Neceſſe eſt Socratem eſſe hominem, Non Neceſſe eſt Socratem non eſſe hominem. Non poſsibile eſt Socratem ſedere, Poſsibile eſt Socratem non ſedere. Impoſsibile eſt Socratem eſſe, hominem, Non impoſsibile eſt Socratem non eſſe hominem. Ex his autem Subalternis, ea quæ Modo conſtat Vniuerſali, dicitur Subalternans, quæ Particulari Subalternata. Iam verò Conditiones huiuſmodi Oppoſitarum Modalium, atque adeò reliquarum, quas prætermiſimus, eadem ſunt, quæ abſolutarum. Nam Contrariæ ſimul veræ eſſe non poſſunt, ſed tamen nonnullæ ſunt ſimul falſæ: contra verò, Subcontrariæ ſimul falſæ nunquam ſunt, quamquam nonnullæ ſunt ſimul veræ. Contradicentes, nec ſimul veræ nec ſimul falſæ eſſe queunt. Denique ſi Subalternans vera eſt, Subalternata etiam eſt vera, non autem

De Oppoſitione Modalium ex Dicto Singulari.

Subcõtraria.

Contradicentes.

Subalterna.

Subalternans. Subalternata. Conditiones Oppoſitarum.

autem ſi illa falſa hæc falſa: è contrario autem, Si ſubalternata eſt falſa, Subalternans etiam eſt, non ſi illa vera hæc vera. Quæ omnia patent in propoſitis exemplis. Sed vt hæc melius teneas, hanc aſpice Figuram enuntiationum ex neceſſario: quæ ex Modalibus etiam reliquorum generum confici poteſt.

Subalternans. Neceſſe eſt Socratem ſedere.	*Contraria.*	Subalternans. Neceſſe eſt Socratem non ſedere.
Subalterna.	*Contra dicentes. Contra dicentes.*	*Subalterna.*
Non neceſſe eſt Socratem non ſedere. Subalternata.	*Subcontraria.*	Non neceſſe eſt Socratem ſedere. Subalternata.

Hæc Tyronibus ſatis ſint. Quod ſi in manus veterani Dialectici Liber iſte fortaſſe venerit, his equidem duobus breuiſsimis documẽtis poterit ille Oppoſitionem non modo harum Enuntiationum, ſed etiam earum, quarum Dicta ſunt communia, in memoriam reuocare. Alterum, *Contraria conſtare debent Modo eodem Vniuerſali: Subcontraria, eodem Particulari: Contradicentes & Subalterna, Modis Contradicentibus.* Alterum, *Contraria, Subcontraria & Subalterna, ſi ex Neceſſario fuerint, conſtare debebunt Dictis contradicentibus, aut contrariis: ſi verò ex Poſſibili, aut Impoſſibili, opus eſt, vt conſtent Dictis Contradicentibus, aut Subcontrariis: Cõtradicentes denique idem omnino Dictum habeant neceſſe eſt.* Alioqui, ſi diligenter attendat Dialecticus, ſumptis, vel hiſce tantum duobus verbis, Animal, Homo, inueniet contrarias ſimul veras, Subcontrarias ſimul falſas; Contradicentes ſimul veras & ſimul falſas; Denique Subalternantem veram, & Subalternatam falſam. Quæ omnia pugnant cum Contradictionibus Oppoſitarum Enuntiationum.

Primum documentũ quod ad Modos ſpectat. Secundũ documentum quod ſpectat ad Dicta.

EXEMPLA OPPOSITARVM EX NECESSARIO.

1 Neceſſe eſt omnem Hominem eſſe Animal.	*Contraria.*	2 Neceſſe eſt aliquem Hominem non eſſe Animal.
Subalterna.	*Contra dicentes. Contra dicentes.*	*Subalterna.*
3 Non Neceſſe eſt aliquem Hominem non eſſe Animal.	*Subcontraria.*	4 Non Neceſſe eſt omnem Hominem eſſe Animal.

ITEM

ITEM.

1	2
Neceſſe eſt omnem Hominem eſſe Animal.	Neceſſe eſt nullum Hominem eſſe Animal.
3	4
Non Neceſſe eſt nullum Hominem eſſe Animal.	Non Neceſſe eſt omnem Hominem eſſe Animal.

EXEMPLA OPPOSITARVM EX POSSIBILI.

1	2
Non poſsibile eſt omnem Hom. eſſe Animal.	Non Poſsibile eſt aliquem Hom. non eſſe Animal.
3	4
Poſsibile eſt aliquem Hom. non eſſe Animal.	Poſsibile eſt omnem Hom. eſſe Animal.

ITEM.

1	2
Non Poſsibile eſt aliquem Hominem eſſe Animal.	Non Poſsibile eſt aliquem Ho-non eſſe Animal.
3	4
Poſsibile eſt aliquem Hom. non eſſe Animal.	Poſsibile eſt Aliquem Homin. eſſe Animal.

Hæc duo poſteriora exempla inſeruient Modalibus ex Impoſsibili, dummodò illud obſerues, vt loco Modi, Non Poſsibile, ponas, Impoſſibile, & loco modi poſsibile, ponas, non impoſsibile. Hæc obiter prouectis dixerim Quapropter cùm de Oppoſitionibus Modaliũ eiuſdem generis, ſeu quæ conſtant Modo eiuſdem appellationis ſatis ſupérque dictum ſit, iam ad Æquipollentiam omnium inter ſe veniamus.

De Æquipollentia Modalium Enunciationum. CAP. XII.

VT Modales fiant Aequipollentes, duo documenta ſunt ſatis. Alterum, *vt Modi omnium ſint eiuſdem Quantitatis*, hoc eſt, vt omnes ſint Vniuerſales, aut omnes Particulares. Alterum, *vt Dicta Enunciationum ex Poſſibili ſint eadem inter ſe, contradicant autem Dictis Enunciationum ex Neceſſario.* Hæc ſi obſeruaueris, nullo negotio inuenies Æquipollẽtes cuiuſque Modalis: Exempla perſpice in ſubiectis deſcriptionibus. *Primum documentum.* *Secundum.*

Æquipollentes ex Dicto Singulari.

PRIMA TABELLA.

Ma- Neceſſe eſt Socratem eſſe hominem.
ti- Non poſsibile eſt Socratem non eſſe hominem.
re, Impoſsibile eſt Socratem non eſſe hominem.

SECVNDA.

De- Neceſſe eſt Socratem non eſſe hominem.
cli- Non Poſsibile eſt Socratem eſſe hominem.
na. Impoſsibile eſt Socratem eſſe hominem.

TERTIA.

Iur- Non Neceſſe eſt Socratem non eſſe hominem.
gan- Poſsibile eſt Socratem eſſe hominem.
tis. Non Impoſsibile eſt Socratem eſſe hominem.

QVARTA.

Im- Non Neceſſe eſt Socratem eſſe hominem.
pe- Poſsibile eſt Socratem non eſſe hominem.
tum. Non Impoſsibile eſt Socratem non eſſe hominem.

OMNES Enũciationes quas cernes in eadem Tabella, ſunt Aequipollentes, vt duobus traditis Documentis continetur.

Æquipollentes ex Dicto Communi.

PRIMA.

Ma- Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal.
tu- Non Poſsibile eſt aliquem hominem non eſſe animal.
re. Impoſsibile eſt aliquem hominem non eſſe animal.

SECVNDA.

De- Neceſſe eſt nullum hominem eſſe animal.
cli- Non Impoſsibile eſt aliquem hominem eſſe animal.
na. Impoſsibile eſt aliquem hominem eſſe animal.

TERTIA.

Iur- Non neceſſe eſt nullum hominem eſſe animal.
gan- Poſsibile eſt aliquem hominem eſſe animal.
tis. Non Impoſsibile eſt aliquem hominem eſſe animal.

QVARTA.

Im- Non neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal.
pe- Poſsibile eſt aliquem hominem eſſe animal.
tum. Non Impoſsibile eſt aliquem hominem non eſſe animal.

OMNES itidem, quæ in vnaquaque Tabella huius deſcriptionis continentur, Æquipollentes ſunt, vt eadem documenta docent.

QVIBVS ita conſtitutis, ſi tenes ea quæ de Oppoſitione, & vt ita loquar, de Subalternatione Modalium eiuſdem generis dicta ſunt, facile intelliges Oppoſitionem, & Subalternationem earum quæ ſunt diuerſorum generum. Nam cùm ex ſupradictis pateat Enunciationes ex neceſſario, quæ primum locum obtinent in qualibet Tabella, ita eſſe affectas inter ſeſe, vt prima, & tertia ſint Contrariæ ſecunda, & quarta ſub-

ſubcontrariæ, primæ verò contradicat quarta, & ſecunda tertiæ, ac denique prima ſit ſubalternans tertiæ, & ſecunda quartæ, nunc autem docuerimus omnes quæ in eadem Tabella ſunt, eſſe Aequipollentes: neceſſariò efficitur, vt omnes, quæ ſunt in prima Tabella, ſint contrariæ omnibus, quæ ſunt in ſecunda, & omnes quæ ſunt in tertia, ſint ſubcontrariæ omnibus, quæ ſunt in quarta, itémque vt tota prima Tabella contradicat toti quartæ, ac tota ſecũda toti tertię, denique vt tota prima ſit ſubalternans totius tertiæ, & tota ſecunda totius quartæ.

QVO comperto, ſi quis abs te petierit Enunciationem aliquam contrariam illi primæ, neceſſe eſt Socratem eſſe hominem, facilè poteris tres contrarias aſsignare, hanc nimirum eiuſdem generis: neceſſe eſt Socratem non eſſe hominem, & alias duas reliquorum generum huic Aequipollentes, vtpote, non poſsibile eſt Socratem eſſe hominem: Impoſsibile eſt Socratem eſſe hominem, id quod haud magno labore facies in reliquis.

Obiectio. 1. Peri. 3. SED fortè aliquis ſuccenſebit nobis, quod non videamur hac in re Ariſtotelem ſectari. Ille enim non ex tribus tantùm Enunciationibus, ſed ex quatuor ſingulas tabellas confecit, additis nimirum Modalibus ex Contingenti eadem ſignificatione accepto, qua poſsibile à nobis hactenus explicatum, & acceptum eſt. Atque inſuper alium ordinem in deſcriptione tenuit. Nam præterquam quòd Modales ex neceſſario, extremo loco in omnibus Tabellis deſcribendo poſuit, priores etiam duas Tabellas ex Enunciationibus modorum Particularium coëgit, poſteriores ex iis, quæ conſtant modis Vniuerſalibus quod totum nos contra fecimus. *Dilutio.* Verùm ſi animaduertas, non pugnamus hac in re cum Ariſtot. Fecimus enim potiùs ternarios quàm quaternarios, quia cùm Enunciationes ex contingenti, quas Ariſt. adiunxit non differant ab Enuncitiationibus ex poſsibili, vt eo loco ſumitur Contingens, accommodatior ad nouitios Dialecticos, qui omnem multiplicitatem deuitant erit doctrina, ſi confectis ternariis genus illud Enunciationum prætermittatur, Cur autem ordinem Enunciationum Tabellarum commutauerimus, Ariſtot. ipſe in cauſſa fuit. Nam cùm ille deſcriptiones Aequipollentium modalium eo ordine, quem obiiciendo commemorauimus, feciſſet, tandem ad finem tractationis ſic eas, vt nos digeſsimus, corrigendas eſſe admonuit. Nec ſanè immeritò quippe cùm hic ordo, quem ſeruauimus, & naturis rerum congruat, & deſcriptioni abſolutarum Enunciationũ optimè reſpõdeat. Et quidem vt deſcriptio Ariſtotelica memoriæ mandaretur, excogitauerunt Recentiores has quatuor dictiones. Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea, quæ quatuor Tabellis nondũ emendatis ab Ariſtotele reſponderent. Cæterùm nos qui alium numerum, & Ordinem Modalium afferimus, cogimur illas protritas omittere dictiones, aliáſque noſtræ deſcriptioni congruentes afferre. Accipe igitur has.

Mature Declina Iurgantis Impetum.

QVÆ Enunciationibus noſtræ deſcriptionis vocalium numero reſpondent. Prima Dictio inſeruit primæ Tabellæ: ſecunda ſecundæ:&

S cundæ:&

cundæ,& reliquæ eodem ordine. Rurſus prima Vocalis cuiuſque Dictionis ſignificat primam Enuntiationem eius Tabellæ, cui dictio tribuitur, vtpote modalem ex neceſſario: ſecunda ſecundam, quæ eſt ex poſsibili: tertia tertiam, quæ ex Impoſsibili. Tandem A, ſignificat eam enunciationem, cui cõgruit, eſſe affirmatiuam modi & dicti. E, autem, eſſe affirmatiuam Modi, & negatiuam dicti, I, verò eſſe negatiuam Modi, & affirmatiuam dicti, V, denique eſſe negatiuam vtriuſque. Hæc ſi teneas, facilè admoueberis vtriuſque qualitatis æquipollẽtium, & modi ſcilicet, & dicti. Nam quod ad quantitatem attinet, ad duo ſupra poſita Documenta eſt recurrendum.

De conuerſione Modalium Enunciationum.

CAPVT XIII.

a 1. Peri.c.3.

IAM verò Conuerſio Modalium, quæ ab [a] Ariſtotele tractatur (hęc enim vna reſtat affectio, earum quas præpoſuimus) non eſt Commutatio extremorum principalium Enuntiationis, vt ſcilicet Modus qui prædicatur de Dicto, fiat Subiectum: & Dictum, Prædicatum, id enim efficere perfacilè eſt, nulláque indiget Arte, ſed eſt: *Commutatio eorum extremorum quæ in dicto continentur, manente Modo eodem loco: ſeruataque Qualitate, dicti, & Veritate totius Modalis.* Vt ſi dicas, Neceſſe eſt Socratem eſſe hominem, igitur: Neceſſe eſt hominem eſſe Socratem: quæquidem res non eſt minimæ difficultatis. Aduerte igitur Modales ex neceſſario, & poſsibili affirmantis (quod attinet ad Conuerſionem ſimplicem, & per accidens, eam enim, quæ fit per Contrapoſitionem, vt parum vtilem omittimus) eodem modo conuerti, quo enuntiationes abſolutæ reciprocantur. Nam Vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua conuertuntur ſimpliciter, vt Neceſſe eſt nullum hominem eſſe lapidem, ergo, neceſſe eſt nullum lapidem eſſe hominem, Neceſſe eſt aliquod animal eſſe album, Ergo, Neceſſe eſt aliquod albũ eſſe Animal. Ambæ autem Vniuerſales conuertuntur per Accidens, vt ſi dicas. Neceſſe eſt omnem hominem eſſe Animal, ergo, neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem. Neceſſe eſt nullum hominem eſſe lapidem, Ergo, neceſſe eſt aliquem lapidem non eſſe hominem. Particularis denique non conuertitur, quia datur Conuerſa vera, & conuertens falſa, vt ſi dicas, neceſſe eſt aliquod animal non eſſe hominem. Ergo neceſſe eſt aliquem hominem non eſſe animal. Idem perſpicies, ſi loco modi neceſſe, poſueris poſsibile. Nec verò opus eſt tradere conuerſiones aliarum modalium, vtpote ex neceſſario, & Poſsibili negatis, & ex impoſsibili, ſiue Affirmato, ſiue negato, quia cùm in omnibus tabellis æquipollentium, quarum deſcriptiones paulò antè tradidimus, reperiatur aliqua Enuntiatio ex neceſſario, aut poſsibili affirmato, qui harum reciprocationem tenuerit, nullo negotio intelliget, in quas reliquæ conuertantur.

Conuerſio Modaliũ quæ ſit.

Conuerſio Modalium ex neceſſario.

Cur aliarum Modaliũ conuerſiones non tradantur.

ENVNTIATIONES autem ex contingenti, quas ſuperiùs reliquimus, ſi affirmatiuæ quidem ſunt, eodem modo, quo abſolutæ, conuertuntur, vt ſi dicas, contingens eſt omnem hominem, vel aliquem hominem vigilare. Ergo Contingens eſt aliquod vigilans eſſe hominem

Digitized by Google

nem. Si verò ſunt negatiuæ, non item. Nam particularis conuertitur ſimpliciter,vniuerſalis autem minimè. Hæc enim conuerſio bona eſt, Contingens eſt aliquem hominem nō eſſe album,ergo contingens eſt aliquod album non eſſe hominem. Nūquam enim in hac forma datur conuerſa vera, & conuertens falſa.Hæc autem vitioſa,contingens eſt nullum hominem eſſe album. Ergo Contingens eſt nullum album eſſe hominem.Conuerſa ſiquidem vera eſt,quia quilibet homo poteſt eſſe albus & non eſſe albus:Conuertens autem eſt falſa,quia nō quodlibet album poteſt eſſe, & non eſſe homo, quippe cum neceſſe ſit aliquod album,vt niuem,aut Cygnū non eſſe hominem.Sed multæ ſunt difficultates hac in re,quæ poſtulant tum maiorem auditorum intelligentiam,tum etiam longiorem tractatum,quàm introductioni conueniat. Reſtat ergo vt quoniam enuntiationes ſimplices:vtcumque explicauimus,de coniunctis deinceps quod quod ſatis videatur dicamus. *1. Prior. 16.*

Quot ſunt genera Coniunctarum Enuntiationum.

CAPVT XIIII.

QVID ſit enuntiatio Coniuncta,quam poſteriores Dialectici Hypotheticam ferè vocant iam ſuprà à nobis dictum eſt. Quot verò ei ſint ſubiecta genera, quæque ſint ſingulorum generum affectiones nunc docebimus. *Cap. 3.* Coniūctio quæ forma eſt enuntiationis Coniunctæ, tribus modis comparari poteſt cum ſimplicibus enuntiationibus, quas connectit. *Triplex coniunctio.* Aut enim iungit earum ſententias, aut diuidit.Si iungit,aut ordine Conſecutionis vnius ex altera id facit, vt videlicet poſterior ex priori efficiatur, aut non habita ratione eiuſmodi ordinis.Si ordine Conſecutionis iungit ſententias,vocatur Conditionalis,vt ſi Sol lucet, Dies eſt,ſi abſque huiuſmodi ordine, dicitur Copulatiua,vt Socrates fuit Philoſophus,& fuit vir bonus,ſi denique diuidit ſententias,Diſiunctiua nuncupatur,vt aut dies eſt,aut nox eſt.[a] Tria igitur ſunt genera Coniunctarum enuntiationum,Conditionalis, Copulatiua & Diſiunctiua,quas [b] Cicero,*Connexum,Coniunctionem,& Diſiunctionem nominat.* *Tria genera coniunctarum enuntiationū.* Ac prima quidem iure optimo dicitur Hypothetica,quaſi Conditionalis, cum [c] hypotheſis Cōditionem ſignificet. Tertia quoque non immeritò à [d] Boëtio in numerum hypotheticarum refertur. Nam ex apta,& propria diſiūctiua licet facere conditionalem, vt ſi ex illa,aut dies eſt,aut nox eſt,hanc efficias,ſi dies eſt,nox non eſt, aut hanc,ſi nox eſt,dies non eſt. Cæterùm cur ſecunda dicatur hypothetica,ego planè non video,cùm nec Conditionalis ſit,nec ex ea,vlla Conditionalis fieri poſſit. *Num Copulatiua rectè dicatur Hypothetica.* Neque enim quia verè dixiſti, Socrates fuit Philoſophus,& vir etiam bonus,verè quoque dixeris,ſi Socrates Philſophus fuit,vir bonus fuit,aut,ſi non fuit Philoſophus,non fuit vir bonus,aut ſi fuit Philoſophus,non fuit vir bonus,aut ſi non fuit Philoſophus, fuit vir bonus. Non eſt igitur cur hypothetica dicatur,niſi fortè quia alteri Enuntiationi ſimplici iam poſitæ alterā adiungit.Hęc enim quaſi ſuppoſitio,hypotheſis nomine modo aliquo ſignificari poteſt.

a *D. Thom. Opu. 48. Tr. de enuntiatione. cap. 14.*
b *Lib. de Fato. & Top.*
c *Hypotheſis*
d *1. de Syllog. Hypotet.*

Qualitas coniunctarum enunciationũ.

Affirmatiua negatiua.

QVALITAS Eſſentialis Enuntiationum, quam affirmationem, & negationem dicimus, his etiam omnibus communiter cõuenit, verùm aliter, quàm ſimplicibus. Simplices enim dicuntur affirmatiuæ, & negatiuæ, quia earum prædicata attribuuntur ſubiectis, aut ab eiſdem remouentur: at coniunctæ dicuntur affirmatiuæ, quia coniunctiones affirmantur, hoc eſt, non negantur. negatiuæ: quia negantur ſiue Prædicata ſimplicium enuntiationum, quas in ſe coercent, &, continent, affirmentur, ſiue negentur. Vnde fit, vt hæ ambæ ſint affirmatiuæ, ſi Sol lucet, dies eſt, ſi Sol non lucet, non eſt dies: hæ verò ambæ negatiuæ, non ſi Sol non lucet, nox non eſt, non ſi Sol lucet, nox eſt. Id quod in cæteris generibus facilè perſpicies. Fiunt autem huiuſmodi enuntiationes negatiuæ, præfixa initio totius enuntiationis negante particula, vt in proximis duobus exemplis cernis.

Sunt vera, aut falſa, neceſſaria, aut contingentes, aut impoßibiles.

Coniuncta enunciationes carent quantitate.

Nullius oppoſitionis forma præterquam contradictoria coniunctis enuntiationib. conuenit.

IAM qualitas accidentalis, quæ in veritatis, aut falſitatis ſignificatione conſiſtit, non dubium eſt, quin coniunctis etiam conueniat, (participant ſiquidem naturam enuntiationis, cuius ea communis qualitas eſt, vt verum, aut falſum ſignificet) Sunt itaque veræ etiam aut falſæ, atque adeò neceſſariæ, aut contingentes, aut impoſſibiles. At verò ſi de quantitate ſit quæſtio, nullam penitus habent, vt nimirùm dicantur vniuerſales, aut particulares, aut indefinitæ, aut ſingulares, propterea quòd non enunciant aliquid de aliquo, aut aliquibus, ſed ſolùm enuntiationes quæ id efficiunt, coniungunt. Hæc ſi diligenter attendas, planè videbis nullius oppoſitionis formam, præterquam contradictoriæ, coniunctis enunciationibus conuenire, quandoquidem omnis alia oppoſitio Quantitatem ex forma ſua requirit.

De Conditionali Enuntiatione. CAP. XV.

Omnis Conditionalis cõſtat duabus partibus præcipuis.

CONDITIONALIS Enuntiatio, aut conſtat duabus ſimplicibus, vt ſi Sol lucet, dies eſt: aut pluribus, vt ſi Sol, lucet, & in noſtro hemiſphærio lucet, dies eſt, & apud nos eſt. Semper tamen duabus præcipuis conſtat partibus, quarum altera dicitur antecedens, ea videlicet, quæ proximè ſequitur coniunctionem. Si altera conſequens, quæ ex illa efficitur, Quæ cõſtat duabus ſimplicibus, nam reliquum genus, quia infinitè augeri poteſt, omittimus. Aut conſtat vtraque affirmatiua, aut vtraque negatiua, aut antecedente affirmatiua, & Conſequente negatiua, aut contra, vt ſi Sol lucet, dies eſt, ſi Sol non lucet, non eſt dies, ſi dies eſt, non eſt nox: ſi dies non eſt, nox eſt. Quæ complicationes ex ſimplicibus affirmatiuis, & negatiuis, in Copulatiuis etiam, & Disiunctiuis ſpectari poſſunt.

Nota pro copulatiuis & diſiunctiuis.

Conditionalis eſt aliquando vera ex ſimplicibus falſis.

Veritas cõditionalis in ſola conſequutione conſiſtit.

QVOMODO autem cumque Conditionales ex ſimplicibus conficiantur, dicunt Dialectici eas poſſe eſſe veras, etſi omnes ſimplices ex quibus conſtant, ſint falſæ, vt ſi dicas, Si homo habet alas, volare homo poteſt. Id quod proprium, ac peculiare in hoc enuntiationum genere ex eo eſt, quòd eius veritas in ſola conſequutione conſiſtit: quò fit, vt ſi Conſequutio ſit bona, & apta, Enuntiatio ipſa ſit vera, quocunque modo, quod ad veritatem, & falſitatem attinet, partes, ſe habeant.

Digitized by Google

habeant. Hac de cauſſa dici ſolet, conditionalem nihil ponere, quia vt ſit vera, nec antecedentis, nec conſequentis veritatem requirit. Qua ex re, illud etiam Dialectici colligunt, omnes conditionales veras eſſe neceſſarias & omnes falſas impoſſibiles. Nam omnis bona conſequutio eſt neceſſaria, vt aiunt, omniſque vitioſa impoſſibilis. Quod mihi non videtur, vſquequaque verum. Etenim non modo multæ conditionales ex futuris contingentibus probabiles cenſentur, vt ſi diligenter operam nauaueris literis, doctus euades, ſed etiam ex præſenti tempore, vt ſi dicas, ſi qua mater eſt, diligit filium: quæ enuntiatio, cùm inter veras numeretur, non in eo veritatis gradu ponitur, vt dicatur falſa eſſe non poſſe. Non tantùm ergo neceſſariæ & impoſſibiles enunciationes conditionales reperiuntur, ſed contingens etiam. Nec verò omnis bona conſequutio eſt neceſſaria, ſed quædam etiam probabilis, vt poſt dicemus.

Conditionali nihil ponitur.

Nam omnis conditionalis vera ſit neceſſaria.

Revocantvr autem ad conditionales primum rationales, vt Sol lucet, ergo Dies eſt. Omnis homo eſt rationis particeps, & mente captus eſt homo, igitur mente captus eſt rationis particeps. Deinde Cauſſales, vt quia Sol lucet, dies eſt, quia homo eſt ex elementis compoſitus, mori poteſt. Item illę, quas vocant Temporales, Locales, & id genus aliæ, vt cùm Sol lucet, dies eſt, Vbi Sol lucet, dies eſt. Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorē teſta diu: Quibuſcum vixeris, eorum mores imitaberis, & cæteræ huiuſmodi. Sed quòd ad Rationales, & Cauſſales attinet, aliæ enim ferè negligūntur, illud aduertendum eſt. Ad veritatem rationalis, præter bonam Conſequentiam, requiri Veritatem antecedentis: Ad Veritatem autem Cauſſalis, vltra hæc duo opus eſſe, vt in antecedente ſit vera Cauſſa conſequentis, modo enuntiatio propriè cauſſalis ſit. Sæpe enim in ſenſu, Rationalis vſurpatur, vt ſi dicas, quia Socrates eſt homo, eſt animal, volens ſignificare, ex eo quòd Socrates eſt homo, conſequi vt ſit animal. Ita fit, vt hæ rationales non ſint veræ, Socrates eſt homo, ergo eſt Philoſophus: Socrates eſt lapis, ergo eſt ſenſus expres: prior, quia conſequutio eſt vitioſa: poſterior, non quia vitioſa ſit conſequutio, cùm ſit apta & bona, ſed quia antecedens non eſt verum, fit etiam, vt hæ ſint falſæ, quia Sol lucet, Socrates dormit, quia Sol eſt Ignis, calefacere poteſt, quia Sol deficit, Luna interponitur inter nos & ipſum, prima, quia Conſequutio non eſt bona: ſecunda, quia Antecedens non eſt verum: tertia, quia in antecedente non eſt cauſſa Conſequentis, ſed potiùs effectus. Quia enim Luna interpoſitu ſuo nobis tegit Solem, idcirco Sol apud nos deficit, non autē quia deficit, ideo Luna interponitur. Hæc verò quæ dicimus de diiudicanda Veritate, intelligenda ſunt in Affirmatiuis. Nam negatiuarum veritas ex affirmatiuis colligi poterit. Cùm enim affirmatiuę, & negatiuę ſemper in hoc genere ſint Contradicentes, ſi affirmatiua fuerit vera, erit Negatiua falſa: Si verò illa falſa fuerit, hæc vera erit. Id quod etiam in Copulatiuis, & Disiunctiuis obſeruabis.

Rationales reuocantur ad conditionales. Cauſſales. Temporales. Locales &c.

Quid requiratur ad veritatem rationalis & cauſſalis.

Quo pacto diiudicanda ſit veritas in negatiuis Coniunctis.

De

De Enunciatione Copulatiua. CAP. XVI.

Copulatiua nõ habet certũ numerum partium principalium.

Quid requiratur ad veritatem Copulatiuæ.

COPVLATIVA Enunciatio non habet certum numerum partium principalium, vt Conditionalis, ſed poteſt quotquot volueris principalibus conſtare, vt ſi dicas, Socrates Philoſophus eſt & Platonis magiſter, & cætera. Huius generis Enunciatio vera eſſe non poteſt, niſi omnes ſimplices, ex quibus conſtat, ſint veræ. Ex quo efficitur, vt data quacunque ſimplici falſa ipſa tota falſa iudicetur. Eſt item copulatiua tum neceſſaria, tum Contingens: tum etiam Impoſſibilis quidem ſi omnes eius partes ſunt neceſſariæ, vt, Deus eſt ſummum bonum, & Peccatum eſt ſummum malum. Contingens autem, ſi omnes partes ſunt Contingentes, aut earum aliqua, & nulla Impoſſibilis, modo partes ipſæ inter ſe non pugnent, vt Socrates eſt Philoſophus, & eſt vir bonus. Deus eſt ſummum bonum, & Socrates eſt iuſtus. Nam ſi aliqua ſit Impoſſibilis, aut ipſæ inter ſe partes repugnent, non Contingens, ſed Impoſsibilis iudicanda erit, vt ſi dicas, Socrates eſt lapis, & Plato philoſophatur Socrates ſedet & item deābulat. Impoſsibilis verò eſt, ſi vel aliqua pars eſt Impoſsibilis, vel ipſæ inter ſe partes ſunt repugnãtes, vt patet in proximis exẽplis.

Neceſſaria quæ ſit.

Contingens.

Impoſsibilis.

Quæ reuocentur ad Copulatiuas.

REVOCANTVR etiam ad Copulatiuas aliæ permultæ Enuntiationes, vt aduerſatiuæ, & in quibus comparationes fiunt, & aliæ idgenus, veluti ſi dicas, Socrates fuit Philoſophus, ſed veram ſapientiam fortaſſe non eſt aſſecutus: Quales principes ſunt, talis ferè eſt populus. Quin etiam rationales, ea ex parte ad Copulatiuas reuocantur qua abſolutè, ac ſimul ponunt partem Antecedẽtem & conſequentem, Cauſales verò non tantùm hac ratione, ſed etiam quatenus aſtruunt in antecedente contineri cauſſam Conſequentis. Alię ſunt etiam Conditionales ſupra memoratæ, quæ aliqua ex parte ad Copulatiuas rediguntur, vt Temporales, Locales, & cæteræ huiuſmodi.

De Diſiunctiua Enunciatione. CAP. XVII.

Etiam Diſiũctiua non habet certũ numerũ partium principalium.

DISIVNCTIVA quoque Enunciatio, nullum habet principalium partium certũ numerum: poteſt enim, quotquot etiam volueris, præcipuis partibus conſtare, vt ſi dicas, hoc animal, aut eſt album, aut eſt nigrum, aut eſt cærulei coloris, aut lutei, &c.

Quid requiratur ad veritatem Diſiunctiuæ.

VT autem diſiunctiua ſit vera, iuxta ª Veterum quidem ſententiam vna tantùm eius pars vera eſſe debet: quo fit, vt falſa dicatur, vel cùm omnes ſunt falſę, vel cùm omnes veræ. Exempli cauſſa, hæc eſt vera, Socrates aut loquitur, aut non loquitur, quia vna eius pars, atque adeò ſola eſt vera: hæ autem ambæ ſunt falſæ; Socrates aut eſt lapis, aut planta. Socrates aut eſt animal, aut eſt homo: prior quidem, quia vtraque pars eſt falſa, poſterior, quia vtraque vera. Ratio huius rei eſt, quia cùm Diſiunctiua diſiungat ſententias, illud opus eſſe videtur, vt Simplices Enunciationes, ex quibus Diſiunctio conſtat, ſint repugnantes, atque ita, vt plures vna veræ eſſe non poſsint. Quare aut omnes erunt falſæ, aut

a Cic. in Top. Gellius li. 16. D. Thom. loco ſupra citato.

Digitized by Google

aut ſi plures vna fuerint veræ,non reſpondebit res Diſiunctioni, quare vtroque modo Diſiunctio erit falſa. Itaque ſi dixeris: Socrates eſt homo, aut eſt rationis particeps, falſam protuleris Enunciationem, quia ipſa Diſiunctio ex natura ſua ſignificat alterum duntaxat ex his duobus Attributis Socrati conuenire,quod aſſerere falſum eſt.

Recentiorum ſententia.

RECENTIORES tamen,dicunt Diſiunctiuam eſſe veram,ſi vel vna vel plures vna,aut etiam omnes partes ſint veræ:falſam verò nunquam,niſi omnes partes ſint falſæ. Atque hoc pacto dicunt has Enunciationes eſſe veras: Aut Socrates eſt homo, aut eſt rationis particeps: Aut deambulat, aut mouetur loco. Aut Plato eſt ad riſum aptus, aut Bucephalus ad hinnitum:quas tamen Veteres dicunt eſſe falſas. Mihi verò hoc modo videtur dirimenda controuerſia, Veteres quidem accommodatius ad naturam Diſiunctionis loquutos fuiſſe (Diſiunctio enim ex forma ſua videtur ſignificare, plus vna parte veram non eſſe) Iuniores autem, generalem loquendi vſum magis ſpectaſſe. Solent enim Diſiunctiones huiuſmodi, Aut Demoſthenes perfectus orator fuit, aut Cicero, aut certè nullus: Aut Miloni Clodius inſidias fecit, aut Clodio Milo, ſolent inquam,vt veræ,concedi ab iis qui fatentur & Demoſthenem perfectum Oratorem fuiſſe, & Ciceroné, itémque Miloni Clodium, & Clodio Milonem mutuas paraſſe inſidias. Quoniam igitur communis loquendi vſus in oratione non eſt aſpernandus,recentiorum ſententia non videtur omni ex parte repudianda.

Veteres accõmodatius ad naturam Diſiunctionis locuti ſunt.

Recentiores generalem loquendi vſum magis ſpectarunt.

Recentiorum ſentẽtia nõ eſt omni ex parte repudianda.

Obiectio.

QVOD ſi quis obiiciat eum, qui ita loquitur, Aut Socrates eſt homo,aut rationalis, hoc modo corrigi ſolere, Imò vero & eſt homo, & rationalis, nec alia de cauſſa, niſi quia falſam profert Diſiunctionem: Occurrendum eſt,eum qui ſic loquitur, corrigi:non quod falſam pronuntiet Diſiunctionem, ſed quod ineptam, & ridiculam. Ineptum eſt enim,ac ridiculum, exſtruere Diſiunctionem ex Enuntiationibus neceſſariis,aut neceſſariò connexis. Id quod in hac Diſiunctionum ratione,quam Recentiores amplectuntur,diligenter cauendum eſt. Nec tamen idcirco fuerit neceſſarium, vt ex Simplicibus repugnantibus inter ſe omnis Diſiunctio ſtruatur: quia cum dicimus, Aut eſt hoc, aut eſt illud, non ſemper volumus ſignificare, aut hoc tantum, aut illud tantum eſſe verum: ſed ſæpè ita loquimur vt ſaltem hoc verum eſſe, aut ſaltem illud declaremus. Quo pacto dubium non eſt, quin tota Diſiunctio ex partibus non repugnantibus, atque adeo ſimul veris, vera eſſe poſſit.

Solutio.

Occurritur alteri obiectioni.

Explicatur ſenſus Diſiunctionis.

IN hoc Enuntiationum genere, quemadmodum in ſuperioribus, non ſolum neceſſariæ, & Impoſſibiles Enuntiationes reperiuntur, ſed tamen Contingẽtes. Nam illæ neceſſariæ dicendæ ſunt, quæ conſtant ex duabus Contradicentibus, aut ex iis,quæ ad Contradicentes reduci poſſunt: vt. Socrates loquitur,aut non loquitur:Socrates eſt Grammaticus,aut non habet artem emendatè loquendi, & ſcribendi: Animal aut eſt homo, aut eſt beſtia. Itémque illæ, quarum omnes partes, aut vna ſunt neceſſariæ;vt Socrates eſt homo; aut non eſt lapis:Socrates eſt homo, aut non eſt, Grammaticus: Socrates eſt homo, aut eſt lapis. Quamquam illæ quarum omnes partes ſunt neceſſariæ, quia

Neceſſaria Diſiunctiua.

ridiculæ

Contingens. ridiculæ ſunt, extrui non debent, vti diximus. Contingens eſt, cuius omnes partes, aut aliquæ ſunt Contingentes, non ita tamen vt ſint Contradicentes, aut ad Contradicentes reuocari poſſint, aut aliqua earum ſit Neceſſaria, ne tota diſiunctio ſit neceſſaria, vt nunc diximus. Exempla Contingentium hæc ſunt: Aut hæc mulier huius pueri mater non eſt, aut ipſum diligit: Aut hic adoleſcens lapis eſt, aut doctus euadet. Impoſſibiles ſunt, quarum omnes partes ſunt Impoſſibiles, vt Socrates aut eſt lapis, aut eſt lignum.

De quibuſdam Enuntiationibus, expoſitione indigentibus.
CAPVT XVIII.

AC videri quidem poſſet iam ad finẽ perducta tota de Oratione ſuſcepta Diſputatio, niſi Dialectici poſt Ariſtotelem, quædam huic Tractationi addidiſſent, quæ prorſus ignorare non conuenit. Hæc ſunt Expoſitiones nõnullæ quarundam Enuntiationum, quæ quia ob quaſdam particulas obſcuræ ſunt, & expoſitione indigẽt, Exponibiles vulgo appellantur: Harum igitur, quod ſatis videatur, tradenda eſt hoc loco explicatio: ne ſi quis abſque præmeditata cognitione in eas diſſerẽdo inciderit, non facilè ab eis ſe poſſit expedire. Atque ex quamplurimis, quas Recẽtiorum nimia fortaſſe diligentia, expoſuit, Excluſiuas tantum nos, Exceptiuas, & Reduplicatiuas, vt vocant quam breuiſſimè explicabimus, quoniam reliquæ, aut parum exhibent negotij, aut, niſi in reconditiſſima Philoſophia, planè, ac dilucidè intelligi non poſſunt. Fuerunt autem huiuſmodi Enuntiationum Expoſitiones in hunc locum neceſſariò differendæ, quia ſine cognitione Coniunctarum Enuntiationum doceri nequeunt.

Exponibiles cur dicantur.

De Excluſiuis Enuntiationibus. CAP. XIX.

Excluſiua quæ. EXCLVSIVÆ Enuntiationes dicuntur, *quæ conſtant Signo aliquo excluſiuo*, qualia ſunt, Tantũ, Solum, Duntaxat, & cætera, ſi quæ ſunt eiuſdẽ ſignificationis. Huiuſmodi autẽ Signa, aliquando excludunt alia Prædicata ab eodem Subiecto, vt ſi dicas: Prædicamenta ſunt tantum decem, homo eſt tantum animal rationale: aliquando excludunt alia Subiecta ab eodem Prædicato, ſeu (vt aptius loquar) à participatione eiuſdem Prædicati, vt ſi dicas: Solum animal eſt ſenſus capax, Homo duntaxat, loqui poteſt.

Signa Excluſiua quid efficiant.

Duo genera Excluſiuarũ Enuntiationũ. HINC fit vt duo ſint Excluſiuarum Enuntiationum genera, quorum prius vocari poteſt Excluſi Prædicati, Poſterius Excluſi Subiecti, quòd Signum in Priori genere excludat aliquod Prædicatum, in Poſteriori aliquod Subiectum, vt patet in traditis exemplis. Excluſiuæ autem vtriuſque generis, quatuor modis efferri poſſunt ſecundum immediatam Affirmationem, & Negationem Signi & Verbi. Aut enim vtrunque affirmatur, vt in traditis exemplis: aut ſolum Signum affirmatur, vt ſi dicas, Prædicamenta non ſunt tantum quinque. Sola Subſtantia non eſt in Subiecto: aut vtrunque negatur, vt ſi dicas Prædica-

Excluſiua quatuor modis efferũtur.

Digitized by Google

Prædicamenta non ſunt tantum decem, Non ſolum animal non eſt ſenſus capax: Aut ſolum Signum negatur, vt ſi dicas, Prædicamenta non ſunt tantum quinque, non ſolum animal eſt viuens. His ita conſtitutis. Aduerte vtrunque genus Excluſiuarum Exponi Enuntiatione vna Coniuncta, ſeu Hypothetica compoſita ex duabus Simplicibus, quæ Exponentes dici ſolent. Harum prior conſtat eodem Subiecto, eodémque Prædicato (detracto tamen Signo) quibus Enuntiatio Exponenda conſtat: quæ vocatur Præiacens. Poſterior cùm exponit Excluſiuas prioris generis, conſtat eodem Subiecto, & Excluſo Prædicato: cum autem exponit Excluſiuas poſterioris, conſtat eodem Prædicato, & Excluſo Subiecto. Atque hæc, cum peculiari nomine careat: dicitur ſecunda Exponens. Cæterum ex priori Excluſiuarum genere, duæ tantum formæ à nobis exponendæ ſunt, ea nimirum in qua & Signum & Verbum affirmantur, vt Prædicamenta ſunt tantum decem: & ea in qua ſolum Verbum immediatè negatur, vt Prædicamenta non ſunt tantum quinque. Nam reliquæ duæ formæ non ſunt ferè in vſu. At ex poſteriori genere, cum omnes vſurpentur, omnes ſunt Exponendæ.

Generalis ratio exponendi Excluſiuas.

Prior exponens, ſeu præiacens.

Poſterior exponens, ſeu ſecunda.

EXCLVSIVÆ igitur prioris generis, quas Excluſi Prædicati appellauimus, ſi vtraque ex parte Affirmatiuæ fuerint, Exponẽdæ erunt Copulatiuè priori Exponente Affirmatiua, & poſteriori Negatiua, hoc modo: Prædicamenta ſunt tantum decem, id eſt, Prædicamenta ſunt decẽ, & non ſunt plura quã decem. Homo eſt tantum animal rationale, id eſt Homo eſt animal rationale, & non eſt aliquid vltra quam animal rationale. Si autem ſolum Verbum immediatè Negauerint, Exponendæ erunt Diſiunctiuè, priori exponente negatiua, & poſteriori Affirmatiua, hoc modo: Prædicamenta non ſunt tantum quinque, id eſt, Prædicamenta non ſunt quinque, vel ſunt plura quã quinque. Homo non eſt tantum animal, id eſt, Homo nõ eſt animal, vel eſt aliquid vltra quam animal. Nec verò ſatis eſt ita exponere Negatiuas, Prædicamenta non ſunt tantum quinque, id eſt, Prædicamenta ſunt plura quã quinque. Homo nõ eſt tantũ animal, id eſt, homo eſt aliquid vltra quam animal. Sæpe enim Expoſitio hæc falſa reperietur, vt ſi dicas, Prædicamẽta non ſunt tantũ viginti, id eſt, ſunt plura quã viginti: Lapis non eſt tantũ animal, id eſt, lapis eſt aliquid vltrà quàm animal. Nam Enuntiationes, quæ Exponuntur, ſunt veræ. Exponentes autem falſæ. Sed de hoc genere Excluſiuarum nihil amplius dicendum eſt.

Expoſitio Excluſiuarum Excluſi prædicati.

Occurritur Obiectioni.

Expoſitio Excluſiuarum Excluſi ſubiecti.

EXCLVSIVÆ autem poſterioris generis, quas Excluſi Subiecti
nominauimus, ſi & Signum & Verbũ Affirmauerint, Exponẽdæ erunt
Copulatiuè, priori Exponente Indefinita, ſiue particulari Affirmatiua
& poſteriori vniuerſali negatiua, hoc modo: Tantum animal ſentire 1.
poteſt, id eſt, animal ſentire poteſt, & nihil quod non ſit animal, ſen-
tire poteſt. Si verò non ſolum Signum Affirmauerint, Exponantur 2.
Copulatiuè, priori Indefinita, ſiue Particulari negatiua, & poſteriori
vniuerſali Affirmatiua, hoc modo: Tantum Subſtantia non eſt in Sub-
iecto, id eſt, Subſtantia non eſt in Subiecto, & omne quod non eſt ſub-
ſtantia, eſt in ſubiecto. Si autem vtrunque Negauerint, Exponentur 3.

Diſiunctiuè, priori Vniuerſali affirmatiua,& poſteriori particulari negatiua, hoc modo:non ſolum animal non eſt ſenſus capax, id eſt,omne animal eſt ſenſus capax, vel aliquid quod non eſt Animal, non eſt ſenſus capax. Si denique ſolum ſignum negauerint, exponantur Diſiunctiuè, priori vniuerſali negatiua, & poſteriori particulari affirmatiua, hoc modo:non ſolum Animal eſt viuens, id eſt, nullum Animal eſt viuens, vel aliquid quod non eſt Animal, eſt viuens.

Comparãtur inter ſe expoſitiones.

ITAQVE ſi rectè attendas, videbis enuntiationes quæ ſignum affirmant, id eſt, primam & ſecundam, exponi Copulatiuè, prioriq; exponente indefinita, ſiue particulari, (quæ idem valent hoc loco) & poſteriori vniuerſali, contrà verò, quæ ſignum negant, id eſt, tertiam & quartam, exponi Diſiunctiuè, ac priori exponente Vniuerſali, & poſteriori particulari. Videbis etiam eas, quæ & ſignum & Verbum ſimul affirmant,aut negant,id eſt,primam & tertiam,exponi priori affirmatiua, & poſteriori negatiua, contrà verò, eas quæ alterum affirmant,alterum negant,id eſt,ſecundam & quartam, exponi priori negatiua,& poſteriori affirmatiua. Deniq; primam & quartã Contradictoriis exponentib. exponi:& ſimiliter ſecundam & tertiam. Primam verò & tertiam ſubalternis, & eodem modo ſecundam & quartam.

De Oppoſitione Excluſiuarum. CAP. XX.

Contraria. Subcontraria. Contradicentes. Subalterna.

NON inutile quoque fuerit, ſi harum enuntiationum oppoſitionem intelligas. Aduerte igitur, primam & ſecundam eſſe Contrarias: tertiam & quartam,Subcontrarias:primam verò quartæ,& ſecundam tertiæ Contradicere, denique primam eſſe ſubalternam tertiæ & ſecundam quartæ. Quod facile quiuis ex Conditionibus Oppoſitarum, & ſubalternarum, adhibita expoſitione cuiuſque poterit colligere. Verùm vt hæc melius teneas, accipe has quatuor dictiones:

Igne Tonans Malos Perdit.

Verba quæ memoriam iuuare poſſint.

QVÆ quatuor prædictis enuntiationibus eo ordine, quo à nobis propoſitæ ſunt reſpondent. Deinde aduerte, in ſingulis eſſe duas Vocales, quæ ſignificant Qualitatem & Quantitatem exponentium, A,vniuerſalem affirmatiuam, E, vniuerſalem negatiuam, I, particularem Affirmatiuam,& O,particularem negatiuam.Hæc ſi animaduerteris, ſimúlque duo illa,quæ paulò [a] ſuperiùs diximus, in memoriam reuocaueris; primam ſcilicet & ſecundam Enuntiationem,eſſe exponendas copulatiuè, reliquas diſiunctiuè, itémque priorem exponentem eodem prædicato, eodémque ſubiecto conſtare debere,poſteriorem verò eodem Prædicato, ſed excluſo ſubiecto, facilè ac expeditè harum enuntiationum & expoſitionum, & Oppoſitionem memoria retinebis. Id quod totum in hac deſcriptione perſpicitur.

[a] *Cap. ſuper.*

Subalternans.	Subalternans.
1	2
Tantùm animal eſt ægrum,	Tantùm animal non eſt ægrum.
	Id eſt,

Digitized by Google

	Id eſt,	*Contraria.*	Id eſt,
Ig-ne.	Animal eſt ægrum & Nihil, quod non ſit Animal eſt ægrum.	*To-nans.*	Animal non eſt ægrum, & Omne quod non eſt Ani. eſt ægrum.

Subalterna. *Contra dicentes.* *Contra dicentes.* *Subalterna.*

	3		4
	Non tantum Animal non eſt ægrum.		Non tantùm Animal eſt ægrum.
	Id eſt,	*Subcontraria.*	Id eſt,
Ma-los.	Omne Animal eſt ægrum, vel aliquid, quod non eſt Animal non eſt ægrum.	*Per-dit.*	Nullum Ani. eſt ægrum, vel Aliquid,quod non eſt Animal eſt ægrum.
	Subalternata.		Subalternata.

Dictio Excluſiua non excludit concomitantia.

Conuerſio excluſiua omnino affirmatiua.

DVO tamen adhuc admonebo, quæ trito ſermone in hac Materia dicuntur. Alterum eſt, *Dictionem excluſiuam non excludere Concomitantia*, hoc eſt, ea quæ ſubiectũ excluſiuè neceſſariò conſequuntur, exempli cauſſa, cum dico tantum homo loqui poteſt, non excludo Animal, nec alia, quæ neceſſario de Homine prædicantur. Alterum eſt, *Excluſiuam & ſigni & verbi affirmati, Conuerti in Vniuerſalem Affirmatiuam.* Hæ ſiquidè ſunt bonæ Conuerſiones, tantùm animal eſt ægrum, igitur omne ęgrum eſt animal, tantùm Homo loqui poteſt, igitur omne quod loqui poteſt, eſt homo, & ita reliqua huius formæ.

De Exceptiuis Enuntiationibus. CAP. XXI.

Exceptiuæ quæ.

Quid efficiat ſignum effectiuum.

Id à quo fit exceptio verè dici debet de eo quod excipitur.

EXCEPTIVÆ Enuntiationes dicuntur, *quæ conſtant ſigno aliquo exceptiuo, quale eſt*, præter, & ſi quod eſt aliud eiuſdem ſignificationis. Hoc verò ſignum ferè ſemper excipit aliquod Subiectum à participatione, Conſortióve Prædicati, vt ſi dicas: Omne Animal, præter Hominem, eſt rationis expers. Verum ne hoc loco ineptas exceptiones admittamus, relegandæ hinc ſunt illæ, in quibus id, à quo fit exceptio, non verè dicitur de eo quod excipitur. Quis enim audiat ita loquentem, Omnis homo, præter belluam, eſt rationis particeps? Itaque ſolas eas exceptiuas admittamus hoc loco, in quibus, à quo exceptio fit, verè affirmatur de re excepta. Quamquam verò id, à quo fit exceptio, nonnunquam

Digitized by Google

ſigno particulari notatur, vt ſi dicas, aliquis Rex, præter Cræſum, fuit Diues. Aliqua regio, præter Italiam, eſt feraxbonorum ingeniorum, ratio tamen exceptionis poſcere videtur, vt id, à quo fit exceptio, notetur ſigno Vniuerſali, excipere enim eſt, à toto genere partem detrahere. Itaque minus propria cenſenda eſt exceptio, cum id à quo fit exceptio, notatur ſigno particulari: quo fit, vt de ea in præſentia nobis loquendum non ſit. In exceptiuis igitur enuntiationibus, quemadmodum in excluſiuis, vel ſignum & verbum affirmantur, vt ſi dicas: Omne mobile, præter cœlum, interire poteſt: aut ſolum Signum affirmatur, vt: Omne animal, præter hominem, non eſt rationis particeps: aut vtrumque negatur, vt ſi dicas: Non omne mobile, præter cœlum, non poteſt interire: aut ſignum dumtaxat negatur, vt ſi dicas: Non omne animal, præter Hominem, eſt bipes.

Id à quo fit exceptio notari debet ſigno Vniuerſali.

Exceptiuarũ quatuor ſunt formulæ.

Cõmunis ratio exponendi exceptiuas.

H I S etiam omnibus hoc commune eſt: *vt exponantur vna quadam Coniuncta enuntiatione compoſita ex duabus exponentibus ſimplicibus, quarum prior conſtet eodem ſubiecto, & prædicato* (ita tamen, vt in Subiecto negetur id quod excipitur, de eo à quo excipitur, *poſterior autem conſtet eodem Prædicato, & eo tantum ſubiecto, quod excipitur.* Prima itaque exceptiua exponitur Copulatiuè, priori exponente Vniuerſali affirmatiua, & poſteriori vniuerſali negatiua, hoc modo: Omne mobile præter cœlum, interire poteſt, id eſt, Omne mobile quod non eſt cœlum, interire poteſt, & nullum cœlum interire poteſt. Secunda, quæ eſt cõtraria primæ, etiam Copulatiuè exponitur, ſed priori exponente vniuerſali negatiua, & poſteriori vniuerſali affirmatiua, hoc modo: Omne animal, præter hominem, eſt rationis particeps, id eſt, nullum animal, quod non eſt homo, eſt rationis particeps, & omnis homo eſt rationis particeps. Tertia verò, quæ eſt Subalternata primæ, & Contradictoria ſecundæ exponitur Diſiunctiuè, priori exponente Particulari affirmatiua, & poſteriori particulari negatiua, hoc modo: Non omne mobile, præter cœlum, non poteſt interire, id eſt, aliquod mobile, quod non eſt cœlum, poteſt interire, vel aliquod cœlum non poteſt interire. Quarta denique quæ contradicit primæ, Subalternatur ſecundæ, eſt ſubcontraria tertiæ, etiam diſiunctiuè exponitur, priori tamen exponente particulari negatiua, & poſteriori particulari affirmatiua, hoc modo: Non omne animal, præter hominem eſt bipes, id eſt aliquod animal, quod non eſt homo, non eſt bipes, vel aliquis homo eſt bipes.

Comparãtur inter ſe expoſitiones.

A T Q V E ita patet, priores duas exponi copulatiuè, idque exponẽtibus Vniuerſalibus: duas verò reliquas diſiunctiuè, & exponentibus particularibus. Præterea exponentes contrariarum, eſſe contrarias; ſubcontrariarum, ſubcontrarias; Contradicentium, Contradicentes; & Subalternarum, Subalternas. Quæ omnia cernes in ſequenti deſcriptione, notatis primum his quatuor diſtinctionibus:

Cautè Cedas Priſco Mori.

Quæ eodem modo indicant exponentes exceptiuarum, quo ſuperiores, excluſiuarum. Prima enim ſignificat exponentes primæ, & cæteræ quæ ſequuntur, eodem ordine exponentes reliquarum.

Subal

Digitized by Google

Subalternans.
1
Omne mobile, præter cœlum, interire poteſt.

Subalternans.
2
Omne mobile, præter cœlum interire non poteſt.

Contraria.

Id eſt,
Cau- Omne mobile, quod non eſt cœlum, interire poteſt, &
tè Nullum cœlum interire poteſt.

Id eſt,
Ce- Nullum mobile, quod non eſt cœlum, interire poteſt, &
dat. Omne cœlum interire poteſt.

Subalternæ. *Contradicentes.* *Contradicentes.* *Subalternæ.*

3
Non omne mobile præter cælum non poteſt interire.
Id eſt,

4
Non omne mobile, præter cœlum, interire poteſt.
Id eſt,

Subcontraria.

Priſ- Aliquod mobile, quod non eſt cœlum, interire poteſt,
vel
co. Aliquod cœlum interire non poteſt.
Subalternata.

Mo- Aliquod mobile, quod non eſt cœlum, non poteſt interire,
vel
ri. Aliquod cœlum interire poteſt.
Subalternata.

De Reduplicatiuis Enunciationibus. CAP. XXII.

ENVNTIATIONES Reduplicatiuæ dicuntur, *quæ conſtant Dictione aliqua geminante, ſeu Reduplicante*, vt vocant. Veluti ſi dicas, Homo quatenus eſt Homo, eſt diſciplinæ capax. Illa enim Dictio, *Quatenus*, quia apta eſt ad aliquid geminandum, & iterandum, Reduplicans, & Reduplicatiua dici ſolet, quemadmodum & cæteræ omnes eiuſdē ſignificationis. Duobus autem modis accipiuntur hæ dictiones: Altero, vt notant in Subiectis rationem aliquam, ſecundum quam ipſis conueniunt Prædicata (quod ſpecificatiuè accipi appellant) vt ſi dicas, homo quà homo eſt, eſt Species, homo quà eſt homo, eſt Grammaticus. Nec enim ſenſus eſt, cauſſam cur homo ſit Species, aut Grammaticus eſſe, quia eſt homo (quandoquidem hoc pacto omnes homines eſſent Species

Reduplicatiua quæ dicantur.
Dictio reduplicans, ſiue geminans.
Duplex acceptio dictionis geminantis.
Specificatiuè.

cies

cies, atque Grammatici (ſed ſenſus eſt quod ratio conueniens Homini, cum qua ſimul reperitur, vt ſit ſpecies, & Grammaticus, eſt ratio hominis, non Socratis tantum, aut Platonis, quamquam etiam Socrates, & Plato, quà ſunt hi homines, Grammatici dici poſſunt. Altero modo accipiuntur, vt ſignificant aliquid, quod ſubiecto conuenit eſſe cauſſam Prædicati, (quod vocant Reduplicatiuè accipi) vt ſi dicas homo qua homo eſt, vel, qua rationalis naturæ eſt, eſt diſciplinæ capax. *Reduplicatiuè.*

OMISSA igitur priori Acceptione, quæ minus propria eſt quod ad poſteriorem attinet, hoc tantum dicendum videtur, multò facilius, & familiarius Enuntiationes, quæ hunc ſenſum continent, per ſingulas Cauſales exponi, quam per quatuor, aut quinque Exponentes vt à pleriſque Exponuntur. Itaque affirmatiua Reduplicationis & Verbi perfacilè exponitur per Cauſalem omni ex parte Affirmatiuam, hoc modo, homo quà eſt rationalis, eſt diſciplinæ capax, id eſt, homo quia rationalis eſt, diſciplinæ capax eſt. Affirmatiua autem Reduplicationis duntaxat per Cauſſalem Negatiuam ſolius Conſequentis, hoc modo: homo, quà homo eſt, rationis expers non eſt: hoc eſt, homo, quia homo eſt, non eſt rationis expers. Negatiuam Coniunctionis & Conſequentis hoc modo: homo non qua homo eſt, non eſt Grammaticus, id eſt, homo non quia homo eſt, Grammaticus non eſt: negatiua denique ſolius Reduplicationis, Exponitur per negatiuam ſolius Coniunctionis hoc modo, homo non quà homo eſt, Grammaticus eſt, id eſt, homo non quia homo eſt, Grammaticus eſt.

1 Ratio Exponendi Reduplicatiuas Enũtiationes.

2 Vt Ochamus 2. parte Logica cap. 16.

3

NONNVMQVAM tamen illud. Quà, non in eo ſenſu vſurpatur, quo ſignificat aliquid eſſe verè Cauſſam Prædicati, ſed Conditionem quandam ſine qua Prædicatum non conuenit Subiecto, vt ſi dicas, Ignis, quà propè eſt, calefacit, Atque hoc pacto illud, Quia, non propriè accipiendum eſt in expoſitione, ſed tantum, vt declarat conditionem ſine qua non, vt vocari ſolet. Veruntamen hic Senſus non propriè Reduplicatiuam efficit Enuntiationem, ſed Reductione quadam. Poſſent autem huiuſmodi Enuntiationes eodem ordine, quo ſuperiores, diſponi, ſed quia res nihil habet difficultatis, ſimul etiam quia in hiſce multus iam fortaſſe videor, huic Tractationi de Oratione finem impono.

Reduplicatio nonnunquam declarat conditionẽ ſine qua non.

* * *

INSTI

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER QVARTVS.

De Ordine ac Modo tradendi partes Dialecticæ: Item quid ſit Diuiſio.

CAPVT I.

EXPLICATIS iis omnibus, quæ tribus Diſſerendi Modis, Diuiſioni inquam, Definitioni & Argumentationi ſunt communia, ſequitur vt ad ea, quę ſingulorum propria ſunt, veniendum ſit. Ac de Diuiſione quidem & Definitione, qua ratione per ſe conſiderantur & ſpeciales Diſſerendi Modi exiſtunt. (ſic enim à nobis in præſentia tractabuntur) nullum opus habemus ab Ariſtotele ex inſtituto editum. Attamen ſi ex iis, quæ illæ Argumentationis cauſſa in Analyticis & Topicis de hiſce diſſeruit, ea quæ ad hunc locum attinent, deſumpſerimus, aliaq; nonnulla ex aliis libris, præſertim Metaphyſicis, aſciuerimus, nihil præterea erit, quod magnopere videatur requirendum. Nam etſi multa ſunt quæ de Diuiſione & Definitione quæri, ac diſputari poſſunt, tamen difficillima quæque non ad Dialecticum, ſed ad Metaphyſicum ſpectant.

Inſtitutum librorũ ſequentium.

Quo pacto in his duobus libris de Diuiſione ac definitione agendum ſit.

Maiores difficultates de Diuiſione ac Definitione ad Metaphyſicũ ſpectant.

DIVISIO igitur, quòd ad Dialecticum, attinet *eſt Oratio, qua totum in ſuas partes diuiditur,* vt ſi dicas, Hominis altera pars eſt animus, altera corpus. Animalium aliud Homo eſt, aliud beſtia. Totum quod diuiditur, & à quo incipit diuiſio. Diuiſum apud Dialecticos appellatur: Partes verò in quas Diuiſio finitur, ac terminatur, Membra Diuidentia, vel Membra Diuiſionis dicuntur. Hinc intelliges Diuiſionem eſſe quemdam Sciendi Modum. Nam cum Totum in ſuas partes Diuiditur, tunc diſtinctè, quà Totum eſt, declaratur.

Diuiſio quid ſit.

Diuiſum.

Membra diuidentia.

De Diſtinctione Vocis Multiplicis. CAP. II.

DVPLEX verò Diuiſio traditur à Philoſophis, altera Vocis Multiplicis, quæ diſtinctio nominatur: altera Rei, quam in Partitionẽ, & in eam quæ magis propriè Diuiſio appellatur, diſtribuunt: Diſtinctio, *eſt Diuiſio Vocis Multiplicis in ſuas ſignificationes aut ſenſus,* vt ſi dicas. Huius Vocis. Acutum, Alia ſignificatio eſt, qua ſignificat Acutam figuram, alia qua transfertur ad Sonum Acutum,

Generalis diuiſio Diuiſionis.

Diſtinctio quid.

alia qua ad Saporem Acutũ,& huius Orationis, Littus aras, alter ſenſus eſt,quod Littus aratro proſcindas:alter, quòd operam perdas.Hoc dictum intellige de Vocibus, quæ nec habent varias ſignificationes, nec varios Senſus æquè principales,ſed tales,vt in ipſis, ſiue Significationibus, ſiue Senſibus, aliquam videre liceat vnitatem ordinis, aut proportionis:vt patet in traditis exemplis. Nam ſi Vox Multiplex habuerit plures Significationes,aut Senſus æquè principales ſine ordine vllo,aut proportione, quæ aliquam faciat vnitatem Significationis (vt hæc vox Gallus, quæ ex æquo ſignificat Hominem Gallum, & Gallum auem: & hæc Oratio, Audiui Græcos viciſſe Troianos, quæ ex æquo Significat,Audiuiſſe me quòd Græci vicerint Troianos & quòd Troiani Græcos) non videbitur eius Diſtinctio ad vllum genus Diuiſionis propriè reuocari:quia id non propriè diuiditur,quod nullo modo eſt vnum. Totum enim, vt docet Ariſtoteles vnum quiddam, qua totum eſt,eſſe debet:Siue igitur ita dicas,ſiue huiuſmodi Voces modo aliquo diuidi concedas,poteſt enim earum Multiplicitas quodammodo dici vnum ratione vnius Vocis, in qua cernitur omnis enumeratio ſignificationum,aut ſenſuum vocis multiplicis,ſeu verè Diuiſio ſit,ſeu quodammodo Diuiſio, nomine Diſtinctionis propriè comprehenditur,de qua omni,vt de re in diſſerendo per neceſſaria multa præcepta tradit Ariſtoteles. Hæc de primo Diuiſionis genere dicta ſint.

Quæ Vox multiplex propriè non dicatur diuidi.

Id nō propriè diuiditur, quod nullo modō eſt vnum.

Omnis diuiſio vocis multiplicis, etiam impropria, propriè dicitur diſtinctio.

Nvnc ad alterum,quod Partitio nominatur,veniendum eſt.

De Partitione. Cap. III.

1. Top. 13.

Partitio quid. Partes integrantes.

Partitio, *eſt Diuiſio totius quanti in partes,quibus integratur.* Partium integrantium nomine intelligo eas,quibus tota aliqua Magnitudo,aut Multitudo extenſa eſt.

Hoc modo,Membra Corporis humani ſunt partes integrãtes corpus humanũ,& Ordines Reipublicæ totam integrant Rempublicam.

Partes Similares. Ariſt. 1. de Gene. 5. & 1. de hiſtor. animal. 1. vocat. ὁμοιομερεῖς: Diſſimulares ἀνομοιομερεῖς Duplex Partitio.

Qvoniam verò Partes integrantes: aut ſunt ὁμογενεῖς hoc eſt, eiuſdem Naturæ,ac Appellationis cum toto, quas Cognatas, & Similares vocãt,vt partes Carnis,& partes Aquæ, quælibet enim Pars quæ Carnem integrat. Caro eſt,& quælibet Aquæ, eſt aqua, aut ἑτερογενεῖς id eſt, diuerſæ Naturæ,ac appellationis,quas Multigenas,& Diſſimilares nominant,vt Membra Corporis humani,& Partes Domus, neque enim Digitum dixeris eſſe Corpus humanum, aut Parietem Domum, fit,vt duplex ſit Diuiſio in Partes Integrantes, altera in Similares,altera in Diſſimilares.

Priori modo diuiduntur Quantitates Continuæ, & alia pleraque,vt Aër,Aqua & cætera huiuſmodi,poſteriori diuiduntur Quantitates Diſcretę,animalium corpora & alia permulta,tum à Natura,tum ab Arte compoſita.

Diuiſio Totius poteſtate ad Partitionē reuocare.

Ad hanc Diuidendi formam reuocari poteſt Diuiſio Totius Poteſtate,ſeu Virtute,in ſuas Vires,ſeu potentias,quæ,ſæpenumero apud Ariſtotelem Partes vocantur, vt ſi dicas, Animi rationalis altera pars eſt qua

eſt qua intelligit, altera, qua cupit. Cauſſa huius reuocationis eſt, quia vt res extenſa conſtat ſuis Partibus Integrantibus, quoad totam extenſionem, ſic res quæ multa poteſt, conſtat ſuis Viribus, Potentiiſve quoad totam poteſtatem.

De Diuiſione Phyſica Totius Eſſentialis. CAP. IIII.

DIVISIO, vt à Diſtinctione Vocis Multiplicis, & à Partitione ſecernitur, duplex eſt, Altera Totius Eſſentialis, Altera Totius Vniuerſalis. Nomine Totius Eſſentialis intelligo id, quod habet eſſentiam compoſitam, ſiue re ſiue conſideratione: cuiuſmodi ſunt omnes Species, quæ per ſe ponuntur in Prædicamentis: vt Homo, Angelus, Color: Hæ ſiquidem res reſpectu Partium, ex quibus ipſarum Eſſentia conſtituitur, dicuntur Tota eſſentialia. Totum verò Vniuerſale accipio reſpectu Partium ſibi ſubiectarum, de quibus dicitur Eſſentialiter, ſeu vt de ſubiectis, vt loquitur * Ariſtoteles: quo pacto Subſtantia & Corporeum dicuntur Tota vniuerſalia reſpectu Hominis, aut Animalis. Porrò Diuiſio totius Eſſentialis, vt iam ſignificauimus, duplex eſt, Altera Realis, ſiue Phyſica: Altera Rationis, ſiue Metaphyſica. Diuiſio Phyſica Totius eſſentialis eſt, qua Totum Eſſentiale diuiditur in partes verè, ac re ipſa Eſſentiam componentes: Partes verè componentes Eſſentiam rei, ſunt Materia, & Forma. Materia (vt pingui Mineruа rem exponamus) *eſt Subiectum quod Formam in ſe recipit*; Forma verò *eſt Perfectio quædam, quæ recepta in Materia Eſſentiam rei abſoluit.* Hoc modo Corpus dicitur Materia Hominis, & Animus Forma. Ita diuiſio qua dicimus, Hominis alteram partem eſſe Animum, Alteram Corpus, eſt Diuiſio Phyſica. Dici autem ſolet hæc Diuiſio Realis ac Phyſica, quia fit in Partes re diuerſas, ex quibus id quod Diuiditur Naturaliter compoſitum eſt.

Totum Eſſentiale. *Totum Vniuerſale.* ** Præd. 2. & 3. Duplex Diuiſio Totius Eſſentialis.* *Diuiſio Phyſica quæ.* *Materia. Forma.* *Cur Phyſica & Realis Diuiſio dicatur.*

AD hanc Diuiſionem reuocatur Diuiſio Compoſiti Accidentalis in Subiectum & Accidens: vt ſi dicas, Æris figurati altera pars eſt æs, altera figura. Reuocatur etiam Diuiſio Quantitatum Continuarum in Partes Diuiſibiles & Indiuiſibiles, quoniam Diuiſibiles ſunt ſimiles Materiæ, Indiuiſibiles autem formæ, quo pacto Linea duorum palmorum, Diuiditur in duos palmos, & in punctum, quo palmi copulantur.

Quæ Diuiſiones ad Phyſicam reuocentur.

De Diuiſione Metaphyſica Totius Eſſentialis. CAP. V.

DIVISIO Metaphyſica Totius eſſentialis, *eſt ea qua Totum Eſſentiale Diuiditur in partes, ſola ratione conſiderationéque Eſſentiam componentes.* Huiuſmodi partes ſunt Genus, & Differentia. Sola enim ratione Species ex Genere, & Differentia conſtituitur, vt Homo ex animali & rationali. Ita fit, vt Oratio, qua dicimus, Hominis Alteram Partem Eſſentialem eſſe animal, alteram rationale, ſit Diuiſio Metaphyſica.

Porphy. de Differentia. *Cur Diuiſio hæc dicatur Rationis, & Metaphyſica.*

DICITVR autem hæc Diuiſio Rationis & Metaphyſica, quia non

fit in partes re diuerſas, ſed ratione ſola: qui Diuidendi Modus, Metaphyſicorum eſt penè proprius ac peculiaris. Nam, vt in eodem exemplo perſiſtam, Animal & Rationale, quæ in Homine cernuntur, eadem prorſus res ſunt, ipſe tamen Homo ſecundum eam quidem rationẽ qua conuenit cum brutis animantibus, eſt, & dicitur Animal, ſecundum eam verò, qua ab eiſdem diſtinguitur, eſt, & dicitur Rationalis.

Diuiſio indiuidui in Speciem, & differentiam Indiuiduantem.

A D hanc Diuiſionem reuocatur diuiſio indiuidui (quod ſæpe Ariſtoteles [a] comparatione Speciei vocat ipſum Totum) in Speciem & Differẽtiam Indiuiduantem, ex quibus non re ipſa, ſed ratione & conſideratione componitur. Homo enim, & differentia Indiuiduans, ex quibus Socrates conſtitui dicitur, eadem omninò res ſunt: Verùm Socrates ſecundum eam rationem, qua cum cæteris hominibus conuenit, eſt, ac dicitur Homo: ſecùndum eam verò, qua differt ab eiſdem, eſt, & dicitur, Hic deſignatus Homo, ac Indiuiduus, Sed accuratior huius rei perſcrutatio, nec ad hunc locum, nec fortaſſe ad hanc artem pertinet. Hæc de diuiſionibus totius eſſentialis videntur ſatis.

[a] Vt 7. Meta. cap. 4. tex. 11. & capit. 10. text. 33. & deinceps.

Eſt enim Metaphyſica.

De Diuiſione Totius Vniuerſalis in partes Subiectas.

CAP. VI.

Triplex Diuiſio totius Vniuerſalis in partes Subiectas.

Præd. cap. 5.

DIVISIO Totius Vniuerſalis in Partes Subiectas, ſeu de quibus dicitur vt de Subiectis, cõplectitur, vt placet Ariſt. Diuiſionem Generis in Species, Speciei in Indiuidua; & differẽtiæ in Species, aut indiuidua. Hæc enim omnia, ac ſola prædicantur de ſuis Partibus, vt de Subiectis, ſeu Eſſentialiter, vt ex Prędicamentis apertum eſt. Exempla ſunt: Animalium aliud eſt Homo, aliud beſtia. Hominum alius eſt Socrates, alius Plato, alij verò cæteri. Animatorum, alia ſunt animalia, alia plantæ. Rationalium illud Ioannes, alia vero alia Hominis Indiuidua. Princeps harum Diuiſionum, imò & omnium, eſt Diuiſio Generis in Species, quam vt nobiliſſimam, & in Philoſophia maximè neceſſariam magnis laudibus extulit Plato: Sed & hæc, & reliqua huius claſſis, facilè intelliguntur ex iis, quæ in explicandis quinque Vniuerſalibus diximus: quanquam non ita facilè reperiuntur: quia maxima ex parte ignotæ nobis in hac vita ſunt rerum Naturæ & Eſſentiæ.

Diuiſio Generis in Species princeps omnium.

Rerum eſſentia ferè ignorantur.

Diuiſiones Analogorum.

A D Diuiſiones Generis in Species, & Specierum in Indiuidua reuocantur Diuiſiones quorundam Analogorum, vt cum dicimus, Principiorum aliud eſt principiũ viæ, aliud principium motus, aliud principium temporis, &c. Item Accidentium alia ſunt Quantitates, alia Qualitates, alia Relationes, alia Extrinſecus adiacent. Nam etſi huiuſmodi Analoga non Prædicantur vt Genera, aut Species de membris Diuidentibus, tamen proximè, ad Generis, aut Speciei Prædicationem accedunt. Loquor autem non de vocibus Analogis, harum ſi quidem Diuiſio in ſuas Significationes ad Diſtinctionem Vocis Multiplicis pertinet: ſed de Rebus ſignificatis. Nec verò de omnibus Analogis, id quod dixi, intelligendum eſſe volo: ſed de iis tantum, quorum Nomina pro omnibus Membris Diuidentibus accipi ſolent, cum ſimpliciter, atque Abſolutè ponuntur: cuiuſmodi ſunt quæ attulimus in exempla.

Si enim

Si enim dicas, Principiũ eſt, ex quo aliquid pendet, pro omnibus Principiis accipietur nomen Principij, & ſic nomen Accidentis, quod in nouem Accidẽtium ſuprema Genera diuiditur, aliorumq; multorum, Analogorum vt Motus, Cauſſæ, & ſimilium cum eorum ſignificata definiuntur. Quod ſi Analogum fuerit huiuſmodi, vt eius Nomen abſolutè, & ſine adiectione poſitum non pro omnibus Membris Diuidentibus accipiatur: ſed pro præcipuis duntaxat rebus ſignificatis, vt, Homo Analogicè cõmunis ad veros & depictos: cum enim hoc nomen, Homo, ſine adiectione in Enuntiatione ponitur, ſemper accipitur pro ſolis veris Hominibus, vt, cum dicimus, Homo eſt animal, Homo eſt ens: Diuidi ſanè nõ poterit in Membra Analogica: Si enim dicas, exempli cauſſa, Hominum alius verus, alius depictus eſt, non feceris veram Diuiſionem: quia nomen Diuiſi, pro ſolis veris Hominibus accipitur. Id quod facile eſt cernere in cæteris huiuſmodi.

Colligetur numerus quinque ſupradictarum Diuiſionum per ſe, totidemq; adduntur Diuiſiones per Accidens. CAP. VII.

HÆc quinque Diuiſionum Genera, hac ratione colligi poſſunt: Totum quod Diuiditur, aut eſt Vox Multiplex, habens nimirũ multas Significationes: Senſúſve, aut Res continens multas Partes. Si Vox habens multas Significationes, aut Senſus, primo Diuiſionis genere Diuiditur. Si verò eſt Res Multas continens Partes, aut comparatur cum Partibus ſe Integrantibus, aut cum Partibus ſuam Eſſentiam conſtituentibus, aut cum Partibus ſibi ſubiectis. Si cum Integrantibus, Diuiditur ſecunda Diuiſionis forma: Si cum iis, quæ ſuam Eſſentiam verè, ac re ipſa componunt, Diuiditur tertia: Si verò cum iis, quæ ſola Ratione, quarta: Si denique cum Partibus Subiectis, quinta. Cùm igitur alius Diuidendi modus eſſe non videatur (nam ſi quis alius occurrerit, facilè ad hos reuocabitur) efficitur vt quinque tantum ſint Diuidendi Genera. Verùm enimuerò, hæ omnes Diuiſiones, vt eas hactenus explicauimus, ſunt Diuiſiones per ſe. Diximus enim, Diuiſionem eſſe Orationem, qua Totum Diuideretur in ſuas Partes, hoc eſt, in eas, quæ Ratione ſui, ſeu per ſe (quod idem eſt) ſunt Partes Totius. Huiuſmodi enim ſimpliciter, & abſolutè dicuntur Rei Partes. Atque hæ quidem aut Totius Aequiuocationem, ambiguitatémve verè efficiunt, aut ipſum verè Integrant, aut eius Eſſentiam Re, aut Ratione conſtituunt, aut illi ſubiiciuntur, vt dictum eſt.

Explicatur definitio Diuiſionis.

Hactenus sũt explicatæ Diuiſiones per ſe.

CÆTERVM cùm ſæpe Totum in alia quædam quaſi in ſuas Partes Diuidatur, vt nunc patebit, quot ſunt Diuiſiones per ſe, tot fieri poſſunt Diuiſiones per Accidens. Diſtinctio quidem Vocis Multiplicis, hoc modo: Huius vocis, Acutum, alia Significatio eſt, qua ſignificat id quod ſtimulat tactum, alia qua id quod pungit aures, alia qua id quod ferit guſtatum, & cætera: Partitio autem hoc modo, Huius annuli (ex auro ſcilicet & ſmaragdo confecti) altera pars eſt fulua, altera viridis. Diuiſio Totius Eſſentialis Phyſica hoc modo: Hominis

Diuiſiones per Accidens. Diſtinctio per Accidens. Partitio per Accidens.

Digitized by Google

Diuiſio Phyſica per Accidēs. Metaphyſica.

altera pars eſt quæ mouet, altera quæ mouetur. Metaphyſica verò, ſiue Rationis, hoc modo: Hominis Altera pars eſt brutis animantibus cōmunis, altera illi propria & peculiaris. In his quatuor Generibus cernis Membra Diuidentia non eſſe per ſe Partes Diuiſi, ſed earū Accidentia.

Diuiſio Totius Vniuerſalis.

IAM Diuiſi Totius Vniuerſalis tribus modis per Accidens fieri cernitur. Aut enim Subiectum Diuiditur in Accidentia: aut Accidens, in Subiecta: aut Accidens in Accidentia. In qua diſtributione Iuniores omnes Boëtium (quem ex Antiquis ferè vnum habemus, qui de Diuiſione ex inſtituto loquatur) velut ducem ſequuntur. Diuiſio Subiecti in accidentia tunc eſt, cùm Membra Diuidentia accidūt Partibus ſubiectis Diuiſi, vt ſi dicas: Animalium aliud loqui poteſt, aliud loquì non poteſt: Item, aliud eſt rectum, aliud pronum: Item, aliud eſt aptum, aliud ad hinnitum, aliud ad latratum, aliud ad boatum, &c. Hæc namq́ue omnia Membra Diuidentia accidunt partibus ſubiectis animalis, vt potè animalibus diuerſis. Diuiſio Accidentis in Subiecta eſt, cùm Membris Diuidentibus accidunt Partes ſubiectæ Diuiſi, vt ſi dicas: Eorum quæ mouentur, quædam ſunt cœli; quædam elementa; quædam miſta: Item, Bonorum, quædam ſunt in animo; quædam in corpore; quædam in rebus externis: item, Colorum alius eſt in Cygno; alius in coruo; alij in aliis rebus. Hic è contrario cernas licet Membris Diuidentibus accidere partes ſubiectas Diuiſi. Nam quoddam Moueri accidit cœlis, aliud Elementis, Aliud Miſtis. Reliqua exempla ſunt perſpicua. Diuiſio Accidentis in Accidentia tunc eſt, cùm Membra Diuidentia accidunt partibus ſubiectis eius rei, cui accidit Diuiſum: vt ſi dicas, Alborum quædam dura ſunt, quædam mollia, alia liquentia. Hic denique cernis Membra Diuidentia accidere diuerſis corporibus vt Marmori, Adipi & Lacti, quæ ſunt Partes ſubiectæ Corporis miſti, cui accidit vt album.

Diuiſio Subiecti in Accidentia.

Diuiſio Accidētis in Subiecta.

Diuiſio Accidentis in Accidentia.

Obiectio.

SED obiiciat aliquis, Ergo hæc diuiſio: Coloratorum aliud eſt Album, aliud Nigrum, aliud medio colore infectum, eſt Diuiſio per Accidens (quandoquidem Membra Diuidentia accidunt Partibus ſubiectis corporis miſti, cui accidit Coloratum, quod Diuiditur) cùm tamen ſit Diuiſio per ſe, Generis videlicet in Species. Occurres tamen in his tribus Diuiſionibus, quemadmodum in ſuperioribus quatuor Generibus Diuiſionum per Accidens, ſemper ponendum eſſe, quòd Membra Diuidentia non ſint per ſe partes Diuiſionis. In hoc enim, vt ex dictis perſpicuum eſt, Poſita eſt ratio Diuiſionis per Accidens, quæ in his omnibus Diuiſionum formis includitur. At Album, Nigrum, & medio aliquo colore infectum, non ſunt partes per Accidens Colorati, ſed per ſe illi ſubiecta, nimirum vt Species Generi. Quare non ſequitur ex dictis, hanc & alias huiuſmodi Diuiſiones eſſe Diuiſiones per Accidens.

De Diuiſione Generis in Differentias & Differentia in Differentias.

CAP. VIII.

SED Quæſtio eſt, ad quodnam Genus Diuiſionis pertineant Diuiſio Generis in Differentias, & Communioris Differentiæ in minus

minus Communes, vt cùm dicimus, Animalium aliud eſt Rationale, aliud Irrationale: Animatorum aliud ſenſus particeps, aliud ſenſus expers. Et quidem quod attinet ad Diuiſionem Generis in Differentias, negat [a] Boëtius talem Diuiſionem; Neque enim putat Genus in differentias vnquam Diuidi, niſi cùm Speciebus nomina non ſunt impoſita, tunc ſiquidem cogimur, vt ait, nominibus Differentiarum, Species ſignificare. Fauet Boëtio [b] Porphyrius, qui cùm differit de officio & natura Differentiarum, ſemper ita loquitur, vt dicat Genera diuidi per differentias in Species, numquam verò ita, vt fateatur Diuidi in differentias: fauet & ſimilitudo tum Naturæ, tum artis: Res ſiquidem Naturalis non dicitur Diuidi in formas ſed per formas in varia Compoſita Naturalia: Cera item non diuiditur in figuram Sphæræ & Teſſeræ, ſed per has figuras diuiditur in Sphæram & Teſſeram, Sed & Ratio id videtur comprobare. Nam Differentiæ nullo modo videntur Partes Generis, niſi ratione Specierum, quæ ſunt Partes Generi ſubiectæ, quo fit vt in eas non videatur Diuidi per ſe Genus, ſed per Accidens, vt in ea ſcilicet quæ accidunt, hoc eſt, conueniunt Partibus per ſe ſubiectis. Sic enim Accidendi verbum accipi poteſt in explicatione diuiſionis per Accidens, vt ſæpè accipitur apud [c] Ariſtotelem. Quamquam hoc non eſt negandum, Diuidi per ſe Genus per differentias; Differentiæ ſiquidem contrahunt per ſe Genus, quod Proprietatès & Accidentia contrahunt per Accidens.

Nam Genus diuidatur in Differentias.

[a] In lib. iam citato.

[b] Porphy. de Differentia.

Genus diuiditur per ſe per Differentias.

[c] Vt 7. Top. 13. & 1. Elench. 4.

QVOD ſi hæc ſententia non placet, dicito hanc diuiſionem reuocari ad Diuiſionem per ſe Totius Vniuerſalis in Partes ſubiectas, quia Differentiæ, etſi non ſubiiciuntur per ſe alicui Vniuerſali, Neque enim vllum in ſuis eſſentiis includunt, tamen conſtituũt per ſe Species, quæ per ſe ſubiiciuntur Generi: quòd vtique Proprietates & accidentia facere non poſſunt. Modo eodem vendicare poteris Diuiſionem Communioris Differentiæ in minus Communes, à Diuiſione per Accidẽs, Accidentis in Accidentia. Nam etſi minus Communes Differentiæ, non ſunt per ſe ſubiectæ magis Cõmunibus, tamen per ſe conſtituunt Species, quæ Communioribus per ſe ſubiiciuntur.

Diluitur obiectio.

Nulla Differẽtia includit in ſua eſſentia aliquod Vniuerſale vnitiuum. Diuiſio cõmunioris differentiæ in minus cõmunes.

SI quis tamen magis placuerit, vt dicat hanc Diuiſionem eſſe per Accidens, alius verò aſſerat [d] Ariſtotelem ſeptimo libro Metaphyſicorum apertè dicentem Differentias communiores diuidi per ſe in Differentias minus Communes; Occurrit ille, id intelligendum eſſe de Accidentibus, quibus vtimur penuria verarum Differentiarum. Talia enim ſunt verè Genera quædam Accidentium, vt eſſe Pedatum, quod in exemplum affert Ariſtoteles. Id quod apertius intelliges, ſi perpendas id quod ille ait; Differentiam [e] Communiorem ita includi in Inferiori, vt ſi minus Communis addatur Communiori, committatur Nugatio, vt ſi dicas, pedes habens Bipes. Hoc enim de veris Differentiis intelligi non poteſt. Dicimus enim Hominem eſſe corpus Animatum, ſenſitiuum, rationale, ſine repetitione nugatoria. Id quod accidit propterea, quod minus Communes Differentiæ non includunt eſſentialiter Communiores. Id autem quod diximus Diuiſione Generis in differentias vniuerſales, accommodandum eſt eadẽ ratione

[d] Ca. 12. tex. 43.

Minus cõmunes Differẽtiæ non includunt eſſentialiter communiores.

ad

Diuiſio differẽtia vniuerſalis in indiuiduantes.

ad Diuiſionem Speciei infimæ in Differentias Indiuiduantes: Id etiam quod docuimus de Diuiſione Communioris Differentiæ in minus Communes, ad aptandum eſt ad diuiſionem differentiæ vniuerſalis in Indiuiduantes.

Vtilitas Diuiſionis generis per differentias.

QVAM verò vtilis ſit diuiſio Generis, ſiue per differentias, ſiue in Differentias: dici non poteſt, cùm hæc vna ſit recta via ad Diuiſionem Generis in Species, & ad Definitiones Eſſentiales. Sed quia rara admodum eſt apud nos, ſæpiſſimè confugimus ad Diuiſiones per Accidens, quibus Genera in Accidentia Diuiduntur, vt cùm dicimus: Animalium aliud rectum eſt, aliud pronum: Item aliud manſuetum natura, aliud ferum: Rurſum, Aliud ingredi, aliud repere, aliud natare, aliud volare. Hæc de diuerſis Diuiſionum Generibus, nunc qua Verborum formula Diuiſiones ſint conficiendæ breuiter dicamus.

Qua Verborum Formula Diuiſiones ſint conficiendæ.

CAP. IX.

Quatuor priores Diuiſiones.

DIVISIONES quatuor priorum generum, hoc modo ſunt conficiendæ. Initio Diuiſionis ponendum eſt Nomen Diuiſi in gignendi Caſu ſingularis numeri, deinde ante Nomen cuiuſque membri Diuidentis inſerenda ſunt hæc verba, *altera pars*, vel *alia pars*, aut ſimilia: vt cùm dicimus, Huius vocis Gallus, alia ſignificatio eſt, qua hominem Gallum ſignificat, alia, qua gallum auem: Temporis altera pars eſt tranſacta, altera futura: Reipublicæ vna pars ordine ſacrorum Miniſtrorum continetur, altera Nobilium, tertia Plebis: Hominis hæc pars eſt animus illa corpus. Speciei altera pars conſtituens eſt Genus, altera Differentia. Diuiſiones autem quinti generis, quæ ſunt totius Vniuerſalis in partes ſubiectas, poſſunt quidem eodem modo confici, nominata natura partium, vt ſi dicas. Animalis altera pars ſubiecta eſt homo, altera beſtia. Verum ſeruata conſuetudine Diuidendi Philoſophorũ, hoc modo conficiendæ ſunt: Initio Diuiſionis ponendum eſt Diuiſum in gignendi Caſu Numeri pluralis, deinde addẽda ſunt Membra Diuidentia ſine Nomine Pars: vt cum dicimus, Subſtantiarũ alia eſt corporata, alia corporis expers: Corporum aliud ſimplex eſt, aliud miſtum; Animalium quædam in terra degunt, alia in aquis, alia quaſi vitæ ancicipitis vtroque in loco viuunt. Cauſſa huius diſcriminis in Diuidendo hæc eſt, quia Totum in ſuperioribus quatuor diuidendi Formis, cùm ſit compoſitum ex ſuis Partibus, poteſt eſſe vnum tantum Indiuiduum, vt hæc vox, hoc tempus, hæc Reſpubl. hic Homo: Totum autem in extremo Diuiſionis genere, cum non componatur ex ſuis Partibus, ſed eas ſibi ſubiectas habeat neceſſariò eſt Vniuerſale, vt ſubſtantia communis, Corpus commune, Animal commune: Alioqui non habebit partes ſubiectas. Hæc eſt igitur cauſſa, cur in prioribus quatuor Generibus, Nomen Diuiſi debeat eſſe Singularis Numeri, in extremo autem Pluralis. Quamquam verò hæc interdum non ſeruentur, ſunt tamen naturis Diuiſionum accommodatiſſima. Reliquum eſt, vt Præcepta bene Diuidendi tradamus.

Quinta Diuiſio.
Hoc modo fit diuiſio in actu ſignato, vt aiunt.
Sic fit Diuiſio in actu exercito, vt dici ſolet.

Cauſſa diſcriminis.

Primum

Digitized by Google

Primum Præceptum bene diuidendi. CAP. X.

QVATVOR potiſſimum Præcepta in Diuidendo obſeruanda ſunt. Primum eſt, vt *ſingula Membra Diuidentia minus contineant, quam Diuiſum, omnia vero ſimul ſumpta, Diuiſo adæquentur*. Hinc fit, vt non ſit bona hæc Diuiſio Animalium alia ſunt ſenſu prædita, alia ratione, quia Senſu præditum æquè latè patet, atque Animal, niſi intelligatur cum particula Solo. Sic enim bona erit diuiſio. Namque Animalia, aut ſolo ſenſu prædita ſunt, aut rationem & mentem participant. Hinc etiam fit, vt hæ non ſint bonæ Diuiſiones, Animalium aliud eſt bipes, aliud quadrupes, aliud plures habens pedes: Item, Aliud eſt beſtia, aliud Homo, aliud Angelus: prior, quia Diuiſum latius patet, quam Membra Diuidentia ſimul accepta: poſterior, quia membra Diuidentia ſimul ſumpta latius patent, quàm Diuiſum. *2. Poſt. 5.*

SED eſt quod obiiciat aliquis contra hoc Præceptum.

HVIVS enim bonæ diuiſionis, Hominis altera pars ratione, conſiderationéque componens, eſt Animal, altera rationale, Animal, quod eſt membrorum Diuidens, nõ modo non minus continet, quã Homo, ſed etiam latius patet, cùm de pluribus quam Homo prædicetur. Item huius bonæ diuiſionis, Alborum quædam dura ſunt, quædam mollia, alia liquentia, Membra omnia ſimul accepta latius patent, quàm Album: dicuntur ſiquidem de rebus etiam atris, vt de Ebeno, de Pice, & Atramẽto. Priorem tamen facilè dilues ſi dicas Animal, quod ad Prædicationem attinet, latius patere, quàm Hominem, verùm quod attinet ad eſſentiam, Hominem plus aliquid continere: complectitur enim in eſſentia ſua Rationale, quod non complectitur Animal. Poſteriori autem obiectioni ſic occurres, In omnibus Diuiſionibus, ſiue per ſe, ſiue per Accidens Totius Vniuerſalis in partes ſubiectas, ſemper Diuiſum in ſingulis membris Diuidentibus ſubaudiendum eſſe: Durum autem, Molle, & Liquens, etſi latius patent, quàm Album ſi nihil aliud addideris, tamẽ ſi in vnoquoque ſubaudias Album, jam Albo adæquabuntur. Nam æquè latè patet Album per ſeſe, atque totum hoc, Album durum, album molle, & album liquens. Ad poſteriorem partem huius Præcepti pertinet illud, quod aiunt Dialectici. Cuiuſq; bonæ Diuiſionis membra omnia vel copulatim, vel diſiunctim ſimul accepta, reciprocari cum diuiſo, vt ſcilicet de quo dicitur diuiſum dicatur copulatum aut diſiunctũ ex membris diuidentibus, & vice verſa. In prioribus ergo quatuor generibus diuiſionũ copulatũ ex membris diuidẽtibus cum diuiſo reciprocatur, in 5. autẽ diſiunctũ: Exẽpli cauſſa, ſi hominis altera pars eſt animus, altera corpus; homo autẽ de Socrate dicitur, totum etiã hoc copulatũ, animus, & corpus dicetur de Socrate: & contra ſi copulatũ ex corpore & animo etiã homo. Quãquam Socrates non propriè dicitur animus, & corpus, ſed concretũ quid ex animo & corpore. Si vero Animaliũ aliud eſt homo, aliud beſtia, Animal autẽ dicitur de Socrate, totum etiã hoc Diſiunctũ, Homo vel beſtia, dicetur de Socrate, & vice verſa, ſi Diſiunctũ ex Homine & beſtia, etiam Animal.

Obiectio. *Altera obiectio.* *Solut. prioris obiectionis.* *Solutio poſterioris.* *Omnia membra diuidẽtia copulatim aut diſiũctim accepta reciprocantur cũ Diuiſo.*

d by Google

Secundum Præceptum bene Diuidendi. CAP. XI.

2. Poſt. 5. & 12. & Boët. de diuiſione.

SECVNDVM Præceptum eſt, *vt quantum fieri poſſit. Diuiſio fiat in proxima Membra Diuidentia.* Quod non faciunt, qui Corpus Animatum Diuidunt in Hominem, Beſtiam, Arborem, Fruticem, & Herbam, tranſiliendo duo immediata genera, Animal, & Plantam: Sunt enim illæ remotæ, ac diſtantes Partes ſubiectæ Corporis animati. Prius ergo diuidendum eſt Animatum Corpus in Animal, & Plantam, quæ immediatè ſubiiciuntur Animali, deinde verò diſtribuendum Animal in hominem & Beſtiã atque Planta in Arborem, Fruticem, & herbam. Sæpe tamen Diuidimus totum in partes remotas, quia ignotæ nobis ſunt proximæ, ac immediatæ.

Cur totũ ſæpe diuidamus in partes remotas.

Tertium bona Diuiſionis Præceptum. CAP. XII.

Ex 6. Top. 3. & 1. de part. Animaliũ 3. Boët. loco citato.

TERTIVM Præceptum eſt, *vt in Diuidendo non vna tantum Pars totius nominetur, & altera vel reliquæ, ſi plures fuerint quã duæ, Negatione illius ſignificentur: nec tam multa nominentur, vt longior æquo fiat oratio.* Nam ſi vnam duntaxat Partem nominaueris, & Alteram vel reliquas Negatione illius ſignificaueris, vt ſi dicas, magnitudinum alia eſt linea, alia non linea: non videberis propriè explicare in partes id quod Diuiditur, quia Negatio alterius partis non ſolum non eſt Differentia, vt ait Ariſtoteles, ſed nullo etiam alio modo propriè Pars, ſiue componens Totum, ſiue ſubiecta toti. Si autem multa admodum membra volueris enumerare, vt ſi dicas, Animalium aliud eſt Homo, aliud Elephas, aliud Simia, aliud Canis latrãs, aliud hoc, aliud illud, ſingulas nimirum Species infimas percurrendo, orationem feceris, quam nec tu abſoluere, nec alius complecti animo poſſit Cauenda igitur ſunt hæc duo vitia in Diuidendo, quia Diuiſio inuenta eſt cauſſa explicandi rem in partes, ac dilucidandi, non tenebras offundendi.

Loco citato.

Diuiſio inuẽta eſt cauſſa dilucidãdi, nõ tenebras effundendi.

Prima cauſſa cur interdum negatione diuidamus.

TRIBVS tamen de cauſſis cogimur interdũ Diuidere rem in partem vnam, & in Negationem eiuſmodi partes. Prima eſt, vt faciamus Diuiſionem neceſſariã, & quam nemo negare poſſit. [a] De quacunque enim re, vera eſt Affirmatio, aut negatio. Altera eſt, quia ſæpenumero reliqua Pars, aut Partes ex oppoſito illi reſpondentes carent Nominibus Poſitiuis: quo fit vt ad negatiua ſit confugiendum: [b] vt cum diuidimus Subſtantiã in Corpoream & Incorpoream. Et animal in Rationale & Irrationale, quia ignoramus veras Differentias, quæ Angelum, & brutum animal conſtituunt, ſi forte brutum animal eſt vna quædam Species Animalis. Tertia, ſi partes in quas Diuiſio immediatè facienda eſt, fuerint plures, quam perſpicuitas diuiſionis ferre poſſit. Tunc enim omnes præter vnam ſignificandæ ſunt Nomine Negatiuo, vt ſi dicas Beſtiarum quædam ſunt pennatæ, aliæ implumes: niſi velis quaſdam partes nominare, reliquas vero omnes, paucis verbis complecti, vt ſi dicas, Figurarum rectilinearum, quædam eſt trium laterum, quædam quatuor, aliæ vero plurium. Colorũ quidam eſt candor quidã nigror,

a 1. Poſter. 8.

Altera.

b Boëtius.

Tertia.

cæteri

cæteri verò ſunt medij inter hos: Animalium aliud eſt homo, aliud elephas, aliud ſimia, aliud canis latrans, alia ſunt ab homine remotiora.

QVOD ſi quis contra hæc obiiciat, has Diuiſiones eſſe bonas, & nulla ratione reprehendendas, infinitorum aliud eſt Infinitum diuiſione, aliud Infinitum additione, aliud Infinitum Eſſentia: Cæcorum quidam ſunt cæci mente, alij ſunt cæci oculis: & tamen membra omnia Diuidétia eſſe negatiua, Occurres, cum Diuiſum eſt negatiuum. Membra etiam Diuidentia, in quæ, vt in partes per ſe ſubiectas Diuiditur, Negatiua eſſe oportere, non ita tamen, vt alterum ſit Negatiuum alterius, niſi neceſſitas compulerit, hoc ſiquidem eſt, quod cauendum eſſe diximus. Harum autem Diuiſionum membra Negatiua quidem ſunt, verùm non ita, vt alterum neget alterum: ſed vt quoduis neget in parte, quod ſuum Diuiſum negat in totum. *Obiectio.* *Solutio.*

Quartum Præceptum bene Diuidendi. CAP. XIII.

QVARTVM Præceptum eſt, *vt Membra Diuidentia ſi non Re, certè Ratione ſint Oppoſita*, id eſt, inter ſe ſic affecta, vt nullum in alio includatur. Sic enim hoc loco pro omnibus generibus Diuiſionum nomen Oppoſitorum interpretor. Huius Præcepti prętermiſſione, vitioſæ ſunt hæ diuiſiones, Corporis humani alia pars eſt caput, alia thorax, aliæ manus, aliæ pedes, aliæ oculi. Viuentium aliud eſt planta, aliud animal, aliud homo. Nam oculi continentur in Capite, & homo in Animali. Vt autem hoc Præceptum peculiari ratione quinto generi Diuiſionis accommodetur, hoc ex probatiſſimis authorib. colliges, nomine Oppoſitorum intelligenda eſſe Repugnantia, hoc eſt, ea quæ de eadem re ſimul affirmari non poſſunt. Hac enim de cauſſa ait Ariſtoteles non rectè diuidi Animalia in Natantia, & Alba, nec rurſus in Vrbana & Syluestria quod eadem & Natantia & Alba eſſe poſſint, necnon & Vrbana, & Sylueſtria. Et Boëtius eadem ratione reprehendit Diuiſionem Animalium in Rationale, & duos pedes habentia, & Corporum in Alba & Dulcia: quod eadem Corpora reperiantur, quæ Alba ſint & Dulcia, eademq; Animalia, quæ & duos habeant pedes, & ſint rationalia. Nec immerito huiuſmodi Diuiſiones reiiciuntur, quoniam hoc pacto non rectè dices enumerãdo Membra Diuidentia; aliud eſt hoc, aliud eſt illud, quæ tamen diuidendi formula quinto generi diuiſionis propria eſt. At dicat fortaſſe aliquis, Ergo hæ diuiſiones à Philoſophis approbatæ vitio non carebũt, Bonorum quædam Vtilia ſunt, alia honeſta, alia Iucunda: Habentium Magnitudinem, quædam ſunt Longa, alia Lata, alia profunda, ſiquidem eadem actio eſſe poteſt & Vtilis, & honeſta & iucunda: omneq; Corpus eſt Longum, Latum, & Profundum, hoc eſt, habens longitudinem aliquam, latitudinẽ, & profunditatem. Huic Obiectioni ſic occurres membra diuidentia huiuſmodi diuiſionum eſſe repugnantia, ſi prior formula diuidẽdi ſeruetur, vt ſi dicas, Boni alia pars ſubiecta, eſt Vtile, alia honeſtum, alia Iucundum: Continui permanentis, ſeu habẽtis magnitudinem, alia pars ſubiecta, eſt longum alia latum, alia profundum: quandoquidem vna pars

Vt hoc præceptum omnibus Diuiſionibus accõmodetur.

Vt ex Ariſtot. 1. de par. animal. 3. & ex Boët. de Diuiſione.

Obiectio.

Solutio.

Sapè concreta pro abſtractis in diuidendo vſurpantur.

ſubiecta non eſt alia. Quod ſi poſterior diuidēdi formula (qua maximè Philoſophi vtuntur) eruenda eſt, dices primum multas diuiſiones fieri Nominibus Concretis, quæ tamen intelligendæ ſunt quaſi factæ Nominibus abſtractis, cuiuſmodi eſt illa apud * Ariſtotelem. Quantum partim Continuum eſt, partim diſcretum, Diſcretum, inquit, eſt vt Numerus & Oratio: Continuum autem, vt Linea, Superficies, Tempus & Locus. Nam cum hæc non ſint quanta: ſed Quantitates, neceſſariò Quantum in hac diuiſione pro Quantitate accipiendum eſt. Atq; hoc quidem pacto nihil eſt Difficultatis in propoſitis Diuiſionibus. Si quidem membra Diuidentia Abſtractis Nominibus accepta, verè pugnant inter ſe. Nulla enim res dicitur ſimul Vtilitas & Honeſtas, aut Honeſtas & Iucunditas, aut Iucunditas & Vtilitas. Nec verò vnquam verè dixeris, rem eandem eſſe Longitudinem & Latitudinem, aut Latitudinem & Profunditatem, aut Profunditatem & longitudinem.

* *Præd. 6.*

Sæpe repugnantia membrorum in ſenſu cernitur, non in verbis.

Inſc. quæſt. 4.

Deinde dices, repugnantiam Membrorum diuidentium ſæpenumero non in Verbis: ſed in ſenſu quo Diuiſio vſurpatur, ſitam eſſe, vt in illa Pythagoræ diuiſione. Eorum qui ad ludos Græciæ confluebant, quidam ſpe victoriæ, alij quæſtum faciendi cupiditate, alij viſendi ſtudio ducebantur. Hic quod ad verba attinet, nulla eſt Membrorum Diuidentium repugnantia. Fieri potuit, vt multi & lucri cupiditate, & ſpectandi ſimul ſtudio ducerentur, In ſenſu tamen cernitur repugnantia, ſi hoc modo diuiſionem interpreteris, Eorum, qui ad Græciæ ludos vna præcipuè de cauſa confluebant, quidam ſpe victoriæ, & cætera. Hac igitur ratione dices probari poſſe, Diuiſiones illas Nominibus Concretis vſurpatas, vt ſenſus prioris ſit huiuſmodi. Eorum in quibus aliqua vna bonitatis, appetibilitatiſve, vt ita dicam, ratio potiſſimum elucet, quædam vtilia tantum, alia honeſta ſolùm, alia iucunda duntaxat nominantur. Poſterioris autem, huiuſmodi. Eorum, quæ aliqua vna dimenſione excellunt, quædam longa ſolum, vt haſta, alia lata, vt diſcus, alia profunda tantum, ſiue craſſa, vt globus, appellantur. Quamquam hic ſenſus vulgo magis, quàm apud Philoſophos poſteriori Diuiſioni tribuitur.

Has verò ſolutiones diligenter notabis, vt multas vſurpatas Diuiſiones à Calumnia vendicare poſſis. Sed hæc de Diuiſione videntur ſatis.

***

INSTI

Digitized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER QVINTVS.

Quid ſit Definitio. CAP. I.

Ex 2. Poſt. 10. & 1. Top. 4.

DEFINITIO EST, *Ratio, quæ Eſſentiam aliquam Naturámve declarat*: vt Animal rationale. Declarat enim naturam hominis. Vt autem Diuiſioni Diuiſum, ſic Definitioni reſpōdet Definitum, quod nihil eſt aliud, *quàm id cuius quidditas, Eſſentiáve explicatur.* Sed nos de Definito tum dicemus, cum Definitionem & Genera omnia in quæ diuiditur, methodúmve Definiēdi explicauerimus.

Definitio quid.

Quid Definitum.

Vnde dicta.

Definitio igitur, quæ finitio etiam apud [a] Latinos appellatur ab agrorum finibus accepit nomen. Nam vt agrorum fines agros definiunt & claudunt, alioſq; ab aliis ſecernunt, ſic Definitiones quibus rerū naturę declarantur. Eſſentias earū circumſcribunt, aliaſq; ab aliis diſtinguunt.

[a] Quintil. li. 7. cap. 4.

[b] 5. Top. 4. & 6. Top. 5. & 7. Metaphyſ. 15. Text. 54.

Cur definitio ſit Oratio.

Dicitur porrò Definitio Oratio, [b] quia vnum tantum nomen non poteſt eſſe Definitio. Definitio enim diſtinctè ſubiicit intellectui, quod nomen Definiti confuſè proponit. Vnde cum de omni eſſentia quæ Definitione explicatur, duo cōceptus formari poſſint, alter quo Eſſentia quæ declaratur, conuenit cum aliis, alter, quo ab eiſdē diſtinguitur, fit neceſſario, vt omnis Definitio duabus minimum vocibus cōſtare debeat, altera quæ gignat in mente conceptum Conuenientiæ, altera quæ Diſtinctionis, Differentiævè. Ita ergo fit, vt omnis Definitio ſit Oratio, quanquam explicatio Nominis per aliud clariùs, ad Definitionem auctore [c] Ariſtotele reuocatur, vt ſi quis dicat, Honeſtum eſt decens, Quod verò additur, Quæ eſſentiam aliquam, Naturámve declarat, id diuerſam reddit Definitionem à cæteris Orationibus: nulli ſiquidem, præterquam Definitioni, hoc munus demandatum eſt.

[c] 1. Top. 4.

Definitionis nomen ſæpius accipitur pro ſolo prædicato.

ILLVD tamen non videtur prætereundum hoc loco, nomen Definitionis duobus modis ab Ariſtotele accipi. Sæpius enim accipitur pro ea ſola Oratione, quæ de Definito conuerſim prædicatur (qualis eſt illa, Animal rationale, comparatione hominis, vt diximus) vt cum [d] ait, ipſam hominis rationem, Definitionémve niſi vel eſt vel erat, vel erit, aut aliquid tale addatur, non eſſe Enuntiationem, quia vnum eſt, & non multa animal greſſibile bipes. [e] Et iterum, in Definitione nihil de aliquo prædicari. [f] Et turſum, Definitionem talem eſſe debere, vt ipſa propoſita ſtatim, nullóque negotio cognoſci poſſit cuius rei ſit Definitio: ac proinde eſſe vitioſas, quibus vt intelligi

[d] 1. Peri. 4.

[e] Poſt. 3.

[f] 6. Top. 1.

ligi poſſit quarum rerum ſint Definitiones, opus eſt adiungere Nomina rerum quæ definiuntur: quemadmodum in obſoletis veterum picturis, niſi titulus aliquis aſcriptus eſſet, nemo poterat intelligere cuiuſnam rei, quæque pictura eſſet. His enim locis, [a] aliiſque quamplurimis planè accipit nomen Definitionis pro ea ſola ratione, quæ de Definito conuerſim prædicatur. Aliquando verò ſumitur pro tota Enuntiatione, in qua inſuper continetur Definitum (quale eſt totum hoc, Homo eſt animal rationale) vt cum ait, [b] Definitionem, aut eſſe principium Demonſtrationis, aut Concluſionem, aut totam Ratiocinationem ſola verborum collocatione à Demonſtratione differentem. Et rurſum, [c] Omnem Definitionem eſſe Vniuerſalem, & affirmatiuam. His namque verbis apertè comprehendit Definitum nomine Definitionis. Poſteriorem acceptionem amplectitur. [d] Quintilianus cum ait: *Finitionem eſſe rei propoſitæ propriam & dilucidam, & breuiter comprehenſam verbis Enunciationem*. Nos priorem, vt magis vſurpatam, libentius ſequimur.

Altera Acceptio.

[a] *Vt 7. Met. 12. text. 42. &c.*

[b] *1. Poſt. 7. & 2. Poſt. 10.*

[c] *2. Poſt. 3.*

[d] *Lib. 7. c. 4.*

De Definitione Nominis. CAP. II.

QVAMQVAM verò omnis Definitio modo aliquo dici poſſet Definitio Rei, quandoquidem omnis Eſſentia, quæ Definitione explicatur, alicuius rei Eſſentia eſt, tamen Philoſophi in Definitionem rei, & Nominis Definitionem diuidere conſueuerunt, Res ſignificatas à Nominibus ſignificantibus diſtinguentes. Definitio itaque Nominis, quàm [e] Ariſtoteles Nominis Interpretationem, vulgus Dialecticorum Definitionem quid Nominis appellat, [f] *eſt Oratio, qua quidditas Nominis naturáve declaratur*: vt totum hoc, Vox quæ Hominem ex inſtituto ſignificat. Hac enim Oratione explicatur natura huius nominis homo, quatenus quoddam eſt Nomen: Nomen non accipitur hoc loco preſſè, id eſt, vt à Verbo diſtinguitur, ſed pro quocumque Vocabulo, ſeu Categoremate. Quidditas verò, & Natura Nominis, *eſt ipſa eius Significatio*, quo fit, vt nihil aliud ſit, nominis quidditatem & naturam explicare, quàm eius ſignificationem patefacere. Id quod duobus fit modis: altero, definitione ſoli nomini, quod definitur congruenti, qualis eſt ea, quam in exemplum attulimus: altero, ipſa Definitione rei ſignificatæ. Sæpè enim qui ignorat ſignificationem Vocabuli, ea Verborum formula rogat, Quid illud ſignificet, vt quid ſit res ſignificata rogare videatur: cui planè ſatisfacit, qui rei ſignificatæ Definitionem reddit vt ſi quis percontetur, Quid ſit Geographia, intelligere cupiens ſignificationem nominis, alius verò reſpondeat, eſſe ſcientiam quæ de Magnitudinibus diſſerit, Definitione rei, explicata cenſebitur Significatio Vocabuli. Itaque quæ verè, ac ſimpliciter eſt Definitio Rei, poterit hoc modo alicui eſſe Definitio nominis. Hæc de Definitione Nominis, déque modis quibus ſignificatio Nominis explicatur dixiſſe ſit ſatis.

EST autem hoc genus Definitionis planè neceſſarium, non modò cùm aliquid Demonſtrandum eſt, vt Ariſtoteles quodam loco ait, ſed

Omnis definitio dici poſſet modo aliquo Rei.

[e] *2. Poſt. 7. & 10. & 7. Met. 4.*

[f] *2. Poſt. 10.*

Quidditas & natura nominis eſt ipſa eius ſignificatio.

Duob. modis explicatur nominis ſignificatio.

Definitio rei poteſt alicui eſſe definitio nominis.

Quã ſit neceſſaria Nominis interpretatio.

ſed omnino cuiuſque Diſputationis initio, vt [a] idem alibi fuſius, & cæteri Philoſophi docent.

[a] 1. Poſt. 1. & 4. Met. 7. & 8. Text. 28. & Cicer. 1. de offic. & 2. de fin. ex Pla. in Phadro.

AD hoc Genus reuocantur Orationes illæ, quæ declarant Originẽ Vocabuli, vt cum dicimus, Conſul eſt, qui Reipublicæ vtilitati conſulit: Sol eſt, qui inter Aſtra omnia ſolus lucet: Fides eſt, qua fit quod dicitur: Abſtemius eſt qui abſtinet à temeto, quas Græci vocant ἐτυμολογίας, hoc eſt, Veriloquia, quaſi explicationes Vocũ, quæ veram adhuc retinent ſignificationem earum, à quibus ſunt ortæ. Cicero nouato vocabulo Notationes appellat, quia Verba ſunt rerum notæ. Nam hoc idem, inquit, appellat [b] Ariſtoteles σύμβολον, quod Latinè eſt nota.

Cicero in To.

[b] 1. Peri. 1.

De Deſcriptione. CAP. III.

DEFINITIO Rei, quæ vocari ſolet Definitio Quid rei, *eſt Oratio, qua eſſentia rei, naturáve explicatur.* Quæ rurſus, vt Diuiſio Rei, in duo genera tribuitur, in Deſcriptionem, quam Ariſtoteles & proprium, & Orationem coniunctione vnam vocat, atque in Definitionem Eſſentialem, quam ille tum ſimpliciter ac abſolutè Definitionem, tum etiam terminum tum Orationem, quæ vnũ ſignificat, appellat. Deſcripto eodem auctore, *eſt Oratio, qua non ſignificat quod quid erat eſſe rei, ſoli autem ineſt & conuerſim de re prædicatur*, vt animal diſciplinæ capax comparatione hominis.

Duplex Definitio.

Vide Ariſt. 1. Per. 4. & 2. poſt. 10. & 1. Top 3. & 4. & toto 5. c. 6. To. & 7. Met. 4 & 5. & 8. Metaph.

Deſcriptio quid.

QVAMQVAM enim hæc Oratio Conuerſim de homine dicatur id eſt, neceſſario cum homine reciprocetur, tamen non ſignificat Cõuerſim hominis eſſentiam.

NAM Diſciplinæ capax eſſe, non pertinet ad hominis eſſentiam: Animal autem, etſi pertinet, tamen non reciprocatur cum homine. Docet autem Ariſtoteles, in omni Deſcriptione primum ponendum eſſe Genus, deinde addendam eſſe vnam proprietatem, vt in adducto exemplo. Nec enim, vt ait addendæ ſunt plures, niſi is qui definit ſignificet ſe multas deſcriptiones conglobatas tradere, vt ſi dicat, homo eſt animal diſciplinæ capax ad ridendum & ad flendum natum, aſſerens ſe non vnam tantum Deſcriptionem afferre.

In deſcriptione primo ponendũ eſt genus, deinde vna ſola proprietas.

REVOCANTVR ad Deſcriptionem, ſeu proprium complexum, Definitiones illæ, quo loco proprietatis conſtant collectione aliqua communium accidentium, quæ Orationem recurrentem facit cum definito, qualis hæc eſt, homo eſt animal bipes implume. Quamquam enim horum neutrum ſit homini proprium, tamen ambo iuncta, cum homine recurrunt.

Deſcriptiones ex collectione communium accidentium.

REVOCANTVR etiam ad Deſcriptionem, Definitiones illæ, quibus genera definiuntur per differentias quibus diuiduntur: vt ſi dicas, Animal eſt corpus animatum rationale, aut irrationale. Nam Differentiæ diuidentes Genus non pertinent ad eius eſſentiam.

Deſcriptiones generũ ex differẽtijs quibus diuiduntur.

REVOCANTVR etiam quamquam minùs proprie, Orationes illæ, quibus Oratores, aut Poëtæ longo ſermone rem aliquam communem deſcribunt, ac depingunt. [a] Cicero gloriam quaſi deſcribens ait, Gloriam eſſe, quæ breuitatem vitę poſteritatis memoria conſolatur, quæ efficit vt abſentes adſint, mortui viuant cuius denique

Deſcriptiones oratoriæ ac poeticæ rerum communium.

[a] *Cicero pro Milone.*

gradibus

by Google

gradibus etiam homines in Cœlum videantur aſcendere. Huius generis eſt deſcriptio, qua [a] Virgilius famam depingit.

[a] 4. Æneid.

Fama, inquit, malum, quo non aliud velocius vllum:
Mobilitate viget, viréſque acquirit eundo,

Et quæ ſequuntur. Dixi has Orationes minus propriè reuocari ad Deſcriptiones, quia ſæpè non reciprocantur cum re quæ Deſcribitur ſæpè etiam conſtant Verbis tranſlatitiis, à quibus [b] Ariſtoteles quia obſcuriora ſunt cauendum eſſe in Definiendo admonet. Explicationes etiam rerum ſingularium, ſiue breues, vt apud Philoſophos & in communi ſermone: ſiue longiores, vt apud Oratores aut Poëtas, quibus in deſcribendis Perſonis, Regionibus, Vrbibus, Fluminibus, Montibus, & Lucis vtuntur ad hoc genus reuocari ſolent. Extremum locum obtinent adumbratæ quædam & Metaphoricæ explicationes, ſi quando rem facilè antè oculos proponunt, qualis eſt illa apud Ouidium.

[b] 2. Poſt. 15. & 6. Top. 2.

Deſcriptiones rerum ſingularium.

Explicationes metaphoricæ.

Ouid.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?

Et illa apud Horatium.

Horat.

Ira furor breuis eſt.

Nam & hæ Orationes, Deſcriptiones appellantur.

Cur Deſcriptio dicta ſit.
Cur Deſcriptio dicatur proprium.
Cur Oratio coniunctione vna.

DICITVR autem hoc genus definitionis, deſcriptio, quia rei naturam non omnino exprimit, ſed primis quaſi lineamentis adumbrat. Dicitur proprium, quia hoc tantum commune habet, cum vera Definitione, quod conuertatur cum re. Dicitur etiam Oratio coniunctione Vna, quia non ſignificat vnam duntaxat Naturam, vt ea quæ ſimpliciter Definitio appellatur, ſed multas Coniunctas in eadem re, ex dictis patet.

De Definitione Cauſſali. CAP. IIII.

INTER Deſcriptiones numeratur Cauſſalis Definitio, quæ hoc modo Definiri ſolet, Definitio Cauſſalis, *eſt Oratio explicans quidditatem rei ex genere & cauſſa aliqua cauſiſue externis.* Cauſſæ externæ ſunt Efficiēs & Finis adde ſi placet exemplar. Efficiēs quid ſit ſatis apertum eſt. Finis eſt id, *gratia cuius aliquid fit*, quo pacto Beatitudo cœleſtis eſt finis rationalis creaturæ. Exēplar ex forma externa, cuius imitatione res fit, qualis eſt imago quā pictor in tabula referre, atque exprimere enititur. Ex Cauſſa Efficiente ſic ferè definitur Vox apud Ariſt. [c] Vox eſt Sonus quidam editus ab animali, ictu aëris reſpiratione attracti, cum ipſum ad fauces allidit. Ex Fine hoc modo definitur, [d] Anima eſt forma, qua primò viuimus, ſentimus, & intelligimus. Ex. Cauſſa Exemplari ſic poteſt homo definiri, Homo eſt animal factum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Interdum autem plura, aut etiam omnia genera Cauſſarum externarum in eadem Definitione iunguntur, vt ſi dicas, Homo eſt animal à Deo ad ſimilitudinem diuinæ mentis factum, vt æterna fœlicitate perfruatur. Faciliúſque eſt ex omnibus ſimul Cauſis, quam ex vna tantum, rem Definire, quia raro vna duntaxat, ſi nihil aliud addatur, contrahit Genus ad Speciem Definiri.

Cauſſæ externæ Finis.

Exemplar.

[c] 2. de Ani. 8.

[d] 2. de ani. 2.

Facilius eſt ex omnibus ſimul Cauſis externis, quam ex vna tantum rem definire.

QVOD

Digitized by Google

Obiectio.

QVOD ſi quis obiiciat, has definitiones non videri deſcriptiones quandoquidem non dicuntur patefacere rei naturã ex Proprietatibus, aut Accidentibus, ſed ex Cauſſis: Occurrendũ eſt, hoc ipſum quod eſt effici ab aliqua Cauſſa, aut ob aliquã Cauſſam, aut Imitatione alicuius, eſſe Proprium aut Accidens rei, cùm ad Eſſentiam eius non pertineat.

Solutio.

Quædã eſſentiales. Definitiones poſſe Cauſſales appellari.

NONNVLLÆ ſunt definitiones Eſſentiales, quæ Cauſſales etiam dici poſſunt, quæ nimirum ex Cauſſis internis rem declarant, vtpote ex Materia & Forma rei, aut ex vtraque Generi adiuncta, de quibus ſtatim dicemus, ſed quæ Cauſſis Externis extruuntur ferè ſunt, quæ Cauſſales dicantur. Nam illas magis placuit Eſſentiales appellare.

De Definitione Eſſentiali. CAP. V.

1. Top. 4.

DEFINITIO Eſſentialis, vt Ariſtoteles, definit, *eſt Oratio quod quid erat eſſe ſignificant.* Hoc eſt oratio, quæ conuerſim ſignificat Quidditatem Eſſentiámve rei, quæ definitur. Rariſſimum eſt hoc genus Definitionis, ſaltem in Subſtantiis. Sed afferri ſolet exemplum Animal rationale. Cum autem omnis Eſſentia, quæ definiri poteſt, conſtet ex Materia, & Forma, aut ſaltem ex Genere, & Differentia, illæ enim cõponunt Eſſentiam re ipſa, & Phyſicè, hac ratione tantùm, conſideratione'que vt ſupra diximus, efficitur, vt ea ratio dicatur Significare quod quid erat eſſe rei quę cõſtat Nominibus propriæ materiæ, ac formæ rei, quæ Definitur, aut generis & Differentiæ. Exempli cauſſa hæ orationes Animal conſtãs ex corpore tali, & animo rationis participe, & Animal rationis particeps, ſunt Definitiones Eſſentiales Hominis: Prior, quia conſtat Nominibus ſignificantib. propriam Materiam & Formam Hominis; poſterior, quia conſtat Nominibus proximi Generis, proximæ'que Differẽtiæ eiuſdem. Ita fit, vt duplex ſit Definitio Eſſentialis, altera ex propria Materia & Forma Generi adiunctis, altera ex proximo Genere, & proxima Differentia. Poteſt tamen loco proximi generis poni Genus remotum cum omnibus Differentiis interiectis, vt ſi dicas, homo eſt ſubſtantia corporata, quæ interire poteſt, viuens ſentiens, & rationis particeps.

Rariſſimæ ſunt Eſſentiales definitiones.

Quæ Oratio dicatur ſignificare quod quid, erat eſſe rei.

Duplex Definitio Eſſentialis.

Loco proximi generis poni poteſt genus remotum cum differentijs omnibus interiectis.

Dubitatio.

AT Ariſtoteles ſæpe docet vnius rei vnam tantum eſſe Definitionem Eſſentialem. Non rectè igitur aſſeruimus, duas eiuſdem rei tradi poſſe Eſſentiales Definitiones, alteram ex materia & Forma, alteram ex Genere & Differentia. Verum hæc nil obſtant. Verbis enim non modò duæ, vt diximus, ſed etiam plures eſſe poſſunt, Nam etiam illam quæ ex Genere & Differentia rem declarat, duobus modis fieri poſſe docuimus, cæterùm Significatione, vna tantùm ſit neceſſe eſt. Omnes enim quæ allatæ fuerunt, eandem omnino eſſentiam ſignificabant. Atque hoc pacto intelligendus eſt Ariſtoteles. Vrgebit fortaſſe aliquis, præmérque hoc modo. Ariſtoteles docet multis in locis omnem definitionẽ Eſſentialem conſtare ex genere & differentia, niſi ergo ille fallitur, nulla conſtat Materia & Forma rei prætermiſſa differentia. Sed reſiſtendum eſt hoc modo propriam Materiam & Formam rei ſeu potius Cõſtare ex propria Materia ac Forma rei, quod in hac definitionis

Solutio.

Quo pacto intelligendũ vnius rei vnam tantùm eſſe definitionẽ eſſentialem.

Dubitatio.

formula Generi adiicitur, vice Differentiæ haberi idemque omnino valere. Eundem enim gradum humanæ naturæ ſignificat hoc verbum Rationale, & hæc oratio Conſtans tali corpore, recto ſcilicet, aut quo alio modo id explicaueris, & animo rationali, atque ita res habet in cæteris ſpeciebus rerum quæ materia & Forma conſtant.

Definitiones quæ prætermittunt mediã aliquam differentiam. Quæ genere ac ſola materia aut forma conſtant.

REVOCANTVR ad hoc genus Definitiones illæ quæ conſtant Genere remoto, & Differentia proxima prætermiſſis aut omnibus, aut quibuſdam Differentiis interiectis vt ſi dicas, homo eſt ſubſtantia corporata rationis compos, vel, Homo eſt corpus animatum rationale. Reuocantur etiam illæ, quæ loco Differentiæ proximæ conſtant nomine materiæ propriæ, aut Formæ duntaxat, vt ſi dicas, Homo eſt animal conſtans recto corpore, Vel homo eſt animal conſtans animo rationis participe. Hæ namque omnes ſignificant conuerſim Quidditatem rei, etſi aliquam eius partem, aut partes prætermittunt. Reuocantur, & illæ quæ fiunt ex Genere & enumeratione Partiũ Integrantium pertinentium ad Eſſentiam rei, vt ſi dicas Domus eſt integumentum ex parietibus & tecto hoc modo conſtructum.

Definitiones ex enumeratione partium integrantium.

RESPVBLICA eſt communio, ex ordine ſacrorum Miniſtrorum, Nobilium & Plebis, & aliæ huiuſmodi.

Num definitiones quæ generi & differẽtiæ proprietatem adiungunt, ſint eſſentiales.

SED Quæſtio eſt, Num Definitiones, quæ Generi & Differentiæ Proprietatem aliquam adiungunt, in eſſentialibus Definitionibus debeant numerari, vt ſi dicas. Homo eſt animal rationale beatæ vitæ capax, vel homo eſt animal rationale natura manſuetum, & ad ciuilem communionem aptum. Reprehenduntur enim ab Ariſtotele. Cui quæſtioni dicendum videtur has Definitiones eſſe quidem redundantes, cum ſatis ſit ea in Definitione collocare, quæ ad eſſentiam rei pertinent, atque hac de cauſſa ab Ariſtot. non probari, Cæterum non eſſe ab Eſſentialibus excludendas, conſtãt enim Partibus conuerſim ſignificantibus Eſſentiam definiti, etſi alias adiungunt quæ nullam Eſſentiæ partem ſignificent: Multo minus excludendæ erunt ab hoc Genere, quæ conſtant Nomine aliquo, quod non ſignificat quidem Eſſentiam Definiti, ſed eſt eiuſmodi, vt ſine ipſo Eſſentia Definiti intelligi non poſſit. Vt ſi dicas, Pater eſt relatiuum quid cuius reſpectus ad filium terminatur. Nam etſi nomen filij non ſignificat vllam Partem eſſentiæ Patris, tamen ſine ipſo, eſſentia & natura Patris intelligi nullo modo poteſt.

Hinc collige non opus eſſe vt omne quod ponitur in eſſentiali Definitione eſſentiã ſignificet.

Cur definitio Eſſentialis. Hoc nomine appelletur.

Cur ſimpliciter definitio. Cur Terminus.

DICITVR hoc genus Definitionis, definitio Eſſentialis, quia Eſſentiam rei exprimit Dicitur ab Ariſtotele ſimpliciter definitio, quia ſimpliciter ac perfectè rem definit. Dicitur terminus, quia cognitio rei ab Accidentibus externis profecta, non poteſt vltra definitionem Eſſentialem progredi, ſed in ea quaſi in perfecta rei apprehenſione terminatur, vt [a] ipſe autor huius Nominis exponit. Dicitur denique Oratio quæ vnum ſignificat, quia ex materia & Forma, ac omnino ex genere & Differentia, ex quibus definitio eſſentialis rem declarat, vna conſtat Eſſentia, non item ex genere & Proprietate, aut ex genere & Accidentibus, ex quibus Deſcriptio conficitur.

a 5. Met. 17.

Cur Oratio quæ vnum ſignificat.

Non

Digitized by Google

Non eodem modo Res omnes Definiri. CAP. VI.

PORRO non omnes res eodem modo definiuntur. Id quod cernere poſitis ante oculos Prædicamẽtis, facilè eſt. Nam extrema eorum, id eſt, genera ſuprema, & Indiuidua non definiuntur Eſſentialiter, ſed Deſcribuntur, illa, quia nulla conſtant Differentia, hæc, quia non ſunt Vniuerſalia, ac proinde non definiuntur niſi remotè, vt dicemus, deſcribi tamen modo aliquo conſueuerunt Indiuidua ex multorum Accidentium collectione, vt ſi Platonem definias, hominem quemdam, Ariſtonis ex Periectiona filium veteris Academiæ principem, aut alia huiuſcemodi oratione quisnam fuerit, explices. Media verò interiecta inter hæc, hoc eſt ſpecies omnes, Eſſentialiter non poſſunt definiri, cum omnes conſtent generibus & differentis.

Genera ſuprema & Indiuidua non definiuntur eſſentialiter.

Indiuidua deſcribi ſolent.

Omnes ſpecies definiri poſſunt eſſentialiter.

CÆTERVM in his definiendis, varietatem multam inuenies: Sola enim Subſtantia corporea, & Species quæ ſub ipſa collocãtur, definiri poſſunt ex materia & forma, quoniam hæ tantum Species, ex materia & Forma compoſitæ ſunt. Iam verò ſi Prædicamentum ſubſtãtiæ cum cæteris conferas, ſolas ſubſtantias intelliges ſimpliciter definiri Eſſentiali definitione, vt placet [a] Ariſtoteli: accidentia enim, vt ait, nõ habẽt ſimpliciter quod quid erat eſſe, quidditatémve, ſed quodãmodo, quia non per ſeſe, ſed in ſola Subſtãtia, quæ per ſe exiſtit, cohærere poſſunt. Vnde fit, vt omnia modo aliquo per Subſtantiã, in qua cohærent, definienda ſint. Aliter tamen cum ſignificantur Nominibus Abſtractis, quæ ſunt propria ipſorum, aliter cum ſignificantur Concretis. [b] Nam cum Abſtractis ſignificantur, ponenda eſt Subſtantia, Subiectúmve in caſu obliquo, vt ſi dicas, Simitatem eſſe Curuitatem naſi. Cum autem Concretis Nominibus ſignificantur more Subſtantiarum, tum Subiectum ponendum eſt in recto, vt ſi dicas, Simum eſt naſus curuus.

Sola Subſtãtia ſimpliciter definitur Eſſentiali definitione.

a 7. Meta. 1. 4. & 5.

Subſtãtia tantum corporata definitur ex materia & forma.

Omnia accidẽtia modo aliquo per Subſtantiam definiuntur aliter tamẽ abſtracta aliter concreta.

b ex 7. Met. 5. Vide D. Tho. ibi. & de Ente, & Eſſentia 7.

NON modo autẽ Accidentia omnia ſiue proximè, ſiue remotè per Subſtantiam definienda ſunt, ſed etiam inter Accidentia reperias plurima quæ aliis præterea additamentis egeant. Cuiuſmodi ſunt omnes habitus operantes, Potentiæ Naturales & relata omnia. Habitus enim huiuſmodi, & Potẽtiæ per ſuos Actus, aut per obiecta, quæ ſuos Actus terminant definiuntur, vt Scientia, & Virtutes. Sic Dialectica dicitur eſſe Doctrina diſſerendi. Sic Philoſophia naturalis dicitur Sciẽtia, quæ agit de rebus naturalibus. Sic Iuſtitia dicitur virtus qua quiſque alij tribuit quod eius eſt. Sic Aſpectus definitur Vis quædã naturalis, quæ in coloribus percipiendis verſatur. Relata verò omnia, per ea ad quæ referuntur definiuntur, vt Pater per Filium, Dominus per Seruum, & vice verſa. Alia quædam ſunt in definiendis rebus obſeruanda quæ inſtructiorem poſtulant lectorem, quàm ſit is quem hiſce Inſtitutionibus informamus. Nunc ſupereſt vt Definiendi Methodum, hoc eſt, viam & Rationem inueſtigandæ definitionis tradamus.

Habitus operantes & potentia omnes per ſuos actus aut obiecta definiuntur.

Ariſt. 6. Top. 3. & 4. & Porph. cap. de Specie.

De Via ac Ratione inueſtigandi Definitionem. CAP. VII.

DVAS Methodos ponebat [c] Plato quibus omnis rerum cognitio & Scientia contineretur, Diuiſiuam ſcilicet, & Collectiuam

c Plato in Sophiſta & Phædro.

ized by Google

[a] 2. Poſt. 14. & 1. Top. 14.

Quo pacto diuiſione inueſtiganda ſit definitio.

Ex 2. Poſt. 14.

[a] Ariſtoteles verò, etſi non omninò hoc probat, docet tamē hiſce duobus modis inueſtigari poſſe Definitionem, Diuiſione, inquam, & collectione: Diuiſione quidem hoc modo, Sumatur, ait, primùm, id quod cōmunius eſt, latiúſque patet, quam res Definienda, deinde illud ipſum diuidatur, mox Differentia quæ rei conuenit, addatur primo attributo. Rurſus, ſi nondum Oratio reciprocabitur cum re propoſita, diuidatur id totum, quod aſſumptum eſt. Tandémque eò vſque fiat progreſſio diuidendo, donec Oratio propria efficiatur, quæ nullam in rem aliam transferri poſſit. Exempli cauſſa, ſi hominem definire velis, accipies primo loco aliquod genus hominis, verbi gratia ſubſtantiam, quæ omnium latiſſimè patet, dicéſque Homo eſt Subſtantia. Deinde: quia ſubſtantiarum quædam ſunt corporis expertes, vt intelligentiæ, quædam corporatæ qualis eſt homo, addes, Corporata. Sed quia corporatæ Subſtātiæ partim interire non poſſunt, vt Cœli, partim poſſunt, è quibus eſt homo, addes, Quæ interire poteſt. Rurſus: quia earum ſubſtantiarum, quæ intereunt, quædam non viuunt, vel lapides, aliæ ſunt viuentes, in quibus eſt homo, addes, viuens: Verum ne id quidē ſatis eſt. Viuentium enim quædam nihil ſentiunt, vt plantæ, quædam ſentiunt in quibus homo numeratur. Quare adiungendum eſt, Sentiens. Sed commune adhuc: Nam eorum quæ ſentiunt quædam ſunt expertia rationis, quædam rationem participant, Vt Socrates & Plato: Addes igitur, rationis particeps, quod ſatis erit. Nam totum hoc, Subſtantia corporata, quæ interire poteſt, viuens, ſentiens, & rationis particeps ſoli homini conuenit, & cum eo reciprocatur. Exiſtima ergo te hac via, & ratione inueniſſe hominis Definitionem, quod eodem modo in cęteris rebus Definiendis obſeruabis. Quod autem Ariſt. eodem loco ait, ſingulas Differentias hac Methodo inueſtigatas latiùs patere, quam id quod definitur, non vniuersè accipiendum eſt, Differentia ſiquidem, quæ proximè componit ſpeciem, non latiùs patet quàm Species, vt idem ipſe [b] alibi docet: ſed ſolum cùm non ſuppetunt Eſſentiales Differentiæ. Tunc enim ſæpe cogimur diuidere ea quæ accipimus in ea Accidentia quorum ſingula latiùs pateant, quam res quæ definitur, omnia autem ſimul iuncta, cum eadem recurrant. Vt ſi diuidas Animal in bipes & non bipes. Deinde Animal bipes in pennatum, & implume, tum definias: hominem eſſe Animal bipes implume.

Non differentia omnes latius patere debeant quā res definienda.

[b] 4. To. 2. & 7. Metap. 12.

Quo pacto collectione inueſtiganda ſit definitio.

Collectione verò, ſeu Similium Conſideratione, vt eam vocat Ariſtot. hoc modo inueſtiganda eſt Definitio, primùm ſi velit infimæ alicuius Speciei, Definitionem colligere, inſpicies in indiuiduis illius, rationem aliquam ob quam à nomine talis ſpeciei nominantur, eáque erit Definitio talis ſpeciei. Vt quoniam animi Magnitudines Alcibiadis, Achillis, & Aiacis, ſunt indiuidua vnius ſpeciei infimæ magnanimitatis, fuerunt enim quam ſimillimæ. Hi autem homines dicti ſunt magnanimi: quia æquo animo contumeliam pati non potuerunt, primus enim ob hanc cauſſam bellum patriæ intulit, alter implacabili exarſit iracundia, tertius ſibi mortem conſciuit: efficitur vt definitio huius infimæ ſpeciei magnanimitatis ſit, æquo animo contumeliam illatam ferre non poſſe. Qua etiam arte colliges definitionem eius

magnani

Digitized by Google

magnanimitatis quæ in Socrate & Lyſandro fuit, hanc eſſe æquabiliter ſecundam & aduerſam fortunam ferre, quoniam hac de cauſſa magnanimi appellati ſunt, Deinde ſi velis colligere definitionem alicuius generis, videbis num rationes diuerſarum ſpecierum habentium idem commune Nomen, conueniant ſecundum tale nomen in vna aliqua ratione, quæ ſimpliciter vna ſit, necne. Nam ſi conuenerint, ea erit definitio generis, ſin minus, tale commune nomen erit æquiuocum vtrique ſpeciei. Exempli cauſſa, ſi ratio eius magnanimitatis, quæ fuit in Alcibiade, Achille, & Aiace, cum ratione magnanimitatis Lyſandri, & Socratis, in hoc conueniat, quod omnes exiſtimauerunt ſe dignos eſſe rebus magnis, atque hæc ratio ſit vna ſimpliciter, hæc ſanè erit Definitio generis vtriuſque magnanimitatis, quod magnanimitatis generali vocabulo appelletur. Quod ſi nō fuerit communis vtrique, aut certè non fuerit vna ſimpliciter: ſed Analogice duntaxat (quod ego magis crediderim) non erit vtique definitio alicuius generis vtriuſque magnanimitatis: ſed cuiuſdam Analogi, quod ſimilibus quidem rationibus: ſed tamen diuerſis dicatur de vtraque. Et ita in cæteris.

Ac prior quidem Methodus Definiendi exactior eſt, & naturæ ordini perfectæq; diſciplinæ conuenientior: poſterior autem, qua plurimum vtitur Socrates apud Platonem, etſi minus perfecta eſt, tamen inuentionis ordini eſt accommodata, de qua quidem intelligendum eſt illud * Ariſtotelis, faciliùs eſſe minus vniuerſalia, quàm magis vniuerſalia definire, atque idcirco à minus vniuerſalibus ad magis Vniuerſalia eſſe progrediendum.

Methodus inueſtigandi definitionem per diuiſionē exactior eſt: altera tamen inuentionis ordine eſt prior.

* 2. *Poſt.* 15.

De Definito. CAP. VIII.

DIXIMVS de definitione, déque via & ratione definiēdi, nunc de definito aliquid dicamus. Quinque autē ſeſe offerunt in hac re animaduertenda. Primum eſt, *duplex dici ſolere definitum apud Dialecticos: Propinquum, & Remotum*: definitum propinquum (quod & primum, & immediatum vocant) *eſt illud, quod proximè explicatur definitione.* Remotum verò (quod ſecūdarium, & mediatum appellant) *eſt illud, quod remotè, & quatenus in propinquo continetur, definitione declaratur.* Exempli cauſſa, cum dicimus, equus eſt animal hinniens, equus eſt definitum propinquum, Xanthus autē, Bucephalus, & cæteri ex ſingulis, ſunt definita remota. quoniam equus in commune explicatur proximè definitione illa, ſinguli autem ſolum ex quadam conſecutione, quatenus videlicet cōmune equi nomen, & naturam participant. Eadem ratione cum dicimus. Animal eſt corpus animatū ſentiens, animal eſt definitū propinquum, homo autem & beſtia, atque adeo ſinguli homines & ſingulæ beſtiæ, ſunt definita remota. Vnde planū fit definitum remotum nec omninò, nec cōuerſim explicari definitione ea, cuius reſpectu dicitur Definitum remotum, ac proinde non eſſe ſimpliciter appellandum definitum.

Propinquum.

Remotum.

Duplex Definitum.

Definitum remotum non eſt ſimpliciter definitum.

Omne definitum vnũ quid per ſe debet eſſe.

Id quod eſt vnum per accidens non definitur.

Alterum eſt, *omne Definitum, quod definitione vna explicatur, Vnum per ſe, hoc eſt, vnius eſſentiæ eſſe debere.* Nam cum Definitio ſit velut quædam expreſſa imago alicuius eſſentiæ, quot fuerint eſſentiæ quæ definitione explicantur, tot ſint definitiones neceſſe eſt. Hinc fit, vt Ariſtot. ſententia, id quod eſt vnum per accidens, vt eſt homo albus: quia non habet vnam duntaxat naturam ſed multas, non definiatur, Definitione videlicet ſimpliciter vna, pluribus enim definitionibus complicatis, fatetur [a] ille hæc poſſe definiri: vt ſi dicas, homo albus eſt animal rationale infectum colore diſpartiente viſum. Quia verò Nomen æquiuocum non ſignificat vnam tantum naturam Eſſentiámve: ſed multas, hoc etiam efficitur ex dictis, vt nullum æquiuocum definiatur, niſi prius diſtinguatur: quod per vulgatiſſimum eſt apud [b] Dialecticos, hoc verò etſi in omnibus Æquiuocis communiter præcipitur, tamen in quibuſdam Analogis quodammodo non ſeruatur. Quædam enim Definiuntur nulla prius facta ipſorum diſtinctione, vt apud Ariſtotelem Principia, Natura, Motus, & alia permulta. Si tamen loquamur de Definitione, quæ ſit ſimpliciter ac omninò Vna, dubium non eſt, quin ſemper hoc commune proloquium ſeruetur. Nunquam enim Definitio omninò vlla, illi æquiuoco aſſignatur, niſi vocabulum Æquiuocum pro vno tantum ſignificato accipiatur.

7. Metap. 12. Tex. 42.

[a] 6. Top. 5.

Nullũ æquiuocum definitur, niſi prius diſtinguatur.

Quædã æquiuoca definiũtur antequam diſtinguãtur, non tamẽ definitione ſimpliciter vna.

[b] 6. Top. 2. & 5.

Omne quod definitur, eſt vniuerſale.

Tertium eſt, *omne quod Definitur eſſe vniuerſale*, vt [c] Ariſtoteles ſæpe admonet. Vnde fit, vt verba illa, *Quod quid erat eſſe*, & alia ſimilia quibus [d] Ariſtoteles vtitur cum de Definitione, aut de quidditate rei loquitur, ſemper accipiantur apud illum, pro quidditate, Eſſentiáve vniuerſali. Cauſa cur ſola Vniuerſalia Definiantur hæc eſt: quia ſingularia (Deum optimum maximum excipio) ſunt mutabilia, Vniuerſalia verò nunquam mutantur, niſi ex Accidenti, ratione videlicet ſingularium, Homo enim exempli gratia propterea dicitur naſci, interire, & omninò mutari: quia Socrates, aut aliquis alius ex ſingulis mutatur in id, quod modo eodem accidit in cæteris. Cum ergo Definitio debeat eſſe rei immutabilis ([e] eſt enim principium, & fundamentum ſcientiæ, ad quam non admittuntur niſi res, quæ ex ſe mutabiles non ſunt) efficitur vt omne definitum debeat eſſe Vniuerſale. Sic enim fiet, vt nulla in ipſum ratione ſui cadat mutatio. Aliæ ſunt rationes, quibus id, quod aſſerimus, (Sola inquam) vniuerſalia definiri, oſtendatur: ſed hæc vna ſufficiat hoc loco. Quod quidem planè intelligitur de definito propinquo. Nam remotè dubium non eſt, quin ſingularia Definiantur. Verùm hic diſſenſio eſt inter Dialecticos. [f] Quidam enim non agnoſcentes vllam rem vniuerſalem, quæ ſit in ſingulis indiuiduis, quæque primo & proximè ſignificetur nomine Vniuerſali, dicunt definitum propinquum non eſſe rem vniuerſalem ſignificatam Nomine Vniuerſali: ſed ipſum nomen Vniuerſale: atque ita cùm dicimus, Equus eſt animal hinniens, hoc nomen equus eſſe definitum propinquum, ſingulos verò equos, qui (eorum ſententia) equi nomine proximè ſignificantur, eſſe definita remota [g], alij ponentes Nomen Vniuerſale proximè ſignificare rem vniuerſalem, quæ

[c] Vt 1. poſt. 7. & 1. poſt. 14. & 7. Metap. 15.

[d] Vt ferè loco. 7. Metaph. 5

Vniuerſalia nõ mutantur niſi ratione ſingularium.

Definitio eſt principium, & fundamentum ſcientiæ.

[e] ex 1. poſt. 8. 1. de Ani. 1.

Indiuidua definiuntur remotè.

[f] Nominales ex Ochamo: 1. parte Logicæ cap. 14. & 15.

Num definitũ remotũ ſit res vniuerſalis, an nomen vniuerſale.

[g] Qui reales dicuntur, vt Alb. D. Tho. Scot. &c.

quæ exiſtat in ſingulis,remotè autem ipſa ſingula,in diuiduáve dicunt. Definitum propinquum eſſe rem vniuerſalem, quæ proximè ſignificatur Nomine Vniuerſali(hæc eſt enim quæ proximè explicatur Definitione) Definita verò remota, eſſe illa eadem, quæ illi aſtruunt. Sed contra priorem ſententiam aliquando dabitur diſputandi locus nos poſteriorem probamus.

7. Metaph. 4. Text. 13.

QVARTVM eſt, *omne quod propriè Definitur,aut deſcribitur eſſe ſpeciem alicui generi ſubiectam,aut Infimam, aut Subalternam.* Quia in omni, definitione,aut Deſcriptione propriè dicta, ponendum eſt genus rei quæ definitur,& eius Differentia, aut proprietas. Hinc intelliges cur nec genera ſumma, nec differentiæ, propriè definiantur. [a] Nullius enim generis ſunt ſpecies:& ſi differentiæ reſpectu ſuorum indiuiduorum fortaſſe ſint ſpecies,vt rationale reſpectu huius rationalis, quod alio loco diſcutiemus.Deſcribuntur tamen quodammodo Differentiæ proprietatum Concretis nominibus ſignificatatum. Nam vt dicimus, diſciplinabile eſt animal,quod doctrina imbui poteſt:ſic dicere poſſumus,Rationale eſt animal,quod rationem participat.

Omne quod propriè definitur,eſt ſpecies.

[a] *Porphy. ca. de Specie.*

Cur nec genera ſumma, nec differētia definiantur propriè.

Quo pacto differētia deſcribantur.

QVINTVM eſt,*figmenta,vt Chimaram,Hirco-ceruum*, & *alia huiuſmodi non Definiri Definitione rei,ſed nominis tantum, vt placet Ariſtoteli.* Itaque,vt ille vult, cùm dicimus, Hirco-ceruus eſt animal ex hirco & ceruo cogitatione cōfictum, ſenſus hic eſt, Nomen hirco-cerui ſignificat animal confictum ex hirco & ceruo. Cauſſa huius ſententiæ eſt, figmenta non habent veram Quidditatem Eſſentiámve, quæ Definitione rei explicetur, habent tamen verum Nomen, quod definitione Nominis declaretur.Vnde ille:Id,inquit,quod nō eſt,(hoc eſt,eſſe non poteſt) nemo ſcit vmquam quid eſt, ſed quid Oratio, aut Nomen ſignificat:Veluti quid ſignificet Hirco-ceruus percipi poteſt;quid verò Hirco-ceruus ſit, intelligi non poteſt. Id quod eodem libro pluribus verbis exequitur. Si cui tamen placuerit, poterit ſine crimine has figmentorum Definitiones nomine Definitionis Rei quodammodo, etſi remotiſſimè comprehendere. Nam etſi Figmenta non ſunt res, tamen quaſi in extremo gradu rationem rerum participant: quam ob cauſam res fictæ appellantur.Hoc verò mihi cum Ariſtot.doctrina pugnare non videtur. [b] Docet enim (idque non ſemel) etiam definitiones accidentium eſſe Nominum interpretationes,quoniam Accidentia non ſunt ſimpliciter res, ſiue entia. [c] Sæpe tamen concedit hæc explicari Definitione rei, quia etſi non ſunt ſimpliciter entia, tamen quodammodo ſunt entia,ſicque à numero entium non penitus excluduntur.Hæc de definitione dixiſſe ſufficiat:nūc ex pluribus Præceptis, quæ ab [d] Ariſtotel. ad bene Definiendum traduntur, ea nos tantum ſubiiciamus,quæ plus vtilitatis afferre videantur.

Figmenta nō definiūtur definitione rei, ſed nominis.

Quodammodo definiuntur figmenta definitione rei.

[b] *2. Poſt. 7. & 7. Met. 4. Text. 14.*

[c] *Vt 7. Meta. 4. & 5.*

[d] *Potiſſimum 6. Topic.*

Primum Definiendi preceptum. CAP. IX.

6. To. 2.3. & 5.

Non definiēdum tranſlationibus.

PRIMVM Præceptum eſt, *vt quicquid definitur Definiatur ex notioribus.* Quod quidē vel ea de cauſſa primo loco poſui,quia nihil eſt minus ferendum, quàm id eſſe obſcurum, ad quod

Semper definiendum ex notioribus.

quaſi

quaſi caput omnis diſputatio redigitur, id enim eſt Definito.

[a] 1. Poſt. 15.

Nec verbis inuſitatis.

[a] HOC præceptum non ſeruant, qui Tranſlationibus præſertim remotis, & difficilibus, rem definiunt, vt Hominem, Arborē inuerſam.

[b] 6. Top. 2.

Cice 2. de Diuinatione.

[b] ITEM, qui vtuntur in definiendo verbis parū vſitatis vt ſi quis Medicus imperet ægroto, vt ſumat Terrigenam Herbigradam, Domiportam, Sanguine caſſam, vt ægrotus Cocleam intelligat.

Nec ex verbis ambiguis.

[c] 2. Poſt. 15. & 6. Top. 2. & 5.

[c] ITEM qui ex verbis Ambiguis Definitiones extruunt, vt ſi quis hac oratione; Elementum primum, velit litteram, quaſi eam Deſcribendo, ſignificare. Hæc enim verba Ambigua ſunt & in aliis etiam rebus poſſunt intelligi vt enim litteræ ſunt prima Elementa Sermonis: ſic Vnitates, ſunt prima Elementa Numeri: & Materia ac Forma, prima Elementa Rei naturalis. Admittuntur tamen ambigua vocabula in Definitionibus, cum vel additur particula, quæ Ambiguitatem verbi ad vnam ſignificationem trahat (vt ſi quis proximè definitioni addat hanc particulam, Sermonis) vel ex rebus, de quibus diſſeritur, aperte conſtat, qua ſignificatione vocabula ſumantur.

Quo pacto ambigua admitti valeant in Definitionibus.

Non definiēdum idem per idem.

[d] 6. Top. 3.

[d] ITEM Qui idem per ſe ipſum definiunt, nihil eſt enim notius ſeipſo. Hoc autem aperte, ac verbo eodem ferè nunquam accidit, ſed implicitè, alióque verbo, vtpote cum in Definitione ponitur aliquod Nomen quod Definitur & declaratur per ipſum definitum, vt ſi quis Definiat Solem Aſtrum, quod dum Dies eſt noſtrum hemiſpherium illuſtrat, Nam cùm dies definiatur, motus Solis ſuper terram efficitur tandem Sol definiatur per Solem.

Nec contrarium per Cōtrarium. 6. Top. 3. Horat.

ITEM Qui contrarium per ſuum Contrarium definiunt, vt ſiquis ſic definiat Bonum eſſe id, quod eſt malo contrarium. Huiuſmodi eſt illud Virtus eſt Vitium fugere: & illud Prima ſapiētia, ſtultitia caruiſſe. Cauſſa eſt, quia Contrariorum eadem eſt ſcientia, & cognitio. Verùm hic modus definiendi non eſt vſque adeo repudiandus.

Obiectio.

SED obiiciat aliquis contra hoc primum Præceptum, omne relatum per illud ipſum Relatum, ad quod refertur, eſſe definiendum, vt docent Philoſophi, Relata verò inter ſeſe, cùm ſint ſimul natura eſſe æquè nota aut æquè incognita: ergo non quicquid definitur eſſe ex notioribus magiſque perſpicuis definiendum. Occurres tamen Nullum relatum (propriè loquendum eſt, definiri, per illud Relatum, ad quod, refertur, ſed per Reſpectum ſuum, qui in illud terminatur, ac definit, Verbi Cauſſa, Pater non definitur per filium, ſed per ſuum Reſpectum, qui in ipſo inchoatur, & in filium definit. Cæterum, quia nullus Reſpectus intelligi poteſt ſine ſuo termino, fit vt Reſpectus Patris intelligi non valeat ſine filio, ſicque in definitione patris, neceſſariò ponendus ſit Filius, parique ratione Pater in definitione Filij: & cætera Relata in Definitionibus eorum Relatorum, quæ ad ſe viciſſim referuntur.

Solutio. Nū relatiuū per id ad quod refertur definiatur. Albert. tract. in prædicam. ad aliquid c. 9.

QVOD igitur Philoſophi dicunt Relata, quæ ſe mutuò reſpiciunt per ſe inuicem eſſe definienda, non propriè accipiendum eſt, ſed quaſi dicant, Neceſſariò alterum in Definitione alterius eſſe ponendum, vt quorſum tendant ſui Reſpectus per quos Relata verè ac propriè, Definiuntur

Definiuntur, intelligatur. Nunc autem etſi Relata ipſa ſeſe viciſſim reſpicientia ſint æquè cognita, aut incognita, tamen Reſpectus ipſi ſunt Naturæ ordine notiores, quã Relata. Itaque in Relatis etiam definiendis hoc obſeruatur, vt quod Definitur ex notioribus explicetur.

Secundum præceptum definiendi. CAP. X.

Definitio debet conuerti cum definito.

ALTERVM Præceptum eſt, *Ut Definitio ſit propria Definiti*, vt [a] Ariſtoteles ait, hoc eſt, vt nec latius pateat, quàm definitum nec minus latè, ſed cum eo reciprocetur. Hoc Præceptum non obſeruant, qui extruunt Definitiones aliis etiam rebus conuenientes, vt ſi quis Terram definiat, Corpus, quod deorſum ſuapte natura fertur. Hoc enim in aliis etiam rebus verè dicitur. Item qui aſſignant Definitiones, quæ non conueniunt omnibus comprehenſis ſub definito: vt ſi quis definiat Aquam, Corpus ſimplex frigore concretum. Nec enim omnis Aqua, frigore concreta eſt. Quod ſi terra definiatur, Corpus ſimplex, quod infimum locum ſuapte natura fertur, aqua verò corpus ſimplex, quod inter terram & aërem ſuapte natura quieſcit: hac ex parte rectè habebunt Definitiones, quòd cum rebus, quæ Definiuntur, recurrant reciprocentúrque. Hinc colliges, multas circumferri Nominum Interpretationes, quæ nõ ſunt bonæ definitiones, vel quia latius patent, vt ſi dicas Theologus eſt, qui de Deo loquitur, Conſul eſt qui patriæ cõſulit: Vel quia minus latè, vt ſi dicas, Geometria eſt ratio metiendi terram. Sæpe igitur aliquid addendum eſt huiuſmodi Interpretationibus, vt bonæ Definitiones habeãtur. Quod plurimæ etiam deſcriptiones Oratorum & Poëtarum deſiderant.

Multa circumferũtur nominũ interpretationes, quæ nõ ſunt bonæ definitiones.

[a] 6. Top. 1.

Tertium Præceptum Definiendi. CAP. XI.

Nihil in Definitione deſiderari aut ſupereſſe debet.

TERTIVM Præceptum eſt, *Ut nihil in Definitione deſit, aut ſuperſit.* Deeſt autem aliquid, compoſito Genere remoto non adhibentur omnes interiectæ Differentiæ, vt ſi quis definiat Hominem eſſe Subſtantiam rationis participem. Hac de cauſſa docet [b] Ariſtoteles, aut Definiendum eſſe Genere proximo, vt ſi dicas, Homo eſt animal rationis particeps, aut ſi remoto, adiungendas eſſe Generi omnes Differẽtias, quæ à genere ad Definitum vſque inueniuntur, vt ſi dicas, Homo eſt Subſtantia Corporea, Interitus capax, Viuens Sentiens, & Rationis particeps. Deeſt etiam aliquid cùm res quæ definitur, conſtat Materia & Forma, nec tamen loco Differentiæ vtraque ponitur, ſed altera tantum, vt ſi Hominem definias animal conſtans animo rationis participe. Id autem dicitur ſupereſſe, ſiue Redundare in Definitione, quo Sublato, ea quæ remanet oratio, ſatis apertè rem declarat. Exempli cauſſa, ſi quis definiat Hominem Animal rationis particeps bipes, illud Bipes, dicendum erit ſupereſſe, quoniam eo detracto ſatis planum facit reliqua Oratio dèfinitũ. Sæpe tamen non datur vitio, quod plura verba ponantur in definitione, quàm

Quid ſuperſit, ſiue redũdet in Definitione.
6. Top. 2.

[b] 6. Top. 3.

dum erit, ne longior, quàm par ſit, fiat definitio. Vnde Boëtius, ſi omnes, inquit, Species ſuis nominibus appellarentur, ex duobus ſolum verbis omnis fieret Definitio: Vt cum dico, Quid eſt homo, quid mihi neceſſe eſſet dicere Animal rationale, mortale, ſi Animal rationale eſſet proprio nomine nuncupatum, Cum autem Collectionis Methodo Definitio inueſtigatur, hoc vnum præcipit Ariſt. diligenter caueri, ne dum à minùs Communibus ad Communiora progredimur, aliquam incurramus Æquiuocationem. Latet namque magis in Communioribus Æquiuocatio: Etenim quod Animi magnitudo ea quam in Alcibiade, Achille & Aiace legimus, Vniuocè illis conuenerit nemo dubitat. Nullus etiam ambigit in Lyſandro & Socrate aliam, quanquam eiuſdem omnino rationis, Magnanimitatem fuiſſe, ſed num magnanimitas, quæ de vtraque ſpecie dicitur, ſit Vniuoca nec ne, id ſane, quia de re Communiori eſt quæſtio, non ita facile perſpicitur. Si ergo ex rationibus Vniuocis inferiorum vnam rationem, quæ Vniuocè inferioribus conueniat, collegeris, ea erit Definitio Superioris. Sin autem ad vnam omnino rationem non acceſſeris, intellige Vocabulum Commune Æquiuocum eſſe. Hæc de præceptis definiendi ſint ſatis.

In inueſtiganda Definitione per collectionem, quid obſeruandum.

CÆTERVM antequam ad argumentationem pergo, Duo velim animaduertas, Alterum eſt, *ſæpiſſimè Verba, quæ Actum ſignificant, vt Sentiens, Ridens & alia huiuſmodi pro ipſis facultatibus in Definitione accipi*, vt Sentiens, pro eo, quod Ridere. Cauſſa eſt, quia apud Latinos ferè non ſunt Nomina impoſita facultatibus: Iterum eſt, *in his Præceptis quædam eſſe quorum prætermiſſio efficit, vt Oratio non ſit omnino Definitio*, qualia ſunt ex quatuor Definiendi Præceptis primum & ſecundum: *quædam vero eſſe, quorum reiectio non id prorſus efficit vt oratio non ſit definitio ſed hoc tantum, vt non ſit bona & apta definitio*: qualia ſunt tertium & quartum.

Nota hæc.

Sæpiſſimè verba, quæ actum ſignificant, pro ipſis facultatibus in definiendo accipiuntur.

Atque hæ duæ animaduerſiones in Præceptis etiam diuidendi obſeruandæ ſunt.

***

Digitized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER SEXTVS.

De Conſequentia. CAP. I.

Latiùs patet conſequentia quàm Argumentatio.

Conſequentia quid.

Antecedens, conſequẽs & concluſio.

RESTAT ergo, vt quia de Diuiſione ac Definitione iam diximus, deinceps de Argumentatione, in qua plus operæ Dialecticus inſumit, diſſeramus. Sed quoniam Argumentatio eſt quædam Conſequentia, latiùs enim patet Conſequentia, quàm Argumentatio, prius de Conſequentia, quàm de Argumentatione, dicẽdum eſt. Conſequentia igitur, ſiue Conſequutio, *eſt Oratio in qua ex aliquo aliquid colligitur,* vt omnis homo eſt animal, id verò, ex quo aliquid colligitur, dicitur antecedens. Quod autem colligitur, vocatur tum Conſequens, tum concluſio, quamquam ſæpe tota conſequentia concluſio nominatur.

Sæpe tota cõſequentia dicitur cõcluſio maximè apud Ciceronem.

Primũ Genus conſequentiarum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

CONSEQVENTIARVM autem quatuor ſunt genera. Primùm eſt cum quælibet Enuntiatio ex ſe ipſa, aut ex ſua Æquipollente colligitur. Alterum genus eſt, cum Antecedens & Conſequens eiſdẽ præcisè verbis, eodemq; ordine collocatis conſtituta ſunt: ſed tamen non idem valent, vt omnis homo eſt animal, igitur quidam homo eſt animal. Neceſſe eſt Socratem eſſe animal, igitur non neceſſe eſt Socratem non eſſe animal. Nomine enim verborum non complector hoc loco particulas ad Quantitatem, aut Qualitatem pertinentes. Tertium genus eſt cum antecedens & conſequens eiſdem præcisè verbis conſtant, verum ordine conuerſo, vt Nullus homo eſt lapis, igitur nullus lapis eſt homo: neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal, igitur neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem. Atque ex conſequentiis hactenus enumeratis nulla dicitur Argumẽtatio: ſed Conſequentia duntaxat. Quartum genus eſt, cum antecedens & Conſequens non eiſdem præcisè verbis conſtant: quia in antecedente continetur argumentum aliquod, vno, aut pluribus verbis comprehenſum, quod non continetur in conſequente.

Argumentationes.

Syllogiſmus.

Enthymema.

DIVIDI ſolet hoc genus in Syllogiſmũ, Enthymema, Inductionem, & exemplum, quæ ratione argumenti Argumentationes appellantur. Syllogiſmus eſt, vt ſi dicas: Omne vitium fugiendum eſt: Omne mendacium eſt vitium, igitur omne mendacium fugiendum eſt. Si Sol lucet, dies eſt, at Sol lucet, igitur dies eſt. Enthymema, vt homo eſt animal, igitur homo eſt ſenſus particeps. Hic adoleſcens diligenter

nauat

Digitized by Google

nauat operam litteris, igitur doctus euadet. Inductio, vt omnis homo eſt ſenſus particeps, & omnis beſtia eſt ſenſus particeps, igitur omne animal eſt ſenſus particeps. Romulus non diu tulit fratrem imperij conſortem, nec Pompeium Cæſar, nec Auguſtus Antonium, nec aliquis alius, cuius ad nos memoria peruenerit, diutius imperij participem ferre potuit; nemo igitur eſt, qui conſortem imperij diu ferat. Exẽplum, vt Crœſus in diuitiis fœlicitatẽ inuenire non potuit, ergo nec Craſſus inueniet. Piſiſtratus impetratis à Repub. cuſtodib. ſalutis ſuæ, tyrannidem occupauit, ergo & Dionyſ. occupabit. Hæc videntur conſequentiarum genera, quod ſi alia fuerint, facilè ad hæc reuocabuntur. *Inductio.* *Exemplum.*

Quæ ſit Bona ac Vitioſa conſequentia, & quomodo internoſci poſſint.

CAP. II.

DVPLEX quoq; dici ſolet, conſequentia bona, & vitioſa. Bona dicitur ea, in qua aliquid ex aliquo verè colligitur, vt quæ in exempla ſunt hactenus adductæ. Vitioſa eſt, in qua non verè aliquid concluditur, vt ſi dicas Socrates eſt animal, ergo eſt Philoſophus. Hæc cum ita ſint eas tantùm nos in definitione Conſequentiæ complexi ſumus, quæ bonæ ſunt & aptæ. Eas enim, in quibus aliquid non verè colligitur, non arbitramur dicendas eſſe ſimpliciter Conſequentias: ſed vitioſas & ineptas Conſequentias quemadmodum Ariſt. Syllogiſmũ nil concludentẽ, non ſimpliciter Syllogiſmum: ſed Vitioſum Syllogiſmum, appellandum eſſe cenſet. Duobus verò potiſſimum indiciis internoſci ſolent Bona & Vitioſa Conſequentia; Alterum eſt, Si ex veritate Antecedentis ſaltem, & hypotheſi data, Conſequens verum eſſe deprehenditur, bona & apta eſt conſequentia, ſin minus, vitioſa & inepta: Exempli cauſſa, quia ex veritate huius enũſiationis, Socrates eſt homo, deprehendimus hanc eſſe veram, Socrates eſt animal, dicimus hanc eſſe bonam conſequentiam, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal. Pariq; ratione fatemur has eſſe aptas, Socrates eſt lapis, ergo & ſenſus expers, ſi Socrates eſſet auis volare haud dubiè poſſet: quia etſi neutrum Antecedens verùm ſit, tamen ex veritate vtriuſque ficta & data, vtrumq; Conſequens verum eſſe deprehenditur: Has verò dicimus eſſe vitioſas, Socrates eſt homo, ergo eſt philoſophus, Socrates eſt homo, ergo equus eſt animal: quia in priori datur antecedens verum, & conſequens, falſum poſterioris autem Conſequẽs, etſi ſemper verum eſt cum Antecedente, tamen non ex eo quod Antecedens verum eſt, deprehenditur eſſe verum, quippe cum Antecedente exiſtente vero, poſſet conſequens, ſi nihil aliud prohiberet, eſſe falſum. Ex hoc documento efficitur, vt ad bonam Conſequẽtiam non modo non ſufficiat veritas Antecedentis & Conſequentis: ſed ne requiratur quidem. Nam, vt ex dictis perſpicuum eſt, ex vtroque vero, cõſtare poteſt Conſequentia vitioſa, ex vtroque autem falſo, bona & apta. Alterum indicium huiuſmodi eſt: Si id, quod cõtradicit Conſequenti, repugnat Antecedenti, bona eſt conſequentia, ſin minus, Vitioſa. Repugnantium autem nomine hic intelligo ea, quæ ſimul vera eſſe non poſſint.

Bona conſequentia. *Vitioſa.* *Vitioſa conſequentia non ſunt ſimpliciter conſequentia.* *Primum documentum.* *Vt bona ſit conſequentia, non modo non eſt ſatis veritas antecedentis & conſequentis: ſed ne requiratur quidem.* *Secũdum documentum.* *Repugnantia quæ dicantur hoc loco.*

Hoc documento intelligimus illam eſſe bonam conſequentiam, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal, quia hæc enuntiatio, Socrates non eſt animal, quæ contradicit conſequenti, repugnat Antecedenti. Illam autem cognoſcimus eſſe vitioſam, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt Philoſophus, quia hoc pronunciatum, Socrates non eſt Philoſophus, quod contradicit Conſequenti, non repugnat Antecedenti. Neque enim Socrates, ſi non ſit Philoſophus, non erit homo. Eadem regula iudicamus, illam eſſe ineptam conſequutionem, nihil colligentem, Socrates eſt homo, ergo equus eſt animal, quia etſi verum eſſe inficiabimur, Socratem eſſe hominem.

De Conſequentia formali & Materiali.

Cap. III.

Conſequentia formalis.

IAM verò bona conſequentia, aut eſt formalis, aut materialis; itémque aut Neceſſaria aut Probabilis. Conſequentia formalis dicitur ea, *quæ vi formæ concludit.* Ea verò dicitur concludere vi formæ, *cuius formam modúmve colligendi ſi retinueris, in quacunque alia materia, etiam impoſſibili, aptè concludes.* Exempli cauſſa, dicimus hanc eſſe formalem conſequentiam: Omnis virtus eſt laudabilis, Temperantia eſt Virtus, igitur Temperantia eſt laudabilis: quoniam vi formæ concludit.

INTELLIGIMVS autem eam concludere vi formæ, quia ſeruata eadem forma, in quauis alia materia, etiam impoſſibili, bene concluditur, vt ſi dicas: Omnis leo eſt lapis, equus eſt leo, igitur equus eſt lapis. Eſt enim bona hæc Conſequutio, vt dictis apertum eſt. Eadem ratione dicimus hanc eſſe formalem conſequentiam. Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal, igitur neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem, quoniam hac forma retenta ſemper aptè concluditur, vt ſi dicas, neceſſe eſt omnem leonem eſſe lapidem, igitur neceſſe eſt aliquem lapidem eſſe leonem. *Ca. ſuperiori.*

VT autem retineatur eadem forma ſeu modus colligendi, primum neceſſe eſt vt ſeruetur eadem diſpoſitio, ſeu ordo verborum, in quibus cernitur forma conſequutionis. Nam ſi ordo huiuſmodi verborum mutetur, mutata haud dubiè exiſtimanda eſt Conſequutionis forma, vt patet in his duabus conſequentiis: omnis Virtus eſt qualitas, omnis Iuſtitia eſt Virtus, igitur omnis Iuſtitia eſt qualitas: Omnis laurus eſt ſubſtantia, omnis equus eſt ſubſtantia, igitur omnis equus eſt laurus. Nam quia in priori conſequentia, ſubiectum primæ enuntiationis eſt prædicatum ſecundæ, quod non ſit in poſteriori conſequutione, alia certè forma eſt in priori, alia in poſteriori. Deinde opus eſt, vt ſeruetur eadem acceptio, idémque acceptionis modus eiuſmodi vocabulorum. Ex quo fit, vt in his duabus conſequentiis, homo deambulat, igitur aliquis homo deambulat: homo eſt ſpecies, igitur aliquis homo eſt ſpecies; non ſit eadem forma: quia vox homo in antecedente prioris accipitur pro ſingulis hominibus diſiunctiuè, in antecedente autem poſterioris, accipitur pro homine communi præciſè. Hæ verò non habent eandem formam, homo ſurgit, ergo non ſedet: homo

ſurgebat,

ſurgebat,ergo non ſedet:quia acceptio vocabuli homo,amplior eſt in poſteriori antecedente,quàm in priori.

Nam vox homo,in priori accipitur pro ſolis hominibus,qui nunc exiſtunt, iuxta differentiam temporis verbi ſurgit;in poſteriori autem, non modo accipitur pro iis, qui extiterunt, iuxta differentiam temporis, verbi ſurgebat, ſed etiam extenditur ad eos qui nunc exiſtunt,vt placet Ariſtoteli. Rurſus neceſſe eſt vt ſeruetur eadem eſſentialis Qualitas enunciationum principalium. Quò fit, vt hæ conſequentiæ non ſint eiuſdem formæ, homo eſt animal, ergo eſt ſenſus particeps.

1. Elenc.5.

Seruanda eadem eſſentiales qualitas.

Homo non eſt animal,ergo eſt ſenſus particeps, quia antecedens prioris eſt affirmatiuum, poſterioris negatiuum. Dixi principalium, quia ſi mutetur qualitas eſſentialis enunciationum quorumdã minus principalium,quæ includuntur in ſubiecto aliquo,aut prædicato? non neceſſe eſt vt mutetur forma veluti ſi dicas, homo, qui eſt iuſtus, eſt prudens,ergo hic eſt prudens. Homo qui non eſt probus, eſt imprudens,ergo ille eſt imprudens.Sunt enim eiuſdem formæ.

Prætereà neceſſe eſt, vt ſeruetur eadem quantitas enuntiationum.Quam ob cauſam hæ conſequentiæ non ſunt eiuſdem formę: Omne animal eſt ſenſus particeps, igitur homo eſt ſenſus particeps: Quoddam animal eſt rationis expers,igitur homo eſt rationis expers. Neceſſe eſt vt ſeruentur eædem Coniunctiones ac nexus principalium partium Conſequutionis, qua de cauſa hæ conſequentiæ non ſunt eiuſdem formæ:ſi dies eſt,Sol lucet;quia dies eſt, Sol lucet. Hæc neceſſariò videntur ſeruanda(& ſi quæ ſunt alia, quæ ad modum colligendi ſpectent)ſi forma Conſequentiæ retinenda eſt.

Seruanda eadem quantitas.

Seruanda eadem coniunctiones,ac nexus.

Conseqventia Materialis eſt ea, *quæ vi ſolius Materiæ concludit.* Ea verò dicitur concludere vi ſolius Materiæ, *quæ vi quidem formæ nil colligit, ſed tamen talis eſt,vt aſſumpta ſimili materia ſemper in eadem forma aptè concludatur.* Exempli cauſſa, dicimus hanc eſſe materialem conſequentiã:homo eſt animal,ergo eſt ſenſus particeps:quia propter ſolam materiam,hoc eſt, propter ſolam rerum ſignificatarum inter ſe affectionem rectè concludit. Nam quia eſſe ſenſus particeps,ita connexum eſt cum animali, vt omne animal neceſſariò ſit ſenſus particeps,hac ſola de cauſſa aptè concludit, qui ex eo quod homo eſt animal,colligit eumdem eſſe ſenſus participem. Si enim retenta eadem forma diſſimilem materiam accipias, fieri poteſt vt ineptè concludas, veluti ſi dicas:homo eſt animal,igitur eſt hinnitus particeps. Intelligimus autem ſuperiorem concludere vi materiæ, quia ſimili materia aſſumpta,ſemper aptè in eadem forma concluditur.Vt ſi dicas,Laurus eſt planta:ergo ſenſus expers. Nam vt eſſe ſenſus particeps, neceſſariò ac vniuerſè connexum eſt cum animali, ſic ſenſus expers cum planta. Eadem ratione aptè concludit ex vi materiæ, qui ſic colligit:homo eſt animal,ergo non eſt ſenſus expers:Laurus eſt planta,ergo non eſt ſenſus particeps, & ita in aliis. Verùm materialis Conſequentia minùs propriè dicitur bona & apta.

Conſequentiæ materialis.

Ex primo igitur Conſequentiarum genere, vtpote cùm quælibet enuntiatio

Quæ ſint formales conſequentiæ, quæ materiales.

enunciatio ex ſeipſa, aut ex ſua æquipollente colligitur, omnes ſunt formales, vt ſi dicas, Homo eſt animal, igitur homo eſt animal: Omnis homo eſt animal, igitur nullus homo non eſt animal. Quamquam verò prior illa ſit ridicula, tamen eſt Conſequentia formalis, atque adeo maximè omnium neceſſaria, quemadmodum hæc enunciatio, Homo eſt homo, eſt puerilis tamen enunciatio, atque inter enunciationes in primis neceſſaria. Nil enim verius aut enunciatur, aut colligitur, quàm idem de ſeipſo. Ex reliquis autem tribus generibus, quædam ſunt formales, quædam Materiales. Verbi cauſſa, in ſecundo genere cùm ex Subalternante colligitur Subalternata, aut particularis ex Indefinita, eſt formalis Conſequentia: aliquando autem è contrario eſt Materialis, vt ſi dicas, Homo eſt animal, igitur omnis homo eſt animal: In tertio genere, Conuerſiones quidem ſunt formales Conſequentiæ, ex reliquis autem, nonnullæ ſunt Materiales, vt reciprocationes quæ fiunt ex ſubiecto & Proprietate aut ex definito & Definitione, veluti ſi dicas, omnis homo eſt diſciplinæ capax, igitur omne quod eſt diſciplinæ capax eſt homo: Omnis homo eſt animal rationale, igitur omne animal rationale eſt homo. In quarto denique genere omnes Syllogiſmi ſunt Conſequentiæ formales: cæteræ autem tres Argumentationum formæ ſunt Materiales, exceptis fortaſſe quibuſdam Inductionibus, vt poſtea docebimus.

De Conſequentia Neceſſaria & Probabili. CAP. IIII.

Conſequentia neceſſaria.

CONSEQVENTIA Neceſſaria eſt ea, *cuius Conſequēs neceſſario colligitur ex Antecedēte:* vt illa, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal. Quicquid enim homo eſt, neceſſariò eſt animal. Conſequentia Probabilis eſt ea, *cuius Conſequens colligitur quidem ex Antecedente, non tamē neceſſario, ſed maxima ex parte:* vt ſi dicas: Hæc mulier eſt mater ergo diligit filium; Agricola mandat terræ multa ſemina ergo magnam fructuum copiam percipiet, Hæc enim non neceſſario ſequuntur ex Antecedentibus, ſed ferè ſemper.

Conſequentia probabilis.

Quæ Conſequētiæ ſint neceſſariæ, quæ probabiles.

CVM igitur omnis Conſequentia ſit vel Formalis vel Materialis & iterum vel neceſſaria, vel Probabilis, illud iam hoc loco animaduertendum eſt, *omnes Formales eſſe Neceſſarias: ex Materialibus autem alias eſſe Neceſſarias, alias Probabiles.* Quod enim omnes Formales ſint neceſſariæ, ex eo patet, quia in hoc ganere Conſequentiarum poſito Antecedente perpetuò ſequitur Concluſio. Id quod facilè eſt exemplis ſuprà poſitis illuſtrare, Sed Ariſtoteles hoc ipſum de Syllogiſmo apertè pronunciat, vt patet ex definitione Syllogiſmi quam tradit. Quod verò materiales Conſequentiæ partim ſint neceſſariæ, partim Probabiles, facilè intelliges, ſi genera ſingula percurras. Nam in iis quæ ordine eodem eadē præcisè verba continent in Antecedente & Conſequente, & tamen nec ſunt eædem, nec æquipollentes. hæc eſt Neceſſaria ex vi materiæ, homo eſt animal, igitur omnis homo eſt animal, hæc verò Probabilis ratione itidem materiæ, mater diligit filium, igitur hæc mater diligit filium: In iis autem, quæ ordine inuerſo colligunt, hæc eſt neceſſaria: Omnis homo eſt rationalis,

1. Prior. 1.

igitur

igitur omne rationale eſt homo : hæc verò Probabilis:omnis qui diligenter dat operam litteris,fit doctus,igitur,omnis,qui fit doctus,diligéter dat operã litteris:atque ambæ,cauſſa materiæ,nó formæ. In Enthymematibus etiã, Inductionibus & Exẽplis eadem varietas inuenitur,vt ex ſuprà dictis intelliges. Quamquam hæc ex ſequentibus fient apertiora.Nunc generales quædam Regulæ Conſequentiarum ex ſupradictis eruendæ videntur, vt facilè quiſque intelligat, quid ex quo, apta Conſequutione (de hac enim ſemper loquor) concludi poſſit.

Regulæ generales Conſequentiarum. CAP. V.

Prima regula. PRIMA Regula. *Ex Vero non niſi Verum.* Verum autem tum ex Vero, tum ex Falſo colligitur. Prior pars ex eo probatur: quia ſi vlla Conſequentia,ex Vero,Falſum colligeret,iam nõ eſſet bona & apta Conſequentia, vt patet ex priori documento bonæ Conſequentiæ.Poſteriorem partem confirmant hæc exempla:Omnis Virtus eſt Laudanda & Temperantia eſt Virtus, igitur Temperantia eſt laudanda: Omnis Vitioſitas eſt laudanda, & Temperantia eſt Vitioſitas, igitur Temperantia eſt laudanda. Ambæ enim hæ formales Conſequentiæ,id quod verum eſt, colligunt, ſed prior ex Vero Antecedente,poſterior ex Falſo. *2. Prio.2. & 1. poſt.6.*

Secunda. SECVNDA Regula. *Ex falſo & Falſum & verum,* Falſum autẽ non niſi ex Falſo concluditur. Prior pars hiſce exemplis comprobatur: Omne animal eſt candidum, & coruus eſt animal, igitur coruus eſt candidus:Omne animal eſt nigrum,& coruus eſt animal,igitur coruus eſt niger. Nam vtraque Argumentatio ex Falſo Antecedente concludit,ſed prior,Falſum Conſequẽs,& poſterior Verum. Poſterior autem pars huius Regulæ ex eo vera eſſe cernitur,quia ſi Falſum ex Vero colligeretur,daretur haud dubiè in bona Conſequentia Antecedens Verum & Conſequens Falſum,quod ſuprà negauimus. *8. Top. 4. & 5. & locis citatis.*

Tertia Regula. TERTIA Regula. *Ex Neceſſario non niſi Neceſſarium,*Neceſſarium autem ex quolibet (vt aiunt) id eſt ex Neceſſario, & ex Contingenti, & ex impoſſibili colligitur. Prior pars hoc modo probatur: Neceſſarium ſemper eſt verum, Contingens autem poteſt eſſe falſum,& Impoſſibile ſemper eſt falſum; igitur ſi ex Neceſſario rectè colligeretur Contingens,aut Impoſſibile, dari poſſet in bona Conſequentia,Antecedens verum, & Conſequens falſum, quod diximus fieri non poſſe. Poſterior pars hiſce exemplis confirmatur:Omne animal per ſe ſubſiſtit,& homo eſt animal, igitur homo per ſe ſubſiſtit:Omnis Philoſophus mouetur loco, & deambulans eſt Philoſophus, igitur deambulans mouetur loco:Omnis lapis per ſe ſubſiſtit,& homo eſt lapis,igitur homo per ſe ſubſiſtit. Omnes hæ conſequentiæ colligunt neceſſariam conclusionem,ſed prima ex neceſſario antecedente,ſecunda ex contingenti,& tertia ex impoſſibili.

QVARTA Regula. *Ex contingenti numquam colligitur Impoſſibile,ſed vel Neceſſarium,vel Contingens:* Contingens autem numquam ex Neceſſario,ſed vel ex Contingenti,vel ex impoſſibili concluditur. Quod *Quarta ex 1. Pri.12. & 9. Meta. 4.*

igitur ex contingenti, non Colligatur Impoſſibile, ex eo patet, quia cum Contingens poſſit eſſe verum, Impoſſibile autem ſemper ſit falſum ſiquis admitteret rectè colligi ex contingenti, Impoſsibile, cogeretur ſanè admittere, dari aliquando in bona Conſequentia Antecedens verum, & Conſequens falſum, quod nequaquam admittendum eſt. Quòd autem ex contingenti colligatur Neceſſarium, planum eſt ex regula ſuperiori. Quòd item ex contingenti colligatur contingens, in hoc exemplo cernes: Omnis Grammaticus eſt Dialecticus, & homo eſt Grammaticus, igitur homo eſt Dialecticus. Quòd verò contingens non colligatur ex Neceſſario, ex eo perſpicuum eſt, quia ſi colligeretur, dari poſſet in bona Conſequentia Antecedens verum,& conſequens falſum. Neceſſarium enim non poteſt non eſſe verũ,Contingens autem poteſt eſſe falſum,vt diximus.Quòd deinde Contingens ex contingente colligatur, in hac ipſa Regula oſtendimus. Quòd denique contingens ex Impoſsibili concludatur, in hac argumentatione perſpicies: Omnis lapis loquitur,& homo eſt lapis,igitur homo loquitur.

Quinta 1. de Cæl. 12. & 9. Met. 4.

QVINTA Regula. *Ex Impoſſibili ſequitur quodlibet, id eſt, tum Neceſſarium, tum Contingens, tum Impoſſibile: Impoſſibile autem, non niſi ex impoſſibili colligitur.* Quod autem ex Impoſſibili concludatur Neceſſarium, & Contingens, ex tertia & quarta Regula perſpicuum eſt. Quòd verò ex eo rectè colligatur Impoſſibile, ex hac conſequẽtia intelliges: Omnis lapis eſt præditus vidẽdi facultate, Smaragdus eſt lapis, igitur Smaragdus eſt præditus videndi facultate. Quod denique Impoſſibile non niſi ex impoſsibili concludatur, ex eo apertum eſt, quia ſi ex neceſſario, aut contingenti colligeretur, dari poſſet in bona Conſecutione Antecedens verum & conſequens falſum, vt ex dictis facilè intelliges.

Sexta.

SEXTA Regula. *Quicquid ſtat cum antecedente, ſtat cum Conſequente: non tamen quicquid ſtat cum Conſequente ſtat cum Antecedente:* Ita loquuntur Dialectici: Senſus verò eſt: Quicquid verum eſſe poteſt cum Antecedente, poteſt etiam verum eſſe cum Conſequente, non tamen vice verſa, vt ſi hæc eſt bona Conſequentia: Hoc eſt homo, ergo eſt animal, eſt autem verũ aſſerere aliquid eſſe hominem & eſſe bipes, erit etiam verum aſſerere eſſe animal, & eſſe bipes: non tamen ſi verè dixeris aliquid eſſe animal,& quadrupes, continuo verè affirmabis quòd ſit homo & quadrupes. Ratio verò prioris partis huius Regulæ hæc eſt, quia ſi aliquãdo id quod ſtat cum antecedente, non ſtaret cum conſequente, tunc ſanè euerteret Conſequens non euerſo Antecedente, quo fieret vt in bona conſequentia daretur Antecedens verum & Conſequẽs falſum. Poſterior autem pars confirmata relinquitur exemplo adducto. Ex eo enim patet, aliquando id quod ſtat cum Conſequente, non ſtare cum Antecedente: quod ſatis eſt ad confirmandum inſtitutum, modo ponas Conſequentiam illam eſſe bonam, vt re vera eſt, Materialis tamen non formalis, vt ex dictis facile intelliges.

Septima. *Ex primo prior 28.*

SEPTIMA Regula. *Quicquid repugnat Conſequenti, Repugnat Antecedenti: non tamen quicquid repugnat Antecedenti repugnat Conſequenti:* Prior pars ex eo patet, quia alioqui aliquid verum eſſe cum Antecedente

dente, quod verum non eſſet cum Conſequente, ſicque daretur in bona Conſequentia, Antecedens verum & conſequens falſum, quod fieri non poteſt. Ex hac priori parte huius Regulæ colligi poteſt illud protritum Dialecticorum pronunciatum, In bona conſequentia, ex oppoſito Contradictorio conſequentis, infertur Contradictorium Antecedentis, vt ſi hæc eſt bona conſequentia, Socrates eſt lapis, ergo non eſt ſenſus particeps; licebit ita concludere: Socrates eſt ſenſus particeps, ergo Socrates non eſt lapis. Item ſi hæc eſt bona Conſequentia: Omne animal eſt album, igitur omnis homo eſt albus, licebit ita concludere: aliquis homo non eſt albus, igitur aliquod animal non eſt album. Nam ſi ex Contradictorio Conſequentis non concluderetur Contradictorium Antecedentis (& ita nec contrarium) poſſet vtique contradictorium Conſequentis ſtare cum Antecedente: aliquid ergo repugnaret Conſequenti, quod non repugnaret antecedenti: id quod prior pars huius Regulæ non admittit. Poſterior pars vel hoc vno exemplo ſtabilitur: Hoc non eſſe hominem, quod repugnat antecedenti huius conſequentiæ: Hoc eſt homo, ergo eſt animal, non repugnat conſequenti, eiuſdem conſequentiæ (Bucephalus, ſiquidem, qui non eſt homo, eſt animal) igitur non quicquid repugnat Antecedenti, repugnat conſequenti.

Dialecticorum pronunciatum.

Ex 1. pri. 42. & 2. Pri. 2. & 4.

Non tamē ex Contradictorio antecedentis infertur cō tradictorium conſequentis, vt ait Ariſtot.

Si non concluderetur contradictorium antecedētis ergo nec contrarium, quia ex quo infertur contrariū infertur contradictorium.

Octava Regula. *Ex quocunque ſequitur Antecedens, ſequitur Conſequens: & quicquid ſequitur ex conſequente, ſequitur ex antecedente:* Exempli cauſſa, ſi ex homine ſequitur animal, & ex animali ſubſtantia, ex homine ſequetur ac concludetur ſubſtantia. Item ſi ſubſtantia ſequitur ex animali, & animal ex homine, ſubſtantia ſequetur ex homine; quod idem eſt ordine conuerſo. Hæc Regula ex eo probatur, quia cùm in hoc concludendi modo ad minimum ſint tres Conſequentiæ, ſi tertia non fuerit bona, nullum erit incommodum, ſi detur in ea Antecedens verum & conſequens falſum. Faciamus igitur aliquid eſſe hominem, quod tamen non ſit ſubſtantia: Aut ergo cùm ex homine concluditur animal, aut cum ex animali concluditur ſubſtantia, datur Antecedens verum & Conſequens falſum, quod eſt contra hypotheſim: ponimus ſiquidem priores duas Conſequentias eſſe bonas. Poſſunt autem in hoc concludendi genere multo plures, quàm tres, iungi Conſequentiæ. Semper enim extremum conſequens colligetur ex primo Antecedente, vt ſi dicas: Si homo eſt, animal eſt: ſi animal, viuens: ſi viuens, corpus: ſi corpus, ſubſtantia: igitur ſi homo eſt, ſubſtantia eſt. Noſtri hanc gradationem, vulgò appellant, Argumentationem de primo ad vltimum, Græci σωρείτην, hoc eſt, aceruualem, vt [a] Cicero interpretatur. Quod verò idem ait, [b] hoc genus argumentationis vitioſum eſſe, ac captioſum, non ita intelligendum eſt, quaſi non rectè concludat. Nam ſi omnes priores Conſequutiones, ex quibus extre ma texitur, fuerint aptæ, nihil vitii erit in extrema. Sed id propterea aſſerit, quod in hoc concitato progreſſu conſequutiarum, quarum aliæ aliis, quaſi grana granis minutatim adduntur, ſæpe ineptæ cum aptis permiſcentur, quæ temporis breuitate non facile perноſcuntur, quo fit vt tota Congeries ſæpe Hominem ſecurum

Octaua. Et 1. peri. 28. & 33.

Argumentatio à primo ad vltimum. σωρείτης ſeu Aceruualis.

a Cice. 2. Diuat.

b Acade li. 2. prima edit.

ξ 2 capiat.

capiat. Sic Stoici fallaciter concludebant, omne, quod modo aliquo eſſet bonum eſſe honeſtum: Si bonum, igitur optabile: ſi optabile, expetendum: ſi expetendum, dignitatem habet: ſi dignitatem habet, laudabile eſt: ſi laudabile, honeſtum: igitur ſi bonum eſt, honeſtum eſt. Hæc tertia conſecutio eſt vitioſa. Multa enim ſunt expetenda, quæ non habent dignitatem, vt nonnulla vtilia, & alia quædam iucunda. Fit autem Sorites interdum ex vniuerſalibus Enuntiationibus, vt ſi dicas: Omnis homo eſt animal, & omne animal eſt viuens, & omne viuens, eſt ſubſtantia, igitur omnis homo eſt ſubſtantia. Sed hæc de Regulis generalibus Conſequentiarum videntur ſatis. Iam ad Argumentationem, quæ tertius Diſſerendi modus eſt, aggrediamur.

De Argumentatione. CAP. VI.

Argumentum eſt mens Argumẽtationis. *a In partitionibus.* *Argumentatio quid.*

ARGVMENTATIO ex Argumento quod eſt eius quaſi mens nomen inuenit. Dicitur enim a Cicerone auctore, *Argumenti explicatio.* Planiùs tamen & vis vocabuli & natura rei hac definitione perſpici poteſt: Argumentatio, *eſt oratio in qua ex Argumento explicato, altera pars Quæſtionis concluditur.* Argumentum *eſt inuentum quid ad faciendam fidem*, hoc eſt, medium, quod aſſumitur ad aliquid probandum. Quæſtio, *eſt in dubitationem ambiguitatemq́ adducta enuntiatio; Quæ quidem vtramque partem Contradictionis complectitur Affirmationẽ ſcilicet & Negationem, alteram expreſsè, alteram implicitè*, vt Sitne omnis virtus anteponenda opibus, an non, Eſtq́; omnis Quæſtio aut Vniuerſalis, vt quæ dicta eſt: aut Particularis, vt ſi dicas, Vtrum aliquis pauper ſit fœlix, necne? quæ duo genera dicuntur Theſes: Aut ſingularis, vt, Num Socrates ſine nota criminis cicutam hauſerit, quæ dicitur Hypotheſis. Tunc autem Argumentum explicari dicitur, cùm ſic oratione dilatatur, vt ad inſtitutum confirmandum aptetur. Exempli cauſſa, ſi propoſita prima illa quæſtione, Sit-ne omnis virtus opibus anteponenda, an non, velis affirmatiuam partem confirmare, neceſſe eſt, vt primum exquiras medium ad id efficiendum. Quòd ſi inueneris Virtutis definitionem, hoc eſt, eſſe habitum, qui bonum efficit habentem, & opus eius bonum reddit: tum habebis Argumentum. Eſt enim medium hoc accommodatiſſimum ad inſtitutum concludendum. Si verò Argumentum repertum ita oratione dilataueris, vt dicas: Omnis habitus qui bonum efficit habentem, & opus eius bonum reddit, eſt, opibus anteponendus, omnis autem virtus eſt huiuſmodi habitus, igitur omnis virtus eſt opibus anteponenda, effeceris tandem Argumentationem. Diximus namque Argumentationem eſſe orationem, in qua ex Argumento explicato altera pars Quæſtionis concluditur.

Argumẽtum. *Quæſtio quid.* *Boët. 1. de Diff. Top.* *Theſis.* *Hypotheſis.* *Quo pacto Argumentum explicari dicatur.* *2. Ethic. 6.*

Conſequentiæ carentes medio non ſunt Argumentationes.

REIICIVNTVR ergò ab hac definitione Conſequentiæ omnes carentes Medio, vt cùm quælibet enuntiatio ex ſeipſa colligitur, aut vna Æquipollentium ex alia, aut ex Vniuerſali Particularis, aut ex Conuerſa. Conuertẽs: quas ſuprà diximus non eſſe Argumentationes Cùm enim huiuſmodi conſequentiæ medium non aſſumant ad aliquid concludendum Argumento careant neceſſe eſt: quo fit vt Argumentationes

by Google

mentationes dici non poſſint. Reiiciuntur etiam Argumentationes ex apertè falſis, quæ etſi modo aliquo Argumentationes dici poſſint eo quod ex Medio aſſumpto aliquid cõcludunt, vt ſi dicas: Omnis equus eſt lapis, omnis leo eſt equus, igitur omnis leo eſt lapis. Tamẽ cùm nihil ſuadeant, non ſunt Argumẽtationes de quibus agat Dialecticus, niſi quatenus formam Argumentationum participant. Reiiciuntur ergo, quia Medium quod aſſumunt, non eſt Argumentum, cùm nullá faciat conſequentis fidem. Illę igitur conſequentiæ duntaxat hac definitione comprehenduntur, quæ & Medio conſtant, & ex Antecedente neceſſario, aut probabili, aut quod tale eſſe videatur, ad faciendam qualemcumque fidem, aſſentionémve conſequentis comparata ſunt. Hoc genus præſertim cùm ex Neceſſariis, aut Probabilibus aliquid concludit, vocatur ab Ariſtotele [a] nunc ἀπόδειξις, id eſt Demonſtratio, latè accepto Demonſtrationis vocabulo, nunc [b] πίστις, hoc eſt fides, ſeu Probatio: nunc [c] λόγος, hoc eſt ratio. Sæpe etiam Argumentum appellatur, eo quod totum Argumentationis robur in Argumento poſitum eſt.

Argumentationes ex apertè falſis non tractantur à Dialectico, niſi ratione formæ.

Quas Conſequentias comprehẽdat tradita definitio Argumentationis.

Argumentatio ſæpe dicitur Argumentum.

[a] *Vt 1. Rhet. ad Theo. 1. Cicer. etiam 2. Acad. prima edit.*
[b] *Vt 1. Top. 7.*
[c] *Vt Top. 10. & paſsim lib. 8.*

De Inuentione & Iudicio. CAP. VII.

CVM igitur Argumentatio *ſit oratio, in qua ex Argumento explicato altera pars Quæſtionis cõcluditur*, vt diximus, perſpicuum ſanè eſt, ad ſtructuram Argumentationis duo eſſe neceſſaria. Alterum, eſt Inuentio Argumẽtorum, alterum, accommodatio eorum ad inſtitutum confirmandum, quæ vocatur Iudicium. Et inuentio quidem ſuppeditat materiam, Iudicium adhibet Formam. Vnde cùm forma rei, quæ Arte conficitur, ſine materia eſſe non poſſit, plurimi ſunt, [d] qui dicant neceſſe eſſe, vt prius de Inuentione, quàm de Iudicio diſſeratur. Quibus ego cùm Ariſtotele non prorſus aſſentior. Nam etſi ad conficiendam Argumentationem prius exquirendum eſt Argumentum ad inueniendum quàm ad Quæſtionem aptetur, tamen vt Argumentationum Formæ intelligantur, non eſt neceſſe antè tenere, qua via & ratione inueniri poſſint Argumenta ad quamcumque Quæſtionem tractandam. Satis enim erit, ſi in confectis iam Argumentationibus eiuſmodi formæ oſtendantur. Quinetiam cùm formæ omnium Argumentationum, de quibus Dialecticus agit non differant à Formis earum, quæ ex apertè falſis enuntiationibus conſtant, non dubium eſt, quin ſumptis quibuſcumque vocibus, ignorata prorſus vniuerſa Inueniendi ratione formæ earum & tractari planè & perfectè intelligi poſſint. Mitto, quòd multa neceſſe eſt dicere in tradenda Inuentione Argumentorum, quæ, niſi Argumentationum Formas perſpectas habeas, minimè aſſequaris, vt patebit in progreſſu, cum tamen, vt huiuſmodi Formæ intelligantur, nihil neceſſe ſit ex Inuentione mutuari. Non eſt igitur cur prius Inuentio Argumentorum tradenda ſit, quàm Iudicandi ratio attingatur.

Inuentio ſuppeditat materiã, Iudicium adhibet formam. Nunc prius de inuentione agẽdum ſit, quàm de Iudicio.

[d] *Vt Cicer. in Top. quem per multi ſequuntur.*

SED animaduertendum eſt, duplex Iudicium à Dialectico tradi oportere: Alterum, quo quiſque ſciat ſingulas conſtruere Argumentationes, Alterum, quo intelligat, qua methodo, & via Argumẽta omnia,

Duplex Iudiciũ Prior Iudicij pars dicitur ab Ariſtot. ἀνάλυσις. id eſt, Reſolutio poſterior.

τάξις, id eſt, Ordo. *Prior Iudicij pars ante Inuētionem tradenda eſt, poſterior poſt Inuentionem.*

queę ad aliquid tractandum aſſumuntur inter ſe diſponenda ſint. Quanquam ergo prior Iudicij pars antè Inuentionem tradi debeat, vt diximus, poſterior tamen, niſi poſt Inuentionem, tradi non poteſt, Inuentione ſiquidem docetur varietas Argumentorum, quàm qui ignorauerit, ordinem in Argumentis conſtituere non valebit. Nos igitur cum [a] Ariſt. ſiue in tractanda Argumentatione in commune, ſiue cùm de Demonſtratione, ac Syllogiſmo Dialectico diſſeremus, priùs eam Iudicij partem, qua ſingularum Argumentationum cōſtructio intelligitur, quam Inuentionem Argumentorum trademus. Quibus exactis ad poſteriorem [b] quæ tum Ordo, tum Collocatio, tum Diſpoſitio, & Methodus appellatur, veniemus.

[a] Sic fecit Ariſtot. Prio. Poſt. & Top.

[b] Ariſt. 8. To. 1. Ordinē. Cicero in Partitio. collocationem, Quint. lib. 6. cap. 1. Diſpoſitionē.

Diuiſio Argumentationis & Definitio Syllogiſmi ſimplicis.

CAP. VIII.

ARGVMENTATIO ſæpe ab Ariſt. in quatuor genera diuiditur, in Syllogiſmum, Inductionem, Enthymema, & Exemplum. Aliàs in duo tantum priora, quod Enthymema ſit Imperfectus Syllogiſmus, & Exemplum Inductio imperfecta. Sed nos priorem diuiſionem vt magis perſpicuam, & vulgatam perſequemur.

Lege Ariſt. 1. Pri. 13. & 1. Poſt. 1. & To. 10. & 1. Rhe. ad Theod. 2.

Syllog. ſeu Ratiocinatio. Simplex ſyllogiſmus ſiue Categoricus quid.

SYLLOGISMVS ergò, qui Latinè Ratiocinatio dicitur, aut eſt Simplex ſiue Categoricus, aut Coniunctus ſiue Hypotheticus. Simplex ſiue Categoricus Syllogiſmus, auctore [c] Ariſtotele, *eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis aliud quiddam ab iis quæ poſita ſunt, ex neceſſitate accidit eo, quod hæc ſunt.* Cum audis: *Quibuſdam*, intellige quàm pauciſſimas enuntiationes ſimplices, fruſtrà namque plura adhibenda ſunt vbi pauciora ſufficiunt. Satis autem ſunt duæ, vt [d] paulò inferiùs oſtendemus. Adiectum eſt *Poſitis*, id eſt, Conceſſis, quæ eſt [e] grauiſſimorum auctorum interpretatio, [f] imò etiam videtur Ariſtot. primo ad Theodecten libro, quia Syllogiſmus cùm ſit Argumentatio, atque adeo potiſſimum eius genus, fidem faciat neceſſe eſt, atque ita ex Conceſſis ad id quod non conceditur, progrediatur, Quod & ex generibus in quæ diuiditur Syllogiſmus, Demonſtratione, inquam, Syllogiſmo Dialectico, Pſeudographo, & Sophiſtico, quæ omnia ad fidem aliquam ſeu aſſenſionem ex Conceſſis efficiendam comparata ſunt, planè colligitur.

[c] 1. Prio. 1. Quibuſdam.

[d] Cap. 10. Poſitis.

[e] Vt Alexan. Aphrod. & Aueuro. eodē loco, & Boet. lib. 2. de ſyl. Caiet. & D. Thom. Opuſc. 48.

[f] Cap. 2.

Conceſſa quæ.

Conceſſa autem & Confeſſa ſunt, quæ aut Neceſſaria, aut Probabilia videntur, ſiue reuera talia ſint, ſiue non ſint: ſed modo videantur. Cùm audis, *Aliud quiddam ab iis, quæ poſita ſunt*, intellige Concluſionem diuerſam à qualibet Præmiſſarum ſiue præcurrentium Propoſitionum, atque ita diuerſam, vt careat Argumento, quo neutra illarum caret. *Ex neceſſitate accidere*, idem eſt quod neceſſario ſequi atque concludi. *Eo quòd hæc ſunt*, nihil aliud ſignificat, quàm ex vi formæ. Sic enim breuiſſimè complector horum verborum vim. Hæc autem particula idcirco addita eſt, quia Syllogiſmus ſimplex non concludit tantum ex neceſſitate Materiæ vt aliæ pleræq; Argumentationes: ſed etiam ex neceſſitate formæ, ſeu Modi colligendi.

Aliud quiddam. *Ex neceſſitate accidit.* *Eo quod hæc ſunt.* *Alexand.*

Quæ reiiciātur à Definitione ſyllog.

SI ergo, verbis huius definitionis vis ordine ſeparare à Syllogiſmo ſimplici cætera omnia, hunc ordinem tene. Cùm dicitur Oratio reiice,

reiice voces ſimplices,cùm dicitur,In qua aliud ſequitur,reiice omnes orationes quæ non ſunt Conſequentiæ, imò & omnes Conſequentias quæ non ſunt Argumentationes.Cùm dicitur poſitis,reiice omnes argumentationes ex apertè falſis,quarũ Antecedentia à nemine ponuntur,ſiue cõceduntur.Cùm dicitur Neceſſariò, reiice omnes conſequẽtias probabiles.Omnis enim Syllogiſmus eſt conſequentia neceſſaria, non quod omnis neceſſariã colligat Concluſionem(multi enim colligunt nõ neceſſariã vt Syllogiſmus Dialecticus,Pſeudographus & Sophiſticus)ſed quia omnis neceſſariò concludit,ſiue Neceſſariam Concluſionem,ſiue Probabilem,ſiue quæ talis eſſe videatur. Cùm dicitur, Eo quod hæc ſunt, reiice omnes Argumentationes Neceſſarias ex vi Materiæ duntaxat. Cum dicitur Quibuſdam,id eſt,quàm pauciſſimis ſeu duabus ſimplicibus enuntitionibus, reiice Syllogiſmos Hipotheticos,qui quidem tres ad minimum ſimplices enũtiationes antè Concluſionem præmittunt,vt inferius docebimus: Reiice quoque Syllogiſmos ſimplices conglobatos,qualis hic eſt:Omne corpus eſt ſubſtãtia,& omne viuens eſt corpus & omne animal eſt viuens, igitur omne animal eſt ſubſtantia:quia pluribus quàm duabus ſumptionibus conſtant.Hi verò neceſſariò reiiciendi ſunt, quia nullus eorum eſt ſimpliciter vnus Syllogiſmus,ſed plures complicati.

Omnis Syllogiſmus neceſſariò cõcludit, nõ tamẽ omnis neceſſariã colligit concluſionem.

Syllogiſmi conglobati.

De Materia Syllogiſmi. CAP. IX.

SYLLOGISMVS Simplex,aut eſt Abſolutus aut Modalis:Simplicis,materia duplex;Propinqua & Romota. Materia propinqua, ſunt propoſitiones, ex quibus proximè Syllogiſmus extruitur:Remota verò ſunt termini, ex quibus conficiuntur propoſitiones.Propoſitio,*eſt oratio,qua aliquid de aliquo affirmat aut negat,* vt:Omnis virtus eſt amplectenda:Nulla virtus eſt repudienda.Diciturq́ue Propoſitio, quia in Argumẽtatione ad aliquid concludendum proponitur.

Materia propinqua. Remota.

Propoſitio quid 1. prio. 1.

TERMINVS verò eſt,*in quem reſoluitur Propoſitio.* Huiuſmodi eſt ſolum Prædicatum & Subiectum propoſitionis,vt Laudãda & Virtus, in priori propoſitione.Nam verbum,Eſt,cum ſit forma Propoſitionis, non eſt pars,in quam Propoſitio reſoluatur,nulla ſiquidem res Artificioſa reſoluitur in Materiam & Formam,ſed ſolùm in partes Materię, quæ quidem remanent poſt reſolutionem:vt domus non reſoluitur in materiam & Figuram,ſed ſolùm in partes Materiæ, hoc eſt,in lapides, calcẽ,ligna,& regulas,quæ permanent diſſoluta domo. Sic igitur cùm verbum,Eſt,qua ratione copulat prædicatũ cum ſubiecto,ſeu adſignificat eorum compoſitionem & coniunctionem,non maneat diſſoluta propoſitione,ſeu nequeat intelligi,vt ait [a] Ariſtoteles; efficitur,vt nõ ſit pars in quam Propoſitio reſoluatur, ac proinde non ſit terminus. Quamquàm verò Propoſitio,quatenus oratio eſt,in plures partes,quã in duas reſolui poſſit(hæc enim:Homo ſapiens eſt diues, reſoluitur in tres:hæc verò,Cœlum ſupremum eſt corpus maximum:reſoluitur in quatuor,& alia in multò plures)tamen quatenus eſt Propoſitio, hoc eſt, quatenus aliquid de aliquo affirmat, aut negat,in duas tantùm diſſipatur,

Terminus. Verbum, Eſt, vt nectit prædicatum cum ſubiecto, non eſt terminus. Alex. & Auenro. eodem loco & Boet. de ſyllogiſ. Categ.

In quas partes dicantur reſolui res Artificioſa.

[a] *1. Peri.3.*

diſſipatur,in eam,quæ affirmatur aut negatur de altera:& in eã,de qua altera affirmatur aut negatur,quæ ſunt Prædicatum & ſubiectum.

Propoſitio, quæ propoſitio eſt, in duas tãtum partes reſoluitur.

Diuiſiones Terminorum.

H v c iam pertinent Diuiſiones illæ Terminorum, quas iuniores initio ſuarum Summularum inculcant. Alij enim ſunt Smplices ſiue Incomplexi, vt nomina & verba, alij Coniuncti ſiue Complexi, vt Definitiones & aliæ pleræque orationes, Simplices verò dicuntur tum Aequiuoci (Analogos intellige) tum vniuoci: tum Concreti, tum abſtracti: tum communes, tum ſingulares, & idẽtidem aliis atque aliis nuncupationibus, quibus in initio diximus Nomina generali ſignificatione accepta appellari. Dicuntur porro Termini hoc nomine, quia in ipſos terminatur ac finitur reſolutio Syllogiſmi, vt initio diximus: vel quia hiſce propoſitio terminatur ac finitur.

Cur Termini hoc nomine appellentur.

Alia diuiſio materiæ in quatuor genera.

A l i o modo Materia Syllogiſmi Abſoluti quadruplex dicitur: Neceſſaria, Probabilis, & quæ nec Neceſſaria, nec Probabilis ſit, ſed tamen aut Neceſſaria, aut probabilis eſſe videatur; ſed cum Syllogiſmus Abſolutus in commune nullum ex his quatuor generibus Materiæ ſibi determinatè aſſumat ſed ex quomodocunque conceſſis componatur, nihil amplius hoc loco de hac Materia dicimus. Priora verò duo genera, quæ totum genus Syllogiſmorum, de quibus nunc agimus determinatè ſibi vendicant, planiùs adhuc tractanda & explicanda ſunt.

Quot ſint Termini & Enuntiationes in Syllogiſmo & quomodo appellentur.

Cap. x.

2. Pr. 25. & 6.

O m n i s Syllogiſmus Abſolutus tribus duntaxat Terminis, & duabus Propoſitionibus, vnaque Concluſione cõſtet neceſſe eſt. Nam Concluſio, quæ antequam probetur, in dubitationem ambiguitatemq; adducitur, duobus tantum Terminis perſpicuè conſtat, ſuo (inquã) Prædicato & Subiecto. Ad Iudicandum autem nũ Prædicatum Concluſionis verè affirmetur, aut negetur de Subiecto, vnum Argumentũ, ſiue Medium ſatis eſt. Hoc autem Medium ſemel iungendum eſt in Antecedẽte cum Prædicato Concluſionis, ſemel cum Subiecto, vt quomodo extrema concluſionis ad illud ſe habuerint, eodem inter ſe affecta eſſe cõcludantur. Ex ſingulis verò coniunctionibus Medij cum extremis, ſingulæ ſtruuntur Propoſitiones. Igitur ad ſtructuram Syllogiſmi ſatis ſunt tres Termini, duæque propoſitiones, ex quibus Cõcluſio colligatur, Quapropter ſi in Argumentatione aliqua, quæ primo aſpectu vnus Syllogiſmus videatur, fuerint plures, quàm duæ Propoſitiones, aut certè plures quàm tres Termini, eiuſmodi Argumentatio non erit reuera vnus Syllogiſmus, ſed Plures complicati, aut diuerſa Argumentationum genera permiſta; vt ſi dicas: Omne corpus eſt ſubſtantia, & omne viuens corpus & omne animal eſt viuens, igitur omne animal eſt ſubſtantia; & rurſum: Omne viuens eſt corpus, & omne animal eſt viuens, igitur omne animal eſt ſubſtantia. Prior namque argumentatio conſtat ex ſumptionibus duorum Syllogiſmorum, Poſterior autem ex ſumptioribus vnius Syllogiſmi, & ex Antecedente vnius Enthyme matis, vt animaduertenti facilè patebit.

Vbi ſunt plures quam tres termini plures quoque ſint Argumentationes.

Ariſt. ibid.

Ex

zed by Google

Ex tribus autem Terminis, ex quibus vnus ſimpliciter Syllogiſmus conſtituitur, Vnus dicitur maius extremum, Alter minus, extremum tertius vocatur medius terminus. Maius extremum eſt, quod præſtantiorem habet in Syllogiſmo locum: Minus extremum, quod minus præſtantem: Medius denique terminus eſt is, qui bis ponitur in Antecedente, ſemel iunctus maiori extremo, ſemel minori. Exempli cauſſa, ſi dicas: omnis Virtus eſt qualitas, omnis Iuſtitia eſt Virtus, igitur omnis Iuſtitia eſt qualitas; hoc nomen qualitas, erit maius extremum, Iuſtitia minus extremum, Virtus medius terminus. *1. Pri. 4.* *Maius extre.* *Minus extre.* *Medius terminus.*

Ex tribus vero enunciationibus, ex quibus conſtat Syllogiſmus, Vna dicitur tum maior Propoſitio, tum ſimpliciter Propoſitio: Altera minor Propoſitio & Aſſumptio: Tertia & Concluſio & Complexio nominatur. Maior propoſitio eſt, quæ ex maiore extremo, & medio ſtruitur, vt in proximo Syllogiſmo, omnis Virtus eſt qualitas: minor propoſitio eſt, quæ ex minore extremo, & medio conficitur, vt omnis Iuſtitia eſt Virtus, Atque hæ communiter, Sumptiones, & Præmiſſæ appellantur. Concluſio vero eſt, quæ ex maiore & minore extremo nectitur, vt, Omnis Iuſtitia eſt qualitas: Sed iam ferè obtinuit diſputationum abuſus, vt dum ſtructura Ratiocinationum contentionis ardore minus expenditur, quæcunque Propoſitio, primo loco poſita fuerit, dicatur maior: quæ ſecundo, minor; etſi reuera illa ſit minor, hæc maior, vt cùm idem ille Syllogiſmus hoc modo ſtruitur: omnis Iuſtitia eſt Virtus, omnis Virtus eſt qualitas, igitur omnis Iuſtitia eſt qualitas. Non eſt tamen præpoſterè vtendum his vocabulis, ſed potius, cum res minus perpenditur, dicendum: Nego, aut Concedo priorem, aut poſteriorem propoſitionem. *Maior propoſitio, ſeu propoſitio.* *Minor propoſitio ſeu aſſumptio.* *Sumptiones ſeu præmiſſæ.* *Concluſio ſeu Complexio.* *Ex Alex. 1. Pri. 4. & ex Cic. 1. de Inuentione.* *Abuſus quidam in diſputationibus.*

De Forma Syllogiſmi. CAP. XI.

FORMA Syllogiſmi Abſoluti ex Figura & modo conſtat, quemadmodum pulchritudo corporis humani ex conuenientia membrorum, & quadam coloris ſuauitate. Figura Syllogiſtica, eſt Extremorum cum medio ad aliquid concludendum apta collocatio. Erit autem apta ſi in altera Sumptionum ſit maius Extremum, in altera minus, in cóclusione autem vtrumque: medius verò Terminus ſemel iungatur maiori Extremo, ſemel minori & nequaquã ingrediatur Concluſionem, Quare ſi Termini aliter diſponantur, non erit Figura Syllogiſtica, vt ſi dicas: omnis Virtus eſt qualitas, & omnis Iuſtitia, igitur omnis Iuſtitia eſt qualitas: aut alio pacto, ſecus quàm docuimus, verba hæc coniungas. *Forma Syllogiſtica.* *Figura Syl.*

MODVS verò Syllogiſticus, eſt *Sumptionũ ad Concluſionem colligendam apta ſecundum Quantitatem & Qualitatem complicatio.* Neque enim ſatis eſt ad concludendum Syllogiſticè ſi termini apta Figura diſponantur, niſi certa quædam Sumptionum ſecundum Quantitatem & qualitatem complicatio accedat. Nam ſi ambæ Sumptiones fuerint exépli cauſſa (Particulares, aut vtraque negatiua, nihil efficietur, vt patet ſi dicas: quoddã animal eſt equus, quidam homo eſt animal, igitur *Modus Syllogiſticus.*

quidam

Digitized by Google

quidam homo eſt equus: Nullum animal eſt lapis, nullus adamas eſt animal, igitur nullus adamas eſt lapis; ergò præter figuram neceſſarius eſt modus, cum acceſſione Forma Syllogiſmi abſoluatur.

De tribus Figuris Syllogiſmorum deque generalibus concludendi modis. CAP. XII.

1. Pri. 22. Prima figura. Secunda. Tertia. Ex 1. Pri. 7. Directè concludere. Indirectè cõcludere. Maius extremum in 1. figura. Minus.

FIGVRÆ Syllogiſmorum tres ſunt. Prima eſt, in qua medius Terminus alteri Extremo ſubiicitur, & de altero prædicatur. Secunda in qua prædicatur de vtroque. Tertia, in qua vtrique ſubiicitur. Nec alia collocatio Extremorũ cum medio termino reperitur, quæ apta ſit ad aliquid concludendũ. Generales modi concludendi duo ſunt: Directè, ac Indirectè. Modus Directè ſeu ſecundum naturam concludendi eſt, cùm maius Extremum de minore concluditur: Indirectè autem, ſeu contra naturam concludendi modus eſt, cùm minus Extremum de maiore colligitur.

Quomodo internoſcãtur. Maius & minus Extremũ in 2. & 3. fig. a Ex Recentioribus.

AC in prima quidem Figura illud eſt maius Extremum, quod prædicatur de medio Termino: Minus verò, quod medio ſubiicitur: præſtantius ſiquidem eſt prędicari, quàm ſubiici. In Secunda verò & Tertia, cum vtrumque Extremum quo ad Prædicationẽ & Subiectionem parem habeat in Sumptionibus dignitatem. Sunt [a] qui velint, id eſſe maius, quod ſitu partium orationis alterum antecedit, id minus quod ſequitur; Alij, [b] qui dicant id eſſe maius, quod in quæſtione propoſita prædicatur, id minus quod in eadem ſubiicitur: [c] Alij denique, qui aſſerant, id eſſe maius, quod in Concluſione prædicatur, id minus, quod in eadem ſubiicitur. Sed priores ſententiæ, quicquid probabilitatis habeant omittendæ à nobis ſunt hoc loco, quia tertia multò eſt planior, ac facilior. Num autem ſit verior, alias videbimus.

b Vt Alex. & Auctr. 1. pri 5. c Hi refutantur & impugnantur ab Alex.

Quot modis in quaque Figura Directè aut etiam Indirectè concludatur. CAPVT XIII.

In Prima figura tum directè, tum indirectè concluditur.

IN Prima ergo Figura, dubium non eſt, quin vterque Concludendi modus locum habere poſſit, Directè nimirum, & Indirectè, Si enim ita dicas:

Omnis Virtus eſt qualitas,
Omnis Iuſtitia eſt Virtus,
Igitur omnis Iuſtitia eſt qualitas.

Directè ſane concludes, vt pote maius Extremum de minore. Si vero ſic ratiocineris:

Omnis Virtus eſt qualitas,
Omnis Iuſtitia eſt Virtus,
Igitur quædam qualitas eſt Iuſtitia.

Indirectè haud dubiè, & cõtra naturam colliges, ſcilicet minus Extremum de maiore. At in Secunda & tertia figura lõge alia ratio eſt iuxta eam, quam hoc loco ſequimur ſententiã. Nam cum in vtraque, id perpetuò ſit maius Extremũ, quod de altero Concluditur vt dictu eſt, neceſſario efficitur, quãdocunque in figuris Ratiocinatio cõſtruitur, Directè cõcludatur. Qua ratione factũ eſt, vt Dialectici, qui nomina omnibus

In ſecũda, & tertia Figura ſemper directè concluditur.

Digitized by Google

bus modis concludendi impoſuerunt,numeratis in prima Figura quatuor Directè, & quinque Indirectè concludendi, quos vocauerunt:

Barbara, Cælarent, Darij, Ferio, Baralipton,

Celantes, Dabitis,Fapeſmo, Friſeſomorum,

Nullum indirectè concludentem in Secunda aut Tertia Figura nominauerint: ſed hoc tantum decem directè concludentes:

Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, Darapti,

Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Quorum quatuor primi ad Secundam, ſex reliqui ad tertiam Figuram pertinent. Hac ratione (vt alias omittam) dictum eſt à me planiorem eſſe in his duabus Figuris tertiam de maiore & minore extremo ſententiam: quia inquam nullos indirectè concludédi modos inuehit, quos tamen ſuperiores opiniones facere coguntur. Sed hæc alias. De his ergo vndeuiginti modis enumeratis, quinam ſint, & qua arte hiſce nominibus ſignificentur, nunc dicendum eſt. *Modi aptè ratiocinandi ſunt.9.*

De modis Directè concludendi in prima Figura. CAP. XIIII.

SI nomine modorum, intelligamus quaſcunque complicationes Sumptionum ſecundum Quantitatem,& Qualitatem ſiue aptæ ſint ad Concluſionem aliquam colligendam,ſiue ineptæ, ſexdecim neceſſariò dandi ſunt, in vnaquaque Figura modi. Nam aut vtraque Sumptio eſt Vniuerſalis, aut vtraque Particularis: aut maior propoſitio Vniuerſalis, & minor Particularis:aut maior Particularis,& minor Vniuerſalis. Nec enim hoc loco de Singularibus enuntiationibus loqui inſtituimus.Indefinitè verò, ex forma ſua pro particularibus habendæ ſunt.In vnaquaq; autem dictarũ quatuor complicationũ ſecundum Quantitatem, quatuor itidem aliæ ſecundum Qualitatẽ cernuntur: Aut enim vtraque Sumptio affirmat, aut vtraque negat: aut Propoſitio affirmat,Aſſumptio negat:aut Propoſitio negat, & Aſſumptio affirmat. Itaque latè accepto modorum nomine, ſexdecim ſunt modi in ſingulis Figuris;verũ ex his, quo ad primam Figuram attinet, quatuor tantùm ex vi formæ Directè concludunt,videlicet: *16. modi ſunt in ſingulis figuris, ſi computẽtur ſimul apti & inepti.* *Modi directè concludentes in 1. figura.*

Barbara, Celarent, Dary, Ferio:

quia in his nunquam omninò dari poteſt Antecedens verum, quin Conſequens vi Antecedentis verum eſſe deprehendatur, Quæ quidem ratio probandi, cæteris etiam quindecim modis aptè concludentibus accommodanda eſt. Quamquam neceſſitas Concludendi (quæ omnibus conuenit) alia quoque ratione perſpici poteſt, [a] paulò inferiùs docebimus. *[a] Cap.21. & 25.*

HARVM autem quatuor vocum ſignificationem, atque adeò quindecim reliquarum facilè intelliges, ſi aduerteris primam vocalem cuiuſque dictionis ſignificare maiorem propoſitionem, ſecundam minorem,tertiam Concluſionem. Et rurſus vocalem, A, deſignare enuntiatione vniuerſalem affirmatiuam; E, vniuerſalem negatiuam: I,particularem affirmatiuam: & O,particularẽ negatiuam.Primus ergo primæ Figuræ Modus eſt, cum ex vtraque ſumptione Vniuerſali & *Dictiones modorum qualitatẽ & quantitatem enuntiationum ſignificant.*

Affirmatiua, Concluſio vniuerſalis, & Affirmatiua colligitur. Quod totum ſignificat vox Barbara, Exemplum:

Bar- Omne bonum eſt expetendum,
ba- Omnis Virtus eſt bona,
ra. Igitur omnis Virtus eſt expetenda.

SECVNDVS modus eſt, cum ex maiore vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, concluſio vniuerſalis negatiua colligitur. Quod totum ſignificat vox Celarent: Exemplum,

Ce- Nullum bonum eſt fugiendum,
la- Omnis virtus eſt bona,
rent. Igitur nulla Virtus fugienda eſt.

TERTIVS modus eſt, cum ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, Concluſio particularis affirmatiua colligitur. Id quod ſignificat vox Darij, Exemplum:

Da- Omne vitium fugiendum eſt,
ri- Aliqua conſuetudo eſt vitium,
j. Igitur aliqua conſuetudo fugienda eſt.

QVARTVS modus eſt, cum ex maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua, concluſio particularis negatiua colligitur, vt ſignificat vox Ferio, Exemplum:

Fe- Nullus timidus eſt fœlix,
ri- Quidam diues eſt timidus,
o. Igitur quidam diues non eſt fœlix.

RELIQVI duodecim modi nihil ex vi formæ Directè concludunt, quia in ſingulis dari poteſt Antecedens verum, & conſequens falſum, vt experienti facilè patebit. Verum quatuor iam dicti adeo late funduntur, vt omnis propoſita quæſtio in aliquo eorum confirmari poſſit. 1.Pri.4. Colligunt enim omnia genera concluſionum, vtpote vniuerſè affirmantem, vniuerſè negantem, in parte affirmantem, & in parte negantem.

Omnis quæſtio concluditur in 1. figura.

De Modis Indirectè Concludendi. CAP. XV.

Hos modos collegit Theophraſtus partim ex 2. Pri. 1. partim ex 2. Pri. 7. vt refert Alex. 1. Pri. 4.

MODI VERO Indirectè Concludendi quinque ſunt Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum. Et primi quidem tres, nihil differunt à tribus prioribus Directè concludendi, niſi quòd colligunt Concluſiones, in quas Concluſiones illorum Conuertuntur: Reliqui autem duo apertius ab omnibus quatuor directè concludentibus diſſentiunt. Exempla.

1

Ba- Omne animal eſt ſubſtantia,
ra- Omnis homo eſt ſubſtantia,
lip. Igitur quædam ſubſtantia eſt homo.

2

Ce- Nullum animal eſt lapis,
lan- Omnis homo eſt animal,
tes. Igitur nullus lapis eſt homo.

Da-

Da- Omne bonum expetendum eſt,
bi- Quidam labor eſt bonus,
tis. Igitur quoddam expetendum eſt labor.

QVARTVS ex maiore vniuerſali affirmatiua,& minore vniuerſali negatiua,colligit ordine conuerſo perticularem negatiuam,hoc pacto:

Fa- Omnis mens eſt ſubſtantia,
peſ- Nullum corpus eſt mens,
mo. Igitur quædam ſubſtantia non eſt corpus.

QVINTVS ex maiore particulari affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua colligit indirectè particularem negatiuam, hoc pacto:

Fri- Quædam arbor eſt viuens,
ſe- Nullum animal eſt arbor,
ſom. Igitur quoddam viuens non eſt animal.

De modis ſecundæ figuræ. CAP. XVI.

EX illis ſexdecim modis, quos in ſingulis figuris repetiri diximus,quatuor duntaxat apti ſunt ad aliquid concludendum in Secunda Figura. Primus eſt,cum ex maiore vniuerſali negatiua,& minore vniuerſali affirmatiua,concluſio vniuerſalis negatiua colligitur qui quidem vocatur Cæſare, vt:

Ce- Nullum opus à virtute profectum, eſt execrandum,
ſa- Omne mendacium eſt execrandum,
re. Igitur nullum mendacium eſt opus à virtute profectum.

SECVNDVS modus eſt,cum ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua, concluſio vniuerſalis negatiua colligitur, qui dicitur Cameſtres, vt:

Ca- Omnis qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam,
me- Nullus iuſtus odit animam ſuam,
ſtres. Igitur nullus iuſtus diligit iniquitatem.

TERTIVS eſt,cum ex maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua Concluſio particularis negatiua colligitur, qui nuncupatur Feſtino, vt:

Fe- Nullum vitium placet Deo,
ſti- Quædam animi ſubmiſſio placet Deo,
no. Igitur quædam animi ſubmiſſio non eſt vitium.

QVARTVS eſt, cum ex maiore Vniuerſali affirmatiua, & minore particulari negatiua Concluſio particularis negatiua efficitur, qui appellatur Baroco, vt:

Ba- Omnis prudens proſpicit futura,
ro- Quidam diues non proſpicit futura,
co. Quidam igitur diues non eſt prudens.

1. Pri.5. RELIQVI duodecim modi nihil colligunt ratione formæ: quia in ſingulis dari poteſt Antecedens verum & conſequens falſum. Hoc autem proprium eſt huius figuræ, vt negantes duntaxat quæſtiones in ipſa confirmari poſſint. Solas enim negantes Concluſiones colligit, verum tam vniuerſales, quàm particulares. *Negātes duntaxat quæſtiones confirmantur in 2. Figura,verum omnes.*

De Modis Figuræ tertiæ.

Cap. XVII.

1.Pri. 5. SEx in hac Figura inueniuntur modi ad concludendum apti, cæteri inutiles ſunt, nihilque ex vi formæ concludunt. Primus ergo modus huius figuræ, eſt cùm ex vtraque ſumptione vniuerſali, & affirmatiua concluſio particularis affirmatiua colligitur, qui dicitur Darapti, vt:

Da- Omne animal ſentit,
ra- Omne animal eſt corpus animatum,
pti. Igitur quoddam corpus animatum ſentit.

Secvndvs eſt, cum ex maiore vniuerſali negatiua & minore vniuerſali affirmatiua concluſio particularis negatiua efficitur, qui dicitur Felapton, vt ſi dicas:

Fe- Nullus lapis nutritur,
la- Omnis lapis eſt corpus,
ption. Igitur quoddam corpus non nutritur.

Tertivs eſt, cum ex maiore particulari affirmatiua, & minore vniuerſali affirmatiua Concluſio particularis affirmatiua concluditur. Atque hic dicitur Diſamis, vt:

Di- Quoddam animal reſpirat,
ſa- Omne animal eſt ſentiens,
mis. Igitur quoddam ſentiens reſpirat.

Qvartvs eſt, cum ex maiore Vniuerſali affirmatiua & minore particulari affirmatiua Concluſio Particularis affirmatiua colligitur. Vocatur autem Datiſi, vt:

Da- Omnis auarus eſt miſer,
ti- Quidam igitur eſt diues,
ſi. Quidam igitur diues eſt miſer.

Qvintvs modus eſt, cum ex maiore particulari negatiua & minore vniuerſali affirmatiua Concluſio particularis negatiua concluditur, hic dicitur Bocardo, vt:

Bo- Quoddam animal non habet ſanguinem,
car- Omne animal eſt viuens,
do. Igitur aliquod viuens non habet ſanguinem.

Sextvs modus eſt, cum maiore vniuerſali negatiua & minore particulari affirmatiua Concluſio particularis negatiua efficitur, qui nuncupatur Feriſon, vt:

Fe- Nullus ſapiens eſt miſer,
ri- Quidam ſapiens eſt pauper,
ſon. Igitur aliquis pauper non eſt miſer.

Qvod verò cæteri decem modi, nihil ex vi formæ concludant, ex eo intelliges, quia in ſingulis inuenitur Antecedens verũ, & Conſequens falſum, quod perfacile eſt experiri. Hoc verò proprium eſt huius figuræ, vt particulares dumtaxat quæſtiones in ipſa confirmari poſſint. Solas enim particulares Concluſiones colligit, verùm tam affirmantes quàm negantes. 1.Pri.6.

Particulares dũtaxat quæſtiones confirmãtur in hac figura, verùm omnes.

Regulæ

Regulæ generales omnibus Figuris. CAP. XVIII.

EX dictis colligi poſſunt cum communes quædam regulæ omnibus figuris, tum propriæ ſingulis. Cõmunes omnibus quatuor ſunt. *Omnes hæ regulæ continentur.* *1. Pri. 24.*

ma. PRIMA, *Ex duabus particularibus nihil vi forma cõcluditur.* Hæc patet ex dictis, quia ex duabus particularibus quatuor modi conſtare poſſunt: vel enim vtraque ſumptio affirmabit, vel vtraque negabit, vel propoſitio negabit, aſſumptio affirmabit; quorum nullum in aliqua figura quaſi aptè concludentem recenſuimus. *Ex 2. etiam Pri. 1.*

Secunda. SECVNDA Regula, *Ex duabus negatiuis nihil vi formæ concluditur.* Hæc etiam perſpicua eſt ex dictis, quia ex duabus negatiuis, quatuor itidem modi conſtare poſſunt: aut enim vtraque Vniuerſalis erit, aut vtraque particularis, aut propoſitio Vniuerſalis Aſſumptio particularis, aut propoſitio particularis Aſſumptio Vniuerſalis, quorum nullum in aliqua figura velut aptè concludentem numerauimus. Atque ita fit, vt his duabus regulis comprehendantur ſeptem inutiles modi à ſingulis figuris exploſi. Nam Complicatio ex vtraque particulari negatiua, quæ ſecunda regula rejicitur, iam per primam reiecta eſt.

Tertia. TERTIA Regula, *Si altera ſumptionum particularis fuerit, Concluſio etiam particularis ſit, neceſſe eſt.* Hęc itidem patet, ſiquidem ex dictis nullus modus præſcriptus eſt, qui Vniuerſalem concluſionem ex particulari ſumptione colligat.

Quarta. QVARTA Regula, *Si altera ſumptionum negatiua fuerit, Concluſio etiam negatiua ſit, neceſſe eſt.* Hæc denique ex dictis aperta relinquitur, quemadmodum & ſuperior. Ratio verò vtriuſque eſt, quia Conſequens eſt effectus Antecedentis. Effectus autem deteriorem partem ſuæ cauſſæ imitatur. Verùtamen prima & tertia Regula intelligendæ ſunt in iis Syllogiſmis, quorum omnes Termini ſunt Communes, ſeu vniuerſales, (horum enim hactenus doctrinam tradidimus) quia hi maximè vſurpantur in diſciplinis, item cum prædicato. *In quibus Syllogiſmis prima & tertia regula intelligenda ſint.*

Cap. 20. & 23. ENVNTIATIONVM plurimæ nõ notantur ſigno, Omnis, quod efficit Enũtiationem à communi vſu remotam. Nã in iis Syllogiſmis, in quibus præter conſuetudinẽ aliquod prædicatum huiuſmodi ſigno notatur, & in expoſitoriis qui conſtant medio termino ſingulari, alia ratio eſt, vt paulò poſt docebimus.

Regulæ Speciales ſingulis Figuris. CAP. XIX.

EX iis verò quæ in tractatione primæ figuræ dicta ſunt, colliguntur duæ regulæ peculiares primæ figuræ.

Ex 1. Pri. 4. PRIOR eſt, *Ex maiore propoſitione particulari nihil vi formæ concludi.* Poſterior, *Ex minore negatiua nihil effici.* Quæ quidem intelligendæ ſunt in modis directè concludentibus. Nam in cæteris non ſeruantur, vtpote in Fapeſmo & Friſeſomorũ. His duabus regulis comprehenduntur reliqui quinque modi ad concludendum inepti in prima figura, qui regulis generalibus non ſunt comprehenſi. Primus, cùm vtraque affirmat, ſed Maior in parte, Minor in totum, *Prior regula figuræ. Poſterior.*

Alter

Alter, cum Maior negat ex parte, & minor vniuerſè affirmat: Tertius, cum maior affirmat ex parte, & minor vniuerſe negat: Quartus, cum vtraque eſt vniuerſalis, ſed maior affirmat, minor negat: Quintus, cum maior affirmat in totum, & minor negat de parte.

Prior regula ſecũda figuræ Ex 1. Pri. 5. Poſterior.

Ex iis etiam, quæ in Secunda Figura tractanda diximus, totidem Regulæ ipſi propriæ eruuntur. Prior, *Ex maiore propoſitione Particulari, nihil ratione formæ colligi*: Poſterior, *Ex vtraque Sumptione Affirmatiua nihil colligi.* His etiam duabus comprehenduntur cæteri quinque modi nihil concludentes in Secunda Figura: Primus, cùm maior in parte affirmat, & minor de toto negat: Secundus, cum maior in parte negat, & minor vniuerſe affirmat: Tertius, cum vtraque affirmat, ſed maior de parte minor de toto: Quartus, cũ vtraque vniuerſe affirmat: Quintus, cum vtraque affirmat, ſed maior de toto genere, minor de parte.

Ex iis tandem, quæ in Tertia Figura dicta ſunt, hæc vna Regula ipſi propria colligitur: *Ex Minore Negatiua nihil effici.* Qua regula comprehenduntur reliqui modi nihil concludentes in hac figura, qui Regulis generalibus comprehenſi non ſunt.

Hi verò tres ſunt tantùm: Primus, cum maior vniuersè affirmat, minor vniuersè negat: Alter cum maior vniuersè affirmat, minor ex parte negat: Tertius, cum ex parte affirmat, & minor vniuersè negat.

De Documentis generalibus à recentioribus traditis. CAP. XX.

Primum documentum.

NON ſunt tamen prætermittenda hoc loco duo generalia Documenta, quæ à recentioribus proponuntur, ex quibus traditæ Regulæ magna ex parte naſcuntur: Alterum eſt, *Medium terminum in altera ſáltem præmiſſarum completè diſtribui debere*, id eſt, vniuersè accipi pro omni re, pro qua accipi poteſt. Contrario vitio laborat hic ineptus Syllogiſmus:

Quoddam animal eſt bipes,
Quidam equus eſt animal,
Igitur quidam equus eſt bipes.

Aliquãdo ex duabus particularibus aliquid efficitur.

Emendabitur autem ſi hanc feceris Maiorem:

Omne animal eſt bipes: vel hanc minorem, Quidam equus eſt omne animal: Vtroque enim modo diſtribuetur Medius terminus, qui in vitioſa illa ratiocinatione non diſtribuitur. Quamquam ſecunda correctio & emendatio perparum vſurpata eſt, quia prædicatum rarò notatur ſigno omnis: Hoc tamen inuſitato enuntiandi modo licet ex duabus Particularibus aliquid vi formæ concludere, vt ſi dicas:

Quoddam anima eſt bipes,
Quidam equus eſt omne animal,
Igitur quidam equus eſt bipes.

Hic verò fallax Syllogiſmus:

Omne animal fuit in arca Noë,
Quidam equus Alexandri eſt animal,
Igitur quidam equus Alexandri fuit in arca Noë.

non ideo

Digitized by Google

non ideo vitioſus eſt, quod medium non diſtribuatur, ſed quod non diſtribuatur completè ſeu perfectè. Subiectum ſiquidem maioris accipi ſolet pro omnibus ſpeciebus animalium, exceptis his, quæ in aquis degunt, & aliis quibuſdam, non etiam pro omnibus earum indiuiduis. Eodem vitio notatur hoc Sophiſma:

Omnis Eſſentia diuina eſt pater,
Filius eſt Eſſentia diuina,
Ergo filius eſt pater.

MEDIVS enim terminus, quo in ſenſu maior propoſitio cōceditur, non diſtribuitur completè ac perfectè. Quamquam enim accipitur pro omni Eſſentia diuina, quæ vna tantum atque adeo maximè vna eſt, tamen non accipitur pro omni re, quæ eſt Eſſentia diuina. Nam ſi hoc modo acciperetur, acſi apertius dictum eſſet, omne quod eſt Eſſentia diuina eſt pater, à nemine propoſitio concederetur quandoquidem falſa eſſet, ac hæretica. Etenim quælibet perſona diuina eſt veriſſimè Eſſentia diuina, & tamen non quælibet, eſt Pater.

QVOD ſi quis obiiciat contra hoc documentum, quod medius terminus in Secunda figura nunquam diſtribuatur, cum perpetuò ſit prædicatum, quod quidem ſigno diſtributiuo, ſeu vniuerſali, vt eſt Ariſtotelis ſententia, minimè notatur, occurres, Semper Prædicatum Negatiuæ enuntiationis diſtribui, à negatione quæ negat copulam verbi, vt infrà docebimus, nec Ariſtotelem huic ſententiæ refragari, ſed tantum aſſerere, Prædicatum Enuntiationis Vniuerſalis non eſſe notandum ſigno omnis, quod eſt Vniuerſale affirmatiuum, cum ergo in Secunda figura neceſſariò altera Sumptio ſit negatiua, efficitur, vt medius terminus neceſſariò in altera diſtribuatur, vt exempli cauſſa, huius propoſitionis, Lapis non eſt animal, hic ſit ſenſus, Lapis non eſt hoc animal, nec hoc, nec illud, nec vllum aliud, & ita cæterorum. *Obiectio.* *Solutio.*

ALTERVM Documentum eſt, *Nullum Terminum, qui non fuerit Diſtributus in Antecedente Diſtribuendum eſſe in Conſequente*, Contrario vitio laborat hic paralogiſmus: *Secundum documentum. Cur ſæpe ex vtraque ſumptione vniuerſali non efficiatur vniuerſalis concluſio.*

Omne animal eſt ſenſus capax,
Omne animal eſt ſubſtantia,
Igitur omnis ſubſtantia eſt ſenſus capax.

Etenim nomen Subſtantia, quod non diſtribuitur (id eſt non accipitur vniuerſè) in Aſſumptione diſtribuitur in Concluſione. Ex hoc ducumento efficitur, vt meritò, nec Darapti, nec Felapton, nec duo illi modi Indirectè concludentes, Baralipton, & Fapeſmo, colligant Vniuerſalem Concluſionem, etiam ſi conſtent Vniuerſalibus Sumptionibus quoniam ſi Vniuerſalem concludas argumētaberis à termino non diſtributo ad diſtributum, vt loquuntur recentiores, id quod animaduertenti facilè patebit. Itaque nō ſegniter notāda ſunt hæc Documenta.

De Syllogiſmo perfecto & Imperfecto. CAP. XXI.

PORRÒ Syllogiſmorum quidam perfecti ſunt, quidam Imperfecti, Perfectus dicitur is, *qui nulla re indiget, vt colligendi neceſſi tas ſit euidens*. ho eſt, quia adeo perſpicuè ex neceſſitate colligit *Perfectus Syllogiſm.*

colligit, vt nulla ſit opus arte ad id oſtendendum. Huius generis ſunt omnes ac ſoli directè concludentes in prima Figura, qui propterea dicuntur per ſe noti ac Indemonſtrabiles; quod in his proximè exerceatur vis duorum quorũdam Principiorum, ipſo naturali lumine intellectus perſpectorum, ac euidentiũ, è quibus omnis colligendi ratio, quæ in quacunque Argumentatione cernitur, quaſi è puriſſimis fontibus emanat. Alterum eſt, *Quicquid vniuersè affirmatur de Subiecto aliquo, affirmatur de quouis contento ſub eiuſmodi ſubiecto*: vt ſi Subſtantia dicitur vniuersè de Animali: omnis autem homo continetur ſub animali, de omni homine dicetur ſubſtantia. Alterum verò eſt, *Quicquid vniuersè negatur de Subiecto aliquo, negatur de quouis contento ſub eiuſmodi ſubiecto*: vt ſi habere vitam, vniuersè negatur de lapide, omnis autẽ Sapphirus continetur ſub lapide, haud dubiè de omni Sapphiro negabitur vitæ functio. Prioris principij vis exercetur in primo & tertio modo primæ Figuræ, hoc eſt in Barbara & Darij, Poſterioris autem in ſecundo & quarto, qui dicuntur Celarent & Ferio; quo fit, vt principia hæc meritò dicantur Regulatiua omnium Syllogiſmorum, quaſi omnium Normæ ac regulæ: ſiquidem & cæteri omnes Syllogiſmi, ad quatuor illos, in quibus primo eorum vis cernitur, reuocantur, vt ſtatim dicemus.

Principia quæ dicuntur Regulatiua, duo ſunt.

Primum.

Secundum.

In quibus Syllogiſmis proximè exerceatur vis horum principiorum.

SYLLOGISMVS Imperfectus eſt, *qui vna re, aut pluribus indiget, vt colligendi neceſſitas euidens fiat*: cuiuſmodi ſunt reliqui omnes præter quatuor primos primæ figuræ. Neque enim adeo perſpicuè concludunt, vt neceſſitas colligendi ſtatim appareat, ſed quiſque eorum eget conuerſione aliqua, aut euidenti Deductione ad id, quod fieri nequit, aut Expoſitione, aut certè pluribus Conuerſionibus, quibus ipſa conſequentiæ neceſſitas planè perſpiciatur. Vt igitur quo pacto id fiat doceamus, neceſſe eſt, vt ante explicemus, quid ſit Euidens Deductio, ad id quod Impoſſibile eſt, quid etiam Expoſitio. Nam quid ſit Conuerſio, & quot modis fiat, iam [a] ſuprà expoſuimus.

Imperfectus Syllogiſm. Ibidem.

[a] *Lib. 3.*

De Syllogiſmo Deducente ad Impoſſibile. CAP. XXII.

DVOBVS modis Syllogiſmo aliquid probamus, directò, aut ex hypotheſi ſeu conditione cum altero poſita. Exempli cauſſa, ſi alicui probare voluero, nulla oppoſita in eadem re ſimul reperiri poſſe, vno è duobus modis mihi licebit id facere: Altero, hoc idem concludendo, vt ſi dicam:

Ex 1. Pri. 30. & 40. & ex 1. Poſt. ca. 22. Text. 41.

Nulla repugnantia reperiri ſimul poſſunt in eadem re,
Omnia oppoſita ſunt repugnantia,
Igitur nulla oppoſita ſimul in eadem re reperiri poſſunt.

ALTERO, concludendo aliud pronuntiatum, verbi cauſſa, nulla Contraria poſſe ſimul reperiri in eadem re, facta tandem prius conuentione cum altero, vt ſi in contrariis id confirmem, in omnibus Oppoſitorum generibus confirmatum cenſeatur, veluti ſi dicam:

NVLLÆ formæ mutuò ſeſe ab eodem ſubiecto expellentes, ſimul reperiri poſſunt in eadem Re,

Omnia contraria ſunt formæ huiuſcemodi, Igitur nulla Contraria reperiri ſimul poſſunt in eadem re.

Prior

Prior Syllogiſmus Directè probat inſtitutum, & ideò Græca dictione vocatur δεικτικὸς, quaſi oſtenſiuus: poſterior non cõfirmat propoſitum niſi ex pacto & conuentione cum altero, & ideo dicitur ἐξ ὑποθέσεως, quaſi ex conditione poſita.

Syllogiſmus. Oſtenſiuus. Syllogiſmus ex hypotheſi.

ITAQVE in Syllogiſmis, qui ex hypotheſi rem probant, numerantur ij, qui dicuntur εἰς τὸ ἀδύνατον καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, hoc eſt, ad Impoſſibile & Per Impoſſibile, quia ex Contradicente alicuius enuntiationis veræ ab aduerſario abſurdè data, & ex altera perſpicuè vera, deducit hominem ad aliquid, quod fieri nequeat, & per eiuſmodi Impoſſibile, quod ille admittere omnino recuſat, cogit eũ retractare id, quod abſurdè ante dederat, & ita admittere enũtiationem, quàm negauerat: Exempli cauſſa, neget aliquis hanc veram enuntiationem. Aliquid ex quo voluptas capitur nõ eſt bonum: dicatque abſurdè, omne id, ex quo voluptas capitur, eſſe bonum: tunc ego ſic argumentabor:

Syllog. per impoſſibile ſiue ad impoſſibile. Cur dicatur ad impoſſibile, cur per impoſſibile.

Omne id ex quo voluptas capitur, eſt bonum, (vt ais)
Quædam vero mala ſunt, ex quibus inuidus voluptatem capit, vt perſpicuum eſt,
Igitur quædam mala ſunt bona.

ILLE verò cum viderit me aliquid, quod fieri nequeat, ex ſua enũtiatione & alia perſpicuè vera collegiſſe, planè negabit id, quod abſurdè aſſeruit, ſicque admittet, quod negauerat, quia id verum eſſe non poteſt, ex quo Impoſſibile aliquid efficitur. Ita Syllogiſmus hic, quem feci, non colligit Directè inſtitutum, vtpote, non omne id, ex quo voluptas capitur eſſe bonum (id quod ego concludere contra hominem cupiebam) ſed quiddam impoſſibile, quo concluſo, cogitur ille ex tacito quodam pacto & conditione, quam omnes diſputantes inter ſe ſtatuunt retractare id, quod dixerat. Conditio autem conuentiove tacita diſputantium, qua ille tenetur, eſt, vt aliquid quod fieri nequeat, ex cuiuſquam aſſertione concludi comperiatur, talis aſſertio retractata cenſeatur. Impoſſibile namque non niſi ex Impoſsibili ſequitur, vt ſuprà dictum eſt. Sic igitur fit deductio ad Impoſsibile. Quę tum erit euidẽs, cum Syllogiſmus deducens fuerit Perfectus, hoc eſt, ex primis quatuor primæ Figuræ, qualis is, quem in exemplum attulimus. Verum quo pacto hoc Syllogiſmorum genere, euidens fiat neceſsitas concludendi Imperfectorum, paulò pòſt docebimus.

Conditio ſeu Hypotheſis, vnde Syllogiſmus ad impoſſibile dicitur ex hypotheſi, quæ ſit. Quæ ſit euidens deductio ad impoſſibile.

De Syllogiſmo expoſitorio. CAP. XXIII.

EXPOSITIO verò qua ſæpe vtitur Ariſtoteles, fit quodam Syllogiſmorum genere, quod expoſitorium appellatur. Is autẽ dicitur Syllogiſmus expoſitorius, qui conſtat medio termino Singulari. Exempla mox tradentur. Quia verò naturale eſt ſingularibus terminis, vt ſubiiciantur, is maximè ac præcipuè dicitur Expoſitorius Syllogiſmus, qui in Tertia Figura ſtruitur. Perpetuò enim medius Terminus in ea Figura ſubiicitur, vt patet ex dictis.

Syllog. Exp. quid. Expoſitorius Syllog. præcipuè ſtruitur in 3. figura.

Ex iis quæ dicta ſunt efficitur, vt generaliter hoc differant expoſitorii Syllogiſmi ab iis quos hactenus tractauimus, quòd illi conſtant

Qua ratione differant. Expoſitorij Syllogiſmi à cæteris.

Digitized by Google

Medio Termino communi, hi Singulari. Si ergo expoſitorij Syllogiſmi non ſolum conſtiterint medio Termino Singulari, ſed etiam vtramque ſumptionum habuerint ſingularem, duobus tantum modis in Prima Figura colligent, totidem in Tertia, & tribus in ſecunda. Prior modus Primæ figuræ, ex vtraque effirmante colligit Singularem affirmantem hoc pacto:

Socrates eſt ſapiens,
Hic homo eſt Socrates,
Igitur hic homo eſt ſapiens.

POSTERIOR ex propoſitione negante & Aſſumptione affirmante colligit ſingularem negantem hoc pacto:

Socrates non colit multos Deos,
Hic Philoſophus eſt Socrates,
Igitur hic Philoſophus non colit multos Deos.

PRIMVS eſt Secundæ ex vtraque affirmante colligit ſingularem affirmantem, vt:

Marcus Tullius eſt Cicero,
Hic homo eſt Cicero,
Igitur hic homo eſt Marcus Tullius.

SECVNDVS ex propoſitione negante & Aſſumptione affirmante colligit ſingularem negantem:

Demoſthenes non eſt Cicero,
Hic orator eſt Cicero,
Igitur hic Orator non eſt Demoſthenes.

TERTIVS ex propoſitione affirmante & Aſſumptione negante colligit ſingularem negantem:

Socrates eſt filius Sophroniſci,
Plato non eſt filius Sophroniſci,
Igitur Plato non eſt Socrates.

PRIOR tertiæ, ex vtraque affirmante colligit particularem affirmantem hoc pacto:

Socrates eſt ſapiens,
Socrates eſt pauper,
Igitur quidam pauper eſt ſapiens.

POSTERIOR ex propoſitione negante & Aſſumptione affirmante colligit particularem negantem, hoc modo:

Cræſus non eſt ſapiens,
Cræſus eſt diues,
Igitur quidam diues non eſt ſapiens.

SI tamen in hac figura minus extremum fuerit ſingulare, licebit priori modo concludere ſingularem affirmantem. Poſteriori autem ſingularem negantem, quod facilè eſt exemplis cernere. Si autem expoſitorii Syllogiſmi ſolum medium terminum habuerint ſingularem, in prima quidem figura totidem erunt modi, quot in Syllogiſmis ex medio communi, nec ab illis different, niſi quòd neceſſariò habebunt maiores ſingulares ratione medii, quod in maiore ſubiicitur. Exempla facilè occurrent.

Expoſitorij ex ſolo medio ſingulari.

Prima Figura.

Digitized by Google

In Secunda verò præter quatuor vulgatos modos negatiuè concludentes, quorum exempla ſtatim ſeſe offerunt, alii quatuor ex vtraque affirmatiua affirmatiuè colligentes reperientur, quorum primus ex vtraque Vniuerſali colligit Vniuerſalem, vt ſi dicas:

Omne Aſtrum efficiens diem, eſt hic ſol,
Omnis planeta, qui eſt in quarto cœlo, eſt hic Sol,
Igitur omnis planeta, qui eſt in quarto cęlo, eſt aſtrum efficiens dié.

Secvndvs ex propoſitione vniuerſali & Aſſumptione particulari concludit particularem. Tertius ex propoſitione particulari & Aſſumptione vniuerſali, Vniuerſalem. Quartus ex vtraque particulari, particularem. Quod non eſt difficile exemplis illuſtrare.

At in tertia figura numquam plures ſunt, quàm duo modi, quos iam tradidimus. Illud tamen obiter admonuerimus, hoc Syllogiſmorum genere ex vtraque ſumptione particulari, aliquid in ſecunda figura ex vi formæ concludi, itemque ex particulari colligi Vniuerſalem: id quod ſupra animaduertendum diximus. *Tertia.*

Qvatvor modi huiuſmodi Syllogiſmorum affirmatiuè concludentes in ſecunda figura, poſſunt reuocari ad modos primæ, ſolius maioris conuerſione. Primus quidem & tertius ad primum, ſecundus verò & quartus, ad tertium. Poſſunt etiam probari per deductionem ad incommodum, primus & tertius in Bocardo, ſecundus & quartus, in Feriſon. Nam ex Contradictorio concluſionis cuiuſque modi, aſſumpta minore colligitur immediatè contrarium, aut contradictorium maioris, modo ponas ſingularem negatiuam conuerti in Vniuerſalem negatiuam, quod in hac ratione colliges. Socrates non eſt albus, ergo nullum album eſt Socrates. Nam ſi aliquod album eſt Socrates, Socrates quoque eſt albus quod contradicit primæ enuntiationi. Hæc dicta ſint prouectis, ne quis fortè minus attētè rem conſiderans hoſce modos inficietur. Nam alioqui fortaſſe non indigent probatione, quia diligenter animaduertenti videntur per ſe noti, vt mox dicetur. Tantum abeſt, vt cùm expoſitorii ſint, per Bocardo & Feriſon, qui per expoſitorios confirmantur, probari debeant.

Quod expoſitorij Syllogiſmi ſint perfecti, ac per ſe euidentes.

Capvt XXIV.

Videntvr autem omnes Syllogiſmi expoſitorii habere neceſſitatem colligendi per ſe notam & perſpicuam, ac proinde eſſe perfecti, quia conſtant medio termino, ſiue argumento ſingulari, qui eſt maximè vnus, & proximè exercēt vim illorum principiorum per ſe euidentium. Quæcumque ſunt eadem vni, tertio ſunt eadem inter ſe. Quæcumque ita ſūt ad aliquid tertium affecta, vt alterum ſit idem illi, alterum nō idem, nō ſunt eadem inter ſe: in quibus nomine Tertii, potiſſimum intelligitur aliquid ſingulare. *Principia per ſe nota quorū vis proximè exercetur in Expoſitoriis Syllog.*

Merito ergo huiuſmodi Syllogiſmi dicti ſunt expoſitorii, quia ſunt adeò perſpicui & euidentes, vt rem ipſam ſenſibus exponere videantur. Vnde etiam fit, vt non abs re Demonſtrationes ſenſibiles appellari ſoleant. *Cur dicantur demonſtrationes ſenſibiles.* *Cur expoſitorij Syllogiſmi hoc nomine appellentur.*

Digitized by Google

Obiectio. Sed contra hæc ſic liceat argumentari. Hæ ſunt vitioſæ ac fallaces argumẽtationes: Eſſentia diuina eſt Pater, Eſſentia diuina eſt Filius, ergo Filius eſt Pater, Pater non eſt Filius, Pater eſt eſſentia diuina, ergo Eſſentia diuina non eſt Filius: & tamen hi modi, traditi ſunt in tertia figura, cum hi termini, Eſſentia diuina & Pater, in diuinis ſint ſingulares: igitur perperam traditi videntur. *Ab Alex. Pri. 2. & ab alus.* *Solutio.* Reſpondebis tamen nomine medii Termini ſingularis, quo Syllogiſmus Expoſitorius propoſitum confirmat, intelligendum eſſe eum, qui accipitur pro aliqua re indiuidua, quæ nec eſt plures res, nec eſt idem re cum ea, quæ eſt plures res: ſic enim intellecto nomine Tertij, perſpicua ſũt duo illa principia, quæ attulimus; alioqui non parum habent ambiguitatis: at hunc terminum, Eſſentia diuina, accipi pro quadam re indiuidua, hoc eſt, pro ipſa Deitate, quæ tamẽ eſt plures res, id eſt, plura ſuppoſita diuina: & hunc terminum Pater, in diuinis accipi pro quadam re indiuidua, hoc eſt, pro prima perſona Trinitatis, quæ tamen eſt idem re cum Eſſentia diuina, quæ eſt plures res. Non cernuntur ergo modi ſupradicti in propoſitis argumentationibus: *Ariſtotelis ſententia.* quamquam Ariſtoteles nullum terminum ſingularem negaret poſſe eſſe medium terminum Syllogiſmi Expoſitorii, quia lumine fidei minimè illuſtratus, nullã cogitabat rem ſingularem, quæ ſimul eſſet plures res. Vnde apud ipſum duo illa principia habentur per ſe nota, accepto nomine Tertii, pro quacumque re ſingulari.

De Probatione oſtenſiua imperfectorum Syllogiſmorum.

CAPVT XXV.

His ergo poſitis, facilè erit intelligere, quo pacto neceſsitas colligendi Imperfectorum Syllogiſmorum per perfectos confirmetur. Quamquam enim ſatis ea probari poſsit ex eo, quod, eadem forma retenta, in nulla materia reperiri poteſt Antecedens verum & Conſequens falſum, tamen compendioſior hæc via eſt ac ſecurior: ſiquidem nemo eſt, qui materias omnes poſsit percurrere: ex quo fit vt numquam animus dubitantis quieſcat, donec imperfectam ratiocinationem per perfectam ac per ſe euidentem comprobet. *Tria confirmationũ genera.* Itaque prima confirmatio fiet Cõuerſionis interuentu: Altera per euidentem deductionem ad id, quod fieri nequit: Tertia per expoſitionem.

Confirmatio per conuerſionem: ſeu oſtẽſiua. Confirmatio per conuerſionem (quæ oſtenſiua probatio, & Oſtenſiua reductio imperfectorum ad perfectos appellari ſolet) tunc fit, cum ex ſumptionibus Imperfecti Syllogiſmi, aut ſine vlla Conuerſione, aut Conuerſione vtriuſque alteriuſve dumtaxat, per Syllogiſmum aliquem perfectum colligitur Concluſio imperfecti, aut Conuerſa eius, ex qua tamdem ipſa per conuerſionem efficitur. *Quo principio nitatur probatio Oſtenſiua.* Quia enim quicquid ſequitur ex Conſequente, ſequitur ex Antecedente, vt ſuprà diximus: Concluſio, quæ ex ſumptionibus Syllogiſmi perfecti collecta fuerit, ex ſumptionibus etiam imperfecti, ex quibus illæ efficiuntur, concludi comperietur. Hac ratione probantur omnes imperfecti Syllogiſmi, præterquam Baroco & Bocardo, vt in progreſſu apertum erit. *Quinam Syllogiſmi oſtenſiuè confirmentur.*

Baralipton igitur, qui eſt imperfectorum primus modus, ſic probatur. Ex ſumptionibus eius ſine vlla conuerſione colligitur in Bar-

In Barbara Cóclusio Vniuerſalis affirmatiua, ex qua tandem per Conuerſionem per accidens, efficitur Concluſio indirectè collecta. Exerceantur iſta hoc modo. Dicat aliquis, nihil colligere hunc ſyllogiſmum in Baralipton:

Omne animal eſt ſubſtantia,
Et omnis homo eſt animal,
Igitur quædam ſubſtantia eſt homo.

TVNC ego, confecto ex ſumptionibus eiuſdem Syllogiſmi Syllogiſmo perfecto, ſic probabo conſequentiam:

Omne animal eſt ſubſtantia,
Et omnis homo eſt animal,
Igitur omnis homo eſt ſubſtantia.

Tu ſic:

Omnis homo eſt ſubſtantia,
Igitur quædam ſubſtantia eſt homo.

ERGO ex primo Antecedente neceſſario ſequitur poſtremùm Conſequens in Baralipton, vt dictum eſt.

EADEM arte vtêris in probatione duorum modorum ſequētium, vtpote Celantes & Dabitis, per Celarent & Darij, niſi quod Concluſiones immediatè collectæ in Celarent & Darij, ſimpliciter conuertendæ ſunt. Itaque tres primi imperfecti modi non alia Conuerſione probantur, quàm Concluſionis perfecti Syllogiſmi.

FAPESMO vero probatur Conuerſione per Accidens Maioris, & Simplici Minoris, & illatione ſuæ Concluſionis in Ferio. Quod ita intelliges. Neget aliquis neceſſitatem colligendi huius Syllogiſmi in Fapeſmo: 1. Pri. 6.

Omne animal eſt ſubſtantia,
Et nullus lapis eſt animal,
Igitur quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Tunc ego ſic probabo Conſequutionem:

Omne animal eſt ſubſtantia,
Et nullus lapis eſt animal,
Igitur quædam ſubſtātia eſt animal, Et nullum animal eſt lapis.

Iam ſic,

Quædam ſubſtantia eſt animal,
Et nullum animal eſt lapis,
Igitur quædam ſubſtantia non eſt lapis.

ERGO ex primo Antecedente neceſſariò ſequitur in Fapeſmo extremum Conſequens.

FRISESOMORVM eodem modo probatur, quo Fapeſmo, niſi quod maior conuertitur ſimpliciter.

CESARE probatur Conuerſione Simplici maioris, & illatione ſuæ Concluſionis in Celarent.

CAMESTRES probatur Conuerſione ſimplici minoris, & illatione Conuerſæ ſuæ Concluſionis in Celarent, & huius Simplici Conuerſione. 1. Pri. 5.

FESTINO

Digitized by Google

FESTINO probatur ſimplici Conuerſione maioris, & Illatione ſuæ Concluſionis in Ferio.

BAROCO non poteſt probari interuentu Conuerſionis, quia minor, cum ſit Particularis Negatiua, Conuerti non poteſt: maior autem, cum ſit Affirmatiua, non Cõuertitur, niſi in Particularem, ex qua cum altera particulari nihil colligitur.

1. Prio. 6. DARAPTI probatur Conuerſione per Accidens minoris, & Illatione ſuæ concluſionis in Darij.

FELAPTON Conuerſione etiam per Accidens minoris, ſed Illatione ſuæ concluſionis in Ferio.

DISAMIS, Conuerſione Simplici maioris, & Illatione conuerſæ ſuæ Concluſionis in Darij, & huius ſimplici conuerſione.

DATISI Conuerſione Simplici minoris, & Illatione ſuæ concluſionis in Darij.

BOCARDO non probatur interueniente Conuerſione, quia maior non Conuertitur: Minor autem Cõuertitur in ſolam particularem, ex qua cum altera Particulari nihil efficitur.

FERISON denique probatur Conuerſione Simplici minoris, & Illatione ſuæ Concluſionis in tertio.

Cur hæc probatio dicatur reductio imperfectorum Syl. ad perfectos.

MERITO autem hæc probatio dicitur reductio oſtenſiua Syllogiſmorum Imperfectorum ad perfectos, quia ſemper hac arte ex Sumptionibus Imperfecti Syllogiſmi, ſtruitur perfectus, colligens immediatè eandem Concluſionem, aut Conuerſam eius, quod vtique non fit in probatione per deductionem ad Impoſſibile, vt patebit.

Detegitur Artificium, quo vocabula Imperfectorum Modorum indicant eorundem probationem. CAP. XXVI.

SVNT autem nomina horum modorum adeo artificioſè compoſita, vt quo pacto quiſque probandus ſit, appoſitè & ingenioſè ſignificent. Nam litteræ à quibus vocabula incipiunt, vt pote. B, C, D, F, ſignificant per quem modum perfectum, quiſque Imperfectus probandus ſit. B, namque ſignificat probandum eſſe per Barbara: C, per Celarẽt: D, per Darii: & F, per Ferio: S, verò ſignificat Enũciationem, quam deſignat vocalis præcedens, conuertendam eſſe ſimpliciter: P, autem per Accidens. Verum aduerte, has duas litteras, cum deſignant concluſionem eſſe conuertendam, non ſignificare conuerſionem concluſionum eſſe conuertendam, non ſignificare conuerſionem concluſionis Imperfecti Syllogiſmi, ſed Perfecti, qui ex Imperfecto ſtruitur, vt patet ex dictis. Iam M, ſignificat mutationem maioris in minorem, & minoris in maiorem, quam Præmiſſarum trãſpoſitionem vocant, fit autem hæc Tranſpoſitio in redigendis quatuor modis, Fapeſmo, Friſeſomo. Cameſtres & Diſamis, quia in Prima Figura, nec minor poteſt eſſe negatiua, vt in tribus prioribus, nec maior particularis, vt in quarto: cæterùm huiuſmodi commutatio, non eſt intelligenda ſecundum ſitum partium orationis (hæc enim non eſt neceſſaria, cum ſæpe in Prima Figura, maior propoſitio poſteriorem locum, minor priorem obtineat) ſed ſecundum naturam. Poterat ſanè ſignificatio huius

Hic variat aliquantũ ſignificatio harum litterarũ.

Poterat ſignificatio Mpræmitti.

quæ Sumptio Imperfecti Syllogiſmi fiat Maior in Perfecto quæ Minor. Denique C, poſt primam ſyllabam in dictione poſitum, ſignificat Modum talem non Oſtenſiuè, ſeu Directo confirmari poſſe, ſed Deductione ad Impoſsibile, ſumpta videlicet Contradicente Concluſionis in Syllogiſmo Perfecto loco illius Sumptionis, quæ deſignatur per Vocalem præcedentem, vt ſtatim patebit. Atque idcirco in duobus tantum Modis inuenitur, in Baroco nimirum, & Bocardo.

De Probatione Syllogiſmorum Imperfectorum per Deductionem ad Impoſsibile. CAPVT XXVII.

PROBATIO autem Imperfectorum Syllogiſmorum per euidentem Deductionem ad Impoſsibile (quæ Reductio per Impoſsibile vocatur) tunc fit, cùm ex Sumptionibus Syllogiſmi imperfecti, & Contradicente Concluſionis, colliguntur per Syllogiſmum Perfectum, & aliam quandam vnam, aut alteram euidentē Conſequentiam, duæ Contradicentes, aut contrariæ enuntiationes. Cogit enim hæc Probatio aduerſarium, nunquam negare Concluſionem Imperfecti Syllogiſmi admiſsis Sumptionibus, ac proinde nunquam inficiari neceſsitatem talis Conſecutionis, ne tantam abſurditatem admittere cogatur. Exempli cauſſa, dicat aliquis Syllogiſmum in Baralipton non neceſſariò concludere ac proinde nullum ſequi incommodum, ſi detur in eo Antecedens verum, & Conſequens falſum. Me autem petente, vt det ita eſſe, annuat ille dicatque: *Quo pacto fiat hæc probatio.*

Omne animal eſt ſubſtantia,
& omnis homo eſt animal,
& tamen non aliqua ſubſtantia eſt homo,
ſeu, quod idem valet, nulla ſubſtantia eſt homo.

TVM ego ex datis ab homine, colligam vno Syllogiſmo Perfecto, & duabus aliis euidentibus Conſequutionibus duas Contrarias enuntiationes, hoc modo:

Nulla ſubſtantia eſt homo, vt ais,
& omne animal eſt ſubſtantia, vt dixiſti,
Igitur nullum animal eſt homo.
Iam ſic,
Nullum animal eſt homo,
Igitur nullus homo eſt animal.
At
Omnis homo eſt animal (vt dixeras)
Igitur nullus homo eſt animal, & omnis homo eſt animal:
Quæ quidem ſunt contrariæ enuntiationes.

COLLEGI ergo euidenter ex dictis illius, duas contrarias ſimul veras, ex quibus etiam euidenter colligi poſſunt duæ contradictoriæ. Hæc collectio, vt vides, etſi non Directò oſtendit perperam illum negaſſe concluſionem admiſsis Sumptionibus, tamen ex hypotheſi id probat, ex hoc nimirum communi Principio, quod omnes diſputantes tacitè ponunt, Id Poſsibile non eſſe, ex quo Impoſsibile aliquid conſequi deprehenditur. *Principiū cui hæc probatio innititur.*

R TRIA

Omnes imperfecti Syllogiſmi per deductionẽ ad impoſsibile probari poſſunt. Ex quibus ſumptionibus extruẽdus ſit Syllogiſmus ad impoſsibile.

TRIA igitur hic aduerte. *Primum, hoc probationis genere quemlibet Imperfectum Syllogiſmum probari poſſe per aliquem Perfectum.* Alterum, *ex Contradicente Concluſionis cum altera Sumptione Imperfecti, extruendum eſſe Antecedens Perfecti: ex Concluſione autem Perfecti, aut eius Conuertente cum altera ſumptione imperfecti, extruendum eſſe Antecedens extremæ Conſequentiæ.* Tertium, *in probatione Imperfectorum primæ præterquam modi Celantes, Contradicentem Concluſionis Imperfecti, faciendam eſſe Maiorem Perfecti, & maiorem imperfecti minorem: in probando autem modo Celantes, Contradicentem Cõcluſionis Imperfecti, faciendam eſſe Minorem Perfecti, & Minorem Imperfecti maiorem. At verò in probandis Modis Secũdæ Figuræ, Contradictorium Concluſionis faciendum eſſe Minorem, relicta eadem Maiore & in probandis Modis Tertiæ, faciendum eſſe Maiorem relicta eadem Minore.*

QVANQVAM verò his obſeruatis perfacilè ſit intelligere, quo perfecto Modo Imperfectus quiſque confirmetur, tamen vt multo etiam ſit facilius, accipe hunc verſum:

Phœbifer axis obit terras æthrámque quotannis

Dictiones quarũ admonitu facilius fiat huiuſmodi probatio.

CVIVS primæ duæ dictiones inſeruiunt Primæ Figuræ: duæ ſequentes, Secundæ: duæ extremæ, Tertiæ. In quibus hæ quattuor vocales, A, E, I, O, ſunt obſeruandæ, quia hæ deſignãt Concluſiones quatuor Modorum Perfectorum, ac proinde quatuor Perfectos Modos, quibus Imperfecti, hoc probationis genere confirmandi ſunt. A, ſignificat Barbara: E, Celarent: I, Darii: O, Ferio. Non eſt tamen habenda ratio Vocalium, à quibus diphtongi incipiunt. Prima igitur dictio ſignificat, ex tribus primis Imperfectis Modis Primæ Figuræ primũ probari per Celarent. Secundum per Darij: Tertium rurſus per Celarent, Secunda verò, ſignificat ex duobus ſequentibus, Fapeſmo ſcilicet, & Friſeſomorum, priorem probari per Barbara, poſteriorem per Darii. Ex quibus intelliges quid cæteræ dictiones ſignificent. Hæc de probatione Imperfectorum Syllogiſmorum per euidentem Deductionem ad Impoſsibile, quæ mihi non admodum propriè videtur dici Reductio Imperfectorum ad Perfectos, quoniam hac arte ex Sumptionibus imperfecti, non ſtruitur Perfectus eandem concluſionem colligens, ſed ex contradicente Concluſionis cum altera Sumptionum concludens Contrariam, aut Contradicentem alterius.

Non admodũ propriè dicitur hæc probatio Reductio.

De Probatione Imperfectorum Syllogiſmorum per Expoſitionem.

CAPVT XXVIII.

Duobus modis fit probatio per Expoſ. Syllogiſ. Principiũ cui hæc probatio innititur.

PROBATIO denique Imperfectorum Syllogiſmorum per Expoſitionem (qua Ariſtoteles confirmat neceſsitatem concludendi Syllogiſmorum Tertiæ Figuræ) duobus modis fieri poteſt. Vno quidem euidenter concludendo ex Sumptionibus Syllogiſmi Imperfecti Sumptiones Syllogiſmi Expoſitorii, ex quibus Concluſio imperfecti colligatur. Quia enim quicquid ſequitur ex conſequente, ſequitur ex Antecedente, Concluſio, quæ ex ſumptionibus

tionibus Syllogiſmi Expoſitorij collecta fuerit, ex Sumptionib. etiam Imperfecti, ex quibus illæ efficiuntur, concludi comperientur. Exempli cauſſa, quòd hic Syllogiſmus in Darapti neceſſariò concludat:

Omne animal eſt ſenſus capax,
Omne animal eſt corpus,
Igitur quoddam corpus eſt ſenſus capax.

Hoc pacto confirmari poteſt Expoſitorio Syllogiſmo:

Omne animal eſt ſenſus capax,
& Omne animal eſt corpus,
Igitur hoc animal eſt ſenſus capax,
& Hoc animal eſt corpus.

Tum ſic.

Hoc animal eſt ſenſus capax,
Hoc animal eſt corpus,
Igitur quoddam corpus eſt ſenſus capax.

QVARE ex primo Antecedente neceſſariò ſequitur extremum Conſequens in Darapti, vt diximus. Eodem pacto probari poteſt neceſſitas colligendi in modo Felapton.

ALIO modo fieri poteſt Expoſitoria probatio, non colligẽdo quidem ex ſumptionibus Imperfecti Syllogiſmi, Sumptiones Expoſitorij, ſæpe enim colligi non poſſunt, vt in cæteris quatuor Modis Tertiæ Figuræ: quia ex particulari Propoſitione non colligitur Singularis: ſed ſumendo ſub Medio Termino aliquid Singulare, ratione cuius vera ſit Particularis ſumptio, & extruendo ex eiuſmodi ſingulari Medio, ac eiſdem Extremis ſimiliter ſe habentibus ſecundum Affirmationem, & Negationem, Syllogiſmum Expoſitorium, qui eandem colligat Concluſionem. Verbi cauſſã, ſi quis negauerit hunc Syllogiſmum in Diſamis neceſſariò concludere. *Alius modus probandi per Expoſitionem.*

Quidam homo eſt Grammaticus,
Omnis homo eſt animal,
Igitur quoddam animal eſt Grammaticum.

Sic poterit neceſſitas Conſecutionis hoc probationis genere confirmari, Sumo hominem aliquem ſingularem, ratione cuius verè dictum ſit, aliquem hominem eſſe Grammaticum, vtpote Antonium, Tum conficio Expoſitorium Syllogiſmum hoc modo:

Antonius eſt Grammaticus,
Antonius eſt Animal,
Igitur quoddam animal eſt Grammaticum.

QVIA igitur quidam homo dicitur Grammaticus, ratione Antonij, efficitur, vt ſi ex eo quòd Antonius eſt Grammaticus, & eſt animal, colligitur quoddam animal eſſe Grammaticum, eadem concluſio colligatur ex eo quòd quidã homo eſt Grammaticus, & omnis homo eſt animal. Hoc pacto probantur per expoſitionem reliqui quatuor Modi Tertiæ Figuræ: quod facilè eſt exemplis oſtendere. De probatione igitur Modorum Tertiæ Figuræ per Expoſitionem, hæc ſatis ſint.

SED inſurget quis contra ea quæ diximus, argumentabitúrque hoc modo, Hic ſyllogiſmus. *Obiectio.*

Aliquis oculus neceſſarius eſt ad videndum,
Omnis oculus eſt pars capitis,
Igitur aliqua pars capitis neceſſaria eſt ad videndum.

Hic ſyllogiſmus,inquies,eſt in Diſamis,& tamen non poteſt probari Expoſitione, igitur non rectè dictum eſt, omnes Syllogiſmos Tertiæ Figuræ hoc probationis genere poſſe probari Confirmabit auté propoſitionem hac ratione, Quia ſub Medio termino huius Syllogiſmi non poteſt colligi, aut accipi aliquid ſingulare, ratione cuius Maior propoſitio ſit vera: quandoquidem nec dexter oculus meus (exempli cauſſa) neceſſarius mihi eſt ad videndum,cum ſiniſtro cernere poſſim, nec ſiniſter, cum dextro poſſim aſpicere. Dices tamen Maiorem propoſitionem propoſiti Syllogiſmi duplicem ſenſum habere poſſe, diſiunctiuum & diſiunctum: Diſiunctiuus eſt huiuſmodi,Hic oculus neceſſarius eſt ad videndum,aut ille oculus neceſſarius eſt ad videndum: quo quidem pacto propoſitio eſt falſa,quia vtraque pars Diſiunctionis falſa eſt:Diſiunctus ſic habet, Hic oculus, aut hic neceſſarius eſt ad videndum:qui ſenſus haud dubiè verus eſt,quandoquidem indifferéter, ac indeterminatè alter oculus eſt ad vidédum neceſſarius, Si ergo Maior propoſitio Diſiunctiuum habet ſenſum, vt à recentioribus Dialecticis ex forma ſua habere iudicatur, Syllogiſmus eſt in Diſamis: ſed ipſa eſt falſa,quo fit vt non liceat ſub ſubiecto eius colligere,aut ſumere aliquid ſingulare,cui conueniat prædicatum.Si verò ei concedamus ſenſum Diſiunctum, vt populari ſermone habere videtur,erit illa quidem vera: ſed non efficiet Syllogiſmum, particularis enim propoſitio quæ ad Syllogiſmum aſſumitur, imò quæ propriè, ac ſimpliciter Particularis dicitur, Diſiunctiuum ſenſum habere debet. De ſenſu autem Diſiunctiuo, & Diſiuncto [a] ad finem harum Inſtitutionum nonnihil amplius dicemus.

Solutio.

Quem ſenſum habere debeat particularis propoſitio in Syllogiſm. lib.8.

De Modalibus ſyllogiſmis. CAP. XXIX.

DIXIT hactenus de Materia & Forma Abſolutorum Syllogiſmorum,nunc quæ ſit Materia & Forma Modalium quàm potero breuiſſimè docebo.Materia cuiuſque,quemadmodum de Abſolutis diximus,duplex:propinqua & Remota.Propinqua ſunt duę propoſitiones modales,aut altera Modalis, altera Abſoluta, vt cernere licet in his Syllogiſmis:

Materia propinqua. Modalium Syllogiſmorum.

Neceſſe eſt omne animal eſſe ſubſtantiam,
Neceſſe omnem hominem eſſe animal,
Igitur neceſſe eſt omnem hominem eſſe ſubſtantiam.

Neceſſe eſt omnem Virtutem eſſe qualitatem,
Omnis Iuſtitia eſt Virtus,
Igitur neceſſe eſt omnem Iuſtitiam eſſe qualitatem.

POSSVNTQVE ad ſtructuram Modalium Syllogiſmorum, non ſolum Modales propoſitiones cum Abſolutis:ſed etiam Modales cum Modalibus multifariam permiſceri. Remota verò Materia ſunt tres Termini: in quibus quidem non numeratur Modus. Itaque vt Modus in

Materia remota Modal. Syllog.

Digitized by Google

in Conuerſione Modalium non numeratur inter prædicata & ſubiecta, ſic in Syllogiſmis Modalibus non numeratur in Terminis.

DENIQVE Forma Modalium Syllogiſmorum ex Figura etiam & modo conſtat, quemadmodum & abſolutorum. Eſtq; in vtroque genere triplex Figura, At verò modi cócludendi non iidem ſunt in omnibus. Quáquam enim Syllogiſmo quorũ vtraq; Sumptio eſt ex Neceſſario, eiſdẽ illis Modis colligant cõcluſiones ex Neceſſario, quibus Abſoluti colligũt Abſolutas, id quod nullo negotio experieris, in reliquis tamen tanta eſt varietas, vt meritò à nobis hoc loco ſint prętermittẽdi.

Modi nõ iidẽ ſunt in omnib. Syllog. Modalibus, atque abſolutis.

De Syllogiſmis ex Obliquis. CAP. XXX.

SED antequam Syllogiſmi Simplicis, Facultates, ſeu poteſtates ab Ariſtotele traditas referam, breuiter de Syllogiſmis, qui ex Terminis Obliquis conſtant: quia nonnihil exhibent negotij dicendum arbitror, Quatuor itaque Documenta video ferè obſeruari in examine huiuſmodi Syllogiſmorum.

PRIMVM eſt, *In Modis affirmatiuè concludentibus ſi altera tantum ſumptio fuerit ex obliquo, aptè efficietur concluſio ex Obliquo, modò hæc duo obſerues:* Alterum, *vt Extremum Obliquum antecedente ſit obliquum in conſequente:* Alterum, *vt cùm Medium fuerit Obliquum in vna ſumptione, Extremum alterius Sumptionis ſit Obliquum in concluſione,* Exempla:

Omnis poteſtas eſt à Deo,
Regnum eſt poteſtas,
Igitur regnum eſt à Deo.
Omnis virtus eſt honeſtas,
In omni probo eſt virtus,
Igitur in omni probo eſt honeſtas.
Contrariorum eadem eſt ſcientia,
Sanitas & morbus ſunt contraria.
Igitur ſanitatis & morbi eadem eſt ſcientia.
Omne vitium eſt malum,
Quædam appetitio eſt vitij,
Igitur quædam appetitio eſt mali.

SECVNDVM *in Modis Negatiuè concludentibus, ſi Affirmatiua tantum fuerit ex Oblique, nulla concluſio efficietur, ſiue ex Rectis, ſiue ex Obliquo. Si vero ſola Negatiua ex Obliquo fuerit, efficietur concluſio ex Obliquo, obſeruatis duabus animaduerſionibus ſuperioris Documenti.* Verbi cauſſa, Ratiocinationes in hac oratione comprehenſæ nihil colligunt:

Nullus ſol eſt animal, Omnis equus eſt ſol,
Igitur Nullus equus eſt animal, vel ab animali.
Hæ verò rectè concludunt.
Nullum vitium eſt in Deo,
Omnis, acceptio perſonarum eſt vitium,
Igitur nulla acceptio perſonarum eſt in Deo.
Omnis pax eſt tranquilla libertas,
Impio non eſt tranquilla libertas,
Igitur impio non eſt pax.

Nulli mortali eſt impune peccare,
Omnis rex eſt mortalis,
Igitur nulli regi eſt impugne peccare.
Omnis pietas eſt virtus,
Nulla reprehenſio eſt virtutis,
Igitur nulla reprehenſio eſt pietatis.

TERTIVM, *In Modis Affimatiuè concludentibus, ſi ambæ Sumptiones fuerint ex Medio Obliquo, aut vtraque ex Obliquo Extremo, nulla concluſio efficietur, ſiue ex Rectis, ſiue ex Obliquo.* Hæ ſiquidem ſunt ineptæ Ratiocinationes:

Cuique homini ineſt intellectus,
Cuique homini ineſt ſenſus,
Igitur ſenſus eſt intellectus.
Cuiuſque Regis eſt diſtribuere Magiſtratus,
Paraſitus eſt Regis,
Igitur Paraſiti eſt diſtribuere Magiſtratus.
Omnis loquutio eſt à lingua,
Omnis loquutio eſt à gutture,
Igitur guttur eſt lingua, vel igitur guttur eſt à lingua.

QVARTVM. *In modis Negatiuè concludentibus, ſi ambæ fuerint ex Medio Obliquio, aut vtraque ex Obliquo extremo, efficietur concluſio ex Rectis*, vt ſi dicas,

Nulla fides regni ſociis,
Confabulatio eſt regni ſociis,
Igitur confabulatio non eſt fides.
Nullius iuſtitiæ eſt contemnere mortis pericula,
Cuiuſdam virtutis eſt contemnere mortis pericula,
Igitur quædam virtus non eſt iuſtitia.

HÆC ferè videntur obſeruari partim ab Ariſtotele dicta, partim à poſterioribus adiecta. Securius tamen putauerim, Præceptum illud Ariſtot. quo iubet in Reſolutione, atquè examine huiuſmodi Syllogiſmorum, reuocare propoſitiones ex Obliquis ad propoſitiones ex Rectis, non mutato ſenſu propoſitionum. Hoc enim ſi fiat, facilè iudicare quiſque poterit an Syllogiſmus ex Obliquis aptè concludat an non. Nam ſi propoſitiones ex Rectis habentes eundem ſenſum, effecerint Concluſionem, quæ idem ſignificet atque illa, quæ Syllogiſmo ex Obliquis colligebatur, aptè concludere dicendus erit Syllogiſmus ex Obliquis, ſin minus, vitioſa erit Ratiocinatio.

HOC igitur vt fiat, aliquando loco Caſus Obliqui ponendus eſt Rectus eiuſdem nominis, mutata aliquantulum reliqua oratione, vt ſi ſenſum illius propoſitionis, Contrariorum eadem eſt ſciẽtia, hoc modo exprimas, Contraria ſunt res, quarum eadem eſt ſcientia: vel hoc modo, Contrariâ cadunt ſub eadem ſcientia, Aliquando vera ex ſenſu.n. Enuntiationis eliciendus eſt Rectus alterius nominis, cui adiungatur idem Obliquus, aut alius qui eũdem ſenſum efficiat, vt id, quod dictum eſt. Omnis poteſtas eſt donum à Deo, dicas hoc modo, omnis poteſtas eſt à Deo, vel donum Dei. His ergo & aliis modis reuocare poteris

Digitized by Google

poteris propoſitiones ex Obliquis adpropoſitiones ex Rectis,vt intelligas ſit ne apta, vel vitioſa conſequutio cuiuſque propoſiti Syllogiſmi ex Obliquis.

De quibuſdam Syllogiſmorum Facultatibus. CAP. XXXI.

1. Lib. Pri. à cap. 1. vſque ad 18.

Prima poteſtas.

SEX Facultates,ſeu poteſtates Syllogiſmorum ſimplicium tradit Ariſtoteles.

PRIMA eſt,*Plura concludendi.*Qui enim infert Subalternantem,poteſt etiam inferre Subalternatam,& qui colligit Conuerſam,poteſt colligere Conuertentem.Amplius extenditur hæc poteſtas ab Ariſtotele,ſed hæc dixiſſe ſatis ſit hoc loco.

Secunda. SECVNDA poteſtas eſt,*Vera ex Falſis colligendi.*Nam eadem Ratiocinationis forma,qua ex Veris Verũ colligimus,poſſumus ex Falſis Verum idem concludere,id quod ex ſupra dictis facilè intelliges.

Tertia. TERTIA eſt,*Circulariter,ſeu in orbem Ratiocinandi.*Quod tum fit, cum ex eadem Concluſione, & Conuertente alterius Sumptionis,altera Sumptio Colligitur,verbi cauſſa,ſi dicas:Omne quod eſt riſus capax,eſt fletus capax,omnis homo eſt riſus capax, igitur omnis homo eſt fletus capax:ex Concluſione quidem cum cõuertente Maioris,colliges Maiorem,ex eadem verò Concluſione cum conuertente Minoris,colliges Minorem.Dices enim:Omnis homo eſt fletus capax, omne fletus capax,eſt riſus capax, igitur omnis homo eſt riſus capax. Et rurſus:Omnis homo eſt fletus capax, omne riſus capax eſt homo,igitur omne riſus capax,eſt fletus capax. Hic Conuerſio, latè accipitur, vt ſcilicet complectitur Reciprocationem ſimplicem ex vi materiæ, quæ quidem fit inter terminos conuertibiles, hoc eſt, qui de ſe inuicẽ vniuerſali affirmatione dicuntur, quales ſunt ij ex quibus nunc propoſiti Syllogiſmi cõfecti ſunt. Vnde fit,vt perfecta Circulatio, hoc eſt, qua vtraque Sumptio concluditur,in Barbara duntaxat fieri poſſit.

Conuerſio latè accepta.

Quarta. QVARTA eſt,*Conuerſiuè Ratiocinandi,*Quod tunc potiſſimum fieri docet Ariſtoteles, cùm ex contradictorio Concluſionis, cum altera Sumptionũ colligitur cõtradictorium alterius ſumptionis.Hoc modo [a] diximus ſuprà,probari poſſe omnes Imperfectos Syllogiſmos.

a Lib. 6. cap. 27.

Quinta. QVINTA eſt,*Ratiocinandi per impoſſibile*, quod quo pacto fiat, ſuperius diximus, cùm de Syllogiſmo ducente ad Impoſſibile diſſeruimus.Differt autem hæc Poteſtas à ſuperiori, quod illa requirit confectum prius Syllogiſmum, vt ſumat Contradictorium concluſionis cum altera Sumptionum, hæc ſolum ponit negatiuam eſſe aliquam veram propoſitionem, cuius Contradicentem cum aliqua perſpicuè vera propoſitione accipit.

Loco iam citato.

Sexta. SEXTA eſt,*Ratiocinandi ex Oppoſitis,*quod tunc fit, cum ex duabus Contrariis, aut contradictoriis, concludimus enuntiationem, in qua inde de ſeipſo,negetur vt ſi dicas: Omnis homo eſt animal, & nullus homo eſt animal,igitur nullus homo eſt homo. Nullus lapis eſt ſenſus particeps:quidam lapis eſt ſenſus particeps, igitur quidam lapis non eſt lapis.Eſt autem hoc Ratiocinandi genus accommodatiſſimum ad reuincendos eos,qui per proteruiam,oppoſitas propoſitiones admittunt.

Digitized by Google

tunt. Hæc de Syllogiſmis Simplicibus ſeu Categoricis videntur ſatis, nunc de Coniunctis aliquid dicamus.

De Syllogiſmis Coniunctis ſiue Hipotheticis. CAP. XXXII.

Ex Cicer. in Top & Boet. in li. de Syllo hypot. & D. Thom. opuſc. 48. tr. de Syll. cap. 16. & ſequentibus & Auerr. 1. Pri. ad cap. 32.
Maior.
Minor.
De quibus Sylloꝑ. Hypot. agendum.

SYLLOGISMVS Coniunctus, ſeu Hipotheticus, is eſſe definitur, *qui ex vna principali propoſitione Coniuncta, & altera quadā ſiue Coniuncta ſiue Simplici minus principali, concluſionem colligit,* vt, Socrates ſi eſt virtute præditus, eſt laude dignus, ſi autem eſt iuſtus, eſt virtute præditus, igitur ſi eſt iuſtus eſt laude dignus. Si Sol lucet, dies eſt, Sol autem lucet dies igitur eſt. Si Sol lucet, dies eſt, nō eſt autem dies, igitur Sol nō lucet. Principalis propoſitio dicitur apud Boëtium, & Maior, & Propoſitio, & Sumptum, Minus principalis, tum Minor tum Aſſumptio. Quanquam verò Minor & Concluſio, tū Catagoricæ, tum Hypotheticæ eſſe poſſint, nos tamen in præſentia de iis tantum Hypotheticis Syllogiſmis diſſerimus: qui ex Minore ac Concluſione Cathegoricis conficiuntur: Sunt enim Simpliciores, qua de cauſſa illos etiam omittimus, in quibus Maior propoſitio conſtat pluribus, quàm duabus Categoricis, Triplex eſt igitur Syllogiſmus Coniunctus, Conditionalis, Copulatiuus, & Diſiunctiuus, ratione videlicet Maioris propoſitionis, quæ triplex eſſe poteſt, Conditionalis, Copulatiua, & Diſiunctiua, de quibus ſupra dictum eſt.

Triplex Syllog. Hypot. ſeu Coniunctus.

Condition. Syllog. duplex Figura. In ſingulis Figuris ſunt 4. modi. Modi primæ Figuræ.

CONDITIONALIVM duplex Figura eſſe dicitur, Prior eſt, cum ponitur Antecedens propoſitionis, vt ponatur Conſequens. Poſterior, cum tollitur Conſequens, vt tollatur Antecedens, Vtriuſque ſunt paulò antè allata exempla. Modi ſingularum ſunt quatuor. Aut enim tam Antecedens, quàm Conſequens affirmant, vt, Si Sol lucet dies, eſt, at Sol lucet ergo eſt dies. Aut vtrumque negat, vt Si Sol non lucet, non eſt dies, at Sol non lucet, ergo non eſt dies: Aut Antecedens affirmat, Conſequens negat, vt, Si Sol lucet, ergo non eſt nox, at Sol lucet, ergo non eſt nox, Aux Antecedens negat, & Conſequens affirmat, vt Si Sol non lucet nox eſt, at Sol non lucet, nox igitur eſt. Atque hi ſunt Primæ figuræ. Secundæ autem ſunt huiuſmodi, Si Sol lucet dies eſt, At non eſt dies, igitur Sol non lucet: Si Sol non lucet, non eſt dies, ergo Sol lucet; Si Sol lucet, non eſt nox, at eſt nox, igitur Sol non lucet: Si Sol non lucet, nox eſt, non eſt autem nox, igitur Sol lucet. De Conditionalibus Negatiuis, in quibus nimirum Conditionalis particula negatur, nihil in præſentia dicemus, quia ferè non ſunt in vſu.

Modi ſecūdæ Figuræ.

COPVLATIVI autem affirmatiui, hoc eſt, in quibus copulatiua coniunctio non negatur, nulli ſunt. Si enim ita dicas Socrates eſt philoſophus, & eſt bonus vir: igitur eſt philoſophus, vel igitur eſt bonus vir, non feceris Syllogiſmos, ſed Enthymemata quædam conditionalium Syllogiſmorum: in quibus videntur deeſſe hæ Maiores propoſitiones, Si Socrates eſt philoſophus & eſt bonus vir, eſt philoſophus, Si Socrates eſt philoſophus & eſt bonus vir, eſt bonus vir.

Copulatiuorū negatiuorum vna eſt figura.

IN Negatiuis autem vna tantum Figura eſſe videtur, in qua nimirum altera pars propoſitionis ponitur, vt altera tollatur. Exemplum,

Non

Non & dies eſt,& nox eſt,Eſt autem dies, nox igitur non eſt:vel,Eſt autem nox,non eſt igitur dies.Nam qui alteram tollit, vt alteram ponat,non rectè concludit, vt ſi dicas:Non & Socrates deambulat & ſedet,non deambulat autem,igitur ſedet:vel,non ſedet autem,igitur deambulat.Poteſt enim cubare. Huius generis tres ſunt Modi,Aut enim vtraque pars propoſitionis affirmat, vt in propoſito exemplo cernis: aut vtraque negat,vt ſi dicas:Non & Socrates non dormit, & non vigilat,non dormit autem,ergo vigilat:vel,non vigilat autem,ergo dormit:Aut altera pars affirmat,altera negat, vt ſi dicas:Non & Socrates deambulat,& non mouetur,deambulat autem,ergo mouetur:vel,non mouetur autem,ergo non deambulat. Idem modus erit, ſi prior pars propoſitionis neget, poſterior affirmet, vt ſi diceres:Non & Socrates non mouetur & deambulat, non mouetur autem,ergo non deambulat:vel,deambulat autem, ergo mouetur. In his omnibus, vt dixi,ſublata vna parte ſtatim ponitur altera.

Vna ſublata parte non ſtatim ponitur altera.

Tres modi copulādi negan.

IN Diſiunctiuis denique Affirmatiuis, hoc eſt,in quibus Diſiunctiua particula nō negatur(reliquum etenim genus, vt minus vſurpatum omittimus) duplex eſt Figura, ſi modò Diſiunctio ſit ex Repugnantibus,quo pacto veteres de diſiunctione loquuti ſunt. Prior ponit alteram partem,vt alteram tollat;Poſterior tollit alterā, vt alteram ponat. Modi ſingularum tres ſunt. Aut enim vtraque pars propoſitionis affirmat, vt ſi dicas: Aut dies eſt, aut nox eſt, eſt autem dies,ergo non eſt nox:vel,eſt autem nox,ergo non eſt dies:aut vtraque negat,vt ſi dicas: Aut dies non eſt,aut nox non eſt,non eſt autem dies,ergo nox eſt:vel, non eſt autem nox,ergo dies.Aut altera pars affirmat,áltera negat: vt, Aut dies eſt,aut Sol non lucet, dies autem eſt, ergo Sol lucet,&c. Atque hæc exempla ad priorem Figuram pertinent.Poſterioris hæc ſunt, Aut dies eſt,aut nox eſt, non eſt autem dies,ergo nox eſt: vel,non eſt autem nox,ergo dies:Aut dies non eſt,aut nox non eſt,eſt autem dies, ergo non eſt nox:vel,eſt autem nox,ergo non eſt dies:& ſic in cæteris. Cum autem Diſiunctio non eſt ex Repugnantibus:vt,Aut Miloni inſidias fecit Clodius, aut Clodio Milo, ſola Poſterior Figura apta eſt. Nam ſi Diſiunctio ex duabus partibus(de hac enim loquimur)eſt vera, altera autem pars eſt falſa,dubium non eſt,quin altera ſit vera:alioqui tota propoſitio eſſet falſa.Non tamen ſi altera pars veræ Diſiunctionis vera eſt, ſtatim altera falſa erit, cùm vtraque vera eſſe poſſit,vt ex iis, quæ ſuprà diximus, perſpicuum eſt. Hæc de Syllogiſmis Hypoteticis ſatis eſſe videntur.Reliqua enim ferre quæ in hac re dici poſſunt, ſpinoſa admodum ſunt & parum frugifera:quorum apud Boëtium latiſſimus patet campus. Reliquum eſt igitur,vt quoniam de Syllogiſmo iam diximus,cætera tria Argumentionum genera perſequamur.

Diſiunctiuorū Syllog.duplex Figura apud Veteres, eiuſque tres modi.

Modi primæ Figuræ.

Modi ſecundæ Figuræ.

Li. 3.cap. 17.

De Enthymemate. CAP. XXXIII.

ENTHYMEMA dicitur apud [a] Ariſt.*Syllogiſmus Imperfectus*, nō ea quidem ſignificatione, qua omnes qui non ſunt per ſe noti ac euidentes,dicuntur Imperfecti(quo pacto de Imperfectis Syllogiſmis [b] ſuperius loquuti ſumus)ſed alterius ſumptionis prætermiſſione, Exempla.

[a] 2. Pri. 27.

[b] Hoc lib. 6. cap.21.

Virtus eſt, qua nemo malè vti poteſt,
Igitur Virtus eſt ſimpliciter bona.

Item:

Id quo nemo malè vti poteſt, eſt ſimpliciter bonum,
Igitur Virtus eſt ſimpliciter bona.
In priori deeſt Propoſitio, in poſteriori Aſſumptio.

a 2. de Diffe. Top. *b Loco citato.* *De ſententia c in top.* *d Cap. 21.* *Cicero.*

Vnde [a] Boëtius explicans quo pacto Enthymema dicatur Imperfectus Syllogiſmus, Enthymema, inquit, eſt oratio, in qua nõ omnibus antea propoſitionibus conſtitutis, infertur feſtinata concluſio. Quod verò [b] Ariſtoteles adiungit, Enthymema eſſe ex Veriſimilibus aut ſignis, ita accipiendum eſt, quaſi frequẽtius ita accidat: Quia enim ſæpius Oratores, quàm Dialectici & Philoſophi Enthymematis vtũtur, efficitur, vt ferè Enthymemata ex Veriſimilibus aut Signis, quæ Oratoribus ſunt familiaria, concludantur. Quia verò omnis Sentẽtia, teſte [c] Cicerone, Enthymema vocatur, dicã quo pacto id intelligendũ ſit. Ariſtoteles ſecundo ad Theodectem libro [d] ait, Sententiã eſſe Enuntiationem de re aliqua Vniuerſali, quæ amplectenda ſit, aut vitanda: atque hanc eſſe partem Enthymematis, nunc quidem Integrantem, veluti ſi dicas, Non eſt hominibus fouenda ira immortalis: nunc verò Subiectã, quæ verè eſt Enthymema, vt ſi dicas, Non eſt mortalibus, fouenda ira immortalis. Quod enim dicitur Mortalibus obiter inculcat Antecedens. Itaque Sententiæ, in quibus ratio obiter inſeritur, ſunt Enthymemata, Cæteras vel Concluſiones, vel Antecedentia tantũ Enthymematũ dicẽda ſunt. Sed vt Homerus, propter excellẽtiam, commune Poëtarum nomen effecit apud Gręcos ſuum, ſic, cùm omnis Sententia (in qua ratio inſeritur) Enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex Repugnãtibus cõficitur, acutiſſima; ſola hæc propriè nomen cõmune poſſidet: vt quem quis non accuſat, damnat. Verum ſi ratio vocabuli habeatur, non modo omnis Sententia, ſed etiam quæcumque mentis conceptio Enthymema appellari poteſt. Dicitur enim Enthymema, [e] Quintiliano interprete, Commentũ & Cõmentatio: [f] Boëtio verò Animi conceptio. *e Lib. 5. c 10. f Lib. 5. in To.*

Ratio duplex Cur hoc Argumentationis genus dictum ſit Enthymema. *g Prior ratio. In Proble. Sect. 18. q. 3.* *Alia ratio minus veriſimilis.*

QVO nomine videtur hoc argumentationis genus appellatum, vt ab Exemplo, quod eſt alterum genus popularis Argumentationis, diſtingueretur. Exemplum enim ex re ſingulari ſenſui ſubiecta, contendit aliquid efficere: Enthymema verò ex ratione communi, quam animus apud ſe excogitat. Id quod [g] Ariſtoteles docet: Per Exempla, inquit, & Fabulas, faciliùs diſcitur: Sunt etenim quæ explorata habeantur, & particularia ſint. Enthymemata verò Demonſtrationes ſunt ex vniuerſalibus, quæ minus quàm particularia nouimus, &c. Quo minus mihi ſit veriſimile propterea hanc Argumentationis formulam, Enthymema fuiſſe nominatam, quod ἐν θυμῷ, hoc eſt in animo, maneat illa Sumptio, quæ prætermittitur, vt quidam volunt.

De Inductione. CAPVT XXXIIII.

Inductio quid 1. Top. 10.

INductio *eſt à Singularibus ad Vniuerſalia progreſſio*: vt, Omne animal nutritur, & omnis planta nutritur, igitur omne viuens nutritur: item nec Crœſo Aurum, nec Vires Achilli, nec Demoſtheni,

Digitized by Google

moſtheni Eloquentia, nec Alexandro Gloria, fœlicitatem afferre potuerunt, & ſic res habet in cæteris rebus caducis, nemo igitur eſt, qui in rebus cum tempore labentibus fœlix eſſe vnquam poſſit. Fit itaque Inductio tum Affirmando, tum Negando. Fit etiam non modò cum ex Singularibus ad Vniuerſalia progredimur: ſed etiam, cum quocumque genere Partium Totum cócludimus, vt exemplis facilè perſpicies. Verum quæ à Singularibus ad Vniuerſalia progreditur, præcipua eſt Inductio, modo nomine Singularium non tantum intelligas ea quæ verè Singularia ſunt: ſed etiam quæ minus Vniuerſalia. Hoc Inductionis genus ea de cauſſa Socrati, vt primo auctori tribuit [a] Ariſtot. quia Socrates primus quæſiuit ac definiuit Vniuerſalia, quæ quidem ex Singularibus Inductione colligebat. Quam autem vim habeat Inductio, alio loco dicemus: Certè [b] populari ſenſui eſt valde accommodata.

Inductio multiplex.

Quæ ſit præſtantior Inductio.

[a] *13. Met. 4. 1. Meta. 6. 2.*

[b] *2. Pri. 23 & 1. Top. 10.*

Præceptum Diuidendi.

In ea tamen diligenter cauendum eſt, ne qua pars prætermittatur. Aut igitur omnes numerãdæ ſunt: aut ſi tam multæ exiſtant, vt vel numerari omnino, vel facilè, ac ſine faſtidio non poſſint, paucis quibuſdam recenſitis addenda ſunt hæc verba; Et ita in reliquis, aut ſimilia. Si verò huiuſmodi verba addideris, Antecedenſq; & Conſequens eiſdem præcisè terminis conſtiterint, tum demum Inductio erit Conſequentia Formalis: vt ſi dicas, Hic ignis vrit, & ille ignis vrit & ita reliqui ignes, igitur omnis ignis vrit. Hoc enim pacto Antecedens & Conſequens erunt duæ enuntiationes æquipollentes, vt patet ex [c] ſupradictis, à quarum altera ad alteram eſt Formalis Conſequentia, vt etiam ex [d] dictis, perſpicuum eſt. Sed vt verum fatear, huiuſmodi Inductiones non ſunt Argumentationes, vt ex hoc eodem libro colliges. Earum tamen inter Argumentationes mentionem [e] fecimus: quia propter ſimilitudinem quam habent cum iis Inductionibus, quæ Argumentationes ſunt, & definiri ſimul & Argumentationes vocari cóſueuerunt.

Quæ Inductiones ſint cõſequentia formales.

[c] *Lib. 3. ca. 7.*

[d] *Hoc lib. c. 3.*

[e] *Cap. 1. & 6*

De Exemplo. Cap. XXXV.

Exemplvm *eſt oratio, in qua ſingulare aliquid ex vno, aut perpaucis ſimilibus confirmari contenditur.* Hoc verò duplex eſt: Alterum rei geſtæ auctoritate: Alterum fictę & vt geſtę commemoratione nititur. Poſterioris rurſus duo ſunt genera: Alterum dicitur Parabola, id eſt Collatio: Alterũ Apologus. Exempla primi generis: Darius capta Ægypto ſtatim in Græciam traiecit, ergo rex Perſarum niſi arceatur Ægypto, in Græciam traiiciet. Florentini ciuili diſſidio Reipublicæ adminiſtrationem amiſerunt, itemq; Senenſes ac Piſani, ergo & Venetorum Reſpublica collabetur ſi duces cum ciuibus depugnauerint. Exemplum ſecundi generis: Non ſibi conſulerent rectores, qui gubernatores ſorte deligerent, ergo non ſibi conſulet Reſpublica, quæ ſorte creauerit magiſtratus.

Exemplum quid. Exemplum dupl x ex 2. Rhet. ad Theod. 20.

Exemplum rei geſtæ.

Parabola ſeu Collatio.

Tertii generis exemplum: Equus olim paſcua ſolus obtinebat, inuaſit eam poſſeſſionem ceruus vt paſceret de popularetúrque. Incenſus dolore equus cogitabat incommodum ſuum vlciſci, Adhibet hominẽ, vt cóſulat, eum implorat, vt ſecum rationẽ aliquam ineat iniuriæ

Apologus ſeu Fabula.

by Google

vindicandæ. At homo inueni, inquit, illam. Patere addi frenum in os tibi, ego haſta deſumpta dorſum tuum conſcendam, ita incurremus, & conficiemus improbiſſimum animal. Approbauit conſilium equus, infrenatus eſt, equitem recipit in ſedem. ita loco ſupplicij de ceruo ſumēdi abactus eſt ipſe in ſeruitutem. Ergo, Himerei, vereor, ne dum conamini veſtras iniurias vlciſci, idem vobis eueniat: Ac frænum quidem iam iniecistis vobis creato imperatore Phalaride. Quod ſi cuſtodes etiam ſalutis adhibendos ei cenſetis, ac dorſo recipitis, non video cur hoc non ſit ſeruire Phalaridi.

Vniuerſalia.

A c Primum quidem genus, quoniam res præteritas narrat, ex ſingularibus conficitur. Itémque Tertium, quia ex iis ſtruitur, quæ finguntur præteriiſſe. At ſecundum genus ſæpè ex rebus Vniuerſalibus Vniuerſalia concludit. Itaque Exempla primi generis propriè dicuntur Exempla, reliqua impropriè.

Comparantur inter ſe quatuor Argumentationum genera.

Cap. XXXVI.

CV M igitur Argumentationum quatuor ſint genera, Syllogiſmus, Entymema, Inductio, & Exemplum. Prima quidem duo ex Toto confirmant Partes, vt quod omnis Iuſtitia ſit amplectenda ex eo, quod omnis virtus eſt amplectenda. Tertium vero (hoc eſt, Inductio) è contrario ex partibus confirmat Totum: vt, quod omnis Iuſtitia ſit amplectenda, eò quod omnis Virtus, qua æquabiliter res diſtribuuntur, omniſq; ea, qua ſine iniuria cuiuſquam fiunt rerũ commutationes, amplectenda eſt. Quartum denique, quod eſt Exēplum, ex parte cõfirmat partem: [a], vt, quòd Catilina à Cicerone interfici debeat, cùm Gracchus à Scipione interfectus ſit. Atque prima duo genera plus vitium habēt, ſuntq; apud eos, qui res diligentius perſequuntur, maioris ponderis: duo Poſteriora cõmuni hominũ ſenſui magis accommodantur. [b] Præterea vt Enthymema eſt Imperfectus Syllogiſmus, [c] ſic Exemplum eſt Inductio imperfecta. [d] Deniq; vt Syllogiſmus & Inductio frequentius vſurpantur à Dialecticis, ſic Enthymema & Exemplum ab Oratoribus. Vnde fit vt Enthymemata Oratorij Syllogiſmi, Exempla Oratoriæ Inductiones ab Ariſtot. [e] dicantur. Nam, etſi Ariſtot. nomine Enthymematum, quibus Oratores vtũtur, non ſolum Imperfectos & mutilos Syllogiſmos: ſed etiam Perfectos ſiue integros intelligit, vt ex multis locis [f] patet, tamen præcipuè intelligit Imperfectos ſiue non integros: quia familiare ſit Oratoribus, vt eas Sũptiones, quæ perſpicuæ ſunt, prætermittant: vt ipſe idē adiungit. [g] Vnde factum videtur, vt Enthymema Oratorium definitum ſit apud illum, Syllogiſmus Imperfectus, ex Veriſimilibus, aut Signis. Quáquam verò tria Poſteriora genera, ex primo, hoc eſt, Syllogiſmo vires accipiāt, ad ipſumq; vt ad caput omnis probationis redigantur, nos tamen de eiuſmodi reuocatione nihil hoc loco dicemus, quandoquidem nec de Syllogiſmi Coniuncti ad Simplicem reductionē diximus, ne lõgior, quàm inſtituimus, fieret hæc tractatio. Quoniam igitur Iudicandi normas, quibus Argumen

[a] Hæc ex Ariſto. 1. Pri. 24. & 2. Rhet. ad Theode. 2. & Alexan. 1. pri. 4.
[b] 1. Top. 10.
[c] 2. Pri. 27.
[d] Non tamen eodem modo: quia exemplũ nõ colligit concluſionem inductionis, vt enthymema colligit cõcluſionem Syllogiſmi.

[e] 1. Rhet. ad Theod. 2.
[f] ibid. & li. 1. cap. 22.
[g] Eiſdem locis 2. 2. prior. 7. Boëtius 2. de diff. To.

Argumentationum Formæ præſcribuntur. Hactenus pro ratione inſtituti noſtri latè perſecuti ſumus: reliquum eſt, quod ad hanc partē attinet, vt generalem inueniendorum Argumentorum viam aperiamus.

De generali via & ratione Medij Argumentive inueniendi.

CAP. XXXVII.

PRIMVM igitur ponenda ſunt ob oculos Prædicamenta, in quibus diſſerendi prima elementa diſpoſita ſunt, mox rerum quæ ſunt in Quæſtione definitiones conſiderandæ, Tum proprietates, quæ naturas earundem indiſſolubili ſocietate comitantur, annotandæ. Denique, vt paucis multa complectar, Conſequentia & Antecedentia eiuſmodi rerum & ea, quæ illis repugnant, ſpectanda. [a] Conſequentium nomine intelligimus hoc loco ea, quæ de rebus, quarū ſunt Conſequentia, vniuersè affirmantur, ſiue neceſſariò, vt Virtus de Iuſtitia, ſiue probabiliter, vt diligere natos, de parentibus. Antecedentium autem vocabulo intelligimus ea, de quibus vniuersè affirmantur res, quarum illa dicuntur Antecedentia, ſiue id neceſſariò fiat, ſiue veriſimiliter: cuiuſmodi ſunt Iuſtitia reſpectu Virtutis & parentes reſpectu diligentium natos. Repugnantia denique dicimus hoc loco, quæ de rebus quarum reſpectu dicuntur Repugnantia, affirmari aut nullo modo aut rarò poſſunt: vt malum de Iuſtitia, & odiſſe natos de parentibus. His poſitis, cùm Quatuor ſint genera Quæſtionum, quæ proponi poſſunt, Vniuersè Affirmātes, in parte Affirmantes, Vniuersè Negantes, & in parte Negantes: Quatuor Documentis complecti poſſumus generalem [b] inueniendi Medij Argumentive rationem.

Conſequētia. Antecedētia.

Repugnantia.

[a] *Hæc penè Ariſt. 1. prior. 28.*

[b] *Hæc ex Ariſtot.*

PRIMVM Documentum, *vt Quæſtio vniuerſalis Affirmatiua confirmetur, quærendum eſt aliquid, quod idem ſit Antecedens prædicati, & Conſequens ſubiecti:* Exempli cauſſa, ſi propoſita ſit quæſtio, Omniſne Iuſtitia ſit laudanda an non, cuius partem affirmatiuam velis probare, accipe Virtutem, de qua vniuersè affirmatur laudandum, quæq; Vniuersè affirmatur de iuſtitia, & confirmabis inſtitutum in Barbara, hoc modo: Omnis virtus eſt laudanda, omnis Iuſtitia eſt Virtus, igitur omnis Iuſtitia eſt laudanda.

1. prio. 29. Vniuerſalis Affirmatiua, quo argumento confirmari debeat.

SECVNDVM, *Vt quæſtio Particularis Affirmatiua confirmetur, quærendum eſt Medium, quod idem ſit Antecedens prædicati & ſubiecti, aut conſequens prædicati & Antecedens ſubiecti.* Hac arte probabis, quandam ſubſtantiam eſſe viuentem, vel ſumpto animali pro Argumento, vt propoſitum concludas in Tertia Figura, veluti hoc modo: Omne animal eſt viuens, omne animal eſt ſubſtantia, ergo quædam ſubſtantia eſt viuens: vel ſumpto corpore pro Medio, vt concludas Indirectè in Prima Figura hoc modo: Omne corpus eſt ſubſtantia, omne viuens eſt corpus, igitur quædam ſubſtantia eſt viuens.

Particularis affirmatiua quo.

TERTIVM, *Vt Quæſtio Vniuerſalis Negatiua confirmetur, quærendum eſt Medium, quod idem ſit conſequens ſubiecti & Repugnans prædicati, aut contra conſequens prædicati, & Repugnans ſubiecti*, hoc Documento

Vniuerſalis negatiua quo argumento conſequens.

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER SEPTIMVS.

Diuiſio Syllogiſmi Simplicis in quatuor Genera. CAP. I.

SED miſſis iam hoc loco tribus poſterioribus Argumentationum formis, itémque Syllogiſmo Hypothetico, de Demonſtratiuo, Dialectico, Pſeudographo & ſophiſtico (in quos Syllogiſmus Simplex ab [a] Ariſtotele diuiditur) deinceps diſſeramus.

NASCVNTVR hæc quatuor Genera, ex quadruplici Materia Syllogiſmi, de qua [b] ſuperiori libro mentionem fecimus. Aut enim Sumptione ſunt neceſſariæ, vt: Omne totum eſt maius ſua parte, Omnis homo eſt rationis particeps: Aut Probabiles, vt Malè parta malè dilabuntur, Obſequium amicos, Veritas odium parit: Aut videntur Neceſſariæ, ſed non ſunt, vt; Ex nihilo nihil prodûcitur, Quorum circumſcriptiones ſunt æquales, ipſa ſunt æqualia: Aut videntur probabiles, nec ſunt, vt; Quicquid non amiſiſti habes, non eſt relinquendum præſens bonum pro futuro. Ex primis itaque fit Syllogiſmus Demonſtratiuus, ſiue Demonſtratio: Ex ſecundis, Syllogiſmus Dialecticus: Ex tertiis Pſeudographus, qui veram mentitur Demonſtrationem; Ex quartis, Sophiſticus, qui Dialecticum Syllogiſmum falaciter imitatur.

[a] *1. Top 1.*

[b] *Cap. 9.* *Quadruplex materia Syllogiſmi ſimplicis.*

AC demonſtrationis finis eſt efficere Scientiam: Syllogiſmi Dialectici gignere Opinionem: Pſeudographi Errorem, hoc eſt, falſam in modum Scientiæ exiſtimationem; Sophiſtici Deceptionem. Vnde fit, vt priora duo genera explicanda ſint, vt illis vtamur: poſteriora, vt ea cum ipſi vitare, tum ab aliis propoſita refellere poſſimus.

Fines Demõſtrationis, Syllog. Dialect. Pſeud. & Sophiſt.

De Demonſtratione. CAP. II.

DEMONSTRATIO igitur duplex eſt: Altera, qua oſtenditur ita eſſe duntaxat vt cõcluſio enuntiat: quæ propterea dicitur Demonſtratio Quod ſit, vulgò Demonſtratio Quia: Altera, quæ oſtenditur propter quid ita ſit, quæ vocatur, Propter Quid.

Duplex Demonſtratio.

[c] DEMONSTRATIO QVOD ſit, aſſumit pro Argumento effectum, aut cauſſam remotam. Effectum quidem, vt ſi Demonſtres Lunam deficere, eo quòd cum plena ſit, nullumque inter nos & ipſam ſit obſtaculum, nullã facit vmbram. Per cauſſam verò remotã, vt ſi demonſtres Lunam deficere, quia ſol opponitur illi per diametrũ mundi.

Demõſtratur quod ſit, ſiue quia.

[c] *2. Poſt. 9.*

DEMON

Digitized by Google

Demonſtratio propter quid.

DEMONSTRATIO Propter Quid, aſſumit pro medio Cauſſam proximam, vt ſi illud ipſum (Lunam inquam deficere) oſtendas, quia terra interpoſita eſt inter ipſam & Solem: Et hominem eſſe diſciplinæ capacem, quia eſt rationis particeps.

a 8. Top. 4. Prior definitio Demõſtrat. propter quid. — *b 1. Poſt. 2.*

HOC genus demonſtrationis, quod ab Ariſtotele tũ [a] φιλοσόφημα (quaſi dicas, Philoſophorum propria ratio) tum etiam Demonſtratio Simpliciter, ac abſolutè dicitur, hoc modo, [b] eodem auctore definitur: Demonſtratio, eſt Syllogiſmus efficiens ſcientiam. Scire autem ſimpliciter, vt paucis, quæ ille pluribus dicit, complectar, eſt effectum neceſſarium per cauſſam proximam cognoſcere, vt in exemplis nunc adductis licet intueri. Ita diſtinguitur Demonſtratio Propter Quid, non ſolum à Syllogiſmo Sophiſtico, qui efficit Deceptionem: à Pſeudographo, qui gignit Errorem: à Dialectico qui Opinionem: ſed etiam à Demonſtratione Quod ſit, quæ id modò efficit vt aliquid cognoſcamus per Effectum aut Cauſſam remotam, vt dictum eſt.

Poſterior. definitio ex eodem loco.

DEFINITVR etiam hoc modo. Demonſtratio, eſt Ratiocinatio quæ conſtat ex omnino Veris Neceſſariiſve, ex primis ſeu Immediatis, ex prioribus ac Notioribus natura, & continentibus Cauſſam Concluſionis.

c 1. Poſt. 6.

[c] Ex neceſſariis quidem, quia etſi id, quod Neceſſarium eſt, ex non Neceſſariis colligi poteſt, percipi tamen ac cognoſci, niſi ex Neceſſariis non poteſt.

d 1. Poſt. 2.

[d] Ex Immediatis autẽ, hoc eſt, Indemõſtrabilibus, quia ſi ſumptio aliqua fuerit Demõſtrabilis, necdũ tamen demonſtrata, non erit vtiq; cõceſſa, ſaltem firmiſſimo aſſenſu, & planè euidenti, qualem requirunt Sumptiones Demonſtrationis. Si tamẽ Sũptiones fuerint Demonſtrabiles, ſed iã ſimpliciter Demonſtratæ, erunt haud dubiè aptæ ad Demonſtrationem Propter Quid. Quod [e] Ariſtoteles explicans, ait demonſtrationem eſſe, cũ ex Veris ac Primis Syllogiſmus conficitur, aut ex iis, quæ per Prima & Vera ſuæ cognitionis principium acceperunt.

e 1. Top. 1.

f 1. Poſt. 2.

[f] Ex prioribus verò & notioribus natura, quia ex Cauſſis. Cauſſæ ſiquidem priores ſunt ac notiores Natura, quam Effecta: quanquam noſtra cognitione, (quæ ab externis rerum accidentibus ad intimas rerum naturas proficiſſitur,) priora & notiora ſint Effecta quã Cauſſæ: denique ex continentibus Cauſſam Concluſionis, quia Scire Simpliciter, vt dictum eſt, per cauſſam eſt cognoſcere.

De Principiis & concluſione Demonſtrationis. CAP. III.

EX dictis patet, Sumptiones Demõſtrationis, quæ principia Demõſtrationis dicuntur, aut Indemõſtrabiles eſſe debere aut Iam Demonſtratas. Indemõſtrabiles autem, per ſe notas eſſe oportere, alioqui eſſent ignotæ. Propoſitiones per ſe notæ dicuntur ab Ariſtotele Pronũtiata Neceſſaria adeo, perſpicuæ veritatis, vt ſi terminorum modo ſignificationem teneas, ſtatim illis aſſentiaris, & alibi: Quæ non per alia ſed per ſe ipſa fidem habent. Harum quædam dicuntur Principia communia, vel omnibus ſcientiis; vt, Impoſſibile eſt quicquam ſimul eſſe & non eſſe, vel quibuſdam,

Propoſitiones per ſe notæ. 1. Poſt. 3. Principia Cõmunia. 1. Poſt. 8.

Digitized by Google

dam vt Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia

Principia propria.

Quædam propria vni Scientiæ, vt natura eſt principiũ motus,& quieris, Punctum eſt cuius pars non eſt, habetq́ue ſitum magnitudinem. Atque illa, dicuntur ἀξιώματα ſeu Dignitates,hæc Poſitiones.

Dignitates. Poſitiones.

Concluſio demonſtrationis. 1.Po.6.& 7.

CONCLVSIO autem demonſtrationis Propter Quid,etſi debet eſſe neceſſaria,& per ſe quemadmodum & ſumptiones, non debet tamen eſſe per ſe nota. Hoc enim pacto eſſet Indemonſtrabilis cum tamen Demonſtrabilis eſſe debeat.

Enunciatio per ſe duobus modis. 1.Poſt.4.

DVOBVS autem modis dicitur Enuntiacio aliqua Per ſe,vel quia Prædicatum eſt Ratio Definitióve eſſentialis ſubiecti,aut ad eam pertinet, vt homo eſt Animal rationale, Homo eſt ſubſtantia corporea: Vel quia ſubiectum pertinet ad rationem Prædicati, vt, homo eſt Diſciplinæ capax,animal rationale eſt Diſciplinæ capax.Hæc de demonſtratione,& Principiis ac concluſione Demonſtrationis ſint ſatis:nunc de Quæſtione Demonſtranda,déque Inuentione medii Argumentíve, ad eam oſtendendam breuiter dicamus.

De Quæſtione Demonſtranda,& partibus eius. CAP. IIII.

Quot ſint Quæſtiones quæ demonſtrari poſſunt Ex 2.Poſt.8.

Quæſtio quid res ſit, cur hic omittatur.

Quo demonſtrationis genere quæque oſtendi poſſit.

QVÆSTIONES,quæ Demonſtrari poſſunt,tres ſunt. PRIMA eſt,An res ſit,vt,Sitne Cœlum nonum. Altera, Qualis ſit, vt An cœlum octauum ſit rotundum. Tertia, Propter Quid talis ſit, vt propter quid cœli omnes ſint rotundi,Nam quæſtio,Quid res ſit,quam Ariſtoteles ſecundum facit,ſola definitione propriè tractatur:Prima, & ſecunda poſſunt Demonſtrari Demonſtratione quod ſit, vt cœlum nonum eſſe,ex motu quem in octauo efficere conſpicitur,& octauum eſſe rotundum,ex eo quod omnia aſtra quæ fixa appellantur, videntur æqualis magnitudinis in quocunque meridiano. Tertia verò non poteſt Demonſtrari niſi Demonſtratione Propter Quid, Vt,omnes cœlos eſſe rotundos, quo poſſint hoc pacto in orbem moueri,motibúſque inter ſe diſcrepãtibus,& quibuſdam penè contrariis.

Partes duæ cuiuſque quæſtionis. 1.Po.1.& 8. Subiectum.

OMNIS autem Quæſtio duas habet partes integrantes. Altera eſt ſubiectum quod & Datũ, & Conceſſum içcirco appellatur,quia antequam fiat Demonſtratio prænoſſe debemus quod ſit (ait Ariſtoteles) hoc eſt,quod non ſit apertè res impoſſibilis.De rebus enim quas planè compertum habemus non poſſe cohærere in rerũ natura nemo aggreditur Demonſtrationẽ. Altera eſt Prædicatum,quod potiſſimũ eſt Proprietas aliqua Subiecti,quæ de cauſſa tũ Paſſio, tum Affectio vocatur: Dicitur etiam Quæſtio quod quæramus ob quã cauſſam ſubiecto conueniat,aut, nũ omnino conueniat.Proinde nõ eſt neceſſe,vt prænoſcamus Paſſionẽ,ſeu Affectionẽ,eſſe,ſed tantũ quid vocabulum ſignificet, id quod commune eſt omnibus ſimplicibus partibus Demõſtrationis.

Paſſio.

Locis citatis.

De Inuentione Medij, Argumentive Demonſtratiui. CAP. V.

De Inuentione medij Demonſtratiui.

QVIA igitur nulla Quæſtio Demõſtrari poteſt,niſi prius quæretur medium Argumentúmve ad Demonſtrationem conficiendam, Argumenta verò,niſi certis notatis Locis,inueniri

facilè non poſſunt,dicendum eſt nunc quid ſit Argumentum Demonſtratiuum,quótque ſint loci vnde huiuſmodi Argumenta erui queant.

Argumentum Demonſtratiuum.

Argumentum itáque Demonſtratiuum, eſt neceſſarium inuentum ad faciendam fidem,hoc eſt, medium quod cum Prædicato & Subiecto Quæſtionis neceſſariam habet connexionem, eiúſque quod confirmandum proponitur,perfectam efficit perſuaſionem.

Primus locus

LOCI vero quos Demonſtrator perſcrutari debet, vt huiuſmodi Argumenta inueniat,tres ſunt,Primus eſt Effectorum,qui quidem publicus penè eſt,propriuſque eorũ Argumentorum,ex quibus Demonſtratio Quod ſit,conficitur.

Secundus.

ALTER locus eſt Cauſſarum,paucioribus quidem peruius, ſed ex quo ad vtrunque genus Demonſtrationis Arguméta depromi poſſint. Nam ex cauſis remotis fit Demonſtratio, quod ſit,Ex Proximis,Propter quid,vt dictum eſt.

Vſus huius loci varius.

SVMET autem vnuſquiſque artifex ex hoc loco eas cauſſas, quas in rebus quas tractat, reperiri animaduerterit. Proinde Phyſicus accipiet quæuis Cauſſarũ genera,quoniam in rebus naturalibus de quibus diſſerit,omnes Cauſſæ cernuntur. Metaphyſicus omittet cauſſam materialem,quia res Supernaturales,quas contemplatur,materiæ ſunt expertes. Moralis Philoſophus potiſsimum vtetur Fine, quia bonitas, & peruerſitas actionum humanarum, de quibus ipſe agit,ex Fine, quem ſibi quiſque proponit,præcipuè naſcuntur. Sic cæteri Artifices pro ratione rerum quas pertractant,cauſſas deligere curabunt.

Finis eſt principium in actionibus.

Tertius.

TERTIVS locus, quo maximè vtuntur Mathematici, eſt locus Definitionis,ex quo,vtrique etiam gêneri Demõſtrationis Argumenta ſuppeditantur. Nam cùm Paſsiones quæ eidem Subiecto conueniunt ordine quodam ab eius Eſſentia profluant, vt grauiter & doctè oſtendunt Metaphyſici,vt à natura Intellectiua primum Intellectus,deinde Voluntas;& à natura Senſitiua, proximè Senſus deinceps Appetitus, efficitur,vt principia eſſentiæ Subiecti quæ definitione ſubiecti continétur,ſint cauſſæ proximæ,primę paſſionis,& hæc ſecundæ,& ſecunda tertiæ,ſicque vt per Definitioné Subiecti oſtédatur Prima Paſsio, Demonſtratione propter quid:Secũda vero Demõſtratione quod ſit:paríque ratione vt ſecunda Demonſtretur per primã,demonſtrationepropter quid: tertia vero Demõſtratione quod ſit,& cæteræ eodẽ ordine.

Paſsiones ordine profluunt ab eſſentia Subiecti.

Hi loci continentur inter Dialect.

SED quoniam hi tres loci continentur inter locos Dialecticos de quibus paulò inferiùs agẽdum eſt, inde poterit quiſque accipere, quæ hic fortaſſe deſiderabit. Quamquam ea quę ad Demonſtrationem pertinent,maioris momenti ſunt,quam vt nouitij[illegible] hoc Libello pleniorem intelligentiam debeant requirere.

De Syllogiſmo Dialectico. CAP. VI.

Dialect. Syl. quid.
1. Top. 1.
Probabilia quæ.
Ibi.& 8. cap.

DIALECTICVS Syllogiſmus eſt, *qui ex Probabilibus concluditur.* Sunt autem probabilia,*quæ videntur Omnibus,aut plurimis, aut Sapiẽtibus:atq; his,vel omnibus, vel plurimis,vel Spectatiſsimis,modo non ſint paradoxa,*id eſt,præter omnium opinionem,*Omnibus*,vt Parentes diligere natos ſuos,Obſequiũ amicos cõciliare.*Plurimis*,vt Opes magno

magno ſtudio eſſe conquirendas, par pari referendum. *Omnibus Sapientibus,* præſtantiora bona eſſe, quæ in animo ſunt quàm quæ in corpore, aut rebus externis: melius eſſe ratione duci, quàm fortuna. *Plurimis autem,* vt Animos hominum eſſe immortales: Fęlicitatem non eſſe in voluptate poſitam. Spectatiſſimis, vt, Mundum cœpiſſe quod dicit Plato, & omnia continẽter fluere ac labi, vt ait Heraclitus. Quæ tamen ita probantur iis, qui ſapientiſſimi ſunt contra omnium opinionẽ, non numerantur in Probabilib. quale eſt illud Parmenidis, & Meliſſi, Omnia eſſe vnum, Et illud Zenonis, Nil moueri poſſe. Probabilia porrò, aut ſunt per ſe probabilia, aut per alia. Per ſe probabilia dicuntur, quæ non egent confirmatione: ſed ſimul atque proponuntur, approbari ſolent, vt, melius regi Rẽpublicam à viris probis quàm ab improbis: Per alia approbantur, vt, melius gubernari Rempublicam vno Principe, quàm iudicio multitudinis. Cum ergo audis, Dialecticum Syllogiſmum eſſe eum, qui ex probabilib. concluditur, intellige verba. Ex probabilibus, in numero etiam ſingulari, quaſi dictum ſit, Ex vtraque ſumptione probabili aut ex altera ſaltèm: poteſt enim altera eſſe neceſſaria, & altera probabilis, vt ſi dicas: qui Vitia reprehendunt, odium ſibi conflant, qui autẽ furta & homicidia inſectantur, Vitia reprehendunt, Igitur qui furta & homicidia inſectantur, odium ſibi conflant: Hic maior propoſitio eſt probabilis: ſed minor neceſſaria. Quinetiam hoc Syllogiſmorum genere, vtraque ſumptio poteſt eſſe Neceſſaria, ſi altera ſaltem non ſumatur vt Neceſſaria: ſed vt probabilis duntaxat.

Animaduertendum eſt autem, Dialecticum Syllogiſmum Epicherema etiam, quaſi dicas Aggreſſionem, vocari ab Ariſtotele, eo quod ad diſputationem cum altero ineundam, eſt maximè promptus & idoneus. Preſſiùs tamen hoc nomen à quibuſdam vſurpatur, pro breui ſcilicet, & vehementi ratione Probabili, vna præſertim propoſitione comprehenſa, vt ſi dicas, Num mater filium occidiſſet. *8. Top. 4.*

De Propoſitione, ac Quæſtione Dialectica.

CAP. VII.

PROPOSITIO igitur Dialectica, *eſt Interrogatio Probabilis, hoc eſt, quæ apertè interrogat id quod videtur Omnibus aut plurimis, &c. vt* Nonne diligunt parentes natos ſuos, &c. *Propoſitio Dialect. quid* *1. Top. 8.*

DICITVR Interrogatio, qua cùm non ſit Neceſſaria, aut certè non videatur, cogitur is qui Diſputationem cum altero tranſigit, petere ab eo, an veram Propoſitionem exiſtimet, ne, ſi ex non conceſſis argumentetur fruſtra omnem Ratiocinandi laborem ſuſcipiat: Dicitur autem apertè interrogare id quod videtur Omnibus, aut Plurimis, &c. quia vnam duntaxat Interrogationis notam exprimit, eámque Solam Contradictionis partem expreſsè proponit, quæ Probabilis habetur, vt patet in tradito Exemplo, quamquam tacitè alteram etiam rogandi notam, tum Contradictionis partem continet, Verumenimuerò, etſi Propoſitio Dialectica quærenti ſit Interrogatio totius Contradictionis, Ratiocinanti tamen eſt Sumptio eius Partis, quæ Probabilis *1. Top. 5.* *2. Peri. 1. &* *1. Peri. 1.*

ed by Google

babilis videtur, vt ait Ariſtot. Sic probare niteretur Epicurus, omnem voluptatem eſſe bonam: An non putas quicquid ſecundum naturam eſt eſſe bonum? Nónne omnis voluptas eſt ſecundum naturam? Quæ ſi alius admiſiſſet, tum ille ſic concluderet. Quidquid ſecundum naturam eſt, id bonum eſt: omnis autem voluptas ſecundum naturam eſt, igitur omnis voluptas bona eſt.

Quid quæſtio Dialectica.

QVÆSTIO verò Dialectica, Problemáve Dialecticum, *eſt Theorema, de quo aut neutram in partem ſentiunt homines, aut contrà, plerique ac Sapientes; aut Sapientes contrà ac plerique, aut vtrique ipſi ſecum diſcordant.* *1. Top. 9.*

DICITVR Theorema: quaſi conſideratione dignum, quia cùm non ſit exploratum: ſed ambiguum, duplici interrogationis nota, vt vtraque ex parte expedatur, efferri ſolet, hac nimirum formula, vtrum felicitas poſita ſit in actione Virtutis nécne? aut alia ſimili. Quãquam breuitatis cauſſa ſæpe in huiuſmodi quæſtionibus vna duntaxat interrogandi nota exprimitur, vt ſit-ne mundus infinitus? Quod etiam in iis quæ vt demonſtrentur, proponuntur, ferè fieri conſueuit. Quæſtio de qua neutram in partem ſentiunt homines, eſt huiuſmodi: ſintne ſtellę pares, an non? Quæſtio de qua contendunt Sapientes cum pleriſque, eſt veluti ſi proponatur, Vtrum Sol ſit multis partibus maior toto terrarum orbe, an non? Quæſtio de qua plerique inter ſe certant, huiuſmodi eſſe poteſt, ſint-ne honores anteponẽdi opibus, an contrà. Quæſtio, de qua diſſident Sapientes inter ſe, eſt velut hæc, ſint-ne Cœli ex eadem materia compoſiti, ex qua Elementa conſtant, an ex alia? *1. Top. 3.*

Diuiſiones quædam communes Propoſitionibus, & quæſtionibus Dialecticis.

CAP. VIII.

Quatuor genera propoſitionum, & quæſtionum. Ex Top. 3.

CVM autem omnis interrogatio Categorica roget, num prædicatum aliquod alicui conueniat Subiecto: omne autem Prædicatum ſit Definitio, aut proprium, aut Genus, aut accidens eius ſubiecti cui conuenit, aut ad horum aliquid reuocetur: efficitur, vt omnis propoſitio, omniſq; quæſtio dialectica, aut ſit Definitionis, aut Proprij, aut Generis, aut Accidentis, aut certè ad aliquod ex his quatuor Generibus redigatur. Animaduertendum eſt tamen, has ſiue Propoſitiones, ſiue quæſtiones, duobus modis rogare poſſe. Sit-ne aliquid Definitio alicuius, aut Proprium, aut Genus, aut Accidens. Altero, ſi apertè id quærant expreſſo nimirum nomine Definitionis aut Proprij, aut Generis, aut Accidentis in hunc modum. Eſt-ne animal rationale Definitio hominis? Eſt-ne proprium hominis eſſe diſciplinæ capax? Sit-ne animal genus hypocentauri, an non? Vtrũ intelligere ſit accidẽs Deo, nécne? Altero, ſi non apertè id quæratur: ſed tamen ex ipſo quærendi modo facilè intelligatur: vt ſi dicas, Eſt-ne animus idipſum quod numerus ſeipſum mouens? Solúſne homo eſt memoria præditus? Nónne homo eſt quoddam animal? Vtrum is, qui cæſus eſt, poſſit aliquando reſpirare, nécne? Idem namque videtur eſſe quærere: Num animus ſit idipſum quod numerus ſeipſum mouens, & cætera, atque expreſsè rogare, num animi Definitio ſit, Numerus ſeipſum mouens? Num memoria

Digitized by Google

moria prædictum eſſe ſit proprium hominis? Num animal ſit genus hominis? Num cæcum eſſe ſit Accidens hominis? Quod ſi interrogationes nec priori, nec poſteriori modo rogent, ſit-ne aliquid Definitio alicuius, aut proprium, aut genus, aut accidens: ſed ſimpliciter quærant, num aliquid alicui conueniat, vt, num apes ſint prudentes? Num Crocodili plorare poſſint? Num Zoophyta ſint animalia? Num angeli ſint animalia rationalia? (quæ Interrogationes ob ipſam ſimplicem quęrendi formam, ſimplicis inhærentiæ vocari ſolent) ſi hoc, inquam, pacto proponantur, in propoſitionibus & quęſtionibus accidentis numerandæ erunt. Non tamen qua ratione accidens à cæteris tribus prædicatorum generibus diſtinguitur: ſed qua funditur ad omnia, quæ quoquo modo alicui accidunt, id eſt, conueniunt: quo pacto accidentis vocabulum ſæpiſſimè accipitur. Itaque accidentis interrogatio duo genera propoſitionum & quæſtionum complectitur, alterum accidentis propriè dicti, alterum accidentis fuſiſſimè accepti, quod genus interrogationum latiſſimè omnium patet.

Ex 2. Top. 2. & 4. Top. 1. & 7. Top. 3.

Quæſtio ſimplicis inhærentiæ eſt quæſtio accidentis.

AD propoſitionem quæſtionémque Generis, reuocat Ariſtot. interrogationem Differentiæ generalis de Specie minùs latè patente, vt, ſit-ne ſenſus capax, Differentia communis homini cum alia re. Numeretúrne homo in ſenſus capacibus? Eodem reuocanda eſt interrogatio ſpeciei de indiuiduo, vt, Sit-ne homo ſpecies cõparatione Antichriſti, ſit-ne Samuel ille qui apparuit Sauli, quidam ex hominibus an non: Eodem quoque reuocatur interrogatio analogi de quouis membro. Sed de hac diuiſione ſatis. *1. Top. 2.*

ALIA diuiſione tribuuntur propoſitiones, quæſtionéſque Dialecticæ in tria Genera, in Morales, Naturales, & Logicas. Morales ſunt vt, eſt-ne parentibus potius parendum, quàm legibus, ſi diſcrepent? Naturales, vt ſunt-ne decem cœli an non? Logicæ, vt Num tres tãtum, an quatuor ſunt Syllogiſmorum figuræ. Ad hæc tria Genera, quæ materiam attingunt, pertinent: aut reuocantur omnes tum propoſitiones Dialecticæ, tum quæſtiones. Sed quoniam de propoſitione ac quæſtione Dialectica iam diximus, ſequitur vt ad inuentionem argumẽtorum, quæ nobis propoſitionum copiam ad omnia quæſtionum Genera tractanda ſuppeditabunt, ingrediamur. Prius tamen quid ſit argumentum Dialecticum, quiq; loci percurrendi ſint Dialectico, vt facilè reperiat argumenta exponamus.

Ex 1. Top. 12. & 9.

Alia tria genera propoſitionum & Quæſtionum Dialectic.

De Argumento Dialectico & Loco. CAP. IX.

ARGVMENTVM Dialecticum eſt, *probabile inuentum ad faciendum fidem.* hoc eſt, medium, quod cum prædicato & ſubiecto quæſtionis, aut cum eorum altero probabiliter, hoc eſt, Veriſimiliter connectitur, vt eius quod confirmandum eo, aſſenſum quemdam non omninò neceſſarium efficiat. Sic ego interpretor, probabile inuentum ad faciendum fidem, accommodatè ſcilicet ad Ariſtotelis doctrinam, quicquid Cicero, cuius hæc verba ſunt, & alij nonnulli his verbis intelligant. Etenim hac ratione differt argumentum Dialecticum à Demonſtratiuo, cuius naturam in eo poſitam *Cicer. in Par.* *1. Poſt. 16.*

eſſe diximus, vt cum prædicato & ſubiecto quæſtionis neceſſaria conflexione iungatur, ad perfectam propoſiti perſuaſionem. Sed quia id quod eſt neceſſarium, poteſt iudicio multorum eſſe probabile duntaxat, dubium non eſt, quin Argumenta omnia Demonſtratiua, poſſint eſſe Dialectica, ſi cum altero ſaltèm Quæſtionis termino probabiliter tantum coniungi exiſtimentur. Ex quo fit, vt hac in parte non ſolum tradenda ſit methodus exquirendi argumenta probabilia, ſed etiam neceſſaria. Quod planè Ariſtoteles ſe feciſſe in Topicis ſignificauit. Nam cùm locos omnes Dialecticos tradidiſſet, ſtatim ſubiecit eum locorum campum, communem eſſe Dialectico, & Philoſopho, hoc eſt, probabiliter ſuadenti, & cogenti Demonſtratione. Et cum de inuentione Medij demonſtratiui in libris de poſteriori reſolutione ſcripſit, ad eam, quam tradiderat in Topicis de locis Dialecticis tractationem, lectorem, miſit. Patet igitur Argumentum Dialecticum (vt à demonſtratiuo diſtinguitur) eſſe probabile medium iudicio eius, cui proponitur, etſi reuera ſæpenumero ſit neceſſarium ac Demonſtratiuum. Non ſolum autem ipſum medium dicitur argumentum, ſed etiam quælibet ſumptio, præſertim maior, totumque Antecedens. Qua ſignificatione ſæpè Dialectici argumenti nomine vtuntur.

Argumenta Demõſtratiua poſſunt eſſe Dialectica. Initio lib. 8.

11. *Poſt.* 4.

LOCVS verò perſpicua tranſlatione definitur à Cicerone, *Argumenti ſedes.* Vt enim earum, inquit, rerum, quæ abſconditæ ſunt, Demõſtrato & notato loco, facilis eſt inuentio: ſic cùm peruestigare Argumentum volumus, locos noſſe debemus. Sic enim appellatæ ab Ariſtotele ſunt hæ quaſi ſedes, è quibus argumenta promuntur. Itaque licet definire locum. Argumenti ſedem. Vocat etiam locum Ariſtoteles, Elementum. Idem, inquit, elementum dico & locum, cauſſa eſt, quia cum ſimplex ſit, multorum tamen eſt origo & initium argumentum. Vnde mox locum definiens, elementum, inquit, ac locus eſt, in quem multa incidunt Enthymemata. Et Boëtius, locus eſt id, vnde ad propoſitam quæſtionem conueniens trahitur Argumentum.

Locus quid. — *Cice. in Top.*

Rhe. ad Theo. capit. vltimo. Lege Alex. in Præfatione Top. ex Theophraſto 1. de Diff. Top.

De duobus Locorum Generibus. CAP. X.

PORRO locus duplex dicitur: maxima, & differẽtia maximę. Locus maxima, eſt propoſitio per ſe nota fidẽ aliis ſubminiſtrans. Nomen propoſitionis per ſe notæ, latius hic quàm ſuperius, accipitur. Quæcunque enim cognitis terminis, ſtatim ſine vlla confirmatione approbãtur, per ſe nota hoc loco dicitur, ſiue neceſſaria ſit, vt, cui non conuenit Definitio nõ conuenit Definitum: ſiue probabilis, vt, Quod maxima pars eorũ, qui in quauis Arte verſantur, dicunt verum eſt. Subminiſtrare aliis fidem, eſt continere in ſe vim probationis aliarum. Exempli cauſſa, Propoſitio prior quam nunc in exemplũ attulimus, dicitur ſubminiſtrare fidem huic, ſapiens non eſt inuidus, quia continet totam eius probationem ex Definitione Prædicati deſumptam, hoc modo, Inuidus eſt, qui bonis affligitur alienis, Sapiens verò bonis alienis non affligitur, Sapiẽs igitur Inuidius non eſt. Quia enim Definitio Inuidi non conuenit Sapienti, idcirco nec nomen cõuenire concluditur. Poſterior verò, dicitur ſubminiſtrare fidem aſſentionémve

Locus maxima. — *Boet. 2. de Diff. Top. Cap. 4.*

Boet. in Top. Cice.

Idem 2. de Diff. Top.

tionémve huic propoſitioni, Prædicamenta ſunt decem, quia continet totam eius probationem ex authoritate deſumptam, hoc modo. Ferè omnes Philoſophi dicunt, decem eſſe Prædicamenta, ſunt igitur decem, Dicuntur autem huiuſmodi propoſitiones maximæ, quia quælibet continet plurimas, vt prior illa, has omnes. Cui non conuenit Definitio inuidi, nec nomen conuenit. Cui non conuenit Definitio iuſti, nec Nomen, &c. Poſterior verò has: Quod dicunt maxima pars Iuriſperitorum eſſe iuſtum, aut iniuſtum, id iuſtum, aut iniuſtũ eſt. Quod ferè omnes Medici dicunt eſſe ſalubre, id ſalubre eſt, &c.

Maxima cur hoc nomine dicantur Boet.

Locvs Differentia maximæ, eſt receptaculum plurium maximarum: vt locus Definitionis, locus Auctoritatis. Siquidem ex loco Definitionis, cui primus eſt huius generis, non ſolum eruimus illam maximam, cui non conuenit Definitio, non conuenit Definitum, ſed etiam hanc, qui conuenit Definitio, cõuenit Definitum, & plures alias, vt inferius apertum erit, & ex eo loco auctoritatis, quem extremum numerabimus, non deſumitur illa. Quod maxima pars eorum qui in quauis Arte verſantur, dicunt id verũ eſt, ſed etiam hæc, in vſu loquẽdi ſequenda eſt vulgi cõſuetudo. Eodemque modo ſingulis locis, quos inter hos recenſebimus, plures maximæ ducuntur, vt progredientibus perſpicuum fiet. Non dicuntur autem huiuſmodi loci, Differentię mamaximarum, quod ipſas maximas ſingulatim diſtinguant (quippe cum vniuſquiſque multas complexu ſuo iungat, vt diximus) ſed quod diuerſis maximarum claſſibus diuerſam tribuant appellationem. Quæ enim maximæ in loco Definitionis habitant, dicuntur à Definitione. Quæ in loco Auctoritatis, ab Auctoritate, & ſic cæteræ à ſuis quaſi domibus, aliis, atque aliis nominibus appellantur.

Locus Differentia Maxima.

Cap. ſequenti.

Cur hi Loci dicantur Differentiæ Maximarum.

Si quis autem in hoc loco curioſiùs exquirat: Quidnam ſit hoc ipſum receptaculum maximarum, & Argumentorum, quídve hoc nomine tranſlato ſignificetur, verbi cauſſa, Num receptaculum Definitionis ſit ipſamet Definitio, an (quod rectè dicitur) habitudo, ſeu reſpectus Definitionis ad Definitum, ex quo maximæ primi loci vim habent, & ſic in cæteris. Id ego diligentius velle intelligere, inutile in hac locorum tractatione exiſtimo. Hærent enim in his quaſi ſalebris adoleſcentum ingenia, nec vtuntur Dialectici libertate in ea re, in qua maximè expedita eſſe debeat. Dabitur tamen alias accuratius hæc explicandi occaſio.

Quæſtio de natura Locorũ huius generis.

Non eſſe hoc loco curioſius tractãdã hãc Quæſtionem.

Ac priores quidem locos Ariſt. primus inuenit, luculentiſſimeq́; tradidit. Poſteriorum verò ſic auctor extitit, vt adiiciendi aliquid, minuendi, ac mutandi locum poſteris reliquerit. Quo factum eſt, vt alij poſt eum Philoſophi hac veluti aperta ianua, aptiùs certè, & artificioſiùs, vt facilè eſt, inuentis aliquid adiicere, hoc locorum, genus tradiderint. Cum autem de prioribus loquimur, more Ariſtotelis dicere ſolemus, locus à definitione, locus ab auctoritate, &c. quaſi propoſitio ab ipſa Definitionis habitudine, vel à reſpectu auctoritatis vim habens. At cum de poſterioribus ſermo eſt, aptius loqueris hoc modo, locus Definitionis, locus Auctoritatis, quam ſi dicas, locus à Definitione, locus ab Auctoritate, & ſic in cæteris. Nam cum dicimus, locus Defini

Hoc Cic. Praf. Top. fatetur, & reliqui omnes. 1. Elench. 9.

Locorum primus Auctor Ariſtoteles.

Quo pacto loquendũ de vtroque genere Locorum.

ed by Google

Definionis, ſignificamus reperiri in eo definitionem, & ſic in cæteris locis Argumenta reliqua: quod non declarat quia ita loquitur, locus à Definitione, locus ab Auctoritate, &c.

De Locorum Numero. CAP. XI.

Ex Ariſt. 1. Rheto. ad Theod. 2. Artificioſa ſiue inſita. Cic. in Par.

HVIVSMODI ergo locorũ, qui priores natura, pauciores, & cõmuniores meritò habentur, duo ſunt genera. Alij cõtinent Argumenta ἔντεχνα, hoc eſt, Artificioſa: alij ἄτεχνα, id eſt, Artis expertia. Argumenta Artificioſa ſunt, quæ Dialectici Arte, & diligentia, ex ipſa quæſtione eliciũt (Cicero Inſita vocat) vt Definitio eius rei, quæ in quæſtione Prædicatur, aut Subiicitur. Artis verò Expertia quæ à Cicerone dicuntur Aſſumpta, & Remota, ſunt ea, quæ non eruuntur ipſa quæſtione, ſed extrinſecus aſſumuntur vt Auctoritas ſacrarum Litterarum, aut alicuius probati Philoſophi.

Artis expertia, ſiue Aſſumpta.

Loci omnes duo & vig. Argumentorum diuiſio.

LOCI prioris generis ſunt viginti, poſterioris duo. Hoc enim colliges ex generibus Argumentorum, quorum loci ſunt receptacula & ſedes. Nam Argumenta Artificioſa, aut ſignificant idipſum ex quo deſumuntur: aut ea quæ modo aliquo ad id affecta ſunt, hoc eſt, quæ id certa aliqua ratione reſpiciunt. Quæ idipſum ſignificant, ſunt Definitiones, Deſcriptiones, Notationes, ſeu vocabulorum Interpretationes. Quæ autem ad id affecta ſunt, aut ſunt illi Coniuncta aut ab eo Diſiuncta. Coniuncta verò, aut ſunt Connexa, aut Circunſtantia, Connexa cum aliquo, dico ea quæ ita ſunt ad id affecta, vt illud ex ipſis Neceſſario pendeat, aut ipſa ex illo: quo pacto ſe habent Coniugata inter ſe, vt Iuſtus & Iuſtitia, & Partes cum Toto, & Totum cum Partibus, & Cauſſæ cum Effectis, & Effecta cum cauſſis, & Antecedentia cum Conſequentibus, & Conſequentia cum Antecedentibus: Circũſtantium nomine intelligo ea, quæ ita cum re coniuncta ſunt vt non neceſſariò cum ea cohæreant: quæ quidem ſunt vel Præcurrentia, vel Comitantia, vel Subſequentia. Diſiuncta verò aut ſunt Conſentanea, vt Similia, Maiora, Minora, Pária: aut Diſſentanea, vt Diſſimilia, oppoſita & alio quouis modo repugnantia. Artis denique expertia ſunt Auctoritas Diuina, & Humana. Ita patet duos & viginti eſſe huiuſmodi locos, Definitionis ſcilicet Deſcriptionis, Notationis, coniugatorum, Partium, Totius, Cauſſarum, Effectorum, Antecedentium, Conſequẽtium, Præcurrentium, Comitantium, Subſequentium, Similium, Maiorum, Minorum, Parium, Diſſimilium, Oppoſitorum, Repugnãtium, Auctoritatis Diuinæ & Humanæ.

Cur nullus ſit alius deſignatus Locus earum Diſiunctarum.

NVLLVM porrò feci locum earum rerum, quæ ita Diſiũctæ ſunt ab aliquo, vt nec Conſentaneæ illi ſint: nec Diſſentaneæ, quo pacto ſe habent Paupertas ad Superbiam, & Diuitiæ ad litteras, quia nulla certa ratione ad id affectæ ſunt, ſiue vt cognatæ aut amicæ, ſiue vt inimicæ atque aduerſæ: quo fit, vt non ſint aptæ ad aliquid probandum, ſiue concludere velis affirmatiuè ſiue negatiuè.

2. de Differ. Top.

SI qui verò alij loci ſuccurrerint facilè ad hos reuocabuntur. Scio Boëtium tum ex Themiſtio, tum ex Cicerone alium numerum & ordinem

ordinem locorum feciſſe, & alios alias magis probare Diuiſiones: ſed mihi perfacilis, & perexpedita viſa eſt hæc Diſtinctio & Enumeratio, ac naturæ rerum ſatis accommodata.

MAXIMÆ verò, ſiue communia Pronuntiata, quæ ad ſingulos locos huius generis pertinent, in explicatione ſingulorum tradentur. Sed vt hæc melius teneas memoria, ſubiiciam Argumentorum diuiſionem, ex qua numerum locorum collegi.

- Argumenta.
  - Artificioſa.
    - Quæ ſignificant idipſum ex quo deſumuntur.
      - Definitiones.
      - Deſcriptiones.
      - Notationes.
    - Quæ ſignificant affecta modo aliquo ad id ex quo deſumuntur.
      - Coniuncta.
        - Connexa.
          - Coniugata.
          - Partes.
          - Tota.
          - Cauſſæ.
          - Effecta.
          - Antecedentia.
          - Conſequentia.
          - Præcurrentia.
        - Circunſtantia.
          - Comitantia.
          - Subſequentia.
      - Diſiuncta.
        - Conſentanea.
          - Similia.
          - Maiora.
          - Minora.
          - Paria.
        - Diſſentanea.
          - Diſſimilia.
          - Oppoſita.
          - Repugnantia.
  - Artis expertia.
    - Auctoritas Diuina.
    - Humana.

Hinc breuiorem deſcriptionem locorum colligere poteris.

- **Locus.**
  - Artificioſus.
    - Ipſius rei ex qua deſumitur Argumentum.
      - Definitionis.
      - Deſcriptionis.
      - Notationis.
    - Eorum quæ illi coniuncta ſunt.
      - Coniugatorum.
      - Partium.
      - Totius.
      - Cauſſarum.
      - Effectorum.
      - Antecedentium.
      - Conſequentium.
      - Præcurrentium.
      - Comitantium.
      - Subſequentium.
    - Eorum quæ ab ea Diſiuncta ſunt.
      - Similium.
      - Maiorum.
      - Minorum.
      - Parium.
      - Diſſimilium.
      - Oppoſitorum.
      - Repugnantium.
  - Artis expers.
    - Auctoritas Diuina.
    - Humana.

De Locis Communibus, ac Proprijs, & de quibus agat Dialecticus.

CAPVT XII.

Communes Loci.

VERVM vt intelligas quo, pacto de his locis agat Dialecticus, quamque vtilitatem te ex ipſis percepturum ſperare debeas: aduerte diligenter, omnes locos quos tradidimus, duobus modis ſpectari poſſe, vt cõmunes, & vt Proprios, vt cõmunes quidẽ tunc cõſiderantur, cum qua ratione ad omnes Artes, & Scientias accommodari poſſunt, intelliguntur. Vt proprij autem

Digitized by Google

autem, cum ad propriam & peculiarem materiam alicuius Artis contrahuntur. Sed hoc, quod paulò obſcurius dictum videtur, dicam planius. Loci Cõmunes, ſiue differẽtiæ maximarũ ſint, ſiue maximæ ipſæ, tunc Cõmunes habentur, cùm ad nullum certum genus rerum aſtringuntur: ſed hoc tantũ ſunt, quod hiſce vocibus ſignificatur, locus definitionis, locus deſcriptionis, cui conuenit definitio, cõuenit definitum, Cui non cõuenit Deſcriptio, nec id quod Deſcribitur: & ita in cæteris.

Proprij.

Propoſitiones tamen, quæ loci proprij dicuntur, maximè vocari non debent.

TVNC verò habentur proprij, cùm ad certum aliquod genus adiguntur, vt ſi hoc modo efferantur, locus definitionis Virtutis, locus definitionis Naturæ, locus deſcriptionis Generis. Quicunque habitus efficit bonũ eum hominẽ in quo eſt, Virtus eſt, quicquid eſt principiũ motus & quietis, eſt natura, quicquid non prædicatur de pluribus ſpecie differentibus in quæſtione quid eſt, non eſt genus, &c.

ATQVE ex communibus quidem locis, vt ait Ariſtot. non maior oportunitas habetur ad Syllogiſmum, vel Enthymema de moribus, quam de natura, aut alia vlla re, quæ ſit aliarum Artium propria: at proprij, peculiaréſque locis certis, & ſuis cuiuſque Generis propoſitionibus continentur. Exempli cauſſa, de natura propriæ quædam propoſitiones habentur, ex quibus non poteſt Enthymema, aut Syllogiſmus vllus deſumi de moribus: Contrà verò aliæ pertinent ad mores, ex quibus nihil poſſit de natura demonſtrari: Similem rationem in reliquis diſciplinis inuenies. Hæc Ariſtot. Sed quamuis Communes loci ipſi per ſe in nullo rerum genere faciant hominem peritum, vt ille ſtatim ſubiicit ſunt tamen multa cura & diligentia pernoſcendi: quia nemo proprios, via & ratione tenere poteſt, qui non teneat ante communes. Nam etſi proprij, materiam ſuppeditant, Communium tamen tractatio vſum propriorum tradit.

1. Rhet. ad Theod. 2.

Loci Communes neminem peritum faciunt in aliquo genere rerum.

CVM igitur Dialectica ſit ars diſſerendi, hoc eſt, quæ communiter omnibus Artibus diſſerẽdi modos exhibet, neceſſe eſt, vt loci communes ad Dialecticam pertineant, Ex propriis autem, ij tantum ad hanc Artem ſpectant, qui Propriam Dialecticæ materiam continent, cuiuſmodi ſunt locus definitionis, Generis, deſcriptionis, proprij, notationis, & alij huiuſmodi, rerum ad Dialecticam pertinentium: Ac Communes quidem explicat Ariſt. cùm docet quo pacto tractanda ſit Quæſtio Simplicis Inhærentiæ, proprios autem huius Artis, cùm Methodum tradit ad tractandas reliquas quæſtiones accidentis, propriè videlicet accepti, generis, proprij, & definitionis. Et nos igitur Ariſtotelem ſequentes, Communes primum explicabimus, poſteà, vt proprij huius Artis, ex iis quæ dicta erunt, intelligantur, pauca quædam admonebimus. Primò igitur de loco definitionis Eſſentialis, quam potiſſimum quærere ad aliquid probandum debemus, quæq; ſimpliciter Definitio appellatur, dicendum eſt.

Quorũ Locorum tractatio ad Dialecticam pertineat.

De Loco definitionis. CAP. XXXIII.

TRIBVS modis definitione probare poſſumus, vt Ariſt. docet, definitione ſubiecti, aut prędicati, aut vtriuſque Exempli cauſſa, ſi quis voluerit probare Dialecticam eſſe vtilem, hoc

Digitized by Google

modo poterit ex definitione ſubiecti cõcludere inſtitutũ. Diſſerendi ratio eſt vtilis, Dialectica eſt diſſerendi ratio, eſt igitur Dialectica vtilis.

Ex Definitione autem prædicati hoc modo, id quod ab bonum aliquid comparandum refertur vtile eſt: Dialectica ad bonum aliquid comparandum refertur, eſt igitur vtilis Dialectica.

Definitione demum vtriuſq; hoc modo, Dialectica eſt Diſſerendi ratio, Diſſerendi autem ratio, ad bonum aliquid refertur. At quod ad bonum comparandum refertur, eſt vtile, igitur Dialectica eſt vtilis. Verũ hoc tertio concludendi modo, cum quatuor ſumuntur termini, ſemper fiunt plures complicatæ Argumentationes. Nihil tamen referat, ſi in exemplis deinceps proponendis, aliis Argumentationum formis, quam ſimplicium Syllogiſmorum vtamur. Nam etſi hæc locorum tractatio ſimplicibus potiſſimum Syllogiſmis debeatur, omnibus tamen Argumentationum generibus inſeruiet. Atq; vt ad propoſitum reuertar, tot modis concludes Sophiſticen (quæ definitur Ars decipiendi) non eſſe vtilem, quot Dialecticam vtilem eſſe colligimus.

Pronuntiata quæ vſum huius loci continent.

Hvivs loci ſex ſunt maximè, ſeu communia pronuntiata.

Quicquid conuenit Definitioni, conuenit Definito.

Quicquid non conuenit Definitioni, nec Definito.

Cui tribuitur Definitio, tribuitur Definitum.

Cui non tribuitur Definitio, nec Definitum.

Si Definitio Definitioni conuenit, etiam Definitum Definito.

Si nõ cõuenit Definitio Definitioni, nec Definitũ Definito cõuenit.

Omnes hæ maximè naſcuntur ex reſpectu quem habet Definitio ad Definitum. Ac primis duabus vtimur, cùm argumentamur ex Definitione ſubiecti. Duabus ſequentibus, cum ex Definitione prædicati. Extremis duabus, çùm ex definitione vtriuſque.

Locus Differentiæ.

Ad hunc locum reuocatur locus differentiæ comparatione ſpeciei, quam proximè conſtituit: quia eiuſmodi differentia pertinet ad eſſentiam ſpeciei, & cum ea reciprocatur. Argumentatio ex differentia huiuſmodi eſt, homo eſt rationis particeps, ergo & diſciplinæ capax.

Cur non tradatur hic locus Definiti.

Non tradimus autem (ſequuti veteres) locum definiti, quemadmodum Definitionis (vt videlicet quæramus Definitum ad confirmandum Definitionem, quemadmodum quærimus Definitionem ad confirmationem Definiti) quia rarò ex Definito probamus Definitionem. Eadem tamen pronuntiata de Definito tradi poſſunt, quæ tradita ſunt de Definitione, mutato nomine Definitionis in nomen Definiti, vt ſi dicas. Quicquid conuenit Definito, conuenit Definitioni, &c.

De Loco Deſcriptionis. Cap. XIIII.

6. Top. 3.

Boët. 2. de Differ. Top.

Seqvitvr Locus Deſcriptionis, qui tum adeundus eſt, cùm ad Locum Definitionis aditus non patuerit. Eſt autem huius loci eadem tractatio, atque ſuperioris, eadémque communia pronuntiata mutato nomine Definitionis in nomen deſcriptionis, & rei quæ Definitur, in rei quæ deſcribitur. Hinc probabis Dialecticam eſſe perdiſcendam, quod ſit Ars quæ ad cæteras omnes ſcientias viam

munit,

munit, quod ſit inſtrumentum veri ac falſi indagandi, quòd homini, quà rationis particeps eſt, maximè conueniat. Ex hoc loco implorat Iob diuinam miſericordiam, his verbis: *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Hactenus hominis deſcriptio, quæ tamen ſi ad Philoſophorum normam exigatur, deſcriptio propriè non ſit. Deinde ſequitur concluſio. *Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium.* Porrò autem nemo miretur, ſi in hac locorum tractatione nonnulla ex diuinis Scripturis attulero exēpla. Id enim propterea faciā quod multa ſint in ſacris literis argumēta omnibus obuia, & ſimul etiā expeditiſſima, in quibus proinde locorum vſus à quibuſuis facilè intelligi poteſt. *Iob 14.1.2.* *Ibid.3.* *Cur hic afferantur nonnulla ex diuinis Scripturis exempla.*

AD hunc locum reuocatur locus proprietatis, ex quo, exempli gratia, probare poteris iuſtitiam eſſe virtutem: quia eſt per ſe laudabilis, quod quidem proprium eſt virtutis. Ratio cur veteres non tradiderunt locum rei quæ deſcribitur, ad confirmandam ex Deſcripta re, Deſcriptionem eadem eſt ac illa, cur non ſit traditus locus Definiti. Si tamen huiuſmodi loco vti velis, eadem pronuntiata, quæ loco Definiti aſſignari poſſunt, mutatis tantum vocabulis tibi deſeruient. *Locus Proprietatis.* *Cur non tradatur hic locus rei, quæ deſcribitur.*

De Loco Notationis. CAP. XV.

LOCVS Notationis proximus eſt ſuperioribus: quia Notatio cum explicet vim vocabuli, quodammodo continet rem, cuius eſt vocabulum. Quid ſit Notatio, quemadmodum quid ſit Definitio, & Deſcriptio, non eſt modo dicendum, cùm ſuperiùs latè explicatum ſit.

VSVS Notationis in argumentando non eſt vſquequaque firmus, niſi Notatio verbi conueniat rei, atque ita conueniat, vt cum ea recurrat, qualis eſt Notatio Dialecticæ, vt ex initio harum Inſtitutionum patet. Cum autem Notatio ita habet, eadem pronuntiata, quæ in ſuperioribus locis, ſeruantur. Ex hoc loco eſt illud Adami,[a] Hæc vocabitur Virago: quia de viro ſumpta eſt. Et illa Eſau de fratre conqueſtio[b], Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob. Supplantauit enim me in altera vice, primogenita mea ante tulit & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam. Et illud Angeli ad Ioſeph,[c] Vocabis enim nomen eius IESVM (hoc eſt Saluatorem) ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. *Vſus notationis an firmus.*

[a] *Gen. 2. 23.* [b] *Geneſ. 27. & 36.* [c] *Mat. 1. 21.*

CÆTERVM ex Notatione nominum ſingularium, propriorúmve per pauca, eaq; infima dicuntur Argumenta, niſi cum vocabula diuinitus imponuntur. Sæpe etiam nihil omninò efficiunt. Si quis enim Iudam proditorem ex confeſſione veritatis, aut Simonem Magum ex obedientia collaudet, quod Iudæ nomen ex confeſſione, Simonis autem ex obedientia deducatur, vides planè quantum hallucinabitur. Itaque plus vitium habet hic locus ex Notatione nominum communium, quam propriorum, eò quòd plurima vocabula communia ex aliqua proprietate, peculiarive conditione rerum, quas *Plus vitium habet hic locus ex nominibus communibus quam propriis.*

 ſignifi

ſignificant ducuntur vt Conſul à Conſulendo, Rex à Regendo, Dux à Ducatu, Patronus à Patrocinio, Philoſophus à Sapientiæ ſtudio, Monachus à Solitudine, Chriſtianus à Chriſto; & ſic alia propemodum infinita quod non ita frequenter accidit in propriis.

Locus Tranſumptionis.

AD hunc locum reuocatur locus Tranſumptionis ad euidentius nomen, ex quo eruimus apertiora vocabula vt exponamus ea quæ minus perſpicua ſunt, vt ſi Ciliumbram (quo vocabulo vſus eſt Plato) interpreteris oculum, & Putrimordacem, araneum, & Oſſigeſam, medullam: aut certè quoniam vocabula hæc ſint inuſitata, ſi Tellurem, aut Aridam, terram exponas: aut Philoſophum, Sapientem.

De Loco Coniungatorum. CAP. XVI.

CONIVGATA, quæ Græcè tum σύζυγα tum σύστοιχα dicũtur, primaria quidem ſignificatione ſunt Nomina, & Verba ita affecta inter ſe, vt alterum ab altero Denominatiuè deducatur, Sic ſapiens & ſapere, ſunt Coniugata Sapientiæ, à qua Denominatiuè oriuntur. Hæc ergo idcirco primùm in Coniugatis numeraui, quod ita alterum ab altero pendeat, vt vtráque eamdem formam ſignificet, ſoloque ſignificandi modo differant: Cæterùm ſecundaria ſignificatione, ipſa etiam Denominatiua eiuſdem Denominantis, comparata inter ſe, vt Philoſophus, & Philoſophari, dicuntur Coniugata.

Cur inter Cõiugata hæc primum numerata ſint.

Caſus. 2. Top. 3.

REVOCANTVR etiam ad Coniugata voces illæ, quæ Caſus ab Ariſt. nominantur, hoc eſt Aduerbia deducta ab aliquo Denominãte, vt ſapienter à ſapientia. Sed quamquam Ariſt. hæc primũ diſtinguit, latius tamen accepto nomine Coniugatorũ, omnia inter ſeſe Coniugata dici poſſe concludit, Atque hanc cõmuniorem Coniugatorum acceptionem amplectitur Cicero, Coniugata, inquit, dicuntur quæ ſunt ex verbis generis eiuſdẽ. Eiuſdem autẽ generis verba ſunt, quæ orta ab vno variè cõmutantur, vt ſapiẽs, ſapienter, ſapientia. Itaque omnia hæc meritò dicuntur Coniugata, quia ipſa vocis ac ſignificationis cõmunione ſub vnũ quaſi iugũ deuincta ſunt. Sed quoniam in Coniugatis potior eſt ſignificationis, quã vocis coniunctio, non ſunt ea omnino à Coniugatorum numero excludenda, quæ ſic vocis ſocietate carent, vt eiuſdem ſignificationis iugo coerceantur: cuiuſmodi ſunt virtus, ſtudioſus, ſtudioſè. Nec verò neceſſe eſt vt Coniugata ſint voces ſimplices, ſiquidẽ orationes eãdem vim habere poſſunt, atque ſimplicia vocabula, vt ſi dicas, virtus, virtute præditus, cũ virtute agere, & ſimilia.

Cur dicantur Coniugata.

Alex. loco citato.

Vſus. Loci.

HVIVS loci eum eſſe vſum docet Ariſt. vt quicquid vni Cõiugatorum conuenit, cæteris etiã ſuo cuique modo conuenire, aut nõ conuenire cõcludatur. vt ſi iuſtitia eſt laudabilis, etiam iuſtus eſt laudabilis. & iuſtè agere eſt laudabiliter agere, ſi verò iuſtitia nõ eſſet laudabilis, nec iuſtus laudabilis eſſet, nec iuſtè agere, eſſe laudabiliter agere.

DVO itaque ſunt huius loci communia pronuntiata, ex ipſa coniugatorum inter ſe habitudine deſumpta, Alterum ad confirmandum, Alterum ad refellendum.

Cum quo cohæret vnum Coniugatorum, cohærent & reliqua.

Cum quo non cohæret vnum, nec reliqua.

QVAMQVAM

Digitized by Google

QVANQVAM verò non admodum ſint viſitata huius loci argumenta, propterea quod Coniugata ita coniuncta ſunt inter ſeſe, vt ferè apud omnes æquè nota, aut æquè ignota habeantur; nonnunquam tamen ſatis habent acuminis, vt illud Comici, homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Hic poteris concludere hoc modo. Cum charitati ſumma laus tribuatur, cur ex charitate operari tantopere contemnitur? Si ipſum per ſe peccatum diſplicet, cur placet peccare? Si Logicam tradis, cur non λογικῶς, id eſt, Logici more, ſed μεταφυσικῶς, id eſt, velut Metaphyſicus de Prædicamentis diſſeris: Hinc etiam eſt illud Pauli,[a] Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de Cœlo Cœleſtis, & alia pleraque.

Terentius Heautõn. act. 1. ſcen. 1.

[a] 1. ad Cor. 15.47.

TRIA tamen potiſſimum animaduertenda ſunt in hoc loco, ne Argumentandi ratio hinc deſumpta ad Sophiſticen declinet. Multæ enim in hoc genere ſtrui poſſunt cauillationes. Primo videndum eſt, *ne propter vocis coniunctionẽ, quod Coniugatum non eſt, pro Coniugato accipiatur*, vt officioſus pro Coniugato officij, & ſomniculoſus pro Coniugato ſomni, cum officij Coniugatum ſit ſtudioſus, vel induſtrius, non officioſus, & ſomni, Dormiens, vel Dormire, non ſomniculoſus.

Prima animaduerſio.

DEINDE, *cauenda eſt diligenter ambiguitas vocabulorum, quæ hic ſæpenumero latenter ſe inſinuat*, qualis cernitur in argumentatione illa Simonidis,[b] Cùm homines, inquit, ſumus, humana tãtùm curare debemus. Fallaciter ſanè concludit, quia accipit Verbum humana in Conſequente non pro iis quæ ad hominem ſpectant, quo pacto deducitur ex Antecedente, ſed pro caducis, & terrenis, qua ſignificatione terrena à cœleſtibus diſtinguere ſolemus.

Secunda.

[b] 10. Eth. 7. & 1. Meth. 1.

DENIQVE *vigilanter attendendum eſt, an attributa Coniugatorũ rectè aſſignentur*. Sæpè enim hoc nõ animaduerſo, multa Sophiſmata texuntur, vt ſi quis concludat hoc modo, iuſtitia eſt virtus, igitur iuſta agere eſt ſtudioſè agere, quod falſum eſt. Fieri enim poteſt, vt quis agat iuſta (quale eſt depoſitum reddere) cum interim non agat ſtudioſè, ad defectum ſcilicet alicuius circunſtantiæ. Cauſſa igitur cur Argumentatio propoſita vitioſè concludit, hæc eſt, quia non rectè coniuncta ſunt illa duo, iuſta agere, & ſtudioſè agere, vt ſingula prædicata ſingulis ſubiectis aptè reſpondeant: quippe cum vel concludendum eſſe, iuſta agere eſſe ſtudioſa agere, vel iuſtè agere, eſſe ſtudioſè agere: quæ vtique vera ſunt. Eadem de cauſſa vitioſæ ſunt hæ concluſiunculæ, album eſt dulce, igitur albedo eſt dulcedo: Doctrina eſt diſciplina, igitur qui docet, diſcit: & aliæ ſexcentæ huiuſmodi. Nam cum ſenſus prioris Antecedentis eſſet, affectum albedine, eſt affectum dulcedine: poſterioris autem, Eadem qualitas eſt doctrina, & diſciplina, concludendum potius erat hoc modo album eſt dulce, igitur in aliqua eadem re, eſt albedo & dulcedo: Doctrina eſt diſciplina, igitur quod affectũ eſt doctrina, affectum eſt diſciplina. Etenim cum de locis agitur hoc eſt, de reſpectibus argumentorũ ad concluſionem, ſpectandus proculdubio eſt ſenſus antecedentis, & acõmodatè ad illum colligi debet concluſio. Siquidem conſequutiones, in quibus cõnexio rerum ſpectatur, nõ ſunt Formales ſed materiales. Id quod animaduertere nõ videntur ij, qui, vt apta

Tertia.

Nota hæc.

ſit Conſequutio in Coniugatis, tot documenta congerunt hoc loco vt inopiam potius Argumentorum, quàm copiam comparare doceant. Sed iam de loco Partium dicamus.

De Loco partium. CAP. XVII.

Lib. 4. CVM de Diuiſione diſſeruimus, quinque genera totius eſſe diximus: Vocē multiplicem, Totum Quantū ſeu Integrū, totum Eſſentiale Phyſicum, totum Eſſentiale Metaphyſicū, & totum Vniuerſale, quibus totidem Partium genera reſponderēt, nunc autem quia primum, & quartum genus totius & Partium, cùm de Inuentione argumentorum agitur, negligi ſolent: de trium reliquorum Inuentione, & Vſu dicendum eſt. Atque, vt facilius hi duo loci explicentur, comprehendenda ſunt duo priora genera nomine Totius Integri, & Patium integrantium, quoniam ad Argumentandum eadem eſt vis totius Eſſentialis, & Partium Eſſentialium; atque totius Integri, & Partium Integrantium, cùm vtrumque totū actu, ac re ipſa ex ſuis Partibus cōpoſitum ſit. Itaque hic locus erit Partium, tum Integrantium tum Subiectarum: Sequens verò totius, tum Integri tum Vniuerſalis.

Vſus partium Integrãtium. VSVS Partium Integrantium in Argumentando, his ferè Pronunnuntiatis continentur.

Poſitis omnibus Partibus Integrantibus ponitur totum.

Sublata quacunque Parte Integrante, tollitur totum.

HAEC Pronuntiata tradit Ariſt. in Partibus Integrantibus multitudinis duntaxat: quarum vſum hoc exemplo docet. Si & eorū quæ mutuò Referuntur, & Cōtrariorū, & Priuatè oppoſitorū, & contradicentiū eadē eſt diſciplina, omniū omnino oppoſitorū eſt eadē: Quod ſi vel ea quæ mutuò Referuntur, vel contraria, vel Priuatè oppoſita, vel Cōtradicentia, ſub eadem diſciplina non cadunt, perſpicuum eſt, non eſſe omnium oppoſitorum eandem ſcientiam, diſciplinámve. Sunt tamen vera ambo Pronūtiata in cæteris etiam generibus Partium Integrantium, ſiue ad cōcludendum, aut refellendum, ipſum eſſe totius, ſiue ad colligendum, aut refutandum aliquod eius Attributum, aut Subiectū. Exempli cauſſa ſi ita dicas, Fundamenta ſunt poſita, parietes erecti, & tectum fabricatum, igitur eſt domus, ex ipſa Partium exiſtentia colliges exiſtentiam totius. Quam refutabis hoc modo, Aut fundamenta non ſunt iacta, aut parietes nondum erecti, aut tectum minimè extructum, igitur nondum eſt domus: Si verò ſic argumenteris, Animus hominis iuſti perfruetur æterna beatitudine, corpus item perfruetur, igitur totus homo æterna beatitudine perfruetur, colliges quoddam attributum totius ex eo, quod tale attributum conuenit omnibus partibus. Quod tamen refutabis hoc modo, Si corpus viri iuſti non eſt futurum particeps æternæ felicitatis, non igitur totus homo. Denique hoc pacto colliges ſubiectum totius ex ſubiecto omnium partium: Philoſophus tenet, & Diuidendi artem, & Definiendi, & Argumentandi, totam igitur Dialecticam tenet. Hoc autem pacto idem refutabis, Si Philoſophus non callet, vel Diuidendi methodum, vel Definiēdi, vel Argumentandi, non totam callet Dialecticam.

HIC

HIC tamen tria ſunt animaduertenda. *Primum eſt, neceſſe aliquando eſſe, vt Partes integrantes, ex quibus Totum colligendum eſt, intelligantur certo ordine diſpoſita.* Sæpe enim, ſi hoc deſit, non efficitur Concluſio, vt ſi dicas, Lapides ſunt, Calx eſt, igitur Paries eſt: milites ſunt, Dux eſt, ergo Exercitus, aut acies eſt. Alterum, eſt, *id quod diximus, Sublata quacumque Parte Integrante, tolli Totum, ſic intelligendum eſſe, vt nomen Totius accipiatur pro Toto Integro, qua Totum integrum eſt.* Nam ſi accipiatur pro re, cui attribuitur Integritas, non qua integra eſt, falſum eſſe deprehendetur, Verbi cauſſa, Si Socrati abſciſſus eſt digitus, licebit colligere, Socratem non eſſe integrum: non tamen rectè colliges, Socratem non eſſe, quia Socrates, etſi integer ſine digito non eſt, poteſt tamen ſine digito in rerum natura cohærere. Quare ſi latè volueris accipere nomen Totius, hanc orationem poſteriori Pronũciato adhibeas, neceſſe erit vt nomen partis integrantis accipias pro parte neceſſaria (qualis eſt in Socrate caput, aut pectus) non pro quacumque ſine diſcrimine. Quacunque enim Parte neceſſaria ſublata, omnino tollitur res cuius ipſa eſt Pars. Hinc diſſolues hanc cauillationẽ. Quædam pars hominis candidi non eſt candida (vt potè pupilla) igitur homo candidus non eſt candidus. Sic enim occurres, Rectè ſequi, hominem candidum nõ eſſe totum candidum, cùm aliqua eius particula ſit non candida, non tamen rectè colligi, hominem candidum non eſſe candidum: Hoc enim non efficietur, niſi qui Argumentatur, oſtendat, non eſſe maiorem hominis candidi portionem (quæ quidem pars neceſſariò candida eſſe debet, vt ille ſit candidus) omnino candidam. Tertium eſt, *Attributa, quæ de Toto ex partibus concluduntur, aut refelluntur, talia eſſe debere, vt Toto: & Partibus poſſint eſſe communia.* Nam ſi fuerint propria partium, non poterunt de Toto concludi, quod partibus conueniant. Si propria Totius non poterunt de Toto inficiari, quòd de Partibus negentur. Nec enim rectè concludes, hominem eſſe principium internum rei naturalis, quia animus & corpus ſunt principia interna rei naturalis. Siquidem hoc Attributum non poteſt eſſe homini commune cum animo & corpore. Nec item rectè colliges hominem non eſſe animal, quia animus, aut corpus non eſt animal, aut quia nec animus, nec corpus eſt animal. Quandoquidem animal, nõ poteſt eſſe animo & corpori commune cum homine. Ex priori Pronuntiato eſt illud Dauidicum, *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, ſi aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcẽdero in infernum, ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Probat Regius Propheta, Deum eſſe vbique, quia eſt in cœlo, apud inferos, & in terra, quibus regionibus complecti ſolent Scripturæ diuinæ totam rerum vniuerſitatem, Hoc verò genus Argumenti, quod ex Enumeratione Partium vocatur, non tam artificiosè rem probat, quàm apertè diſtinctéq; proponit atque amplificat. Quod enim nomine Totius obſcuriùs, ac anguſtiùs ſignificatur, id multo euidentiùs per omnes Partes proponitur, & magnificentius dicitur. Ex poſteriori Pronuntiato eſt illud apud Ioannem. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Quibus verbis Iudæi

Prima Animaduerſio.

Secunda Animaduerſio.

Moderatio poſteriori Pronuntiati.

Tertia animaduerſio.

Pſal. 138. 7. 8. 9. 10.

8. Cap. 57. Vſus Partiū ſubiectarum. ex negatione quinquaginta annorū, totam illam tot ſeculorum multitudinem inficiari conabantur. Eſt enim hæc Argumētandi ratio valdè accommodata ad reſiſtendum, ſeu Inſtantiam ferendum, vt dici ſolet, cùm quis vniuersè aliquid affirmat.

Vſus verò Partium ſubiectarum his Pronuntiatis traditur.

Poſita quacunque Parte ſubiecta, ponitur Totum. Prædic. 5. & 2. Top. 2.

Sublatis omnibus Partibus ſubiectis, tollitur Totum.

EXEMPLVM Ariſtotelis. Si anima mouetur loco, aut alteratur, aut accreſcit, aut decreſcit, mouetur vtique. Quòd ſi nec loco mouetur, nec alteratur, nec accreſcit, nec decreſcit, non mouetur ſanè. Moueri loco, alterari, accreſcere, & decreſcere ſunt Partes ſubiectæ. Ex priori pronuntiato concluduntur duæ illæ Argumentationes apud Iacobum. Si tamen legem, inquit perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges proximum ſicut te ipſum benefacitis. Si autem perſonam accipitis, peccatū operamini. Quo loco ex dilectione proximi quæ eſt pars quædam ſubiecta bonæ actionis, cōcluditur bona actio, & ex perſonarū acceptione, quæ eſt pars ſubiecta peccati, colligitur peccatum. Eſt autem hoc Argumentandi genus, per accommodatum ad inſtandum, reſiſtēdúmve ei, qui vniuersè aliquid negat. an ex poſteriori pronuntiato habet vim concludendi, locus ille Pauli ad Romanos, Quis ergo inquit, nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? & quæ ſequuntur. Quaſi dicat, Nihil ſeparabit nos à caritate Chriſti, quod ex negatione partium ſubiectarum oſtendit. Atque hæc concludendi ratio plus artis habet in proponenda re ob oculos, & amplificanda, quàm in probanda. Huc porro accerſendum eſt tertium, illud quod pro intelligentia duorum ſuperiorum Pronuntiatorum annotabamus, id, inquam, quod de Toto concluditur, tale eſſe debere, vt Toto, & Partibus poſſit eſſe commune. Idcirco enim nō rectè ita concludes. Homo eſt infima Species, igitur animal eſt infima species: ſiquidem hoc attributum nō poteſt eſſe commune Animali cum Homine. Nec item rectè colliges rationem Generis conuenire infimis Animalis ſpeciebus, quemadmodum animali conuenit.

Iacobi 2. 8. 9.

Ad Rom. 8. 3. 5.

Nota hæc.

De Loco Totius. CAP. XVIII.

EX ſuperiori loco patet, quomodo ex partibus confirmetur, aut refutetur Totum, nunc dicendum eſt quo pacto ex Toto probandæ ſint, aut refellendæ Partes. Quod ergo attinet ad vſum Argumentandi ex Toto integro, ſpectanda ſunt hæc duo pronuntiata.

Vſus totius Integri.

Poſito toto integro, ponuntur omnes Partes.

Sublato Toto integro, aliqua ſaltem Pars tollitur.

QVOD verò attinet ad vſum Argumentorum ex Toto Vniuerſali, totidem Pronunciata præſto ſunt in hunc modum.

Prædi. 5. & 2. Top. 2. Loco 1.

POSITO Toto vniuerſali, ponitur aliqua Pars ſubiecta. Sublato Toto vniuerſali, tolluntur omnes Partes ſubiectæ.

HIC non eſt neceſſe afferre alia exempla, quàm quæ ſuperiori loco

loco adducta ſunt. Verbis enim commutatis huic Loco deſeruient.

Explicantur quatuor quædam appellationes Totius.

Boët. 2. de Diff. To. ſumpta. occaſione ex 2. To. Ariſtot. loco 2. & vlt.

COGOR tamé hic explicare quatuor quaſdam appellationes Totius (inuectas primum, vt ſuſpicor, à Boëtio) quia non parùm vſurpatæ ſunt à Dialecticis in hac Inuentionis Diſciplina. Hæ ſunt, Totum in Quantitate, Totum in Loco, Totum in Tempore, & Totum in Modo, quibus totidem appellationes Partium ex altera parte reſpondent.

TOTVM in Quantitate (quod planius dici poſſet, Totum in Multitudine, ſeu Totũ Multitudine) eſt Vniuerſale aliquid, ſigno vniuerſali notatũ, vt ſi dicas, omnia oppoſita, omne animal, &c. huiuſmodi.

Totum in Quantitate.

PARS verò, in quantitate, ſiue in Multitudine, eſt quicquid comprehenditur in tota multitudine, vt contraria, in oppoſitis, & Homo in Animalibus.

Totum in loco.

Totum in Tempore.

Totum in modo.

TOTVM in Loco erit ſi dicas Vbique, Pars in loco, ſi dicas, Hîc, aut ibi. Totum in Tempore, ſi dicas, Semper, Pars, vt ſi dicas, Nunc, vel, Heri. Totum in Modo, eſt Vniuerſale aliquid ſine adiectione prolatum, vt Homo, Candidum, & huiuſmodi alia pars autem in Modo, eſt vniuerſale quid, cum adiectione non minuente nec tollente Totum, vt ſi dicas Homo ſapiens, Magis candidum, Minus candidum. Nomine adiectionis minuentis, aut tollẽtis totum, intelligo adiectionem quæ cùm additur nomini Totius vniuerſalis, efficit, vt huiuſmodi Totum non poſſit Affirmari de tota aggregatione. Vt ſi dicas, homo eſt potentia, homo lapideus, Candidum ſecundum quandam particulam, illud, Potentia, & illud Lapides, & illud Secundum quandam particulam, erunt adiectiones minuentes, aut tollentes Totum: quia nec homo de homine potentia (vt de embryone antequam animum rationis participem accipiat) aut de homine lapideo (vt de ſtatua Cæſaris) nec Candidum de eo, qui ſolis oculis aut dentibus, candidus eſt (vt de Æthiope) verè dicitur. Sed quia Totum in Quãtitate, ſeu Multitudine, itémque totum in loco, & in Tempore, ſunt quædam Tota Quanta, ſeu Integra, Totum autem in modo, in Totis Vniuerſalibus numeratur, vt ſatis apertum eſt, non eſt opus, vt quo pacto his generibus Totius, & Partium in Argumentando vtendum ſit, doceamus, cùm ex dictis perſpicuum relinquatur.

Adiectio minuens, aut tollens.

De Loco cauſſarum, primúmque de Argumentis ex materia.

CAP. XIX.

SEQVITVR Locus cauſſarũ, qui vt omnium patet latiſſimè ſic eſt omnium vtiliſſimus, & perinde vſurpatiſſimus. Quatuor itaque eſſe Cauſſarum prima genera, Materiam, Formã, efficiens, & Finem ex ſupradictis intelliges. Nunc ſingula percurrenda ſunt, & in ea rurſus genera deducenda, quæ copiæ Argumentorum comparandæ potiſſimum conducere videantur.

Materia triplex.

MATERIA igitur, latè accepto vocabulo, triplex eſt, Ex qua, In qua, & Circa quam.

Ex qua.

MATERIA ex qua, duplex, ea ex qua prius tranſmutata, fit aliquid (quæ vocatur tranſiens) vt vinum aceti, & Syluæ ac nemora, ædium; Et ea, quæ permanente, res componitur (permanentẽ hanc appellant)

In qua. vt ligna ſuccisa, ædium & nauium comparatione. Materia in qua, eſt ſubiectũ reſpectu cuiuſcumq; formę quo pacto lapis eſt materia figuræ inſculptę, & corpus coloris, & animus ſciētiæ, Materia circa quam, *Circa quam.* eſt id, circa quod actio aliqua, & operatio verſatur, qua ſignificatione dicimus Virtutes eſſe materiam Laudis, & Vitia Reprehenſionis, & ligna fabri lignarij: & orationē earũ artiũ, quæ in ſermone verſantur, & res naturales Phyſicæ, & Deum optimum maximum Theologiæ.

Ex primo genere Materiæ, quam diximus ex Qua, ſic licet Argumentari. In Lucitania ſucciduntur nemora, nec alia conferũtur, nil igitur mirum eſt, ſi ædium ſtructura tanti conſtet. In Gallia plurimi ſunt luci, ac ſyluæ, cur igitur non ſunt plurimæ naues? Apud Æthiopes non eſt vſus eius vini, quod ex vuis exprimitur, ergo non poſſunt iis in regionibus Sacra fieri, niſi aliunde eiuſmodi vinũ deportetur: Ariſto. ſic: *1. de Cœlo. 3.* Cœlum non conſtat materia elementorum, alioqui ſurſum aut deor- *2. de Ani. 9.* ſum ferretur, igitur interire non poteſt. Hic homo ex ipſa humorum proportione habet carnis mollitiem: non mirum eſt igitur, ſi ingenioſus ſit. Eodem pertinet illa Theologorum Argumentatio, Chriſtus *D. Tho. 3. p. q. 46. & alij in 3.* ſeruator noſter habet optimam corporis conſtitutionem, acerbiſſimè igitur afflictus eſt cruciatibus ſuæ paſſionis.

Ex materia in Qua, talia ducuntur Argumenta. Memoria huius eſt parum tenax, ergo niſi ſæpius repetierit quæ præceptor tradit, breui omnia excident. Forma Iridis eſt in nube rorante diſtillante, parum *3. Meteor. 4.* igitur durabit. Hic homo eſt valetudinarius, igitur non ſine cauſſa pallidus. Rationalis animus quoad ſuum eſſe, non ſubſtinetur à corpore in quo eſt, cùm aliquam operationem habeat, quę à corpore non pendet: poteſt igitur ſine corpore in rerum natura cohærere.

Ex materia circa Quã huiuſmodi argumenta texunt. Vltra ſubſtantias corporatas, ſunt aliæ quædã corporis expertes, quas Philoſophus conſiderare debet: eſt igitur vltra Philoſophiã Naturalē quædam alia Supernaturalis. Materia rei ruſticę eſt, humilis, merito ergo Virgilius Bucolica, & Georgica gracili auena cecinit. Res diuinæ, & cœleſtes, ſunt omnium maximè admirabiles: nullæ igitur ſunt, in quibus magis *a Pſal. 18. 8.* exultare, ac regnare poſſit oratio. [a] Lex Domini eſt immaculata cõuer- *Pſal. 1. 2.* tens animas fideles, prę́ſtáſq; paruulis ſapientiã, beatus igitur vir, cuius volũtas in Lege Domini eſt, quiq; in lege ei⁹ meditabitur, die ac nocte.

De Argumentis ex Forma. CAP. XX.

FORMA quoque triplex eſt. Eſſentialis, Accidētaria, & Exter- *Eſſentialis.* na. Eſſentialis, vt rationalis animus, reſpectu hominis, & figura, reſpectu ſtatuæ. Accipio enim ſtatuæ nomen, pro tota compoſitione, ex figura, & materia. Accidētaria, vt color, reſpectu corporis, *Accidentaria* figura ſtatuę reſpectu ligni, & ſciētia reſpectu animæ. Externa, eſt exē- *Externa.* plar reſpectu eius rei, quæ exemplaris imitatione fit. Quamquam id etiam, cui materia iniicitur, ac infunditur, aut alio modo adaptatur, vt formã artificioſam accipiat, nomine formæ externæ appellari poteſt, cuiuſmodi ſunt vaſa, in quibus opifices vel lutum ingerunt, vel liquida metalla fundunt, vt aliquam artis figuram in materia exprimant.

PORRO

Porro forma eſſentialis non ſolum dicitur Cauſſa formalis Totius compoſiti : ſed etiam materiæ, atque adeo Proprietatum earum quæ eſſentiam, quam ipſa conſtituit conſequuntur. Talis enim eſt Materia rei, qualem forma exigit, nec alię proprietates eſſentiam ſequuntur, quàm quas formæ perfectio ſibi vendicat.

Ex forma Eſſentiali ducuntur hæc Argumenta. Anima eſt, id, quo primò viuimus, ſentimus, ac intelligimus, Igitur corpus viuentis, non poteſt eſſe quoduis ſine diſcrimine : ſed certis, quibuſdam inſtrumentis diſtinctum. Anima rationalis immortalis eſt, & habet naturalem, ad corpus in quo creata eſt, propenſionem, Ergo ſi abſurdum eſt naturalem appetitum in omnem æternitatem impediri, ac fruſtrari, ſanè aliquando corpus Animæ ſeparatæ, iungetur, ac copulabitur. Quamquam hæc concluſio rationibus non eget artificioſis, præſertim veriſimilibus, cùm ſit Dei optimi Max. authoritate confirmata. *2. de Anima. 2. text. 2 4. D. Tho. 4. contra Gen. 79.*

Ex eadem Animæ noſtræ ſubſtantia, concluditur illa Domini ſententia, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animá autem non poſſunt occidere : ſed potius timete eum qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam, Quaſi dicat, cùm talem Animũ habeatis, vt eius vita ſempiterna ſit, nec à corporis vita dependeat, non tãtopere debetis mortem corporis reformidare, vt eius vitandæ cauſſa aliquid committatis, quod in æternũ tempus luendũ ſit. Hinc probare poteris, nec ignem poſſe refrigerare, nec aquam ex natura ſua calefacere: quia formam ignis, non ſequitur refrigerandi poteſtas: ſed calefaciendi : Econtrà verò, cum forma aquæ non cohæret calefaciendi vis naturalis : ſed frigore afficiendi. Hinc licebit Dialectico reprehendere Artifices, qui fines ſuos trãſiliunt, atq; tractant, quæ ſub Artibus ſuis (quæ ſunt ipſorum, qua ratione artifices ſunt, eſſentiales formæ) non cadũt, Hinc accuſabitur Orator qui omni ornatu præciſo, ex Mathematicis rationibus, aut ex intima Philoſophia depromptis, orationem contexere voluerit : pariſq; vitij coarguentur Mathematici, ac Philoſophi, qui non niſi more oratorio, hoc eſt, figurarum, ac modorum phaleris, de rebus Mathematicis & Philoſophicis diſſeruerint. Latiſſimè hic poterit exſpatiari Dialecticus, Cohibebit enim Grammaticum, ne Theologiæ ſenſus audeat attingere : Theologũ ſubmiſsè, admonebit, ne ad Quæſtiones quæ tanta profeſſione indignæ ſunt, ſeſe demittat : mediáſque Scientias, ſi quando finibus ſuis exceſſerint, vt pedem referãt, adhortabitur. Nec modò alias Diſciplinas commonebit, ſed etiam in ſeipſum animaduertet, multa ſophiſmata reſecabit inutilia, quæq; in vſum non veniunt, contemnet, Demum Quæſtiones Metaphyſicas ſuis auctoribus relinquet: Si quando autem propter affinitatem quam habet cum Metaphyſico, aliquid de rebus Metaphyſicis dicere neceſſe habuerit, id quaſi præteriens faciet, nec more Metaphyſico: ſed Dialectico, id eſt ſuo, eas diſcutiet. Hæc omnia Argumenta ex forma eſſentiali ducuntur, quandoquidem omnis Ars, omnis facultas, & officium (quæ ſunt eſſentiales formæ Artificum & eorum qui munus aliquod gerunt) certam aliquam, & præſcriptam Materiam ſibi vendicant. *Matth. 10. 28.* *Latiſſimus hic apertus campus Dialectico.* *1. Eth. 3.* *Cur hæc argumenta ducantur ex forma eſſentiali.*

Ex Accidentaria forma hominis, hoc eſt, ex ipſa corporis humani

recta figura,admonet quidam, ne vitam inertes ſilentio tranſigamus *Saluſtius.* veluti muta pecora,quæ natura,inquit,prona,atque ventri obedientia finxit. Hinc multi laudantur ex ſcientia,ex robore,ex dignitate corporis & ex aliis infinitis accidentibus. Hinc denique Eſaias dixit Chriſtũ *Eſai.53.3.* Saluatorem noſtrum cruci affixum propter vultus, totiúſque corporis indigniſſimam deturpationem non fuiſſe agnitum. Quaſi abſconditus,inquit,vultus eius,& deſpectus vnde nec reputauimus eum.

2. de Ani.4. Ex forma externa,quam exemplar dicimus, oſtẽdit Ariſtoteles,cur omnia viuentia perfecta,continuatione quadam ſibi ſimilia procreare ſtudeant,vt ſint ſemper,inquit, hoc pacto, conditionemque ſubeant, quoad poſſunt,diuinam. Id enim appetunt vniuerſa, gratiáque ipſius omnia agunt quæcunque ſecundum naturam agunt. Quaſi dicat, vt imitentur,quo poſſunt modo,æternitatem primæ Cauſſæ, Huc ſpectat confirmatio illius diuinæ comminationis, Quicunque effuderit hu- *Gen.9.6.* manum ſanguinem,fundetur ſanguis illius:ad imaginem quippe Dei, *Matth.5.44.45.* inquit,factus eſt homo. Et illud Domini apud Matt. Diligite inimicos veſtros,benefacite his qui oderunt vos,& orate pro perſequentibus & calumniantibus vos,vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt,qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: Hoc eſt, vt imitemini patrem veſtrum, qui tanta in eos qui ſe odio proſequuntur, conferre ſolet beneficia. Hoc latiſſimè probare poterimus, veriſimile eſſe eos,quibus non parentes, aut reges aut prælati obtigerunt, mali, bonos eſſe,quibus mali, malos. Maiores enim ſunt quaſi exemplaria, quæ ſibi minores imitanda ferè reponunt.

Locus ab Ineſſendi ad Denominari. Ad hos formarum Locos reuocari poſſunt duo Ariſtotelici,qui ap- *2.Top.1.* pellari ſolent ab Ineſſe ad Dominari,& ab Appoſitione. Ex priori Loco huiuſmodi ducuntur Argumenta, Calor eſt in Igne, Ergo Ignis eſt calidus. Multis tamen conditionibus opus eſt, vt hic Locus ſit tutus, Nec enim quia cãdor in aliqua Æthiopis particula reperitur Æthiops candidus eſt: nec quia rubor ad breue temporis ſpatium eſt in eo, qui pudore ſuffunditur,ſtatim is ruber dicitur:nec ſi calor nonnullus *Loci explicatio.* ſit in aqua frigida,verè dixeris eam eſſe calidam:nec actio eſt in eo qui patitur:idcirco illud agens,vel agere dicitur oportet igitur, vt id quod ineſt inſit ſimpliciter,non in minore parte(cum in maiore eſſe poteſt) non breuiſſimo duntaxat tempore,& quaſi in tranſcurſu, non admodum remiſsè, ſed intenſiùs, quàm contrarium, Quicquid igitur hoc modò inerit,id haud dubiè denominabit rem cui ineſt:non tamen erit neceſſe, vt quocunque modo denominet ſed certo quodam. Itaque id, in quo eſt actio, non eſt appellandum agens, ſed actum ſeu affectum actione. quod idem eſt,ac patiens. Contrà verò id, in quo eſt Locus non eſt dicendum Locatum,ſed locans.

Loci quem vocãt ab Appoſitione. 2.Top.4. loco 39. Ex poſteriori loco talia ducũtur Argumenta, Paries eſt albus calce, igitur calx eſt alba: Cibus melle addito fit dulcis vel dulcior,quàm erat Igitur mel eſt dulce. In quo Argumẽtãdi genere,nomine appoſitionis ſolet intelligi ea rei appoſitio,quæ ſit capax eius Denominitionis,quæ de re cui apponitur,cõcluditur. alia etiã nõnulla intelligi cõſueuerunt: Cęterũ nos iã ad argumẽta,quę ex Efficiẽte Cauſſa ducũtur veniamus.

De

igitized by Google

De Argumentis ex Cauſſa Efficiente. CAP. XXII.

CAVSSA Efficiẽs triplex itidẽ (vt ſuperiores) dici poteſt: Procreãs, Cõſeruãs, & interimẽs. Quarum ſingula genera in duo rurſus genera diuidũtur, in Principales & Famulãtes. Principales, aut sũt Simpliciter Principales, qualis eſt ſolus Deus: Aut in certo quodã genere, vt Architectus inter omnes Fabros, qui in naui cõficiẽda operã ponũt. Famulãtes ſunt, quę Principalibus ſeruiũt, vt cœleſtes ſubſtantiæ, Deo, & ij, qui ligna ſuccidũt aut præparãt, Architecto. Reuocãtur ad Efficiẽtes Cauſſas Inſtrumẽta omnia vt ſecuris, terebra, & huiuſmodi alia. Item ij, quorũ concilio res geritur, vt Regum Conſiliarij, Sed & Cauſſas meritorias, ad Efficientes reuocant Theologi.

Triplex Cauſſa Efficiens. 2. Phyſ. 1.
Principales cauſſæ.
Famulantes.

Ex cauſſis procreãtibus, eſt illa reprehẽſio, qua Moſes ingratitudinem Iſraëlitici populi ita concludit. [a] Generatio praua, atque peruerſa hæccine reddis Domino popule ſtulte, & inſipiẽs? Nunquid nõ ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? Huc etiã ſpectat illud Pauli [b] Si delibatio ſancta eſt, & maſſa: Si radix ſancta, & rami. Ex negatione huius cauſſæ eſt illud Ariſt. Piſces nõ reſpirare, quia pulmonẽ non habent. Vnde quoq; Dominus, [c] Progenies viperarum quomodo poteſtis bona loqui, cũ ſitis mali? Et Pauli. [d] quomodo audiẽt ſine prędicãte. Qui alio rurſus loco ſub quadã ſimilitudine, ex negatione meriti cõcludit negationẽ præmij, hoc modo. [e] Nõ coronabitur, niſi qui legitimè certauerit: Infinita ſunt argumenta ex hoc cauſſarum genere.

a Deuter. 32. 5. 6.
b Rom. 11 16.
De Reſp. 1. 6.
c Matth. 12. 14.
d Rom. 10. 14.
e 2. ad Tit. 5.

Ex cauſſis Conſeruantibus, eſt id quod docet Ariſt. Homines diutius, quam alia quædam maiora animalia viuere, quia in homine melior eſt proportio, & qualitas humidi & calidi, quibus vita cõſeruatur. Et illud, diuturnius eſſe Regnum, quam alias Reſpublicas, quoniam à Cauſſis externis minimè omniũ deletur. Et illud, Conſeruari Reſp. nõ ſolũ quia procul abſunt ab iis quæ interitũ afferũt, ſed interdũ etiã, quia propriè ſunt, quòd timor interiore cura, Reipub. conſulere cogat.

De Lõgit. & Breuit. te Vita. 1.

Ex Cauſſis Interimentibus eſt Argumentũ illud Ariſt. Arbores lata folia habentes defrondeſcere, quia ſuccus in ea parte cõtrahitur, vbi folia cum extremis ramulis copulantur. Et illud, Maximè Reſpublica diſſoluitur, ſi ius in ipſa violetur. Huc etiam pertinet illud Domini, [f] Omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur: & Domus ſupra domum cadet, &c. Magna vis Argumentorum ex hoc etiam Cauſſarum genere deſumitur.

f Luc. 11. 18.
Locus Generationum & Corruptionũ 2. Top. 3. Loco. 31.

AD Locũ Efficiẽtiũ Cauſſarũ, reuocatur Locus Generationum, & Corruptionum. Quin etiã Ariſt. hunc cum illo coniungit. Argumenta ex eo loco deſumpta, ad hũc modum tractantur, ſi generatio bona eſt, bonum eſt quod oritur: Sin mala illa, malum etiam hoc. Si Corruptio ſeu Interitus, bonus eſt: res quę interit, mala eſt. Sin malus ille hæc bona: Hinc licet oſtendere quanto cum deſiderio, & auiditate debuit doctrina Chriſti ſeruatoris noſtri excipi, cuius [g] natiuitatem tanta cum exultatione Angeli, Reges, Paſtores, cœlum denique & terra celebrarunt, cuius mortem indigniſſimam muta etiam & ſenſus expertia elementa deplorauerunt. Hinc etiam probare poſſumus, peſſimum & perni

g Luc. 2.
h Matth. 27.

pernicioſiſſimum fuiſſe Iudam cum eius natiuitas adeo fuerit deteſtabilis vt dixerit Summa veritas, [a] Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet: [b] mors, adeo execranda, vt ipſe deſperatione actus ſemet laqueo ſuſpenderit & miſeram animã in ſuum locum, id eſt, damnatorũ, raptis viſceribus exturbauerit. Non negamus tamen, fieri poſſe, vt interitus rei bonæ, ratione aliqua ſit malus, & malæ bonus. Mors enim Chriſti ratione ſalutis quam nobis peperit, optima fuit: & mors Herodis pernicioſa fuiſſet, ac lugenda, ſi indigna illa nobilium ſtrages ſecuta eſſet, quam ille proximus optarat, & ſorori quaſi teſtamento reliquerat. Sed hoc tantum dicimus, interitum rei bonæ, quà rei bonæ interitus eſt, eſſe pernicioſum: rei autem malæ, quà malæ, eſſe bonum & optandum. Quæ moderatio in Generationibus etiam intelligenda eſt.

[a] *Matth. 26. 24.* [b] *Matth. 27. 5. & Act. 1. 18.* *Ioſephus lib. 17. antiquit. Iud.*

De Argumentis ex Fine. CAP. XXII.

FINIS *eſt Cauſſa Cauſſarum omnium.* Materia enim niſi formam accipiat, rudis eſt atque informis. Forma verò, ſi deſit Efficiẽs, numquam in Materiam inducetur. Efficiẽs denique, niſi finis cupiditate cõmoueatur, nihil vnquam efficiet, Eſt igitur finis, Cauſſarum omnium Cauſſa & principium. Nec cauſſarũ modò eſt cauſſa finis, ſed multo etiã magis Mediorum, quæ in finem deſtinantur. Exẽpli cauſſa habitatio nõ ſolũ eſt Finis eius qui domum ſibi extruit, itemq́, Formæ domus atque materiæ, in quam Forma domus inducitur, ſed etiam (ac multo verius) ipſius ædificationis, qua conſtruitur domus, & habitatio paratur. Quo fit, vt ex Fine, quem nobis proponimus, nõ ſolum probare poſsimus quales cæteræ cauſſæ eſſe debeant, ſed etiam qualia Media ad finem conſequendum dirigenda ſint, & præmittenda.

Finis cauſſa cauſſarum.

Triplex finis.

1 TRIPLEX igitur eſt finis. Alius eſt ea res, cui aliquid expetitur; quo pacto non ſolum Deus eſt finis noſter, ſed etiam alij homines, atque adeo nos ipſi ſumus fines, Nam & Deo gloriam, & proximis nobiſque ipſis ſalutem optamus. Qua finis acceptione, vtitur Propheta cum his verbis Deum alloquitur, [c] Propter te ſuſtinui opprobrium, &c. hoc eſt ad tui gloriã & laudem, hæc omnia perpeſſus ſum: & Paulus cum ait, [d] Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur: & Ariſtoteles cùm dicit, omnia (ſcilicet artificioſa) ſunt gratia noſtri, ſumus enim & nos quodammodo fines. Alius finis eſt res, 2 cuius fruitio (vt ſic dicam) aut vſus expetitur: quo pacto etiam Deus eſt finis noſter, quia omnes volumus vt ipſe ſeipſo & nos ipſo fruamur: Itémque vita, honores, diuitię, quibus tum alios, vti, tum etiã nos ipſos cupimus. Qua ſignificatione D. Auguſtinus, intelligit Deum eſſe finẽ noſtrum, cùm ait, Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Eodemq́ue finis ſignificatu probat, Ariſtoteles nec honores, nec diuitias eſſe hominum vltimum finem, quo 3 nimirum, vt ſummo bono frui debeat. Tertius, eſt ipſa fruitio, ſeu adeptio, aut vſus rei quæ deſideratur: qualis eſt aperta Dei Optimi Maximi contemplatio in futura vita, & poſſeſsio Virtutum, bonorum aut diuitiarum in hac. Qua finis vſurpatione vtitur Ariſtoteles, cùm docet contemplationem Dei & Subſtantiarum ſeparatarum, vt in hac

[c] *Pſal. 68. 8.* [d] *2. ad Tit. 2. 10.* *1. phy. 2. 2.* *1. Confeſ. 1.* *1. Ethi. 5.*

Digitized by Google

in hac vita haberi poteſt, eſſe vltimum finem hominis, etenim fidei lumine minimè edoctus, non potuit progredi vlterius vſum vero rerum aliarum, vt ſalutis, roboris, pecuniarum, & honorum nõ eſſe vltimum finem, ſed aliquatenus requiri.

Ex fine primi generis, hoc eſt, ex re cui aliquid expetitur, concludere poſſumus hoc modo, Deus efficit omnia propter ſe, Igitur non eſt auctor peccati, quandoquidem peccatum in Deum referri nón poteſt, Omnia ſunt in Dei gloriam facienda, nõ eſt igitur Deus blaſphemandus, Non eſt proferendum verbum otioſum, &c. Optas proximis bona, Ne ſis igitur cuiquam occaſio ruinæ: diligis te, Ne te igitur malæ cupiditatis veneno perimas, Vis perfectus eſſe, vende omnia, & da pauperibus, & ſequere Chriſtum.

Argumenta ex fine primi generis.

Matth. 19. 21.

Ex fine ſecundi generis, ex re videlicet cuius fruitio aut vſus deſideratur, ſic licet Argumentari. Optas magna Contemne igitur parua. Vis abundè metere, Ne parcè igitur ſemina: Vis turrim ędificare Prius ergo computa ſumptus: Vis bellum committere, vide non ſit tibi maior exercitus cogendus.

Ex fine ſecundi generis.

Ex ipſa fruitione vel vſu, quem finem tertium fecimus, ita colliges. Optas Deum videre, eſto igitur mundo corde: Vis eſſe particeps gloriæ Chriſti, patere igitur cum Chriſto. Ad locum finium reuocatur à quibuſdã locus ab vſibus, eo quòd Vſus eſt finis officij, aut inſtrumenti, cuius eſt vſus: verùm cùm nomen Vſus, magis ſonet Effectum quàm Cauſſam, ad locum potius Effectorum videtur pertinere.

Ex fine tertij generis. *Matth. 5. 8.*

De Vſu loci Cauſſarum. CAP. XXIII.

VT tamen ad certam aliquam Normam, tam variam ex hoc loco Argumentandi ratioñ redigamus, aduertendum eſt tribus modis poſſe Effectum ex cauſſa concludi: Primo quo ad potentiam, hoc eſt, quo ad poſſe eſſe, altero quo ad actum, ſiue imperfectum, quod eſt fieri, ſiue perfectum, quod eſt eſſe: Tertio quo ad aliquam affectionem ipſius, vt quo ad eſſe bonum vel malum.

Tribus modis Effectus ex Cauſſa concluditur.

PRIMVS probandi modus hoc Pronũciato præſcribitur ab Ariſtot.

Primus modus. *1. Phy. 5.*

CAVSSA *potens, & Effectus in potentia, ſimul ſunt, aut non ſunt.*

Hoc eſt, ſi iam extat cauſſa ad effectũ edendum apta, dubium non eſt, quin Effectus eſſe poſſit, modo nõ deſint aliæ cauſſæ, quæ vt Effectus producatur, concurrere, ac conuenire debent, Quod ſi talis cauſſa non extat, nec Effectus eſſe poterit, ſaltem potentia propinqua de qua loquor. Remota enim, ac diſtanti potentia, poteſtatéve, dubiũ non eſt, quin Effectus, etiã dum cauſſa non extat, verè dicatur poſſibilis, modò cauſſa poſsit in rerum natura exiſtere. Hinc ſuadebis poſſe Saracenos, Mauritaniæ incolas, ab Hiſpanis debellari, quia nõ deeſt Hiſpanis materia ex qua poſſint arma conficere: nec Duces periti, aut milites ſtrenui & exercitati, qui poſſint bellum inferre: nec ignorant optimã belli gerendi formam: nec cauſſa, ob quam bellum inferendum ſit, eſt iniuſta. Hinc etiam probare quis poſſet, Abel non potuiſſe interfici gladio quia nullus adhuc erat faber ferrarius, qui poſſet gladium cudere: vel

quia nondum erat materia propinqua gladij, ferrũ videlicet ex priori materia conflatum.

Secundus modus. SECVNDVS probandi modus hoc altero Pronunciato ſignificatur ab eodem auctore. *2. Phyſ. 3.*

Cauſſa in Actu, & Effectus in Actu ſimul ſunt, aut non ſunt.

HOC eſt, ſi Cauſſa iam edit Effectum, iam Effectus editur: ſi verò nulla edit Effectum, nec Effectus editur. Hæc plana ſunt, ac ſimiliter intelligenda in præterito, & futuro tempore, Vt ſi cauſſa edebat Effectum, vtique Effectus edebatur: ſi edidit, editus eſt: ſi illa edet, edetur hic: Si ederit, editus erit. Vtor autem, Edendi verbo nõ autem efficiendi, ne de ſola Efficiente Cauſſa loqui videar: quamquã inter vtrumque verbum, quod ad vſum attinet, perparum intereſt.

Non ſemper ex abſoluta poſitione cauſa cõcluditur effectus. EX cauſſa tamen actu edente Effectum, non ſemper concluditur Effectus in Actu perfecto, hoc eſt, non ſemper colligimus Effectum editum eſſe. Quamquam enim ex materia & Forma, ſemper ſic liceat Argumentari, Materia, aut Forma edit compoſitũ, ergo compoſitum editum eſt: In Efficientibus tamen, & Finibus non valet, niſi earum editio ſit ita perfecta, vt edi, & editum eſſe idem ſint. Quo pacto ſic licet concludere, Deus creat nunc animam, Ergo nunc anima perfectè eſt: Sol lucet, Ergo dies eſt. Deus apertè videtur à beatis, Ergo amatur. Licet quoque ex abſoluta poſitione Cauſſæ, concludere Effectum, eſſe in eſſe perfecto, aut imperfecto: Verum hoc non fit, niſi cùm Argumẽtamur ex Cauſſis neceſſariis, hoc eſt, neceſſariò edentibus Effecta ſua, vt ex materia omnino diſpoſita, aut ex quacumque Forma caduca & mortali, aut ex quibuſdam Efficientibus, Vt ſi dicas, materia eſt ſummo calore affecta, Ergo ignis eſt. Anima leonis eſt in rerum natura, Ergo leo eſt. Sol eſt, Ergo lumen productum eſt, motus cœli eſt, Ergo ſub cœlo res gignuntur, & intereunt. Dixi, Ex quacunque forma caduca, & mortali, quia in immortalibus non valet. Si enim dicas, Anima Socratis eſt, Ergo & Socrates, nil concludes. Differt hic modus Argumẽtandi à ſuperiori, quod ibi argumentabamur ex Cauſſa in actu, hoc eſt, ex Cauſſa edente effectum, Hic autem ex cauſſa tantum abſolutè poſita in rerum natura.

Tertius modus. 2. Top. cap. 3. Loco 31. TERTIVM modum Concludendi Effectum, ex Cauſſis, preſsè aliquantulum tradit Ariſtoteles, in Cauſiſque Efficientibus duntaxat his nimirum Pronuntiatis.

Quorum Efficientia ſunt bona, ipſa ſunt bona.
Quorum Efficientia ſunt mala, ipſa ſunt mala.
Quorum Interimentia ſunt bona, ipſa ſunt mala.
Quorum Interimentia mala ſunt, ipſa ſunt bona.

IDEM dicit de Generationibus, & Corruptionibus, ſeu Interemptionibus, vt ſuprà retulimus. Priora duo Pronuntiata, cæteris etiam tribus generibus Cauſſarum accommodari poſſunt, latè tamen acceptis nominibus, Boni, & mali, vt nimirum, non tantum, Bona & mala in moribus, hoc eſt, laudanda & vituperanda comprehendant, ſed etiam bona & mala, tum naturæ, tum Artis. Exempla. Hic ſeruus habet firmam corporis conſtitutionem, Ergo eſt vtilis: Hic eſt valetudinarius,

narius, Ergo inutilis. Hic equus habet aptam formam, proportionémque membrorum, Igitur bonus: Hic ineptam, Ergo parum valet. Milites ſunt vtiles Reipublicæ, Ergo & bellum. Venefici ſunt pernicioſi, Ergo & veneficia: Bona eſt vita cœleſtis: Ergo boni ſunt labores, quos iuſti pro ea perpetiuntur: Nil prodeſt ſuperba vita, & diuitiarum iactantia nil confert, Vana eſt igitur omnis cura, & ſolicitudo conquirendi ſuperbos honores, & arrogantes diuitias.

Ex Arte ſimilia exempla peti poſſunt, vt, hic paries eſt ex lapidibus, & calce cõſtructus, Ergo bonus: Hic ex luto, ergo nil valet, &c.

EXEMPLA reliquorum duorum Pronuntiatorum hæc ſunt, Reges, qui maleficos non patiuntur viuere ſunt boni, ergo malefici mali. Tyranni, qui Chriſtianos trucidabant, erant Chriſto deteſtabiles, Ergo Chriſtiani amabiles. Cæterum cum audis, Quorum Cauſſę ſunt bonę ipſa eſſe bona, ſubaudi, qua ratione à bonis cauſſis proueniunt. Nam & ſi à bonis cauſſis mala quædam naſcuntur, vt à viris probis leuia peccata, non tamen ab illis proueniũt, qua ex parte ſunt bonæ. Sępè etiam effectus, qui ab vna cauſſa non malus naſceretur, ab alia mala vitiatur, vt ſi quis reſtituat alienum gladium, vt homicidium aliquod perpetretur. Quinetiam ſæpenumero, cum cauſſæ omnes ſunt bonæ, mala vna circunſtantia poteſt effectum reddere vitioſum. Itaque ſi cauſſa eſt bona, effectúſque ab ipſa prouenit, qua ex parte bona eſt, tum demum erit bonus ſi aliundè non vitietur. Hinc facilè colliges quo pacto reliqua Pronuntiata ſint intelligẽda. Aduerte tamen hoc loco, ſub iis quatuor Pronuntiatis generalibus, plurima ſpecialia contineri, vt quorum cauſſæ ſunt honeſtæ, ipſa quoque ſunt honeſta: Quorum vtiles, & ipſa ſunt vtilia: Quorum iucundæ, & ipſa iucunda: Quorum in pretio habitæ, & ipſa in pretio habentur: Quorum magni conſtant cauſſæ, & ipſa magni conſtant, Atque ita in cæteris pronuntiatis. Quod vtique dixerim, ne exiſtimes, quod nonnulli Ariſtoteli obiiciunt, anguſtã valde, ac ieiunam materiam his Pronuntiatis cõtineri. Aliæ quoq; Enuntiationes proponi poſſent, aliis atque aliis effectorum conditionibus colligendis, vt Ad cuius Artis materiam pertinent Cauſſæ ad eandem pertinent Effecta: Quorum Cauſſas facilius aſſequimur, ea facilius ſcientia tenere poſſumus, & aliæ quamplurimæ, Sed hæ omnes in hoc generali Pronuntiato continentur.

Explicatio pronuntiatorum.

Quam latè pateant propoſita pronuntiata.

Cuius conditionis eſt Cauſſa, eiuſdem ſuo quodam modo eſt Effectus.

Generale pronuntiatum nõ ſegnitèr notandum.

QVOD quo pacto ſit intelligendum, in aliáque atque alia deducendum, iudicio magis expendendum eſt, quàm Documentorũ multitudine explicandum. Sed iam Effectorum locum, qui huic proximus eſt breuiter luſtremus.

De Loco Effectorum. CAP. XXIIII.

QVAM multa ſint Effectorum genera, ex ipſa Cauſſarum multitudine nullo negotio intelligi poteſt. Cùm enim cauſſa & Effectus mutuo ſe reſpiciant, quã multiplex fuerit Cauſſæ nomẽ, tam multiplex ſit nomẽ effectus neceſſe eſt, quia & vſus loci huius idẽ eſt ac ſuperioris, ordine duntaxat Pronun-

Vſus loci ab Effectis. tiatorum conuerſo. Nam vt ex cauſſis ſic argumentabamur. Dantur cauſſæ quæ ad effectum edendum aptæ ſunt. Ergo effectus eſſe poteſt, ſic ex effectu poſſumus concludere, Effectus eſſe poteſt, Ergo dantur cauſſæ à quibus prouenire poſſit. Atque ita in cæteris pronuntiatis. *Nota hæc.* Niſi quòd hoc plus vitium habet Argumentum ex effectis, quòd cùm non ex quauis cauſſa colligamus effectum eſſe, vel fore, vt ex Deo, Creaturam, ex quouis tamen effectu colligimus cauſſam eſſe, vel fuiſſe, vt ex creatura, Deum, & ex pictura, pictorem item cum ex bonitate, ſeu perfectione Cauſſæ efficientis, non poſſimus colligere maiorem perfectionem effectus, nec neceſſariò æqualem, ex perfectione tamen effectus, concludimus aut maiorem, aut certè æqualem perfectionem efficientis cauſſæ. Itaque cùm vſus loci huius ex ſuperiori pateat, ſatis erit, ſi ex quatuor effectorum Claſſibus, nonnulla exempla ſubiiciamus.

Ex Effectibus Materiæ ſic licet cõcludere. Hæc res genita eſt: Ergo ex alia præcedente, quæ interiit eſt genita. Interire poteſt, igitur materia conſtat. Eſt denſa: igitur habet multum materiæ. Rara, ergo parum. Grammatica diſtinguitur à Rhetorica. Igitur Oratio emendata, circa quam verſatur Grammatica, diſtinguitur ab oratione ornata, quæ ſub Rhetoricæ conſiderationem cadit.

Ex Effectibus Formæ hoc modo. Conchilia ſentiunt, habéntque ex ſe quẽdam motum: Ergo habent animam. Alia eſt proprietas terrę, alia lapidis. Igitur alia eſt forma eſſentialis illius, alia huius. Hæc area eſt omnium, quæ æqualem ambitum habent, capaciſſima, Eſt igitur rotunda. Hi characteres ſunt inæqualis magnitudinis, ergo & ipſorum typi. Tabernaculum Moyſis habuit aureum candelabrum: Ergo & exemplar eius, quòd Moyſi in monte monſtratum eſt.

Ex Effectibus Efficientis hoc modo, Deus produxit omnia ex nihilo. Habet igitur poteſtatem infinitam. Ex quo effectorum genere ſunt quam plurima exempla in ſacris litteris: vt eſt illud. [a] Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Et illud, [b] Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? Et illud, [c] Cum enim ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?

[a] *Deu. 16. 19.*
[b] *Pſal. 93. & 9.*
[c] *1. Corin. 3.*

Ex Effectibus finium, qui quidèm propriè ſunt media deſtinata in finem, ſic licet argumentari. Hic Rex parat arma, & cogit exercitum. Igitur vult bellum inferre, aut propulſare. Hic amicus arripit quamcumque occaſionem expoſtulandi cum amico. Ergo cupit ab amicitia eius diſcedere. Vnde illud, [d] Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico. Hinc etiam licet concludere, hic homo ſeruat diligenter mandata Dei, ergo proponit ſibi cœleſtem vitam. Hic Chriſti conſilio perſuaſus, diſtribuit omnia in pauperes. Vult igitur ſequi Chriſtum.

[d] *Pro. 18. 1.*

Hvc ſpectant Argumenta ex vſibus, Cuius hæc ſunt Capita:

Cuius vſus eſt bonus, id bonum eſt.

Cuius vſus eſt malus id malum eſt.

Argumenta ex vſibus. Hinc probamus Dialecticam eſſe vtilem: quia vſus eius vtilis eſt

(tradit

(tradit enim inſtrumenta diſquirendi omnibus in rebus veritatem) Sophiſticen verò pernicioſam: quia vſus eius eſt pernicioſus, cum decipiat homines, atque deludat. Hic tamen nomine Vſus, intellige vſum rei, quem ipſa per ſe atque ex natura ſua ſibi vendicat, alioqui ex malo vſu Iuriſperitiæ, aut Medicinæ, aut eloquentiæ, quibus multi abutuntur ad aliorum perniciem, licebit concludere has artes eſſe pernicioſas, Contráque ex bono vſu illatarum iniuriarum, odij, & inimicitiarum, quas probi homines patienter ſuſtinét, licebit colligere iniurias, odia, & inimicitias eſſe res bonas. Quod abſurdiſſimum eſt; hoc cùm non animaduertant cæci hæretici noſtri temporis, ex abuſu Sacerdotij, Pontificatus, & aliorum ſacrorum Miniſteriorum, ac piorum exercitiorum Eccleſiæ, quo non pauci notantur, & arguuntur, colligunt quaſi ex proprio harum rerum vſu, tollenda omninò eſſe de medio hæc ſacra miniſteria, & pia exercitia. Quod quanta ſit abſurditate, ac cæcitate plenum, dici non poteſt: quia vna excepta Virtute (qua quidem nemo, qui ea præditus ſit, malè vti poteſt) nulla res adeò eſt bona, & excellens, vt ea praui homines abuti non valeant. Reſtant ex connexis, antecedentia, & conſequentia, de quibus iam dicendum eſt.

Error Hæreticorũ noſtri temporis.

Ariſt. 1. Rhe. ad Theod. 1.

De Locis Antecedentium, & Conſequentium. CAP. XXV.

ANTECEDENTIS & Cóſequẽtis vocabula, nõ accipiuntur hoc loco, pro duabus præcipuis partibus argumẽtationis, quarũ altera ex altera efficitur (ſic enim omnia Argumẽta eſſent ab Antecedentib. ex quo fieret, vt omnes loci, eſſent loci Antecedentiũ) ſed accipiũtur pro rebus quæ neceſſario antecedũt, aut ſequũtur aliquid in quæſtione poſitum. Vt ſi Quæſtio ſit, vtrũ aliqua virtus ſit homini naturalis néche, licebit partẽ affirmãtẽ ſic ſuadere ex Antecedẽte virtutis. Iuſtitia eſt homini naturalis (alioqui vita ciuilis, quę ſine Iuſtitia cõſtare nõ põt, nõ eſſet hominib. naturalis.) Omnis autẽ Iuſtitia eſt virtus; igitur aliqua virtus eſt naturalis homini.

Quo pacto antecedentis, & cõſequentis, vocabula hic ſumũtur.

Ex Conſequente autem virtutis, hoc modo, Omne quod eſt rationi conſentaneum, eſt homini naturale, (cùm homo ſit animal rationis particeps,) Omnis autem virtus eſt rationi conſentanea, igitur omnis virtus (nedum aliqua) eſt naturalis homini.

Duo genera antecedẽtium & cõſequentium.

Vt ergo intelligas qualiſnam ſit vſus horum locorũ, aduerte Antecedentium (vt hoc loco ſumuntur) duo eſſe genera, totidemq; conſequentium. Antecedẽs vno modo, dicitur res ex qua neceſſario ſequitur aliud, ſiue ordine attributionis: quo pacto iuſtitia eſt Antecedens virtutis, cùm virtus neceſſario de iuſtitia, ac vniuersè prædicetur, ſiue ordine temporis, quo pacto vulnus in corde, eſt Antecedens mortis, quia neceſſario mors breui conſequitur, Alio verò modo, Antecedens dicitur res, quæ neceſſario danda eſt, ſi aliud dandum eſt. Quo pacto Adoleſcentia eſt Antecedens Iuuentutis, & fundamenta ædificij. Si enim infans futurus eſt iuuenis, neceſſe eſt, vt prius adoleſcat. Itémque ſi ædes futuræ ſunt, neceſſario ante iacienda ſunt fundamenta.

CONSEQVENS quoque duplex eſt. Vel id quod neceſſario ex Antecedente prioris generis conſequitur, vt virtus comparatione

Iuſtitiæ,& mors reſpectu vulneris in corde. Vel id quod neceſſariò requirit Antecedens poſterioris generis, vt iuuentus, adoleſcentiam:& ædificium fundamenta.

Quibus nominibus diſtingui poſſent. ANTECEDENTIA & Conſequentia prioris generis, vocari poſſunt Antecedentia, & Conſequentia ſimpliciter. Poſterioris aut generis, Antecedentia,& Conſequentia ex hypotheſi, ſeu conditione.

Vſus antecedentium, & conſequentiū ſimpliciter. VSVS Antecedentium & Conſequentium ſimpliciter (quæ magis propriè Antecedentia & Conſequentia dicuntur) his duobus Pronuntiatis traditur ab Ariſtot.2.Top.libro.

Poſito Antecedente, neceſſe eſt poni Conſequens. *2. Top. cap.2. loco 7.*

Sublato Conſequente, neceſſe eſt vt tollatur Antecedens.

EXEMPLA. Iuſtitia eſt virtus: Ergo rationi conſentanea. Iuſtitia nō eſt rationi conſentanea. Ergo nec virtus. Habet vulnus in corde: Ergo breui morietur: Nō morietur breui: Nō habet igitur in corde vulnus.

Ad Ro.8.17. ibidem 7. HVC ſpectat Argumentatio illa Pauli. Si autem filij,& hæredes, in qua ex re Antecedente, concludit Conſequentē. Et illa Sapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec.n. poteſt. In qua ex negatione rei conſequentis, tollit antecedentem.q.d. Non poteſt eſſe ſubiecta. Non eſt igitur ſubiecta. *Nota.* ſi tamē antecedens, & Conſequens æqualia fuerint, hoc eſt, Conuertibilia, vt Dialecticus, & diſſerendi artifex, licebit ſublata re quæ erat Antecedens, tollere eā quæ fuit Conſequens & poſita Conſequente, ponere Antecedentem. Qui modi colligendi cernuntur in verbis Domini apud Ioannem: *Ioan. 8.47.* Cum enim dixiſſet: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, ſtatim ſubiecit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Quibus verbis tollitur res quæ fuit cōſequens, quia tollitur antecedens. Cùm autem dixiſſet: Qui habet mandata mea,& ſeruat ea, ille eſt qui diligit me paucis interpoſitis, ex re quæ fuerat Conſequens, poſita, intulit antecedentem hoc modo: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. *Ioan.14. 21.* *Ibidem 23.* *Nota.* Licebit etiam ex Conſequente, quod latius pateat, poſito ponere antecedens, ſi Conſequens vniuersè accipiatur, vt cùm paulò antè dicebamus: Omne quod eſt rationi conſentaneum, eſt homini naturale. Omnis autem virtus eſt rationi conſentanea, omnis ergo virtus eſt homini naturalis. Quale etiam eſt illud Pauli: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, quaſi dixerit, omnes nationes audierunt. Ergo gens Iudæorum. *Ad Rom. 10. & 18.*

Vſus antecedentiam, & conſequentiū ex hypotheſi Cap.12. VSVS verò Antecedentium & Conſequentium ex hypotheſi, eſt omnino ſuperiori oppoſitus. Quem ex ſecundo Poſterioris Reſolutionis libro, his duobus pronuntiatis licet colligere.

Sublato Antecedente, neceſſe eſt tolli Conſequens.

Poſito Conſequente, neceſſe eſt poni Antecedens.

EXEMPLA. Hic infans non adoleſcet, ergo nec Iuuenis erit: Iuuenis erit, ergo & adoleſcens. Ædificanda eſt domus, ergo iacienda ſunt fundamenta, fundamenta non ponētur, ergo nec domus ædificabitur. Hic verè amiſit bona ſua, ergo poſſidebat: Nil poſsidebat ergo nil amiſit. *4.Re.5.25.* Huc ſpectat illa mendax excuſatio Giezi, Non iuit ſeruus tuus quoquam. Rogauerat Elizæus; Vnde venis Giezi? Tum ille, quia redire aliunde

aliunde non poterat, niſi ante iuiſſet, negauit antecedens, vt Eliſæus, negatum Conſequens intelligeret. Illud quoque Pauli, [a] Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt? eodem modo tractatur. Cum enim credere ſit antecedens inuocationis, qui non credunt, in- uocare non poſſunt. Illud verò Domini, [b] Si vis ad vitam ingredi, ſer- ua mandata, ex Conſequente poſito ponit Antecedens.

[a] ad Rom 10. & 14.

[b] Mat. 19. 17.

QVOD ſi quis obiecerit, hoc Argumentum duci ex loco finium, non igitur ex hoc: Occurrendum erit alia, & alia ratione, idem Argu- mentum ex diuerſis locis deſumi poſſe. Qua igitur ratione ex fine col- ligit medium, ad locum finium pertinet. Qua verò ex Conſequente, huius generis poſito ponit antecedens, ad locum Conſequentium ſpe- ctat. Sæpè etiam re diſtinguuntur huiuſmodi argumenta. Nam hæc argumentatio: Obiit, ergo vixerat, eſt ex Conſequente, non autem ex fine, quippe cùm mors non ſit finis, hoc eſt, cauſſa finalis vitæ, quod re- ctè docuit Ariſtoteles irridens illud Poëtæ. Extremum ob quod natus erat, fatumque petiuit, hoc eſt, mortem. Modo eodem, diſſolues id quod quis obiiceret Argumentum illud, Iuſtitia eſt virtus, ergo ratio- ni conſentanea, non pertinere adhunc locum, quia pertinet ad locum Totius vniuerſalis, & alias ſexcentas huiuſmodi cauillationes.

Obiectio. Solutio animaduertenda.

2. Phyſic. 2. Text. 23.

EST autem perutile quod idem argumentum in multis locis repe- riatur, multiſque ſint aditus, & viæ vnius inueniendæ rei, vt ſi vno in loco, vel ſcrútandi negligentia, vel quærendi feſtinatione, quod opta- mus, non inuenerimus, altera tamē via, tertiáve tentātes, offendamus.

De Locis Præcurrentium, Comitantium, & ſubſequentium.

CAP. XXVII.

EX Coniunctorum locis reſtat, vnū, quem circūſtantium no- minauimus, atque vt amplam regionem, in tres anguſtiores diuiſimus, vtpote in locum præcurrentiū, Comitantium & Subſequentiū. Circunſtantia, quæ Cicero adiuncta vocat, ſunt ea, quæ cum re quidem cohærent, ſed tamen non neceſſariò: qua ratione di- ſtinguuntur hi loci à Cōnexorum locis. Horum igitur quædam ante- cedunt rem, vt portenta, nobilitas maiorum, dies natalis, educatio, cō- ſuetudo, prouocatio, & huiuſmodi alia, quæ omnia Præcurrentia dicū- tur. Quædam Comitantur, vt locus, tempus, occaſio, ſocij, dignitas. officium, apparatus, & cætera id genus, quæ non ſine cauſſa Comitan- tia vocauimus. Alia ſequuntur, vt laus diuitiæ partæ, infamia, repre- henſio. exhauſtum patrimonium & huiuſmodi alia, quæ appellaui- mus Subſequentia, Hinc probat Orator hominem perpetraſſe homi- cidium, quòd paulò antè colloquutus clàm fuerit cùm amicis, quod de nocte domum exierit, quòd auditus ſit ſubinde pedum ſtrepitus, armorum ſtrepitus, quòd poſteà latebras quæſierit, quòd inuentus expalluerit, aut rogatus, titubauerit, &c. Quæ quidem Argumenta, & ſi neceſſaria non ſunt, ſæpè tamen probabilitatem afferunt, ſæpiùs ſu- ſpicionem mouent. Proinde & ſi Dialecticus eorum inuentionem do- cet: Orator tamen ſæpiùs inuentis vtitur. Verumenimuero ſi multa ex his ad eandem concluſionem iungantur, ſemper probabilitatem

Circūſtantia quæ.

In Top.

Præcurrētia.

Comitantia.

Subſequētia.

aliquam

Orator ſæpius quam Dialecticus vtitur hoc loco.

aliquam faciunt, vt meritò dicere poſſis, non modo eorum Doctrinam, ſed vſum etiam à Dialectico non eſſe alienum. Præſsiùs hæc alij ex Ariſtotele ſecundo Rhetoricorum libro accipiunt, cùm vocant Communiter Accidentia, hoc eſt, quæ maxima ex parte rem antecedunt, aut Comitantur, aut Subſequuntur. *Cap. 23.*

Pronuntiata huius loci.

PRONVNTIATA, quæ huius loci vſum doceant, nulla ſunt certo numero comprehenſa. Sed referenda huc ſunt multa probabilia prouerbia, quale eſt illud Dauidicum, [a] Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, cum peruerſo peruerteris. Omnia tamen in hoc vno generali Pronuntiato intelligi vtcunque poſſunt. *[a] Pſal. 17.26.27.*

QVALIA ſunt Circunſtantia, talem veriſimile eſſe rem, quam circunſtant.

[b] Exod. 32.6.

[b] Ex præcurrentibus eſt illud in Exodo, Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Et illud Pauli.

[c] Gal. 5.15.

[c] QVOD ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Et illud Domini apud Matthæum.

[d] Matth. 16.2.3.

[d] FACTO veſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum enim eſt cœlum: Et mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum. Faciem ergo cœli diiudicare noſtis, ſigna autem temporis non poteſtis, hoc eſt, num prope ſit mundi redemptio, & ſalus?

[e] Matth. 18.10.

Ex comitantibus eſt illud, [e] Videte ne contemnatis vnum ex puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Et illud Petri in die Pentecoſtes, [f] Non enim ſicut vos exiſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia. *[f] Act. 2.15.*

Phyſionomica Ariſtot. in Phyſiognom.

HVC pertinent ſigna Phyſionomica, quibus naturale ingenium cuiuſque coniectant Phyſici. Exempli cauſſa coniectat Ariſt. eos, qui frontem habent paruam, indiſciplinabiles eſſe, qui valde magnam tardos, qui rotundam inſenſatos, qui minus planam, ſagaces qui quadratam & moderatam magnanimos, & alia quamplurima.

[g] Eccl. 5.8.9.

[h] Ad Rom. 6.21.

Ex ſubſequentibus hæc ſunt. [g] Non tardes conuerti ad Dominum & ne differas de die in diē: ſubito enim veniet ira illius. Et illud Pauli, [h] Quem ergo fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt: & quæ ſequuntur vſque ad finem capitis. Illud quoque Auguſtini in laudem B. Laurentij, neceſſe, inquit, erat, vt initia bona fierent, quorum finis eſt optimus ſubſequutus: & martyres eos non ſolum fuiſſe cum paſsi ſunt, ſed etiam martyres Chriſti fuiſſe cum viuerent, &c. Latiſsimè patent hi loci, qui eo etiam frequentius, quam cæteri ſunt in vſu, quo patentiores ſunt, & facilius Argumenta ſuppeditant.

SED iam ad locos Diſiunctorũ Argumẽtorũ ingrediamur, primũque videamus Conſentanea, ex quibus ſtatim ſeſe offerunt Similia.

De Loco Similium. CAP. XXVII.

Similia, quæ dicantur hoc loco.

SIMILIA hoc loco nõ tãtum dicuntur ea, quorũ eadẽ eſt qualitas ſed ea omnia, quibus aut vnũ aliquid cõuenit, aut certè plura, quæ ἀναλογίαν proportionémve aliquam inter ſe habent. Verbi cauſſa, duæ res candidæ

Digitized by Google

res candidæ, quà candidæ, ſunt duo æqualia corpora, duo animalia eiuſdem ſpeciei, dicuntur ſimilia, quoniam eandem qualitatem, aut quantitatem, aut eſſentiam communem habent. Mens vero & oculi, ſerenitas, & tranquillitas numerantur in Similibus, quoniã etſi quà eiuſmodi ſunt nil vnum commune habent, ſed diuerſas eſſentias & conditiones, habent tamen quandam inter ſe proportionem, Vt enim mens ſe habet ad animum, ſic oculi quodammodo ad corpus, atque quod eſt in aëre ſerenitas, idem proportione quadam eſt in mari tranquillitas.

Vſum igitur huius loci duobus Pronuntiatis tradit Ariſtoteles. *Vſus loco. 2. Top. 4. log. 32.*

Quod in vno Similium valet, valet in cæteris,

Quod non valet in vno nec in cæteris.

EXEMPLA Corpus regitur oculis, Ergo animus mẽte gubernandus eſt. Si nauicularores ſua opera & induſtria poſſent mare tranquillum facere, id magnopere curarent: Igitur cum ii qui in reipublicæ adminiſtratione verſantur pacem omnium ordinum, obſeruandis legibus conſequi valeant. Si id nõn faciunt, reprehenſione ſunt digniſſimi. *Quint. lib. 1.* Vt vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, vel etiam inſtillatis complentur: Sic tenera puerorum ingenia grandia non ſtatim percipiunt quæ tamen pedetentim progrediendo facile addiſcunt.

Huc ſpectat totum Argumentationis genus.

HVC ſpectat totum genus exemplorũ, quod quartam Argumentionis formam ſuperiori lib. fecimus, ſiue propriè dicantur exempla ſiue Parabolæ ſiue Apologi. Quinetiam non deſunt, qui dicant exemplum, nullam eſſe Argumentationis formam, ſed totum ad materiam huius loci pertinere de qua re alibi diſputandum eſt. Sunt vero hoc ex loco tam multa in diuinis Scriptis Argumenta, vt paſſim omnibus ſint obuia. Hinc concludunt apud Sapiẽtem impii in inferno poſiti, res caducas, quibus ſe totos tradiderunt, nihil ſibi contuliſſe: [a] Tranſierunt inquiunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam cuius cum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, nec ſemitam carinæ illius, &c. Et poſt pauca id confirmat Sapiens, [b] Quoniã, inquit, ſpes impii tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur: & tãquam ſpuma glatialis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt: & tam quam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. Paulus ad Corinth. [c] Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit, Ex purgate igitur vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio. Et infra [d] Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam, quis plantat vineam, & de fructu eius non edit; quis paſcit gregem, & de lacte gregis nõ manducat? Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui ſacrario deſeruiunt, cum altario participant. Ita & Dominus ordinauit iis qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.

a Sapie. 5. 9. 10.

b Ibidem 15.

c ad Cor. 5. 6. 7.

d & Cap. 9. 7. 13. 14. 4.

LATISSIME vero, patet huius loci vſus in colligendis attributis vnius analogi, ex attributis alterius. Vt ex conditionibus gubernatoris dirigentis nauem conditiones Regis gubernantis Rempublicam: Et ex iis quæ conueniunt paſtori ea quæ conueniunt Epiſcopo: Et ex effectibus panis, effecta corporis Domini. Et ex proprietatibus ſeminis,

proprietates Verbi Dei: Et ex variis qualitatibus terrę, in qua ſemẽ ſuſcipitur, quam varij ſint affectus auditorum diuini Verbi. Quo vſu nullus propè dixerim eſt feracior, aut felicior in hoc locorum campo.

Rodolph. 1. de Inuen. 26.

Documẽtum animaduertendum.

Non deſunt tamen qui dicant, omnium locorum, è quibus ducuntur Argumenta, nulli fere minus eſſe virium contra renitentem auditorem quàm ſimilitudinis, ad eum vero, qui ſponte ſequitur, docendúmq; ſe præbet, nullũ eſſe accommodatiorẽ. Aperit enim rem, ſi rectè adhibeatur, & quandã eius imaginẽ ſubiicit animo vt cum aſſentiendi neceſſitatem non afferat, afferat tacitũ diſſentiendi pudorem: Verũ ſi Similia, qua ex parte Similia ſunt, probè teneãtur, nõ eſt vſq; adeo infirmũ hoc Argumẽtorum genus, vt etiã renitẽtem auditorẽ reuincere non poſſit.

De Loco maiorum. Cap. XXVIII.

Diſcrimen trium ſequentium locorũ à ſuperioribus.

Argvmenta, quę ex locis hactenus inuentis eruimus, non deſumebantur, ex tota Quæſtione, ſed ex Subiecto, aut Prædicato quæſtionis. Aut enim erant Definitiones, aut Deſcriptiones, aut Notationes eorum quæ in quæſtione concludenda ſubiiciebantur, vel prædicabantur, aut modo aliquo affecta ad ea quæ ſubiiciuntur, aut prædicantur. Nunc incidimus, in loca ex quibus quæ depromuntur Argumenta affecta ſunt ad totam Quæſtionem concludendam, hoc eſt, ad ipſam totam concluſionem.

Nam maiora, quæ nunc primum occurrũt dicuntur ea, quæ maiorem habent probabilitatem, quam ea Enuntiatio, quæ concludenda & confirmanda eſt: minora, quæ minorum: Paria, quæ parem ſeu æqualem. Ex maioribus huiuſmodi Argumenta ducuntur, Si Mazaganum non fuit à centum viginti milibus expugnatum non expugnabitur à viginti milibus. Si in diuitiis, adiuncta etiam poteſtate ac honoribus, non eſt ſummum bonum, Qui fieri poteſt, vt in diuitiis hominis obſcuri, ac priuati, ſitum ſit? Si eloquentia Ciceronis non potuit perſuaderę Octauio, in quem maxima beneficia contulerat, ne ſe traderet ſuperbo ac impotenti hoſti Antonio, qui conuenit, vt Rex vincatur nudis precibus, ne tradat iuſtiſſimæ neci regiæ Maieſtatis proditorem.

Huius loci Vſus in hoc vno Pronuntiato poſitus eſt.

Hoc pronuntiatum tribus explicat Ari. 2. Top. extremo. ca.

Si id quod veriſimilius videtur, non eſt verum, nec id quod minus videtur veriſimile.

Itaqve tractatio huius loci tota eſt negatiua. Huc ſpectat illud fratrum Ioſephi ad dipenſatorem, [a] Pecuniam quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanaam, & quomodo conſequens eſt, vt furati ſimus de domo domini tui aurum, vel argentum? Et illud domini apud Ioannem. [b] Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis?

a Gen. 44. 8.

b Ioan. 3. 12.

De loco Minorum. Cap. XXIX.

Qvo autem pacto tractanda ſint Argumenta ex loco Minorum, his exemplis intelliges. Si parua ſæpè Luſitanorum claſſis, Turcarum in India impetum fregit, Cur modo id non facient omnes Orientis vires? Si pro Chriſto contemnenda eſt vita

Cur

Cur non pecunia? Si pro inimicis orandum eſt, Cur amici odio perſequendi? Itaque tractatio Argumentorum huius loci eſt omnino oppoſita ſuperiorum tractationi. Tota enim eſt affirmatiua, cùm illa ſit prorſus negatiua. Poteſt igitur hoc vno Pronuntiato doceri.

Si id quod minus veriſimile eſt, verum eſt, & id etiam erit, quod magis veriſimile videtur.

a *Deu.31.17.* HVC ſpectat illud Moſis, iam iam morituri ad populum Iſraeliticũ [a] Ego ſcio contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam: Adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſè egiſtis contra Dominum, quantò magis cùm mortuus fuero? Et illud Ionathæ, [b] Turbauit, inquit, pater meus terrã, vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi mei eò quòd guſtauerim paululum de melle iſto: Quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum? nónne maior plaga facta fuiſſet in Philiſtim? Et illud Domini apud Matthæum [c] Si ergo vos cùm ſitis mali noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Et illud Bernardi in verba ea Domini: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. [d] Quomodo, inquit, potabis Domine deſiderantes te torrente voluptatis tuæ, qui ſic perfundis crucifigentes te oleo miſericordiæ tuæ.

Hoc docet Ariſto. tribus itidem Pronuntiatis.

b *2. Reg. 14. 29.30.*

c *Matt.7.11.*

d *Bernar. de Paſsione Domini ſe. 4.*

ALITER accipiuntur à [e] multis nomina, maiorum, & minorum, alitérque hi duo loci explicantur, atque tractantur: Cæterùm nos Ariſtotelem, quaſi in hac re luculentius & melius loquutum (vt alias docebimus) libenter ſequimur.

e *Cice in To. Quint. lib. 5. cap. 10. Rodolph. 1. lib. 25. & Alij quidã ex Recentioribus.*

De Loco parium. CAP. XXX.

ARGVMENTA ex loco Parium hoc modo explicantur, Si abſtinentia Virtus eſt, continentia erit. Si iactantia Virtus non eſt, ne Hypocriſis. Quæ pœna aduerſus interfectorem patris iuſta eſt, eadem aduerſus matris. Si filius patris iuſſa contemnere non debet, nec matris. Si Virtus amplectenda eſt, Vitia repudianda. Si duces non ideo mali habentur quòd interdum ſuperantur, cur Philoſophi male audiunt, ſi aliquando falluntur? Itaque hic locus tum affirmatiuè, tum negatiuè tractatur: id quod Ariſtoteles tribus Documentis enucleatè docet. Poſſunt tamen illa hoc vno expeditius & planius ſignificari.

Retho. 24. — *Ariſtot. 2.*

Vſus loci 2. Top cap. 4.

Si data Propoſitio vera eſt, aut falſa, ea etiam quæ videtur æquè probabilis, vera erit aut falſa.

HVC ſpectat illud Sapientis ita dicentis: Quia vocaui, & renuiſtis, extẽdi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Et illud Nolite iudicare, & nõ iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini: date & dabitur vobis. Non immeritò autem hęc, & alia huiuſmodi Argumenta quibus in Sacris Litteris ex meritis concluduntur præmia aut ex peccatis ſupplicia dicuntur ad hunc locum pertinere: quia & ſi præmia cœleſtia ſunt maiora meritis & ſupplicia inferiora delictis, diuina tamen largi-

Prouer.1. 24.25.26.

Luca 6.37. 38.

 tate

tate ac miſericordia illud efficitur, ſecundum quam inter hæc cernitur ratio iuſtitiæ, ac proinde æqualitatis.

AD vſum huius loci pertinet illud pronunciatum, quod Ariſtot. eodem loco affert.

Si incrementum prædicati ſequitur incrementum ſubiecti, prædicatum ſequitur ſubiectum. Quod ſi incrementum non ſequitur incrementum, nec prædicatum ſequetur ſubiectum.

VT ſi maior virtus, eſt melior, aut maxima, optima. Virtus vtique eſt bona. Eſt enim par ratio. Quòd ſi maior non eſſet melior, aut maxima optima, nec virtus omnino eſſet bona. Sũt enim & hæc paria Reciprocatur etiam hoc pronuntiatum in hunc modum, ſi prædicatum ſequitur ſubiectum, incrementum prædicati, ſequetur incrementum ſubiecti. Quod ſi prædicatum non ſequitur ſubiectum, nec incrementum ſequetur incrementum. Quod quidem ſic efferri ſolet, vt ſimpliciter ad ſimpliciter ſic magis ad magis, & maximum ad maximum: vt ſi facere iniuriam eſt malum, maiorẽ facere peius erit, & maximum peſſimum. Sed hæc reciprocatio non ad hunc locum, ſed ad tractationem rationis comparatæ, quam infrà ſubiiciemus, pertinet.

Reciprocatio Pronuntiati. 1. Top 4.

VERVM tam pronuntiatum ipſum, quàm eius reciprocatio, intelliguntur in iis quæ prædicantur per ſe. Alioqui non vſquequaque veritatem continent. Nec enim rectè dixeris: Maior vini vſus eſt peior, aut maximus peſſimus, Igitur vſus vini eſt malus: Nec itẽ, exercitatio corporis eſt bona, Igitur maior, eſt melior, & maxima optima: cauſſa eſt, quia nec maiori vſui vini conuenit per ſe, vt ſit peior, aut maximo, vt ſit peſsimus. Nec exercitatio corporis eſt per ſe bona, ſed per accidens: alioqui omnis exercitatio corporis eſſet bona, & omnis vini vſus malus. Videntur etiam ex hoc loco depromi Argumenta ex Tranſſumptione, quibus propoſitum ſuademus in ea re, in qua ex conceſsione alterius, par ſit ratio, Vt ſi quis probet eamdem facultatem naturalem (vt aſpectum aut guſtatum) eſſe cõtrariorum, vt inde probatum relinquat: Contrariorum eamdẽ eſſe ſcientiam. Id enim rectè concludetur, quia is, cui ſuadere principale propoſitum volumus, aſſerit, ſibi fore ſatis factum ſi naturalis aliqua facultas, contrariorum eſſe confirmetur: Argumentũ igitur, quod probandę munus principali concluſioni, ad quam diſputationem transferimus adhibetur, ex loco parium videtur deſumi non quidem qua ratione immeditatam, minùſque principalem concluſionem ſuadet, ſed qua principalem, in qua par eſſe ratio cenſetur. Sic qui hoc modo argumentatus fuerit album & nigrum cadunt ſub aſpectum, album & nigrum ſunt contraria, igitur aſpectus eſt contrariorum. probatum relinquet ex pari, contrariorum, eandem eſſe ſcientiam, ob quam concluſionem, tranſlata eſt diſputatio ad ſuperiorem.

D. Th. 1. cont. gen. 139.

De Loco Diſſimilium. CAP. XXXI.

RESTANT ex locis diſiunctorum Argumentorum, ij, in quibus latens diſſentanea. Primus verò eſt diſsimilium, qui quidem iccirco ab Ariſto. ſecundo Topicorum libro videtur prętermiſſus

permiſſus quia ex loco ſimilium facilè intelligi poteſt. Diſſimilia igitur hic cẽſentur ea quibus, quà talia ſunt, nec vnum aliquid commune eſt, nec plura quæ inter ſe proportionem habeant, vt candidum & atrum, Iuſtus & iniuſtus: homines & belluæ. Vſus diſsimilium, his pronuntiatis docetur: *Diſsimilia quæ hic dicãtur.* *Vſus loci.*

Diſſimilibus Diſſimilia conueniunt,

Quod vni diſſimilium, quia diſſimile eſt, conuenit, non conuenit alteri.

Vt ſi Iuſtus, quia Iuſtus, laudãdus eſt, Iniuſtus reprehendendus erit. Item ſi belluarum nõ eſt futura prouidere, quia belluæ ſunt: hominum erit proſpicere futurum tempus. Valet autem non parum hic locus ad reſiſtendum alteri. Si enim quis concluderet, hominibus omnia debere eſſe communia, quòd cæteris etiã animalibus omnia communia ſunt, aptè reſiſteret, quia negaret, id rectè concludi, quia homines & belluæ, quà ſunt eiuſmodi, ſunt diſsimiles. Itaque plus vitium habet ad reſiſtẽdum, quàm ad impugnandum hic locus. Huc ſpectat adhortatio illa Tobiæ iunioris ad ſponſam, vt ante vſum thori tres noctes ſecum oratione inſiſtat. [a] Filij ſanctorum, inquit, ſumus, & non poſſumus ita coniungi vt gentes, quæ ignorant Deũ. Et illud Domini apud Matthæum, [b] Si diligitis eos, qui vos diligunt (hoc eſt, ſi tantùm vos diligitis) quam mercedem habebitis. Nónne & Publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, Quid amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciũt. Et illud Pauli poſteriori ad Corinthios epiſtola. [c] Nolite iugum ducere cum infidelibus, Quæ enim participatio Iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem conſenſus Templo Dei cum Idolis? concluſio eſt. Non eſt vobis iugum ducendũ cum infidelibus, reliqua oratio, probatio eſt ex diſsimilitudine.

a Tob. 8. 5. *b Math. 5. 46. 47.* *c 2. Cor. 6. 14. 15. 16.*

De Loco Oppoſitorum, déque generali Oppoſitorum vſu.

CAPVT XXXII.

Alter Locus eorum in quibus Diſſentanea condũtur eſt Oppoſitorum proprius. Oppoſita verò, aut mutuo referũtur, vt dominus & ſerui, aut ſunt contraria, vt virtus & vitium, aut priuatiuè oppoſita, vt aſpectus & cæcitas, Aut contradicentia vt candidum. Quoniam igitur de hiſce extremo ſecundo libro diſſeruimus, ſolus loci vſus explicandus eſt. Duo ſunt communia pronuntiata, quæ communiter omnibus oppoſitis conueniunt. Alterum eſt: *Oppoſita quæ.* *Lib. 2. c. 17.* *Loci vſus.*

De quocunque affirmatur alterum Oppoſitorum, negatur reliquum.

Qvod quidem ex ipſa oppoſitorum natura naſcitur. Nam cum omnia Oppoſita quà oppoſita ſunt, ſint repugnantia, Repugnantia verò, vt primo libro docuimus, non poſſint de eadem re ſimul affirmari efficitur, vt de quacumque alterum verè affirmaueris, alterum negare debeas neceſſariò. Quod quo pacto intelligendum ſit, eodem loco diximus. Exempla cuique ſunt obuia, Sophroniſcus eſt Platonis pater, Non eſt igitur eiuſdem filius. Si virtute eſt præditus, Non eſt vitioſus, ſi aſpectum oculorum habet, cæcus non eſt. Si eſt candidus non eſt *Cap. 31.*

Digitized by Google

niger. Non addimus autem de quocumque alterum negatur, affirmari alterum, quia ſæpiſſimè non ita eſt. Nec enim ſi Socrates non eſt Præceptor, ſtatim diſcipulus verò affirmabitur; aut contrà: Nec ſi non eſt candidus, neceſſariò dicendus eſt niger: & ſic in aliis quamplurimis. Ex hoc pronuntiato eſt illud Pauli ad Galatas, [a] Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis, Caro enim (id eſt, carnis propenſio) concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Alterum pronuntiatum eſt,

[a] *Gal. 5. 16. & 17.*

2. Top. 3. loco 25. &c.

Si alterum è duobus Oppoſitis ſequitur alterum è duobus aliis, reliquum ſequetur reliquum. Quod ſi poſterius non ſequitur poſterius, nec prius ſequitur prius.

Verbi cauſſa, cùm pater & filius ſint Relatiuè oppoſita, itemque relatum maioris comparationis, & minoris comparationis, Relatum autem maioris comparationis vniuersè dicatur de patre, Relatum vtique minoris comparationis vniuersè dicetur de filio. Quod ſi quartum non ita diceretur de ſecundo, nec tertium ſanè de primo. Item cum virtus & vitium, ſint contraria, itémque laudandum, & reprehendundum. Omnis autem Virtus ſit laudanda, Omne haud dubiè vitium erit reprehendendum. Quod ſi hoc non eſſet reprehendendum ne illa quidem eſſet laudanda. Item cùm aſpectus & cæcitas ſint priuatiuè oppoſita, itémque ſenſus, & priuatio ſenſus, Omnis autem aſpectus ſit ſenſus: Omnis cæcitas erit ſenſus priuatio. Quod ſi priuatio ſenſus non diceretur de cæcitate, nec ſenſus de aſpectu diceretur. Denique, cùm homo, & non homo ſint Contradicentia, itémque animal, & non animal: Omnis autem homo ſit animal: Omne vtique non animal erit non homo. Quod ſi non omne non animal eſſet non homo, Nec omnis homo eſſet animal. In hoc tamen Contradicentium exemplo, alio ordine, quàm in ſuperiotibus Oppoſitorum generibus extructa eſt conſtructio, vt cernis. In illis enim tam Antecedens, quam Conſequens, inchoabatur in eadem complicatione Contrariorum, ſic enim dicendum eſſe docuimus, Omnis pater eſt relatum maioris comparationis, igitur omnis filius eſt minoris. Omnis virtus eſt laudanda, igitur omne vitium reprehendendum. Omnis aſpectus eſt ſenſus, igitur omnis cæcitas eſt ſenſus priuatio. Quam conſequentiam vocat Ariſtoteles ἀκολούθησιν ἐπὶ ταὐτὸ (id eſt, conſequentiam in eiſdem ſeu directò contextam.) At in Contradicentibus, Antecedens, inchoatum eſt in vna complicatione, Conſequens in altera, hoc modo: Omnis homo eſt animal, igitur omne non animal eſt non homo. Atque hanc Conſequentiam vocat Ariſtoteles ἀνάπαλιν, id eſt, ordine conuerſo, Itaque hoc modo intelligendum eſt pronuntiatū. Si alterum è duobus inter ſe oppoſitis, ſequitur alterum è duobus aliis ſimiliter oppoſitis inter ſe, reliquum aut directò, aut conuerſo ordine ſequetur reliquum. Quod ſi hoc non ſit verum, nec illud verum erit. Hoc tamen animaduertendum eſt, in omnibus relatiuè oppoſitis, tractari directò Conſequentiam. In omnibus contradicentibus ordine conuerſo. In contrariis autem, & Priuatiuè oppoſitis, nunc directò, nunc conuerſo ordine. Directo quidem, vt exemplis propoſitis oſtēdimus.

Aliter extruitur conſequutio in Contradicētibus, atque in aliis Oppoſitis.

Conſequentia in eiſdem.

Conſequentia conuerſo ordine.

Explicatio Pronuntiati.

mus. Conuerſo autem ordine, vt ſi dicas, quiſquis habet bonam corporis habitudinem, ſanitate fruitur, igitur qui laborat morbo aliquo habet malam corporis habitudinem. Nec enim dixeris. Ergo quiſquis habet malam habitudinem corporis, laborat morbo. Nam ſanitas, & morbus, ſunt internæ corporis conſtitutiones, bona autem corporis habitudo, internam ſimul, & externam complectitur, mala vero eſt ea, quæ vel intrinſecus tantùm, vel ſolùm extrinſecus, vel vtroque modo vitioſa eſt. Ex quo fit, vt cùm ſanitas neceſſario ſequatur bonam corporis habitudinem, non rectè inde colligas, quod morbus neceſſariò ſequatur malam, ſed contrà, quod mala corporis habitudo, ſequatur morbum. Quamquam re vera, bona corporis habitudo, & mala non ſunt omnino Contraria, quia non habent idem omnino ſubiectum, ſiquidem mala poteſt ineſſe extrinſecus tantum, aut intrinſecus: bona vero non niſi intrinſecus ſimul, & extrinſecus ineſt, vt dictum eſt.

In priuatiuè oppoſitis hæc cape exempla. Si quis eſt aſpectu præditus, eſt præditus ſenſu, igitur ſi quis eſt ſenſu priuatus, eſt cœcus. Nec enim rectè colliges directò. Igitur ſi quis eſt cœcus, eſt ſenſu priuatus, cum hoc planè falſum ſit. Item: Quiſquis eſt Mathematicus, eſt ſcientia præditus, igitur quiſquis eſt ſcientia priuatus, Mathematica priuatus eſt. Non autem, Quiſquis eſt Mathematica priuatus, eſt priuatus ſcientia. Item, Quiſquis abundat auro, & argento, eſt diues: Igitur quiſquis eſt pauper, auro & argento priuatus eſt. Non autem, Quiſquis priuatus auro & argento, eſt pauper, Quippe cùm diuitiis naturalibus abundare poſſit, quamquam reuera paupertas & diuitiæ non ſunt omnino priuatiuè oppoſita, quia paupertatis nomen, plus tollit, quàm diuitiarum vocabulum ponat. Pauper enim nemo dicitur niſi qui & naturalibus, & artificioſis priuatus eſt, diues autem etiam is dicitur, qui vel alteris tantum abundat.

Sed obiiciat aliquis contra ea, quæ diximus, in hunc modum. Ex hoc antecedente, quicquid eſt ſenſibile, eſt, vt ita dicam, intelligibile, nec directò licet colligere, ſenſum eſſe intellectum, nec ordine conuerſo, intellectum eſſe ſenſum. Non eſt igitur verum pronuntiatum in relatiuè oppoſitis. Rurſúſque ex hoc Antecedente, Auaritia eſt vitium, nec colliges effuſionem (ſeu prodigalitatem) eſſe virtutem. nec contrà, virtutem eſſe effuſionem, igitur nec in contrariis verum eſt idem pronuntiatum. *Prima Obiectio.* *Secunda.*

Ad hæc, ex hoc Antecedente, aſpectum habens viuit, nec concludes cœcum eſſe mortuum, nec eum qui mortuus eſt, eſſe cœcum. Igitur nec in priuatiuè oppoſitis eſt verum. Prima tamen obiectio facilè ſoluetur, ſi dicas, tum eſſe verum pronuntiatum in relatis, cùm relatum quod in Antecedente ſequitur alterum, ſequitur illud Reſpectu eiuſdem. Alioqui fieri poſſe, vt cum alterum ſequitur alterum, reliquum non ſequatur reliquum. Satis autem conſtat, res ſenſibiles non eſſe intelligibiles Reſpectu ſenſus, quem Reſpiciunt, quatenus Senſibiles ſunt. Secunda verò & Tertia Obiectio eadem Ratione diluuntur. Quod enim in Pronuntiato dicitur. Si *Tertia.* *Solutio prima Obiectionis.* *Solutio ſecunda ac tertia Obiectionis.*

alterum

by Googl

alterum ſequitur alterum, cum hac moderatione intelligendum eſt, Niſi etiam ſequatur reliquum: Illud autē perſpicuum eſt vitium ita ſequi auaritiā, vt etiam ſequatur effuſionem: Quandoquidē vtraque eſt vitium: Itémque viuere, ita ſequi eum qui aſpectum habet, vt etiam ſequatur eum, qui cæcus eſt. Vtérque enim viuit. Non eſt igitur cur Pronuntiatum ob ea quæ propoſita ſunt, argumenta, de medio tollendum ſit. Vt igitur ex eo maiorem fructum percipias, diuide illud in quatuor ſpecialia, pro ratione quatuor generū oppoſitionis, hoc videlicet modo. Si Relatum ſequitur Relatum, Relatum prioris ſequitur Relatum poſterioris: Cōtrarium Contrario ineſt, Contrarium alterius Contrario alterius inerit: Si habitus ſequitur Habitum Priuatio ſequetur Priuationem, & contra; Si Priuatio Priuationem ſequitur Habitus ſequetur Habitum: Affirmatio ſequitur Affirmationem, Negatio ſequetur ordine conuerſo Negationem.

Nota hoc.

VTVNTVR autem hoc loco ſæpenumero non ſolùm humanæ litteræ, ſed etiam diuinæ, vt cum Paulus ait, [a] Prudentia carnis mors eſt, hoc eſt, interimit: Prudentia verò ſpiritus, vita & pax, id eſt, vitam & quietem affert: quaſi hoc, ex illo concludens.

a Rom. 8. 6.

De ſpeciali Vſu Oppoſitorum. CAP. XXXIII.

PRÆTER duo generalia oppoſitorum Pronuntiata, ſunt alia quædam ſpecialia. Relatorum igitur hæc ſunt.

Specialia oppoſitorum pronuntiata.

Quæ mutuò referuntur, mutuò ſe ponunt tolluntque.

Quæ mutuò referuntur, ſimul cognoſcuntur, aut ignorantur.

HÆC patent ex libro primo. Ex priori Pronuntiato eſt illud Ioannis Baptiſtæ de Chriſto ſeruatore noſtro, Eccleſia, [b] Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Illud quoque Pauli ad Corinthios, ex eodem Pronuntiato videtur tractari. [c] Non ſum, inquit, Apoſtolus? Nónne opus meum vos eſtis in Domino? Et ſi aliis non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum: Nam ſignaculum apoſtolatus mei vos eſtis in domino. Cùm enim Apoſtolus, hoc eſt, miſſus, ad aliquem, aut aliquos miſſus ſit ex iis, apud quos vt Miniſter Domini, legatione ſua functus erat Paulus, concluſit ſe miſſum à domino, hoc eſt, ſe eſſe illis Apoſtolum.

Cap. 13. *b Ioan. 3. 29.* *c 1. Cor. 6. 1. 2.*

Ex poſteriore pronuntiato eſt illud Domini apud Ioannem, [d] Si me cognouiſſetis & patrem meum vtique cognouiſſetis. Et alia pleraque in hanc ſententiam. Contrariis, hæc duo peculiaria Pronuntiata aſſignat Ariſtoteles.

d Ioan. 14. 7. *2. Top. 3. loco. 23. & 14.*

Illud non eſt in ſubiecto dato, quo inhærente ſequitur, duo Contraria ſimul eſſe.

Illud non eſt in ſubiecto, cuius Contrarium non poteſt eidem ineſſe.

Ex priori probat Ariſtoteles pro Platone ἰδέαν, hoc eſt, ſpeciem Socratis non eſſe in Socrate, quia ſi eſſet, moueretur ſimul, ac quieſceret. Moueretur enim, quia Socrates mouetur (ſiquidem cùm mouemur, omnia quæ in nobis ſunt, mouentur.) Quieſceret autem quia ideo dicitur eſſe immobilis. Ex poſteriori, docet concludi poſſe, quod odium non ſit in ea animi parte, quæ appetitus iraſcibilis appellatur, quia amor odio contrarius non poteſt eſſe in iraſcibili.

Itémque

Itémque ignorationem non eſſe in cupiendi parte, quia Sciẽtia ignorationi Contraria, in parte cupiendi eſſe non poteſt, cum ſit in parte intelligendi. Hoc tamen Pronuntiatum non valet in iis Contrariis quorum alterum natura ineſt, vt patet, Ex priori Pronuntiato. Probabit Theologus, in illis verbis Domini, Veruntamen nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu, Non ſignificari, quod Chriſtus eo tempore aliquid voluerit diuinæ voluntati contrarium, quia ſi ita eſſet, cùm ex iiſdem verbis conſtet, ipſum tum voluiſſe quod pater decreuerat, neceſſariò fieret, vt in eadem voluntate duæ ſimul darentur appetitiones contrariæ. ex Poſteriori autem probabit fidem nõ eſſe in voluntate, vt in ſubiecto, quia error in fide, qui fidei contrarius eſt non poteſt eſſe in voluntate, cùm omnis error in intellectu ſit. Contrariis verò immediatis, reliquiſque duobus oppoſitorum generibus hoc peculiare Pronũtiatum aſſignari poteſt. *Matth.26.39* *2.Top.2. loco. 17.& in præ. cap.10.*

Ex Contrariis Immediatis, Priuatiuè Oppoſitis, & Contradicentibus ſi alterum non conuenit, alterum non conueniat neceſſe eſt.

VT ſi Socrates æger non eſt, bene valet. Si nil videt, cæcus eſt: Si non eſt candidus, eſt vtique nõ candidus. Cùm tamen Pronunciatum hoc accommodatur Contrariis, intelligendum eſt ſubiectum natura aptum: Cùm Priuatiuè oppoſitis, intelligendum eſt præterea tempus à natura conſtitutum vt forma inſit, quæ patent ex fine libri ſecundi: Cum denique accommodatur Contradicentibus, volunt quidam intelligendum interdum eſſe ſubiectum, quod in rerum natura cohæreat, de qua tamen re alibi diſputandum eſt. *Explicatio documenti.* *Cap.17.*

De Loco Repugnantium. CAP. XXXIIII.

EX locis Diſſentaneorum, reſtat vnus Repugnantium, quem vltimum eorum, è quibus Artificioſa eruerentur Argumẽta, numerauimus. Sunt autem Repugnantia quæ de eadem re ſimul affirmari non poſſunt, quod de nominibus Repugnantibus extremo primo libro diximus. Cùm igitur omnia oppoſita, quorũ locum nunc tradidimus, ſint Repugnantia, cur modo locus Repugnantium inſtituatur, quæſtio eſt. Cauſſam hanc accipe. Quod latiùs pateãt Repugnantia, quàm oppoſita. Multa enim ſunt Repugnantia, quæ oppoſita non ſunt, vt corpus, & ſpiritus, homo & bellua lapis, & lignũ: ſubſtantia, ac accidens, neceſſariũ, & contingens, & huiuſmodi alia. Atque hæc quidem, quæ Diſparata dici ſolent propria ſunt huius loci Argumenta: Verum quia ſæpè non eſt facilè Diſparata ab Oppoſitis cernere, placuit cum Cicerone hunc locum omnibus Repugnãtibus communem facere, vt eius nomen, de omnibus quomodocunque Repugnantibus admonere Dialecticum poſſit. Vſus loci huius hic eſt: *Repugnantia quæ.* *Cap.32.* *Cur locus Repugnantiũ inſtitutus ſit.*

Cui conuenit vnũ ex Repugnantibus, non conuenit alterũ, vel reliqua.

Si Repugnantia ſint immediata in aliquo genere, cui non conuenit alterum vel omnia præter vnum, eidem cõueniat alterum vel reliquum neceſſe eſt.

Exempla prioris pronuntiati. Hoc quod video corpus, eſt ac tangitur.

Digitized by Google

Luc.24.39. Ergo non eſt ſpiritus. Vnde Dominus, Palpate, inquit, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet ſicut me videtis habere. Homines rarius ſunt boni, ergo non ſunt plerúmque boni, ac multò minus neceſſariò boni.

EXEMPLA poſterioris. Fœtus antequã accipiat animam rationis participem, viuit, nec tamen eſt planta: Animal igitur. In vtre inflato eſt corpus aliquod corruptioni obnoxium, non miſtum, nõ aqua, non terra, non ignis: Aër igitur. Proinde ad hunc locum pertinet locus Diuiſionis quem ponit Boëtius ex Themiſtio: cuius hic eſt ſus vt enumeratis membris diuidentibus, de quacumque re affirmatur vnum, negetur alterum, vel reliqua: De qua verò negatur alterũ, vel reliqua præter vnum, affirmetur alterũ vel reliquum. Quem locum ſignificauit Ariſtoteles extremo 2.cap.lib. 2. Topicorum In ſacris litteris crebra ſunt ex Repugnantibus argumenta, quale eſt illud Dauidicum. Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Hic repugnant, Deus, & non miſereri. Et illud Sapientis. In maleuolam animam non introibit ſapiẽtia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis Et illud Domini, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, &c. Et illud Pauli, Si adhuc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem: & alia quamplurima.

Huc pertinet locus diuiſionis. *Quem ponit Boetius 2. de Diff. Top.* *Loco 19.* *Pſalm.76.10.* *Sap. 1.4.* *Matth.6.24.* *ad Gal.1. 10.*

De Loco Auctoritatis. CAP. XXXV.

SVPEREST locus vnus generalis, quo Argumenta Artis expertia, ſiue Aſſumpta continentur. Hæc omnia in teſtimonio poſita ſunt: vnde fit vt hunc locum Boëtius ex Themiſtio, locum à rei iudicio appellet, Quæ nuncupatio non abhorret à phraſi Ariſtotelis, qui ſecundo Rhetoricorum Lib. Argumenta ex hoc loco deſumpta, ἐκ κρίσεως, id eſt, ex Iudicatione nominat. Verum quia teſtimonium nihil habet ponderis ad faciendam fidem, niſi Auctoritate aliqua nitatur, aptè videtur vocari ab aliis locus ab Auctoritate, ſeu potius Auctoritatis. Cùm autem duplex ſit Auctoritas Diuina, & humana, duplex erit huiuſmodi locus: Auctoritatis Diuinæ, & humanæ. Auctoritas Diuina ſumma eſt, quia Deus Opt. Max, cùm ſit ſumma, tum ſapientia, tum bonitas, nec falli vnquam poteſt, nec fallere. Huius Auctoritatis (cui potiſſimum nituntur Argumentationes Theologiæ) tanta eſt vis vt omnia momenta naturalium rationum longiſſimo interuallo ſuperent. Hæc verò in primis tribuitur diuinis Scripturis: proximè Traditionibus Apoſtolicis: Deinde inſtitutis vniuerſalis Eccleſiæ cui aſſiſtit Spiritus ſanctus, ac proinde Decretis Conciliorum vniuerſalium quæ totam Eccleſiam repræſentant. In Auctoritate humana duo ferè requiruntur, Cognitio rerum (quæ quidem ſcientia ipſarum, aut experientia continetur) & Virtus: Illa, vt ſcias quid dicas, Hæc, vt velis iuxta atque intelligis, proloqui. Sæpe tamen ipſa per ſe Veritas, nullo Virtutis adminiculo ſuffulta, pro ſe videtur loqui cuius vocem audimus in prouerbiis, quæ communiter ab omnibus hominibus (qui tamen maxima

Cur dicatur locus Auctoritatis. *Duplex auctoritas.* *Diuina auctoritas.* *Auctoritas humana.*

xima ex parte ſunt improbi vſurpantur. Quinetiam ſæpe flagitioſi homines qui Veritatem ac Virtutem inſectantur ipſa Veritate cogente verum teſtimonium contra ſe dicunt, quod quidem maximè geri conſueuit ad faciendam fidem. Sed & quædam res ſunt, quæ ex ſolo vſu, Auctoritatem habent vt quæ ad Grammaticam, aut ad ciuilem cultum pertinent. Ea porrò Argumenta ex Auctoritate humana cenſentur firmiora, quæ Antiquitate probata ſunt: quia id quod falſum eſt, aliquando tandem proditur, ac detegitur. Veritas autem tempore confirmatur, ac roboratur magis. Nobilitas verò, & Potentia, non plus Auctoritatis ſecum afferunt, quam quod Virtutis præmia eſſe videntur.

Quæ firmiora ſint argumenta ex auctoritate humana.

Vſum horum locorum tradit Ariſtoteles his duobus Pronuntiatis.

Vſus horum Locorum.

In vſu verborum, ſequenda eſt vulgi conſuetudo.

In ſententia de rebus ferenda: iudicium Sapientum.

EXEMPLI cauſſa. Ea quæ bonam valetudinem efficiunt, ſalubria vocanda ſunt, vt vulgò appellantur: an verò propoſita res ſit efficiens bonæ valetudinis nécne, id non ex vulgi ſententia: ſed ex Medicorum iudicio æſtimandum eſt, Hoc verò eſt, quod dici ſolet, loquendum vt plures, ſapiendum vt pauci. Ad prius Pronuntiatum reuocari poteſt hoc. In ſalutandi ratione ſequenda eſt vulgi conſuetudo, & alia plura, quæ vſu nituntur ac firmantur, quamquam in his magni ſæpe abuſus ſurrepunt. In poſteriori, continentur plurima, vt, In iudicio de rebus temporalibus ferendo, ſententia Chriſti, qui omnia condidit expectanda eſt. Cognitio rerum Naturalium à Philoſophis naturalibus petenda: & alia ſexcenta. Valet autem hic locus, & ad confirmandum, & ad refellendum, vt ait Ariſtoteles. Hinc concludere licet, decem eſſe Cœlos, quòd recentiores Mathematici dicant eſſe decem: eoſdémque diſſolui non poſſe naturaliter: quod præſtantiſſimi quique Philoſophi naturales negent, cœleſtem ſubſtantiam poſſe diſſolui. Quod verò quidam aiunt, hunc locum non eſſe vtilem ad concludendum negatiuè, ſeu, quod idem eſt, ad refellendum, non rectè dicitur: Nam argumentari negatiuè ex auctoritate, non eſt hoc pacto concludere. Ariſtoteles non dixit hoc ita eſſe. Ergo non ita eſt vt ipſi putant: ſed hoc modo Ariſtoteles dixit hoc non ita eſſe, Ergo non ita eſt, Quæ Argumentandi ratio, non minorem habet vim, quàm ſi affirmatiuè colligas.

Quã latè pateant duo illa Pronuntiata.

Refutatio cuiuſdam ſententiæ.

ILLVD tandem aduerte, non ſolum tum duci Argumentum ab Auctoritate, cùm immediatè interponimus Auctoritatem alicuius ad concluſionem probandam: Sed etiam cùm vtimur Argumento alterius loci, auctoritate confirmato. Verbi cauſſa, hæc Concluſio: Cœlum non conſtat materia, duobus modis poteſt Auctoritate Ariſtot. ſuaderi: Altero, ſi dicas, Ariſtotelem id aſſeruiſſe: Altero, quia materia definitur ab Ariſtotele, ſubiectum, ex quo aliquid fit, & in quod tandem diſſoluitur, cum tamen cœlum diſſolui non poſſit.

Duobus modis ducitur Argumentum ab Auctoritate.

1. Phyſic. 9.

ITEM hæc cóclusio: A Morali Philoſopho non ſunt quærendæ exquiſitæ rationes, probari poteſt eiuſdem Auctoris ſententia: vel quia ipſe id apertè docuit, vel quia dixit, par eſſe, à morali Philoſopho

1. Ethic. 3.

ized by Google

expectare exquiſitas rationes, atque ab Oratore, Mathematicas. Quod planè abſurdum eſt. Verùm hæc poſterior probandi ratio, plures (ſi attendis) connectit Argumentationes.

Alij loci quicunque ſunt, facilè ad hos poſſunt reuocari. SVNT alij quidam Loci apud Ariſtot. 2. Topicorum libro, in quo ille hanc materiam proſequitur: ſed hi præcipui habentur, ad quos meritò quicunque alij facilè reuocari poſſint.

Pronuntiata, quibus tractatur Quæſtio comparata.

CAP. XXXVI.

SI rectè animaduertas planè intelliges, Pronúntiata omnia, quę hactenus ſingulis locis aſſignata ſunt, non continere rationem tractandæ quæſtionis comparatæ, ſed abſolutè duntaxat. Abſolutam quæſtionem voco, cùm abſolutè quæritur, num hoc ſit illud, an non, vt, an virtus ſit expetẽda, nécne? Comparatam verò, cùm quæritur, num hoc ſit magis tale, quàm illud, an non? aut aliquo alio comparationis modo, vt, An virtus ſit magis expetenda, quàm bona valetudo, nécne? &c. Hoc cum ita ſit, vt ratio tractandæ quæſtionis ſimplicis inhærentiæ omninò abſoluatur, neceſſe eſt addere pronuntiata, quibus ea, cùm comparatè proponitur, tractari poſſit. Id quod Ariſtoteles diligentiſſimè quidem: ſed aliquantum perturbatè exequutus eſt 3. Topicorum libro. Nos igitur Ordinem locorum ſuprapoſitum tenentes, ea pronuntiata ex Ariſtotele afferemus, ex quibus plus vtilitatis percipi poſſit.

(Margin: *Abſoluta quæſtio.* — *Comparata.*)

Ex locis Definitionis & Deſcriptionis.

3. Top. cap. 4. *Quod magis ſuſcipit rei propoſiti Definitionem, id magis tale eſt.* Vt ſi candor definitur, color aſpectum diuidens, is qui aſpectum magis diuiſerit, albior erit color. Si vtile definitur, quod ad finem conducit, id quod magis conducit, vtilius eſt.

Ibid. cap. 2. *Quod magis proprium rei eſt, eidem melius.* Vt homini vti ratione, quàm ſenſu.

Eorum, quæ ſub eadem ſpecie continentur, id melius eſt, quod habet propriam virtutem, quàm quod non habet. Vt potus frigidus quàm calidus.

Cap. 3. *Et quod proprium eſt melioris rei, melius eſt, quam quod deterioris.* Vt quod hominis, quàm quod bruti animalis.

Ex Loco Coniugatorum.

Ibid. cap. 3. *Coniugata ſeſe inuicem ſequuntur.* Vt ſi præſtantius eſt iuſtè agere, quàm fortiter, præſtantior vtique erit Iuſtitia, quàm fortitudo.

Ex Loco Totius.

Cap. 2. *Plura bona anteponenda ſunt paucioribus, cùm pauciora in iis quæ plura ſunt contineantur.* Vt literæ cùm virtute iiſdem ſine virtute.

Cap. 1. *Quod ſimpliciter hoc eſt, vniuersè bonum eſt, melius eſt eo quod alicui eſt bonum.* Vt valere quàm curari.

Cap. 2. *Quod ſemper aut plurimum eſt vtile, melius eſt, quàm quod aliquando.* Vt iuſtitia & temperantia, quàm fortitudo. Nam illis ſemper, aut ferè ſemper vti poſſumus, hac rariùs.

Quod

Quod ad omnia, vel plura, vtile eſt, melius eſt quàm quod ad pauciora. Vt aqua quàm mel. Vnde illud eſt à Pindaro vſurpatum. Optimam eſſe aquam. Cap.3.

Id quod eſt in genere aliquo, præſtantius eſt (bonitate ſcilicet ac præſtantia illius generis) quam quod non eſt in eo genere. Vt iuſtitia, quàm iuſtus. Iuſtitia enim eſt in genere boni, iuſtus non item. Cap.1.

Nota hoc loco Concreta accidentium non pertinere ad prædicamenta, niſi reductione quadam. *Concreta accidentia non pertinent ad prædicamenta niſi reductione quadam.*

Ex loco Cauſſarum materialium.

Quod ineſt rei meliori, melius eſt. Vt quòd ineſt animo, quàm quod corpori.

Hoc non eſt vſquequaque verum, niſi de iis bonis intelligatur, quæ rebus quibus inſunt, propria ſunt. Cap.1.

Qvod prioribus ineſt, præſtantius eſt, quàm quod poſterioribus. Vt ſanitas, quàm robur & pulchritudo. Nam ſanitatis ſedes & in humore, ſiccitate, calore, & frigore, iiſq; omninò, ex quibus animal primò conſtat. Robur autem in neruis & oſſibus, quæ ad ſecundam compoſitionem pertinent, ſitum eſt. Pulchritudo verò videtur eſſe quædam membrorum apta compoſitio. Lege ſi placet, Ariſtotelem initio ſecundi libri de partibus animalium. Cap.1. *Diligenter notanda.*

3.Top.1. Qvod circa præſtantiorem materiam verſatur, aut certius eam attingit, præſtantius eſt. Ex præſtantia materiæ probabis Philoſophiam naturalem anteponendam eſſe Mathematicis diſciplinis: quia res naturales, in quibus verſatur naturalis Philoſophia, digniores ſunt, quàm quantitates, de quibus diſſerunt Mathematicæ ſcientiæ. Contrà verò, ex tractandi ratione colliges Mathematicas eſſe præ præſtantiores: quia certiorem ac perfectiorem de quantitatibus conſequuntur cognitionem, quàm Philoſophia naturalis de rebus naturalibus. Simpliciter tamen præſtantius eſt id, quod in meliori materia verſatur. *Philoſophia naturalis ratione materiæ eſt præſtātior Mathematicis diſciplinis, quod ſi rationem tractandi ſpectes Mathematicæ ſunt nobiliores naturali Philoſophia.*

Ex Loco Cauſſarum formalium.

3.Top.4. Cap.1. Ibidem. *Quod propter ſe expetitur, præſtantius eſt: quàm quot propter aliud.* Vt ſanum eſſe quàm exercere corpus.

Et quod per ſe, quàm quod per accidens. Vt amicorum iuſtitia, inquit Ariſtoteles, quàm hoſtium. Amicos enim per ſe iuſtos eſſe optamus, etiam ſi nihil inde ad nos redeat, & apud Indos habitent. At hoſtes, vt nihil nobis noceant. Loquitur vt Ethnicus. Nam & hoſtibus etiam optare debemus bona, quàmquam nihil inde ad nos rediturum ſit. *Hoſtibus debemus optare bona.*

Et quod natura bonum eſt quàm quod non natura. Vt iuſtitia, quàm iuſtus. *Ibidem.*

Cap.3. Et quæ ſe propter ſe in maiore ſunt honore, magiſq; laudantur, quàm quæ propter aliud: Vt amicitia quàm diuitiæ, Nemo ſiquidem opes in honore habet laudátve, niſi propter aliud: At amicitiam propter ipſam colimus, etiam ſi ex ea nihil fructus ſperemus. *Amicitia præferenda diuitiis.*

Cap.3. Et quod propter ſe expetitur, quàm quod ad hominum commendationem duntaxat. Vt valetudo quàm pulchritudo. Id autem

Quid dicatur eſſe ad gloriā & cōmendationem tantum.

ad commendatiodem & gloriam dumtaxat eſſe dicitur, quod ſi neſciāt homines, nullus in eo comparando labor impendatur.

QVOD oppoſitum rei alicui, efficit eam expetibiliorem, præſtantiùs eo eſt quod non efficit illam ita expetibilem. Cap. 3.

Ex loco Efficientium.

Virtus eſt præſtantior fortuna vitiū magis fugiēdum quam fortuna.

Quod per ſe eſt cauſſa boni, præſtantius eſt, quam quod per accidens. Vt virtus quàm fortuna. Eadem ratio eſt in contrario. Nam quod per ſe eſt cauſſa mali, magis fugiendum eſt, quàm quod per accidens: vt vitium quàm fortuna. Cap. 1.

Cap. 2.

Et quod ſi omnes haberemus, non eſſet opus altero, quam quo obtento, altero indigeremus. Vt iuſtitia quàm fortitudo. Nam ſi omnes eſſent iuſti non eſſet opus fortitudine, at ſi eſſent fortes, iuſtitia nihilominus opus eſſet.

Iuſtitia præfertur fortitudini.

Et quod efficit id in quo bonum, aut meliùs quàm quod non. Vt virtus quàm potentia, & iuſtitia quàm fortitudo.

Cap. 3.

Et id cuius quiſque mauult ſe eſſe cauſſam, quàm aliam quempiam. Vt amicitia, quàm pecunia. Mauult enim quiſque ab aliis diligi ſui cauſſa, quàm aliorum gratia. At opes per ſeruos ac famulos libentius conquiruntur.

Cap. 3.

Id quo melior res comparatur, præſtantius eſt. Vt ea, quibus conſequendæ virtutis cauſſa vtimur, quàm quæ voluptatis, Eadem ratione magis fugienda ſunt quæ virtutum actionem magis impediunt: vt morbus quàm deformitas.

Ex loco Finium.

Victoria magis expetenda quàm bellum.

Finis magis expetendus eſt iis, quæ ad finem ducunt. Vt victoria quàm bellum. Cap. 1.

Eorum quæ ad finem conducunt, id quod ad finem proprius accedit. Vt metere frumentum, quàm ſerere.

Ibidem.

Et quod ad finem vitæ ſpectat, quàm quod ad aliquid aliud. Vt quod ad fruendum Deo, quàm quod ad copiam pecuniarum.

Ibidem.

E duobus efficientibus, cuius finis melior, id præſtantius. Vt medicus quàm ſartor.

Ex loco Effectorum.

Id quod poſſibile, potiùs eligendum eſt, quàm quod impoſſibile. Hoc eſt, quod facilè fit, quàm quod difficile. Eorum enim quæ nullo modo fieri poſſunt, nulla eſt electio, vt ex 3. Ethicorum libro patet.

Nota moderationem. Vnius enim, & ſi difficilius acquiritur: quā ſciētia, eſt tamen magis eligenda, quia melior & ſic in multis.

IN hoc pronuntiato intelligenda eſt hæc moderatio. Modo cætera ſint paria, quæ in aliis pleriſque ſubaudienda eſt. Magis eligendum eſt hac de cauſſa capeſcere ſcientiam doctrina, quam inuentione. Illud enim per facilè eſt, hoc valdè laborioſum. 3. Ethic. 2.

Quorum ortus ſunt magis optandi, aut interitus magis fugiendi, ea magis expetenda ſunt. Addi poſſunt hoc loco nonnulla ex iis quæ ſuprà diximus, cùm in cauſſarum loco verſaremur. Exempla legenti illa, facilè ſuccurrent.

Et quæ difficilius conquiſita ſunt. Chariora enim nobis ſunt ea, quæ maiore cum labore comparauimus. Vt opes, quæ ex India deportātur, in maiore habentur pretio, quam quæ iure obuenerunt hæreditario.

Ex

Ex loco Conſequentium.

Cap. 1. *Cui conſequens eſt maius bonum, aut minus malum, potiùs eligendum eſt.* Vt conſilia Euangelica ſeruaſſe in hac vita, quàm Præcepta communia dumtaxat, & abſcindere membrum corruptum, quàm ſeruare.

Cap. 2. *Et quod magis inſigne, quàm quod minus.* Vt liberare patriam quàm eſſe ſimpliciter bonum ciuem.

Cap. 3. *Et id in quo excellere præſtantius eſt, & laudabilius, quàm in quo non ita laudabile.* Vt amicitia quàm pecuniæ. Hæc pronuntiata ad locum etiam circumſtantium accommodantur, cum ea quæ rem conſequuntur, non conſequuntur neceſſariò.

Ex locis Circumſtantium.

Cap. 1. *Quod diuturnius eſt, id præſtantius. Subaudi, ſaltem ſi cætera ſint paria, & ea quæ comparantur ſint bona.* Sic vita, quæ in actione virtutum per omne tempus æquabiliter verſatur, quò longior fuerit, eò melior.

Cap. 2. *Et quæ voluptatem, aut indolentiam coniunctam habent, aut certè minus moleſtiæ ſecum afferunt, quàm quæ voluptate carent, aut dolorem aliquem habent coniunctum, aut plus etiam ſecum afferunt moleſtiæ.*

Cap. 1. *Et vnum quodq́, quæ maximè tempore maiorem vim habet.* Vt magis optanda eſt prudentia Senum, quàm adoleſcentium, Contrà verò, magis expetenda eſt iuuenum fortitudo, quàm ſenum. *Prudentia ſenum optanda.*

Cap. 2. *Bona ex circumſtantia ſunt meliora neceſſariis.* Bona neceſſaria dicuntur ea, ſine quibus, res, quibus conueniunt, eſſe non poſſunt: vt viuere. Bona ex circumſtantia vocantur illa, quibus res cui iam conueniunt neceſſaria, meliùs conſtituitur, vt bene viuere. Non tamen quia bona ex Circumſtantia ſunt meliora neceſſariis, ſtatim ſunt magis eligenda. Siquidem Philoſophari, quod eſt bonum ex Circumſtantia, Non eſt magis eligendum, quàm Victum quærere neceſſarium. *Bona neceſſaria.* *Bona ex Circumſtantia.*

Cap. 2. *Quæ ſine aliis expeti meritò poſſunt, anteponenda ſunt iis, quæ ſine aliis expeti non debent.* Vt prudentia poteſtati. Nam Poteſtas ſine prudentia non eſt expetenda, aut prudentia etiam ſine poteſtate optanda eſt. *Prudentia eſt anteponenda poteſtati.*

Cap. 2. *Ea bona pro quorum defectione minus vituperamus eos, qui moleſte ferunt, ea à ſe abeſſe: aut magis reprehendimus eos, qui carere ipſis non moleſtè ferunt: ea, inquam bona ſunt præſtantiora.* Vt amici quàm opes, & virtutes, quàm poteſtas.

Ex loco Similium.

Cap. 2. *Quod rei bonæ propinquius eſt, aut ſimilius, aut meliori ſimilius, id melius.* Vt qui vitam Apoſtolicam, aut Chriſti Opt. Max. magis imitantur, quàm cæteri.

Ex loco Parium.

Cap. 2. *Si hoc genus eſt melius illo, id quod eſt optimum in hoc, eſt præſtantius eo, quod eſt optimum in illo, eſt enim par ratio.* Vt ſi homo eſt melior equo, digniſſimus homo, generoſiſsimo equo eſt præſtantior.

Si id

Digitized by Google

Ibidem.

Si id quod eſt in hoc genere optimum præſtantius eſt, quàm quod optimum in illo, hoc certè genus præſtantius eſt illo. Licet inuertere proximum exemplum.

1. Top. 4. D. Thom. 3. cont. gen cap. 139.

Si abſolutum prædicatum ſequitur abſolutum ſubiectum, incrementum prædicati ſequetur incrementum ſubiecti. Intelligunt hoc in prædicatis quæ per ſe dicuntur de ſubiectis. Vt ſi honeſtum eſt per ſe bonum, honeſtius, melius: & honeſtiſſimum, optimum. Et, ſi facere iniuriam, malum ex ſe eſt, maiorem facere peius, & maximam peſſimum. Quia tamen exercitatio corporis non eſt ex ſe bona, non efficitur vt maior, ſit melior, & maxima optima. Licet autem inuertere hoc Pronuntiatum, ſed iam inſeruiet tractandæ Quæſtionis Abſolutæ, vt ex ſupradictis patet.

Ex Locis Oppoſitorum.

Cap. 30.

Quæ ſuis contrariis minus admiſta ſunt, ea magis talia ſunt. Veluti id albius eſt, quod minus admiſtum habet nigrorem.

Ex Loco Repugnantium.

Cap. 4.

Si è duobus vnum negamus, vt alterum in nobis eſſe videatur, id magis expetendum eſt, quo præditi, videri volumus. Hinc laborioſos, nos negamus, vt ingenioſi eſſe videamur.

Homo ingenioſius potius vult videri quam laborioſius.

Ex Loco Auctoritatis.

Cap. 1. lib. 8.

Id melius eſt, quod potius eligit prudens, aut vir bonus, aut recta lex, aut qui in aliqua re excellunt, qua ratione tales ſunt aut in vno quoque genere periti aut plures aut omnes, aut omnia: Vt curare magis æterna, quam quæ labuntur cum tempore. Velle potius iniuria affici, quàm afficere: permittere minora quædam mala in Republica ne maiora eueniant, quàm velle omnia penitus extirpare.

ITEM *Quæ de poeſi diceret Homerus, quam quæ Herilus*: Quæ in exponendis diuinis Scripturis ſancti Doctores docuerunt, quàm quæ ſcioli Grammatici autumant: Pax quam bellum: Proſpera valetudo quam mediocris: Deus (quem omnia, vt ſummum bonum certis quibuſdam gradibus ſuapte natura diligunt, atque expetunt) quam quicquid ſub Deo excellit.

Ibidem. Moralis Philoſophia eſt melior Medicina.

Id ſimpliciter melius eſt, magisq́; eligendum, quod melior diſciplina eligendum præcipit. Vt quod Moralis Philoſophia, quàm quod Medecina.

HÆC de Pronuntiatis, quæ ad tractandam Quæſtionem comparatam ſimplicis inhærentiæ proponit Ariſtoteles, quæ quam ſint vtilia ad diſſerendum, nemo ignorat niſi qui propriam huius Artis exercitationem non attigit.

Obiectio.

QVOD ſi quis obiiciat, tradita Pronuntiata non inſeruire niſi tractandis Quæſtionibus de meliori & Deteriori, cum tamen aliæ ſint pleræque Accidentium comparatorum, vt de maiore & minore de longiore & Breuiore, deque aliis rebus compluribus.

Solutio.

Occurrendum eſt, Primùm rarius hæc venire in diſputationem Dialecticam: Deinde ex traditis Pronuntiatis poſſe generaliora colligi vt Ariſtoteles docet. Veluti ſi pro meliori & deteriori dicamus, Magis tale & minus tale, vbi videlicet Pronuntiatorum ſenſus id patietur. Qua amplitudine ſcripta hic ſunt nonnulla, vt primum à Definitione

Digitized by Google

à Definitione, extremum à Paribus, & illud quod ex Oppoſitorum Loco deſumptum eſt.

Quomodo ex Locis hactenus traditis, quælibet propoſita Quæſtio tractanda ſit. CAP. XXXVII.

HACTENVS tradidimus Locos communes, quos luſtrare debet Dialecticus, vt facilè inueniat Argumenta, quibus Quæſtionem quamlibet, ſiue abſolutam ſiue comparatam pertractet. Quamquam enim inuenire Argumẽta rationis ſit & ingenij, facilè tamẽ inuenire eſt Artis, atque huius Locorũ diſciplinæ. Quapropter qui paruo labore, ſimulq́; copioſè de quacumque propoſita Quæſtione differere voluerit, is primùm noſſe debebit hanc omnem Locorũ ſeriem. Deinde, hanc eandẽ multa meditatione, quaſi ante oculos habere. Demum, cum, Quæſtio propoſita fuerit, tum ſubiectum, tum prædicatum, tum etiam totam complexionem per Locos deſcriptos ducere, vt Argumenta omnia quæ ad rem pertinebũt, quaſi dato ſigno occurrant, & veluti ad bellum prodeant. Nec enim neceſſe erit pulſare oſtiatim, & velut lictorẽ importunè omnia latibula ſcrutari: quandoquidẽ quæ aliquid virium habuerint, ad ſingulas quaſi inclamationes, ex ſingulis Locis ſponte prodibũt, Quin etiam tanta ſæpè, te inutilium Argumentorum turba, vel celeriter per omnes Locos diſcurrentẽ ſequetur, vt nõ mediocris labor ſit ab ea te extricare, atque expedire. Contrà verò, multæ aliæ proponentur Quæſtiones ad quas tractandas pauci admodum Loci ſuppeditabunt Argumenta, quo fiet, vt quãtumuis ad oſtia reliquorũ pulſes, nihil inde ſubſidij ſperare debeas. Itaque hac Locorũ Arte, non ſunt argumẽta cogenda, ac per vim trahenda, ſed quaſi admonẽda & vocanda: Alioqui timendũ eſt, ne via hæc & ratio, quaſi facilè exquirendis, ac inueniendis Argumentis excogitata eſt, impedimento, ſit futura ingeniis. Et Argumenta, quæ ratio ipſa per ſe liberius diſcurrens, haud magno labore inueniet, his legibus quaſi cõpedibus aſtricta, nullo modo aſſequatur. Atque vt paucis multa complectar, nõ eò quæſita eſt hæc Ars, vt naturã præceptis quaſi vinculis ligaret: ſed vt incertis paſſibus vagantẽ ad viã reduceret, & paucis modò inſtructã, de itinere ipſa tardior ſequeretur, anteiret.

Inuenire ingenij eſt, facilè inuenire Artis.

Quo pacto quærẽda ſunt ex Locis Argumenta.

Non omnes Loci ſuppeditant cuilibet Quæſtioni Argumenta.

Non ſunt Argumenta cogenda.

Qua libertate vtendum ſit in hac Locorũ Diſciplina.

ANIMADVERTENDVM eſt autem, traditas Locos non ſolum ſuppeditare materiam omnis Probationis, ſed etiam Amplificationis. Amplificatur enim res, cõglobatis Definitionibus, ſeu potius Deſcriptionibus: ex Partium enumeratione: ex antecedentium Conſequentium & circunſtantium frequẽtia, ex multorum Similium, Maiorum, minorum, Parium, Diſſimiliumq́; ac contrariorũ collatione: Demum ex complurium, & magnorũ Auctorum iudicio & ſententia. Cuius rei exempla afferre non grauarer, niſi viderem magis hoc ad Rhetoricam quam ad Dialecticam pertinere. Nam cum hæc multorum Argumentorum vehemens, & feſtina concurſatio, ad mouendos affectus potius, quam ad mentis perſuaſionem ſuapte natura dirigatur, pluſque rem, ipſa dicendi vi atque impetu, quàm ratione amplificet, non dubium eſt, quin ea magis propria Oratorum, quàm Dialecticorum iudicanda

Traditos Locos etiã Amplificationis materiam ſuppeditare.

Amplificatio magis propria Oratorũ quã Dialecticorũ.

ſit. Nec ſolùm tota Amplificationis materia ex Locis præſcriptis deſumitur, ſed etiam omnes Tropi, quibus Oratio ſuis quaſi luminibus decoratur. Nam Metaphora (quæ omnium Troporum, modorúmve eſt frequentiſſimus, & longè pulcherrimus) ex Loco Similium depromitur, Synecdoche, ex Locis potiſſimum Totius, & Partiū: & alii ex aliis. Veruntamen hoc iam totum ad Oratores pertinet, cùm Tropi nec ad Probandum quid, nec ad Amplificandum deſumantur, ſed ad ornandam, ac illuſtrandam orationem.

Omnes Tropi deſumūtur ex Locis præſcriptis.

Tropi omnes ad Oratores pertinent.

RELIQVVM mihi eſſe videbatur, vt exemplū afferrem vnius, aut alterius tractandæ Quæſtionis, perq; omnes locos deducēdæ: ſed lōgitudo Ttractatus me vocat ad ea potius abſoluēda, quæ ſuperius pollicitus ſum, præſertim cùm ſinguli loci cōpluribus exēplis ſint patefacti.

De Locis Proprijs, Admonitio. CAP. XXXVIII.

SED quoniā Loci Cōmunes, ſine Propriis parū valēt, danda eſt quàm maximè opera, vt Cōmunium doctrinæ, Propriorū peritia adiungatur. Quod vt fiat, multa meditatione opus eſt: multò etiam maiore lectione. Annotanda ſunt, vt monet Ariſt. cōplura Pronūtiata: multæq; Sententiæ eorū, qui clari ac illuſtres in quolibet rerū genere fuerūt: Quæ cōmuniora ſunt, in alia, atque alia minus cōmunia magiſq; familiaria deducenda: Vocabulorum ambiguitas ſolicitè pernoſcenda: Differentiæ rerū ſimilium, & ſimilitudines differentiū, diligentiſſimè perueſtigandæ. Nec modò paſſim hoc faciēdum eſt, ſed ordine etiā ac ratione omnia rerum genera luſtranda. Quærendi namque ſunt Loci, qui ad naturæ obſcuritatem pertinent, vt Animaliū, Plantarū, lapidum, Metallorum, Elemētorum, Cœlorum, Dei Opt. Max. & beatarū Mentium. Deinde ij qui ad Vitam & Mores hominū ſpectant, vt Virtutum, Vitiorum, Rerum publicarum, Fœlicitatis, & partium eius. Poſtremò ij, qui ad Diſſerendi ſubtilitatem attinent, vt Accidentis propriè ſic dicti, Generis, Proprij & Definitionis, qui proprij ſunt huius Artis. Conſignandæ ſunt multarum rerum Definitiones, plures Deſcriptiones, multæ etiam vocabulorum Notationes. Cætera verò, quæ ad quámque rem pertinēt, eodem modo annotandæ: referenda omnia in normam communium Locorum, vt parata ſint, atque in promptu ad diſſerendum. Nec enim aliter Proprij Loci rerum, de quibus Demonſtratori & Dialectico diſſerendi cura incumbit, cogniti ac perſpecti eſſe poterunt.

Loci Communes parum valent ſine Proprijs.

Quo pacto Loci Proprij ſint quærendi, & in prōptu habendi.

1. Top. 11. 12. & ſequentibus.

SED iam fortaſſe expectabis, vt quoniam Communes Locos hactenus tradidi, & Proprios quærendos eſſe admonui, mox ſubiiciam eos, qui propriam huius Artis materiam attingunt, inter quos præcipui habentur illi, quibus tractantūr Quæſtiones Accidentis propriè dicti, Generis, Proprij & Definitionis. Quos quidem adeò diffusè perſequutus eſt Ariſtot. vt exceptis primis, quos ille ferè prætermiſit, quatuor integros Topicorum Libros (hoc eſt, à quarto ad ſeptimum vſque) in reliquis pertractandis poſuerit. Verùm hic labor à me nō eſt in præſentia flagitādus, nō ſolùm quia tam multa de his ſcripſit Ariſt. vt vix ea in ſumma redigi poſſint: ſed eò vel maximè, quia huiuſmodi

Cur hoc loco tradendi non ſint Loci Accidentis, Generis, Proprij & Definitionis.

Loci

Digitized by Google

Loci in iis, quæ ſupra de Accidente propriæ ſic appellato, de Genere, de Proprio, ac Definitione dicta ſunt, vtcumque continentur. Quo fit, vt Quæſtiones, quibus quæritur, num aliquid ſit Accidens alicuius rei, Genus, Proprium, aut definitio, ex ſuperioribus Libris quantum ſat eſt tractari poſſunt. Exempli cauſſa, ſi exiſtat Quæſtio Num ſcire, Accidens homini, nécne? poteris ſit affirmatiuam partem ex Definitione Accidentis ſecundo libro tradita, ſic confirmare. Adeſt homini, & abeſt ab eodem ſine eius corruptione, Eſt igitur Accidens homini. Item ex deſcriptione hoc modo: Prædicatur de hominibus accidentario, ac contingenter. Ergo, &c. Quod idem argumentum ex Notatione, & coniugatis videtur duci. Ex parte ſubiecta hoc modo, Eſt accidens ſeparabile, Igitur omninò Accidens. Atq; ita ex reliquis Locis ſi qui alij ſunt, qui ad inſtitutum confirmandū ſupeditent Argumenta, Quòd cùm modo eodem poſſis facere in Genere, Proprio & Definitione, nil eſt cur in præſentia hæc Locorum genera debeas requirere.

Ad tractandā Quæſtionem Accidentis propriè dicti, duo tantū loci inueniuntur apud Ariſtot. 2. Top. lib. Hi ſunt primus, & extremus 2. cap. Cap. 7.

De Ordine Argumentorum, generatim. CAP. XXXIX.

Ordo quid.

DIXIMVS de Inuentione Argumentorum, reliquū eſt, vt de ipſorum Ordine dicamus. Ordo igitur, quòd ad hunc locum attinet, *eſt Argumentorum inter ſe apta ad perſuaſionem collocatio.* Quæ quidē, quàm ſit neceſſaria diſſerenti, nemo eſt qui non videat. Vt enim domui conſtruendę ſatis nō eſt, lapides, & reliquā materiā in cumulū cōgerere, niſi his diſponendis, ac collocandis Artificium manus adhibeatur, Vtq; milites quantūlibet fortes ac ſtrenui, niſi periti ducis induſtria, formā exercitus accipiāt: ad bellū inferendū idonei nō ſunt, Sic Argumenta ex Locis traditis coacta tumultuantur, nec ad finē adipiſcendū apta ſunt, niſi ad perſuaſionē appoſitè collocentur, ac diſponātur. Porrò Argumentorū nomine hoc loco, Definitiones quoque, & Diuiſiones (etiā cùm nihil probant: ſed tantū eam rem, cui adhibētur, declarant) intelligi volumus. Adhuc enim de ipſarū Ordine tum inter ſeſe, tum comparatione reliquarū partiū cuiuſque tractationis, in qua de re aliqua diſſeritur, nihil diximus: quod hoc loco fiet cōmodiſſimè.

Quam ſit neceſſaria Argumentorum apta collocatio.

Latius hic accipi Argumēti nomen.

DVPLEX eſt autem Argumentorum Ordo, Naturę, & Doctrinę. Ordo enim temporis, quem ſeruat hiſtoria nihil ad nos pertinet: quia narratio cum nihil declaret ex notioribus, ſed rem ſimpliciter proponat, non eſt ad perſuationem compoſita, nec ad Dialecticam vllo modo (niſi cum obiter diſſerit) ſpectat.

Ordo temporis nihil ad nos.

Duplex Ordo. Præd. 1. & 1. poſt. 2. & 1. Phyſ. 1. & 8. Phyſ. 7.

NATVRÆ Ordo duplex eſt, Generationis, & Perfectionis. Generationis, Ordo dicitur, cùm à minus perfectis ad perfectiora progredimur, & omninò à cauſſis ab effecta. Siquidem Natura in rebus efficiendis, à minus perfectis ad perfectiora contendit, & cauſſarum vi gignit effecta. Sub hoc genere duo potiſſimum continentur, *σύνθεσις & διαίρεσις*, hoc eſt, Compoſitio, Diuiſio, ſeu Compoſitionis Ordo, & Diuiſionis. Compoſitionis Ordo eſt, cùm à Partibus integrantibus ad totum integrum, aut omninò à Cauſſis ad Effecta proficiſcimur. Accipio autem hîc nomen, Totius integri, vt in Locis totius, & Partium.

Generationis ordo.

Natura ordo duplex.

Compoſitionis.

Diuiſionis Ordo dicitur cum à ſuperiorib. ad inferiora deſcēdimus.

Diuiſionis.

Qui quidem propterea Diuiſionis dicitur, quòd præcipua Diuiſionis forma ſit ea, qua ſuperiora in inferiora diſtribuimus, vt ex quarto libro perſpicuum eſt. Ordo Perfectionis eſt, cùm à perfectioribus ad minus Perfecta, aut omninò ab Effectis ad Cauſſas progredimur. Non ideo tamē progreſſus ab effectis ad cauſſas, vocatur Ordo perfectionis, quid Effecta ſint perfectiora omnibus ſuis cauſſis: ſed quia Perfectio cauſſæ in edēdo Effectu cernitur. Sub ordine perfectionis duo itidē, quēadmodū ſub Generationis, præcipuè cōprehēduntur ἀνάλυσις συναγωγή, hoc eſt, Reſolutio & Collectio, ſeu Reſolutionis Ordo & Collectionis.

Effecta non ſunt perfectiora omnib. ſuis cauſſis.

Cap. 6: Perfectionis.

RESOLVTIONIS Ordo eſt, cùm à Toto integro, ad partes integrātes procedimus: & omninò cū ab Effectibus ad cauſſas pergimus. *Reſolutionis.*

COLLECTIONIS verò eſt, cùm ab inferioribus ad Superiora. *Collectionis.*

ANIMADVERTE tamen. Perfectionis ordinē alium, etiā, conſcendimus, qui dignitatis Ordo appellatur, cōplecti: quem quidē cum ſeruamus, cum à re digniori ad aliam minus dignam, vt ab homine ad Elephantem procedimus. Quod ſi ab homine, ad Animal progrediaris, non erit Ordo Dignitatis, quoniam Animal non eſt res alia, diuerſáve ab Homine. Huic opponitur quidam Ordo Generationis, nomine carens, cùm videlicet è cōtrariò à re minus digna, ad aliam digniorem, perfectiorémve proficiſcimur, vt ab Elephante, ad Hominem.

Dignitatis Ordo.

Ordo contrarius. Ordini Dignitatis nomine proprio carēs.

DOCTRINÆ Ordo eſt cum ab iis progredimur, à quibus commodius pro ratione rerum, ac perſonarum progrediendum videtur. Generaliter autem commodius eſt ab iis progredi, quorum cognitio ad ſequentium cognitionem requiritur, & (quantum fieri poteſt à facilioribus, ad difficiliora. Atque hoc quidem interdum præſtamus, ſeruando continenter Ordinem Generationis: Interdum ſeruando continenter Ordinem Perfectionis; Interdum vtrumque permiſtè, hoc eſt, ſæpius in eadem Tractatione ab vno ad alterum, vt commodius iudicamus, transeundo. In iis verò rebus, quæ videntur æquè perfectæ, & æquè faciles, aut difficiles cognitu, nulli Ordini relinquitur locus, niſi arbitratio. Verùm quia huiuſmodi Ordo nihil habet Artis, omittendus in præſentia eſt.

Doctrinæ Ordo.

Ordo Arbitrarius nō cadit ſub Artē.

De Ordine qui in Docendo ſeruandus eſt: Primúmque in confirmando.

CAP. XL.

ORDO igitur, Diſpoſitióue Argumentorum; Aut in Docendo cernitur (cum ſcilicet nemo ex altera parte reſpondet) Aut in Diſputando. Qui autem docere aliquid vult, duplicem laborem ſuſcipit: Confirmandi ſua, & Refutandi cōtraria. Cum igitur quis confirmare ſuam ſententiam voluerit, explicabit in primis Vocabulum rei, de qua agendum eſt, ſi fortè ambiguum fuerit, aut ignotæ ſignificationis, id quod Diſtinctione, aut Interpretatione faciet, vt Porphyrius in tractatione quinque Vniuerſalium. In progreſſu autem, ſi Argumenta omnia ad vnam eandemq; Concluſionem conferenda fuerint, ferè ſeruanda erit Methodus ac Diſpoſitio locorum præſcripta: ea ſiquidem collocatio, optimus Doctrinæ Ordo in hac re videtur. Itaq; primum

Initio Confirmationis quid agendum.

Cum Argumenta omnia ad vnam concluſionē conferantur quinam ordo tenendus.

Sic in ora. ad Brutum.

Leuiora Argumẽta quem locum obtinere debeant.

primum res confirmanda erit definitione, Deinde variis (ſi cõmodum videbitur) Deſcriptionibus: Poſt Notatione Vocabuli: & ſic deinceps reliquis Argumẽtorum generibus. Niſi quod leniora quæq; , nec prima, nec extrema locanda erunt: ſed aut reiicienda, aut certe (ſi non videbuntur omninò contemnenda) in medio inculcanda. Vbi enim firmiora, prima aggreſſione mentem occupauerint, tum leuiora præſertim conglobata, & in vnum quaſi corpus coacta, fidem augebunt: quibus ſi potentiora ſucceſſerint, erit omninò res confecta. Atque hac ratione mutari optimè poterit Locorum Ordo. Quin aliis etiã interdum de cauſſis, aliter diſponi poterunt Argumẽta, quàm ſuprà digeſta ſunt, modò Doctrinæ Ordo ſeruetur. Si verò alia Argumenta ad alias Aſſertiones accommodanda fuerint, aut Aſſertiones erunt de eadẽ omninò re: aut aliæ de ſuperioribus, aliæ de inferioribus; Aliæ de totis integris, aliæ de partibus; Aut denique de rebus à ſe mutuo diſiunctis hoc eſt Oppoſitis, aut Diſparatis, vt de ſpeciebus eiuſdem generis.

Mutari poteſt Locorum ordo in Cõfirmanda eadem concluſione.

Quinam ordo ſeruandus in confirmandis diuerſis cõcluſionibus de eadem omninò re.

SI de re eadem, ferè ſeruandus erit hic Ordo, vt primum oſtendamus rem eſſe, deinde quid ſit, poſteà qualis ſit, ad extremum cur talis ſit; Id quod Ariſtoteles docet ſecundo poſterioris reſolutionis lib. *2. Poſt. 1.*

QVO quidem Ordine, cùm commodiſſimè quælibet res tractetur, non dubium eſt, quin optimus Doctrinæ Ordo in eadem re tractanda cenſendus ſit. Quamquam non erit neceſſe hæc omnia perſequi, cùm de vno, aut pluribus conſtiterit. Ad hos quatuor quaſi gradus Tractationis cuiuſque rei, reuocantur omnia quæ de re quauis dicuntur. Vt in deliberatione, id quod quæritur, poſsítne res propoſita fieri, ad primum ſpectat. Quod verò diſcutitur, Sítne honeſtum vtile, iucundum an contrà, ad tertium pertinet, Nec enim ij qui deliberant de Quæſtione, quídnam res ſit magnopere laborant. Quod tandem. Quia via & ratione id conſequi poſſunt, & an facilè poſſint, exquirũt, id ad quartum referendum eſt. Et in iudicio illud, An fecerit, ad primum: Quo nomine factum cenſeatur appellandum, ad ſecundum: Recténe, an perperam, ad tertium: Quibus auxiliis, ad quartum redigitur: nam quo fine, & ſtudio fecerit, ad Quæſtionem recti, & contrarij reuocatur. Laudatio porrò in Quæſtionibus Qualitatis, & Cauſſarum potiſſimum, hoc eſt, in tertia, & quarta verſatur. In tractatione porrò cuiuſque Virtutis, Primum, An propoſita virtus ſit neceſſaria humanæ perfectioni, nécne, diſſeritur. Quod, ad Quæſtionem an res ſit reducitur, Deinde, Quæ nam ſit eius Materia, tum Obiecta, tũ Subiecta, quod ad Quæſtionem naturæ pertinet. Tum, Quæ ſint virtutis affectiones, ac conditiones quod Quæſtionem Qualitatis perſpicuè ſpectat. Ad extremum, Quonam pacto ipſam poſſimus conſequi, qua in parte, quæ ad quartam Quæſtionem reuocatur, de cauſſis, & impedimentis virtutum agitur. Itaque omnia, quæ de vna re diſſeruntur, ad illa quatuor reuocantur, eodémque ordine ferè tractantur.

Ordo in deliberatione.

In Iudicatione.

In Laudatione, in tractatione cuiuſque virtutis.

SI verò aliæ aſſertiones efferantur de rebus Superioribus, aliæ de Inferioribus; aut aliæ de Totis, aliæ de Partibus Integrantibus: aliter Auſcultationis via aliter inuentionis, diſponenda ſunt Argumenta. In Auſcultatione, ſiquidem, abſolutáve Diſciplina, ſeruandi ſunt Ordi-

Digitized by Google

nes Compoſitionis, & Diuiſionis: quos Ariſtoteles tradit initio phyſicæ Auſcultationis, vt auſculationi, perfectæque Diſciplinæ conuenientiſſimos, & in tota ferè tractatione Phyſica meritò conatur obſeruare. Eſt enim rationi maximè conſentaneum, vt quem ordinem Natura in rebus efficiendis ſeruat, eundem Ars, Naturæ æmula, velut optimum ſequatur, Natura autem, Compoſitionis & diuiſionis Ordine progrediens, à Partibus integrantibus ad Totum, & à Communioribus ad Minus communia, in affectione rerum proficiſcitur. Seruat etiam hos ordines Mathematicæ ſcientiæ, quippe quæ à primis initiis orſæ, quaſi texando, alias atquè alias ex prioribus efficiunt concluſiones. In Inuentione verò, oppoſiti ordines ſeruandi ſunt, Reſolutionis nimirum, & collectionis. Qui enim ſine Doctore philoſophari volunt, & à rebus quæ ſenſibus ſubiectè ſunt, ad reconditiores ſuo Marte penetrare cupiunt, à Toto integrò, ad Partes, & à minus vniuerſalibus ad vniuerſaliora, id eſt, Reſolutionis, & Collectionis ordinibus Accommodatiſſimè procedunt. Sunt enim hi progreſſus, noſtrorum ſenſuum imbecillitati conueniétiſſimi. Priorem ſequitur Ariſt. cum ab animalium Hiſtoria, ad Tractationem de Partibus animalium progreditur: & in libro de Mundo ad Alexãdrum (ſi modò eius eſt) cum ex definitione Mundi ad partes, quibus Mundus conſtat, procedit: Itemque in primo libro de priore Reſolutione, cùm reſoluit Syllogiſmum in propoſitiones; & propoſitiones in Terminos. Collectionis verò, ſtudioſiſſimus fuit Socrates, vt apud Platonem plurimis in locis videre eſt. Cum enim Socrates profiteretur ſe nihil ſcire, eum ordinem procedendi potiſſimum amplectebatur, qui incipientibus, ac inuenire cupientibus maximè aptus eſt. Vnde & Ariſtoteles extremo ſecundo Poſteriorum libro, & initio Metaphyſicorum, hunc ordinem, inueniendis principiis Scientiarum Artiúmque præſcripſit.

Ariſ. 2. de gene. ani. 3. *In Inuentione earundem rerum.* *1. Prio. 33.* *2. Poſt. 18. & 1. Met. 1.*

QVOD ſi aſſertiones fuerint de oppoſitis, aut diſparatis ſpeciebus aut generibus, in quibus tamen alia videantur aliis perfectiora, aut ſaltem faciliora cognitu, aut ſeruandus Ordo dignitatis (quod fecimus in explicatione figurarum, generumque Argumentationis) aut certè initium faciendum eſt à re notiſſima, qua in reliquarum tractatione, quaſi norma quadam vtamur. Vt enim nummos (vt ait Ariſtoteles) ad id quod ſibi quiſque exploratum, certúmque habet, probare ſolet, ita cæteris quoque in rebus agendum eſt. Qua de cauſſa ille in explicandis animalium variis, generibus, primùm de Homine, quod omnium maximè notum nobis neceſſariò ſit, ſe acturum pollicetur. Quamquam homo, dignitatis etiam ordine reliqua animalia antecedit. Si tamen res huiuſcemodi æquè perfectæ, ac faciles, aut æquè difficiles cognitu videbuntur, iam ſuprà diximus, nulli ordini, niſi arbitrario locum relinqui. Quamquam reuera inter omnes rerum ſpecies, quibus perfectio aliqua ineſt, datur aliquis ordo perfectionis. Hæc de Ordine, quem ſeruare debet is, qui docet, cum ſuam ſententiam, quam veram eſſe putat, ſtatuit.

In tractandis rebus oppoſitis aut diſparatis quis ordo ſeruandus. *1. de hiſt. ani. 6. Ibidem.* *In tractandis rebus quæ videntur æquè perfecta, æquè faciles, aut difficiles cognitu ordo quis tenẽdus.*

De Ordi

De Ordine, qui in Refutatione ſeruandus eſt. CAP. XLI.

VERVM quia nõ ſatis eſt, ſi tua placita cõfirmes, niſi etiã refellas, tum Sententias; tũ rationes cõtrarias, & repugnãtes tuis aſſertionibus. Quiſnã ordo tenendus ſit in refutatione dicendũ eſt. *Primus ordo Refutationis.*

TRIBVS ergo modis potiſſimum, ſatis commodè hoc fieri poteſt. Vno, ſi id, quod verum eſſe exiſtimas, prius ſtatuas, ac confirmes. Deinde ex veritate comprobata refutes aliorum dicta, & quid veri contineant, ex ponas, id quod facit Ariſtoteles multis in locis, vt in explicanda natura motus tertio Phyſicorum Libro. *3. Phyſ. 1.*

ALTERO, ſi prius aliorum opiniones, ac rationes proponas, facto initio ab iis quæ à verò magis videntur aberrare, eaſdemque mox refellas. Deinde ad id quod ſentis ſtatuendum ingrediaris: Demum quatenus refutatæ opiniones veritatem attingant, ex tua ſententia paucis perſtringas. Quem ordinem ſeruat Ariſtoteles primo Phyſicorum Libro, in exquirendis Principiis rerum naturalium, & in Libris de anima, cum animæ naturam inueſtigat, & in primo Lib. Ethic. cùm docet quánam maximè in re poſita ſit felicitas, & aliis pleriſque locis. *Secundus ordo.* *1. Ethi. 4. & deinceps.* *1. Phy. cap. 2. & cæt. vſque ad finem 1. lib. & initio ſecundi.*

TERTIO tandem modo, qui omnium eſt accuratiſſimus, ſi propoſitis primũ pro vtraque parte Sententiis, ac rationibus aduerſis, quę rem faciant ambiguam, maximè verò iis, quæ veritati repugnant, ſequatur deinceps Veritatis determinatio, ac confirmatio, ex qua, tandẽ diſſoluantur contrariæ rationes, qua ex parte veræ Sentẽtiæ repugnãt. Quo quidem modo, quaſi conuenientiſsimo, docet Ariſtoteles initio Libri tertij Metaphyſicorum, tractandas eſſe res controuerſas: id quod eo loco pulcherrimis perſuadet rationibus: ac ſtatim in reliquo opere latè exequitur: Expeditiſsimè tamen id factum videbis, quarto Phyſicorum libro in tractationibus de loco, Vacuo, & Tempore. Hanc ſolã tractandi Methodum, quoniam præcipua eſt, adeo approbarunt Doctores, quos vocant Scholaſticos, vt nihil niſi hoc ordine, pertractent. Cæterum etſi diſpoſitio hæc tertia optima ſit, non eſt tamen ipſa ſola amplectenda in ſcribendo. Satiantur enim, qui legunt, ſimilitudinis faſtidio, præſertim cum inculto ſermone tractantur Quæſtiones: quod ferè faciunt qui hanc docẽdi rationem ſequuntur: Hæc de ordine Docendi. In quo duo vitia diligenter cauere oportet. Alterum ne ſingulæ penè Sententiæ in Quæſtionem, ac Controuerſiam vocentur, quod plurimi faciunt. Sunt enim multa quæ ex aliis grauioribus Quæſtionibus commodius intelligi poſſunt, aptiúſque aliis Aſſertionibus principalibus vt conſectaria ſubnecti: aut certè vt maioris momenti res percipiantur, obiter explicari. Alterum, quod ex ſuperiori vitio naſcitur, ne in controuerſis rebus tractandis, afferantur futiles ac inanes, tum opiniones tum Rationes. Nam curare, quæ contra ſuam ſententiam quiſque dicat, aut dicere poſsit, amentia eſt. In quod vitium neceſſe eſt labantur ij, qui de rebus aut nullius difficultatis, aut nullius ponderis, quæque vno verbo explicari poſſunt, æquè atque de magnis, ac difficilibus, integras, ac omnibus quaſi membris diſtinctas excitant Quæſtiones. Sed iam de Diſputandi ordine dicamus. *3. Metaphy. 1. toto quarto lib. de Phyſ.* *In prælectionibus, non eſt incommodum ſi Methodus hæc perſpicuitatis gratia perpetuò ſeruetur.* *Nũ ſolus hic ordo amplectendus ſit.* *Primum vitium in docẽdo.* *Præclara ſententia.* *Secundum.* *1. Top. 9.*

De

De ordine Diſputandi primumq́; de Officio Argumentationis.
CAP. XLII.

Diſputatio cognoſcẽdæ Veritatis gratia ſuſcipitur.

QVIA Diſputatio explicandæ,cognoſcẽdæque Veritatis gratia ſuſcipitur: Veritas autem non melius quàm conferendis cum altero ſermonibus,ac rationibus elicitur(cum nimirum alter nititur pro viribus propoſitum defendere,alter impugnare) propria ſanè diſputationis ratio in Argumentando, & Reſpondendo cernatur neceſſe eſt. Quapropter de argumentantis, ac reſpondentis officio nunc agendum eſt,vt totius diſputationis ordo perſpiciatur.

Diſputatio in Argumentãdo & reſpondendo ſita eſt.

ARGVMENTIS Officium ferè in his obſeruandis poſitum eſt Primum, Propoſitionem eam quam defendens tuetur, ponet antè oculos,vt eam impugnet,euertatq́ue,ſiue quod eam falſam exiſtimet, ſiue vt veritas impugnata perluceat magis ac liquidius conſtet.

Primum documentum ab Argumẽtante obſeruandum.

DEINDE verò aſſumet eam Argumentionem, qua exiſtimat infirmari poſſe propoſitam aſſertionem. Vno autem è duobus modis conabitur eam euertere: directo videlicet,aut ex hypotheſi quod potiſſimum fit deductione ad incommodum. Directò,vt ſi Epicureus aliquis aſſerat, omnem voluptatem eſſe bonam, tu autem contra ſic Argumenteris,Nihil quod rationi aduerſatur bonum eſt, Aliqua Voluptas rationi aduerſatur,Aliqua igitur voluptas non eſt bona.

Secundum. Lege lib.6. Cap.22.

DEDVCTIONE verò ad Incommodum, vt ſi eandem Aſſertionem ſic refellas,Si omnis Voluptas bona eſſet, ea ſanè, quæ ex homicidio capitur,bona eſſet; At hæc, vt apertiſsimum eſt, non eſt bona, quin potius perniciosiſsima: Non eſt igitur omnis voluptas bona. In his autem Argumentationibus proponendis,huiuſcemodi verbis vtetur Dialecticus,Sic argumentor,Sic contendo,Hæc oppono, Obiicio in hunc modum,& ſimilibus.

Tertium.

SED quoniam propria Diſputationum materia Probabilis eſt, nec aduerſarium omninò cogit, ferè ſemper antequam extruatur Argumentatio,roganda ſunt ea à Reſpondente, ex quibus Aſſertio aduerſarij infirmari poſsit. Nam ſi ea quæ rogantur, non concedantur à Reſpondente, poterit inde Argumentans ad alias atque alias Interrogationes ſine dedecore tranſire, eáque ſenſim captare, ex quibus ſperet,ſe rem confecturum. At ſi abſque Interrogationibus acceperit, quæ à Reſpondente negari poſſunt,periculum eſt,ne Reſpondens negatione ſumptionum reſiſtens, maiorem ei faceſſat laborem, quàm ipſe à principio ſuſceperit. Sed adhibere debes in Interrogando hanc cautionem, vt non ſtatim roges ea, quæ labefactandæ Aſſertioni aduerſarij proxima ſunt: Id enim ille ſi intellexerit, negabit omnia, aditúmque Argumentationi per proteruiam obſtruet, nec te ſinet vnquam manus conſerere Argumentando. Itaque repetendæ ſunt altius Interrogationes, & à rebus quæ à propoſito longè videntur diſtare, exordiendum: idq́ue in quo tota vis Refutationis poſita eſt,interdum multitudine Interrogationum obruẽdum, nonnúmquam etiam quodã quaſi pallio cauſſæ ſuæ,aut effectus aut rei ſimilis, aut alicuius alterius occulendum: quo reſpondens ſecurior factus, & quaſi in aliis

Cautio adhibenda ab Interrogãte. ex 8. Top. Cap.1.

rebus

rebus nihil ad propoſitum pertinentibus occupatur, ſyncerius dicat quod ſentit, ſicque Veritatis vox nequaquam metu impediatur. Duæ ſunt igitur, vt diximus, confligendi cum altero rationes ac formæ. Altera, cùm noſtris ſumptionibus confiſi, aduerſarium ſine vlla Interrogatione inuadimus, quæ vt grauior eſt, & conſtantior, ſic minus tuta. Altera: cùm ex Reſponſione alterius, elicimus Argumentationis materiam: quæ ratio communior eſt, & vulgarior, ac multò etiam tutior. Sed hæc poſterior, quæ apud veteres ſola ferè habebatur diſputandi formula, vt apud Platonem, & Ariſtotelem cernere eſt, hodiè raro auditur, priorem ſcholis omnibus aſsiduè reſonantibus.

Duæ formæ confligendi cũ altero poſterior formula tutior eſt.

IAM vero ſi reſpondens non admiſerit quod tu rogaſti, licebit, quidem tibi id probare, verum non teneberis. At ſi negauerit quod tu ſine Interrogatione accepiſti, id ipſum cogeris confirmare, niſi fortè per ſe notum ſit. Quamquam ad reprimendam proteruiam reſpondentis, cõceditur tum Dialectico, tum Metaphyſico vt ex iis, quæ Reſpondens alioqui admittit probet Propoſitionem per ſe notam quam, ille pertinaciter negat. Hoc enim non eſt ſimpliciter probare id quod per ſe notũ eſt, & quaſi luce alia clariſsima Solem oſtendere, ſed coercere potius hominis peruicaciam, & inſolentiam. Id quod Ariſtoteles facit quarto Metaphyſicorum libro coarguens Heraclitum, ac Democritum, quia prima Principia omnium notiſsima inficiebantur.

Quartum.

A quibus & qua ratione probari poſſint, ea quæ per ſe nota ſũt. 1. Phy. 2. & 4. Metap. 4. &c.

Quintum.

8. Top.

SI vero inductione multarum rerum adhibita nõ dederit Reſpondens vniuerſalem propoſitionem, poſcẽdum ab eo eſt, vt aliquid contra obiiciat in quo Propoſitio ſit non vera: quod vocant Petere Inſtantiam. Hoc enim ſi Reſpondens non fecerit perperam videbitur negare propoſitionem.

Petere Inſtãtiam, quid ſit

COGETVR autem Argumentans explicare propoſitionem ambiguã: & eam quæ obſcurum ſenſum habuerit, aut verbis parum vſitatis conſtiterit, exponere. Cumque aliquid probauerit, diſtinxeritq́; aliòve modo explicauerit, illud apertè nominabit, dicetq́; Probo Antecedens, Probo Conſequentiã, Diſtinguo Conſequens, Expono Propoſitionem, &c. Sic enim melius conſtabit inter Diſputantes, cum ea de quibus diſceptauerint, propriis fuerint nominibus ſignificata.

Sextum. 8. Top. 3.

Diligenter notandum.

QVOD ſi Reſpondens ita occurrerit, vt argumẽtatio ſoluta videatur, relinqueretur Argumentanti locus præmendi adhuc, & examinandi ſolutionem. Tum dicet, Contra. Sic inſto. Ita vrgeo & ſimilia.

Septimum.

INTERDVM, vt aliquid probet dicet: Ponamus hoc, aut illud. etiam ſi falſum ſit, modo hypotheſis nõ ſit impoſsibilis. Inde enim aliquid fieri poſſe, fortaſſe colligit, vt ſi dicat, Ponamus Deum creaſſe Cœlos duntaxat: quod quamquam falſum eſt, tamen fieri potuit, Vnde concludet, poſſe Dei poteſtate dari vacuum aliquod, atque inane in rerum natura. Nam data illa hypotheſi, nihil cœlum Lunæ, complexu ſuo caperet: ſicque vacuum eſſet.

Octauum.

DENIQVE illud magnopere curabit argumentans, vt nihil aliud quàm quod à Reſpondente negatum fuerit, confirmet, aut certè id vnde illud poſsit colligere.

Nonum.

Digitized by Google

De Officio Reſpondentis. CAP. XLIII.

Primum documentum Reſpondentis.

RESPONDENTIS inſtitutio his ferè Documentis continetur primum, *nihil ſimpliciter defendet, quod verum non ſit, aut veriſimile.* Exercitationis tamē cauſſa etiā ea, quæ Probabilia non ſunt, ſuſtineri poſſunt, modo qui ea defendet ſignificet, ſe diſputationis cauſſa id facere. Quamquam, hac etiam moderatione adhibita, rarò id faciendum eſt, quia ferè ita fit, vt qui audiunt, non quaſi tu Diſputationis gratia id defendas, ſed tanquam eas dicas, quæ probes & ſentias, ita te oderunt.

Secundum. Cautior eſſe debet in Reſpondendo is qui falſum aliquid diſputationis gratia defendit.

DEINDE, *nunquam in eadem Diſputatione, aut Aſſertioni quam tuetur aut ſuis Reſponſionibus repugnabit.* Eſt enim hoc vel maximum Reſpondentis vitium, vt ipſe contra ſe ſua tela retorqueat. Quod maximè animaduertendum eſt ei, qui falſum aliquid Diſputationis cauſſa defendit. Iccirco enim dici ſolet, Mendacem memorem eſſe oportere, quòd qui falſum aſtruit, facillimè ſibi contradicat, niſi tuendo ac defendendo mendacio valde inuigilet. Plura enim repugnantia falſis quam veris. Veris ſiquidem ſola ea quæ falſa ſunt falſis, tum vera, tum etiam falſa.

Tertium. 2. Top. 3.

HOC igitur obſeruato, *vera concedet: falſa negabit, ambigua diſtinguet, obſcuræ propoſitionis explicationem petet:* quæ vocantur Impertinentia hoc eſt, quæ ad inſtitutum nihil ſpectant reſpuet, Significabit enim ea ſiue vera, ſiue falſa ſint nihil ad inſtitutam Diſputationem pertinere.

Quartum. 8. Top. 9.

Si quid rogatus fuerit, Reſpondebit ſit nec ne ita, niſi interrogatio fuerit propria alterius ſcientiæ.

Quintum.

Si quid Argumentans poſuerit, quod impoſſibile non ſit, nec repugnet ijs quæ poſita ſunt & data, admittet illud.

Sextum.

Conſequentia nō dicitur vera aut falſa.

QVAMQVAM vero *Conſequentiæ non propriæ dicantur vera aut falſa concedet tamen aptas, & negabit ineptas ac vitioſas.* Sæpe tamen cernere non poterit ſitne bona, an vitioſa Conſequentia, ni prius diſtinguat Conſequens, quod ambiguum ſit, cum quodam fortaſſe ſenſu Conſequentis, ſit bona Conſequentia, alio Vitioſa. Quapropter antequam concedat aut neget Conſequutionem, diſtinguet eiuſmodi conſequēs vnóque ſenſu concedet Conſequentiam, alio negabit. Itáque nec conſequentia vnquam diſtinguenda erit, ſed concedenda, aut neganda, Neque conſequens concedendum, aut negādum, ſed diſtinguendum. Nam ſi reſpondens conceſſerit Antecedens & Conſequentiam, Conſequens quoque velit nolit concedat neceſſe eſt: Si verò Conſequentiam negauerit, quid quæſo opus eſt vlteriùs progredi ad concedendum, aut negandum Conſequens.

Conſequentia nunquam eſt diſtinguenda, ſed cōcedenda aut neganda, Conſequens è contrario.

Septimum. 8. Top. 3. in fine.

ILLVD enim perpetuò obſeruabit Reſpondens, *vt ſimul atque ipſe aliquid negauerit, ſtatim taceat, vt is qui Argumentatur, ſuas agat partes.* Niſi quod Ariſtoteles meritò docet, ſæpe neceſſe eſt vt Reſpondens non ſolùm neget quod alter accipit, aut rogat, ſed etiam cur id negat exponat, ne abſurdè id negaſſe videatur.

PROB

Digitized by Google

PROPOSITA *igitur Aſſertione, themateve, ſiue poſitione Reſpondentis ſi is qui contra Argumentatur nullis Interrogationibus præmiſſis totam ſtatim Argumentationem propoſuerit, tota ſemel mox repetenda eſt, non ſolum, vt bene teneatur, conſtétque inter Opponendum & Reſpondendum, ſed etiam vt detur locus cogitandi de Reſponſione.* Siquidem præcipitata Reſponſio in multa incommoda ſæpenumero incurrit. Deinde regrediendum eſt ad initium Argumentationis & per ſingulas ſumptiones eundum, ſic tamen vt prius videas, num ad euertendam tuam aſſertionem aptæ ſint, nécne, quam vtrum veræ ſint, an falſæ. Nam ſi illæ ad refutationem tuæ Propoſitionis non pertinent, quid neceſſe eſt de earum veritate contendere? Sic autem fiet, vt cùm duo ſint Solutionum genera, inficiando nimirum quæ aſſumunt, & negando conſequutionem: hoc poſteriùs fit ordine Doctrinæ prius. Id quod, vt cætera, egregiè docet Ariſtoteles priorem repetitionem his verbis inchoabis. Sic argumentaris, in hunc modum contendis, Hæc opponis, & ſimilibus. Poſteriorem, his, Cùm ſic argumentaris. Quando ita contendis, quoniam hæc opponis, quandoquidem ſic obiicis, & aliis id genus. Tum ſequentur illa concedo maiorem, Nego, diſtinguo, Eſto, quod barbarè dicitur Tranſeat, Sit ita vt vis, Nihil enim mea intereſt, & cætera, vt diximus.

Duo genera ſolutionum. Nã alia quæ ex 8. top. afferuntur à Rodulpho. 2. de Inuent. ca. 15. & ab aliis, elabẽdi potius rationes ſunt quàm ſoluẽdi, 8. top. 5. Ratio reſpõdendi veterum Tutior eſt noſtra reſpondẽdi conſuetudo.

Nouum.

SI *vero ille interrogationibus te aggreditur, & ſi veteres ſtatim ſine vlla repetitione reſpondebant, Ita eſt, aut, Non ita eſt, Diſtinguo, hoc ſenſu verum eſt, hoc autem falſum: Eſto, fuerit ita, & cætera: tutius tamen eſt, ad veritatémque eruendam accommodatius, repetere prius interrogationem hoc modo.* Quæris ex me, Petis à me, Rogas hoc, aut illud: deinde ſubiicere. Quando ita quæris, quoniam hoc rogas, aut illud, &c. Reſpondeo vel, Dico, ita eſſe, aut nõ ita. Sic vt voles Eſto, & cætera. Quæ Reſpondendi ratio, ſicubi hoc tempore Diſputatio Interrogando, & Reſpondendo tranſigitur, ſola vſurpatur.

HÆC de Ordine Argumentorum cum in Docendo, tum etiam in Diſputando dixiſſe, ſit ſatis. Quæ non ſolum cognitioni rerum comparandæ, ac tradendæ vehementer conducunt, Sed etiam memoriam adeò adiuuant, vt nullo Artificio magis iuuari videatur.

Ordo maximè iuuat memoriam.

De Exercitatione Dialectica. CAP. XLIIII.

SED quoniam Dialectica, non ad cognitionem modo, ſed ad Actionem etiam dirigitur, per magna exercitatione opus eſt ei, qui ex ratione tum Inueniendi, tum Collocandi tradita Artis habitum conſequuturus eſt. Vt enim Citharœdus nemo efficitur, niſi aſſiduè pulſando, digitóſque præceptis Artificis identidem accommodando: ſic nemo euadit Dialecticus, niſi qui habitum quendam in modum naturæ, confirmatum ex longa præceptorum obſeruatione, comparat.

Dialectica ad actionẽ etiam dirigitur. Quàm ſit neceſſaria Exercitatio.

DVOBVS autem modis noſmet exercere poſſumus in hac Facultate: Altero examinandis ac retexendis aliorum ſcriptis, id quod

Duplex exercitatio.

promptiſſimum eſt ac paratiſſimum, cum plurima extent doctiſſimorum hominum literarum monumenta. Altera nouis operibus cudendis ac componendis. Haud verò facilè dixerim, vtrum horum ſit difficilius. Autores enim graues, in quorum ſcriptis enodandis, atque ad vnguem pernoſcendis, nemo exiſtimat ſe operam perdere, multas ſæpe Argumentationes ita coniungunt, vt vna, duntaxat eſſe videatur: ſæpe etiam adeò latè ac diffusè, multis obiter interiectis verbis ac ſententiis, vnum idémque Argumentum explicant, vt credas eſſe complura. Itaque & ſi noua ſcribere, magna res habeatur, ſemperq́; habita ſit, arduum tamen, mihi crede, ac difficile negotium ſuſcipit, qui argumenta omnia præſertim in ſcriptis Veterum, ſuis locis reddere conatur, Quippe cum illi, etſi magno artificio ſcripſerunt, artem tamen ſtudioſiſſimè diſſimularunt. Sed tamen enitendum eſt, & ſcripta argumenta ad ſuos fontes reuocare, & ordinem perſpicere, & virtutem orationis qua illi vſi ſunt penitus intelligere. Quod qui longo vſu obtinuerit, facilè deinceps illorum imitatione, in altero exercitationis genere, quod Dialectico vltimam quaſi manum imponit ſeſe exercebit.

Ratio ſcribendi veterum.

Alia præcepta exercitationis.

Ex Ariſto. 8. Top. cap. 5.

Primum. DOCET quoque Ariſtoteles, ad hanc artem comparandam plurimum valere, ſi propoſita, qualibet quæſtione multa pro vtraque parte excogitemus argumenta, eorúmque mox quæramus ſolutiones, quò & in argumentando, & in reſpondendo exercitati eſſe valeamus. *Secundum.* Nec parùm prodeſſe ad obfirmandum animum, ſi argumenta quæ maiorem vim habent, vtraque ex parte notemus, vt tutiores, ſiue ad impugnandam, ſiue ad defendendam vtramque partem quæſtionis accedere poſſimus.

Tertium. CVRANDVM quoque eſſe, vt, cum Exercitationis gratia cum altero diſputamus. Et aliorum Diſputationibus interſimus, aliquam inde aut rationem, aut ſolutionem, aut obiectionem domum referamus. Plura Documenta ſunt apud Ariſtotelem eodem loco: ſed quæ propoſita ſunt videntur huic inſtituto ſatis.

* * *

INSTI

Digitized by Google

INSTITVTIONVM DIALECTICARVM.

LIBER OCTAVVS.

De Pſeudographo Syllogiſmo. CAP. I.

SVPERIORI libro de demonſtratione, Syllogiſmóque Dialectico, quibus vtendum eſt, diſſeruimus. Supereſt nunc, vt qualeſnam ſint Pſeudographus, & Sophiſticus, à quibus vigilanter cauendum eſt doceamus.

Ex 1. Top. 1. & 1. Elenc. PSEVDOGRAPHVS itaque Syllogiſmus, quaſi dicas, mendacis deſcriptionis, etſi in Geometria nomen obtinuit, in omnibus tamen ſcientiis reperiri poteſt, definitur enim hoc ferè modo. *Pſeudographus Syllogiſmus eſt, qui ex propria alicuius ſcientiæ materia, non veris tamē ſumptionibus: ſed quæ vera, ac neceſſaria videantur colligit concluſionem.* Vt ſi dicas, quorū ambitus, circuitúſve ſunt æquales ipſa quoque ſunt æqualia, triangulus autem, & quadratum, quæ ex æquali cōficiuntur linea, habēt æquales ambitus, ſunt igitur æqualia. Materia huius ſyllogiſmi Geometrica planè eſt. Verū maior propoſitio cū vera videatur, ac neceſſaria, eſt haud dubiè falſa. Siquidem inter figuras æqualis ambitus, circūſcriptioniſve, aliæ ſunt minores, aliæ maiores, inter quas Triangulus eſt minima omnium. Circulus maxima, vt Geometræ docent. *Vnde dictus Pſeudographus. Quid pſeudographus Syllogiſmus.*

HOC vitioſum genus Syllogiſmorum, quod veram mentitur demonſtrationem, raro incurritur, niſi cùm propria alicuius ſententiæ principia, & pronuntiata latius ſumuntur, quàm accipi debeant. Quò fit, vt cùm alioqui ſint vera & neceſſaria, latiùs tamen vſurpata, ſint falſa. Quale eſt illud, omnes lineæ ductæ ab eodē puncto, ad idē punctum ſunt æquales. Et illud: Omnes ſemicirculi ſunt æquales. Et illud: Ex nihilo nihil fit. Primum, non eſt verū, niſi lineæ ſint rectæ, aut ſaltem per idem ſpatium ducantur. Alterum intelligitur de ſemicirculis eiuſdem circuli, alioquin falſum eſt. Tertium verum eſt, ſi verbo, Fit, id tantum intelligamus, quod verbo Generatur, falſum tamen, ſi complectamur quamcūque productionem. Multa enim ex nihilo produxit Deus, cum interim omnia, quæ generantur, ex aliqua re ante exiſtente producantur. Sed de hoc Syllogiſmorum genere hæc ſatis ſint. *Qua potiſſimum ratione incurratur hoc vitioſum genus Syllogiſmorum.*

De Syllogiſmo Sophiſtico. CAP. II.

8. Top. 4. 1. Top. 1. SOPHISTICVS Syllogiſmus, (qui Sophiſmatis etiā nomine ab Ariſtotele appellatur) eſt, *qui ex iis, quæ videntur probabilia, nec ſunt, colligit concluſionem, aut ex probabilibus, iiſve, quæ videntur probabilia, colligere videtur, nec colligit.* *Quid ſophiſt. Syllogiſmus.*

TRIA genera ſophiſmatum comprehenduntur hac definitione. Primum eſt eorum, quæ ſolius materiæ ratione peccant, vt ſi dicam Quicquid non amiſiſti habes, Theſaurum non amiſiſti, Theſaurū igitur habes. Hæc enim captio hoc ſolum peccat, quòd Maior propoſitio *Tria Sophiſmatum genera.*

videtur probabilis,nec eſt.Alterũ eſt eorũ quæ hoc habent vitij, quod cõcludere videntur,nec tamẽ cõcludunt. Vt ſi dicas, Veritas odiũ parit, quoddam mendacium parit odiũ,quoddã igitur mendaciũ eſt veritas. Hæc captio ideo vitioſa eſt,quòd conſequutio primo aſpectu videtur apta,cum tamen ſi per parũ aduertas animũ vitioſam eſſe deprehẽdas. Tertium eſt eorum quæ vtraque ex parte,& materiæ,inquã, & formæ vitioſa ſunt: Vt ſi dicã.Quicquid non amiſiſti habes, Hunc librũ,(quẽ ſcilicet cũ antè amiſiſſes tunc inueniſti)habes,hunc igitur librum non amiſiſti.Hæc captio,etſi primo intuitu nil vitij cõmittere videatur, re tamen vera,nec maiorẽ habet probabilẽ,nec aptã concludendi formã.

Nullũ genus Sophiſmatum cõtemnit Sophiſta.

Qvamqvam verò ſolum primum genus ſub Syllogiſmo verè cõpræhendatur,omnibus tamen gaudet Sophiſta, quippe qui nullas technas reſpuit, quibus victoriæ cõſequendæ cauſſa hominem fallat. Porrò qui Sophiſtici dicuntur Syllogiſmi, itidem alia ratione Contentioſi nominantur,Sophiſtici quidem,quatenus ad oſtentandam ſapientiam,non ad veritatem indagandam adhibentur, quandoquidem Sophiſticæ eſt ſimulata,non vera ſapientia: Sophiſta,qui ex ſimulata ſapientia quæſtum facit:Contentioſi verò:qua ratione ad contendendum cum altero,victoriámque reportandam apti ſunt.

Cur Sophiſtici & contentioſi dicantur Syllogiſmi.

Quot Fines ſibi proponunt Sophiſtæ,quotq́; ſint Captionum genera.

Cap. III.

Quinque Sophiſtarum fines ſeu metæ. 1. Elenc. 3.

VT autem Sophiſta victoriam conſequatur,aut certè conſequi videatur,ad quinque ferè incommoda vi Argumentationis, aduerſarium adigere conatur. Vnum eſt,Redargutio,ſeu Reprehenſio: Alterum,Falſum: Tertium,Solœciſmus: παράδοξον, hoc eſt, præter opinionem,ſeu Incredibile,Quartum:Extremum Nugatio,ſeu eiuſdem verbi inanis repetitio.Quæ quidem Incommoda cùm metas, tum etiam ſpeciales fines Sophiſtæ, vocant Dialecti: Redargutio ſeu reprehenſio eſt, cùm Reſpondens eò adducitur, adduciuè videtur vt vt neget,quod eadem diſputatione aſſeruit,aut aſſerat, quod negatur. Vt ſi neges,te nunc deambulare,Sophiſta,verò ſic contra argumentetur, Nónne quiſquis heri eras,is etiam nunc es: Heri autem eras deambulans,Ergo & nunc deambulans es.

Redargutio, ſeu Reprehẽſio.

Falſum.

Falsvm verò accipitur hoc loco,pró eo,quod apertè falſum eſt. Ad hoc impellit Sophiſta hoc modo,quicquid nil repugnat fieri, nil repugnat vt ſit. At album nil repugnat fieri nigrum, Ergo nil repugnat vt album ſit nigrum.

Incredibile, ſeu inopinabile.

Incredibile ſumitur latè pro eo nimirum, quod eſt præter opinionem omnium,vel Sapientum, vel certè eorum quorum placita ipſe Reſpondens, aut qui Diſputationi interſunt libenter ſequuntur, ſeu id falſum ſit,ſeu verum.Ad hoc incommodum, cogit aduerſarium Sophiſta, hoc modo, Bonum non parit malum, Veritas bona eſt, odium malum,Non parit igitur odium veritas.

Solœciſmum.

Ad Solœciſmum hoc modo, alióve ſimili impellit Sophiſta Reſpondentem. Tu noſti hunc hominem, Hic autem homo eſt Plato, Ergo tu noſti Platonem.

Digitized by Google

Nugatio.

Ad ineptam, inanemque eiuſdem verbi repetitionem hoc modo Binarius: eſt numerus, Par autem eſt numerus qui in duas æquas partes diuiditur, igitur binarius eſt numerus, qui in duas æquas partes diuiditur. In hoc tamen & ſequentibus exemplis, ſæpè plures videbis complicatas Argumentationes, ſæpè etiam ſpeciem Syllogiſmi Simplicis deſiderabis, quod ad fallendum commodius iſta proponantur.

De argumẽtatione qua primum finẽ conſequi ſtudens Sophiſta.

Sophiſta maximè expetũt Redargutionem.

Porro Argumentatio, qua primum finem conſequi contendunt Sophiſtæ eodem quo ipſe finis nomine appellatur, ἔλεγχος videlicet, Reprehenſióve ſeu Redargutio, quæ tamen, quia apud Sophiſtas ſemper aliqua ex parte vitioſa eſt, non ſimpliciter Redargutio, ſed Sophiſtica Redargutio, & Reprehenſio appellatur, quia igitur Sophiſtæ hãc maximè argumentationem expetunt, id enim potiſſimum exoptant, vt reſpondentem coarguere videantur, primum Locos è quibus illi omnia depromunt ad Reprehendendum Argumenta cõmonſtremus. *1. Elen. 5.*

De numero Locorum Fallacium, primumq́; de Captione Aequiuocationis.

Cap. IIII.

Loci ad Redarguendum tredecim.
1. Elen. 3. & 4.

Loci è quibus Argumenta captioſa & Fallacia ad coarguendũ depromuntur, ſunt numero tredecim: ſex in Verbis, ſeptẽ in rebus. Qui quidem omnes, nominibus Argumentorum, quæ ex ipſis ducuntur, Captiones etiam, & Fallaciæ appellantur.

Captiones in Verbis.
Captiones in Rebus.

Captiones in verbis, ſeu Fallaciæ in Dictione (vt vocantur) hæ ſunt, Æquiuocationis, Ambiguitatis, Compoſitionis, Diuiſionis, Accentus, & Figuræ Dictionis. In rebus autem, ſeu extra Dictionem (vt appellari ſolent) hæ numerantur: accidentis, Eius, quod ſimpliciter dicitur, & ſecundũ quid, Ignorationis elenchi, conſequentis, Petitionis principij, Non cauſſæ vt cauſſæ, & Plurium interrogationum vt vnius.

Captio Æquiuocationis. 1. Elen. 5.

Captio igitur Æquiuocationis, *eſt Locus idoneus ad decipiendum Aequiuocatione vocabuli:* Æquiuocatione maioris extremi ſic texitur Sophiſma. Grãmatici diſcunt, Grammatici ſunt docti. Igitur qui docti ſunt, diſcunt. Verbum, diſcere duo ſignificat (id quod in verbo Græco *μανθάνειν* planius cernitur) alterum intelligere quæ dicuntur, recitanturque, alterum Scientiam acquirere. Priori modo accipitur Verbum, in maiore altero concluſione. Æquiuocatione verò medij termini hoc modo. Quæcunque expediunt, bona ſunt, nonnunquam mala expediũt, nonnunquam igitur mala: ſunt bona. Expedientia vno modo dicuntur ea, quæ ſimpliciter facienda ſunt, vt bona, & honeſta: altero minusq́; principaliter ea, quæ maioris mali fugiendi cauſſa facere cogimur: qua ſignificatione dicimus, expedire nonnunquàm, vt manus abſcindatur ne morbus per totum corpus ſerpat. Priori modo accipitur verbũ. Expedit, in maiori, altero autẽ, in minore. Demũ Æquiuocatione minoris extremi hoc modo, qui ſurgebat ſtat, Sedens ſurgebat, Ergo ſedens ſtat. Participium, Sedens, accipitur in minore diſiunctim pro eo, qui ſedet, aut ſedebat (cauſſa nimirum Ampliationis de qua poſteà agendum eſt) in concluſione autem, pro eo duntaxat, qui ſedet, Vnde fit, vt minor propoſitio vera eſſe poſſit, Concluſio nequaquam.

Tria æquiuocationis genera.

Tres porrò Æquiuocationis modos ponit Ariſtot. Vnum, cum

voca

vocabulum eſt Caſu Æquiuocum, vt Canis animali, ac ſyderi: & Aquila, aui, ac homini ſic vocato: & fortè verbum Diſco, vt expoſitum eſt. *Ibidem.* Alterum, cum eſt Analogum, vt Ridere, homini, ac prato: & lætum eſſe, animalibus, ac ſegetibus: & verbum, Expedit, rebus bonis ac minus pernitioſis. Tertium, cum dictio quæ vnam per ſe habet ſignificationem, ex coniunctione cum hac vel illa, pro pluribus rebus accipitur: vt participium, Sedens de cuius æquiuocatione iam diximus. Verum extrema hæc Æquiuocatio ſatis impropria eſt.

De Captione Ambiguitatis ſeu Amphiboliæ. CAP. V.

1. Elen. 3. CAPTIO Ambiguitatis, *eſt Locus idoneus ad decipiendũ Ambiguitate Orationis.* Vnde Sophiſmata huiuſmodi naſcuntur? Quicquid eſt Ariſtotelis, poſſidetur ab Ariſt. hic autem liber eſt Ariſtotelis, Ab Ariſt. igitur poſſidetur. Quod quis videt, hoc videt, Lapidem tu vides: lapis igitur videt. Quiſquis arat littus, terram aratro ſulcat, Tu autem cùm operá perdas, littus aras, Igitur cũ operá perdas, terram aratro ſulcas. Hic cernas licet duo genera ambiguitatis, quam *Duo ambiguitatis genera.* Græci ἀμφιβολίαν dicunt. Vnùm, cum Oratio plures habet ſenſus proprios, vt illa. Hic liber eſt Ariſtotelis (eſt enim ambiguum vtrũ qui ſic loquitur, ſignificet, librum eſſe ab Ariſtotele editũ, an librũ poſſideri ab Ariſtotele) & illa. Quod quis videt, hoc videt (eſt enim incertum, an qui ea vtitur ſignificet, rem quàm quis videt, videri, an ne videndi facultate præditam eſſe) Alterum, cum oratio alium ſenſum habet proprium, alium, improprium, vt illa littus aras: Propriè namq; ſignificat: quod littus vomere ſubigas: impropriè quòd operam ludas, ac perdas.

De Captionibus Compoſitionis & Diuiſionis, primumq́; de earum primo genere. CAP. VI.

Captio Compoſitionis. D. Tho. opuſ. de Fallaciis. CAPTIO Cõpoſitionis, *eſt locus idoneus ad excipiendũ, ratione ſenſus Cõpoſiti falſi.* Captio Diuiſionis, *eſt locus aptus ad fallẽdũ, ratione ſenſus Diuiſi falſi.* Quocirca animaduertendum eſt tria eſſe genera ſenſus Compoſiti & Diuiſi ad quæ, ſi quæ ſunt alia, facilè reuocari poſſu nt? Primum in Modalibus enuntiationibus, Alterum in orationibus quarũ partes nectuntur coniunctionibus, Et, Aut, Vel: tertium in iis in quibus, aliqua dictio poteſt cũ diuerſis vocibus cõiungi. *Captio Diuiſionis. Tria genera ſenſuũ Cõpoſiti & diuiſi.*

Duplex ſenſus Compoſitus, & Diuiſus in Modalibus. IN modalibus quidẽ: duplici ex parte reperitur ſenſus Cõpoſitus & Diuiſus: Ex parte Dicti: Et ex parte Modi. Senſus compoſitus ex parte dicti eſt, cum copula Dicti nectit formalia ſignificata extremorum diuiſus, cum nectit formale ſignificatum prædicati, cũ materiali ſignificato ſubiecti? Verbi cauſſa, cũ dicimus, Poſsibile eſt ſedentẽ ambulare *Senſus Compoſitus & diuiſus ex parte Dicti.* ſi dictiones hæ, Sedentem, & ambulare, ſecundum formalia ſignificata iungantur, vt hæc ſit enũtiationis ſententia, Fieri poteſt, vt ſedens cum ſedet ambulet: Senſus eſt Compoſitus, ac falſus. Si autem prædicatum (quod ſemper formaliter accipitur) iungatur cum materiali ſignificato ſubiecti, quaſi dicas, Fieri poteſt, vt homo qui ſedet, aliquando ambu- *1. Sentent. diſt 40.* let, ſenſus erit diuiſus, & verus: Idem ſenſuum diſcrimen inueniunt Theologi in hac enũtiatione, Poſsibile eſt Prædeſtinatum damnari. Si enim

Digitized by Google

enim, qui ita loquitur, ſignificat fieri poſſe vt prædeſtinatus, quatenus prædeſtinationi ſubeſt, damnetur, ſenſus eſt Compoſitus ac falſus; ſi verò propoſitio ſignificat hominem qui prædeſtinatus eſt, ſecundum ſe duntaxat ſpectatum damnari poſſe, ſenſus eſt Diuiſus, ac verus, cũ ij qui prædeſtinati ſunt, potuerint ex æternitate non prædeſtinari.

In quibus Modalibus locum habeant prior ſenſus Diuiſus.

Quid ſit ſignificare materialiter.

ADVERTE tamen ſenſum Diuinum huius generis non habere locum, niſi in modalibus, quarum dicta conſtant ſubiectis connotatiuis Sola enim vocabula Connotatiua habent ſignificatum materiale. Nam ſignificare aliquid materialiter (vt hæc loquutio vſurpatur) nihil eſt aliud, quàm id quaſi ſubiectum formalis ſignificati connotare, quod tamen non eſt ſimpliciter ſignificare, ſed quodammodo, vt patet ex iis quæ primo Libro diximus. Aduerte tamen, ſenſum compoſitum huius generis, ſic poſſe optimè explicari, Poſſibile eſt ſedentem ambulare, hoc eſt, Hæc propoſitio eſt poſſibilis, Sedẽs ambulat Poſſibile eſt prædeſtinatum damnari, hoc eſt, Hæc propoſitio, prædeſtinatus damnatur, eſt poſſibilis, & ſic in cæteris. Senſum verò diuiſum, hoc modo; Poſſibile eſt ſedentem ambulare, id eſt, ſedens ambulare poteſt. Poſſibile eſt prædeſtinatum damnari, id eſt, prædeſtinatus homo ſecundum ſe ſpectatus damnari poteſt. Et ita in reliquis.

Cap. 24.

Quo pacto cõmodè explicetur ſenſus Cõpoſitus ac Diuiſus ex parte dicti.

SENSVS compoſitus ex parte modi eſt, cùm Modus ſimul ac ſemel iungitur cum omnibus Dictis, quibus vniuerſale Dictum exponitur. Diuiſus autem, cum ſingulatim adiungitur ſingulis. Verbi cauſſa, ſi hæc propoſitio, Contingens eſt aliquod corpus moueri, ſic exponatur, Contingens eſt hoc corpus moueri, aut illud, &c. erit ſenſus compoſitus. Siquidem cum omnibus ſimul exponentibus, ſemel tantùm coniungitur Modus. Si verò exponatur hac formula, Contingens eſt hoc corpus moueri, aut contingens eſt illud corpus moueri, aut contingens eſt illud moueri, &c. erit ſenſus Diuiſus, quoniam ſingulis exponentibus ſeorſum Modus adiungitur.

Senſus compoſitus & diuiſus ex parte modi.

QVANTVM autem interſit inter vtrumque Senſum, vel ex eo intelliges: quòd propoſita enuntiatio in priori ſenſu, eſt falſa: in poſteriori, vera. Nam cùm aliquod corpus neceſſariò moueatur, vt Sol, efficitur, vt hæc diſiunctio: Hoc corpus moueri, aut illud corpus moueri, &c. ſit neceſſaria, ac proinde non ſit Contingens. At verò quia corpus aliquod Contingenter mouetur, vt Aqua, efficitur, vt verum ſit aſſerere, Contingens eſſe, hoc corpus moueri, aut contingens eſſe moueri illud, &c. Siquidem qui ita exponit non aſſerit, totam, Diſiunctionem eſſe Contingentem, ſed aliquam eius partem: quod vtique veriſſimum eſt. Eoſdem ſenſus reperies in hac enuntiatione, Contingens eſt aliquod corpus eſſe album, quæ in ſenſu Cõpoſito eſt falſa, in Diuiſo autem vera, cùm aliquod corpus neceſſariò ſit album, vt Nix, & aliquod contingẽter, vt papyrus. Sed de vtroque genere ſenſus, Compoſiti, & Diuiſi, tum ex parte Dicti, tum ex parte Modi, alibi dicenda ſunt, quæ hic fortaſſe diligens lector deſiderabit.

TEXVNTVR ergo Sophiſmata ex priori genere ſenſus Compoſiti in hunc modum, Quemcumque poſsibile eſt ambulare, poſsibile eſt vt ambulet, At poſsibile eſt ſedentem ambulare, Igitur poſsibile eſt

Sophiſmata ex 1. genere ſenſus Compoſiti & diuiſi.

ed by Goo

eſt,vt ſedens ambulet. Hic, Aſſumptio eſt falſa in ſenſu Cópoſito, ex quo efficitur falſa Cóclu.ſio : admittitur tamen ſine diſtinctione à minùs perſpicaci reſpód.ente,,quia in ſenſu Diuiſio eſt vera. Eodé modo extrui poteſt Sophiſma ex illa enuntiatione, Poſſibile eſt prædeſtinatum dánari.Ex poſteriori genere ſenſus Cópoſiti ſic ſtruuntur captiones.Si contingens eſt aliquod corpus moueri,falſum eſſe poteſt, quod cœlum moueatur. At quoddam corpus moueri,eſt contingés, Falſum igitur eſſe poteſt,quod cœlú moueatur:Maior eſt vera in ſenſu Compoſito, falſa in Diuiſo:è contra verò , Minor eſt vera in ſenſu Diuiſo, & falſa in Compoſito,ex quo proximè pendet abſurda Concluſio.

IAM ex priori genere ſenſus Diuiſi, ſic Argumentantur Sophiſtæ quemcunque impoſſibile eſt ambulare,is ſanè ambulare nó poteſt,At ſedentem ambulare impoſſibile eſt: Igitur ſedens ambulare nó poteſt. Propoſitio hìc vera eſt in ſenſu diuiſo , falſa in compoſito. Aſſumptio auté eſt vera in Compoſito:ſed falſa in Diuiſo, ex quo planú eſt,naſci è veſtigio falſam Concluſioné.Ex poſteriori autem genere,hoc modo, Si ad videndum neceſſe eſt alterum habere oculum, aut dexter eſt neceſſarius,aut eſt neceſſarius ſiniſter: Atqui id certum eſt, ad videndum neceſſe eſſe alterum oculum habere , Igitur aut dexter neceſſarius eſt, aut eſt neceſſarius ſiniſter,quod tamen eſt falſum , quia nec dexter eſt neceſſarius, nec ſiniſter eſt neceſſarius , ſed alteruter indifferenter. In hoc ſophiſmate, propoſitio eſt vera in ſenſu diuiſo , falſa in Compoſito, Concluditúrque falſa Concluſio ex falſo ſenſu Diuiſo Aſſumptionis:quæ tamen , quia vera cernitur in ſenſu Compoſito , adeo arridet præcipiti & inconſiderato Reſpondenti , vt eam abſolutè admittat, quaſi nulla ratione ſit falſa.

De ſecundo ac tertio genere Captionum Compoſitionis, & Diuiſionis.

CAP. VII.

De ſecundo genere ſenſus Compoſiti & Diuiſi.

ALTERVM genus ſenſus Cópoſiti,& Diuiſi cernitur (vt dictú eſt) in iis Orationibus, quarú partes nectuntur Coniunctionibus,Et,Aut,Vel,Aliiſve eandem habentibus ſignificationem. Cum enim iungunt partes vnius extremi,terminíve propoſitionis,túc efficiunt ſenſum Compoſitú,vt ſi dicas,Quinque,ſunt duo & tria : Omnis enuntiatio, eſt vera vel falſa,Quo quidem modo Coniunctio,Et,dicitur accipi Copulatim, & Coniunctio, Vel,Diſiunctim. *Et, Copulatim, vel Diſiunctim.* Cum autem iungunt multas categoricas enuntiationes;tunc efficiunt ſenſum Diuiſum, vt ſi dicas, quinque, ſunt duo, & quinque ſunt tria; omnis enuntiatio eſt vera,vel enuntiatio eſt falſa. Quo pacto particula,Et,dicitur accipi Copulatiuè, & dictio, Vel,Diſiunctiuè. *Et, Copulatiuè, vel, Diſiunctiuè.* Satis vero apertum eſt,quantum interſit inter vtrumque ſenſum,cùm ex eiſdem verbis,priores duæ propoſitæ enútiationes ſint veræ,poſteriores falſæ.

Sophiſmata ex ſecundo genere ſenſus Compoſiti & Diuiſi. 1. Elench. 3.

CAPTIONES Cópoſitionis in hoc genere ſic extruuntur. Quicúq; numerus cóponitur ex duobus & tribus eſt duo & tria, At quinque nó ſunt duo, & tria:igitur quinque nó cóponuntur ex duobus & tribus.Propoſitio vera eſt in ſenſu Cópoſito prædicati,ſed in hoc ſenſu falſa eſt aſſumptio, quam tamen ſequitur cóclusio. Præterea ſi non omne

omne animal eſt rationis particeps,vel rationis expers, nõ omne animal eſt homo vel beſtia; Non eſt autem omne animal rationis particeps,vel rationis expers,cũ nec omne ſit rationis particeps,nec omne rationis expers.Igitur nõ omne animal eſt homo,vel beſtia.Hic enunciatio illa,non omne animal eſt rõnis particeps,vel rationis expers,eſt vera in ſenſu diuiſo:ſed falſa in cõpoſito: vnde falſa naſcitur cõcluſio.

CAPTIONES verò Diuiſionis hoc modo proponi ſolent.Quęcũque ſunt duo & tria,ſunt duo & ſunt tria,Quinque autẽ ſunt duo & tria,Igitur quinque,ſunt duo & quinque ſunt tria. Hic Maior eſt vera in ſenſu Diuiſo ſubiecti,in Cõpoſito autẽ falſa:contrà, Minor eſt vera in ſenſu Compoſito,falſa in Diuiſo,ob quem à Sophiſta inducitur falſa concluſio Item,Omnis enunciatio eſt vera vel falſa:Non eſt autem omnis vera, igitur omnis eſt falſa. Hæc abſurda concluſio obtruditur ratione ſenſus Diuiſi Maioris propoſitionis, qui quidem falſus eſt.

De tertio genere ſenſus Cõpoſiti & Diuiſi.

TERTIVM verò igitur ſenſus Compoſiti & Diuiſi, quem diximus tunc ſpectari,cum Dictio aliqua diuerſis coniũgi poteſt,hoc modo intelligitur.Si Dictio,quæ pluribus vocibus coniungi poteſt,copulatur cum ea cum qua potius videtur iungenda, ſenſus eſt Cõpoſitus: ſin cum ea cum qua minus aptè videtur connecti, ſenſus eſt Diuiſus: Verbi cauſſa,ſi hoc modo Sophiſta ratiocinetur, quicũque ſcit literas nunc, didicit eas,Tu autem (qui videlicet multos ante annos operam literis nauaſti) ſcis literas, Nunc igitur didiciſti eas,extruet Sophiſma Compoſitionis.Nam maior eſt falſa in ſenſu Compoſito copulata nimirum particula, Nunc, cum verbo, Didicit, cum quo videtur aptius coniungi,quàm cum verbo,Scit: Cõcluſio autem falſa ex ſenſu Compoſito Maioris naſcitur. Eodem ſpectat hoc Sophiſma,ex quibus relinquuntur centum ea plura ſunt quam centum,at quinquaginta hominũ centum heros reliquit Achilles, igitur quinquaginta homines ſunt plures quam centum. Senſus enim Cõpoſitus Minoris falſus eſt, coniuncta nimirum particula,Centum, cum verbo, Liquit,cum quo aptius videtur copulari,quàm cũ verbo, Hominũ, cum quo eam coniunxit Homerus.Si vero Sophiſta in hunc modũ Argumentetur,quiſquis nunc natus verè dicitur, is hac hora natus eſt,Tu autem (qui iam vigeſimum fortaſſe attigiſti annum) nunc verè diceris natus, Tu igitur hac hora natus es, extruet Sophiſma Diuiſionis. Nam particula, Nunc, videtur aptius connecti cum verbo,dicitur, in maiore, & cum verbo,Diceris,in Minore,quam cum participio,Natus.Quo fit,vt ſenſus Diuiſus Aſſumptionis (ex quo pendet falſa Concluſio) ſit falſus, ſicq; Captio hæc meritò dicatur Diuiſionis,quæ autẽ dictio,cum qua aptius copuletur, ab iis petendum eſt, qui in loquendi arte peritiores habentur. Quãquam in hac re, aurium iudicio ſæpenumero ſtandum videtur.Si quando autẽ dictio æquè bene videbitur cum hac voce,atque cum illa coniungi, vt in hac oratione. Teſtamento quidam iuſſit poni ſtatuã aureã haſtam tenentem,in qua dictio,Auream,nõ videtur aptius cum verbo ſtatuã,quam cum verbo,Haſtam, aut cõtra copulari:tua erit optione poſitũ,vtrum velis ſenſum orationi tribuere, compoſitũ an Diuiſum. Quãquam mihi magis placet, vt huiuſmodi Ora-

Qui indicare debeãt de hoc genere, ſenſus Compoſiti & Diuiſi.

Moderatio eorũ quæ de hoc genere ro ſenſus.

tiones,nullum ſenſum Diuiſum:ſed multos Compoſitos habere dicamus, vt enim ſenſus dicatur compoſitus, non videtur omnino requiri,vt dictio copuletur cum ea voce,vt cum qua videtur aptius coniungi,ſed ſatis fortaſſe eſt,ſi cum ea nectatur,cum qua videtur aptè copulari. Qua etiam ratione, ſi qua oratio ſuccurrerit, cuius dictio aliqua, æquè malè videatur cum hac atque cum illa voce coniungi, nullum ſenſum Compoſitum : ſed multos Diuiſos habere iudicanda eſt.

Compoſiti. & Diuiſi dici ſolent.

De Captione Accentus. CAP. XIII.

Quàm latè hic accipiatur nomen accentus.

Primum genus.

CAPTIO Accentus, *eſt Locus idoneus ad decipiendum propter varietatem Accentus,* hoc eſt,ob alium atque alium pronuntiationis modum.Ita enim latè accipitur hoc vocabulum, Accẽtus, cuius quidem quinque potiſſimum feruntur genera:primum eſt,cùm Accentus nomẽ,accipitur pro acuto,graui aut circumflexo, quod genus,vſurpatiſſimè Accẽtus vocabulo appellatur. Vnde eſt hoc ſophiſma, quiſquis Leporem venatur, plurima luſtrat loca ; Tu autem cum domi ſedes & ſermonem cum amicis confers , leporem (hoc eſt feſtiuitatem quandam & vrbanitatem) venaris , Igitur cum domi ſedes, plurima luſtras tum loca. Hic peccatur, quod vox,leporem, priori loco habet accentum in antepenultima, poſteriori , in penultima. *1. Elenc 3.*

Secundum.

ALTERVM genus eſt,cũ nomen Accentus,accipitur pro Quantitate ſyllabarum.Vnde Sophiſma hoc texitur, Quicquid edis , deuoras,Librum edis (hoc eſt in lucem emittis) Igitur librum deuoras. In hoc ſophiſmate peccatur, quia verbum, edis , habet priorem breuem tum in Propoſitione, in Aſſumptione longam.

Tertium.

TERTIVM genus complectitur diuerſitatem Aſpirationis,& non Aſpirationis. Vnde Sophiſma , Nulli Omini eſt adhibenda fides,Alicui homini credendum eſt , Igitur alicui credendum eſt , cui non ſit adhibenda fides. Hic vitium eſt in dictione , Omini , priori loco ſine aſpiratione prolata, poſteriori, cum Aſpiratione.

Quartum.

QVARTVM genus comprehendit diuerſitatem proferendi ſyllabas alicuius dictionis,nunc coniunctim ſub vno accentu,nunc ſeparatim , ſub diuerſis accentibus. Vnde naſcitur hæc cauillatio , Omnis via proteritur iumentorum pedibus, omnis via res quædam eſt publica,Igitur reſpublica proteritur iumentorum pedibus. Peccatur hîc, quia Dictio, Reſpublica, profertur in Propoſitione , ſub diuerſis Accentibus ; in Aſſumptione, ſub vno duntaxat.

Quintum.

QVINTVM genus, comprehendit diuerſitatem pronuntiationis ironicæ ac ſeriæ , interrogatoriæ & aſſertoriæ , & ſi quæ ſunt aliæ huiuſmodi,vnde naſcuntur hęc ſophiſmata,Qui dicit egregiè reſpondiſſe, collaudat te , Præceptor cum te reprehendit,ait,te egregiè reſpondiſſe. Igitur cũ te reprehẽdit,collaudat te. Qui dicit,audiuiſti ſacrum, aſſerit te ſacrum audiuiſſe : Qui autem te interrogat,num ſacrum audieris?eadem oratione vtitur; Igitur,qui te interrogat audieriſne ſacrũ,aſſerit,te ſacrũ audiuiſſe.In priori Sophiſmate, eadem oratio profertur, modò ſeriò, modò ironicè, In poſteriori verò, nunc aſſertoriè, nunc interrogationis more.Horũ porrò ſophiſmatũ,quædã,ex ſcripto decipiunt,

Quædam ex his habent locum in voce quædam in ſcriptura.

decipiunt, quædam cùm voce proferuntur, vt animaduertenti facilè patebit. Quamquam illud veriſſimum eſt, quod ait Ariſtoteles, nec inſcripto, nec in voce, niſi pauca admodum à Sophiſtis vſurpari. *1. Elenc.3.*

De Captione Figuræ dictionis. CAP. IX.

CAPTIO Figurę Dictionis, *eſt Locus idoneus ad decipiendum, propter ſimilitudinem Dictionum inter ſe.* Illæ autem potiſſimum Dictiones cenſentur ſimiles hoc loco, quæ aut eodem modo deſinunt, vt Pons, & frons. Aut ſæpenumero pro eadem re accipiuntur, vt animal & homo. *1. Elenc.3.*

TRIA porrò Sophiſmatũ huc dicuntur pertinere: Primum eſt, cùm diuerſis vocabulis, quia ſimilia ſunt, eadem affectio Grãmatica tribuitur; Vt ſi quis colligat pontem, ac fonté, eſſe fęminini generis, quia videt fonté eſſe fęminini generis: aut vocem, abeo eſſe ſecundæ cõiugationis, quoniã habeo, quod eodem modo deſinit eſt ſecundę coniugationis. Itemq; vocé, Animal, eſſe maſculini generis: quia ſæpe accipitur pro voce, Homo, quæ quidem eſt maſculini generis. Vnde Sophiſma, quidã homo eſt albus, Omnis homo eſt animal, Igitur quoddã animal eſt albus. Sed Captiũculæ huius generis, nõ niſi rudibus proponũtur. *Primum genus ſophiſmatũ huius loci.*

SECVNDVM genus eſt, cùm verba quæ pertinent ad diuerſa Prædicamenta, videntur ad idem pertinere, vel quia eodem modo deſinũt, vt Pecus & Scelus; Superficies, Macies & Planities: Valere & Docere: Secari & operari: vel quia ſępe pro eadé re accipiuntur: hæc enim eſt altera vocum ſimilitudo, vt homo, & ſanum: Paulus & Crudum: & huiuſmodi ſexcenta. Ex prioribus verbis, leuia ſunt omnia huius generis Sophiſmata. Ex poſterioribus autem, hunc in modum contexuntur. Quemcumque hominem vidiſti heri, vides hodie, heri vidiſti hominem ſanum: Igitur & ſanum vides hodie? Quicquid hodie emiſti, nunc comedis; crudũ pullum emiſti hodie; Crudum igitur pullum nunc comedis. Hic peccatur; quòd voces pertinentes ad Prędicamentum qualitatis, perinde vſurpantur, ac ſi pertinerent ad Prædicamentum Subſtantiæ. Nam cùm Maiores propoſitiones in his Sophiſmatis habeant vim conditionalium, quaſi ita dixeris, Si quem vidiſti heri illum vidiſti ſanum, Si quod hodie emiſti, id nunc comedis: Antecedentia verò huiuſmodi Conditionalium conſtent ſubiectis, quæ ſignificant Subſtantiam, non dubium eſt, quin vt ſophiſta progrederetur à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, ſumere debuiſſet, in aſſumptionibus ſubiecta, quæ ad prædicamentum Subſtantiæ pertinerent. Vt ſi diceret Quemcũque hominem vidiſti heri, vides hodie: Socratem vidiſti heri; Igitur Socratem vides hodie. Quicquid hodie emiſti, nunc comedis: Pullum hodie emiſti: Pullum igitur nunc comedis. Aut certè, ſi ſophiſta volebat ſubiicere aſſumptiones quæ haberent ſubiecta ſignificantia Qualitatem, debuit in antecedentibus conditionalium, ponere ſubiecta, quæ Qualitatem ſignificarent, hoc nimirum modo, Qualemcumque hominem heri vidiſti, vides hodie: Sanum heri vidiſti: Sanum igitur vides hodie. Qualecumque hodie emiſti tale nunc comedis; pullum crudum emiſti hodie: pullum igitur *Secundum.* *Nota hæc.*

Pertinēt etiā hac exempla, ad captionem æquiuocationis.

crudam nunc comedis: Sed hoc pacto non concedentur Maiores propoſitiones. Poſſunt etiam hæc duo Sophiſmata, ex tertio genere Æquiuocationis duci, quandoquidem verba illa, Sanū & Crudum, ampliantur in Aſſumptionibus, non concluſionibus, quemadmodū participiū, ſedens, in illa propoſitione, Sedens ſurgebat, cuius in captione Æquiuocationis meminimus. Sed nos de his Sophiſmatis, quatenus ad hanc captionem attinēt nunc loquimur. Hinc intelliges, quid peccant hæ peruerſæ Ratiocinationes. Quos digitos habuiſti puer, etiam nunc habes, tantillos digitos habuiſti cùm puer eſſes; Tantillos igitur etiam nunc habes: Quicquid ſcis, aut inuentione, aut doctrina ſcis: Duas verò hac enuntiationes, quarum ſcilicet alteram inuentione, alteram doctrina didiciſti ſcis; Duas igitur eas, aut inuentione, aut doctrina ſcis. In vtroque Sophiſmate fit tranſitus à ſubſtantia ad quantitatem: In priori ad Continuam: In poſteriori ad diſcretam. Eodémque modo facilè eſt afferre exempla in omnibus prædicamentis.

Huius generis multa reperies ſophiſmata.

2. Elench 3.

Nota hac. D. Thom. in fallaciis.

ANIMADVERTENDVM eſt tamē, cum de poſteriori claſſe Sophiſmatum huius ſecundi generis loquimur, non eſſe diſtinguenda Prædicamenta ſecundum rem ſignificatam, ſed ſecundum modum ſignificandi. Omnia enim, abſoluta vocabula cenſentur hic Prædicamēti Subſtantiæ, etſi Accidens ſignificent, vt Res, Homo, Cādor propterea quod non ſignificant aliquid per modum adiacentis, ſed per modū per ſe ſtantis, vt aiunt. Omnia verò cōnotatiua, coniiciuntur in prędicamenta Accidentiū, etiamſi Subſtantiā ſignificent, vt bonum, albū, Aureum, quia nimirum ſignificant ſua ſignificata per modum Adiacentiū atque ita per modū Quātitatis, aut Qualitatis &c. Vnde fit, vt in hac Argumentatione. Quicquid heri vidiſti, vides hodie, candorē vidiſti heri candorē igitur vides hodie, nullus credatur fieri trāſitus à ſubſtantia ad qualitatē, quia vt vox illa, quicquid, ſeu Quācumq; rē, quia eſt abſoluta putatur Subſtantialis, etiāſi tranſcendens exiſtat, ſic verbū, candorem, putandū eſt Subſtātiale, etſi Qualitatē ſignificet. Nec verò in hac ratiocinatione Qualis hic erat annullus heri, talis eſt hodie; Heri autē erat aureus, Igitur & hodie aureus eſt, vllus cenſetur fieri tranſitus à Qualitate ad ſubſtantiā, quia Dictio, Aureum, etſi Subſtantiam ſignificat, Qualitatis tamen vocabulum, quod ad hunc locum attinet, habetur, eò quod ſubſtantiam quaſi adiacentē ſignificat, vt ex primo libro patet atque etiā per modū Qualitatis. Hæc propterea latius aliquāto perſequutus ſum quod nōnhil obſcuritatis habere videantur. *2. Elench.*

Tertium.

TERTIVM genus eſt, cùm Dictio quæ ſignificat Quale aliquid, hoc eſt rem vniuerſalem, videtur, ſignificare hoc Aliquid, id eſt rem Singularē aut è cōtrario, quæ ſignificat Hoc aliquid ſignificare quale aliquid: Siue ex eo quod vocabula rei vniuerſalis, & ſingularis eodem modo deſinunt, vt equus, & Xanthus: ſiue quia ſæpè pro eadem re accipiūtur, vt hæc, ipſa, aut homo, & Socrates: quo fit, vt quicquid de altero affirmatur, aut negatur, videatur etiam de altero affirmādum, aut negandum: Hinc ducuntur huiuſmodi Sophiſmata, Equus eſt ſpecies, Xanthus eſt equus, Igitur Xanthus eſt ſpecies. Socrates nō eſt ſpecies. Socrates eſt homo, Igitur homo nō eſt ſpecies. Eadem ratio eſt in vocabulis

Digitized by Google

cabulis rerum magis vniuerſalium. Quæ enim ſignificant res magis, vniuerſales, videntur ſæpenumerò ſignificare minus vniuerſales, & vice verſa, vt viuens, & ſentiens Animal & homo: vnde huiuſmodi ſophiſmata contexuntur, Viuens latius patet, quam animal; ſentiens eſt viuens, Igitur ſentiens latius patet, quàm Animal: Animal eſt genus, Homo eſt animal, Igitur homo eſt genus. Sed hæc & alia plurima ſophiſmata huius Loci, ad captionem Accidentis alia ratione pertinent. vt ex iis quæ nunc dicemus, apertè intelliges.

Ampliatur hoc genus captiouis.

Plurima ſophiſmata huius loci ad captionem accidentis pertinere.

De Captione Accidentis. CAP. X.

CAPTIO accidentis, quæ prima eſt earum quæ in rebus cernuntur, quæq; omnium deterrima, & periculoſiſſima eſt, hac enim, vt ait Ariſtoteles, Sapientes etiam homines ſæpenumero capiuntur, *eſt Locus idoneus ad decipiendum propter diuerſitatem accidentis & ſubiecti, quam quis non attendens, exiſtimat quicquid conuenit, aut non conuenit Accidenti conuenire, aut non conuenire Subiecto: & vice verſa, quicquid Subiecto, & Accidenti.* Accipitur autem hoc loco nomen, accidentis, pro prædicato, quod modo aliquo diuerſum eſt à ſubiecto, cui verè conuenit vt in his Enuntiationibus. Homo eſt animal, Homo eſt diſciplinę capax: Homo eſt albus. Quod ſi dicas. Homo eſt Homo: Veſtis eſt Indumentũ, Homo eſt animal rationale, nõ dicentur prædicata huiuſmodi enuntiationem, accidẽtia ſubiectorum, quia nulla ratione, quæ ex natura rerũ ducãtur, ſunt diuerſa à ſubiectis: ex quo fit, vt nemo fallatur, ſi exiſtimet, quicquid conuenit, aut non conuenit huiuſcemodi Prædicatis, conuenire, aut non cõuenire Subiectis, & vice verſa.

Nomen accidẽtis quo pacto hic ſumatur.

TRIA igitur ſophiſmatum genera ducuntur ex hoc loco, vnum eorum, quæ ideo decipiunt, quòd credatur quicquid conuenit, aut nõ conuenit prædicato eſſentiali, quod non ſit definitio, cõuenire, aut nõ conuenire Subiecto, & è contrarió. Alterum eorum, quæ idcirco fallunt, quòd credat quis omne quod conuenit, aut non conuenit accidẽti proprio, conuenire, aut non conuenire ſubiecto, & è contrario. Tertium eorum quibus idcirco capiuntur homines, quòd putẽt quicquid conuenit, aut non conuenit accidẽti cõmuni, hoc eſt, ex quinto genere Vniuerſaliũ, conuenire, aut non conuenire Subiecto, vnumquodque autem horum trium generum, octo ſpecies, formáſve colligendi ſub ſe complectitur: aut enim quicquid affirmatur de prædicato, creditur affirmandum de Subiecto, vt ſi Sophiſta dicat, animal eſt genus: homo eſt animal, Ergo homo eſt genus: Venientẽ cognoſcis, Socrates eſt veniens, igitur Socratem cognoſcis, quod non rectè concluditur, vt venientem videam, cum autẽ qui venit, minimè nouerim, Aut quicquid negatur de prædicato, vt videtur negãdum de ſubiecto, vt ſi ille dicat, animal non eſt ſpecies infima: homo eſt animal, Igitur homo non eſt ſpecies infima. Aut quicquid affirmatur de ſubiecto, videtur affirmãdũ de prędicato, vt ſi dicas Homo eſt ſpecies infima: homo eſt animal, igitur animal eſt ſpecies infima. Aut quicquid negatur de Subiecto, videtur negandũ de prædicato, vt ſi quis dicat, homo non eſt genus, homo eſt animal, Igitur animal nõ eſt genus. Aut de quocumque affirmatur

Tria genera Sophiſmatum huius loci.

Octo formæ cuiuſque generis.

1. 2. 3. 4. 5.

Prædica

Prædicamentũ, videtur affirmandũ eſſe Subiectũ, vt ſi dicas, Homo eſt animal, Equus eſt animal: Igitur equus eſt homo. Aut de quocumque negatur Prędicatũ, videtur negandũ eſſe Subiectum, vt in hoc Sophiſmate, aptum eſſe ad capeſſendas diſciplinas eſt proprietas hominis; Homo nõ eſt proprietas hominis: Igitur homo nõ eſt aptus ad capeſſendas diſciplinas. Aut de quocunque affirmat Subiectum, creditur affirmandũ eſſe Prædicatum, vt ſi quis dicat, Animal eſt genus; Albũ eſt animal: Igitur album eſt genus, Aut denique de quocumque negatur Subiectum, videtur negãdum eſſe Prædicatum, vt in hoc Sophiſmate: Homo eſt animal; Equus non eſt homo, igitur equus non eſt animal. 6. 7. 8.

Cur peccetur in his Sophiſmatis.

In his autem Sophiſmatis, nõ recte efficitur concluſio, quia Accidens & Subiectum non accipiuntur qua ex parte ſunt idem: ſed quatenus modo aliquo diuerſa ſunt. Verbi cauſſa, cùm Sophiſta dicit, Animal eſt genus; Homo eſt animal, Igitur homo eſt genus, non accipit in in Propoſitione, nomen Animalis pro animali, qua parte eſt idem cũ homine, ſed quatenus intellectus opera, eſt abſtractum ab homine & beſtia. Vnde non eſt mirum, ſi id quod affirmatur de Animali, non cõcludatur de Homine. Sed parum cautus reſpondens, exiſtimat primo aſpectu, bonam eſſe conſequutionem, eò quod diſcrimen animalis, ab Homine, minimè perſpicit. Quod idem peccatum accidit in reliquis.

De Captione eius, quod Simpliciter dicitur, & Secundum Quid.

Cap. XI.

Duplex Locus in hac Captione. 1. Elen. 5. & 2. Elen. 5.

Locus prior.

Captio eius quod Simpliciter dicitur, & Secundum Quid duplicem Locum (quemadmodum Captio Cõpoſitionis, &, Diuiſionis) cõplectitur. Alter eſt, vnde Sophiſta ex eo, quod Simpliciter dicitur, id colligit, quod dicitur ſecundum Quid, id eſt, cũ adiectione duntaxat, idq̃ue ſiue affirmando, ſiue negando, vt ſi dicat, Arma ſunt reſtituenda domino, Igitur ſunt reſtituenda domino furioſo: Licet Chriſtiano veſci carnibus, Licet igitur ei veſci carnibus in Quadrageſima: Non eſt abſcindenda manus, Igitur non eſt abſcindenda cùm ex ea toti corpori imminet corruptio. Non ſunt merces in mare iactandæ, Igitur non ſunt iactandæ, cùm naufragium timetur.

Locus poſterior.

Alter locus eſt, vnde Sophiſta ex eo, quod ſolùm cum Adiectione aliqua dicitur, id colligit, quod Simpliciter & ſine Adiectione profertur: idq̃ue ſiue affirmando, ſiue negando. Licet commutare, atque inuertere ſuperiora exempla, hoc modo: Manus eſt abſcindenda cùm ex ea pẽdet corruptio toti corpori, igitur manus eſt abſcindenda. Merces ſunt iactandæ in mare cum naufragiũ timetur, Igitur merces ſunt in mare iactandæ. Arma non ſunt reſtituenda Domino furioſo, Igitur nõ ſunt reſtituenda Domino. Non licet Chriſtiano veſci carnibus in Quadrageſima, Igitur non licet Chriſtiano veſci carnibus. Itaque duo ſpeciales Loci in hoc generali continentur, duæq; argumentorum formæ ex vtrolibet ducuntur: Altera, quæ cõcludit ex Affirmatione Affirmationem: Altera quæ ex Negatione colligit Negationem.

Varia adiectionũ genera.

Vtraque autẽ tam latè patet, quàm multa ſunt Adiectionum genera: quædam enim ſunt, quæ tollunt omnino ſignificata earũ vocum

cum,quibus adiungũtur,vt in his exemplis perſpicies.Hoc cadauer eſt homo mortuus, Igitur eſt homo: Hæc ſtatua eſt homo marmoreus, Igitur eſt homo: Hic eſt bonus latro, Igitur eſt bonus. Quædam verò non omnino tollunt,ſed ponunt quodammodo, vel in mente duntaxat,vt ſi dicas, Homerus eſt in hominum memoria, Igitur Homerus eſt. Vel ſolum in cauſſis ſuis,vt ſi dicas,Hoc ſemen eſt arbor potentia, Igitur eſt arbor: Vel in ea parte ſubiecti duntaxat,à quo totum denominari non poteſt,vt ſi dicas, Indus habet dentes candidos, Igitur eſt candidus:vel quodam loco,aut tempore,aut reſpectu cuiuſdam,& aliis modis ſexcentis,quarum cuiuis facilè occurrent exempla.

NVLLVS verò locus ſophiſticus eſt,quo Cacodęmõ frequẽtius quàm hoc ad capiendos homines vtatur. Ex eo enim ꝙ bona hæc caduca & breuia,quodã loco,aut tẽpore,aut apud quoſdã,ſunt vtilia,iucunda,aut magni æſtimata,concludit ille ea eſſe ſimpliciter bona atque omnino amplectenda. Cuius Sophiſmata nemo eludet,niſi qui defixis oculis in omnem futuram æternitatẽ vana hæc,& nullius momenti deſpexerit. *Hac Captione virtus cacodæmon frequentiſſimè.*

De Captione Ignorationis Elenchi. CAP. XII.

CAPTIO Ignorationis Elenchi, *eſt locus idoneus ad decipiendũ prætermiſſione conditionũ Elenchi Dialectici,earum potiſſimum,quæ ratione Concluſionis requiruntur.* Quæ vt intelligas, aduerte, in primis,Elenchũ, ſiue Redargutionẽ in commune,ſic definiri ab Ariſt. *Elenchus eſt Syllogiſmus cum contradictione Concluſionis*, hoc eſt colligens Contradictoriam alicuius certæ enuntiationis, vt ſi propoſita ſit hæc enũtiatio,aliquod animal eſt immortale, ſic extruetur Elẽchus. Reprehenſióve eius. Nulla res conſtans ex quatuor vulgatis elemẽtis eſt immortalis,Omne animal cõſtat ex huiuſmodi elemẽtis,Igitur nullũ animal eſt immortale. Interdũ tamen duo Syllogiſmi concludentes totam Contradictionẽ dicuntur vnus Elenchus, vt ſi huic Syllogiſmo quem fecimus,alterum adiungas,qui huiuſmodi ſit.Omne quod beatum eſt, immortale eſt, Aliquod animal eſt beatum,vtpote aliquis homo,Igitur aliquod animal eſt immortale. Cæterum ij etiam Syllogiſmi,qui Contrarias enuntiationes colligunt, Elenchi nomine meritò appellantur, quod ex Contraria enuntiatione, ſtatim colligi poſſit Contradictoria.

1. Elen. 4. & 5. — *1. Elench. 1.* — *Elenchus in commune.* — *Elenh. alter*

ADVERTE deinde quatuor eſſe genera Elenchorum, Redargutionúmve, quemadmodum Syllogiſmorum. Quidam enim ſunt Demonſtratiui, Quidam Dialectici: Alij, Pſeudographi: Alij Sophiſtici. *Quatuor genera elenchorum.*

Elenchus Demonſtratiuus, *eſt Demonſtratio cum Contradictione Concluſionis.* *Demonſtratiuus.*

Dialecticus Elenchus, *eſt Syllogiſmus Dialecticus cum Contradictione Concluſionis.* *Dialecticus.*

Pſeudographus, *eſt,qui videtur Demonſtratiuus, ſed peccat in materia.* *Pſeudographus.*

Sophiſticus eſt,*qui videtur Dialecticus,ſed aut peccat in forma,aut in materia,aut in Contradictione.* *Sophiſticus.*

CAPTIO igitur huius generis, vno modo eſt generalis omnibus Captionibus, Altero ſpecialis,& ab aliis diſtincta. *Vt Captio hac ſit generalis.*

GENERALIS quidem quatenus conſideratur,vt eſt locus idoneus

Digitized by Google

ad decipiendum, prętermiſſione cuiuſcũque cõditionis Elenchi Dialectici ſiue cõditio quę prętermittitur, pertineat ad formã, ſiue ad materiã ſiue ad cõtraditionem, quę in concluſione requiritur. Omnes enim Sophiſtarum Redargutiones, prætermittunt aliquã ex his conditionibus.

Vt Captio hæc ſit ſpecialis.

SPECIALIS autẽ, quatenus hac ſola ratione ſpectatur, vt eſt locus aptus ad fallendum prætermiſſione earũ conditionum, quæ ad contradictionem cõcluſionis requirũtur, hoc enim pacto diſtincta eſt ab aliis hæc captio. Nam cæterę omnes ſuppeditant reprehenſiones, quę aut in forma peccant, aut in materia: hæc autem ſola ſuggerit eas, quarũ concluſiones non ſunt verè contradicentes deſignatis enuntiationibus.

Conditiones, quæ ad Cõtradictionem requiruntur. *1. Elench. 4.*

CONDITIONES igitur, quæ ad contradictionem conſtituendam requiruntur, quatuor potiſſimũ enumerantur ab Ariſtotele, ſecundum idem, Ad idem: Similiter, Et in eodẽ tempore, ad quam reuocatur conditio, in eodem loco. Prætermiſſione primæ conditionis non coargues hominem, ſi ille dixerit: Æthiopem eſſe album quod ad dẽtes attinet, Tu autem contendas, non eſſe album ſimpliciter, Aut ſi ille dixerit, ſtadium eſſe æquale milliario ſecũdum latitudinem viæ, tu autem oſtendas, ſimpliciter non eſſe æquale, nimirum ſecundum longitudinem: Quandoquidem non ſecundum eandem partem, aut dimenſionem oſtendis rem nõ eſſe, aut eſſe ſecundum quam ille affirmat, aut negat.

PRÆTERMISSIONE ſecundæ, non redargues eum, qui dixerit, ſe non eſſe paruum, comparatione infantis, ſi oſtendas eundem eſſe paruum, comparatione aliorum hominum prouectæ ætatis.

PRÆTERMISSIONE tertiæ, non omnino refelles eum, qui dixerit, cœlum nõ moueri deorſum, ſi oſtẽdas cœlum moueri: Quia non eodem modo affirmas, quo ille negat.

DEMVM prętermiſſione quartæ, non verè refutabis eum, qui dixerit, non oportere hominem comedere, cùm ſatur eſt, aut in media via, ſi oſtendas, oportere hominem comedere. Nec enim eodem tempore, eodémque loco quo ille negat oſtendis rem eſſe neceſſariam.

De Captione petitionis Principij. CAP. XIII.

1. Elenc. 4. *Concluſio cur dicatur principium.* *Cur dicatur peti.*

CAPTIO Petitionis Principij, *eſt Locus idoneus ad decipiendum ex eo quòd Concluſio probanda: ad probationem ſi accipitur.* Dicitur autem concluſio, principium quia initio proponitur vt ad eam probatio dirigatur. Quæ quidem tum dicitur peti, poſtulari ve cùm ſub aliis verbis exigitur. Si quis enim concluſionem ſub eiſdem verbis à Reſpondente popoſcerit, vt eius conceſſione ipſam confirmet, non ſolum neminem fallet ſed etiam ab omnibus irridebitur.

Quinque modi petẽdi principium.

QVINQVE autem modos petendi principium ponit Ariſtoteles. *8. Top. 5.*
Vnum, ſi Synonimum ſumatur ad confirmationem Synonimi, aut Definitio ad confirmationem Definiti: vt ſi quis Epicureus, probaturus, Voluptatem eſſe ſummum bonum, roget nũ iucunditas ſit ſummum bonum, Aut aliquis alius probaturus, hominem habere optimum tactum, poſcat, num animal rationale habeat optimum tactum?

1. Modus.

2. Modus.

ALTERVM, ſi res vniuerſalis vniuerſè accepta, ſumatur ad probationem particularis: Vt ſi concludas Omnium contrariorum eſſe eandem

dem

dem diſciplinam,quod omnium Oppoſitorum ſit eadem.

Tertivm, ſi contrà progrediaris:vt ſi probes,Omnium Oppoſitorum eſſe eandem Scientiam,quòd omnium Relatiuè oppoſitorum omnium Contrariorum,& cæterorum ſit eadem. 3

Qvartvm,ſi concluſio per partes ſumatur in ſũptionibus,vt ſi dicas, Medicina eſt ſani,& Medicina eſt ægri,ergo Medicina eſt ſani,& ægri. 4

Extremvm,ſi alterum Relatorum, ad probandum alterum ad quod refertur,ſumatur:vt ſi probes, Socratem eſſe filium Sophroniſci,quòd Sophroniſcus ſit pater Socratis. Omnibus his modis, Concluſio quæ probanda eſt quodammodo ſumitur in antecedente, cùm non magis notum videatur id,quod hoc modo accipitur,quàm quod concluditur. *5. Modus.*

Cæterum,cùm in demonſtratione, ſæpè accipiatur definitio ad confirmationem Definiti,atque in Argumentatonibus Dialecticis ſæpe ex toto,Partes,ſæpe ex Partibus,totum, & ex altero Relatorum,alterum concludamus,aut dicẽdum videtur hos Modos Petitionis Principij non efficere Syllogiſmum Sophiſticum,aut certè multas eſſe Demonſtrationes,multóſque Dialecticos Syllogiſmos, qui in Sophiſticis numerentur. Occurrendum eſt tamen,non omnibus hiſce modis verè peti Principium ex natura rei,ſed ſolum,cum Synonima ad confirmationem Synonimorum accipiuntur. Nam quod ad reliquos attinet modos,Definitio notior eſt re quæ Definitur: Itémque Totum, quadam ratione ſuis Partibus:alia verò ratione,Partes,quàm Totum,& ea quæ ſeſe mutuò reſpiciunt ſe inuicem declarant & patefaciunt. At vero apud eum,cum quo tranſigitur, ſæpe numero datur vitio,quod hiſce modis Concluſio probetur, cùm videlicet ipſe Reſpondens ſignificat,notam ſibi eſſe rei Definitionem, Totumque,&c.Ex hoc enim efficitur,vt cùm Dialecticus,ex datis ab altero argumentari debeat, meritò dicatur Principium petere,qui aliquo ex his modis apud eiuſmodi hominem argumentatur.Adeo enim eſt importuna huiuſmodi probatio,vt qui ſic concludit concluſionem ipſam gratis petere videatur. Itaque, hi modi petendi Principium non ſunt vitia ex ipſa Argumentationis natura:ſed ad hominẽ (vt dici ſolet) hoc eſt,apud eum reſpondentem,qui ita affectus eſt,vt diximus. *Obiectio animaduertenda.* *Solutio.*

De Captione Conſequentis. Cap. XIIII.

Captio Conſequentis,*eſt Locus idoneus ad decipiendum, ex eo,quòd Antecedens videtur effici ex Conſequente:aut ex Oppoſito Antecedentis,Oppoſitum Conſequentis:quemadmodum Conſequens efficitur ex Antecedente,& ex Oppoſito Conſequentis,Oppoſitum Antecedentis.*Nomine autem Oppoſiti,intellige contradictorum. *1. Elen.4. & 2. Elenc.*

Ex hoc Loco ducuntur huiuſmodi Sophiſmata.Si paulo antè pluit, terra madefacta eſt, igitur ſi eſt madefacta terra, paulò antè pluit. Si animus hominis genitus eſt, (ex materia videlicet productus) incepit eſſe,igitur ſi non eſt genitus non incepit eſſe,ſed nimirum ſemper fuit.

Hvc pertinet Sophiſma illud. Qui ait te eſſe animal, verum ait Qui autem ait te eſſe equum, ait te eſſe animal, Igitur qui ait te eſſe equum verum ait, Commutatis enim Sumptionibus, hunc ſenſum *Præclarum Sophiſma.*

Digitized by Google

habet cauillatio. Si tu es equus, es animal, At es animal, Igitur equus. In qua oratione, vt Sophiſta ex antecedente rectè colligit conſequens, ſic ex conſequente perperam colligit Antecedens.

1. Elen. 5. *Captio conſequentis continetur ſub Captione accidentis.*

Animaduertendũ eſt autem hoc loco, id quod Ariſto. docet, Captionem Conſequentis, contineri quodãmodo ſub Captione Accidentis. Nam quicquid conſequitur ex re aliqua, vt animal ex homine, eſt eius accidens (ea videlicet accidẽtis ſignificatione, qua in captione accidentis, vocabulum, Accidentis, accipimus) non tamẽ quicquid eſt accidens alicuius rei, eſt eius Conſequens. Námque album exempli cauſſa, cùm ſit accidens hominis, non eſt Conſequens hominis, quod in aliis etiam pleriſque accidentibus cernere licet. Hinc fit, vt omne Sophiſma conſequentis, alia ratione ſpectatum, ſit Sophiſma accidentis: non tamen omne Sophiſma accidentis, ſit Sophiſma Conſequentis.

De Captione non Cauſſæ vt Cauſſæ. CAP. XV.

Quam latè hîc accipiatur nomen cauſſæ.

CAPTIO non Cauſſæ vt Cauſſæ, *eſt locus idoneus ad decipiendum ex eo, quod abſurditas aut falſitas Cõcluſionis, aſcribitur alicui Propoſitioni, quaſi ex ea efficiatur, ex qua tamen reuera non efficitur.* Nec enim nomen, Cauſſæ, accipiendum eſt hoc loco, pro Cauſſa rei duntaxat, ſed pro quacunque Cauſſa Illationis, etiam ſi ſignificet Effectum rei quæ concluditur, aut alquid aliud.

Ex hoc loco contendet Sophiſta, tollendam eſſe de medio: Eloquentiã, quod peruerſi homines, Eloquẽtia prędìti, multa mala perſuadeant multa bona diſſuadeãt: Itémque, exterminandũ eſſe vsũ Pecunię, quod homines auari pecunię cumulãdę cauſſa omnia iura violent. Dicẽdum potius erat, tollendos eſſe de medio peruerſos, & auaros homines, qui Eloquentia, & Pecuniæ cõtrectatione abutuntur. Quãdoquidẽ hi, non Eloquẽtia, aut pecunię vſus sũt in cauſſa, vt eiuſmodi mala perpetrẽtur.

Quam formã habeant Sophiſmata.

HÆC tamen Sophiſmata nunquam formam Argumentationis accipiunt niſi cum Sophiſta, ex quibuſdam conceſſis ducit Reſpondentem ad aliquid, quod apertè incommodum, aut falſum eſt, ex cuius euerſione regreditur ad euertendam aliquã ex Sumptionibus, vt Cauſſam abſurditatis, falſitatiſve Concluſionis, quæ tamen reuera cauſſa non eſt. Exemplum Sophiſmatis. Si nullum tempus eſſet, nox non eſſet, Si nox non eſſet, dies eſſet, ſi dies eſſet, aliquod tempus eſſet, igitur ſi nullum tempus eſſet, aliquod tempus eſſet: hoc autem eſt nõ modo falſum, ſed etiam abſurdiſſimũ: Igitur prima illa Propoſitio, Si nullum tempus eſſet, nox non eſſet, eſt falſa & abſurda. Perperam colligit Sophiſta, quia non prima propoſitio, ſed ſecunda eſt cauſſa abſurditatis concluſionis, proinde non ſequitur primam eſſe falſam, & abſurdam ſed ſecundã, falſum eſt autem & abſurdum dicere, ſi nox non eſſet, dies eſſet, nec dicitur eſſe verum, niſi ex hypotheſi, hoc eſt, niſi ponamus tempus eſſe nam ante mundi creationem, nec nox erat, nec dies.

Captio plurium Interrogationum vt vnius. CAP. XVI.

1. Elen 4.

EXTREMA Captio, quę plurium Interrogationum vt vnius appellatur, eſt locus idoneus ad Fallẽdũ eo quod plures interrogationes, vt vna *duntaxat proponuntur.* Hinc enim fit, vt qui

qui ſimplicem Reſponſionem reddit, tam affirmando, quàm negando capi poſſit. Exempli cauſſa, ſi quærat Sophiſta, ſitne Socrates & Plato homo, Tu autem reſpondeas eſſe hominem, colliget Sophiſta, Igitur qui Socratem & Platonem percutit, hominem percuſſit, non homines: ſi verò dicas, non eſſe hominem, concludet Sophiſta, Igitur Socrates non eſt homo, aut igitur Plato non eſt homo.

1. DVCVNTVR autem ex hac Captione, tria Interrogationũ genera. Primum eſt, cùm vnũ de pluribus quæritur, vt in tradito exẽplo patet. *Tria Interrogationum genera.*

2. ALTERVM eſt, cùm plura quæruntur de vno, vt, Eſtne Socrates homo & equus? Quod ſi reſpondens admiſerit, ſic cõcludet Sophiſta, Igitur Socrates eſt equus, ſin autem negauerit, hoc modo colliget, Igitur Socrates non eſt homo.

3. TERTIVM genus eſt, cũ plura quęrũtur de pluribus, vt, Eſtne Socrates & Bucephalus homo & equus? Si aſſerat reſpondens, colliget Sophiſta, Socratem eſſe equum, & Bucephalum eſſe hominem: ſi verò neget cõcludet Socratem non eſſe hominem, aut Bucephalum non eſſe equum.

HÆC de Captionibus, locisve fallacibus, è quibus Sophiſtę depromunt ad Reprehendendum Argumenta, videntur ſatis.

De quattuor reliquis Sophiſtarum Finibus conſequendis. CAP. XVII.

SEQVITVR, vt quo pacto Sophiſtæ quatuor reliquos fines (falſũ inquam, Incredibile, Solœciſmum & Nugationem) cõſectentur, paucis perſtringamus. Vt Falſũ aliquid ex tua Reſpõſione extorqueant, hoc maximè curãt illi, vt nulla initio proponatur quęſtio, de qua diſputetur. Nã qui temerè, ac nullo propoſito Diſputationis fine reſpõdent, facilius labuntur. Deinde multitudine Interrogationũ te onerant, etiã cum eſt aliquid propoſitum, in quo diſputatio verſetur, dicúntque, ſe Diſcendi ſtudio id facere: Tum in hoc valde elaborant, vt eo te perducant, vbi magna ipſis ſuppetit Argumentorum copia. *Quo pacto ad falſum ducant Sophiſtæ.* *1. Elen. 12.* 2. *Hoc modo diſſerunt Hæretici noſtra memoria.*

VT verò ad Incredibile aliquid, ſeu inopinabile te impellant, illud obſeruare ſolent, vt admirabiliores ſententias cuiuſque ſectæ Philoſophorum abs te petant: quinimo, ea ſine interrogatione accipiunt quæ pertinent ad eam quam tu maximè probas, quaſi dubium non ſit, quin tu ea libenter admittas. *Quo pacto ducãt ad inopinabile. Ariſt. Ibid. 2.*

ET etiam interrogant, in quibus aliud loquuntur homines aliud ſequuntur, vt, Nunî optabilior ſit glorioſa mors pro defendenda patria, quam vita voluptatibus affluens. Et ea, in quibus aliter res habet aliter communis hominum opinio, & ſermo, vt, num ij, qui ditiſſimi, nobiliſſimi, ac potentiſſimi, degunt, & omni voluptatum genere abundant, ſint felices? Et ea etiam, quæ eiuſmodi ſunt, vt neutram in partem inclinare poſſe videaris, quin Admirabile aliquid præter communẽ opinionem reſpondeas, Vt, ſit ne potius Sapientibus parendum, an Patri?

VT autem ad nugationem te compellant, ferè hoc vnum obſeruant, vt definitiones integras, pro nominibus accipiant: Vt ſi dicas, Socratem habere naſum ſimum, tum illi colligẽt te dicere, Socratem habere naſum, naſum cõcauum, quod, ſimum, deſiniatur naſus concauus: Vt denique ducant ad Solœciſmum, nonnunquàm vtuntur Captione *Quo pacto ducãt ad Nugationem.* *1. Elen. 13.*

 Figuræ

Figuræ Dictionis, de qua ſuprà dictum eſt nonnunquam alia quædam præcepta ſequuntur. Sed hæc duo poſteriora Finium genera pueriliter conſectantur Sophiſtæ: ſuperiora autem duo, ex Locis etiam Reprehenſionum fallacium, qui expoſiti ſunt, tractari poſſunt.

Ad ſoloeciſmũ Ibid.

Quo pacto occurrendum ſit Sophiſtarum Captionibus. CAP. XVIII.

SVPEREST igitur, vt quo pacto Sophiſtarum Captionibus occurrendum ſit, paucis doceamus. Hoc enim breuiter exequi nunc poſſumus, poſtquam omnium nodos, quantum ſat fuit patefecimus, Nam vera ſolutio, vt inquit Ariſt. eſt vitij explicatio. Itaque Sophiſmata, quæ ſolius Materiæ vitio laborant, negatione earum Sumptionum, quæ probabiles videntur, nec ſunt, diſſoluenda erunt. Quo etiam modo, dilues Sophiſmata Petitionis Principii, negata nimirum ea Sumptione in qua principium Petitur, etiam ſi probabilis eſſe videatur, vt ait Ariſt. Nam cùm tu eam Quęſtionis partem, quam Sophiſta confirmare contendit, aut re vera, aut Diſputationis gratia, improbabilem iudices, ea tibi nequaquã admittenda ſunt, quæ illi fuerint propinqua. Reliqua verò, ſi ex Æquiuocatione, Ambiguitate, Cõpoſitione, Diuiſione, aut Accentu ducta fuerint, quia hæc omnia multiplicitate aliqua vnius aut plurium Propoſitionum peccant, Diſtinctione Multiplicis orationis ſoluenda ſunt: quæ toties adhibenda erit, quot fuerint Interrogationes, quoquo pacto multiplices. Quinetiam, cùm ventum fuerit ad multiplicem Concluſionem, ea erit antè diſtinguenda, quàm de conſequentia iudicium feratur.

Vera Solutio quæ ſit. 2. Elen. 4. Solutio Sophiſmatũ quæ in Materia tantum peccant. Solutio Sophiſmatũ ex quinque primis Captionibus.

Petitionis principiis. 2. Elen. 5.

Solutio Sophiſmatũ ex Captione. 6. 7. 8. 10. 11.

SI autem Sophiſmata ex iis fuerint, quæ ex Figura Dictionis, ex Accidente, ex eo quod Simpliciter dicitur, aut cum Adiectione, ex Conſequente, aut ex non Cauſſa vt Cauſſa nominantur, Sumptionibus admiſſis negatione Conſequentiæ eludenda erunt. Qua in re, illud tibi diligenter curandum eſt, quod Ariſt. in ſoluẽdis Sophiſmatis Accidentis, fieri præcipit, vt paratã ſemper habeas Argumentationem aliquam apertè vitioſam, cui ſimilem dicas eam, quæ affertur à Sophiſta, ſaltem cùm ipſe aliquid, quod contra eam obiicias, poſtulauerit.

Solutio Sophiſmatum Ignorationis Elen 2. Elen. 5. Plurium Interrogationũ vt vnius Ibi. Solutio Sophiſmatũ Nugationis. 2. Elen. 6.

IAM Sophiſmata Ignorationis Elenchi, Negatione Contradictionis diſſoluenda ſunt vt ex dictis perſpicuum eſt. Ea denique in quibus Sophiſta pluribus Interrogationibus, quaſi vna vtitur, facilè dilues, ſi tot Reſpõſiones, Interrogationi reddideris, quot in ea implicitæ ſunt. Poſſunt tamen nonnunquam Diſtinctione diſſolui: vt ſi quærenti Sophiſtæ, Sitne Plato & Socrates homo, reſpõdeas, verũ id eſſe, accepto verbo Et copulatiuè, falsũ, accepto copulatim: Tũ veniendũ ad conſequutionem. Cùm autẽ te Sophiſta cõpulerit, vt nugeris, inanitérq; idẽ verbum repetas, Occurres, nõ eſſe neceſſe ponere integrã Definitionẽ loco Nominis, cùm Nomini adiunctũ iam eſt in eodem enuntitaionis extremo aliquod ex vocabulis, quæ in definitione ponenda ſunt. Quod enim poſitum iam eſt, quid opus eſt iterum poni? Atq; ita, cùm dicis Socratẽ habera naſum ſimũ, te non cogi, vt loco vocis Simum, ponas totũ hoc, Naſum curuum, ſed Curuũ, duntaxat, quia illud, Naſum iam poſitũ eſt. Cauſſa, quam reddit Ariſt. hæc eſt, quia vox Simum, & ſi per ſe poſita ſine Naſi, vocabulo, Naſum quodammodo ſignificat, tamen vt in eodem

Ibidem.

dem extremo enuntiationis cum nomine, Naſi, coniuncta eſt, nulla ratione Naſum, ſignificat: ſicque non neceſſe eſt, loco eius ponere Naſi vocabulum. Id quod eodem modo dicendum eſt in reliquis. Porrò autem cæteris Sophiſtarum machinationibus, quas breuiter paulo antè tetigimus, non eſt difficilè occurrere. *Cap. ſuperioris.*

De quibus Nominũ Affectionibus deinceps agendum eſt. CAP. XIX.

SED vt omnes eorũ Cauillationes, quæ (vt ait Ariſtoteles) potiſſimùm ex Multiplici Nominum vſu texuntur, facilius poſsis diluere: ſimulq́; omnia ſupradicta pleniùs intelligas: agendum hic tandẽ eſt de quibuſdã Nominũ Affectionibus, quæ à recẽtioribus Dialecticis, Suppoſitio, Status, Ampliatio, Reſtrictio, & apellatio vocantur, quia in his, omnis vocabulorũ vſus videtur cõtineri. Sunt autẽ adeò inculta, horrida, & ab vſu remota, quæ ſuperioris ætatis homines, in hiſce ac ſimilibus rebus cõmẽti ſunt, vt niſi plurima reiiciãtur, ſatiùs ſit ea prorſus non attingere. Verùm vt in his multum, ac diu immorari inutile eſt, ac bonis litteris pernicioſũ, ſic ea omnino contẽnere (quod multi hoc tẽpore faciũt) non ſine mediocri iactura contingit. Nam vt Ariſtotelis exẽplo vtar quemadmodum ij, qui calculis rationẽ ſubducunt, niſi ſciant quid ſuo loco valeãt calculi, facilè circũueniuntur: Sic qui diſputãt, niſi teneãt pro quibus rebus & quo pacto in Oratione, vocabula Supponãtur, ac Subſtituãtur, Ampla ſit an Reſtricta verborum acceptio, quæ voces, quas appellent, ac denominent, nullo negocio decipientur, ac capientur. Harũ igitur rerum cognitio, ex bonis præſertim fontibus modicè hauſta, nõ modò perniciem nullã importabit Philoſophiæ, verum etiam omnium qui benè inſtitui volent, ſtudia iuuabit.

1. Elenc. 1. *Quatenus de hiſce agẽdum ſit.* *1. Elench. 1.* *Qui ignorãt has nominum affectiones nũquam conſequentur perfectam philoſophia cognitionem.*

Quid ſit ſuppoſitio. CAP. XX.

Suppoſitio. SVPPOSITIONIS itaque nomen, multis modis vſurpatur Verum vt eſt quædã Affectio Nominum, ſic definiri poteſt. *Suppoſitio eſt Acceptio nominis pro re, quã ſignificat:* vt cùm hoc vocabulum Philoſophus, pro Ariſt. accipitur. Nomen, idẽ valet in hac Definitione, quod in 1. lib. eo nimirũ loco, quo varias nũcupationes Nominum, explicauimus, Cõplectitur enim, tum Nomina vt à verbis diſtinguuntur, ſiue Subſtantiua ſint, ſiue adiectiua, tum etiã Verba: atque vt ſemel dicam, idem eſt quod Cathegorema, quod quidẽ libro eodem, cum Cicerone, appellauimus id, quod de quodã, aut quibuſdam dicetetur. Quinetiam velim, vt hoc loco, Nominis vocabulo, Caſus etiam Nominũ intelligas: Vocabulo autem Rei, quam Nomen ſignificat, intellige quancunque rem ſignificarã, ſiue vera ſit vt homo: ſiue ficta, vt Hippocẽtaurus: ſiue nũc exiſtat, vt Cœlũ: ſiue non exiſtat, vt Adamus, aut Antichriſtus. Significandi etiam Verbum, latiſſimè accipiendũ eſt, Suppoſitio enim, eſt acceptio Nominis pro re, quã Nomen quomodocunque ſignificet, ſiue eam ſignificet propriè, vt Leo, leonem: Siue impropriè, vt agnus, innocẽtem: Siue primo ac immediatè, vt Homo, hominem in commune: Siue remotè, ac mediatè, vt Equus, Bucephalum: ſiue formaliter, vt album, albedinem, ſeu potius affectum albedine quà eiuſmodi

Li. 1. cap. 18. & ſequentibus: *Nomen* *Cap. 9* *Rei.* *Significare.*

eiuſmodi eſt, quo pacto vſurpatur cum dicimus, Album eſt concreta quędam ſpecies Qualitatis, aut homo eſt albus Siue connotatiuè, quod dicitur materialiter, vt album, niuem aut Ceruſſam: Vt Orator Ciceronem. Acceptio igitur, hoc eſt vſus nominis generaliter accepti, pro quacunque re quam quomodocumque ſignificat, dicitur Suppoſito, Nec immeritò, Siquidem ex ipſa verborum vi, nihil aliud dicere videmur; cùm aſſerimus, Nomen accipi pro re ſignificata, quã nomẽ Supponi, & quaſi ſuffici ac ſubſtitui loco rei ſignificatę. Deſumpta eſt hæc Suppoſitionis Definitio, ex initio Elenchorum Ariſtoteles quo loco ille, quam neceſſaria ſit Suppoſitio his pene verbis declarat, quia enim res ipſas per ſeſe in Diſputationem afferre non poſſumus, Nominibus, quaſi rerum notis, pro rebus, vti cogimur.

Acceptio. *Cap. 1.* *Quã neceſſaria ſit Suppoſitio.*

Tria tamen hic velim animaduertas:

Prima animaduerſio. VNVM eſt, ne ſequaris conſuetudinem eorum, qui hoc modo loquuntur, Hoc nomẽ Supponit pro hac re, Illud pro illa, cùm potius dicere debeas, Hoc nomen Supponitur pro hac, illud pro illa, quaſi dicas ſufficitur, ac ſubſtituitur pro hac, aut illa re ſignificata. Ferendum magis eſſet quod alij dicunt, Hoc nomen Supponit rem hanc, Illud verò illam. Poteſt enim in eo ſenſu accipi, ac ſi dicãt: Hoc Vocabulum, ſubiicit intellectui rem hanc, illud verò illam: quod quidem rectè dicitur.

Secunda. ALTERVM eſt, ne exiſtimes (quod quidam autumant,) Suppoſitionem in ſola Propoſitione, Enuntiationéve habere locum: Re enim vera vbicunque nomen pro re quam ſignificat accipitur ibi proculdubio pro re Supponitur: Quod ſanè fit in omnibus Orationibus, in quibus ſententia aliquam, præſertim perfectam declaramus, etiamſi eiuſmodi Orationes, non ſint Enuntiationes: Quales hæ ſunt, Fuítne Plato, Socratis auditor? Vtinam Socrates, doctrinam fidei, quàm præclaris ſuis diſcipulis traderet, didiciſſet: & aliæ ſimiles.

Tertia. TERTIVM eſt, cauenda eſſe diligentiſſimè, ea quæ recentiores, traditæ definitioni adiungunt, vt potè, nomen, quod in propoſitione Supponit (vt loquuntur) verificari debere de re ſignificata, mediante copula, ſuæ Propoſitionis, & alia ſexcenta, quæ longum eſſet recenſere ex quibus colligunt, ſubiecta huiuſmodi propoſitionum, Adamus eſt, Antichriſtus eſt, Chimera non eſt, non ſupponere, & alia multo admirabiliora Corollaria. Hinc ſanè malè habuit Dialectica, ex quo Sophiſtica iſta, pro Dialecticis tradi, atque inculcari cœperunt. Sunt enim non modo inutilia, à quibus abhorret Ars omnis, ſed etiam magna ex parte falſa, quæ ſub Arte, niſi Sophiſtica, cadere non poſſunt. Id quod in præſentia facilè oſtenderem, niſi alienum hoc eſſet ab huius libri inſtituto. Hoc vnum (quia eius feci mentionem) admonebo, Subiecta illarum trium Propoſitionum Adamus eſt, &c. quæ illi negant Supponere verè ſupponi ve: Quoniam nulla cauſſa eſt alia, cur illæ Propoſitiones ſint falſæ, niſi quia Prædicata nõ conueniunt rebus, pro quibus Supponuntur ac ſubſtituuntur Subiecta.

De Suppoſitione Materiali. CAP. XXI.

Suppoſitio materialis. PRÆTER Suppoſitionem nunc explicatam, quàm vocant, Formalem, aliam addunt Dialectici, quã dicunt materialem. Hæc vero ad hunc

hunc ferè modum definitur. *Suppoſitio Materialis, eſt acceptio Vocis pro ſe ipſa, ac ſibi ſimilibus, modo ſe ipſam non ſignificet:* Quo pacto accipiuntur ſubiecta huiuſmodi propoſitionum. Homo eſt nomen: Blictri eſt vox nihil ſignificans. Additum eſt, Modò ſeipſam non ſignificet, quia ſi ſeipſam ſignificauerit, acceptio eius pro ſe, ac cæteris vocibus quas ſignificat, erit ſuppoſitio Formalis, qualis cernitur in ſubiectis harum propoſitionum, nomẽ, eſt vox: Vox, eſt ſonus: Sonus eſt qualitas. Nam cùm dictio, nomen, impoſita ſit omnibus nominibus ſignificandis, non dubium eſt, quin ſeipſam etiam ſignificet, quandoquidem & ipſa, nomen eſt. Quod eodem modo dicendum eſt de dictionibus: Vox, & Sonus. Atque hoc quidem genus ſuppoſitionis ſine ſcelere prætermitti poteſt, ſi verum eſt, quod primo libro ſub iudice reliquimus: voces (Inquam) non ſignificatiuas, imò etiam ſignificatiuas, cùm pro rebus ſignificatis non accipiuntur, non eſſe partes Orationis, ſed eſſe tantũ res ſignificatas atque oſtenſas aliis Dictionibus, quæ ſunt partes Orationis, quæque niſi facillimè intelligantur, ſemper præponi ſolent: quæ omnia eodem loco, exemplis patefecimus. Verum, quia illud ambiguum videri poteſt, & hoc genus Suppoſitionis à grauibus Auctoribus vſurpatum eſt, tria Documenta tradam quibus recentiores vtuntur ad hanc ſuppoſitionis Formam cognoſcendam.

Qua ratione prætermitti poſsit hoc genus ſuppoſitionis.

Cap. 16.

PRIMVM, Omnis Vox non ſignificatiua, quæ in propoſitione ponitur, accipitur materialiter: vt Subiectum huius Enuntiationis, Scyndapſus, eſt vox quæ litteris exprimi poteſt. *Primum documentum.*

SECVNDVM, Omnis vox, quæ alia Voce in oratione indicatur, accipitur materialiter, quo pacto accipiuntur hæ voces homo & Blictri, in his Enuntiationibus, hæc vox. Homo, ſignificat ex inſtituto: Hoc nomen homo, eſt Dictio duarum ſyllabarum, hoc nomen Blictri, nil ſignificat: Ly Blictri (vt loquuntur) eſt Vox nulli rei impoſita. *Secundum.*

TERTIVM, cum Prædicamentum ita ſignificat ſubiectum, vt non ſignificet rem quam ſubiectum ſignificat, tunc ſubiectum accipitur materialiter, vt in his propoſitionibus, homo, eſt nomen: Ego, eſt pronomen. Quandoquidem prædicata ita ſignificant ſubiecta, vt non ſignificent res, quas ſubiecta ſignificant. Adde tamen, Modo ea, quæ impediunt, remoueantur. Fieri námque poteſt, vt Additione, aut mutatione alicuius vocis, impediatur materialis ſuppoſitio, vt ſi dicas, omnis homo eſt nomẽ: Ego, ſum Pronomen: Quæ propoſitiones ſunt falſæ, nec alia de cauſſa, niſi quia ſubiecta accipiuntur pro rebus ſignificatis, quibus non conueniunt talia Prædicata. Sed ne hac quidem moderatione, perpetuò verum eſt documentum, quia etſi cum dicimus homo eſt nomen accipi ſoleat ſubiectum pro ſe ac ſibi ſimilibus vocibus: ſi tamen vlterius progrediaris hoc modo homo eſt Vox, homo eſt ſonus, homo eſt qualitas, iam videbitur falſum documentum. Quamquam enim prædicata, ita ſignificat ſubiecta, vt non ſignificent res quæ ſubiectis ſignificantur, ſecunda tamen propoſitio minus libenter conceditur de tertia, an concedenda ſit, ambigitur, Quarta planè negatur. Accipe igitur documentum hoc, non vt perpetuò verum, ſed vt maxima ex parte. At verò, vt in hac re, aliqua ex partè dicam *Tertium.*

Non eſt perpetuo verum hoc documentum, ſed maximâ ex parte.

 quod

Digitized by Google

Quid ſentien dum de ſecũdo documẽto.

quod ſentio non omnia hæc documenta mihi videntur vera,quicquid enim dicendũ ſit de Primo ac Tertio,certè ſecũdum non videtur probandum. Nam,vt vno aut altero exẽplo rem aperiã, etſi ex præſcripto Primi ac Tertij documẽti nõ ſine ratione aliqua dici ſoleat dictiones, Blictri,& homo,cum dicimus,Blictri nihil ſignificat homo eſt nomen ſubſtantiuũ,accipi pro ſe ipſis,& pro aliis ſimilibus:tamen quod in his Enuntiationibus, Hæc dictio. Blictri nihil ſignificat.Hæc vox Homo eſt Nomen ſubſtantiuũ,eodem modo accipiantur,vt ſecundum documentũ tradit hoc mihi nulla ratione niti videtur. Etenim in prioribus duab.Enũtiationibus,nullæ aliȩ exprimuntur voces quib.dictiones illæ indicẽtur vnde neceſſe videtur,vt ipſæ fungãtur officio Nominum, ſui ipſarũ & aliarũ ſimilium.At in duab.poſterioribus, planè ponũtur huiuſmodi Voces,hæc dictio,hæc vox quib.dictiones illæ indicantur, quæque pro illis accipiuntur quo fit,vt ridiculũ omnino videatur aſſerere neceſſe eſſe,vt illæ ipſæ Dictiones iterũ ſeipſas indicent, & pro ſeipſis accipiantur.Itaq; vel hac vna ratione dicerẽ,nullas voces quȩ aliis vocib. indicãtur indicare ſe iterũ in eadem oratione,aut accipi Subſtituíve pro ſeipſis, & pro aliis ſimilibus, ſed ſolum eſſe res, pro quibus aliȩ accipiũtur ac ſufficiũtur. Immò etiã non eſſe verè partes orationis, ſed perinde ſe habere ad orationẽ in qua indicãtur,vt lapides,aut ligna cùm de ipſis ſermo incidit:nec illud eſſe diſcrimen,quod ad hanc controuerſiam attinet,niſi quod lapides,& ligna nõ effinguntur gutture, nec inſeruntur inter partes orationis,vt illæ. Verũ in re parui momenti,non multum refert quicquid dicas,modo rationi alicui nitaris.

Diuiſio ſuppoſitionis. CAP. XXII.

OMISSA igitur Materiali ſuppoſitione de ea,quam nobis tradidit Ariſtoteles,dicturi, operæ precium fecerimus, ſi omnia ſuppoſitionum genera ſub vno aſpectu ponamus.

- Suppoſitionum alia.
  - Propria.
    - Cõmunis.
      - Naturalis
        - Simplex. / Perſonalis. / Abſoluta. vel
          - Pro ſingulis generum.
          - Pro generibus ſingulorũ.
      - Accidentalis.
        - Confuſa.
          - Confuſa tantum.
          - Diſtributiua.
            - Diſtributiua ſimpliciter.
            - Diſtributiua cũ exceptione.
          - Copulata.
        - Determinata.
    - Singularis.
  - Impropria.

Hac igitur Diuiſione ante oculos poſita ſingula Diuiſionis membra quo ordine ſunt deſcripta explicanda ſunt.

De

Digitized by Google

De Suppoſitione Propria, Impropria, Communi & Singulari. CAP. XXIII.

Propria ſuppoſitio. PROPRIA Suppoſitio, *eſt Acceptio Nominis pro re, quā Propriè ſignificat.* Quo pacto accipitur vox, Leo, in hac Propoſitione, [a] Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. [a] *Prou. 30.*

IMPROPRIA Suppoſitio, eſt acceptio nominis pro re, quam Impropriè ſignificat quo pacto accipitur illud idem nomen in hac Enuntiatione, [b] Vicit Leo de tribu Iuda. Accipitur enim per tranſlationem, pro Chriſto ſaluatore noſtro. *Impropria.* [b] *Apoc. 5. 5.*

Cap. 9. HVIVS ſuppoſitionis tot ſunt genera, quot ſunt modi ſignificationis Impropriæ, de quibus nonnihil diximus libro primo. Qui plura volet, Grammaticos, quorum id muneris, eſt conſulat.

COMMVNIS ſuppoſitio, *eſt acceptio Nominis communis pro ſuo Significato, aut ſignificatis.* Quo pacto accipiūtur harū propoſitionū ſubiecta: Homo eſt præcipua animaliū ſpecies. [c] Omnis homo eſt mendax. *Suppoſitio Communis.* [c] *Rom. 2. 4.*

SINGVLARIS Suppoſitio, ſeu Diſcreta eſt Acceptio nominis pro vna re tantum ſingulari, Indiuiduáve: Quo pacto accipitur ſubiectum huius Enuntiationis: Salomon fuit Regum ſapientiſſimus. Et quoniam loco nominis ſingularis, ſæpiſſimè vtimur periphraſi nominis cōmunis, & Pronominis demonſtratiui: Interdum etiam ex hypotheſi rem ſingularem communi oratione ſignificamus (vt 1. lib. diximus) veluti cum dicimus, Hic puer eſt bonæ indolis: Filius Ioannis Principis, eſt Rex Luſitaniæ: Eadem eſt harum Orationum ſuppoſitio atque Nominum ſingularium, quorum vice ponuntur. Quamquam interdum Pronomen Demonſtratiuum non oſtendit rem vnam ſingularem dūtaxat, ſed totam ſpeciem, vt ſi dicas, Hic liber eſt optimus, Hoc nomen, Homo, eſt Communis generis apud Grammaticos, quo pacto non dubium eſt, quin alia ſit ſuppoſitio Nominis Communis cum Pronomine Demonſtratiuo, alia nominis ſingularis. *Singularis.* *Cap. 2.*

SVPPOSITIONIS Singularis ſeu diſcretæ, hoc traditur Documentum. Omne Nomen ſingulare accipitur Diſcretè, Subaudi modo non accipiatur materialiter. *Documentum ſuppoſitionis ſingularis.*

De Suppoſitione Simplici. CAP. XXIIII.

SIMPLEX Suppoſitio, *eſt Acceptio præciſa nominis communis pro ſuo immediato ſignificato.* Quo pacto accipitur ſubiectum huius Propoſitionis, Homo eſt ſpecies animalis, Hæc enim Propoſitio, non affirmat hunc hominem, aut illum eſſe Speciem animalis, ſed hominem communem, quem immediatè ſignificat vox, homo, præciſè tamen ſpectatum, hoc eſt, quatenus conſideratur, & cogitatur quaſi abſtractus ab omnibus hominibus Singularibus.

AD cognoſcendum hoc ſuppoſitionis genus, tria Documenta obſeruari poſſunt.

PRIMVM, Nullum Nomen commune notatum ſigno aliquo, ſiue vniuerſali, ſiue particulari, accipitur ſimpliciter. Nam cum dicimus, exempli cauſſa, omne animal, vel aliquod animal, vel nullum animal, &c. ſemper accipimus nomen Animal, pro animalibus, quæ ſub animali communi continentur, Non igitur pro animali communi *Primum documentum.*

ff 2 præciſè

ed by Google

præciſè ſpectato, abſtractóve à ſingulis tum indiuiduis, tum ſpeciebus.

Secundum.

SECVNDVM. Omne Nomẽ cõmune, de quo verè affirmatur aliquod ex his nominibus, Vniuerſale, Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens, vt ſunt nomina vniuerſalium, accipitur ſimpliciter, modò non notetur ſigno aliquo vniuerſali, aut Particulari. Hoc Documento, intelligimus harum propoſitionum ſubiecta, Animal eſt genus, Homo eſt ſpecies, & ſimilium, accipi ſimpliciter. Intelligimus etiam ſubiectũ huius propoſitionis. Quoddam animal eſt ſpecies infima, nõ accipi ſimpliciter. Nam etſi hac Oratione ſignificamus quoddam animal Cõmune, exẽpli cauſſa, hominẽ cõmunem, eſſe speciẽ infimã, quod verũ eſt, non tamẽ ſumimus animal, pro ſuo immediato ſignificato præciſè, id eſt, pro animali cõmuni omnib. ſpecieb. animalis.

Tertium.

Quid ſit deſcendere ſub aliquo communi.

TERTIVM. Omne Nomen commune, ſub quo non licet deſcendere, accipitur ſimpliciter. Deſcendere ſub aliquo communi, (vt hoc loco hanc loquendi formulam intelligi volumus) multis enim modis ſub nomine deſcenditur, vt paulò inferiùs docebimus: nihil eſt aliud, quàm ſumere aliquid inferiùs ſignificato immediato nominis communis, cum quo inferiori, verè copuletur id quod cum eodem communi nomine verè iungebatur. Exempli cauſſa, ſi dicam, homo deambulat, ſic licebit deſcendere ſub nomine, homo, hic homo deambulat, aut ille homo deambulat, &c. Sub verbo autem, deambulat, hoc modo, homo eſt hoc deambulans, aut illud deambulans, &c. quod inferiùs apertius fiet. Ex hoc Documento, planè intelligimus, hoc nomen, homo, accipi ſimpliciter in illa propoſitione, homo, eſt ſpecies animalis, & in hac itidem, Quædam ſpecies animalis, eſt homo, quia non licet concludere ex priori, igitur hic homo, aut ille, aût aliquis alius, eſt ſpecies animalis. Nec ex poſteriori, ergo quædam ſpecies animalis eſt hic homo, aut ille, aut aliquis alius.

Cap. 16.

De Suppoſitione perſonali. CAP. XXV.

PERSONALIS Suppoſitio, *eſt acceptio Nominis communis, pro ſuis mediatis ſignificatis.* Quo pacto accipitur, hoc nomen, animal, in his propoſitionibus. Omne animal ſentit, Quoddam animal ratiocinatur: Quoddam animal eſt ſpecies infima: Quoddam animal eſt indiuiduum. Accipitur enim pro ſpeciebus, & Indiuiduis animalis, quæ mediatè ſignificat, Quamquam in prima Copulatiuè, in cæteris diſiunctiuè, vt progreſſu patebit. Dicitur hæc ſuppoſitio, perſonalis: quia præcipuè res ſingulares, pro quibus Nomẽ Commune, hoc ſuppoſitionis genere accipitur, ſunt perſonæ.

Cur dicatur Perſonalis.

VT verò hæc ſuppoſitionis forma cognoſcatur, totidem documenta tradi poſſunt.

Primum Documentum.

PRIMVM. Nullum nomen quod accipitur ſimpliciter, accipitur perſonaliter. Hoc ſatis patet ex definitionibus vtriuſque ſuppoſitionis ſimplicis inquam, & perſonalis.

Secundum.

SECVNDVM. Omne Nomen commune notatum ſigno aliquo vniuerſali, aut particulari, accipitur perſonaliter. Hoc etiam ſatis perſpicuum eſt ex dictis.

TERTIVM

TERTIVM. Omne Nomen, ſub quo licet deſcendere (vt paulò ante deſcenſum explicauimus) accipitur perſonaliter. Sed & hoc, ex dictis apertum eſt. *Tertium. Cap. 24.*

De ſuppoſitione abſoluta. CAP. XXVI.

SVPPOSITIO Abſoluta, *eſt acceptio Nominis communis, pro ſuo immediato ſignificato, non præciſe tamen.* Quo pacto accipitur ſubiectum huius propoſitionis, Homo eſt animal. Nec enim ſenſus eſt, quòd hic, aut ille, aut aliquis alius duntaxat, aut ſolus homo Communis præcisè ſumptus, ſeu, quod idem eſt, Abſtractus à ſingulis, ſit animal, ſed quod homo Communis, Abſolutè acceptus, ſeu qua ratione in ſingulis etiam hominibus reperitur, ſit animal.

HOC eodem ſuppoſitionis genere, accipiuntur harũ propoſitionum ſubiecta, Modus diſſerendi, explicatur à Dialectico. Res naturalis tractatur à Philoſopho naturali, & ſimilium. Vt igitur hanc ſuppoſitionẽ cognoſcas, accipe duo Documenta ſimilia primo, & tertio, ſuppoſitionis perſonalis. Alterum nullum Nomen, quod accipitur ſimpliciter, accipitur Abſolutè. Alterum, omne Nomen ſub quo licet deſcendere, accipitur Abſolutè. Adde tamen, modò nullo notetur ſigno præſertim particulari, qua ex parte diſſimile eſt hoc Documentũ tertio Documento ſuppoſitionis perſonalis. Addenda verò fuit hæc moderatio, quia ſi nomen notatum fuerit ſigno particulari, fieri poteſt, vt aliquãdo non accipiatur abſolutè, vt ſi dicas, quoddam animal eſt ſpecies Infima, Quidam homo, eſt Indiuiduum. Nam etſi ſub ſubiectis harum enuntiationum licet deſcendere, neutrum tamen accipitur pro ſuo immediato ſignificato: quoniam falſo dixeris abſolutè loquendo, Animal eſſe ſpeciem infimam, & hominem eſſe indiuiduum, vt ex appellatione nominum inferiùs patebit, cùm tamen propoſitiones illæ, vt verè concedantur. Aliquando etiam Nomen Commune notatum ſigno vniuerſali, non accipitur abſolutè, vt ſi dicas: Omne animal per ſe moritur: Cum enim nullum vniuerſale intereat per ſe, ſed per accidens, interitu videlicet ſuorum ſingulariũ, neceſſario efficitur, vt propoſita enuntiatio ſit falſa, niſi vox Animal, accipiatur pro ſolis indiuiduis animalibus, nam ſi pro homine etiam Communi, & pro equo Communi, & cæteris ſpeciebus animalis, & pro ipſo animali Communi capiatur, planè falſa erit, cum huiuſmodi animalia non intereant per ſe, ſed per accidens. Quare ſi enuntiatio propoſita vera eſt, non accipitur Nomen animal, pro ſuo immediato ſignificato, quod eſt animal Commune, ſicq; non accipitur abſolutè. Verùm quia ambiguum forte alicui videbitur, ſitne huiuſmodi Enuntiatio concedenda, & aliæ id genus, id circò dixi, præſertim particulari.

Primum Documentum.

Secundum.

Cap. 42.

Conferuntur inter ſe ſuppoſitio ſimplex, perſonalis & abſoluta. CAP. XXVII.

HOC iam loco licet aduertere, ſuppoſitionẽ ſimplicẽ, & perſonalem eſſe contrarias inter ſe, abſolutã verò, eſſe mediã inter vtramq;. Simplex namque, eſt acceptio Nominis communis pro immediato ſignificato præcisè, Perſonalis, pro mediatis, abſoluta *Suppoſitio abſoluta eſt media inter ſimplicem & perſonalem.*

 verò

Digitized by Google

verò, quatenus eſt acceptio Nominis communis pro immediato ſignificato, conuenit cum ſimplici, quatenus verò non excludit mediata ſignificata, conuenit cũ perſonali. Hac tamen ex parte, magis inclinat ad perſonalẽ, quàm ad ſimplicẽ, quod ſemper cũ ea iungitur perſonalis, nunquã verò ſimplex. Siquidẽ nullũ nomẽ quòd ſimpliciter accipitur, ſimul abſolutè accipi poteſt, cũ illud accipiatur præcisè pro immediato ſignificato, hoc autẽ non præcisè. Quod autẽ abſolutè accipitur, id quidem, quia non præcisè pro immediato ſignificato ſumitur, ſimul etiã neceſſario accipitur perſonaliter, cùm interim quædã perſonaliter accipiantur, quæ non accipiuntur abſolutè, vt ſubiecta huiuſmodi propoſitionum. Aliquod animal eſt ſpecies Infima: Aliquod animal, eſt indiuiduum, & aliarum multarum. Hinc ergo primùm collige, nullũ nomẽ, quod accipitur ſimpliciter accipi ſimul abſolutè aut perſonaliter. Deinde, omne, quod accipitur, abſolutè, accipi etiam perſonaliter. Poſtremò, non omne, quod accipitur perſonaliter, accipi abſolutè.

Magis inclinant quadam ex parte ad Perſonalem.

De Suppoſitione Naturali & Accidentali. CAP. XXVIII.

Naturalis.

SVPPOSITIO Naturalis eſt, *Acceptio Nominis communis pro omnibus ſuis ſignificatis.* Quo pacto accipitur ſubiectũ huius propoſitionis, Omnis Homo eſt animal, accipitur ſiquidẽ pro omnibus qui ſunt, fuerunt, erũt & eſſe poſſunt. Hos autem ſolos ſignificat nomen, Homo, non fictitios, vt Satyros, vt Faunos, qui eſſe in rerũ natura non poſſunt, niſi de impropria ſignificatione ſit ſermo, quam ſuperius, cum Suppoſitione impropria reliquimus.

Accidẽtalis.

SVPPOSITIO Accidentalis, eſt *Acceptio nominis Communis, non pro omnibus ſuis ſignificatis.* Quo pacto accipitur idem nomen Homo, in his propoſitionibus, omnis homo iuſtus, eſt probus: Nam in priori pro ſolis hominibus, qui nunc viuunt, accipitur, alioqui non concederetur Propoſitio, cum ij, qui modo non viuunt, nullum hoc tempore locum occupent. In poſteriori autem, reſtringitur à verbo, Iuſtus, vt pro iis tantum, qui iuſti ſunt, capiatur.

DOCVMENTA nulla tradam hoc loco, quia ex iis, quæ de ſtatu, ampliatione, & reſtrictione dicenda ſunt, facilè internoſci poterunt hæ ſuppoſitionum formæ.

De quadruplici Deſcenſu. CAP. XXIX.

SED vt altera Diuiſi ſuppoſitionis perſonalis explicetur, dicẽdum prius eſt, quid ſit Deſcenſus, quotque modis in hac ſuppoſitionum tractatione à Dialecticis vſurpari ſoleat.

Deſcenſus.

DESCENSVS ergo, eſt *Explicatio ſuppoſitionis alicuius nominis pro multis rebus accepti, per ea omnia pro quibus actu accipitur.* Vt cùm propoſita hac Enuntiatione, Omnis homo eſt animal, ſic explicamus ſuppoſitionẽ ſubiecti, Hic homo eſt animal, & ille homo eſt animal, & ita cæteri, qui ſunt, fuerunt, erunt, & eſſe poſſunt. pro his ſiquidem omnibus, actu, hoc eſt, nunc accipitur ſubiectum illius Propoſitionis. Non ſic explicamus ſuppoſitionem eiuſdem nominis, in hac propoſitione poſiti, Omnis homo occupat hac hora locũ, ſed enumeratis tantum iis hominibus, qui hac eadem hora viuunt, pro quibus nimirum ſolis nunc accipitur, hominis, vocabulum.

QVATVOR autem dicuntur Deſcenſus: Copulatiuus, Copulatus; Diſiunctiuus, & Diſiunctus. *Quadruplex Deſcenſus Copulatiuus.*

COPVLATIVVS fit per Particulã, Et, Copulatiuè acceptã, id eſt, iungentẽ Propoſitiones: vt ſi ſuppoſitionem ſubiecti illius Propoſitionis: Omnis homo eſt animal, ſic explices, hic homo eſt animal, & hic homo eſt animal, & ſic in cæteris. Et huius, Nullus homo eſt lapis, hoc modo, Hic homo non eſt lapis, & hic homo nõ eſt lapis, & ita in aliis.

COPVLATVS fit per eamdem particulam, Et, verum Copulatim acceptam, hoc eſt: vt iungit ac nectit Partes vnius extremi terminíve Propoſitionis, non Propoſitiones integras, vt ſi Suppoſitionem ſubiecti huius Propoſitionis. Omnia Aſtra errantia ſunt ſeptem, hoc pacto exponas, hoc aſtrum errans, & illud, atque illud, &c. ſunt ſeptem. *Copulatus.*

DISIVNCTIVVS fit per Particulam, vel Diſiunctiuè acceptam, id eſt, nectentem Propoſitiones, vt ſi Suppoſitionem ſubiecti huius Propoſitionis, aliquis homo eſt iuſtus, ſic explices: Hic homo eſt iuſtus, vel hic homo eſt iuſtus, vel ille eſt iuſtus, & ſic de cæteris. Et huius, quidam homo non eſt iuſtus, hoc modo: Hic homo non eſt iuſtus, vel ille homo non eſt iuſtus, &c. *Diſiunctiuus.*

DISIVNCTVS denique fit per eamdem particulam, vel, Diſiunctim acceptam, hoc eſt, vt nectit partes termini vnius Propoſitionis, non diuerſas Propoſitiones, vt ſi ſuppoſitionem huius nominis, Oculus, in hac Propoſitione poſiti. Ad videndũ neceſſarius eſt alter oculus, ſic exponas ad videndũ neceſſarius eſt hic oculus vel ille, hoc eſt dexter, aut ſiniſter. Neque enim expones Diſiunctiuè hoc modo. Ad videndũ neceſſarius eſt hic oculus, vel ad ſpectãdum neceſſarius eſt ille; quia expoſitio erit falſa, cùm vtraque Propoſitio ſit falſa. Quod autem dixi de particulis, Et, ac Vel, intelligendum eſt de aliis, quæ idẽ valeant. *Diſiunctus.*

De Suppoſitione Confuſa, & Determinata. CAP. XXX.

SVPPOSITIO Confuſa eſt: *quæ explicatur deſcenſu Diſiuncto, Copulatiuo, aut Copulato.* Determinata verò ſuppoſitio, vocari ſolet; *quæ diſiunctiuo deſcenſu exponitur.* Exẽpla ex dictis deſumi poſſunt. Solet à recẽtioribus tradi hæc regula, ad cognoſcendã ſuppoſitionẽ determinatã, omne nomen cõmune quod accipitur perſonaliter, & nullo notatur ſigno, aut certè particulari accipitur determinatè. Sed videtur falſa. Nã ex ea ſequitur harũ enuntiationũ ſubiecta, nauis neceſſaria eſt nauigaturo. Altera pars Cõtradictionis ex futuro Contingenti eſt vera, accipi determinatè, quod tamen nõ videtur dicendũ. Siquidẽ Propoſitæ enũtiationes cõcedi ſolẽt, vt veræ: & tamen ſi ſuppoſitionem ſubiectorũ exponas. Diſiunctiuè quo pacto exponendam diximus ſuppoſitionem determinatã, falſa erit vtroque Oratio. Quod ſanè perſpicuum fiet, ſi ita dicas exponendo. Hæc Nauis neceſſaria eſt nauigaturo, aut illa neceſſaria ex nauigaturo, & ita in cæter. Hæc pars cõtradictionis ex Futuro contingenti eſt vera, aut illa pars eſt vera. Eſt enim vtraq; expoſitio falſa: Oratio, cũ omnes partes vtriuſq; ſint falſæ, vt animaduertẽti planũ eſt. Potiùs ergo dignoſcẽda eſt hæc ſuppoſitionis forma: ex ipſa Definitione dũtaxat. Quod enim nomẽ experti fuerimus exponi diſiunctiuè dicemus ſupponi determinatè, quod non diſiun *Suppoſitio cõfuſa. Determinata. Recentiorum regula. Impugnatio. Quomodo potius dignoſcẽda ſuppoſitio determinata.*

Digitized by Google

diſiūctiuè nec determinatè,itaque hoc ſpectantes dicemus omnes terminos harū propoſitionum,Homo eſt iuſtus, Quidā homo eſt iuſtus, Quidam homo nō eſt iuſtus,accipi Determinatè.Nā ſub ſubiecto primæ & ſecundæ,ſic licet deſcendere,Diſiunctiuè:Hic homo eſt iuſtus, aut ille homo eſt iuſtus,&c.ſub ſubiecto tertiæ hoc modo. Hic homo non eſt iuſtus,aut ille homo non eſt iuſtus,&c. Sub Prædicato primæ, hoc modo,Homo eſt hic iuſtus,vel homo eſt ille iuſtus,Et ſub Prædicato ſecundæ,hoc modo,Quidā homo eſt hic iuſtus, aut quidā homo eſt ille iuſtus,&c.Sub Prædicato denique tertiæ,hoc modo.Quidā homo non eſt hic iuſtus,vel quidā homo nō eſt ille iuſtus,&c. quāquam hoc prædicatū non accipitur tantū determinatè,ſed diſtributiuè etiā: quippe cū ſub eo nō ſolū diſiunctiuè,ſed Copulatiuè oporteat deſcendere,vt paulò inferiùs patebit. *Cap.32.* Hæ omnes nunc dictę Expoſitiones veræ ſunt, quia aliqua pars cuiuſque vera eſt,quod ſatis eſt ad veritatem diſiunctiuæ enuntiationis.Idem quoque ſpectantes,dicemus ſubiectū huius propoſitionis, omnes cœli ſunt decem,non accipi determinatè, etſi prædicatū Determinatè accipiatur. Nam & ſi ſub Prædicato licet deſcendere Diſiunctiuè hoc modo, Omnes cœli ſunt hæc decem, vel omnes cœli ſunt illa decem, &c. tamen ſub Subiecto non licet. Nec enim verè dixeris,Hoc cœlum eſt decem, vel illud cœlum eſt decem, &c.quippe cum omnes partes huius Diſiunctionis ſint falſæ.

De Suppoſitione Confuſâ tantum. CAP. XXXI.

SVPPOSITIO Cōfuſa tantū eſt,*quæ explicatur ſolo Deſcenſu Diſiūcto.*Quod ſuppoſitionis genus cernitur in nomine,Oculus in hac propoſitione,poſito,Vt cernas, neceſſarius tibi eſt alter oculus : Hoc enim duntaxat modo *licet* ſuppoſitionem eius explicare,Vt cernas,neceſſarius tibi eſt *hic* Oculus, aut ille, non etiam hoc modo,Vt cernas,neceſſarius tibi eſt hic oculus, vel neceſſarius tibi eſt ille, quandoquidem neuter determinatè acceptus neceſſarius eſt,cum tamen alteruter indifferenter ſit neceſſarius.

Primum documentum. VT hæc ſuppoſitio cognoſcatur,duo potiſſimum traduntur documenta. Alterum,omne nomē,quod mediatè attingit virtus alicuius ſigni vniuerſalis affirmatiui,accipitur confuſe tantum,hoc eſt,accipitur ſolū diſiunctim & ideo eius ſuppoſitio,ſolo deſcenſu diſiuncto explicanda eſt : hoc modo accipitur Prædicatum Propoſitionis Vniuerſalis affirmatiuæ,vt huius,Omnis homo eſt animal, ſic enim exponendum eſt prædicatum,omnis homo eſt hoc animal,aut illud,&c. Nam ſi diſiunctiuè exponatur,hoc videlicet modo, omnis homo eſt hoc animal, vel omnis homo eſt illud animal, &c. falſa erit oratio, cum omnes Simplices Enuntiationes,ex quibus conſtat, ſint falſæ. Dixi, Mediatè, quia ſi nomen attingatur immediatè, accipitur Diſtributiuè, vt vox, homo,in eadem illa propoſitione,quæ nunc propoſita eſt.

Prior regula. HVIVS Documenti cauſſa, & aliorum quæ tradentur deinceps, notanda ſunt duo Dialecticorum pronuntiata. Primum eſt, ſignum poſitum in vna Categorica Enuntiatione,non attingit virtute ſua vllū vocabulum alterius, hinc colliges, in hac copulatiua Enuntiatione,

omnis

Digitized by Google

omnis homo eſt ad malũ procliuis,& tamen aliquis homo eſt probus, ſignum,Omnis, non attingere virtute ſua,nomen,Homo,in poſteriori Categorica poſitum, atque idcirco,ſignum illud impedire,quo minus eiuſmodi nomen eo loco accipiatur Determinatè, vt re vera accipitur. *Poſterior.*

SECVNDVM eſt,virtus Signorum,& Negationum,quæ ſunt partes vnius Extremi Subiecti nimirum, aut Prædicati, non attingit alterum Extremum.Tunc autem Signum & Negatio,dicitur pars alicuius Extremi, cùm non reddit Propoſitionem in qua eſt,Vniuerſalem, aut Particularem,aut Negatiuam. Verbi cauſſa,ſi dicas,Quidã homo omnem profeſſus ſcientiam, eſt improbus. Quidam Geometres nullam habens rerum naturalium experientiam, eſt doctus,quidam non Dialecticus,optimè diſſerit,ſi inquam,ita dicas,ſigna,omnem, Nullam, & negatio,Non,erunt partes ſubiectorum,quia nulla dictio earum reddit propoſitionem ſuam Vniuerſalem, aut Negatiuam, cum omnes ſint, proculdubio particulares,& affirmatiuæ.Hinc colliges,Prædicata iſtarum trium propoſitionum,non attingi à virtute ſignorum vniuerſaliũ, aut negationis præcedentis,neque eſſe opus vt harum dictionum cauſſa,accipiantur confusè, quin potius perinde accipi Determinatè, ac ſi eiuſmodi ſigna, & negatio non præcederent. Ex eo documento, cuius gratia duo hęc attulimus Pronuntiata,colliges,in his Propoſitionibus. Socrates & Plato eſt Philoſophus;Conimbricæ,& Eboræ eruditur Iuuentus,nomina Philoſophus & Iuuentus,accipi Confusè tantum:modo particula,Et,efficiat ſenſum Copulatiuum,quaſi iungat has Propoſitiones,Socrates eſt Philoſophus, & Plato eſt Philoſophus; Conimbricæ eruditur iuuentus, & Eboræ eruditur iuuentus:Nam cùm particula,Et, hoc modo ſumpta, ſuppleat vicẽ ſigni Vniuerſalis affirmatiui, vtrauis in vrbe harũ eruditur Iuuentus,neceſſe eſt ex præſcripto traditi Documenti,vt nomina illa Philoſophus,& Iuuentus,quæ à virtute talium quodammodo ſignorum attinguntur, accipiantur confusè tantũ, hoc eſt,Diſiunctim duntaxat. Itaque non ſic erit explicanda eorũ ſuppoſitio, vterque horum eſt hic Philoſophus, Vel vterque eſt ille, &c. vtraque in vrbe eruditur hæc Iuuentus,vel in vtraque eruditur illa,&c. Quandoquidem,falſa eſſet vtraque Expoſitio ſed hoc modo, Vterque horum eſt hic Philoſophus,aut ille,&c. Vtrauis in vrbe harum,eruditur hæc Iuuentus,aut illa,&c. *Cõſectarium primi Documenti.*

Ex eodem Documento colliges dictiones quæ reguntur ex verbis Determinatis per aduerbia Numeralia accipi confusè tantum vt cum dicimus Bis feci ſacrum, Ter protuli verbum, & ſimilia,eſt enim ſenſus vtroque duorum temporum feci ſacrum. Quodlibet trium protuli verbum:Vnde fit vt ſub nominibus ſacrum & verbum non ſit Deſcendendum diſiunctiuè hoc modo. Bis feci hoc ſacrum, aut bis feci illud, &c.Ter protuli hoc verbum aut ter protuli illud,&c.Sunt enim huiuſmodi Expoſitiones falſæ ſed ſolum diſiunctim hoc modo,Bis feci hoc ſacrum aut ille aut illud,&c. Si enim ſubiecta etiam reſoluantur in ea pro quibus accipiuntur licebit ita dicere Semel feci hoc ſacrum,aut illud,aut illud,&c.ſecundò feci hoc ſacrum,aut illud,aut illud,&c.& iterum feci hoc, aut illud, &c. Semel protuli hoc verbum,aut illud,&c. *Aliud conſectarium.*

& ſecundo protuli hoc verbum aut illud, &c.& tertio etiam aut protuli hoc illud,&c.quæ orationes,apertiſſimè ſunt veræ.

Secundum documentum.

ALTERVM Documentum eſt, omne nomen perſonaliter acceptum,quod ſequitur hæc verba, Requiritur, Neceſſarium eſt, Debeo, Polliceor, Deſidero & alia huiuſmodi, ad hunc videlicet modum, ad nauigandum, Requiritur nauis, ad degendum neceſſarius eſt victus, Debeo aureum coronatum,Polliceor tibi equum,Deſidero cibum,accipitur Confuſè tantum. Nam ſub eiuſmodi Nominibus non licet Deſcendere Diſiunctiuè, ſed ſolum Diſiunctim,vt experienti apertiſſimum fiet.Sunt tamen nonnulli adeo ſuperſtitioſi hac in re,vt dicant longe aliter rem habere,cum verba quæ diximus,ſequuntur nomina, hoc modo. Nauis requiritur ad nauigandum, Victus neceſſarius eſt ad degendum, &c Aſſerunt enim Deſcendendum eſſe ſub huiuſmodi nominibus,Diſiunctiuè,atque idcirco propoſitiones eſſe falſas. Verum hac in re, quæ tota pendet ex loquendi vſu, potius ego vulgi ſententiam ſequar:nec magnopere curabo:ſequantúrne verba,an præcedant, vbi vtrumque in eodem ſenſu videro vſurpatum : denique potius ex vſu colligam Documenta, quam poſitis vt libet Regulis, quod ſæpe fieri video,peruertam vſum.

Recentiores nonnulli quid dicant.

Animaduerſio.

De Suppoſitione Diſtributiua. CAP. XXXII.

SVPPOSITIO Diſtributiua eſt, *quæ explicatur Deſcenſu Copulatiuo.* Hoc genere Suppoſitionis accipitur Subiectum huius Enuntiationis, omnis homo eſt animal,& prædicatum huius Quidam homo non eſt iuſtus,& vterque terminus huius, nullus homo eſt ſenſus expers : Suppoſitio enim ſubiecti primæ,ſic exponenda eſt : Hic homo eſt animal,& ille eſt animal &c. eodem modo. Prædicati autem ſecundæ, hoc pacto, Quidam homo non eſt hic iuſtus:nec eſt ille iuſtus,nec eſt vllus alius iuſtus:Terminorum denique tertiæ,Deſcendendo ſimul ſub vtroque,hoc modo. Hic homo non eſt hoc ſenſus expers,nec eſt illud ſenſus expers,nec eſt vllum aliud,& cæteri homines eodem modo. Vt autem hæc forma ſuppoſitionis,quæ omnium eſt pręſtantiſſima,cognoſcatur,plura quàm in cæteris traduntur Documenta. Primum, Omne Nomen commune, quod immediatè attingit virtus Signi vniuerſalis affirmatiui, accipit diſtributiuè,vt ſubiectum illius propoſitionis Omnis homo eſt animal & huius, vterque oculus eſt in capite, Remouenda tamen ſunt quæ impediunt.Nam ſi dicas,non omnis homo eſt animal, impedietur Diſtributio Subiecti,à particula non præfixa,vt mox patebit.

Primum documentum.

Secundum.

SECVNDVM,Omne nomen commune,quod ſiue immediatè attingit virtus alicuius Signi negatiui,aut negationis Negantis,accipitur diſtributiuè ſi modo ſine eiuſmodi Signo,aut Negatione non accipitur diſtributiuè:hoc modo accipiuntur ambo Termini illius.Propoſitionis nullus homo eſt ſenſus expers, & Prædicatum huius, Quoddam animal non eſt ſenſus expers,quia horum Suppoſitio,explicatur deſcenſu copulatiuo.Dixi,negationis negantis,vt excluderē negationem,quam

Digitized by Google

vocant Infinitatem,qualis eſt, quæ in his nominibus continetur. Non corpus,non viuens,& in cæteris huiuſmodi. Siquidem virtus negationis Infinitantis,non attingit,niſi dictionem cum qua componit vnum vocabulum : negatio verò negans, quæ videlicet non eſt pars alicuius nominis aut Verbi,negat quicquid poſt ſe inuenit,niſi ſit pars alicuius extremi,vt ſupra diximus,qua ratione Malignantis naturæ,à pleriſque appellatur,Vnde fit,vt cùm voce dicimus,non corpus eſt ſubſtantia,ſi negatio eſt negans,ſenſus ſit,neque hoc corpus eſt Subſtantia, neque hoc aliud corpus eſt Subſtantia,neque illud aliud &c. quo pacto Enuntiatio eſt vniuerſalis negatiua, & falſa. Si vero negatio eſt Infinitans, ſenſus ſit,Quod neque eſt hoc corpus,nec eſt illud corpus,&c.eſt ſubſtantia,quo pacto enuntiatio eſt Indefinita,affirmatiua,& vera. Addidi, Si modo ſine eiuſmodi Signo negationéve, non accipitur diſtributiuè quia negatio, ſola ea nomina diſtribuit, quæ non inuenit diſtributa. Nam quæ inuenit diſtributa, non ſolum non diſtribuit,ſed etiam reddit non diſtributa.Exempli cauſſa,quia neuter Terminus huius propoſitionis.Homo eſt lapis, diſtributiuè accipitur,idcirco ſi negatio initio præponatur, vterque diſtribuetur, interiecta verò inter ſubiectum & verbum,Eſt,ſolum Prædicatum diſtribuet. At quia in his propoſitionibus, omnis homo eſt Philoſophus. Quidam homo non eſt animal, Nullus homo eſt Grãmaticus,ſubiectum primæ,prædicatum ſecundę, & vterque Terminus tertiæ,diſtributiuè accipiuntur,ideo ſi negationẽ initio præponas,hi ipſi qui diſtributiuè accipiebantur, admittent eiuſmodi diſtributiuam acceptionem, Reliqui autem qui non diſtribuebantur,Diſtribuentur. Siquidem hæ propoſitiones, non omnis homo eſt Philoſophus non quidam eſt animal, nonnullus homo eſt Grammaticus, idem valent atque hæ. Quidam homo non eſt Philoſophus. Omnis homo eſt animal.Quidam homo eſt Grammaticus,vt ex Libro 3.apertum eſt, in quibus quidem Enuntiationibus id quod diximus facilè perſpicies. Tertium documentum omnis Caſus Obliquus ad quem terminatur virtus alicuius dictionis ſuperlatiuæ, aut Comparatiuæ aut importantis diuerſitatem accipitur diſtributiuè, vt in his Enuntiationibus, Leo eſt fortiſſimus beſtiarum, Vrſus eſt robuſtior Lupo:Miluus differt ab accipitre Nam ſenſus primæ eſt Leo eſt fortiſſimus omnium beſtiarum:ſecundæ verò vrſus fortior omni, Lupo tertiæ,Miluus differt ab omni accipitre.Si tamen dictio Comparatiua,aut quæ diuerſitatem importat terminetur ad Obliquum eius nominis à quo incipit comparatio,aut diuerſitas, vt ſi dicas homo eſt fortior homine:homo eſt alius ab homine, non omnino diſtribuetur Obliquus, nec enim ſenſus harum Enuntiationum eſt,quod aliquis homo ſit fortior omni homine,aut alius ab omni homine,ſed fortior aliquo homine,& ab aliquo homine diuerſus.

Negatio negans. *Quæ nomina diſtribuat negatio.* *Cap. 7.* *Tertium.*

QVARTVM, omnis caſus obliquus,ſuprà quem cadit dictio Exceptiua,accipitur diſtributiuè,vt ſi dicas,Omne animal præter belluã, eſt rationis particeps,ſenſus erit,excepta omni bellua. *Quartum.*

QVINTVM, Omnis dictio Excluſiua præpoſita ſubiecto,diſtribuit prædicatum, vt ſi dicas, ſolum animal eſt fletus capax:tantùm *Quintum.*

homo loquitur, hæ ſiquidem propoſitiones, conuertuntur in vniuerſales Affirmatiuas, in has ſcilicet, Omne fletus capax, eſt animal: Omne quod loquitur, eſt homo; nullus autem terminus diſtribuitur in conſequente formalis Conſequentiæ, qui non fuerit diſtributus in antecedente.

De Suppoſitione Copulata. CAP. XXXIII.

SVPPOSITIO Copulata eſt, *quæ explicatur deſcenſu Copulato.* Quo ſuppoſitionis genere accipitur ſubiectum huius propoſitionis. Omnia Elemēta ſunt quattuor, & huius: Omnes cœli ſunt decem, & ſimilium: quoniam eorum ſuppoſitio, non explicatur niſi deſcenſu copulato, vt ex dictis patet: Perfacilè cognoſcitur, quo fit, vt non ſit opus documentis. Animaduerte tamen, in ſolo plurali numero poſſe nomen accipi Copulatim, vt inductione patet, cum tamen & in numero Plurali & Singulari poſſit accipi confusè tantum, aut diſtributiuè, vt in his Propoſitionibus, omnes magiſtratus ſunt Publici, omnis Magiſtratus eſt Publicus: Quidā Magiſtratus ſunt annui: Quidam Magiſtratus eſt annuus. 1. Elench. *Aduerte.*

De Suppoſitione Diſtributiua, pro ſingulis generum, & pro generibus ſingulorum. CAP. XXXIIII.

Pro ſingulis generum. SVPPOSITIO diſtributiua pro ſingulis generum eſt *quæ explicatur deſcenſu copulatiuo, enumerāte omnia ea indiuidua, pro quibus nomen accipitur.* Quod Suppoſitionis genus, cōuenit ſubiecto huius Propoſitionis, omne animal moritur. Sic enim deſcendendum eſt ſub eo, hoc indiuiduum animalis moritur, & illud moritur, & ſic cæt. Diſtributiua pro generibus ſingulorum eſt, quæ explicatur deſcenſu copulatiuo, enumerante omnes ſpecies, pro quibus nomen accipitur. Quo pacto diſtribuitur nomen animal, in hac Propoſitione, omne animal, quod à Phyſico definitur, eſt ſpecies. Sic enim exponenda eſt eius diſtributio, Hoc animal cōmune, quod à Phyſico definitur, eſt ſpecies, & illud animal commune quod à Phyſico definitur eſt ſpecies, &c. enumerando ſola cōmunia, quia ſingularia non definiuntur. Dictione, Singulorum, ſignificantur hoc loco indiuidua, Verbo autem generum, ſignificantur ſpecies, Itaque Singula Generum, ſunt Indiuidua ſpecierum, Genera verò Singulorum, ſunt ſpecies communes Indiuiduis. Ex his colliges, has Propoſitiones eſſe falſas, omne animal fuit in arca Noë. Qui vna præditus eſt virtute, omnes reliquas virtutes habet, ſi verba illa, animal, & virtutes, intelligantur diſtribui pro ſingulis generum: veras autem, ſi pro generibus ſingulorum. *Pro generibus ſingulorum.*

Diſcrimen prius. DVPLEX vero tradi poteſt inter hæc duo Suppoſitionum genera, diſcrimen, Alterum eſt, omne nomē quod poteſt accipi pro generibus ſingulorum, poſſe accipi alias pro ſingulis generum, non autem è contra Nam omne Nomē, quod Significat plures ſpecies, vt vox, animal hominem, leonem, & cæteras ſpecies animalis, ſignificat etiam indiuidua omnia quæ ſub talibus ſpeciebus continentur. Non omne autem,

Digitized by Google

autem,quod ſignificat plura indiuidua, plures etiam ſpecies ſignificat, vt planum eſt in voce,Homo.

ALTERVM Diſcrimen quod ex ipſis definitionib.colligitur, eſt, ſub nomẽ,quod accipitur Diſtributiuè pro ſingulis generũ, deſcẽdendum eſſe enumerãdo Indiuidua:Sub nomen autẽ,quod diſtribuitur pro generib.Singulorũ,deſcendendum eſſe enumerãdo ſpecies. Quamquam ij,qui vocãtur Nominales,quia nullam naturã Communẽ agnoſcunt, iubent deſcendere ſub nomẽ pro generib.ſingulorũ acceptũ.Deſcenſu quodam enumerãte ſingula indiuidua,ſub ſingulis ſpeciebus.Exempli cauſſa, ſub huius propoſitionis ſubiectum, omne animal fuit in arca Noë,ſic dicũt eſſe deſcendendum. Hoc animal huius ſpeciei fuit in arca Noë,& hoc illius, ſpeciei fuit in arca Noë, & ſic ſingula ex ſingulis reliquarum. Verùm hoc non eſt propriè exponere diſtributionem,pro generibus ſingulorum,id eſt,pro ſpeciebus,ſed pro quibuſdam indiuiduis.Præterquam quod nonnumquam, falſus erit deſcenſus, vt ſi hoc modo deſcendas ſub nomen Animal,poſitum in illa propoſitione,omne animal quod definitur à Phyſico,eſt ſpecies. *Poſterius diſcrimen.* *Aliter Nominales.* *Impugnatio.*

De Suppoſitione Diſtributiua ſimpliciter & cum Exceptione.

CAPVT XXXV.

SVPPOSITIO diſtributiua ſimpliciter, *eſt in qua nulla Exceptio intelligitur:* qualis eſt Suppoſitio nominis, Homo, in trita illa propoſitione,Omnis homo eſt animal,& in hac [a] Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori.Diſtributiua cũ exceptione quam nõnulli accommodam vocant, ea eſt,in qua exceptio aliqua intelligitur.Qualis eſt acceptio Subiecti illius propoſitionis,Omne animal fuit in arca Noë.Facile enim intelligimus Exceptionem aquatilium quæ quidem in aquis degebant, & aliorum quorumdam terreſtrium quæ aliter,quam ex animalibus ſuæ ſpeciei,gigni poterant. Eadem ſuppoſitio cernitur in illis Poëtæ verbis:Et quod tegit omnia cœlum:quæ etiam in diuinis litteris eſt frequentiſſima, vt apud Ioannem cùm ait: [b] Omnia per ipſum facta ſunt: & apud Paulum, cuius hæc ſunt verba: [c] Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Et mox ſubiicit Exceptionem, quæ intelligenda eſt.Cùm autem,inquit,dicat,omnia ſubiecta ſunt ei,ſine dubio præter eum,qui ſubiecit ei omnia.Ac de Suppoſitione Nominum hęc ſatis ſunt:ſequitur vt de ipſorum ſtatu, ampliatione,diſtractione,& reſtrictione deinceps dicamus. *Diſtributiua ſimpliciter.* *a Hab.9.27.* *Diſtributiua cum exceptione.* *Ouid.1.Metamorph.* *b Ioan.1.3.* *c 1.Cor.15.26.27.*

De Statu,Ampliatione,Diſtractione & Reſtrictione Nominum.

CAPVT XXXVI.

HÆc quatuor Acccidentia Nominum (ſeu potius Suppoſitionum) conueniunt nominibus in Enuntiatione Categorica,reſpectu eius temporis, quod per verbum principale adſignificatur.Nam cùm nomen, Categoremave accipitur adæquatè pro iis rebus quæ exiſtunt in tempore adſignificato per Verbũ principale, tunc habet ſtatum ſuæ ſuppoſitionis. Cum pluribus, tunc ampliatur *Vbi conueniãt Nominibus hæ affectiones Statut.* *Ampliatio.*

Cùm autem pro iis tātum, quæ ſunt in alio quodam tempore diuerſo à tempore verbi tunc diſtrahitur. Cùm verò eius ſtatus, ampliatio, aut Diſtractio, additione alicuius vocis, ad pauciora contrahitur, tunc denique reſtringitur. Exempli cauſſa, in illo Sophiſmate, quod ab Ariſtotele proponitur, Qui ſurgebat, ſtat, ſedens, ſurgebat: Ergo ſedens ſtat: prædicatum maioris propoſitionis, habet ſtatū ſuæ ſuppoſitionis, quoniam accipitur pro ſolis Statibus in tempore præſenti, quod adſignificatur per Verbum principale, quod eſt ipſummet Prædicatū. Eodémque modo Prædicatum Minoris, & ambo Termini Concluſionis habent Statum ſuæ Suppoſitionis, quia prædicatum Minoris accipitur adæquatè, pro iis, qui ſurgebant iuxta differentiam ſui temporis: Prædicatum Concluſionis, pro iis qui ſtant in ſuo tempore, id eſt, pręſenti: Et ſubiectum Concluſionis, pro iis omnibus, ac ſolis, qui nunc ſedent, iuxta differentiam temporis verbi, Stat: Id quod in cauſſa eſt, vt Concluſio vera eſſe non poſſit. At verò ſubiectum minoris propoſitionis, planè ampliatur, ſeu quod idem eſt, Amplè accipitur, cùm ſumatur pro iis, qui nunc ſedent, aut ante ſedebant, vt ait Ariſtoteles. Ex quo fit, vt Enuntiatio vera eſſe valeat. Denique ſubiectum maioris diſtractum eſt reſpectu temporis Verbi principalis, quia tempus Verbi principalis eſt præſens, ipſum autem Verbum quod ſubiicitur, accipitur pro rebus præteritis dumtaxat, id eſt, pro iis tantum, qui ante ſurgebant. Quod ſi hoc modo dicas: Qui heri ſurgebat, ſtat hodie, ſedens nudiuſtertius, ſurgebat heri, &c. Reſtringes ſtatum Verbi, Stat, in maiore. & Verbi, Surgebat, in minore, atque Ampliationem Participij, Sedęns, in eadem minore, & Diſtractionem Verbi, Surgebat, in maiore: vt ſatis apertum eſt. Eodem modo reſtringes Statum terminorum Concluſionis, ſi dicas, Sedens in cathedra, ſtat in via. Nomine, Verbi principalis, intellige hoc loco, Verbum, quod includit Copulam principalem Propoſitionis, aut Copulam ipſam, cum ipſa explicitè ponitur. Exempli cauſſa, in illa ſumptione. Qui ſurgebat, ſtat, verbum Stat, eſt principale. Quia includit Copulam principalem, vt patebit: ſi hoc modo reſoluas Enuntiationem. Qui erat ſurgens, eſt ſtans, Nam illud, Eſt, potior eſt Copula, quàm illud erat, cum nectat Prædicatum Enuntiationis cum Subiecto. Atque hæc etiam ipſa Copula, Eſt, in proxima Enuntiatione, in qua explicitè ponitur, eſt Verbū principale: Perſpicuum eſt igitur, quid ſit ſtatus Nominum, Categorematúmve, quid Ampliatio, Diſtractio, & Reſtrictio. Scio Diſtractionem, vel quo malueris verbo, tertiam illam affectionem appellare, à Dialecticis tractari non ſolere, verum cum ea, à cæteris tribus, planè diſtinguatur non mihi viſa eſt prætermittenda.

Diſtractio. Reſtrictio. — *1. Elen. 5.* — *Verbum principale.* — *Cur hic de Diſtractione fiat mentio.*

Quotuplex ſit ſtatus, Ampliatio, Diſtractio, & Reſtrictio.

CAPVT XXXVII.

Status Nominum triplex.

STATVS Nominum triplex eſt. Præſentis nimirum temporis, Præteriti, & Futuri, iuxta tres differentias temporum, quæ Principali Enuntiationis verbo adſignificari poſſunt.

PRIMVS cernitur in terminis huius propoſitionis, ſedens, diſſerit.

Secun

Secundus in terminis huius, Qui ſedebat, diſſerebat. Tertius in huius, Qui ſedebit, diſſeret.

Ampliatio videtur quadruplex. Vna ad præſentia & Præterita, quo pacto accipiebatur ſubiectum illius Propoſitionis, ſedens ſurgebat: Altera ad præſentia & Futura, qualis cernitur in ſubiecto huius, Viuens, morietur. Eſt enim ſenſus, qui viuit, aut viuet, morietur: Tertia ad Præterita, Præſentia, & Futura. Qualem experieris in ſubiectis harum enũtiationum; Natus, morietur: Moriturus, natus eſt: ſenſus enim prioris eſt: quia natus eſt, aut naſcitur nunc, aut naſcetur adhuc, morietur. Nam ratione cuiuſlibet horum, poteſt enuntiatio eſſe vera, Senſus autem poſterioris hic eſt: Qui moriturus adhuc eſt, aut moritur nunc, aut mortuus iam eſt, natus eſt. Quarta ad Præterita, Præſentia, Futura, & ad ea quæ nil repugnant eſſe, etſi numquã fuerint, nec ſint, nec futura ſint, quæ quidem poſſibilia vocãtur: Quo pacto accipiuntur Termini huius Propoſitionis: Omnis homo eſt animal. Habet enim hunc ſenſum. Omnis homo qui eſt, aut fuit, aut futurus eſt, aut aliàs eſſe poteſt, eſt animal, quod fuit, aut eſt, aut erit, aut certè eſſe poteſt. Addunt alij Quintam ad Præterita, Præſentia, Futura, Poſſibilia, & Imaginabilia, hoc eſt, quæ ſolùm in mente eſſe poſſunt. Quo pacto dicunt accipi hoc Nomen, Bellua, in hac ipſorum Propoſitione, Homo imaginariò eſt Bellua. Sed hoc mihi non videtur neceſſarium. Nã dictio Bellua, in propoſita Enũtiatione non accipitur pro Bellua fictitia, ſed pro vera Bellua, quam tamen ita affirmamus de homine, vt non dicamus hominem eſſe veram Belluam quod falſum eſſet, ſed fingi verã Belluam, ſeu eſſe fictè veram Belluam. Itaque nomina rerum, quæ ab operatione intellectus haud pendent, non videntur ampliari ad res fictitias: quas reuerà non ſignificant, ſed ſummum ad poſſibiles.

1. Quadruplex Ampliatio. 2. 3. 4.

Ampliatio quinta quam alij addunt.

In fine cap.

De nominibus autem rerum fictarum, cæterarúmque quæ ab operatione intellectus pendent, paulò pòſt dicemus. Hoc vnũ in omnibus ampliationibus obſeruandum eſt, nomen, quod amplè accipitur, ſemper accipi diſiunctim reſpectu harum differentiarum, eſſe, fuiſſe, fore, & poſſe eſſe, ſiue ampliatio ſe extendat ad omnes, ſiue ad tres, ſiue ad duas: id quod ex ſuprà poſitis exemplis licet intelligere. Ratio verò huius rei eſt, quia cùm dico, exempli cauſſa, omnis homo eſt animal (cuius Enuntiationis ſubiectum ampliſſimè accipitur) non hoc tantum ſignifico Copulatim, quod omnis homo qui fuit, & eſt, & erit, & eſſe poteſt ſit animal: (ſic enim qui modo non eſſet, aut non fuiſſet, aut non eſſet adhuc futurus: non eſſet animal) ſed quod omnis qui eſt, aut fuit, aut futurus eſt, aut certè alias eſſe poteſt ſit animal: qui ſenſus omnes omnino homines ſignificat eſſe animalia. Id ꝙ facile perſpicies in reliquis.

Nomen, quod amplè accipitur ſemper accipi diſiunctim reſpectu Eſſe, Fuiſſe, &c.

Animaduerte.

Sed quamquam omne nomen quod ampliatur, accipiatur diſiunctim reſpectu illarum differentiarum eſſe, fuiſſe, fore, & poſſe eſſe, ſiue omnium, ſiue quarundam: vt dictum eſt, reſpectu tamen ipſarũ rerum multò etiam aliter accipi poteſt. Verbi cauſſa, in his propoſitionibus omne ridens, plorauit: quoddam animal plorauit: vtrumque ſubiectum accipitur diſiunctim reſpectu duarum primarum differẽtiarum, ipſius nimirùm eſſe, & fuiſſe. At reſpectu rerum, illud priùs accipitur diſtributiuè

butiuè. Hoc autem poſterius diſiunctiuè. Vnde fit, vt prior Propoſitio hoc modo ſit exponenda, Hoc quod Eſt, aut Fuit ridens, plorauit, & hoc aliud, quod eſt, aut Fuit ridens, plorauit, & illud aliud ſimiliter, & ſic cætera Copulatiuè. Poſterior autem, Hoc modo, hoc animal, quod Eſt, aut Fuit, plorauit, vel illud aliud animal, quod eſt, aut fuit, plorauit & ita cætera Deſiunctiuè. Id quod in cæteris facilè intelliges, ſi tenes ea, quæ de ſuppoſitionibus dicta ſunt.

Diſtractiones ſunt ſex. 1. DISTRACTIONES ſunt ſex. Prima, cùm vox accipitur pro Præſentibus duntaxat, & Verbum principale eſt temporis præteriti. vt ſi dicas, Quod docet, didicit. 2. Secunda, cùm è contrariò, Vox accipitur pro ſolis Præteritis, & Verbum principale eſt Temporis præſentis, vt ſi dicas, Edoctus docet. 3. Tertia, cùm Vox accipitur, pro ſolis Præſentibus, Verbum autem principale eſt temporis futuri, vt ſi dicas: Qui viuit, morietur. 4. Quarta, cùm contra Vox accipitur, pro ſolis Futuris, verbum autem principale, eſt præſentis temporis, vt ſi dicas Moriturus naſcitur. 5. Quinta, cùm Vox accipitur pro Præteritis, Verbum autem principale eſt futuri Temporis, vt ſi dicas: Qui natus eſt, morietur. 6. Sexta cùm viciſſim vox accipitur pro Futuris, Verbum autem principale, eſt Temporis præteriti, vt ſi dicas: Qui morietur, natus eſt.

IN Subiectis harum omnium Enuntiationum, cernitur Diſtractio quoniam accipiuntur pro rebus, quæ continentur in alio quodam Tempore diuerſo à Tempore Verbi principalis, vt ſatis apertum eſt.

IN Prædicatis autem cernitur Status, quoniam accipiuntur adæquatè pro iis rebus, quæ continentur in Tempore Verbi principalis vt ex Documentis intelliges.

Reſtrictiones Genere tres ſpecie tredecim. RESTRICTIO, genere quidem triplex eſt, Status, Ampliationis, & Diſtractionis. Specie verò tot ſunt Reſtrictiones, quot Status, Ampliationes, & Diſtractiones. Itaque ſunt tredecim ſpecie. Quarum omnium exempla cernes in Subiectis ſequentium Enuntiationum. Sedens in cathedra, diſſerit: Qui ſedebat in cathedra, diſſerebat: Qui ſedebit in cathedra, diſſeret. Hæc ſunt exempla reſtrictionum Status.

AMPLIATIONIS autem hæc ſunt: Sedens in cathedra ſurgebat: Viuens hodie, morietur: Moriturus cras, natus eſt: Homo qui eſt, eſt animal.

DISTRACTIONIS denique hæc ſunt: Qui docet Philoſophiã, didicit: Qui viuit lautè, morietur: Moriturus cras, naſcitur: Qui natus eſt heri morietur: Qui morietur ſenex, natus eſt. Quibus autem Vocibus adiectis, ſoleat fieri Reſtrictio, inferius vtcunque docebimus. *Cap. 40.*

Prior animaduerſio. DVO tamen ſunt hoc loco animaduertenda, antequam ad documenta veniamus. Alterum eſt, aliter explicandum eſſe Statum, Ampliationem, & reliquas duas Affectiones in Nominibus Abſolutis, aliter in Connotatiuis. Prolatis namque his duabus Enuntiationibus, homo diſputat: Dialecticus diſputat: Sic explicabimus Statum ſubiecti prioris: Homo qui eſt, diſputat: poſterioris autem, hoc modo:

Qui

Qui eſt Dialecticus diſputat.

PROPOSITIS item his duabus Homo diſputauit, Dialecticus diſputauit: ſic erit explicanda ampliatio verbi, Homo: Homo qui eſt, aut fuit, diſputauit; Verbi autem Dialecticus, hoc modo: qui eſt, aut fuit Dialecticus, Diſputauit. Atque eodem modo in cæteris. Itaque Nomen Abſolutum in explicatione facienda, ſubiiciendum eſt ipſi verbo, eſt, aut Fuit, &c. Nomen autem Connotatiuum, prædicandum eſt interpoſitu verbi, eſt, aut Fuit, &c. de pronomine Relatiuo rei Connotatæ.

Poſterior animaduerſio.

ALTERVM eſt, hæc quatuor Accidentia. quæ hactenus nominibus rerum realium accommodauimus, Vocabulis etiam Entium Rationis & rerum fictarum, ſuo quodā modo conuenire. Hoc enim tantùm intereſt, quòd, Eſſe, Fuiſſe, Fore, & poſſe eſſe, non ſunt in his accipienda pro eſſe, fuiſſe, & cæteris in rerum natura (quòd vocant à parte rei) ſed pro Obiici intellectui, Obiectum eſſe, Obiiciendum fore, ac poſſe Obiici: Entia ſiquidem Rationis, & res confictæ ſeu commentitiæ; hoc tantùm eſſe habent, quòd obiiciantur menti, ſeu (vt dici ſolet) quòd ſint Obiectiuè in intellectu. Atque vt in vna re, vel altera, id quod diximus, intelligas, in his propoſitionibus, Genus prædicatur: Chimæra cogitatione concipitur: Subiecta habent Statum ſuæ Suppoſitionis pro ſuis ſignificatis, quæ nunc in tempore præſenti obiiciuntur menti. In his vero genus prædicabatur, Chimæra cogitatione concipiebatur; Subiecta accipiuntur amplè, pro ſuis nimirum ſignificatis, quæ nunc obiiciuntur, menti, vel ante obiiciebantur. Quamquam in hoc genere Nominum, non propriè cernuntur huiuſmodi Affectiones.

Qua ratione quatuor explicata Affectiones nominum conueniant nominibus entiū rationis & rerū fictarum.

Nota hæc.

Documenta quædam ad Statum Nominum cognoſcendum.

CAPVT XXXVIII.

Hic accipitur verbum propriè.

Primum documentum.

VT igitur Statum Nominum, Categorematúmve facilius cognoſcas, hæc accipe Documenta: primum, *Omne verbum, quod nec Reſtringitur, nec ampliatur, nec Diſtrahitur, habet, ſtatum ſecundum tempus principalis Copulæ.* Vt ſi dicas, Homo ſedet: Homo ſedit: Homo ſedebit; Verbum, Sedet, accipietur adæquatè pro iis qui nunc ſedent. Sedit pro iis qui ſederunt: Sedebit pro iis qui ſedebunt. Quod ſi dicas, Homo ſedet in cathedra, verbum Sedet non habebit ſtatum ſuæ ſuppoſitionis, quippe cum Reſtrictionis cauſſa nō accipiatur pro omnibus ſedentibus hoc tempore: Si vero dicas, Sol ſplendet, in qua propoſitione (quia neceſſaria eſt) termini Ampliantur, vt poſt dicemus verbum, Splendet, nō accipietur pro ſolis Solibus nūc ſplendentibus, atque ita non habebit ſtatum ſuæ ſuppoſitionis, quod ſi dicas, qui dormiuit, vigilat, Verbum, Dormiuit, & ſi adæquatè accipiatur pro iis qui dormierūt, proindéque habeat Statum in ea propoſitione, quæ includitur in Subiecto, tamen quia Diſtrahitur reſpectu verbi Vigilat, non habet haud dubiè Statum in ipſa principali Enuntiatione. Id autem quod dixi de verbis, intelligendum eſt etiam de iis, quæ opponuntur Verbis. Exempli cauſſa, ſi dicas, hic orator, dixit ornata oratione: Hic Grammaticus, profert emendatum ſermonem, illud: Probabiles rationes, accipietur adæquatè pro iis rationibus, quæ

Extenditur Documentū.

Digitized by Google

Quid nomine appoſitorũ intelligẽdum.

hoc tempore afferuntur illud vero ornata oratione adæquatè pro præteritis; Illud denique Emendatum ſermonem adæquatè pro futuris, ſicque huiuſmodi appoſita, habent Statum ſuæ ſuppoſitionis Cæterùm nomine appoſitorum, non intelligas omnia quæ adduntur Verbis, ſed ea duntaxat, quæ manant ex Actione verbi, vt quæ non diximus, aut Paſſionē inferunt, vt ſi dicas, Lignū patitur calorē, Audio concentū: Nā alioqui non eſt neceſſè, vt ea quę apponūtur, habeant Statū, iuxta tēpus Verbi vt ſi dicas, Theologus aperit myſteria: Philoſophus diſſerit de tonitruo: Nec enim neceſſe eſt, vt verba hęc Myſteria, & Tonitruo, accipiātur pro iis tantū rebus, quę nūc exiſtūt, vt ſatis apertū eſt.

Secundum Documētum.

SECVNDVM: *Omne Subiectum Propoſitionis Affirmatiuæ ac præſentis temporis cuius prædicatum non poteſt Subiecto conuenire; niſi ſuppoſita exiſtentia Subiecti, habet Statum præſentis temporis.* Vt ſi dicas, Omnis homo eſt albus. Accipitur enim Subiectum adæquatè pro omnibus ac ſolis hominibus qui tunc exiſtunt quandoquidem ſi tantùm hi eſſent albi, concederetur haud dubiè propoſitio, quod tamen non fieret ſi prędicatum non ſupponeret exiſtentiam Subiecti. Vt in his propoſitionibus, Omnis homo eſt animal, Omnis homo eſt, & ſimilibus, quod paulò pòſt dicendum eſt eadem de cauſſa non ſunt ad hoc Documentum quaſi ad Normam dirigendæ Enuntiationes, illæ [a] *Cæci vident Claudi ambulant*, & aliæ huiuſmodi, quæ in diuinis Scripturis reperiuntur: quia prædicata non ſupponunt exiſtentiam eorum Subiectorum, quæ in ipſis exprimunt.

a *Matth.* 11. 5.

Documenta ad Ampliationem Nominum cognoſcendam.

CAPVT XXXIX.

Primum Documentum.

AD cognoſcendam verò Ampliationem; permulta, & perutilia tradi poſſunt Documēta. Primum, *Omne nomen quod reddit, Suppoſitum Verbo adiectiuo Præteriti tēporis: accipitur Amplè pro Præteritis, & Præſentibus*, Exempla ſunt, Templum ædificatum eſt: Muri corruerunt: Omnis ſenex fuit Puer: Senſus enim primæ hic eſt, Templum quod fuit, aut eſt, ædificatum eſt: Secundæ, Muri qui ſunt, aut fuerunt; corruerunt: Tertiæ; Omnis qui eſt, aut fuit ſenex, fuit puer. Quodnam verò Nomen reddat Suppoſitum verbo vel prima rudimenta Grammaticæ tradunt. Dixi Verbo Adiectiuo, quia de verbo eſt, quod Subſtantiuum appellatur, alia ratio eſt. Si enim dicas, omnis homo fuit, Nomen Homo, non accipietur tantùm pro præſentibus, vt paulò pòſt dicemus: Idē dices de Suppoſitis, Subiectiſve Prędicatorum habentium ſenſum Verbi Adiectiui Præteriti temporis, verbi cauſſa, quia idem eſt dicere, Homo fuit albus, atque ſi diceres, Homo albuit: & Senex fuit adoleſcens, atque Senex adoleuit, efficitur, vt Subiecta perinde Amplientur in prioribus, atque in poſterioribus, Pari ratione, ſi Verbum Adiectiuum acceptum fuerit in ſignificatione Subſtantiui non erit neceſſe vt ſubiectum accipiatur pro præteritis, & præſentibus duntaxat, vt ſi dicas, Omnis homo extitit, Omnis homo vixit; &c. Siquidem de Suppoſitis horum atque de Suppoſito verbi ſubſtantiui, idem eſt iudicium.

Addendvm tamen eſt huic documento. *Modò remoueantur ea, quæ impedire poſſunt*, vt Status, Diſtractio, Reſtrictio: & ſi quæ ſunt alia. Quæ moderatio cæteris etiam documẽtis adhibenda erit. Secundum, *Omne nomen quod reddit Suppoſitum verbo Adiectiuo futuri temporis, accipitur amplè pro Futuris, & Præſentibus*. Exempla, Templum ædificabitur: Muri corruent, omnis homo morietur. Senſus enim primæ hic eſt, Templum, quod eſt, aut erit, ædificabitur, &c. His duobus Documentis expones multas Enuntiationes veras, quæ primo aſpectu videntur falſæ, vt puer ſenuit: vir adoleſcet. Quòd enim hæ ſint veræ, tum ex his, Senex fuit puer: Adoleſcens erit vir, quæ in illas conuertuntur; intelliges: tũ etiam, ſi inſeras in ſubiectis alia Nomina hoc modo, Puer Iſaac, ſenuit: vir peſſimus Antichriſtus, adoleſcet: quæ Orationes perſpicuam habẽt veritatem. Nil ergo ambiguitatis erit ſi iuxta primum Documentum, priorem Enuntiationem ſic exponas, Qui eſt, vel fuit puer, ſenuit; poſteriorem autem iuxta ſecundum, hoc modo, Qui eſt, vel Erit, adoleſcet. Aliæ multæ ſunt Propoſitiones, quarum obſcura & latens veritas, his documentis aperitur. *Moderatio.* *Secundum.* *Vtilitas quædam horum Documẽtorũ.*

Tertivm: *Omne nomen rei quæ dicitur Incipere eſſe, Amplè accipitur pro Præſentibus & Futuris*, Nomen autem rei quæ dicitur Deſinere eſſe, accipitur Amplè pro Præſentibus & Præteritis. Exempla ſunt, Anima huius pueri, nunc incipit eſſe, Motus huius lapidis, nunc incipit: hic homo, nũc deſinit eſſe, Motus huius lapidis, nũc deſinit. Prima Enuntiatio ſic intelligitur. Anima huius pueri, quæ nunc primum eſt, aut proximè poſt hac erit, incipit nunc eſſe. Secunda ſic, Motus huius lapidis, qui motus nũc primùm eſt, aut proximè poſthac erit, nunc incipit. Tertia ſic, Hic homo, qui nunc tandem eſt, vel proximè antehac fuit, nunc eſſe deſinit. Quarta ſic, motus huius lapidis, qui motus nunc tandem eſt, aut proximè antehac fuit, nunc deſinit. *Tertium.*

Qvartvm, *Cùm Oratio aſſerit aliquid eſſe, aut fuiſſe prius tempore, quàm aliud: tum nomen rei poſterioris.* Amplè accipitur pro iis omnibus, quæ ſunt, aut fuerunt in Differentia temporis ad ſignificata per verbum, & in ſequente, aut ſequentibus: cùm autem aſſerit aliquid eſſe, aut Fore poſterius tempore, quàm aliud; tum nomen rei prioris accipitur Amplè, pro iis omnibus, quæ ſunt, aut erunt in Differentia temporis adſignificata per verbum, & in præcedente, aut præcedentibus. Exempli cauſſa, ſi dicas, Lutherani ſunt priores Antichriſtianis, intelligendi ſunt hoc nomine ij, qui ſunt, aut erunt Antichriſti ſequaces. Si verò dicas, Pelagiani fuerunt priores Lutheranis, intelligendi ſunt hac voce, qui fuerunt, aut Futuri ſunt Lutherani. Quòd ſi dicas, Lutherani, ſunt poſteriores Pelagianis, accipienda eſt hæc dictio pro iis, qui ſunt, aut fuerunt Pelagiani, Si autem dicas, Antichriſtiani erunt poſteriores Lutheranis, accipiendum eſt hoc vocabulum, pro iis qui erunt, aut ſunt, aut fuerunt Lutherani. *Quartum.*

Qvintvm *Vocabula Propoſitionum: neceſſariarum niſi quid obſtet Ampliſſimè accipiuntur*, hoc eſt pro omnibus rebus etiam poſſibilibus, quas ſignificant, vt ſi dicas, Homo eſt animal: Homo non eſt lapis. Idem dici ſolet de terminis Impoſſibilium, vt harum: Homo eſt lapis, *Quintum.*

Homo non eſt animal. Quod ſi dicas, Homo qui eſt, eſt animal, nomen: Homo: non accipitur, niſi pro hominibus qui modò extant. Impedit enim Reſtrictio, Ampliationem. Si enim dicas, Homo eſt animal rationale, dictio, Animal, non extendetur ad bruta etiam animantia, vt in illa, Homo eſt animal, extendebatur. Diſiunctim tamen, quia Reſtringitur à voce, Rationale.

Sextum. SEXTVM. *Cùm verbum ſubſtantiuum, aut aliud, quod idem valeat abſolutè prædicatur de ſubiecto, tum ſubiectum ampliatur*, etiam ad poſsibilia. Hac de cauſſa negantur hæ Propoſitiones, omnis homo eſt: omnis homo fuit: omnis homo erit. Poteſt etiam hæc Propoſitio negari, omnis homo fuit, aut eſt, aut erit, cũ multi homines eſſe poſsint, qui nec fuerunt, nec ſunt, nec futuri vmquam ſunt.

Septimum. SEPTIMVM. *Subiecta propoſitionum Negantium, ampliantur ad poſſibilia etiam.* Vt ſi dicas, quidam homo non ſedet. Quod enim ſubiectũ huius Enuntiationis, accipiatur pro Prẹteritis etiam, & Futuris, ac poſſibilibus, ita confirmo. Accipio nomen, Neronis, qui fuit, nec iam eſt. itemque Antichriſti, qui futurus adhuc eſt, item cuiuſdam hominis poſsibilis, qui nec fuerit, nec ſit, nec futurus ſit, quique appelletur, ſi placet, Ioannes: nónne de quolibet horum falsò affirmabis quod ſedeat? Planè falsò: igitur verè dices, quod nõ ſedeat. Cum igitur ex qualibet ſingulari enuntiatione, rectè colligatur Particularis, efficitur vt illa ſit vera. Quidam homo non ſedet, etiamſi nullus ſit homo eorum qui modo extant, qui non ſedeat. Accipitur ergo ſubiectum eius, non modo pro iis hominibus qui modo extant, ſed etiam pro omnibus qui

Obiectio. extiterunt, extabunt, & exiſtere poſſunt, etiam ſi numquam futuri ſint. Quod ſi quis obiiciat, fore hoc pacto duas Cõtradicentes ſimul veras, hanc ſcilicet, omnis homo ſedet, (poſito nimirum, quod omnes qui

Solutio. nunc exſtant, ſedeant) & illam. Quidam homo non ſedet, vt probatum eſt. Occures, has quidem facta hypotheſi, quam diximus eſſe ſimul veras, non tamen eſſe Contradicentes. Nam ſubiectum negatiuæ latius extenditur quàm ſubiectum affirmatiuæ. Vt ergo ſint contradicentes, neceſſariò ſubiectum negatiuæ contrahendum eſt ad homines qui nunc extant pro quibus adæquatè accipitur ſubiectum affirmatiuæ, vt patet ex poſteriori Documento ſtatus.

Nonnulla de Diſtractione ac Reſtrictione. CAP. XL.

In quibus vocibus reperiatur diſtractio. DISTRACTIO ex vi quidem verborum, numquam reperitur, niſi in Verbo minus principali, aut in participiis & horum appoſitis, vt in exẽplis ſuprà poſitis perſpicies: At in ſacris litteris nonnumquam cernitur in ſubiectis connotatiuis, vt cùm Dominus ait: *Cæci vident, claudi ambulant*, &c. Nam ſenſus eſt: *Qui erant cæci*

Mat. 11. 5. *vident: Qui erant claudi, ambulant, &c.* Nec enim ſubiecta harum Enuntiationum ampliãtur ad præterita & Præſentia, quod aliquis forte ſuſpicabitur quia prædicatum repugnat præſentibus, nec vlla hic eſt vox, aut materia quæ ſit: vt ita dicam ampliatiua.

Quæ multis modis fiat reſtrictio. RESTRICTIO aliquando fit Additione Adiectiui, vt ſi dicas Ariſtot. fuit Philoſophus eximius. Aliquando Appoſitione Nominis vt ſi

vt ſi dicas Apoſtolus Petrus fuit primus Chriſti vicarius, Aliquando Adiectione Caſus Obliqui, vt ſi dicas, facies hominis ſpectat cœtum. Aliquando adiuncto verbo: vt ſi dicas: Plato diſputauit acutiſſimè. Aliquando interpoſita Oratione, vt ſi dicas: omnes res naturales quæ gignuntur intereunt. His ferè modis fit Reſtrictio, ſiue Status, ſiue Ampliationis, ſiue Diſtractionis. Oratio verò Interiecta, quæ conſtat ex pronomine Relatiuo & Verbo Eſt, vocatur à recentioribus peculiari vocabulo, Copula Ampliationis: vt ſi dicas, Omnis homo, qui eſt, morietur, Duo tamen ſunt hoc loco notanda. Alterum eſt, Dictionem, aut Orationem, quæ in vno extremo ponitur, non reſtringere alterum extremum ſed eam dumtaxat vocem quæ in eodem extremo eſt, verbi cauſſa hæc vox rationale, in hac enuntiatione, homo eſt animal rationale, non reſtringit vocem Homo, quæ ſubiicitur: ſed vocem, Animal, quæ in eodem Prædicato cum ipſa ſimul continetur, & ita cæteræ.

Copula Ampliationis.

Prior Animaduerſio.

ALTERVM eſt, nullam fieri reſtrictionem cùm additur vox qua efficitur: vt nomen quod propriè accipiebatur, accipiatur impropriè. Exempli cauſſa nomini, Homo, in hac Enũtiatione, Homo eſt in atrio, addas dictionem Depictus, dicáſque Homo depictus eſt in atrio, aut in hac. homo iacet in via, addas dictionẽ Mortuus, dicáſque: homo mortuus iacet in via, non reſtringes ſanè eius nominis Suppoſitionem, ſed mutabis in Impropriã. Nam quod penitus tollitur, nec ampliatur, nec reſtringitur. Huiuſmodi ergo dictionibus non reſtringitur Suppoſitio, ſed alienatur: vt recentiores dicunt. Hæc facilia ſunt nec indigent Documentis reliquum eſt igitur vt de Appellatione Nominum dicamus.

Poſterior animaduerſio.

De Appellatione. CAP. XLI.

APPELLATIONIS nomen, variè à Dialecticis vſurpatur. Qui tamen aptiùs, & meliùs appellationis voce vtuntur, intelligunt hoc vocabulo Denominationem qua vna dictio aliam Denominat, Exempli cauſſa, ſi dicas; Socrates eſt bonus Citharœdus dictio Bonus, dicitur appellare dictionem Citharœdus, non autem dictionem Socrates quia non hanc, ſed illam Denominat. Nec enim ſenſus eſt, quod Socrates ſit bonus & Citharœdus, ſed quod ſit pulſandi citharam, & canendi arte peritus. Huius affectionis vocum inter ſe rei non ignorandæ: nec contemnendæ, ſæpe meminit Ariſtoteles, vt in libris de Interpretatione & Elenchorum, nullo tamen eam certo vocabulo vſquam nominauit, quemadmodum nec ſuperiores Nominum affectiones, itaque res vetus eſt, vocabulum recentius. Appellatio igitur eſt: *Denominatio qua vna dictio aliam Denominat.* Atque ipſum Denominare, eſt appellare & dictio Denominans, dicitur Appellans. Notanda ſunt tamen duo diſcrimina inter dictionem Appellantem, & Appellatam. Alterum eſt dictionem Appellantem ſemper eſſe Adiectiuam aut velut Adiectiuam, Appellatam verò eſſe ſubſtantiuam, aut velut ſubſtantiuam. De Adiectiua & ſubſtãctiua exemplum allatum eſt; de iis verò, quarum altera eſt velut Adiectiua, altera velut ſubſtantiua, hæc cape exempla. Socrates eſt egregiè doctus,

Quid appellationis nomine intelligendum ſit.

2. de Inter. 2. 2. Elench. 4.

Appellatio quid.

Primum diſcrimen inter vocum appellantem, & appellatam.

ctus,Socrates eſt mediocriter doctus : ſiquidē hæc Aduerbia,egregiè, & mediocriter,non ſunt Adiectiua:nec nomen doctus eſt Adiectiuum, ſed tamē illa denominãt quaſi adiectiua, hoc verò quia quod denominatur eſt quaſi ſubſtantiuū. Alterū diſcrimen eſt,dictionem appellantē ſemper accipiendam eſſe ſecundùm Formale Significatum:Dictionem vero Appellatam,interdum accipi ſecundùm Formale , vt in exemplis adductis,interdum ſecundum Materiale,vt ſi dicas,Hic citharœdus,eſt bonus,Neque enim ſenſus eſt quod ſit bonus pulſandi & canendi artifex,ſed quod ſit homo bonus, ſeu virtute præditus,Scio apud multos, Denominationem,qua dictio ſecundùm materiale ſignificatum Denominatur , non vocari Appellationem : ſed non eſt cur adeo preſsè loquendum ſit , vt huiuſmodi Denominatio , non ſit Appellatio nominanda. Alia ratio eſt in dictione denominante. Nam ſi ea ſumatur ſecundum Materiale ſignificatum,fiet ſanè,loco denominationis, quædam eiuſdem rei puerilis , ac nugatoria repetitio , vt ſi cùm dicimus, Socrates eſt homo probus , ſenſus ſit,Socrates eſt homo. Ex his ergo duplex Appellatio colligi poteſt : Altera,qua vocabulum Denominetur ſecundum Formale ipſius ſignificatum:Altera, qua ſecundum materiale.Diuidi etiam ſolet Appellatio in Realem & Rationis:Appellatio Realis eſt,cum dictio quæ appellat,ſignificat Ens reale,vt in exemplis ſuprà poſitis ; Appellatio verò Rationis,cùm dictio Appellans, ſignicat Ens rationis,vt ſi dicas,Homo eſt ſpecies.Nec miteris, quod in exemplum Dictionis,Adiectiuæ , aut veluti adiectiuæ afferam nomen Species,quod eſt,ſubſtantiuum.Omnis enim dictio Connotatiua,cuiuſmodi eſt nomen , ſpecies poteſt dici,comparatione Nominis Connotati,ſeu potius rei Connotatæ,quaſi Adiectiua.

Secundum diſcrimen.

Altera aliis.

Cur dictio appellans ſēper accipiatur ſecundum Formale ſignificatum.

Duplex appellatio.

Altera diuiſio Appellationis.

Documenta ad cognoſcendam Nominum Apellationem.

CAPVT XLII.

TANDEM ad cognoſcendam Nominum appellationem tria hæc accipe documenta. Primum , *Nomen Adiectiuum, aut quaſi Adiectiuum,quod prædicatur de aliquo ſubiecto habente materiale ſignificatum. Appellat materiale ſignificatum ſubiecti niſi ſignificet Accidēs rationis.* Vt ſi dicas, Hic citharœdus eſt bonus, Homo ſedet:Chriſtus fuit ſemper. Nam Prædicatum primæ Propoſitionis Appellat hominem,qui eſt citharœdus,non,Eſt.Prędicatum vero ſecundæ,Appellat , aliquem hominem communem:ſinguli autem homines, etſi propriè non dicuntur materialia ſignificata vocis, Homo,tamen quia ſunt ſignificata mediata , poſſunt modo aliquo Materialia ſignificata nuncupari. Prædicatum quoque tertiæ appellat Verbum Diuinum,quod eſt quodammodo materiale ſignificatum nominis Chriſtus non autem,Deum Incarnatum, quod eſt formale ſignificatum eius.Hinc fit,vt negemus hanc propoſitionem, Chriſtus eſt factus quia ſignificat,ex vi Appellationis participij, Factus,Verbum Diuinum,eſſe factum.Dixi,Niſi ſignificet Accidēs rationis,quia eiuſmodi Prædicata,appellant formalia,ac immediata ſignificata ſubiectorum modò

Primum Documentum.

D. Thom.3.p. quæſt. 16.

Nota hoc pro appellatione rationis.

Digitize

modò nihil obſtet. Vt ſi dicas, Homo eſt ſpecies, Homo prædicatur de pluribus. His enim Prædicatis Appellatur, ſeu Denominatur homo Communis, & Abſtractus, non autem aliquis ex ſingulis. Hinc fit, vt negemus has Propoſitiones, Animal eſt ſpecies Infima, homo eſt Indiuiduum quid; Quia prior, ſignificat Animal commune homini, & beſtiæ, eſſe ſpeciem Infimam; Poſterior autem hominem communé omnibus Indiuiduis hominibus, eſſe quid Indiuiduum. Addidi, Modo nihil obſtet, quia multis modis poteſt huiuſmodi Appellatio impediri. Verbi gratia, ſi dicas. Hic homo eſt ſpecies. Omne animal eſt Genus, dictiones, Hic & Omne, impedimento erunt, ne nomina Homo, & Animal, Denominentur ſecundũ formalia & Immediata ipſorũ ſignificata, ſed ſecundum mediata, quæ quidẽ materialia hoc loco eſſe cenſentur.

SECVNDVM; *Vox Adiectiua, aut quaſi Adiectiua, quæ ante ſubſtantiuam, aut quaſi ſubſtantiuam in eodem Propoſitionis Extremo ponitur, Appellat Formale ſignificatum eius*, vt ſi dicas, Hic homo eſt bonus citharœdus, Chriſtus eſt factus homo. Nam ſenſus prioris eſt, Hunc hominem eſſe bonum ſecundum artem pulſandi citharam, & canendi: Poſterioris autem Chriſtum eſſe factum ſecundum humanam naturam, quam aſſumpſit. Non rectè igitur ita concludes, hic citharœdus, eſt bonus, Ergo eſt bonus citharœdus, nec contra, Eſt bonus citharœdus Ergo eſt bonus. Nec ita, Chriſtus eſt factus homo, Ergo eſt factus: Nec etiam hoc modo, non eſt factus, Ergo non eſt factus homo, Quia mutatur Appellatio. Dixi, ante ſuum ſubſtantiuum, quia ſi ſubſtantiuum ponatur ante Adiectiuum, ſæpe Adiectiuum non appellabit Formale ſignificatum ſubſtantiui, ſed materiale. Nam propoſitio hæc Chriſtus eſt homo factus, nõ alia de cauſſa ex vi verborum negatur, quàm quia, verbum, Factus, videtur appellare materiale ſignificatum Vocis Homo, quod eſt Verbum Diuinum, idque propterea quod Verbum, Factus, ponitur poſt verbum, Homo. *Secundum.*

QVOD ſi quis opponat verba illa ex Symbolo Nicæno, Et Homo factus eſt, in quibus, Verbum, Factus, ponitur poſt Verbum, Homo. *Obiectio.*

OCCVRRES, verba illa non eſſe redacta in formam propoſitionis, ſicque eſſe redigenda. Et filius, videlicet Dei, eſt factus homo. *Solutio.*

QVANQVAM & illud dici poteſt, hanc Regulam, quod attinet ad ordinem dictionum, non ſemper obſeruari, ſed maxima ex parte. *Altera ſolutio.*

TERTIVM, *Voces ſignificantes Actum animæ tum cognoſcendi, tum, appetendi appellant Formale ſignificatum earum, in quas feruntur, vt ſi dicas Cognoſco venientem: Concupiſco dulce.* Eſt enim ſenſus, Cognoſco venientem vt venientem, quamquam eum qui venit, non cognoſcam, Concupiſco dulce, qua ratione dulce eſt, quamquam ſubſtantia rei dulcis me non moueat. *Tertium.*

HIC etiam addunt recentiores, Modo vox quæ eiuſmodi Actum animæ ſignificat, antecedat eam in quam fertur, vt in adductis exemplis. Nam ſi dicas, venientem cognoſco: Dulce concupiſco, verba hæc Appellabunt materialia ſignificata dictionum præcedentium, ſenſuſque erit. Hominem qui venit, cognoſco, etiam ſi ipſum venire minimè percipiam. Rem quæ eſt dulcis, expeto, quamquam eam *Recentiores.*

Digitized by Google

Impugnatio. eam qua ratione dulcis eſt minimè cupiam. Hinc dicunt vitioſam eſſe hanc Argumentandi formulam. Venientē cognoſco, Ergo venientem: Item hanc, Concupiſco dulce, Ergo dulce cognoſco concupiſco, & vice verſa. Cæterum hæc conditio, vt mihi quidem videtur, ſæpius in hac Regula, quàm in ſuperiori prætermittitur. Quin etiam prima ſæpenumero non obſeruatur, Quod facile exemplis oſtenderem, niſi iam in hiſce rebus multus viderer.

Documenta hæc inſeruiũt Diſputationibus Theologicis. QVIA tamen hæc Documenta maiori ex parte ſunt vera atque Diſputationibus, præſertim Theologicis non parum vtilia, non ſunt illa quidem omnino contemnenda.

HÆC de Suppoſitione, cæteris Nominum, ſuppoſitionúmve Affectionibus dixiſſe ſit ſatis. Quæ quam ſint vtilia, enodandis Sophiſtarum Captionibus, iiſque omnino, quæ tota hac Inſtitutione continentur, plenius intelligendis, experietur is, qui ea didicerit, Optarem ego tamen, vt quantum Vtilitas, & Perſpicuitas paterentur, minuerentur hæc in dies potius quam augerentur. Quare cùm omnia quæ initio propoſuimus, vtcunque explicata ſint, nihil amplius dicendum. *Concluſio lib.*

***

F I N I S.

Ad maiorem Dei gloriam.

Digitized by Google

COMMENTARII

PETRI FONSECÆ SOCIETATIS IESV:

IN PRIMVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

PROOEMIVM.

De Ariſtotelis genere, inſtitutione, & reliquo vitæ progreſſu.

CAPVT PRIMVM.

Quæ agenda ſunt in priore parte proœmij.

QVONIAM ex commentariis, quos in Ariſtotelem meditamur, hos primos in lucem emittere decreuimus; rationi conſentaneum eſt, vt antequàm exponamus ea, quæ propriè initio huius operis pręfari oportet, nonnulla de auctore ipſo, eiúſque libris, ingenij præſtantia, & Philoſophãdi ratione dicamus.

Laertius, & Suidas in Ariſtotele.

Ex prioribus eſt Laertius ibidem, & Appollodorus in chronicis.

Ex poſterioribus Gellius li. 17. cap. 21.

Ariſtotelis genus.

Quo anno natus.

Quãdiu Socratem, & Platonem audiuit.

Quam fuerit lectioni deditus.

Auguſt. 8. de ciuit. Dei ca. 12. Cicer. de nat. Deorum. Laer in Ari. Appollodorus in Chronicis. Cælius ex aliis lib. 17 lec.

AVCTOR huius operis omnium conſenſu fuit Ariſtoteles Nicomachi, ac Phæſtiadis filius, genere Macedo, patria Stagirites. Aiunt illum ab Æſculapio, quẽ antiquitas ob inſignẽ Medicinæ peritiam in diuorum numerũ retulit, originem duxiſſe. Natum ferunt, alij anno primo nonageſimæ nonæ Olympiadis; alij tertio eiuſdem, hoc eſt octogeſimo primo ſupra trecenteſimum ante Virgineum partum. Diſcipulum Socratis tres annos integros fuiſſe perhibent, eóque mortuo ad Platonem decimo ſeptimo ætatis ſuæ anno ſe contuliſſe, atque in eius ſchola viginti annos aſſiduum auditorẽ fuiſſe. Quo tempore adeò inexplebilis fuit in legendis Philoſophorum libris, & in omni ſcriptorum genere excutiendo, vt Plato eius ædes Lectoris domum appellare conſueuerit: adeò veri indagandi cupidus, vt ab illo nunc Mens, nunc Veritatis Philoſophus fuerit appellatus. Ferunt enim aliquando Platonem, cùm ſcholam eſſet ingreſſus, Ariſtotelémque abeſſe intellexiſſet, ſucclamaſſe, *Abeſt Mens*; & iterum aliàs: *Abeſt Veritatis Philoſophus.*

Digitized by Google

Alexandro deligitur.

Ita factum eſt, vt & præceptoris egregia doctrina, & ſuo incredibili ſapientiæ ſtudio, cùm diſcipulus adhuc eſſet, prçclara fama excelleret, & à Philippo [a] Macedonum Rege vnus ex omnibus, qui tunc erant, egregiis Philoſophis Alexandro filio præceptor deligeretur. Extant [b] literæ Philippi ad Ariſtotelem, in quibus habet Diis gratiam, non tam quòd Alexander natus ſit, quàm quòd eo tempore eum naſci contigerit, quo ab illo inſtitui poſſit. Itaque Ariſtoteles, dum eruditur Alexander, & Regis gratia, & magno doctrinæ incremento euectus, non obſcuram in ſe aliorum Philoſophorum inuidiam cõcitauit. Quin & Platonem ipſum, hominem alioqui modeſtiſſimum, infenſiorem illi factum fuiſſe aſſerunt, quòd iam tum à ſe multis in rebus diſſentiret. Vnde illud traditur à Platone dictum, *Ariſtoteles in nos recalcitrat, non ſecus atque in matrem pulli, quos peperit.* Quod tamen Ariſtoteles ſe non arrogantiæ, aut contentionis cauſſa, ſed veritatis ſtudio feciſſe declarat primo de moribus libro. Alioqui tanta beneuolentia, & grati animi ſignificatione Platonem proſecutus eſt, vt ei aram conſtruxerit, ſtatuámque dicarit, in qua deſcriptum erat; *Illum eſſe, quem probi omnes meritò deberent & imitari, & commendare.*

Platoni infenſus.

Eius in Platonẽ animus.

antiq. ca. 17. & li. 29. c. 8.
[a] *D. Hieron. ad Latar. Plutarc. in Ale. Laertius in Ariſt. & 4. apoh. num. 22. Cic. 3. de Orat. Quintil. Inſtit. ora. lib. 1. cap. 1.*
[b] *Apud Gellium lib 9. c. 3. & alios. Laertius in Ariſtotele & alij.*
1. Ethicorum ad Nicomachum cap. 6. Crinitus ex aliis, & 24. de Honeſta diſciplina capit. 1. Iuſtin. Hiſt. lib. 12. Cicero. 1. de nat. Deor. & in 1. Acad. 2. editionis, Laert. & Auguſt. eiſdẽ locis.

Quandiu Alexandrum erudiuit.

Postqvam verò Alexandrum per quinquennium literarum ſtudiis ſatis inſtitutum exiſtimauit, Athenas petiit, in quam vrbem cùm veniſſet, & in Academia Xenocratem ſuum condiſcipulum docentem vidiſſet, decreuit etiam ipſe gymnaſiũ aperire, & publicè Philoſophiam profiteri. Quod fecit in Lyceo, vbi tredecim annis docens ſectam Peripateticorum inſtituit, quæ hoc nomine appellata eſt, quòd ipſe deambulando diſputare conſueuiſſet. Tradebat autẽ ſimul cùm Philoſophia Oratoriam, vt intelligendi, dicendique ſimul magiſterio non ſolùm doctos, ſed diſertos etiam & eloquentes diſcipulos efficeret.

Quandiu in Lyceo docuit

Alexandri in Ariſtotelem pietas

Expenſa Alexãdri, ne quid deſit Ariſtoteli ad philoſophandum.

Magna porrò fuit Alexandri in Ariſtotelem pietatis teſtificatio. Nam & Stagiram [c] eius patriã, quç ſolo æquata fuerat, de integro condidit, & crebris vſurpabat ſermonibus, *Non* [d] *minus ſe Ariſtotelẽ, quàm genitorem amare: ab hoc enim viuendi, ab illo bene viuẽdi rationem aſſecutum.* Quantam verò adhibuerit diligentiam, pecuniámque erogauerit, nihil vt Ariſtoteli deeſſet, quod ad perueſtigandas rerum naturas eſſet opportunum, Plinius his verbis declarat: *Alexandro Magno Rege inflammato cupidine animalium naturas pernoſcendi, delegataque commentatione Ariſtoteli ſummo in omni ſciẽtia viro, aliquot millia in totius Aſiæ, Græciæque tractu parere iuſſa: omnium, quos venatus, aucupia, piſcatúſque alebant, quibúſque viuaria, armenta, aluearia, piſcinæ auiaria in cura erant; ne quid vſquam gentium ignoraretur ab eo: quos percontando quinquaginta fermè volumina illa præclara de animalibus condidit.* Sunt qui dicant impendiſſe Alexandrum in huius operis confectionem octingenta talenta, hoc eſt, quadringenta, & octoginta millia noſtrorum aureorum, quod Budæus in libris de aſſe colligit. Ita factum eſt, vt viuente Alexandro, facilè Ariſtoteles eius præſidio æmulorum inuidiam ſuperarit.

[c] *Plutarc. in Alexandro. Plin. lib. 7. c. 29. Laert. in Ariſt.*
[d] *Laert. in Ariſt. & lib. 4. apop. num. 41. Plinius li. 8. cap. 16.*

Apud Athenæum 9. lib. Dipnoſoph.

cap. 29. Budæus de aſſe lib. 2.

Vervm Alexandro vita defuncto, qui eum oderant, venenum aliquantulum repreſſum peſtilentius euomuerunt. Nam in iudicium vocatus & crimine impietatis accuſatus, quòd eſſet ἄθεος καὶ ἀσεβὴς, hoc

Seneca de vita beata c.32. Crinit. ex Origine lib. 10. cap. 3. & Cælius ex aliis li. 2. cap. 2. & li. 17. capit. 34. Iuſtin. in Paraneſi ad Gẽtes. Nazianzenus Oratione prima cõtra Iulianũ. Cælius ex aliis li. 19. cap. 8. Gellius lib. 13. ca 5. & alij.

Inuidia æmulorũ in iudicium vocatur. Chalcidem ſe confert.

hoc eſt, quòd Deos, eorúmque cultum aſpernaretur cauſſam tum primùm pro ſe egit, quàm ſolam dixit toto vitæ tempore. Deinde, Athenienſium iudicium veritus Chalcidem, quæ in Eubœa inſula eſt, ſe contulit. Vnde cùm literis amicorum reuocaretur, reſpondit ſe *Athenas reliquiſſe, ne in Philoſophiam bis delinquerent Athenienſes*: Verebatur enim, ne ſi Athenas reuerteretur, extremo (quemadmodum Socrates) ſupplicio afficeretur. Itaque Chalcide deinceps verſatus, ſiue quòd aſſidua meditatione quæſtionem de admiranda vi, & natura Euripi ſepties die ac nocte reciprocantis explicare non poſſet, viribus deſtitutus, vt ſcribunt Iuſtinus martyr, & Nazianzenus Gregorius, ſiue alia de cauſa morbo correptus ab omni ſectatorum cohorte, quæ inuiſendi gratia confluxerat, rogatus eſt, vt ipſe ſibi gymnaſij, & magiſterij ſucceſſorem deligeret Erant autem duo ex omnibus longè nobiliſſimi diſcipuli, de quibus ambigi poſſet, vter eſſet gymnaſio præficiendus, Theophraſtus Leſbius, & Menedemus Rhodius: Tum ille petitis, delibatíſque duobus vini poculis, altero Leſbio, altero Rhodio, *firmum & iucundum eſſe Rhodium dixit, ſed Leſbium iucundius*. Quod cùm dixiſſet, nemini dubium fuit, quin lepidè ſimul, & verecundè Theophraſtum illa voce Menedemo prætuliſſet.

Theophraſtũ ſucceſſorẽ deligit.

ITAQVE Ariſtotelis ſucceſſore hunc in modum deſignato, cùm extrema iam inſtare intellexiſſet, atque, vt nonulli [a] referunt, dolore ſimul, ac ſpe in lachrymas ampliùs profuſus primæ cauſſæ miſericordiam intentiùs imploraſſet, deceſſit è vita expleto [b] fermè tertio, & ſexageſimo ætatis anno, ſub id tempus, quo Demoſthenes orator in Calabria Thraciæ hauſto veneno vitam finiuit.

Quo anno moritur.

[a] Cælius ex aliis li. 16. c. 3. [b] Laert. in Ariſt. & alij plerique.

ALIA nonnulla feruntur de Ariſtotele, quæ cùm ab æmulis quos ille & doctrinæ, & fortunæ cauſſa plurimos habuit, partim videantur conficta, partim in deteriorem ſenſum accepta, non ideo fidem merentur, quòd à quibuſdam ſcriptoribus referantur.

De libris Ariſtotelis. CAP. II.

Laert. in Ariſtotele. Vt 1. Ethic. c. 12. & 1. de Moribus ad Eudemum cap. 5. & 1. de Anima ca. 4. tex. 54. Vt 1. de Cælo cap. 9. text. 100. Vt in epiſtola ad Alexandr. de qua Gell. lib. 20. cap. 4. & Plutarc. in

Quàm multos libros Ariſtoteles ſcripſerit.

SCRIPSIT portò Ariſtoteles ingentem librorum copiam, in quibus maxima rerum cognitio, & incredibilis in omni diſciplinarum genere exercitatio elucet. Laërtius ad quadringentos enumerat. Qui nunc extant, centum viginti ſummam non excedunt. Eorum alios vocat Ariſtoteles tum ἐξωτερικοὺς, tum etiam ἐν κοινῷ λόγους, hoc eſt, *populares, & communes*, quòd dentur multitudini, & populari ſenſui ſint accommodati: cuiuſmodi ſunt ij, quos ſcripſit de Rhetorica Poëſi: de Animalium hiſtoria, in quibus ij etiam numerandi ſunt, quos appellat τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα, *quaſi vulgares de philoſophia quæſtiones, & quæ coram, circumfuſaque multitudine diſputabantur*. Alios vocat ἀκροαματικοὺς, id eſt, *auſcultatorios*, quòd præceptoris opera, attentíſque, & ingenioſis auditoribus indigeant, cuiuſmodi ſunt libri, quos vocant Phyſicorum, qui ab hoc ſubtiliori docendi genere Phyſicæ, ſiue naturalis auſcultationis

Libri exoterici 2.

Auſcultatorij.

Digitized by Google

nomen acceperunt: tùm libri Logici, præſertim Analytici, libri de Cœlo, & Mundo, ac ſimiles alij, in quibus præcipuè numerandi ſunt ij, quos in manibus habemus, quod & recõditiſſimam Philoſophiam contineant, & graui admodum docendi genere conſcripti ſint: Atque hanc eſſe cauſſam, cur hoc librorum genus auſcultatorium ſit appellatum, ipſe Ariſtoteles non obſcurè ſignificauit, cùm Magno Alexandro per literas expoſtulanti, quòd res philoſophicas, quibus ab illo inſtitutus fuerat, auſcultatoriis libris editis euulgaſſet, hunc in modum reſcripſit: *Auſcultatorias diſputationes, quas editas quereris, indicans debuiſſe in arcanis ſeruari: ſcito neque editas eſſe, neque non editas, ab iis enim ſolis, qui nos audierunt, intelligi poterunt.* Quibus literis, etſi alij dicunt ſignificari hos ipſos libros primæ Philoſophiæ: alij eos, qui de naturali auſcultatione inſcripti ſunt: crediderim [a] tamen eos omnes intelligendos, qui auſcultatorium, & accuratum dicendi genus continent, eos præſertim, qui ad Philoſophiam naturalem, & diuinam pertinent. Itaque Ariſtoteles, etſi ad mitigandam Regis indignationem præter modum locutus eſt (non pauci enim auſcultatorios libros aſſidua lectione, ac meditatione per ſeſe & intellexerunt, & commentariis illuſtrarunt) ſignificauit tamen difficilè admodum hoc librorum genus ſine præceptore poſſe intelligi, nec id niſi ingenioſiſſimis, & in toto hoc ſcritorum genere euoluendo, & excutiendo exercitatiſſimis contingere.

Vide Gellium in loco proximè citato, & Plutarch. in Alexandr. Ex prioribus eſt Plutarch. in Alexandr. Ex poſteriori bus Simplicius, initio Phyſ. alij.

Litera Alexandri ad Ariſtot. & Ariſtotelis ad Alex.

[a] Hoc idẽ innuit Tho. initio phyſic. Albertus initio Phy. tra. 1. c. 4. 4. Idẽ ſentit Ægydius Rom. in proœmio Phyſic.

SVNT tamen qui aliter intelligant auſcultationis nomen, cùm de inſcriptione librorum Phyſicæ auſcultationis agitur. Albertus enim aſſerit ſignificationem eius tituli hanc eſſe: *De iis quæ in rebus naturalibus potius audiuntur tamquam principia, quàm demonſtrentur:* quaſi velit Ariſtoteles ſignificare eos libros eſſe de principiis rerum naturalium, quæ in Philoſophia naturali non demonſtrentur, ſed ſupponantur. Auerrois autem nihil aliud ea inſcriptione ſignificari vult, quàm ſi Ariſtoteles diceret: *De doctrina rerum naturalium, ſiue de rebus naturalibus,* tranſlatis nimirum verbis ſignificantibus doctrinam, quæ auditu percipitur, ad res, de quibus eſt ſermo. In qua eadem ſententia videtur eſſe Philoponus eodem loco. Eorum tamen ſententia pugnat non ſolùm cum iis, quæ dicta ſunt: ſed etiam cum omnium penè Græcorum ſententia. Quapropter Alberto reſpondendum eſt, doctrinam eorum librorum non verſari tantùm, aut etiam maximè in principiis Phyſicarum demonſtrationum tradendis, ſed eſſe planè demonſtratiuam, vt ex pleriſque locis eius operis perſpicuum eſt: tametſi non eſſet hæc vſque adeò abſurda ſententia, niſi faceret vim in verbo *Auſcultationis,* quòd principia potiùs audita approbẽtur, quàm demonſtrentur. Nam & libri Elementorum Euclidis demonſtratiui planè ſunt, cùm tamen dicantur *Elemẽtorum,* quòd eorum concluſiones in reliquis libris Mathematicis, quaſi principia ſumantur. Auerrois autem dicendum, etſi Ariſtoteles nonnunquam, veluti 2. libr. huius operis cap. 3. auſcultationis nomen latè accipit pro quauis doctrina: tamen in propoſita librorum diſtinctione in auſcultatorios, & exotericos, nullo pacto illud in ea ſignificatione accipere potuiſſe.

Alberti ſententia de inſcriptione librorum de Phyſica auſcultatione.

Auer. & Philoponus in proœmio Phyſicorum.

Auerrois quid de ea re.

Refutatio.

In his ſunt Ammonius in Prædica. Simplicius, & Themiſtius in Phyſ.

Text. 14.

Omne

Google

Omnes enim libri, quos ex Ariſtoteles habemus, planè ad doctrinam pertinent; niſi doctrinæ nomine accuratam docendi rationem intelligamus, quo pacto iam Auenrois idem, quod nos, ſentiret.

Geneſius Sepulueda in 3. Polit. ad c. 4. Cap. 13. Cap. 5.

Sepulueda ſententia de Exotericis lib.

Non deſunt quoque ex recentioribus, qui exiſtiment nomine ἐξοτερικῶν non ſignificari libros populariter ſcriptos, ſed eos omnes, qui ex alio opere citantur; quæ citandi formula apud iuris Pontificij peritos paſſim eſt in vſu. Id vero ex eo probant, quia Ariſtoteles primo libro Ethicorum ad Nicomachum, cùm ſignificat libros de Anima: & primo de Moribus ad Eudemum, cùm innuit eos, in quibus nunc verſamur, opera ſanè reconditiſſimæ philoſophiæ, & difficilis admodum intelligentiæ; non eos vocat auſcultatorios, ſed exotericos. Ita fictam eſſe hanc exoterici, & auſcultatorij generum diſtinctionem, ſeu potius publicum errorem, ſi nomine exoterici generis intelligantur ij, qui ſunt leuioris operæ; auſcultatorij autem, qui ſunt ſubtilis, ac limatæ. Sed quantùm hi à verò abſint, non modò contraria tot grauiſſimorum auctorum, ſententia, quos ipſi in ea eſſe non negant, abundè oſtendit; ſed etiam iidem loci, quos potiſſimùm in ſuæ ſententiæ confirmationem afferunt. Nam cùm in loco citato primi de Moribus dictum eſſet: Neceſſariam eſſe ciuili artifici animæ cognitionem, non accuratam tamen, vt quæ ad altiorem difficilioréque diſciplinã pertineat, hæc ſubiicit Ariſtoteles: λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξοτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς, οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον: Hoc eſt; *dicuntur autem de ea in exotericis etiam diſputationibus nonnulla, quatenus ſatis eſt, iiſque vtendum, quale eſt illud; Aliam eius partem eſſe rationis expertem; aliam, quæ ratione prædita ſit; & cætera*: quibus verbis planè opponit Ariſtoteles exotericam animæ tractationem accuratioribus de eadem commentariis, Primo autem libro de Moribus ad Eudemum, cùm ſermo incidiſſet in Ideas Platonis, hæc ab Ariſtotele adiecta ſunt; ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. Hoc eſt; *Actum eſt autem multis modis de ea opinione, & in popularibus diſputationibus, & in philoſophicis*, id eſt, *accuratioribus, & philoſophico more traditis.* Quo nihil clarius in noſtram ſententiam dici potuit.

Lege Philonẽ in lib. qui inſcri. Quod omnis probus ſit liber. Laer. in Pytha. & in Pl. Cice. 1. de nat. Deo. Macrob. in ſomnium. Scip. c. 2. Baſſar li. 1. in calumniatorem Pla. c. 2. Ammonius in Prædic. Galc. in frag. de ſubſt. nat. facultatum Gell. lib. 20. cap 4. Vtriuſque generis librorum Ariſtotelis meminit Clemẽs Alexandrinus 5.

Omnes Veteres Philoſophiam ratione aliqua occultaſſe.

Avscvltatorios igitur libros, cur Ariſtoteles eo ſtylo conſcripſerit, non difficile eſt intelligere. Omnes enim veteres in ea ſententia fuerunt, vt nefas eſſe iudicarent naturæ arcana in vulgus palam proferre, qua de cauſſa alij fabularum integumentis, vt priſci Theologi, in quibus Orphæus, & Muſæus numerantur; alij ænigmatibus, vt Pythagorici, & Platonici quidam; alij dictionis obſcuritate, vt Heraclitus, qui ob eam cauſam σκοτεινὸς quaſi *tenebricoſus* appellatus eſt, aliique eius ſectatores res philoſophicas occultabant. Verùm Ariſtoteles, etſi eorum inſtitutum approbandum cenſuit; longè tamen aliam occultandæ Philoſophiæ rationem excogitauit. Improbatis enim fabularum inuolucris, ænigmatum integumentis, dictionis que obſcuritate, quòd facilè in errorem inducat (erat enim ea res ab officio veri Philoſophi alieniſſima) tanta dexteritate, verbis

Quo pacto id fecit Ariſtoteles.

Stro. Cic. 5. de fin. quem etiam lege 4. ad Atticum epiſt. 15. Gal. de ſubſt. nat. facul. Gellius lib. 10. ca. 4. Ammonius in præfatione in prædicamenta. Sim. ibidem, & initio Ph. & alij plurimi.

Quos lectores ſuorum operũ optarit Ariſt.

Cur obſcurè ſcripſerit.

Eius ſcriptorum præſtantia.

Cur ſcripta ſua non polierit.

alioqui propriis, communique ſtylo, & vulgato Philoſophiam auſcultatoriis libris tradidit, vt facilè aſſecutus ſit, quod homo prudentiſſimus optabat, vt tarda ingenia, & profanos homines, deſidéſque veritatis perſcrutatores à ſe repellat, atque ad alia ſtudia reiiciat, in quibus vtilius operam collocent; ingenioſos verò, & indefeſſos ſapientiæ amatores mira quadam voluptate ad ſe trahat, nulláque illis data erroris anſa paulatim optata veritatis cognitione imbuat: vt apertiſſimum ſit non Alexandri modò: ſed communis etiam vtilitatis cauſa temperaſſe Ariſtotelem in hoc librorum genere ſuum illud, vel Cicerone iudice, aureum orationis flumen, quo alibi ſæpè vſus eſt. Atque hoc ipſum in cauſſa fuit, vt ille ante meridianum tempus, quod grauioribus ſtudiis aptius eſt, auſcultatoriæ doctrinæ tribueret, pomeridianum exotericæ, ac populari. In vtroque tamen genere tam grauiter, tam doctè, tam copioſè etiam, pro rerum, & inſtituti ratione ſcripſit Ariſtoteles, vt nemo penè cum eo videatur conferendus; multi quoque magni nominis Philoſophi longè retro relinquantur: ſed & plerique inſignes viri in eo propè vno legendo, & explanando benè collocatum vitæ curſum putauerint, non immeritò perſuaſi omnem ætatem in eo inuenire quod diſcat, omne ingenium, in quo ſe proficere poſſe non dubitet. Quòd ſi Ariſtoteles pleraque tradidit, quæ explicatiùs, politiùs, & omnino meliùs ſcribere potuiſſet, condonandum id facilè eſt. Vt enim primus erat, partim in inueniendis, partim in diſponendis; & ad ſua initia redigendis rebus; ita non ſatis potuit omnia eo cultu orationis ſcribere, quo ſolent ij qui cùm ea tractent, quæ planè comperta habent, ad ſolam ſcribendi rationem attendunt.

Qua de cauſa ſæpe ambiguè loquatur.

Cur ſæpe ad verba, non ad ſenſum argumentetur.

Euſtrat. 1. Eth. ca. 6. & D. Thom. 3. Metaph. lect. 11. & 1. de Cælo lect. 22. & 1. de Anima. lect. 8. & alibi ſæpè.

a Ca. 5. tex. 15.

b Cap. 7. tex. 44.

Philoſophiæ officium.

In philoſophia quanam veritas quæratur.

At ſæpe Ariſtoteles ambiguus eſt, lubricus, & quem neſcias, qua parte teneas: ſæpius etiam vafer, & in reprehendendis Veteribus calumniator, vt qui non ſenſum, ſed verba referat, atque vt ſonant, reprehendat, quod ſcribendi genus iniurium eſt. Fateor equidem Ariſtotelem ſæpè obſcurè, aut ambiguè locutum, ſed iis tantùm locis id feciſſe, in quibus non ſatis compertum habebat, quid ſtatuendum eſſet, quídve iis, quæ ipſi contrà occurrebant, reſpondendum videretur. Quod ideò videtur feciſſe, vt occaſionem aliis daret eiuſmodi res melius diſcutiendi, ſimúlque eorum reprehenſionem declinaret, quam homo cautus, & minimè contemptor gloriæ metuebat. Nec verò calumniæ vitio notari debet Ariſtoteles, quòd ſæpe non ad ſenſum aliorum, ſed ad verba argumentetur, id enim facit, quia illorum philoſophandi rationem non probat, qui ſibi ſolis loquuntur, vt ipſe ſcribit libro tertio huius operis, & [a] fabularum, ænigmatúmue integumentis, aut dictionis obſcuritate, & inſolentia, vt paulò antè dictum eſt, Philoſophiæ veritatem occultant, quod tribus de cauſis non videtùr faciendum. Vna, quia Philoſophiæ munus eſt quærere cauſſas patentium effectorum, vt ipſe docebit primo libro huius operis; [b] vnde fit, vt quemadmodum effecta ſunt manifeſta, ita etiam cauſſæ manifeſtè tradendę ſint. Altera, quia in Philoſophia non alia veritas quæritur, quàm quæ per ſe nota eſt, aut ex per ſe notis deducitur, ſiquidem in his

in his poſita eſt omnis perfecta cognitio, ad quam naturale ſciendi deſiderium aſpirat. Tertia, quia occultatio veritatis ſub tegumentis fabularum, & ænigmatũ, dictioniſque obſcuritate nihil aliud eſt, quàm occaſio errorum aliter, atque aliter interpretantium, quæ præberi non debet à Philoſopho, cuius finis eſt veri cognitio, & boni adeptio. His de cauſis conſueuit Ariſtoteles refellere multorum Philoſophorum dicta, non quod in ſententias eorum inuehatur, quę magna ex parte fuerunt ſanæ, aut ſaltem longè probabiliores, quàm vt ipſe eas interpretatur: ſed quia, vt ipſi diſplicet ea philoſophandi ratio, ſic operæpretium ducit illam è Philoſophorum ſcholis explodere.

2. Meta. cap. 1. tex. 3. Cic. 2. de Finib.

Philoſophia finis.

Illvd vnum cùm in reliquis libris, tum maximè in hoc opere fortaſſe vereatur aliquis, ne multa offendat corrupta, & deprauata, & quæ videantur ab Ariſtotelis ſententia longè aliena. Nam vt plerique hiſtorię ſcriptores referunt, Ariſtoteles libros ſuos cum ſchola ipſa Theophraſto diſcipulo legauit, eos Theophraſtus Neleo Sceptio Coriſci filio cum iis ſimul, quos ipſe conſcripſerat, Teſtamento reliquit, qui Neleus diſcipulus & ipſe Ariſtotelis fuerat. Neleus totam bibliothecam Scepſim, hoc eſt, in patriam ſuam comportatam poſteris reliquit, hominibus ſanè imperitis, & quos nulla Philoſophię, aut dignitatis cura tangebat, qui Ariſtotelicos libros negligenter primum ſeruarunt, deinde metuentes ne ſibi ab Attalicis regibus, qui ad inſtruendam Pergami bibliothecam ſtudioſiſſimè varia volumina vndique conquirebant, eriperentur, terræ infoſſos occuluerunt. Poſtremò ſitu, & carie (quod erat neceſſe) multis locis labefactatos, ac corroſos Appelliconi Teio magno pretio tradiderunt, qui vt erat pecuniæ, quàm ſapientiæ ſtudioſior, corroſionibus inconſultè, & pro arbitrio ſuppletis, multis erroribus reſperſit: quod quidem ſi cæteris libris accidiſſe meritò creditur, veriſimile eſt hos ipſos, quibus profundior, & minus cognita Philoſophia continetur, multò corruptiores è manibus Appelliconis exiiſſe. Verùm non eſt, quod de hac re magnoperè ſimus ſoliciti. Nam, vt iidem auctores ſcribunt, libri Ariſtotelici, etſi ab Appellicone deprauati ſunt, ſemper tamen eo viuente in eius bibliotheca Athenis delituerunt; quo mortuo, & Athenis à Lucio Sylla dictatore ſubactis iuſſu eiuſdem Syllæ Romam tranſlati à Tyrannione Grammatico primùm, homine ea ætate doctiſſimo, eiúſque pene æquali Andronico Rhodio: deinde ab aliis poſterioribus diligentiſſimè correcti, & emendati, atque adeò explanati ſunt. Vulgatis enim eius libris adeò ſolertes, & diligentes enarratores nactus eſt Ariſtoteles (quod aliorum magnorum Philoſophorum contigit nemini) vt facilè eis fuerit non ſolùm corrupta, & contaminata ex aliis locis ipſius auctoris reſtituere (præſertim cùm ſibi ipſe fuerit vbique ſimilis) ſed etiam doctiſſimis explanationibus illuſtrare. In quibus ſanè prima gloria debetur Alexandro Aphrodiſienſi, qui ſub tempora Alexandri Seueri Cæſaris primus omnium omnia penè Ariſtotelis præcipua volumina plenis commentariis explicauit. Ita paucis quibuſdam verbis exceptis, de quibus haud magnoperè pugnandum eſt, nihil penè cùm in aliis, tum in

Vide Plut. in Sylla. Strabo 13. libr. Geogra. & alij.

Libri Ariſtotelis quo pacto ſeruati ſint.

Qua ratione deprauati.

A quibus correcti.

Alexandri Aphrod. gloria in enarrãdo Ariſt.

tum in hoc etiam volumine reperias, quod ex aliis eiuſdem Philoſophi locis confirmari non poſſit.

Cur de quibuſdam libris Ariſtotelis dubitari poſſit.

Laer. in Ar. Plutarch. in Plat. Ammo. in Prædicam.

Mvltæ porrò ſunt cauſſæ, propter quas ambigi poſſit de quibuſdã libris, qui feruntur Ariſtotelis, ſint ne ab Ariſtotele conſcripti. Plures enim philoſophi nomine Ariſtotelis vocati ſunt, multi etiam eius diſcipuli de eiſdem argumentis, de quibus præceptor, libros compoſuerunt, qui propter doctrinæ cognationem ab Ariſtotele editi videri poſſunt. Deinque Ptolemæus Philadelphus magna vi pecuniæ libros Ariſtotelis, aliorumque philoſophorum conquiſiuit, ad quem multi lucri cauſſa libros ab Ariſtotele minimè conſcriptos pro Ariſtotelicis afferre potuerunt. De iis tamen, quæ nunc enarranda ſuſcepimus, tanta eſt cùm veterum, tùm recentiorum conſenſio, vt omnes auctores totum opus Ariſtoteli Stagiritæ aſcribant. Id, quod etiam apertè teſtantur ſtylus planè Ariſtotelicus, plena rerum breuitas, & ſententiarum cùm profunditas, tùm etiam cum reliqua Philoſophi doctrina conuenientia, atque conſenſus. Sed iam de Ariſtotelis ingenio dicendum.

De ingenio Ariſtotelis. Capvt III.

Plin. lib. 7. c. 29. lib. 17. c. 5. libr. 25. cap. 2. Idẽ Laer. lib. 4. apoph. nu. 51.

Homeri ingenium.

Svnt qui Homerum ingeniorum fontem, & doctrinarum parentem appellent, in eaque ſententia videantur eſſe vt putẽt illum mortalium omnium ingenioſiſſimum fuiſſe, eamque ob cauſam meritò Magnum Alexandrum, cùm vnguentorum ſcrinium, quod erat auro, gemmiſque pretioſum, inter ſpolia Darij Perſarum regis inueniſſet, varióſque eius vſus amici demonſtrarent, librorum potiùs Homeri cuſtodiæ deputaſſe; nempè vt pretioſiſſimum humani animi opus, quàm maximè diuiti opere ſeruaretur. Fauet ei ſententiæ, quòd Homerus, etſi obſcuritate generis, ac nominis dum viueret, ignotus fuit; adeò tamen ingenioſum opus reliquiſſe iudicatus eſt, vt poſt eius obitum ſeptem clariſſimæ vrbes magna contentione de eo ſibi vendicando ciue certarent. Verùm ea ingenij laus non vt in hominem Philoſophum conuenit, ſed vt in Poëtam omnium (ſaltem quos Græcia vidit) ingenioſiſſimum. Qua de cauſſa Ariſtoteles nunc illum oculatiſſimum, nunc præcipua laude dignum, nunc etiam præ cæteris diuinum appellat. Quamquam enim plurima Philoſophiæ ſemina per totum ſuum opus ſparſit, eo tamen nomine præcipuè celebratur, quòd in omnibus Poëticæ artis partibus excelluerit. Quocirca Plato, cùm ſæpe alibi Homerum miris laudibus extuliſſet, in decimo tandem libro de Republica planè aſſerit, atque adeò latè confirmat, illum nec diuina nec humana, docuiſſe, ſed eſſe modò Poëtarum omnium qui Tragœdiam ſcripſerunt, caput & principium. Atque id ſenſiſſe eos, qui Homerum videntur omnibus præferre, ex eo conſtat, quod aliàs Ariſtotelem ſummum in omni ſcientia virum; aliàs virum immenſæ ſubtilitatis appellent.

Plutarch. in Hom. Cic. pro Archia. Gell. libr. 3 cap. 11. In Poetica. cap. 6. & 22.

Eius prima laus in poëſi.

Vt in Theæteto, & in Ione.

Iudicium Platonis de Homero.

Plinius lib. 8. cap. 16. & li. 18 cap. 34.

Hippocratis ingenium.

Alii forſitan dixerint primas ingenij partes tribuendas eſſe Hippocrati Coo, idque tamquàm Philoſopho, quòd eius dogmata adeò firma,

Digitized by Goog

firma,& certa ſint, vt cùm ſingula penè verba Philoſophicum aliquod myſterium contineant, à nemine tamē totis iam bis mille annis vel minima ex parte conuelli, aut erroris argui potuerit. Sed Hippocrates, etſi egregiè philoſophatus eſt, atque in iis rebus, de quibus diſſeruit, nullus Philoſophorum aut verius, aut breuiùs, aut grauiùs ſcripſit, ea tamen ſola tractauit, quæ ad Medecinam pertinent. Cùm verò omnia Veterum de ea re ſcripta, & vulgatas multorum ſententias mirabili iudicio, delectúque collegerit, & plurima, vtiliſſimáque humano generi per ſe ipſe inuenerit, atque obſeruauerit, denique Medicinam ab aliis minus perfectè traditam, à ſe autem optimè conſtitutam & digeſtam, ad Ariſtotelem tranſmiſerit, non dubium eſt, quin ea in re Ariſtoteli ſit anteponendus. At nos quærimus ingenium omnium Philoſophorum in tota Philoſophia præſtantiſſimum, quale Ariſtotelicum fuiſſe contendimus.

De eius ſcriptis inſignis laus.

ª Laer. in Socra. & Pla.

Socratis ingenium.

Aug. 8. de ciuit. Dei ca. 3. & 4. Cic. in dialogo de Amicit. & in 1. Acad. q. & in 3. 4. 5. Tuſcul.
ᵇ Cic. 5. Tuſc. quaſt.
ᶜ Cicer. 3. de Or. ad Quintum fratrem.

ATQVI ª Socrates, qui Platonis, Ariſtotelis, multorúmque aliorum inſignium Philoſophorum præceptor extitit, & in Philoſophia penè parens, iure ſibi primas ingenij partes videtur vendicare. Nāque, *Multiplex illius ratio diſputandi*, vt Ciceronis ᵇ verbis vtar, *rerum item varietas, & ingenij magnitudo Platonis memoria, & literis conſecrata plura genera effecit diſſentientium Philoſophorum, A Socrate* ᶜ *enim, quòd ex illius, variis & in omnem partem diffuſis diſputationibus alius aliud apprehenderat, proſeminatæ ſunt, quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, & multum diſiunctæ, & diſpares, cùm tamen omnes ſe Philoſophi Socraticos & dici vellent, & eſſe arbitrarentur.* Hinc Plato quicquid ſcit: Socrati videtur attribuere, nec fere vſquam ſententiam ſuam, niſi Socratis ore profert: tametſi Socraticæ modeſtiæ cauſſa, & miræ obſeruantiæ, qua Socrates fuit in verum, rarò admodum illum aliquid aſſerentem inducit. Hinc Ariſtoteles affirmat, *vſque ad Socratem rudem fuiſſe Philoſophiam, eumque primùm vniuerſalia inueniſſe, res definire cœpiſſe, & Moralem Philoſophiam tradidiſſe.* Quòd ſi Delphicis oraculis, quæ erant totius Græciæ celeberrima, fides aliqua habenda eſt (ſæpè enim cacodæmones, vt fidem apud homines conciliarent, vera nonnulla prædicebant) quis neſciat Pythiæ oraculo numeroſè pronunciatum:

Platonē vbique induere perſonam Socratis.

Vſque ad Socratem rudē fuiſſe Philoſophiam.

Socratē omnium ſapientiſſimū indicatum.

Aug. 8. de Ciuit. Dei ca. 4. Laer. in Socra. & Lact. lib. 3. ca. 19. 1. Meta. cap. 6. a text. 5. & 13. ca. 4. & 1. de partibus animal. c. 1. Laer. in Socra. Cic. 1. Acad. 2. edit. & de amicitia Plin. lib. 2. ca. 31. & lib. 34. cap. 6. Lact. li. 1. cap. 15. & ſequēt. Ariſtotel. 13. Meta. cap. 4. Auguſt. 8. de Ciuit. Dei ca. 1. Lact. lib. cap. 13.

Ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτης σοφώτατος;

ITA non immerito videtur Cicero modò illum, *Philoſophiæ parentem* appellare, modò *Philoſophorum principem*, alias, *eum qui primus Philoſophiam è cœlo deuocauit, & in vrbibus collocauit.* Sed vt demus Socratem ingenij acumine omnibus Philoſophis, qui ad eius ætatem Philoſophiam tradiderunt, excelluiſſe (quod Plato, & Ariſtoteles videntur iudicaſſe) certè quòd ſapientiſſimus Philoſophorum, & habitus, & vocatus eſt, non ad ingenium, ſed ad vitam, & ſtudia videtur referendum. Socrates enim, vel quia in naturalium, diuinarúmque rerum cognitione parum ſe profecturum ſperabat, vel quia in vita, & moribus multò plus operæ, ac præſidij, quàm in cognitione rerum à noſtris ſenſibus remotarum, ponendum eſſe cenſebat, relictis ſtudiis naturalis, ac diuinæ Philoſophiæ, totum ſe ad morum doctri-

Qua ratione.

Cur ad Moralẽ ſcietiam ſe contulerit.

nam conuertit, quam vſque ad eam ætatem nullus Philoſophorum pro dignitate coluerat. Atque hæc ipſa eſt Philoſophia, cuius ille parens dictus eſt, & in qua Philoſophorum princeps iudicatus. Id, quod non tam dictum crediderim, quòd omnium optimè motum ſciẽtiam tradiderit (ſæpius enim, quàm alij plerique lapſus eſt in ea re Socrates) quàm quòd eam primus inueniſſe cenſeatur, eique primus ſe totum conſecrauerit, & omnium ſtudioſiſſimè vitam & mores ad eius normam accommodauerit; parumque fore ratus ſi ſe ipſum meliorem redderet, paſſim per vicos, & porticus mortales omnes ad virtutum cognitionem & amorem publicis diſputationibus, priuatiſque colloquiis, ac vitæ exemplo inflammare non deſtiterit. Denique hac de cauſa dicitur ille Philoſophiam de cœlo deuocaſſe, & in vrbibus collocaſſe. Nam quòd ex eius vario, & multiplici diſputandi vſu variis, ac diſſentientibus Philoſophorum ſectis auctor fuit, non tam in laudibus ingenij, quàm in ſtudio veri inueniendi ponẽdum eſt, quo ille ductus nullam in partem ſe non flectebat diſputando. Quin etiam ea philoſophandi ratio non nihil imminuit laudes ingenij, ſimulque anſam præbet inſimulandi arrogãtiæ eos omnes qui illam amplexi ſunt, quaſi veriti ſint, ne ſi aliquid aſſererent, multos inuenirent à quibus ipſorum ſententiæ refutarentur. Vt enim magni ingenij non eſt in quauis re hærere, ac vacillare, ſed potiùs certis poſitis principiis trãmitem veritatis quæ vna eſt, & ſibi vbique conſentiens ſtudioſe perſequi, ita non eſt ſatis modeſti animi id vereri affirmare quaſi ſuum de quo tanquam de propria ſententia reprehendi poſſit, tametſi Socrates apud Platonem veri inueniendi cauſa paſſim optat vt ab iis, cum quibus diſputat, coarguatur, omnibúſque ſuadet vt eundem animum induant.

Eius ratio philoſophandi nõ admodum probatur.

Socratis modeſtia.

Comparatio Ariſtotelis cum Platone.

Itaque de ſolo Platone, & Ariſtotele reliqua nobis videtur controuerſia. Latini enim haud difficilè veteribus Græcis ingenij gloriam concedent. Ac Platonem quidem hac in cauſa Ariſtoteli eſſe præferendum ex eo contendunt plerique, quòd dubium non ſit, quin Plato multò acutiùs videatur perſpexiſſe res longè poſitas à noſtris ſenſibus, ad quas Ariſtotelici intellectus acies non ſatis pertingebat. Multò enim plura ſcripſit Plato de diuinis rebus, vnde hic Diuini, ille Dæmonij cognomen inuenit. Deinde nequaquam Ariſtoteles viginti annos Platonem audiuiſſet, niſi ab eius ingenio ſuperari ſuum perſpicuè cognouiſſet. Iam Plato quod Græciæ ingeniis non ſatiaretur: longiſſimè peregrinatus eſt. Ariſtoteles vnicum Platonis ingenium ſatis eſſe putauit, vt ex eo proficeret. Denique ornamenta illa ingenij, quæ in orationis ſplendore, & eruditione poſita ſunt, in Platone magis quàm in Ariſtotele enituiſſe, nemo, inquiunt, dubitauerit, ita omnia ſunt plena lectione antiquitatis, ita ornata, & polita, vt non ſine cauſa de Platone dictum ſit, *Iouem, ſi Græcè loquatur, non alio quàm Platonico ſermone vſurum.* His penè, atque aliis argumentis adduci potuerunt duo præcipua, vt plerique iudicant, Latinorum ingenia, Marcus Tullius, & D. Auguſtinus, vt Platonem Ariſtoteli vbique præferãt, ita enim Ariſtotelem admirantur, vt Platonem ſemper excipiant.

Cælius refert. lib.17.ca.17. Hier.epi.1.ad Paulinũ Au. 8.de ciui. Dei ca.4. Laer. in Pla. Cicer. in Catone, & 4. Tuſcul.

Platonis peregrinatio diſcẽdi cauſa. Eius eloquentia. Præfertur ingeniũ Ariſtotelis Platonico.

Cic. de claris Orat. dictum fuit.

Cic. 1. Acad. 1. edit. & Tuſc. q. Aug. lib. cit.

Hæc

Hæc tamen nihil obſtant, quominus Ariſtotelis ingenium Platonico anteponamus. Vt enim mittamus reprehenſionem illam nihil aſſerentium (æquè enim in Platonem, atque in Socratem conuenit, tametſi vterque pauca quædam ſe ſcire profeſſus eſt) quænam quæſo, non dico pars Philoſophiæ, ſed ars ingenua extat, quæ è Platone omnibus partibus abſoluta ſit? Enituit quidem in illo (quod negari non poteſt) magna multarum rerum ſcientia, liberaliúmque artium inſignis quædam exercitatio, & peritia, ſed quam ſcientiam, aut artem ipſe in ſuis libris perfectè tradat, omnibúſque numeris abſoluat, quem inſtituat, ac via & ratione in ſcientia vlla promoueat, demonſtrare nemo poteſt. Quod ſi ſcientiæ ſignum eſt *docere poſſe quæ noueris* (quod pronunciatum Plato ipſe in priori Alcibiade & Ariſtoteles initio huius operis vſurpant) ſummíque ingenij, quódque omnia Philoſopho digna pro humano caput ſit aſſecutum optima ratione tradere, coniicere hinc poſſumus Platonem præſtantis admodum ingenij fuiſſe, quippe qui aliis plurima Philoſophiæ ſecreta egregiè tradiderit, at vt ſummi Philoſophi, primíque ingenij titulum meritus ſit, omniáque ita docuerit, vt à primis initiis orſus ipſam naturam facientem in vnaquaque re tradenda imitari viſus ſit, id quidem Ariſtoteli iure tribuimus: Platoni autem concedere nec debemus, nec poſſumus. Quid enim Ariſtoteles non multo abſolutius quàm Plato tradidit? Nam vt omittam quæ ab illo iacta ſunt Mechanicarum artium præclara fundamenta, Poëticæ item, quæ penè vulgaris res eſt, grauiſſimam explicationem, certè Oratoriæ artis naturam, partes omnes, pręcepta ac vſum, omnium, qui vmquam ſcripſerunt, ingenioſiſſimè tradidit. In dialectica verò arte etſi inductiones, & quædam definitionum initia Socrati ac Platoni tribuuntur: totam tamen ratiocinandi diſciplinam, qua in parte tota penè vis ac difficultas artis poſita, adiuncta etiam locorum doctrina, ipſe primus & inuenit, & ita perſecutus eſt, vt nemo poſt eum quicquam, quod alicuius momenti ſit, adiicere potuerit. Philoſophia verò de moribus: quam multi inuentam à Socrate; à Platone excultam aſſerunt: ab vtro, quæſo, veriùs, caſtiùs, ingenioſius: & ad vſum accommodatius tradita eſt, vtram vtiliorem iudicauit Christiana Reſpublica quæ diuino numine edocta ſinceriſſimam de vita ac moribus doctrinam profitetur? Iam in naturali philoſophia, nemo eſt qui Platonem longè inferiorem fuiſſe non fateatur; tanta enim eſt támque profunda in omni rerum naturalium genere Ariſtotelica doctrina, vt quod nobis natura inuidiſſe, ac occuluiſſe videri poteſt, ipſe vnus inueniſſe & aperuiſſe videatur.

Scientis ſignum.

1. Met. cap. 1.

Quàm accurate Ariſtoteles omnes diſciplinas tradiderit.

1. Met. cap. 6. text. 5. & 13. Met. ca. 4. 2. Elenc. ca vlt. Laër. in Pla. Aug. de ciui. Dei, cap. 4.

Ac concedamus (inquiunt) Ariſtoteli naturæ cognitionem, certè Plato de diuinis rebus (quod erat primum contrariæ opinionis caput) plura ſcripſit & reconditiora. Verum ſi haberemus omnia Ariſtotelis volumina, id forſitan concedendum non eſſet. Namque Laërtius refert ſcripſiſſe Ariſtotelem tres libros de Philoſophia, qui ad nos non peruenerunt. Cicero in primo libro de Natura Deorum quædam de diuinis rebus citat ex Ariſtotele in 3. libro de Philoſophia nomine tertij quæ in hoc opere non habentur. In 2. etiam libro

Pleroſque libros de diuinis rebus ab Ariſt. cõſcriptos ad nos nõ perueniſſe.

Laër. in Ari.

Digitized by Google

Euſeb.lib.11. c.1. & lib.14. cap.7.

In his eſt Iuſtinus Martyr in Orat. paranet. ad Gentes.

vtitur argumento Ariſtotelis ad diuinam prouidentiam confirmandam, quod in libris, qui extant, non legitur. Euſebius quoque Cæſarienſis libro 11. & 14. de præparatione Euangelica inſerit quædam fragmenta libri 7. & 8. de Philoſophia Ariſtotelis, & alia alibi ex eodem auctore citat, quæ etſi ad primæ Philoſophiæ doctrinam pertinent, non tamen reperiuntur in hoc opere. Taceo librum de Mundo ad Alexandrum, qui ſi ab Ariſtotele editus eſt, vt quidam boni auctores exiſtimant, ſatis indicat Ariſtotelem multa de diuina natura, de beatis mentibus, de prouidentia, de animarum immortalitate, & aliis huiuſmodi rebus fuſiùs ſcripſiſſe, quæ in illud quaſi compendium faciliori, & gratiori ſtylo prætermiſſa etiam diſputationum moleſtia in gratiam Regis collegit. Non deſunt quoque ex Recentioribus, qui veriſimile putent libros quatuordecim, qui De ſecretiori parte diuinæ ſapientiæ ſecundum Ægyptios inſcripti ſunt, & ex Græco in Arabicum primo conuerſi tempore Leonis 10. in Bibliotheca Damaſcena inuenti referuntur. Ariſtoteli eſſe aſcribendos, qui ſi ab eo conſcripti ſunt, nihil iam reperiri poſſe exiſtimāt apud Platonem ex Philoſophia externorum deſumptum, quod accuratiùs etiam ab Ariſtotele traditum non ſit. Atque hos libros ſuſpicantur iidem ſignificaſſe D.Thomam in Opuſcûlo de vnitate intellectus contra Auenrois, cùm teſtatur ſe vidiſſe quatuordecim libros Ariſtotelis de ſubſtantiis ſeparatis nondum in Latinum conuerſos, qui continerent explicationem multarum quæſtionum de Deo, & anima rationis participe, quæ in Phyſicis, ac Metaphyſicis non ſatis videbantur explicatæ. Nos tamen quibus hoc veriſimile non videtur libenter quidem concedimus Platonicis plura de diuinis rebus Platonem ſcripſiſſe, verùm illud adiungimus, dubium non eſſe, quin Plato plura etiam in eo genere peccauerit, vt propriis locis facilè erit intelligere. At *præſtat*, vt ipſe in Theæteto ait, *Pauca benè quàm multa malè definire.* Qua in re ingenij Ariſtotelici præſtantia iuſtius commendari poteſt, quod ea pauca, quæ ſcripſit de diuina natura, cæteriſque ſubſtantiis à materia ſeparatis, adeò egregia ſunt pene omnia, vt nullum propè dogma de iis rebus à Theologis vſurpetur (ſi tamen naturali lumine compertum ſit) quod illi è libris Ariſtotelicis non hauſerint. Itaque parùm refert, quòd Platonem eius ſectatores Diuinum, Ariſtotelem verò Dæmonium, quaſi medij cuiuſdam ingenij inter diuinum, & humanum appellauerint. Nec enim id rectè ex eo colligas, quòd ille plura de diuinis, quàm Ariſtoteles ſcripta reliquerit: niſi veriùs, & acutiùs de iis rebus ſcripſiſſe confirmes.

Ariſt. lib. de Mundo ad Alexādrum.

Carpentar. in eoſdem lib.

Libri de diuina ſapientia ſecūdum Ægyptios.

D.Tho.Opuſculo. 16. Sectione 1.

Etſi Plato de diuinis rebus plura ſcripſit, plura tamen peccaſſe.

Qvod verò Ariſtoteles Platonis ingenio contentus fuit, Plato autem plura cognoſcendi cauſſa multas regiones peragrauit ad ſciendi ſtudium potiùs, quàm ad ingenium referendum eſt. Quin ſi Plato ex tam longa peregrinatione tantam externæ Philoſophiæ cognitionem in Græciam reportauit, quid opus erat Ariſtoteli, vt Philoſophiæ cauſſa peregrinaretur, relicta Platonis Academia, & aliorum inſignium Philoſophorum Socratis olim diſcipulorum familiaritate, eo præſertim tempore, quo magis, quàm vnquam aliàs Athenæ Philoſo

Quare Ariſtoteles diſcēdi gratia peregrinatus non ſit.

Philoſophiæ ſtudiis floruerunt.

AD id verò, quod extremo loco pro Platone afferebatur, nõ negamus dandam eſſe Platoni palmam eloquentiæ, quòd is in ea re magis ſe exercuerit: Ariſtoteles verò, etſi mirabili proprietate, ac grauitate verborum vſus eſt, tamen intelligentię rerum ſtudioſiùs incubuerit. Id quod ipſe Ariſtoteles non obſcurè ſignificat 2. Politicorum libr. *Socratis*, inquit, *ſermones* (hoc eſt, Platonis vbique Socratem inducentis) *nimis elaborati ſunt, & compti, & qui rerum nouarum tum inquirendi ſtudium præ ſe ferant: ſed difficile fortaſſe eſt rectè omnia præſtare*: quaſi dicat adeò ſtudioſè conſectanti orationis ſplendorem, difficile eſſe rerum etiam perfectam cognitionem conſequi. Quòd verò attinet ad ea lumina orationis, quæ in eruditione poſita ſunt, nemo inferiorem fecerit Ariſtotelem, qui eius ſcripta perlegat, niſi quòd enitet magis eruditio, & varia multarum rerum notitia Platonici ſermonis lepore condita. Id, quod in cauſſa eſt, vt non pauciores humanarum literarum profeſſores quàm Philoſophi ſibi quaſi iure ſuo Platonis lectionem vendicent.

Defertur Platoni eloquentia palma.

2. Polit cap.

Cur Plato à non Philoſophis etiam legatur.

DENIQVE cùm Cicero, & D. Auguſtinus Platonem excipiũt, niſi alia loca inuenirentur, quæ magis Platoni fauerent, dici poſſet, id eos non iudicij faciendi de vtroque, ſed potius declinandi cauſa dixiſſe, vt qui nullam de Platonis ingenio ſententiam ferre voluerint, cùm Ariſtotelem omnibus anteponebant; quicquid omninò de eorum comparatione dicendum videretur. Verùm cum illi quibuſdam aliis locis perſpicuo iudicio Platonem Ariſtoteli præferant; reſpondendum eſt, non mirum id eſſe, cùm ambo Platonem, non ſolùm doctrinæ cauſa, ſed magis forſitan eloquentiæ ab ineunte ætate velut præceptorem ſummo ſtudio coluerint: Ariſtotelem verò ſeriùs, ac leuiùs & ſolius cognitionis rerum cauſa legerint: quamquam vix cauſa hæc ad D. Auguſtinum deferri poteſt, qui parum admodum in lectione Ariſtotelis verſatus fuit. Itaque non eſt, cur Platonis ingenium propter eorum iudicium Ariſtotelico anteponendum ſit, præſertim cùm reliqua fermè Philoſophorum ſchola reclamet, eorum præcipuè, qui vtrumque Philoſophum diligenter, & conſideratè euoluerunt. Satis nobis ſit, quòd Cicero Platoni addictiſſimus nunc maximè admiretur Ariſtotelem, nunc illum dicat *virum ſingulari ingenio, dicendi etiam copia & ſuauitate incredibili*; aliàs *nihil eo fuiſſe acutius, nihil neruoſius, nihil in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrius*. Quibus eiſdem penè titulis illum inſignem facit pleriſque locis Auguſtinus Platonici nominis non minùs ſtudioſus. Satis igitur videtur confirmatum eſſe, ingenium Ariſtotelis cæterorum omnium Philpſophorum ingeniis eſſe præferendum.

Cur Aug. & Cicero Platonẽ Ariſtoteli antepoſuerint.

Quo loco Ariſtoteles à Cicerone ſit habitus.

Quo ab Auguſt.

Philop. in vita Ariſto. Auerrois in proœmio Phyſ. 3. met. non longè à fine 3. de anima, cõm. 14. & aliis locis.

QVIN etiam addiderim, non deeſſe magnæ auctoritatis viros, qui Ariſtotelem ingenij cauſa præter modũ laudibus efferant. Nam vt alios omittam, Philoponus egregius auctor non ſolum aſſerit Ariſtotelem nullam partẽ Philoſophiæ imperfectã ſua explicatione reliquiſſe, propriáque fretum ſolertia vniuerſam caſtigaſſe, optimíſque præceptis inſtruxiſſe, ſed etiam in ea humanum captũ exceſſiſſe. Auenrois itẽ, qui

A Philopono.

Ab Auenrois.

ab eius diligenti explanatione commentatoris cognomine appellatus eſt, operum Ariſtotelis præſtantiam admiratus non dubitat hoc elogio Philoſophum commẽdare, *Vnum eſſe Ariſtotelem, qui credi debeat regula, & exemplar à natura exhibitum in quo ſumma perfectio, quæ homini in mortali vita degenti naturaliter contingere poteſt, eluceat, ac demonſtretur, tantam ingenij vim miraculum quoddam eſſe, eúmque qui hac mentis felicitate præditus eſt, diuinum magis, quàm humanum appellandum eſſe.* Quæ laudes etſi modum excedunt, vt præfati ſumus, eo tamen à nobis commemoratę ſunt vt intelligas quantum Veteres Ariſtotelis ingenio tribuerint. Sed iam quæ fuerit Ariſtotelica ratio Philoſophandi videamus.

De ratione philoſophandi Ariſtotelis.

CAP. IIII.

a Cic. 2. Offi. b Aug. 8. de Ciuit. Dei c. 2. Cic. 5. Tuſcul. Laert. in præf. vitarũ. c Aug. loco cit. Laert. in Pythagor. ex Socrate, & loco cit. ex Heraclide Pontico. Lact. lib. 4. cap. 2. & 14. Cicer. 5. Tuſ. Quin. lib. 12. cap. 1. 1. Met. 2. cap. Plato in conuiuio ſect. 8. Vt 1. Topi. ca. 2. & 4. Met. cap. 2. Text. 4. 5. & 6. Ammon. in prædi. Vt refert Plutarc. initio operis de placitis philoſophorum. 1. Metaph. ca. 7. Text. 51.

Philoſophiæ etymologia.

PHILOSOPHIA, ſi vim [a] nominis ſpectes, nihil eſt aliud quàm amor, ſtudiúmve ſapientiæ, ſi verò rem cui [b] auctore Pythagora, hoc nomen inditum eſt, idem eſt quod ſapientia. Itaque Philoſophia non eſt actus habitúsve voluntatis, vt nomen præ ſe fert, ſed intellectus. Quem habitum, cùm Pythagoras in ſe imperfectum eſſe experiretur, [c] rogatus à Leontio Phliaſiorum principe, qua maximè in re ſapiens eſſet, reſpondiſſe fertur ſe non eſſe σοφὸν, id eſt, *Sapientem, ſed φιλόσοφον, hoc eſt ſapientiæ ſtudioſum.* Hinc nomen ſapientis, quo plerique ſuperiorum ad inanem gloriam, aut quæſtum abutebantur, in nomen Philoſophi mutatum eſt, & ſapientiæ in Philoſophiæ. Itaque differt Philoſophia à ſapientia non aliter, quàm ſapientia inchoata à perfecta, & abſoluta, propter quam nominum cognationem ſæpe alterum vocabulum pro altero vſurpatur. Ita fit, vt nomine Philoſophorum nonnunquam ſignificentur ij, qui nondum perfectam rerum cognitionem ſunt aſſecuti, vt cùm Ariſtoteles primo huius operis libro ait, *cognitionem effectorum & ignorationem cauſſarum impuliſſe homines, vt philoſopharentur,* hoc eſt, vt cauſſas rerum inueſtigarent, & cùm Plato in conuiuio ſcribit, *nec ſapientes, nec prorſus ignorantes eſſe philoſophos, ſed eos, qui medio quodam modo ſe habent.* Aliàs autem ſignificantur ij, qui perfectam rerum intelligentiam ſunt conſecuti, vt cum Ariſtoteles Philoſophum à Dialectico diſtinguit, & Philoſophiam in varias ſcientias diſtribuit, quo pacto Philoſophia, vt Ammonius ex Platone colligit, *eſt cognitio rerum vt ſunt,* ſeu quod eodẽ redit, *perfecta earum intelligentia.* Nam definitio illa, qua Stoici dicunt *Philoſophiam eſſe rerum diuinarum, humanarumque ſcientiam,* non conuenit in quamlibet partem Philoſophiæ, ſed in omnes ſimul, vt nomine humanarum rerum intelligamus inferiores, nobiſque familiares, nomine autem diuinarum, ſuperiores, & ab humano conſortio remotiores.

Pythagoras non ſe ſapientem, ſed Philoſophum nominat.

Quid differant ſapientia & Philoſophia.

Philoſophiæ definitio ex Platone. Ex Stoicis.

Philoſophorũ ſecta ex Ionica familia.

POSTQVAM igitur rudis adhuc illa Priſcorum & (vt Ariſtoteles vocat) *balbutiens Philoſophia* expreſſiorem in Socrate formam accepit, tria præ

tria præcipua Philoſophorum genera ex Ionica familia orta ſunt, tametſi ante Socratem quædam eorum ſemina, aut etiam, quod ad rem attinet non parua incrementa præceſſerunt: Academicorum, inquam, Stoicorum, & peripateticorum. Nam Epicurei, etſi quartum genus quoddam Philoſophorum conſtituunt non ab Ionica tamen, ſed ab Italica familia prodiiſſe cenſentur, & cùm omnia ad voluptatem retulerint, digni ſunt qui è Philoſophorum choro eiiciantur. Ionicam familiam eam vocant cuius caput fuit Thales, à Mileto Ioniæ vrbe clariſſima Mileſius appellatus, cui ex ordine ſucceſſerunt Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Socrates.[a] Italicam eam appellant cuius auctor fuit Pythagoras, qui etſi Samius fuit patria, vt plerique volunt, quia tamen in ea parte Italiæ, quæ nunc Calabria, olim Magna Græcia dicebatur, Philoſophiam profeſſus eſt, Italicæ familiæ princeps fuit appellatus: cui ſucceſſit Thelauges filius, ei Xenophanes, huic Parmenides, Parmenidi Zeno Eleates, Zenoni Keucippus, ei Demecritus, quem audiuit Nauſiphanes Epicuri præceptor.

Epicurei reiiciuntur.

Italica familia caput Pythagoras.

Aug. de ciui. Dei lib. 8. ca. 2. Laert. in præf. vitarũ. Euſeb. Cæſ. 14. de præpa. Euang. ca. 2. & alij.

[a] Auguſt. & Laert. locis cit. & in Pythagor.

ATQVE Academicis quidem Gymnaſium Platonis nomẽ dedit, ipſe verò Plato philoſophandi normam, & auctoritatem. Docuit enim Plato in Academia nemoroſo quodam Athenarum ſuburbano, quod ab Heroë Academo nomen accepit, vt Laërtius ſcribit, atque ea ratione docuit, vt more Socratis nihil aſſerendo totus in inquiſitionem veritatis incumberet, quæ fuit Academicorum propria philoſophandi ratio. Placuit enim Platoni Socratis ironia qua ſcientiam diſſimulans in omnem partem ſe vertebat diſſerendo, nihilque ex ſe, ſed aliorum confeſſione concludebat: quod plerique eius ſectatores factum ideo putarunt, quia de rebus omnibus dubitaſſet, tametſi qui illi in Academia vſque ad Arceſilam ſucceſſerunt (quorum primus fuit Speuſippus eius ex ſorore nepos, ſecundus Xenocrates, tertius Polemon, quartus Crates Arceſilæ præceptor) diſſimulationi potius ſcientiæ quam dubitationi id tribuerunt. Arceſilas verò cùm Pyrrhonis Sceptici nihil approbantis ſententiam amplexus eſſet (ſi vlla tamen ſententia eſſe poteſt nihil approbantis) primus omnium in Academia docere cœpit, nihil eſſe καταληπτὸν, id eſt, *comprehenſibile*, ſed omnia incerta, & quæ percipi nullo modo poſſent, idque Platonem ex perſona Socratis docere voluiſſe, cùm nihil ex ſe, ſed ex aliorum confeſſione ſcriptum reliquiſſet. Cui philoſophandi rationi qui addictiores fuerunt, σκεπτικοὶ, & ἐφεκτικοὶ, hoc eſt, *conſideratores*, &(vt ſic dicam *cognitores* dicti ſunt, quia metuentes ne quid falſum admitterent de rebus omnibus hæſitabant, & à quauis aſſertione aſſenſum cohibebant: quo titulo illi à Dogmaticis diſtincti ſunt qui certa dogmata in Philoſophia ſequebantur. Hinc orta eſt diſtinctio Academiæ in veterem, & nouam ab iis vſurpari cœpta, qui contendebant mirabilem hanc ἀκαταληψίαν, ab Arceſila inductam ſuperioribus Academicis non placuiſſe. Itaque Arceſilas renouato more illo diſſerendi Platonico, quem ſuperiores Academici reliquerant, caput nouæ Academiæ haberi cœpit, cui ſucceſſit Lacydes Euandri præceptor, Euandro Egeſimus, cuius auditor fuit Carneades, à quo 3. Academia propterea dicitur

Academicorum princeps Plato.

Socratis ironia.

Arceſilas. Pyrrho.

Sceptici, & Ephectici. Dogmatici. Academiæ veteris & nouæ diſtinctio.

Hier. in libel. contra Iouin. Aug. 8. de ciui. Dei c. 12. Laer. in Plat. & in præfa. vitarum. Cic. Acad. 1. & lib. 2. & aliis locis.

Laer. in Plat. Arceſila, & aliis locis.

Idem in præf. vitarum, & Aug. de ciui. Dei, cap. 12. Lege Lactan. lib. 3. c. 4. Cic Acad. 1. eod. lib. 2.

ea dicitur inſtituta, quod & Academicum diſputandi morem languentem excitauit, & ἀκαταληψίαν, ita retinuerit, vt dixerit tamen aliquid eſſe certi, & quod approbari poſsit. Eſſe enim aliquid probabile non impeditum, cui ſapiens ſine temeritatis, aut leuitatis nota aſſentiatur. Quam ſectam retinuerunt Clitomachus Carneadis auditor, & Philo huius diſcipulus, in quo ferè apud Græcos Academia deſiit. *Cic. eodē loco.* Ac referunt quidem Academici originem ſuæ Philoſophiæ non modò ad Platonem, & Socratem, ſed ad veteres etiam illos Empedoclem, Anaxagoram, Parmenidem, & Xenophanem, quod nonumquam dicant abſtruſa eſſe omnia, nihílque omnino, quale ſit, percipi poſſe. *Academici ad quos referant originem ſua Philoſophia.* Sed quanta calumnia id faciant Academici, quámque abſurda ſit eorum philoſophandi ratio, alio loco oſtendemus. *Incommoda Academicæ ſectæ.* Nunc ſatis ſit noſſe hoc genus Philoſophorum, Arceſilam præſertim eiuſque ſectatores, non ſecus commouiſſe, ac concitaſſe bene conſtitutam Philoſophiam, quàm à Tyberio Graccho (vt Ciceronis exemplo vtar) Romanæ Reip. otium perturbatum eſt. *Eodem loco.* Deſperata enim perceptione, ſiue comprehenſione veri, nihil eſt, quod quiſquam ſapientiæ, quæ nulla futura ſit, dare operam debeat: inane fuerit Philoſophorũ, non ſolùm ſtudium, ſed etiam nomen: *4. Meta. ca. 5. text. 11.* nec ſecus facient, qui verum inuenire enitentur, quàm, *ſi volantia* (vt ait Ariſtoteles) *inſequantur*: quod & cum naturali ſciendi deſiderio, quod non fruſtrà datum eſt, & cum euidentiſsimis experimentis apertè pugnat. Illud etiam abſurdiſsimum ex hac philoſophãdi ratione ſequitur nihil eſſe, quod quiſquam natura ſua laudandum, aut reprehendendum poſsit dicere, ſed ſolis legum ſtatutis virtutes, & vitia metienda eſſe, quo quid indignius humana natura, quid etiam ſeditioſius dici poteſt? Denique in hoc maximè Philoſophorum genus conuenit illa Diui Pauli reprehenſio, *Euanuerunt in cogitationibus ſuis.* *Pau. ad Rom. 1. Tertul. aduerſus Hermogenem.* Cumque plurimæ hæreſes in peruerſam aliquã philoſophãdi rationẽ referri poſſint, quàm multa opinionum monſtra ex hac mentis inconſtantia, affectúſque libertate prodierint, ſatis intelliget, qui ſuperiora ſæcula percurrerit: *Quàm multa hæreſes ad Academiã referri poßint.* certè noſtra ætate in hanc ferè deſinit licentia Lutherana, vnde Adiaphori, & qui ſpecioſo nomine libertatis conſcientiæ ſe protegunt, denique Gentilitas, & Atheiſmus.

STOICI ἀπὸ τῆς στοᾶς, id eſt, *porticu* nomen acceperunt. *Laer. in Zenone Cittico, & in præf. vitarum Euſeb. loco cit. Cic. in Acad. & alij.* Docuit enim Zeno Citticus Stoicorum princeps in quadam Athenarum porticu quæ ποικιλὴ (quod Latinè eſt varia) à picturæ varietate dicebatur cuius philoſophandi ratio, etſi in aliis præceſsit, in eo tamen excelluit. *Stoicorũ princeps Zeno Citticus.* Nam cum Antiſthenes Socratis auditor magis amaſſet in præceptore conſtantiam vitæ, ac morum, quàm liberam illam in quamcunque partem diſputandi conſuetudinem quæ Platoni placuit: *Antiſthenes Cynicæ ſectæ parens.* eò rigoris, ac inhumanitatis proceſsit in Philoſophia, vt duram, ac rigidam Cynicorum ſectam à mordendi, reprehendendíve conſuetudine caninam appellatam inſtituerit. Antiſtheni ex ordine ſucceſſerunt Cynicus Diogenes, & Crates Thebanus, qui rationem eandem philoſophandi, non modò retinuerunt, ſed etiam auxerunt. *Quo pacto Zenonis Stoic. ſectã inuexit.* Hanc duritiem, & ſeueritatem cum magna ex parte approbaſſet Zeno Citticus Cratetis diſcipulus, ſimúlque diſputandi ambitione

ambitione commotus aſſiduè ἀκαταληψίαν, Arceſilæ condiſcipuli euertere conaretur (audiuit enim & Polomonem, cuius diſcipulus fuit Arceſilas) Cynica Philoſophia ad humaniorem formam reducta, ſectam peculiarem inuexit, contrariam omnino Academicorum Philoſophiæ. Nam cùm Academici, quod ad cognitionem attinet, nihil percipi poſſe aſſererent: quod verò ad affectum, nihil ſuapte natura honeſtum, aut turpe, ſed humano duntaxat inſtituto & voluntate dicerent, & in res etiam, quæ ſupra nos ſunt (de quibus eadem ratione ambigebant) impij, & iniurioſi eſſent: Stoici contrà tam multa vt certa, & indubitata admittebant, vt ſomniis etiam fidem habendam dicerent, tanta ſeueritate turpia ab honeſtis, & omnino mala à bonis diſcernebant, vt quoduis delictum nefarium ſcelus eſſe contenderent: *peccata quippe omnia, quia cõtra rationem eſſent, paria eſſe, nec minus peccare eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non eſſet, ſuffocaret, quam qui patrem occideret, neminem præditum eſſe virtute, qui affectu aliquo etiam miſericordiæ, aut clementiæ, aut gratia vel minima ex parte moueretur.* Denique adeo humana diuinis ſubiecta eſſe aſſerebant, vt in extremam ſuperſtitionem inciderent. Omnia enim fati neceſſitate fieri aſſeuerabãt, & vſque eò inſaniebant, vt vitia etiam quantumuis grauia ab hominibus patrata Deo tribuerent. Quorum peruerſa ratio Philoſophandi, quam aliis locis impugnabimus, occaſionem dedit hæreſibus quamplurimis, cuiuſmodi fuit Manichæorum, & noſtra ætate Lutheranorum, in quorum ſectam confluxit omnium errorum colluuies.

Academicorum dogmata.

Stoicorum dogmata.

Lutherani Stoicorum dementiæ ſectatores.

At Peripatetici, quorum origo ſupra expoſita eſt, vt auctore Ariſtotele mediam quamdam viam ingreſſi ſunt vtraque extrema declinata, ita veram, & germanam philoſophandi rationem inuenerunt. Ariſtoteles enim ſummo ingenio, atque iudicio quaſi arbiter ſedens inter diſſentientes ſuæ ætatis Philoſophos, Academicos præſertim, & Stoicorum parentes Cynicos, eam philoſophandi normam tradidit, qua, & effrænatam aliorum licentiam coërceret, & aliorum duritiem, & pertinaciam retunderet. Docuit enim plurima eſſe ex ſe certiſſima, & indubitata quæ vocauit per ſe nota: alia vero, quæ eorum perſpicuitate certa eſſent, & quæ conuelli nullo modo poſſent, in quibus artium omnium, & ſcientiarum præcipua dogmata conſiſterent: alia deinde, quæ etſi certa eſſent natura ſua, poſſent tamen admittere aliunde inconſtantiam, quod etiam genus rerum Philoſophorum curę ſubiectum eſſe voluit. Denique alia vtramque in partem ex æquo poſſe cadere, de quibus iam vt nulla eſſet certitudo, ita neque ſcientia, aut ars vlla. Atque vt in doctrina veri inueniendi rectiſſimam, & tutiſſimam viam docuit, ita & in morum diſciplina. Coniunxit enim virtuti affectus ad mediocritatem redactos, quod eſſent officiorum exercitationi non parum vtiles, multarúmque inſignium actionum inſtrumenta à natura tributa. Denique de diuina natura multa præclarè docuit. Quamquam enim non attigit penitus interiora illa, quæ diuina reuelatione nobis nota ſunt, & in iis quæ humano ſenſu intelligi poſſunt, nonnulla peccauit, in impietatem tamen, aut ſuperſtitionem Academicorum, & Stoicorum non eſt prolapſus. Ita factum eſt, vt cùm Peripatetica diſci-

Peripatetici.

Ratio philoſophãdi Ariſtotelica.

Ariſt. in Analyticis Top. 4. Met. & alibi ſæpe.

Ariſto. 2. Eth. ad Nicomachũ & alibi.

plina cæteras Philoſophorum ſectas ſumma auctoritate correxerit, à ſola penè doctrina fidei, Chriſtianáque Philoſophia emendata ſit. Nec vero in iis tantum artibus, quę in rebus verſantur, principatum obtinet doctrina Peripatetica, ſed in dicendi etiam, diſſerendique tradendis facultatibus. Nam etſi ipſe dicendi vſus maior fuit in Academia, è cuius ſpaciis Cicero ſe oratorem extitiſſe gloriatur, ad Philoſophum tamen, quatenus Philoſophus eſt, non dicendi vſus, ſed conſtitutio artis dicendi ſpectat, quæ à nullo Philoſophorum accuratius, quàm ab Ariſtotele tradita eſt. In diſſerendi autem facultate, etſi plerique ſunt, qui Stoicis primas deferant, quod diſſerendi formas omnium diligentiſſimè ſint perſecuti, id tamen magis ob præceptorum multitudinem, & ſubtilitatem, ſeu, vt verius dicam, tenuitatem, quàm propter doctrinæ præſtantiam dictum crediderim. Tradidit enim Chryſippus Stoicorum in hac re princeps plurima, & exquiſitiſſima diſſerendi præcepta, quorum cauſa ſæpe Stoici apud Ciceronem Peripateticis inſultant, eóſque quaſi tardos in arte diſſerendi contemnunt. Sed primum facile eis fuit multis, ac præcipuis diſſerendi præceptis ab Ariſtotele traditis multa etiam addere, ſeu potiùs ex Ariſtotelicis quaſi fontibus deducere. Deinde Stoici ſola iudicãdi parte aſſumpta totam inueniendi rationem reliquerunt: Ariſtoteles non ſolum inueniendi methodum primus inuenit, ſed totam etiam iudicandi rationem ita emendauit, auxit, atque fundauit, vt eius quoque auctor meritò & dici, & haberi debeat. Poſtremo aliud eſt grauiter, moderatè & accommodatè ad vſum diſſerendi præcepta tradere, quod fecit Ariſtoteles aliud nullo pondere rerum, nulla habita ratione vtilitatis per infinitas concludendi formulas, quas vſus neſcit, exſpaciari, quod vt nulli acutius, quàm Stoici, fecerunt, ita nulli ſpinoſius & inutilius. Quocirca parum refert, quod illi Peripateticos quaſi tardos in diſſerendi ratione irrideant, cum magis ipſi ridẽdi è toto terrarum orbis theatro, cum tota penè ingenti illa Chryſippi Bibliotheca multis iã ſeculis eiecti ſint, ſoláque Ariſtotelis Dialectica teratur manibus, ſola in Philoſophorum ſcholis audiatur. Quapropter cũ ratio philoſophãdi Ariſtotelis tanto interuallo cętera anteierit, mirandum non eſt, ſi Peripatetica doctrina morte Ariſtotelis, Theophraſtique eius ſucceſſoris, & Academicorum auctoritate (quę eo tempore ingens erat) longo annorum ſpacio ſuppreſſa, & penè ſepulta, inuentis tandem, ac cognitis libris Ariſtotelis, tanta ſeſe luce extulerit, vt breui diſiectis Academicorum, & Stoicorum tenebris, omnes totius Orbis ſcholas obtinuerit, eúmque locum in Chriſtiana Republica (quod maximæ auctoritatis argumentum eſt) ſit conſecuta, vt eius tantum alumni inſignibus doctorum Philoſophiæ ornandi iudicentur.

Præfertur cæteris Peripatetica doctrina.

Vide Auguſt. contra Creſcon. cap. 19. Cic. de Clar. Orat.

Cur primæ partes in Dialectica Stoicis deferantur à quibuſdam.

Vt in 3. de finib.

Inueniendi methodũ prætermiſſam à Stoicis.

Cic. in Top. ad Trebat.

2. Elenc. cap. vltimo.

Auctoritas doctrinæ Ariſtotelicæ quãta.

Cic. de Orat. ad Brut.

Cur

Cur priſci Eccleſiæ Doctores Academiæ veteris, & Stoicam doctrinam Peripateticæ antepoſuerint.

CAP. V.

8. de Ciu. Dei per multa capita.

NON eſt tamen ſilentio prætereundum hoc loco, quanto aliter priſci Eccleſiæ Doctores de Ariſtotelica doctrina videantur ſenſiſſe, ne cauſa huius rei non cognita, verioris philoſophiæ Magiſtris repugnare videamur. Etenim Auguſtinus, clariſſimum Eccleſiæ Occidentalis lumen (ab eo enim, quaſi recentiori potiſſimum exordiar) Platonis doctrinam non modò ingenij cauſa, de qua re ante dictum eſt, ſed veritatis, & ſoliditatis doctrinæ, qua de nunc agimus, ita cæterorum omnium doctrinis prætulit, vt ſæpè dixerit, *Platonicæ familiæ Philoſophos facillimè omnium, paucisque mutatis, poſſe fieri Chriſtianos, quod eorum diſciplina cum Chriſtiana maximè conſentiat.* Hieronymus verò ſummæ eruditionis, ac præcipuæ auctoritatis Doctor videtur Stoicos cæteris præferre, quòd in pleriſque cum noſtra, id eſt, cœleſti diſciplina concordent. Eius præceptor Gregorius Nazianzenus, cui ſingularis diuinarum literarum cognitio Theologi cognomen peperit, vſque adeo Ariſtotelis doctrinam deprimit, vt Theologum hominem inſtruens in hæc verba prorumpat: *Nimis humana atque abiecta huius viri dogmata confuta*, & cætera. Epiphanius libro ſecundo, contra hæreſes ſcribit, *nouos quoſdam Ariſtotelicos à præceptore ſuo Ariſtotele veneni iaculationem ſibi ipſis affricuiſſe, & Spiritus ſancti innocentiam, ac manſuetudinem perdidiſſe. Et lib. 3.* Doctrinam Ariſtotelicam fabulamentum appellat, *Hæc*, inquit, *tollunt totum ſyllogiſticum verborum tuorum, ô Aeti, fabulamentum, & fieri non poteſt, vt nos impellas, vt diſcipuli fiamus præceptoris tui Ariſtotelis.* Tertullianus multo his antiquior, & D. Cypriano iudice Latinorum ſcriptorum optimus, *miſerum vocat Ariſtotelem doctrinæ cauſa*, aliiſque huiuſmodi conuiciis, vt hominem in philoſophandi ratione infœlicem, ſæpe exagitat. Denique Iuſtinus Martyr primitiuæ Eccleſiæ egregius Philoſophus, in ipſa prima Chriſtianæ familiæ inſtitutione, non contra Platonem, non contra Stoicos peculiarem librum ſcribendum putauit, ſed contra vnum Ariſtotelem vt eius dogmata refelleret. Hæc fortaſſe non immerito dicat aliquis noſtro inſtituto aduerſari.

Platonis doctrinam anteponi ab Auguſt.

Vt in epiſt. ad Dioſcorū quæ eſt. 56 & in li. de vera relig. c. 4. Hier. in Iſaiam ad ca. 11. In orat. 1. de Theolog. contra Eunomianos Hær. 69. Hær. 76. Tertul. lib. de præſcr. aduerſus hæretic. Liber inſcribitur de quorūdam Ariſt. decretorū reprehenſione.

Stoicorum ab Hier.

Carpitur Ariſtot.

VERVM is ſi maturè rem expendat, apertè intelliget non eſſe noſtrum ſeu potius totius Orbis hac ætate iudicium Patrum iudicio contrarium. Nam ſi Ariſtotelis dogmata prima quidem ſpecie ſpectentur, & cum veteris Academiæ, ac Stoicorum decretis conferantur, nulla magis videbuntùr abhorrere à Chriſti Seruatoris noſtri doctrina.

Quā videatur Ariſtotelica doctrina aliena à noſtra diſciplina.

SI enim de vita, & moribus ſit quæſtio, nemo dubitabit Stoicorum diſciplinam ſimiliorem videri noſtræ. Ariſtoteles enim eum ſolum dicit beatum, qui cum actione virtutum, ſatis bonorum corporis & fortunæ poſſideat: Stoici vero bonum virum beatum eſſe pronunciant, etiamſi in Phalaridis tauro concremetur, quod planè cum doctrina Chriſti videtur conſentire, qui beatos eſſe docet eos, qui

Naziank. ad Philagrium. Matt. 5.

Stoicorū doctrina in quibus Chriſtianæ religioni conſentanea.

 labo-

Epicteti enchiridion quale.

labores, & ærumnas propter virtutis cultum perferunt. Quocirca Enchiridion Epicteti nobiliſſimi Stoici, vt eum appellat Auguſtinus, Inſtitutio quædam videri poteſt hominis Chriſtiani ad veram fœlicitatem contendentis, quòd ſola animi bona curare doceat. *9. de ciu. Dei cap. 5.*

Plato quid doceat noſtræ fidei congruens. *In Timæo.*

Si verò quæſtio ſit de Mundi origine, de Animorum immortalitate, de bonorum præmio, & pœna malorum, atque omnino de vniuerſa Dei prouidentia, quæ ſunt Chriſtianæ religionis præcipua fundamenta, nemo non putabit, ſi modò prima quaſi ſuperficie rem conſideret, Platonicam doctrinam plurimùm cum noſtra conuenire; Ariſtotelicam à noſtra valde alienam eſſe. Docet enim Plato, quemadmodum & fides orthodoxa, Mundum initium habuiſſe, quem tamen Ariſtoteles ab omni æternitate fuiſſe non ſolum affirmat, ſed etiam forſitan ſe demonſtraſſe putat. Aſſerit nobiſcum Plato animos immortales eſſe; at de ea re Ariſtoteles ambiguè, & inconſtanter videtur loqui. Ponit Plato bonorum præmia, & malorum ſupplicia, atque ad omnia omnino Dei prouidentiam extendit, quemadmodum & nos: Ariſtoteles verò nec de præmio, aut ſupplicio quicquam perſpicuè ſcribit, nec peculiarem Dei prouidentiam in rebus, quæ gignuntur, & intereunt, videtur agnoſcere.

In Phædone, & ſæpe alibi.

In Timæo.

Deniqve ſi controuerſia ſit de iis, quæ ſunt ſupra humanum captum, ſoláque diuina reuelatione nota eſſe poſſunt, legimus in Platone productionem diuini verbi, quod eſt arcanorum orthodoxæ fidei maximum, alia pleraque eius generis myſteria, quæ in ſacris voluminibus habentur: ea tamen Ariſtoteles non ſolum non attigit, ſed doctrina etiam ſua videtur impugnare.

Cur priſci doctores magis infenſi fuerint Ariſtotelem.

Hac de cauſa, etſi ab exordio naſcentis Eccleſiæ omnibus Philoſophis repugnarunt Catholicæ fidei Doctores, ſtultam eſſe docentes omnem ſapientiam, quæ doctrinæ Chriſti aduerſaretur: in id tamen præcipuè incubuerunt, vt Peripateticæ doctrinæ auctoritatem eleuarent. Didicerát quidem ex Chriſto Seruatore noſtro Philoſophos omnes *fures fuiſſe, & latrones, quòd non eſſent ingreſſi per oſtium fidei*, diuinæque reuelationis, quæ per illum completa eſt, quòd *multas Dei veritates in iniuſtitiam detinerent*, quòd plurimos errores pro veritatibus venditarent. Didicerant quoque ex Paulo cauendum eſſe, *ne fideles inciperentur per Philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa Mundi, & non ſecundum Chriſtum.* Verum quia cæteri Philoſophi fermè auctoritate humana, & traditione pugnabant. Peripatetici rationibus iis, quas putabant ab ipſa rerum natura, earúmque principiis, & elementis duci, (quæ machina vehementius ciuitatis Dei muros quatiebat) quia item Platonici multa fidei dogmata noſtris cócedebant, Stoici vita & moribus cum Chriſtiana diſciplina haud parum concordabant: vnus vero Ariſtoteles videbatur alumnus fidei, rerum humanarum contemptionem (quæ propria eſt Chriſtiani pectoris) & Chriſtum ipſum eripere; merito quotquot ea ętate doctrinę laude floruerunt, in vnius potiſſimum Ariſtotelicæ doctrinæ euerſionem conſpirarunt. Hinc factum eſt, vt quamquam in omnes Philoſophos multæ à noſtris edebantur apologiæ, multæ etiam ingeminabantur reprehen-

Ioan. 10. *Ad Rom. 1.* *Ad Coloſſ. 2.*

Philoſophorũ arma.

Tert. aduerſus Hermog. Nazian. in Orat. de mode. in diſput. ſeruāda. Hier. in Epiſt. ad Iulianum, poſt Tertull. in li. de Anima.

Reprehēduntur in genere Philoſophi.

reprehenſiones,& iuſtæ indignationis verba proferebantur: cuius generis fuit illa Tertulliani ſententia: *Philoſophos eſſe hæreticorum Patriarchas:* & illa Gregorij Theologi, *in Eccleſiam, velut quaſdam plagas Ægyptiacas pernicioſè irrepſiſſe Philoſophos*: & deſcriptio illa à Tertulliano cœpta, ab Hieronymo tradita: *Philoſophus eſt gloriæ animal. & popularis auræ vile mancipium:* in vnum tamen præcipuè Ariſtotelem, eiúſque ſectatores hæc omnia,& libentiùs,& acriùs,& multo ſæpius prodirent. At verò ſi Philoſophorum placita attentiùs conſiderentur, planè perſpicietur, in iis ipſis, in quibus Ariſtoteles diſciplinæ fidei repugnat, turpius lapſos eſſe cæteros: & nonnumquam illum videri erraſſe, vbi, ſi rectè intelligatur, neque hallucinatus omnino eſt, nec veræ doctrinæ aduerſatur.

Ariſtotelē minus erraſſe, quā cæteros.

NAM quòd attinet ad ſententiam de beatitudine, meliùs quidem ſenſiſſent Stoici, ſi quæſtio eſſet de beatitudine in ſpe, de qua Chriſtus Seruator noſter loquitur, cùm beatos eos eſſe aſſerit, qui multa propter iuſtitiam patiuntur, non autem de beatitudine in re, vt dici ſolet, hoc eſt de ipſa beatitudine in ſeipſa, de qua omnes Philoſophi loquebantur. Hoc enim pacto, cùm omnes quærerent, quibus in rebus poſita eſſet huius vitæ beatitudo, melius loquutus eſt Ariſtoteles: præſertim cùm non crediderit ipſam humanæ beatitudinis eſſentiam conſtitui ex bonis corporis, aut fortunæ, ſed hæc ad exercitium multarum virtutum, in quibus illa conſiſteret, neceſſaria eſſe: quo pacto dicimus neceſſarias eſſe homini manus, non vt homo ſit, qui abſciſſis manibus homo eſt, ſed vt ſit perfectus, atque integer, omnéſque humanas operationes exercere poſſit. Eſtque huiuſmodi Ariſtotelis opinio noſtrorum Theologorum ſententiæ planè conſentanea, qui ſupernaturali etiam hominis beatitudine bona corporis,& externa, vt accidētariam partem, requiri dicunt; qua parte Chriſtus Seruator noſter apud nos carere voluit, vt pro ſalute noſtra ſanguiné effunderet. Quocirca cùm humana omnia in hac vita tam ſint obnoxia mutationi, & inconſtantiæ, ſapienter adiecit Ariſtoteles: *eos, qui fruerentur beatitudine ea, quam tradiderat, non beatas eſſe mentes, ſed beatos homines*, hoc eſt, vt fert humana conditio,& natura.

Matth. 5.

Sententia de beatitudine.

In 4. ſentent. diſt. 49.

1. Ethi. c. 10.

QVOD verò attinet ad controuerſiam de Mundi origine, grauiter quidem in ea errauit Ariſtoteles, non ſolùm quia non fuit ex æternitate, ſed etiam, quia neque forſitan totus in hunc modum eſſe potuit, quo à Deo conditus eſt: quod libro 12. patebit: verùm grauius errauit Plato, ſi illum ex elementis, quæ ab omni æternitate confuſo quodam motu agitata extitiſſent (quemadmodum ſcriptum reliquit) in temporis aliquo initio factum eſſe voluit. Quocirca plerique eius ſectatores de abſurditate huius ſententiæ conuicti, nec luce Orthodoxæ fidei illuſtrati, ad Ariſtotelis ſententiam confugerunt: nec aliud Platonem; quàm Ariſtotelem in parte ſenſiſſe dicunt, ſed tantùm vt fabrica Mundi ex æternitate conditi intelligeretur, præmiſſam à Platone fuiſſe elementorum confuſionem, quaſi non ordinem temporis, ſed naturæ, & cogitationis, quo partes priores ſunt toto, in ea fabrica ſignificauerit.

De mūdi origine.

In Timæo Alcinous in inſt. ad doct. Plat. c. 12. Simpl. 1. de cœlo. & alij plerique.

De anima immortalitate.

In quæſtione verò de animæ humanæ immortalitate clariùs quidem quàm Ariſtoteles, locutus eſt Plato, etſi vterque immortalem eſſe docuit. Verùm, ſi error fuit, vel potiùs culpa, obſcurius de ea re loqui, quàm res tanta poſtulabit, apertiùs errauit Plato, qui omnes omnium hominum animas vel ex æternitate, vel initio temporis productas affirmat, eáſque ex aliis corporibus in alia circuitu quodam migrare facit, nec veras formas exiſtimat, ſed quamque eſſe in ſuo, vt in naui gubernatorem, cùm tamen Ariſtoteles veriſſimè doceat veras eſſe formas & perfectiones humani corporis, neque animam, verbi gratia, Socratis prius extitiſſe in natura rerum, quàm corpus Socratis informaret, vt docet libro huius operis duodecimo.

In Menone, Phadone, & ſæpe alibi.

Cap.3.tex.17.

De prouidentia diuina.

Porro in quæſtione de vniuerſa Dei prouidentia, non negamus Ariſtotelem pauca admodum, curſimq́; dumtaxat, & quaſi aliud agentem tetigiſſe, quidque ſentiret de peculiari cura, & adminiſtratione rerum, quæ gignuntur & intereunt, non ſatis explicaſſe, quod fortaſſe nondum compertum haberet, quid in ea re dictaret naturalis ratio, quam vnam ſibi ducem propoſuerat: tametſi in libro de Mundo ad Alexandrum apertè loquitur non modò de peculiari cura, quam Deus habet de rebus omnibus, quæ ſunt apud nos, ſed planè etiam de vindice eius iuſtitia in flagitioſos: & beneuolentia, ac fauore, quo proſequitur bonos, & qui bene, beatéque viuere ſtudent, à quibus non abhorrent ea, quæ ab eo dicuntur extremo decimo de Moribus ad Nicomachum. At Plato etſi in eadem re multa ſcripſit, ſatiſque ſuam ſententiam aperuit, in multis tamen aduerſatur veritati non ſolùm Catholicæ fidei, ſed etiam rationis naturalis, cuiuſmodi eſt Pythagorica fabula de expiandis criminibus anteactæ vitæ in corporibus beſtiarum; & his ſimilia.

Ad finem.

Cap.8.

De rebus, quæ ſuperant humanum captum.

Denique concedimus nihil Ariſtotelem ſcripſiſſe de productione diuini Verbi, quod tamen non errori, ſed puræ ignorationi tribuendum eſt. At Plato ita eam malè intellectam ex diuinis literis in Timæum tranſtulit, vt fons Arianorum meritò haberi poſſit, quo eodem nomine D. Thomas [a] Origenem appellat: *Platonicæ doctrinæ ſtudioſiſſimum.* Equidem crediderim verum eſſe, quod plerique [b] auctores aſſerunt, hauſiſſe Platonem ex Sacris voluminibus in Ægypto cognitionem diuinæ legis, librorumque Salomonis, & Prophetarum, quam eius ſcripta pleriſque locis redolent. Verum homo Ethnicus humano ſenſu omnia intelligens, & fortaſſe corrigere auſus, occaſio fuit quamplurimis noſtrorum vt in varios errores inciderent, quorum ille de productione diuini Verbi maximè inſignis fuit. Quocirca Tertullianus, alioqui Platonis ſtudioſus, conſiderans cunctas hæreſes ad eam vſque diem ex illius doctrina, vel ortas eſſe, vel auctas, & corroboratas, omnes ad illum, quaſi ad caput retulit his verbis: *Doleo*, inquit, *bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.* At Ariſtoteles, quia in humanam philoſophiam nihil admittendum cenſuit, quod probare humanis rationibus non poſſet, maluítque in rebus diuinis tractandis citra conſiſtere quàm diuina oracula proprio iudicio interpretari, nullam ille quidem vel adumbratam Chriſti cognitionem

Platonẽ hauſiſſe multa ex ſacris literis.

Platonem hæreticorum condimentarium.

[a] 1. p. q.3. 4. art. 2.

[b] Aug.8. de ciui. Dei c.11. Iuſtinus Martyr in Paraſi ad Gentes. Cyrillus contra Iulianũ. & alij plurimi.

In libro de Anima.

gnitionem tradidit, ſed tamen eius philoſophandi ratio aut paucos admodum, aut propè nullos hæreticos peperit, & tam multa, tamque præclara documenta naturali lumine cognita poſteritati reliquit, vt nulli ex hoſtibus ſuis Eccleſia Chriſti tam ampla, & pretioſa ſpolia detraxerit.

Qua ratione cœpit Ariſtoteles præferri cæteris.

Haec cum procedente tempore Eccleſiæ doctores apertiùs intelligerent, viderentque Orthodoxam Chriſti fidem non humanæ ſapientiæ verbis, ſed virtute ſpiritus paulatim deieciſſe omnem altitudinem, extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei: nihilque iam eſſe, cur tantopere à Philoſophis timendum videretur, tum demum cogitantes, qua ratione effici poſſet, vt illorum diſciplinæ fidei obſequio, multiſque fidelium commodis ſeruirent, quaſi mutata velificatione Peripateticam doctrinam præferre. Academicam veterem, & Stoicam (de noua enim Academia, quia ſatis per ſe abſurda erat, parum curatum eſt à noſtris) in inferiorem locum, id eſt, ſuum cogere cœperunt. Videbant enim Ariſtotelis errores perſpicuos eſſe, & qui neminem laterent, cætera, quæ ab eo tradebantur, egregia eſſe, & quæ mirum in modum piis iuuandis, & hæreticis, ac Gentilibus coarguendis conducerent: contrà verò Academiæ veteris, & Stoicorum placita ſpecie religionis, & pietatis plurimos incautos decepiſſe, & in varia hæreſum barathra præcipites dediſſe. Ita ſenſim curarunt, vt permiſſu, & auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ (quæ in dies & cognitione rerum proficit, & fidelium ruinis fit cautior) ſolus pene Ariſtoteles in Scholis audiretur, ſolus in Philoſophia leges, & præcepta daret. Qua ex re illud eſt conſecutum, vt Ariſtotelica doctrina ſacræ fidei regulis correcta, & emendata, adeo bene merita ſit de Chriſtiana Republica, vt tota propemodum Philoſophia ſtet hodie Ariſtotelis vnius inſtitutis ſeruandis, & quaſi veſtigiis perſequendis, ita perſpicuum arbitror neminem, qui temporum rationem habeat, inſtitutúmque Priſcorum Patrum apud ſe perpendat, iudicaturum, contra eorum ſententiam feciſſe nos, qui Ariſtotelicam philoſophandi rationem cæteris antepoſuerimus.

Eccleſia in dies in rerum cognitione proficit, & fidelium ruinis fit cautior.

Nunc, vt ad ea veniamus, quę propriè hoc opus attingunt, ſeptem quaſi capita explicabimus, quibus totius tractationis ſumma continetur, auctoris inſtitutum, ipſius operis neceſſitatem, ſubiectum, dignitatem, vtilitatem, inſcriptionem, & partitionem.

De inſtituto Ariſtotelis in hoc opere, ipſiuſq; operis neceſſitate, & ſubiecto. Cap. VI.

Inſtitutum Ariſtotelis in hoc opere.

Institvit Ariſtoteles tradere in hoc opere cognitionẽ rerum earum, quæ nec materia conſtant, nec in materia exiſtunt, omniũque attributorũ, quæ illis cum cęteris rebus ſunt cõmunia. Quod vt aggrederetur, duabus cauſis adductus eſt. Vna, quia res, quę ab omni materiæ concretione ſunt liberæ, peculiari indigebant tractatione, eoque magis, quòd earum natura à noſtris ſenſibus remotiſſima eſt, multóque à

cæteris

cæteris diſiunctior, quàm quæ diuerſis aliis ſcientiis explicantur. Altera quia communia rerum omnium attributa in nulla cæterarum diſciplinarum tradebantur. Cùm enim quæque certum aliquod genus rerum ſibi tractandum aſſumpſiſſet, quod inductione cernere facile eſt: reliquum fuit, vt inſtituenda neceſſariò eſſet alia tractatio, in qua traderentur omnia quæ cunctis rebus cõmuniter conuenirent. Nec enim res, quæ in cæteris ſcientiis explicantur, ſola nominum ſocietate inter ſe conueniunt: ſed rationis etiam, & naturæ cognatione. Cur autem in ea potiùs ſcientia, quæ ageret de rebus materiæ expertibus, agendum fuit de communibus attributis rerum omnium, duplex eſt ratio. Vna, quia quæ communiter omnibus conuenient, cùm analoga ſint, priùs natura de rebus materiæ expertibus dicuntur, quàm de iis, quæ habent aliquam cum materia coniunctionem. Altera, quia cùm dicantur de vtriſque nullam prorſus in ſuis rationibus materiam includunt, vt hac ex parte in cæteris ſcientiis, quarum omnis cura eſt de rebus materiatis agere, tractari non poſſint. Et quidem, ſi nullæ res eſſent materiæ expertes, vt rudis quorumdam priſcorum Philoſophia putauit, communia hæc attributa à naturali Philoſopho tractanda forent, ipſáque Philoſophia naturalis prima eſſet Philoſophia, vt Ariſtoteles libro 6. huius operis doctè animaduertit. De iis enim rebus dumtaxat communia illa dicerentur, quæ materiam in ſuis rationibus includerent, quò fieret, vt nec ipſa quoque ſine materia explicari poſſent; quo pacto, quia res omnes naturales materia conſtant, ipſa etiam rerum naturalium communis ratio materiæ expers non eſt. Nunc autem, cùm naturalis Philoſophia viam aperuerit, vt res materiæ expertes in rerum natura neceſſariò eſſe fateremur: eadem ratione communium attributorum tractatio cœpit aliena intelligi à Philoſophi naturalis diſputatione, & qui antè ſapientes, primique Philoſophi credebantur, iure, ac meritò ſuo nomine cœperunt dici *Naturales*, quòd vltra res materiæ participes non proceſſiſſent.

4. Metaph. cap. 2. tex. 2.

Cur in hac ſcientia de cõmunibus rerum omnium attributis agendum.

Sublatis rebus materia expertibus tol. la Meta.

6. Metap. c. 1. tex. 3.

Cur hac ſciẽtia neceſſaria Philoſophia.

INVENTO igitur harum rerum genere, non fuit illud à Philoſophis vlla ratione prætermittendum. Primùm, ne earum rerum, à quibus cæterarũ cùm exiſtentia, tum perfecta cognitio pendet, nulla apud nos foret ſcientia, vanúmque eſſet Philoſophiæ nomen, quod notione ſua diuinarum, & humanarum rerum, ſummarúmque cauſſarum veram cognitionem pollicetur. Deinde, ne homo, qui partim rerum corporearum, partim incorporearum naturæ particeps eſt (qua de cauſa ab aliis *Nexus Dei, & Mundi*: ab aliis *rerum materialium, & immaterialium Horizon appellatus* eſt) cognitione earum, cum quibus inferiori ſui parte communicat, edoctus ea ignoraret, cum quibus præſtantiore portione conuenit; quod eſſet ab hominis dignitate alieniſſimum. Poſtremò ne id, in quo præcipuè poſita eſt humana fœlicitas (poſita eſt autem potiſſimùm in cognitione rerum præſtantiſſimarum, vt idem auctor extremo de Moribus ad Nicomachum libro docet) minimè omnium ab homine curaretur; cúmque tam multis in rebus humana induſtria deſudet, hanc vnam, cuius præcipuo deſiderio ducuntur homines, quaſi ad ſe non pertinentem relinqueret.

Homo nexus Dei mũdi & rerum materialiũ & immaterialium horizon.
Humana fælicitas.

Lege Philon. Iud. lib. de opificio Mundi.

Ariſtot. 10. Eth ad Nicoma. cap. 7.

Ex

Metaphyſica ſubiectum ens

Ex his, quodnam ſit operis ſubiectum, facilè intelliges. Cùm enim ſubiectum cuiuſque ſcientiæ id ſit, quod & vnum eſt, & ea omnia complectitur, quæ illius curæ præcipuè ſubiiciuntur, & quorum illa naturam, & affectiones ſe tenere profitetur; nemini dubium erit, quin id, quod eſt, ſiue Ens, qua ratione eſt Ens, ſit huius tractationis ſubiectum, quippè cùm Ens, & ſuo modo, ſit vnum quippiam, & omnia complectatur, quæ ſine materia, aut omnino exiſtunt, aut certè intelliguntur, quorum hæc ſcientia & naturas noſſe, & affectiones intelligere præcipuè ſtudet. Sed hæc cum ab ipſo auctore initio libri 4. tradantur, fuſiùs à nobis eo loco explicanda ſunt.

4. Meta. c. 1. tex. 1 & li. 6. cap. 1. tex. 2.

De dignitate, & vtilitate huius ſcientiæ.

CAPVT. VII.

Cur cæteris ſcientiis nobilior Metaph. Obiectionis dilutio.

FIT etiam perſpicuum ex dictis, hanc ſcientiam eſſe omnium Philoſophiæ partium longè nobiliſſimam, cum eius ſubiectum res eas complectatur, quæ ſunt omnium præſtantiſſimæ; ſubſtantias, inquam, omnes corporis expertes, atque adeò Deum ipſum Op. Max. Quòd ſiquis obiiciat eas ſcientias eſſe præſtantiores, quæ accuratioribus vtuntur in probando rationibus, proindè longè præſtantiores eſſe Mathematicas, quæ ex accuratiſſima demonſtrandi ratione diſciplinarum nomen inuenerunt, hoc pacto reſpondendum eſt. Primum quidem: etſi hæc ſcientia, vt à nobis in hac vita participatur, longè minus certum, & accuratum ſibi vendicet demonſtrandi modum, propterea quòd res, in quibus verſatur longiſſimè diſtant à noſtris ſenſibus, ſi tamen ea abſolutè, ac ſimpliciter ſpectetur, etiam Mathematicas ſcientias demonſtrandi certitudine, ac perfectione ſuperare. Verſatur enim in rebus non modò ſimpliciſſimis, & ſuapte natura notiſſimis: ſed etiam maximè omnium ſtabilibus, vt potè omnis materiæ, ac mutationis expertibus. Qua de cauſſa Ariſtoteles in præfatione huius operis ait, *hanc ſcientiam non eſſe humanam poſſeſſionem*: & rurſus, *eam à ſolo Deo, aut maximè poſſideri.* Deinde verò, etſi dignitas ſcientiarum, tam ex certitudine demonſtrandi, quàm ex præſtantia ſubiectorum ſumi poteſt, vt auctor ſæpe docet, tamen niſi cætera ſint paria, non eſſe eam ſimpliciter, & abſolutè colligendam ex gradibus certitudinis (alioqui certiſſima, & exquiſitiſsima ſcientia rei nullius momenti eſſet nobiliſsima, quod nemo dixerit) ſed ex præſtantia ſubiectorum, vt idem docet 11. huius operis cum iudicat præſtantiorem, atque deteriorem ſcientiam ex ſuo quamque ſubiecto appellandam, nulla interim facta mentione de ea nobilitate, quæ ex ratione demonſtrandi ducitur. Hinc illud eſt natum, quod idem primo de partibus animalium in hanc ſententiam ſcriptum reliquit: *Res ſuperiores etſi leuiter attingere poſſimus: tamen ob eius generis excellentiam nos amplius oblectari, quàm cum hæc nobis iuncta omnia tenemus.*

Mathematicas nobis eſſe certiores.

Suapte natura minus certas.

Cap. 2.

Vnde ſcientiarum dignitas colligenda.

Veluti 8. Top. ca. 1. & 1. de Anima c. 1. tex. 1. 11. Metaphy. c. 6. & 6. Metaphy. cap. 1. tex. 2. 1. de Partibus animaliũ c. 5.

Cur hæc ſcientia inutilis videri poſſit.

AT vtilitas huius ſcientiæ, aut nulla fortaſſe, aut perexigua alicui videatur. Auocat enim à ciuilibus actionibus neceſſaria quadam mentis abſtractione, ſine qua Philoſophi in hoc rerum genere nullum

Digitized by Google

progreſſum facere poſſunt. Deinde, cùm polliceatur magnarum,& ſublimium rerum cognitionem, eámque poſt longa admodum ſtudia pro dignitate non tradat, fallere videtur ſectatores ſuos. Poſtremò, breue vitæ ſpatium, quod in aliis ſcientiis humanæ vitæ neceſſariis ponendum eſſet, haud parum imminuit propter rerum difficultatem, cùm tamen ipſa minimè omnium ſit neceſſaria, vt ipſe Ariſtoteles docet in præfatione huius operis. Hinc fit, vt priſcos illos Philoſophos Thaletem, Anaxagoram,& ſimiles, qui primis cauſsis rerum inueſtigandis, contemplandíſque intimis rerum naturis ſe totos conſecrarunt, ſapientes appellandos eſſe, prudentes verò minimè cenſeant quidam apud eundem 6. Ethicorum libro, quòd admiranda quidem, ſed inutilia humanæ vitæ exquirerent: cui ſententię ipſe Ariſtoteles eo loco minimè repugnat.

Cap. 1.

6. Ethico. ad Nicomachũ, cap. 7.

Metaphyſica vtilitas.

VERVM ſi quis æquo animo attendat, planè intelliget hanc diſciplinam non ſolum vtilem, ſed in primis etiam vtilem humano generi dicendam eſſe: modò vtilitatem non metiamur ſolis pecuniarũ, aliarúmve terrenarum facultatum lucris, quod faciũt profani homines. Et quidem Stoici, *qui nihil vtile, niſi quod honeſtum eſt, & quia honeſtum eſt*, eſſe putauerunt: quam vtiliorem ſcientiam ea cenſuiſſent, quæ eſt omnium honeſtiſsima? Peripatetici verò etſi bona quædã quę ex ſe honeſta non ſunt, vtilia eſſe volunt: an non ipſi vtiliora iudicabunt, quæ ſunt homine digniora? Quid verò homine dignius, quàm ad diuinarum rerum cognitionem aſpirare? Certè vera vtilitas rerum ex ſupremo fine æſtimanda eſt, vt quæ ad illum magis conferunt, verè vtiliora meritò cenſeri debeant. Quænam verò humana ſcientia magis ducat hominem ad altiſsimarum rerum contemplationem, in qua pręcipuè humana felicitas conſiſtit: quàm ea, cuius illud eſt præcipuum munus,& officium, vt earum cognitionem exquirat? Mitto vtilitatem, quæ ex illa eius functione manat, qua cæteras omnes artes conſtituit, ac communit, quòd eam apertè agnoſcant cæteri artifices, qui initia ſuarum ſcientiarum conſiderant, quíque accuratiùs aliquid tractandum ſuſcipiunt. Dicant iij, an ſine primæ Philoſophiæ præſidio aliquid magni momenti ad prima vſque principia perſequi poſsint. Iam Theologi quid non defendunt contra Ethnicos,& ſæpe etiam contra hæreticos primæ Philoſophiæ principiis,& doctrina muniti? Certè ſi alij artifices aliena à propriis æquo iudicio diſtinxiſſent, dubium non eſſet, quin magnam ſuæ doctrinæ partem primæ Philoſophiæ acceptam retuliſſent. Nunc autem, cùm plus æquo in primæ Philoſophiæ terminos irruperint: plerique ſunt, qui eius opes, quas velut proprias poſsident, illi deberi non agnoſcant. Denique vel vnum illud ad eius vtilitatem commendandam ſatis eſſet, quòd maximum eius capeſſendæ appetitum naturę Auctor hominibus indiderit, à qua ſententia Ariſtoteles hoc ipſum opus exorditur: neque enim fruſtrà, ſed maximi potius alicuius emolumenti cauſſa ea propenſio humanæ naturæ ingenita eſt. Denique qui hanc diſciplinam vtilem non eſſe contenderet, inſigníſne ignorantiæ nomine, an impietatis crimine notandus eſſet, non facilè quiuis iudicauerit. Ad id verò, quod obiiciebatur, auocare eius ſtudium à ciuilibus actionibus, reſpondendum eſt, tantùm abeſſe, vt id inutile ſit humano generi,

De vtili & honeſto diuerſa ſententia.

Vnde vtilitas æſtimanda.

Quæ vtilitas ab hac ſcientia in cæteras redundet.

Diluuntur rationes con-

Digitized by Google

[Con]tra vtilitatem Metaphyſicæ propoſita.

generi, vt maximè etiam ſit neceſſarium. Eſt enim neceſſe, vt in Republica bene conſtituta, alij diuinis rebus vacēt: alij ab illis inſtructi actiones ciuiles ad earumdem rerum cognitionem accommodent. Si qui verò ſunt, qui vtrunque præſtare poſsint, ij excellentes viri & verè regij haberi debent. Quòd verò multi ſe quaſi deceptos conqueruntur, quòd poſt longum tempus exiguam quandam diuinarum rerum cognitionis particulam ſint aſſecuti, vitio eorum aſcribendum eſt, vel quia exiguum exiſtiment, quod maximum habet momētum, vel quod Dedalæa temeritate (vt ita loqui liceat) altiùs ſperarint ſe poſſe conſcendere, quàm humana cōditio in mortali hac vita ferat. Id enim non pollicetur humana Philoſophia, ſed malè coërcita ſciendi cupiditas, quæ tamen intra modum vt cætera humana, continenda eſt. Ex quibus ſatis intelligitur, quàm parum habeat virium extremum contra huius ſcientiæ vtilitatem argumentum. Nam, quod Ariſtoteles ait: *cæteras omnes diſciplinas magis eſſe neceſſarias*, de ea neceſſitate intelligendum eſt, quæ ad victum, & cætera corporis emolumenta refertur.

De inſcriptione & partitione huius operis. CAPVT VIII.

A quo libri inſcripti ſint.

INSCRIPTI porrò ſunt hi libri ſiue ab Ariſtotele, ſiue à Theophraſto, qui eius opera magna ex parte in ordinem digeſsit, nomine rerum de quibus agunt, τὰ μετὰ τὰ φυσικά, hoc eſt: *Poſt naturalia:* qua in oratione verbum: *Poſt*, non ad naturæ ordinem, ſed inuentionis referendum eſt. Nam etſi hæc tractatio continet ſcientiam eorum, quæ natura ſunt prima: ea tamen poſt cognitionem rerum naturalium inuenta ſunt. Quia verò Philoſophi in inueſtigandis rebus, de quibus hæc ſcientia diſſerit, ab inferioribus ad ſuperiora progreſsi ſunt, non abs re multi eandem inſcriptionem ſic explicant, quaſi dicat, *Supra naturalia*, ſiue *quæ ſupra naturam ſunt*, quo pacto natura definita eſt initio 2. libri de naturali auſcultatione, ſeu quod idem eſt: *Quæ ſunt in altiſſimo rerum gradu poſita.* Hinc factum eſt, vt ſcientia ipſa quæ his libris traditur, ſimplici nomine appellari ſoleat à Recentioribus *Metaphyſica*, quaſi *Poſtnaturalium*, aut *Supranaturalium ſcientia*, cùm ab Ariſtotele ſæpè appelletur *prima philoſophia:* aliàs abſolutè *Philoſophia*, quaſi præcipua pars Philoſophiæ, vt 4. libro huius operis ca. 1. & 3. & lib. 1. Phyſic. extremis penè verbis: aliàs *Theologia*, quòd de diuinis rebus diſſerat, vt lib. 6. cap. 1. & lib. 11. cap. 6. aliàs *Sapientia*, quòd primas rerum cauſſas teneat, vt in ipſa huius operis præfatione, & cap. 2. lib. 3. aliàs *Domina & Princeps reliquarum, & cui cæteras contradicere nefas ſit*, veluti duobus proximè citatis locis, & 1. Poſt. cap. 7. vt quæ omnium principia confirmet, ac ſtabiliat.

Interpretatio inſcriptionis horū librorū.

2. Phiſ. cap. 1. text. 3.

Quibus nominibus hæc ſcientia appelletur.

Lib. 4. Meta. tex. 5. & 8. lib. 1. Phyſ. tex. 83. lib. 6. Meta. tex. 2. 1. Meta. cap. 2. 3. Metap. text. 3. text. 70.

DIVIDITVR verò totum opus in præfationem & tractationem. Pręfatio, quę primis duobus capitibus continetur, tota ad cōmendationem huius ſcientiæ cōfertur. In tractatione verò hęc continentur. Primum in reliqua parte primi libri referuntur, & magna ex parte refutātur Philoſophorum placita de cauſis. In ſecundo agitur de modo inueſtigandæ veritatis. In tertio proponūtur, & pro vtraque parte diſputantur plurimæ quæſtiones in reliquis libris diſſoluendæ. In quarto

Diuiſio huius operis.
Primus lib.
Secundus.
Tertius.
Quartus.

conſtituitur huius ſcientiæ ſubiectum, eiúſque affectiones declarátur, & maximè communia principia traduntur. In quinto diſtinguitur anbiguitas multorum ad hanc ſcientiam pertinentium, & eorum minùs præcipua membra ad prima quaſi capita reuocantur, omniáque congruis explicationibus declarantur. In ſexto traditur, quo pacto Metaphyſicus de ente diſſerat, & quædam entis ſignificata ab huius ſciétiæ propria conſideratione reiiciuntur. In ſeptimo agit Ariſtoteles de Ente per ſe, ac reali, quod in decem prædicamenta diuiditur, potiſſimùm verò de ſubſtantia materiali. In octauo de principiis conſtituentibus huiuſmodi ſubſtantiam, materia videlicet, ac forma. In nono de Ente vt diuiditur per potentiam, & actum. In decimo de Vno, tum per ſe ſumpto, tum etiam, vt cum multis confertur. In vndecimo & priore parte duodecimi multa repetit, quæ in hoc opere, & in libris Phyſicis ſcripſerat, vt ex iis gradum faciat ad ſubſtantias ſeparatas, de quib. tandem agit in poſteriori parte libri duodecimi, ac præcipuè de prima omnium rerum cauſſa. Denique in decimotertio, & decimoquarto libris diſputat contra Platonem ad euertẽdas Ideas, & Mathematica ſeparata, quæ ab illo inducta ſunt: quæ diſputatio cùm à multis ſeculis parum vtilitatis afferat, & ex dictis vtcunque intelligi poſſit, ferè ab huius operis enarratoribus prætermittitur.

Quintus. *Sextus.* *Septimus.* *Octauus.* *Nonus.* *Decimus.* *Vndecimus* *Duodecimus.* *Duo extremi.*

Quod

CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

Cauſſæ, ob quas hac ſciẽtia impugnatur.

OMNES [a] *homines.* Plerique Ariſtotelis ætate duabus potiſſimùm de cauſſis inuidiam conflabant huius ſcientiæ ſtudioſis. Vna, quòd fruſtra tentarent eam aſſequi doctrinam, quæ humanum captũ ſuperaret. Altera, quòd inaniter ſectarentur diſciplinam, quæ nec neceſſaria humanæ vitæ, nec vtilis eſſe videretur. Ac prior quidem reprehenſio, quæ primũ profecta videtur à Simonide Cœo Poëta Lyrico, cuius meminit Ariſtoteles, tum apertè hoc ipſo libro capit. ſecũdo, tum tacito nomine 10. Ethi. cap. 7. ſcientiã hanc nullam apud nos eſſe cõtendit. Poſterior verò (cui pro ſe etiam de diuinis rebus ſcribere incipiente reſpondet Cicero initio operis de natura Deorum) ſcientiam quidem ipſam non inficiatur, verùm nihil eam emolumẽti humano generi afferre putat. Quæ ſanè inſectatio, ſiquis animum aduertat, eodem reuoluitur. Aut enim hæc ſcientia ab auctore naturæ hominibus negata eſt, aut inutilis non eſt. Quamobrem Ariſtoteles hoc loco partim vt quæſtionem, An eſt, de hac ſcientia explicaret (tunc enim illa non videtur prætereunda, cùm de rei exiſtentia dubitatur) partim vt obtrectatoribus occurreret, ſapienter orſus eſt ab hoc generali pronunciato, quo aſſerit appetitum ſciendi ipſius ſcientiæ cauſſam eſſe omnibus hominibus naturalem. Nam cùm nomine ſcientiæ intelligatur perfecta rei cognitio, illud primùm ex hoc pronunciato ſequitur, appetitum huius ſcientiæ, quæ tota hac præfatione Sapientiæ nomine appellatur, eſſe homi

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

ἌΛΦΑ ΤῸ ΜΕΙ͂ΖΟΝ.

Περὶ τέχνης καὶ ἐμπειρίας, καὶ ὅτι ἡ σοφία περὶ τινας αἰτίας καὶ ἀρχὰς ἐστὶν ἐπιστήμη.

ΚΕΦ. Α'.

ΠΑΝΤΕΣ [a] ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. σημεῖον [b] δ' ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις. καὶ γὰρ χωρὶς τῆς

Cur Ariſtot. ordiatur ab appetitu ſciẽdi hominibus indito.

Quãdo quæſtio, An eſt, tractanda. *Sapientia.*

Primus liber quid contineat.

QVOD igitur ad primum librum attinet, multa Ariſt. propter rerũ tractandarum magnitudinem initio præfatur. Primùm enim ex appetitu ſciendi hominibus à natura dato, ex quo non vtilitas modò, ſed neceſſitas etiam huius ſcientiæ colligitur, obiter ſe inſinuat in gratiam eorum, qui eius ſtudium carpebant. Deinde longo ductu aperit, quæ ſit natura huius diſciplinæ. Tertio loco tradit illius dignitatem, & præſtantiam. Poſtremò docet, quis ſit eius ſcopus, ac terminus, hoc eſt, qua in re eius perfectio, & abſolutio conſiſtat. Quibus rebus tractandis ingenioſè explicat quatuor quæſtiones illas. An ſit? Quid ſit? Qualis? & propter quid? quas ipſe tradiderat 2. lib. de Poſteriori reſolutione, vt in quibus cuiuſque rei propoſitæ tractatio conſiſteret. Aggreſſus autem ad tractationem rerum, quæ ſub hanc ſcientiam cadunt, quoniam ea primũ reſpicit primas cauſſas, eáſque pro virili parte inuenire, ac tradere conatur; repetit principio quadripartitã cauſſarum diuiſionem à ſe traditam 2. Phyſi. li. vt ea propoſita expendat, cæteríne, an ipſe meliùs de rerum cauſſis ſenſerit. Deinde refert ex ordine ea de re placita Philoſophorum: qui ipſũ præceſſerunt, orſus ab antiquioribus, iíſque, qui ab inquiſitione infimæ cauſſę cœperunt philoſophari. Poſtremò aliorũ ſentẽtias partim refutat, partim ad ſuę confirmationẽ aſſumit *Cap. 1.* *Cap. 3. tex. 17.*

ſe hominibus maximè naturalem. Eſt enim ſapientia, perfectiſsima rerum cognitio, quam omnes audito ſapientiæ vocabulo communiter concipiunt. Sequitur deinde, hanc ſcientiam neque eſſe impoſsibilem, neque inutilem, proinde nec laborem, qui in eam impenditur, eſſe reprehendendum. Neque enim naturæ Auctor, qui (vt ſcribit Ariſtoteles) nihil fruſtra molitur, dediſſet hominibus adeò naturalẽ appetitum huius ſcientiæ, niſi illa & aliquo modo ab hominibus obtineri poſſet, & humano generi magnopere conduceret.

1. de Cælo. ca. 4. tex. 32. & 2. de Cælo. c. 8. te. 59. & cap. 11. tex. 59. & 3. de Anima. c 12. tex. 60. & c. 9. tex. 45. & alibi tex. 21. text. 48. tex. 23.

Quid hoc loco ſciẽtiæ nomine intelligatur.

HOC loco illud animaduertendum eſt, ſciendi verbo, ſeu perfectè cognoſcendi in hoc pronunciato intelligendam eſſe certam, & euidentem rerum notitiam, tum diuiſiuam tum definitiuam, tum etiam demonſtratiuam, ſiue ex ea fiat demonſtratio, quæ eſt notitia principiorum, ſiue per demonſtrationem comparetur, quę eſt notitia concluſionum. Omnis enim huiuſmodi notitia ſolet vulgò appellari ſcientia, tametſi Ariſtoteles nonnunquam ſolam tertiam, & quartam ſcientiæ nomine conplectitur, vt in 1. Poſter. cap. 3. aliàs definitiuam etiam adiungit, vt capite vltimo huius li. diuiſiuam verò, non ſcientiam, ſed cognoſcendi modum nuncupat, vt 2. Poſt. cap. 5.

ARISTOTELIS Metaphyſicorum

LIBER PRIMVS.

De arte & experientia: & ſapientiam, quæ eſt de quibuſdam cauſſis & principijs eſſe ſcientiam.

CAPVT I.

OMNES [a] *homines natura ſcire appetunt. cuius* [b] *rei ſignum eſt ipſe amor ſenſuum. Etenim remota vtili-*

ILLVD etiam animaduertendum eſt, etſi eodem verbo ſæpe intelligitur ſciendi habitus, hoc tamen loco potiùs intelligendum eſſe actum ſciendi: habitus enim, qui ad actum eliciendum à natura inſtitutus eſt, propter ipſum actum expetitur, quo fit, vt naturalis appetitus, quo ſcientiam appetimus, magis in actum ſciendi, quàm in habitum feratur. Hoc idem confirmari poteſt argumento ſenſuum, quod Ariſtoteles ſubiicit, in quo nomen ſenſus non pro ipſa potentia, ſed pro actu ſentiendi ſumitur, vt paulò pòſt patebit.

Appetitum ſciendi in actum magis, quàm in habitum ferri.

[b] *Cuius rei ſignum eſt.* Confirmat id, quod dixerat, argumento à minore. Experimur enim appeti à nobis ipſa natura impellente cognitionem ſenſitiuam, non

Digitized by Google

ſolùm alterius emolumenti cauſſa, ſed etiam per ſeſe, & ſui tantùm gratia. Hinc enim fit, vt aſpectus carior nobis ſit cæterorum ſenſuum perceptionibus, non modò, quia certior eſt, ſed etiam quia multarum rerum differentias oſtendit, atque adeo plurium, quàm cæterorum omnium ſenſuum actibus cognoſcantur. Quòd ſi nobis huiuſmodi appetitus naturalis eſt, potiori ratione appetitus perfectæ cognitionis naturalis cenſeri debet, dum imperfecta ſenſuum notitia, à qua omnis noſtra cognitio incipit, ad perfectam ſuapte natura dirigatur.

Cur nobis carior viſus, quàm reliqui ſenſus.

Duplex ſenſuum vtilitas.

[c] τῆς χρείας ἀγαπῶνται δι' ἑαυτὰς, καὶ [d] μάλιστα τῶν ἄλλων ἡ διὰ τῶν ὀμμάτων. οὐ [e] γὰρ μόνον ἵνα πράττωμεν, ἀλλὰ καὶ μηδὲν μέλλοντες πράττειν τὸ ὁρᾶν αἱρούμεθα ἀντὶ πάντων, ὡς [f] εἰπεῖν, τῶν ἄλλων. αἴτιον δ' ὅτι μάλιστα ποιεῖ γνωρίζειν τι ἡμᾶς αὕτη τῶν αἰσθήσεων, καὶ πολλὰς δηλοῖ διαφοράς. φύσει [g] μὲν οὖν αἴσθησιν ἔχοντα γίνεται τὰ ζῷα. ἐκ [h] δὲ τῆς αἰσθήσεως, τοῖς μὲν αὐτῶν οὐκ ἐγγίνεται μνήμη, τοῖς δὲ γίνεται. καὶ Cap. 1.

[c] *Remota vtilitate.* Duabus de cauſis datus eſt hominibus ſenſuũ vſus, quod Ariſtoteles docet in libr. de ſenſu, & ſenſili. Vna, ſalutis, & incolumitatis, cęterorúmque vitæ cõmodorum gratia, vt, cùm eorum miniſterio neceſſaria, aut commoda ad vitam degendã cognoſcerent, ea quærerent, incõmoda verò, & exitialia fugerent. Atque hæc ſenſuũ vtilitas communis eſt homini cum cæteris animãtibus. Altera, ipſius cognitionis ſenſitiuæ in ſe ſpectatæ cauſſa, non quatenus refertur ad vitæ tutelam, aliave corporis emolumenta: quæ vtilitas propterea eſt homini propria, quod cognitio ſenſitiua hoc pacto ſumpta ſuapte natura dirigitur ad intellectiuam, quæ cæteris animãtibus negata eſt. Hinc fit, vt cæteræ animantes (quod Albertus doctè annotauit) non ducantur cupiditate videndi, audiendive quicquam, niſi alicuius rei ad vitam neceſſariæ, aut commodæ quærendæ, aut incommodæ fugiendę cauſſa, homo verò ſolius cognitionis ſtudio ad plurima videnda, & audienda moueatur, etiam cùm id corpori nocet, multáque afferat vitæ incommoda. Cùm igitur Ariſtoteles ait, *Remota, ſiue excluſa, & prætermiſſa vtilitate,* non excludit eam vtilitatẽ, quæ ſequitur ipſam per ſe cognitionẽ ſenſitiuam ſpeculatiuè, vt ita loquar, ſpectatã, ſed reliquas omnes vtilitates, quæ ex ſenſibus proueniũt, præſertim cùm excluſiuæ dictiones, vt aiunt Dialectici, nõ excludant concomitantia. Quare non excluditur his verbis ea vtilitas, quàm intellectus percepit ex miniſterio ſenſuũ: quin potius ex hac ipſa vim habet argumentũ hoc loco ab Ariſtotele propoſitũ. Itaque locus hunc in modum intelligẽdus eſt. *Remota quauis alia vtilitate ipſi per ſe cari ſunt,* vt ferè exponi ſolet. Eodem pacto Ariſtoteles capite ſequenti oſtendens ſcientiam hanc eſſe liberam, & ſui ſolius gratia, non excludit eas vtilitates, quæ metaphyſicam cognitionem conſequuntur, in quibus numeranda eſt voluptas, quæ percipitur ex primarum cauſarũ conſideratione: ſed potiùs hunc in modum apertè ſcribit. *Vnde patet, eam à nobis nullius alterius vtilitatis cauſſa perquiri,* innuens habere illam peculiarem vtilitatem, & quidem tantam, vt ipſa ſola ſuis opibus contenta videatur.

Hoc loco tra. 1. cap. 4.

Dialecticorũ regula.

[d] *Is maximè, qui fit per oculos* Hinc patet verbum, *ſenſus* non pro facultate, ſed pro actu accipi hoc loco. Neque enim ſentiendi facultas, ſed actus ſentiẽdi fit per oculos. Idem patet ex periodo proximè ſequenti, in qua non de videndi facultate, ſed de actu ſermo eſt. Aduerte tamen rarius apud Latinos vſurpari nomen, *ſenſus*, pro ſentiendi actu, quàm apud Græcos.

Quid nomine ſenſus ſignificetur hoc loco.

[e] *Non enim vt agamus ſolùm.* Hoc etiam loco plerique ſubaudiunt verba. *Aliquid aliud*, vt ſit ſenſus: Non enim ſolùm, vt aliquid aliud agamus, &c. Quod propterea addunt, quia ipſum etiam cognoſcere per ſenſum, videtur eſſe quoddam agere. Verùm non eſt neceſſe quicquam adiungere. Neque enim Agere quod Græcè eſt, *πράττειν*, vnde Praxis nomen etiam à Latinis vſurpatur, propriè conuenit in actum cognoſcendi purè contemplatiuum, & ad nihil aliud relatum, vt libro 6. patebit. Itaque Agendi verbum non ſumitur hoc loco, quatenus ſignificat actionem latè acceptam, ſed quatenus opponitur verbo contemplandi, ſiue cognoſcendi ſolius cognitionis cauſſa, ſeu quod idem eſt, quatenus ſignificat actionem, vt opponitur puræ contemplationi.

Agere, propriè quid.

Ad caput. 2.

[f] *Omnibus, vt ita dicam, aliis*) Verbum *omnibus* non poteſt vllo modo referri ad actus

by Google

actus ſentiendi, quatenus nomine αἰσθήσεων ſignificantur: dicendũ enim foret Græcè πασῶν ἄλλων non πάντων ἄλλων, cùm nomen αἴσθησις fœminini ſit generis. Dicet fortaſſe aliquis, referendum eſſe ad res omnes, vt ſententia ita concludatur, (*ipſum videre omnibus aliis rebus anteponimus*) quo pacto per hyperbolen dicere ſolemus, nihil nobis eſſe carius lumine oculorum, etiam ſi vita ipſa longè nobis ſit carior. Addet quoque verba (vt ita dicam) inſerta eſſe, vt ſignificaretur, figuratam eſſe locutionem, nec ſimpliciter veram. Sed planè obſtat ſequens periodus, in qua non redditur cauſſa, cur aſpectum cæteris rebus omnib. anteponamus, ſed cur cæteris ſẽſibus. Dicendũ eſt igitur, verbũ, *omnibus*, ad ſenſus, ſiue actus ſentiendi referendum eſſe, non tamẽ, vt nomine αἰσθήσεων ſignificantur, ſed quatenus ſignificantur verbis infinitis vidẽdi, audiẽdi, & cęteris, quale eſt Græcè τὸ ὁρᾶν Latinè, *ipſum videre*, quod præcedit. Verba autem (vt ita dicam) propterea adiecta ſunt, quia dubium eſſe poteſt, num carior nobis ſit vidẽdi actus, etiam ſolius cognitionis cauſſa (quo pacto de ſenſibus hoc loco ſermo eſt) quàm cæterorum omnium ſenſuum cognitiones, ſaltem, ſi coniunctim accipiãtur: quanquam etſi diuiſim ſumantur, non ſatis perſpicua res eſt propter auditum, quem multi cognitionis cauſſa aſpectui præferrent, ſi alterutro priuandi eſſent. — *Notandum.*

[c] vtilitate ipſi per ſe cari ſunt, is [d] maximè, qui fit per oculos. Non [e] enim vt agamus ſolùm, ſed nihil etiam acturi ipſum videre omnibus, vt [f] ita dicã aliis anteponimus. Cauſſa verò eſt, quòd hic ſenſus vnus ex omnibus maximam nobis rerum cognitionem afferat, multaſq́; differentias oſtendat. Natura [g] igitur animalia ab ortu ſenſum habent: ex [h] ſenſu autem in aliis memoria non gignitur; in aliis gignitur. Hinc

[g] *Natura igitur animalia.* Hoc loco docere incipit, quænam ſit natura huius artis, hoc eſt, in quarum rerum conſideratione verſetur, quod pertinet ad quæſtionem, Quid eſt? Id autem vt commodius faciat, multa tradit de gradibus cognitionis. Atque in primis ait, *ſenſitiuam cognitionem omnibus animalibus naturaliter eſſe communem*. Omnia enim neceſſariò prædita ſunt duobus ſenſibus, guſtu, & tactu, vt ipſe docet libro de ſenſu, & ſenſili: tactu quidem, vt cognoſcant ea, ex quibus conſtant, guſtu verò, ex quibus aluntur.

Ariſtot. 1. de ſenſu, & ca. 1. & 3. de Anima c. 12. text. 63. 64.

[h] *Ex ſenſu autem.* Tradit tres gradus cognitionis brutorum animalium. Primus, ac infimus eſt eorum, quæ non cognoſcunt res ſenſibiles, niſi cùm illæ adſunt. Secundus, ſiue medius eorum eſt, quæ poſſunt etiam illarum in abſentia meminiſſe, non tamen adeò eleuatum modum cognoſcendi habẽt, vt poſſint ab alio doceri. Tertius, ac ſupremus ad ea pertinet, quæ non tantùm poſſunt in abſentia illarum meminiſſe, ſed etiam ſuo modo doceri.

Tres brutorũ animantium gradus ex cognitione ſumpti.

PRIMVS cernitur in conchyliis, & aliis quibuſdam animalibus aquaticis, quæ marinis ſcopulis adhæreſcũt, & vt vno verbo dicam, in iis omnibus, quæ progredi ex loco in locum non poſſunt, hæc enim non indigent ſenſibus, quibus res diſtantes cognoſcant, cùm ad illas proficiſci nequeant, qua ratione fit, vt ſolis duobus antedictis guſtus, & tactus, quos omnibus animalibus neceſſarios eſſe diximus, prædita ſint. Quoniam verò eadem ratio eſt, vt non indigeant memoria, (ſiquidem memoria ideò præcipuè data eſt brutis animãtibus, vt certò petere poſſint locum abſentem antè cognitum, alicuius rei quærendæ, aut fugiendæ cauſſa) efficitur, vt huiuſmodi animalia nec ſint diſciplinæ capacia, quia carent auditu, nec item prudentia, quia carent memoria. Vt enim diſciplina auditu indiget, ſic etiã prudentia eget memoria. Prudens enim ex memoria pręteritorum diſponit pręſentia, & proſpicit futura. Videntur quoque nonnulla animalia quę locum mutant, carere memoria, vt quidam vermes humi repentes imperfectę admodum formę, qui nõ reuertuntur ad certa loca, ſed ſemper vagantur, & quoquo verſus errant, niſi quòd ea petunt frequentius, vnde vel aëre propitiori, aut ſolo aptiori inuitantur. Quo fit, vt non rectè videatur dictum à quibuſdam, ideò datam eſſe animalibus memoriam, vt poſſint continere motum progreſſiuũ, niſi ſubaudiant (ad quęrendum locum ante cognitum) Id, quod etiam ex eo confirmatur, quia pleráque animalia ex iis, quę memoria pręedita ſunt, ſimulátque in lucem prodierunt, mouentur ex loco in locum, cùm interim nullius rei antè cognitæ memoria ducantur.

Animalia quæ ſcopulis adhæreſcunt, quos ſenſus habeant.

Cur memoria data animãtibus.

Non omnia animalia, quæ locum mutẽt, memoriã habere.

In his eſt D. Thom. hoc loco lect. 1. parte 3.

SECVNDVS

SECVNDVS gradus cognoſcendi cernitur in apibus,& aliis,ſi quæ ſunt,quæ cum memoria prædita ſint, auditu tamen carent. His enim concedit Ariſtoteles prudentiam,quia ex rebus,quas meminerunt, poſſunt aliquod vitæ regimen accipere:negat tamen diſciplinam, quia carent auditu. Quamquam illud intelligendum eſt, non omnia bruta animantia, quæ memoria prædita ſunt,eſſe prudentia, ſed quædam ex iis eſſe ſtolida,vt ea,quæ facilè capiuntur.

Nõ ſemper in beſtiis cũ memoria prudẽtiã coniũctã.

TERTIVS denique gradus cernitur in cane,elephanto,& aliis omnibus,quæ præter memoriam, ſenſum quoque auditus habent: atque hæc ab Ariſtotele dicuntur non ſolùm prudentiæ,ſed etiam diſciplinæ capacia.

OBIECTA CONTRA EA QVÆ ARISTOTELES HOC LOCO DOCET, ET reſponſiones ad ea quæ obiecta ſunt.

1\. *Obiecta contra ea, quæ Ariſtot. docet.*

SVNT tamen nonnulla, quæ contra hæc obiici poſsint. Primùm, quòd non rectè dictum ſit in explicando primo genere animalium, ideò præcipuè datam eſſe brutis animalibus memoriam, vt petere poſsint locum abſentem antè cognitum. Muſcæ enim mouentur ex loco in locum antè cognitum,& tamen Magnus Albertus hoc loco ea ratione oſtẽdit eas carere memoria,quòd flabello repulſæ idemtidem ſe ingerant,immemores plagæ acceptæ. *Hoc loco tra. 1.cap.6.*

2\. *Alberti ſentẽtia de muſcis, quòd careant memoria.*

SECVNDVM, quòd non rectè negauerit Ariſtoteles prudentiam in primo genere animalium eamdémque conceſſerit in ſecundo, & tertio. Nam, ſi prudentia propriè ſumatur, *vt eſt habitus agendi recta cum ratione*,quo pacto definitur ſexto Ethic.in nullo genere brutorum animalium concedenda fuit:ſi verò ſumatur per tranſlationem,eáque omnia dicantur prudentia, quæ id faciunt, quod facerent,ſi prudentiam haberent, non ſolùm in ſecundo, & tertio genere, ſed etiam in primo concedenda erat, ſiquidem animalia primi generis, etſi non mouentur ex loco in locum(qui motus dicitur progreſsiuus) mouentur tamen motu dilatationis,& constrictionis ad amplectenda ea,quæ ſibi conducunt, & refutanda contraria, quæ ſanè opera ſimilia ſunt operibus prudentiæ. *Cap.5.*

3 TERTIVM, quòd non rectè putauerit requiri memoriam in apibus,vt prudentes dicerentur,ſiquidem apes recèns natæ, cùm adhuc non ſint expertæ hyemem, vt ex illius memoria cibum futuræ hyemi quærant,iam inde tamen prudentiſsimè id faciunt.

4 QVARTVM, quòd non rectè dixerit apes non habere auditum, manifeſto enim experimento conſtat, eas conuocari ad noua aluearia leui ſono,& deterreri contrario.

5 QVINTVM, quòd nec illud etiam rectè dixerit, omnia quæ memoriam,& auditum habent,eſſe diſciplinæ capacia. Nam,ſi hæc affectio propriè accipiatur,in ſolis hominibus reperitur: ſi verò tranſlatitiè,non eſt,cur negetur apibus,cùm illæ in ratione viuẽdi præ ſe ferant diſciplinam optimè conſtitutæ Reipublicæ. Quòd ſi illa hoc loco dicuntur diſciplinæ capacia,quæ docilia ſunt, & voce hominis quaſi docentis aſſueſcunt ad aliquid faciendum, ne hoc quidem modo rectè videtur

Digitized by Google

videtur dictum, omnia, quæ memoriam, & auditum habent, eſſe diſciplinæ capacia. Serpentes enim, & quamplurimæ feræ, etſi memoriam, & auditum habent, nulla tamen hominis quaſi doctrina inſtitui poſſunt, vt aliquid agant.

Obiectorum dilutio. Alberti ſententiæ refutatio.

SED haud difficilè hæc omnia diſſoluuntur. Ad primum enim reſpondendum eſt, eiuſmodi animalia flabello repulſa, non ideò identidem ſe ingerere, quia careant memoria, ſed quia ſtolida ſunt: alioqui liceret colligere, pleraque alia, quæ manifeſtius omnes ſenſus habent, carere aſpectu, & auditu, quod petita iaculis valde prope ferientibus, ſæpe non moueantur loco: quod in ranis & cubiculis accidere videmus. Quare, vt in his animalibus non defectus viſus, & auditus, ſed ſtoliditas quædam in cauſſa eſt, cur non ſtatim ſe loco moueant, ſic illa, non quia careant memoria, ſed quia ſtolida ſunt, continuò in eum locum reuertuntur, vnde ſunt repulſa. Accedit, quòd nimius etiam appetitus horum animalium in cauſſa eſſe poteſt, cur ab obiecto præſenti non facilè arceri poſſint. Ita patet argumentum Alberti nihil efficere. Quin etiam eodem probari poteſt, eiuſmodi animalia prædita eſſe memoria, ſiquidem repulſa ex re, qua delectantur, mox ad eandem reuertuntur. Quod facere non poſſent adeò certo itinere, niſi memoria retinerent locum ex quo eiiciuntur.

Prudentiam dupliciter ſumi.

AD ſecundum reſpondendum eſt, prudentiam hoc loco non accipi propriè, ſed per tranſlationem, nempe pro quadam ſagacitate, quæ in ſuis effectibus veram prudentiam imitatur. Non eſt tamen illa primo generi brutorum animalium à nobis propoſito aſcribenda, quia nullius animalis ſagacitas plenè imitatur prudentiam, niſi quæ ex cognitione præteriti poteſt futura prouidere.

HINC patet ſolutio tertij. Illa enim ſagacitas, qua apes ante cognitionem præteriti in futurum ſibi proſpiciunt, non eſt plena imitatio prudentiæ. Quapropter, niſi illæ ex memoria alicuius rei moueantur ad aliquid faciendum, vt cùm ad propria aluearia reuertuntur, non vtique prudentes dici debent quod rectè hoc loco Albertus, Alenſis, Scotus, & Ægidius annotarunt. Hoc tamẽ intereſt inter veram hominis prudentiam, & brutorũ animalium (vt alia mittam diſcrimina) quòd homo ex memoria præteriti adhibito rationis diſcurſu, concludit hoc, vel illud eſſe faciendum, bruta verò animantia ex memoria præteriti inſtinctu quodam naturæ ad id impelluntur.

Diſcrimẽ inter hominis, & animantiũ prudentiã.

Hoc loco tract. ca. 6.

Sententia D. Thomæ de apibus.

AD quartum reſpondet D. Thomas hoc loco, apes non ſentire ſonum, ſed aërem, qui commouetur, cùm editur ſonus, cuius commotio tam vehemens eſt in tonitruis, vt poſſit etiam animalia occidere, atque adeò æneas campanas frangere. Magnus tamen Albertus reſpondet, auditum non accipi hoc loco ab Ariſtotele, vt eſt perceptiuus ſoni & naturalis ſignificationis illius (hoc enim pacto apes auditum habent) ſed quatenus eſt perceptiuus ſoni per modum ſermonis, quo pacto canes, elephanti, ſimiæ, iumenta etiam, armenta & alia quædam animalia auditu prædita ſunt, cùm propriis nominibus appellata accurrant: auditis verò aliis, atque aliis vocibus ex inſtituto ſignificantibus, aliter atque aliter moueantur, aut quieſcant, & quædam opera ſimilia

Sentẽtia Alberti contraria.

operib. artis faciãt, quod cernere eſt in canibus, qui certis verbis prouocãt humanã ſaltationẽ imitantur. Et viſus eſt noſtra ætate in Luſitania inſignis quidã canis Eduardi Principis, qui naturę ſagacitati conſuetudine audiendi adiuncta, nomina propria quorundam ex familiarium ita diſtinguebat, vt eorum quemlibet ab illo vocatum quæritaret, & dentibus veſte apprehenſa ad vocantem duceret. Quam docilitatem, & humani ingenij imitationem ipſo mortis genere confirmauit: ſiquidem mortuo Principe, & conſtantiſſimè cibum repudiauit, & deſiderij affectu cruciatus interiit. Hoc igitur modo ait Albertus, ſenſiſſe Ariſtotelem non eſſe in aliis quàm plurimis animalibus, quæ eadem de cauſſa nulla hominum inſtitutione doceri poſſunt.

Mirum canis exemplum.

Cæterum de auditu, vt eſt perceptiuus ſoni dubitat Ariſtoteles IX. de hiſtoria animalium cap. XL. num re vera ſit in apibus, vt, ſi hoc pacto auditus nomen hic accipit, non aſſeueranter, ſed exempli cauſſa locutus videatur. *Gaudere*, inquit, *plauſu, atque ſonitu apes videntur, quapropter tinnitu æris, aut fictilis conuocari eas in alueum aiunt, quamquam incertum eſt, an audiant, & voluptate ne, an formidine ita faciant.* Plinius tamen lib. 11. naturalis hiſtoriæ affirmat habere auditum: quæ ſententia videtur vera. Primùm, quia ſi conuocãtur certo quodam ſono, non autem contrario, non dubium videtur, quin percipiant differentiam ſonorum qua re, & ſonum quã ratione ſonus eſt. Deinde quia, ſi nõ ſentiunt ſonum ipſum, ſed motũ aëris quo ipſæ pulſantur, cùm ſonus editur (peruenientibus ad ea circuitionibus aëris moti à corporibus efficientibus ſonum) acutior ſanè eſt earũ tactus, quàm humanus tactus in apibus

Dubitat Ariſt. de auditu apum. *Plinij ſententia de auditu apum approbatur.* *Cap. 20.* *Tactus hominis omniũ optimus.*

i *Hinc fit vt quædam* Non colligit his verbis Ariſtoteles alteram adæquatam diuiſionem animalium in prudentia, & docilia. Nam, vt alia mittam, quibus hæc diuiſio impugnari poteſt, certè animalia, quæ carent memoria, nec prudentia ſunt, nec docilia, vt ipſe mox apertè docebit. Non deſunt, qui ob id ſuppleant hoc loco oppoſita membra, duáſque diuiſiones hic colligi exiſtiment, quaſi dicat Ariſtoteles, *Hinc fit, vt alia prudentia ſint, alia non prudentia, alia diſciplinæ capacia, alia non item.* Sed obſtat inter alia, quod hæc ſupplendi licentia videatur nimia, & non neceſſaria. Quocirca dicendum videtur, nõ tradi hoc loco vllam generalem diuiſionem animalium, ſed quandam ſubdiuiſionẽ poſterioris membri precedentis diuiſionis, cum quadam ſubintellecta excluſiua particula ad alterum membrum. Quaſi dicat Ariſtoteles: *Ex eo, quòd dantur animalia: quæ memoriam habeant, effici, vt eorum quædam ſint prudentia dumtaxat* (quatenus hac particula docilitas excluditur) *alia non ſolùm prudentia, ſed etiam docilia.* Quæ enim ita memoriam habent, vt humanam vocem percipere nequeant, ita prudentia ſunt, vt doceri non poſſint, quæ autem vocem quaſi præceptoris memoria retinent, ea doceri poſſunt. Sed obſtat adhuc, quòd Ariſtoteles non ait *diſciplinæ capacia*, ſed *diſciplinæ capaciora. &c.* quibus verbis omnia animalia videtur facere docilia. At ſi contextus Ariſtotelicus ita haberet, vt Argyropilus vertit (ſic enim habet, *Alia prudentia ſunt, alia magis diſcere poſſunt* miſſis cæteris verbis, quæ ſequuntur) nihil eſſet difficultatis, ſumpto tamen verbo

Apta explicatio.

καὶ [i] διὰ τοῦτο τὰ μὲν * φρόνιμα, τὰ δὲ μαθηματικώτερα, τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστίν. φρόνιμα μὲν ἄνευ τοῦ μανθάνειν, ὅσα μὴ δυνατὰ τῶν ψόφων ἀκούειν, οἷον μέλιττα, καὶ εἴ τι τοιοῦτο ἄλλο γένος ζώων ἐστί. μανθάνειν δ᾽, ὅσα πρὸς τῇ μνήμῃ καὶ ταύτην ἔχει τὴν αἴσθησιν. τὰ [k] μὲν

** Aliàs φρονιμώτερα.*

apibus auditũ,quo etiã pacto cõſtat nõ eſſe quod negat Ariſtoteles 2. de Anima, *cùm homini tribuit tactũ omnium optimum:* vix enim ſentimus eiuſmodi motũ aëris,etiamſi vehemẽs ſit ſonus, nõſque vehementer afficiat. Tum etiam, quia vix aliter reſponderi poteſt ad experimenta illa quę Ariſtoteles narrat eodem loco. *Cùm verò* inquit, *migrandum eſt, vox ſolitaria, & peculiaris quadam aliquot antè diebus intus mittitur.* Et infra: *Tempore matutino omnes ſilent, donec vna gemino, aut triplici bombo excitet omnes, tum vniuerſæ ad opus prouolant, cúmque redierint, primùm item tumultuant, paulatimq́ minùs ſubinde ſtrepunt, dum vna circumuolitando ſuſurret, quaſi dormiendum pracipiat, tum repente omnes conticeſcunt.* Hæc, & alia quæ de apibus narrat Ariſtoteles, ſi ad commotionem aëris cum bombo factam, non ad bombum ipſum referantur, eadem ratione dici poterit, non percipi ſonum à cæteris animantibus, quæ omniũ conſenſu auditum habent, ſed tantùm aëris motionem cum ſono factam. Nec ſatisfaciet, qui occurrerit in iis, quæ dicũtur habere auditum, manifeſta eſſe audiendi organa: parum enim refert, quòd ea in tam paruis animalibus non diſcernamus. Adde, non eſſe veriſimile, apes qualibet parte corporis diſcernere differentias ſonorum, quomodocũque eas percipiant, ſed certa aliqua, & determinata, quæ ſit in capite, etiamſi nobis ignota ſit. Quòd ſi ea parte non per potentiam audiendi, ſed tangendi, diſcernunt prædictas ſonorum differentias, idem dici poterit de cæteris animalibus, negata in auribus quauis alia potentia ſenſitiua præter quàm tactus. *De apibus nonnulla.*

Q V I N T V M denique argumentum perſpicuè diſſoluitur iuxta Alberti ſententiam: quod tamen ex D. Thomæ opinione haud facilè diſſolues.

---

verbo *Magis* pro etiam, aut inſuper, vt ſenſus eſſet. *Alia prudentia ſunt, alia non modò prudentia, ſed etiam docilia.* Verùm quia omnes Græci Codices quotquot viderim, addunt verba illa, τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν, hoc eſt, *iis quæ meminiſſe nequeunt,* quod idem cæteræ omnes latinæ verſiones teſtantur, nec verbum μᾶλλον φρονιμώτερα aptè redditur latinè, ſi exponatur, vt dictum eſt: crediderim approbandam eſſe lectionẽ Alexandri, qui pro verbo φρόνιμα legit φρονιμώτερα, id eſt, *prudentiora*, quo pacto

Hinc [i] *ſit, vt quædam* * *prudẽtia ſint, alia diſciplinæ capaciora iis, quæ meminiſſe nequeunt. Ac prudentiam quidem ſine docilitate habent quæcunque ſonos audire non poſſunt, vt apes, & ſi quod eſt tale aliud genus animalium: diſcunt autem ea omnia, quæ cum memoria hunc quoque ſenſum habent. Cætera* [k] *igitur*

* *Aliàs prudentiora.*

hunc in modum habebit contextus. *Hinc ſit, vt quædam prudentiora ſint, alia diſciplinæ capaciora iis, quæ meminiſſe nequeunt,* ſenſus autem erit. Quia verò quædam animalia memoria prædita ſunt, ex quibus alia humanã vocem memoria nõ tenent, alia tenent, ideo quædam prudentiora ſunt iis, quæ meminiſſe nequeunt: alia non ſolùm prudentiora, ſed etiam dociliora eiſdem, vt vtrumque comparatiuum referatur ad ea, quæ carent memoria. Ait autem Ariſtoteles quædam eſſe prudentiora iis, quæ memoria carent, alia dociliora etiam: non quia putat ea, quæ memoria carent prudentia eſſe, aut docilia, & memoria prædita magis prudentia, magiſque docilia (apertè enim negat prudentiam, & docilitatem pleriſque animalibus) ſed quia inter memoria prædita reperiuntur & prudentia, & docilia, quæ tamen non inueniuntur inter ea quæ carent memoria: quo pacto dicimus cætera elementa eſſe leuiora terra, non quòd omnia elementa ſint leuia, & terra minus leuis, ſed quia inter cætera reperiuntur elemẽta leuia, ipſa autẽ terra leuis non eſt. *Cur Ariſtoteles comparatiuis nominibus vtatur.*

Alia quoque ratio eſſe poteſt, cur Ariſtoteles comparatiuis potiùs, quàm poſitiuis nominibus vſus ſit, nempe vt ſignificaret bruta animalia non eſſe reuera, ac propriè prudentia, aut docilia, ſed quodam modo, & alia comparatione aliorum, quo pacto dicimus ferrum eſſe leuius plumbo, non quòd reuera, ac propriè leue ſit, ſed comparatiuè tantùm, vt dici ſolet. Nec obſtat, quòd Ariſtoteles mox vtitur poſitiuis nominibus: ſatis enim fuit ſemel ſignificaſſe non propriè id accipiendum eſſe, ſi cui verò Alexandri lectio non placebit (quæ tamen nobis videtur & verior & aptior) hoc certè ex dictis habebit, quo pacto verbum *Dociliora* exponere debeat. Quanquam verò Alexãdri lectio placet, expoſitio tamen non placet. Nam primùm, confundit verbum *Dociliora* cum verbo *Prudentiora*. Deinde putat verbum *Dociliora* accipi poſſe pro aptioribus ad cognoſcendum. Poſtremò hoc ipſum ex eo probat, quia apprehenſio per ſenſum diſciplina quædam ſit, quæ ſanè haud congruunt cum iis, quæ ab Ariſtotele dicuntur.

Qua operatione vnumquodque viuere dicatur.

Qua animãtes imaginatione viuant.

Qua memoria.

Qua experimento.

τὰ [k] μὲν οὖν ἄλλα ταῖς φαντασίαις ζῇ, καὶ ταῖς μνήμαις, ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρόν, τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ τέχνῃ, καὶ λογισμοῖς. γίγνεται δ' [l] ἐκ τῆς μνήμης ἐμπειρία τοῖς ἀνθρώποις, αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσι. καὶ δοκεῖ σχεδὸν ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ ὅμοιον εἶναι ἡ ἐμπειρία. ἀποβαίνει δ' ἐπιστήμη καὶ τέχνη διὰ [m] τῆς ἐμπειρίας τοῖς ἀνθρώποις. ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὥς φησι Πῶλος, ὀρθῶς λέγων, ἡ δ' ἀπειρία τύχην. γίνεται [n] δὲ τέχνη ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. τὸ μὲν γὰρ ἔχειν ὑπόληψιν ὅτι Καλλίᾳ κάμνοντι τήνδε τὴν νόσον τοδὶ συνήνεγκε, καὶ Σωκράτει, καὶ καθέκαστον οὕτω πολλοῖς, ἐμπειρίας ἐστί. τὸ δ' ὅτι πᾶσι τοῖς τοιοῖς δὲ κατ' εἶδος ἓν ἀφορισθεῖσι, κάμνουσι τήνδε τὴν νόσον, συνήνεγκε, οἷον τοῖς φλεγματώδεσιν, ἢ χολώδεσιν; ἢ πυρέττουσι καύσῳ, τέχνης.

πρὸς

[k] *Cætera igitur imaginationibus, &c.* Tranſitum facit à tribus iam dictis gradibus cognitionis brutorum animalium, ad alios tres gradus cognitionis humanæ: Quia verò vnumquodque ea operatione naturaliter dicitur viuere, quæ in ipſo eſt præſtantiſſima (ſecus eſt, cùm naturæ ſtatus peruertitur, vt in hominibus vitioſis) ait Ariſtoteles *bruta animalia partem viuere phantaſiis ſiue imaginationibus, partim memoria, partim verò imperfecta quadam experientia.* Ac imaginationibus quidem viuunt animalia primi generis, quæ ſolis ſenſibus guſtus & tactus prædita ſunt: ſenſus enim, imaginatio, & appetitus omnibus animalibus communia ſunt, vt patet ex 3. de Anima. Illorum tamen imaginatio imperfecta eſt, & quæ fungi ſuo munere non poteſt, niſi cùm ſenſus exterior rem eandem percipit. Memoria autem viuunt animalia ſecundi generis, quæ habent memoriam abſque auditu. Experientia verò imperfecta, quæ & memoriam, & auditum habent: doctrina enim imperfecta, ſeu potius tranſlatitia imperfecto experimento acquiritur, quemadmodum perfecta doctrina perfecto experimento. *Cap. 9 text. 6.*

Tres gradus humanæ cognitionis.

At verò genus humanũ tribus aliis gradibus cognitionis viuit, ratione, experientia, & arte. Ariſtoteles tamen, cùm ait, *genus autem hominum & arte viuit, & ratione,* nominibus extremorum graduum, medium innuit.

Qvo loco aduerte vitam humanam, quæ ratione ſola regitur, eſſe in infimo gradu, qualis eſt vita multorum, qui penitus in otio degunt, nec vlli diſciplinæ dant operam: quæ autem regitur experientia, eſſe in gradu medio, ſiquidem experientia & ſi non omnino, quodammodo tamen rationem perficit, & ad artem diſponit: quæ denique regitur arte, eſſe in ſupremo, quãdoquidem ratio arte omnino perficitur. Quod tamen dictum intellige de perfectionibus, quas homo viribus naturæ comparare poteſt, ne regimen ſacræ fidei excludatur, quod ſuperius eſt eo, quod ab arte proficiſcitur.

Fidei regimen eſt perfectius omni humano regimine.

Illvd etiã aduerte, vitam, quæ arte regitur, in totidem gradus diuidi poſſe, aut enim regitur arte practica ſubminiſtrante, aut practica imperante, aut omnino contem-

Tres artium gradus.

contemplante, quos gradus Ariſtoteles in progreſſu huius capitis diſtinguit.

Propriè dicta experientia.

Denique illud aduerte, in experientia propriè dicta duo ſpectari: vnum eſt multi habitus memorandi præterita ex multis recordationibus geniti, quod eſt quaſi materiale, alterum collatio rerum, ſiue euentorum, quæ his habitib. memoria tenentur, quod eſt quaſi formale. Cùm igitur audis in brutis animantibus eſſe imperfectam experientiam, in homine autem perfectam, id propterea dictum intellige, quia in homine cernitur vtrumque, in brutis autem id tantùm, quod materiale eſt. Quod enim in homine facit collatio vnius rei cum alia, id facit in brutis animantibus inſtinctus, ſiue vis naturæ.

Quid interſit inter experientiam hominũ & cæterorum animalium.

Quo pacto gignatur.

l *Fit autem ex memoria.* Quoniam experientia, & ars non à natura hominibus ſunt inſitæ, docet Ariſtoteles quónam modo gignantur. *Ait ergo, experientiam gigni ex multis recordationibus eiuſdem rei.* hoc eſt, eiuſdem attributi obſeruari in pluribus indiuiduis ſimilibus inter ſe. Si quis enim recordetur hoc, vel illud medicamentum Calliæ profuiſſe, itémque Socrati, & aliis eodem morbo laborantibus, eáque euenta inuicem conferat, is conſequetur propriè dictam experientiam eius medicamenti. Cùm verò Ariſtoteles ait ſcientiæ, & arti ferè ſimilem eſſe experiẽtiam, accipit nomina ſcientiæ, & artis pro eodem habitu, vt ſæpè hoc capite. Quo autem pacto experientia ſit ſimilis arti, paulò pòſt docebit. Denique vſi ſumus hoc loco verbo *Recordationes* pro verbo *μνῆμαι*, quòd Memoriæ vocabulum vix vſurpetur in numero multitudinis, & iam hoc loco ſit ſermo de memoria humana, cui ſoli ſi aptè loquendum eſt, accommodatur recordationis verbum, non quòd idem omnino ſit recordatio atque reminiſcentia, quæ ſoli homini conuenit: reminiſcentia enim ſemper eſt cum ratiocinatione diſcurrente ex iis, quæ nouit ad ea in mentem reuocanda, quæ memoriæ non occurrunt, (recordatio autem dicitur de quouis memorandi actu, etiam ſimplici & ſine diſcurſu) ſed quia recordationis nomen præ ſe videtur ferre liberam quandam præteriti recognitionem, quæ non eſt in brutis animantibus.

Cætera [k] *igitur imaginationibus, ac memoria viuunt, parùmque experientiæ participant: genus autem hominum & arte viuit, & ratione. Fit* [l] *autem hominibus ex memoria experientia. Multæ enim rei eiuſdem recordationes vnius experientiæ vim perficiunt, Videtúrque experientia ſcientiæ, ac arti ferè ſimilis. Per experientiam* [m] *autem ars, & ſcientia hominibus proueniunt. Experientia enim, vt rectè Polus ait, artem genuit; inexperientia fortunam. Fit* [n] *porrò ars, cùm ex multis experientiæ notionibus vna de ſimilibus exiſtimatio in vniuerſum oritur. Etenim compertum habere Calliæ hoc morbo laboranti hoc profuiſſe, itémque Socrati, ac eodem modo pluribus ſingulatim experientiæ eſt: profuiſſe autem iis omnibus, qui vna ſpecie definiti certo morbo laborent, vt iis, qui pituita, aut bili, aut febri ex æſtu affligentur, id iam artis eſt. Atque ad*

Non idẽ omnino recordatio quod reminiſcentia.

Artem experientia gignit.

m *Per experientiam autem.* Docet artem gigni experientia. Qua in re approbat ſententiam Poli, qui apud Platonem in Gorgia Chærephonti pro Gorgia reſpondens hanc ipſam ſententiam vſurpat. Etſi autem non deſunt qui hoc loco *ἀπειρίαν* *Imperitiam* interpretentur, nos tamen cum aliis maluimus *Inexperientiam*, quia Imperitiæ vocabulum paſſim pro inſcitia ſumitur, ſuntque multi inexperti, qui ſcientia præditi ſint, vt hoc ipſo capite docet Ariſt. Dicitur autem inexperientia genuiſſe fortunam, ſeu vt Polus loquitur *per fortunam circumuagari*: quia cùm aliquid aggredimur inexperti rerum ſimilium, etſi conſulto id facimus, caſui tamen, & fortunæ rem committere videmur. Vnde fit, vt ſi quando ea ex animo cedit, temerè, ac fortuitò bene ceſſiſſe non immeritò dici poſſit.

Quo pacto gignatur.

n *Fit porro ars, cùm ex multis experientiæ notionibus vna de ſimilibus exiſtimatio in vniuerſum oritur.* Exponit modum, quo ars per experientiam gignatur, atque tum fieri cùm ex multis experientiæ notionibus vna de ſimilibus oritur vniuerſalis exiſtimatio, ex qua habitus quidam relinquitur, quo idem de omnibus

igitized by Google

ſimilibus vniuerſè iudicamus, vt ſi quis ex longa obſeruatione curationis eum habitum comparet, quo iudicet omnibus certa ſpecie morbi affectis certam ſpeciem medicamenti conferre. De qua re latiùs agendum eſt ad finem capitis. Illud interim aduerte non ſine cauſſa dixiſſe Ariſt. *fieri artem ex multis experientiæ notionibus*, potiùs quàm ex multis experiẽtiis. Nec enim neceſſe eſt, vt ad generationem artis concurrant multæ experientiæ habituales, quæ ſemper feruntur in res diuerſarum ſpecierum, ſed multa experimenta, ſiue actus experiendi, qui poſſunt ferri in indiuidua eiuſdem ſpeciei infimæ. Vocat enim Ariſtot. hoc loco artem non modò habitum eum, qui fertur in res diuerſarum ſpecierum, quatenus inter ſe ſunt ſimiles in genere, ſed etiam eum, qui fertur in indiuidua ſolo numero differentia, vt in ægrotos eadem ſpecie morbi laborãtes. quòd ſi Ars acciperetur ſolùm pro coniunctione multarũ concluſionum, tum dixiſſet Ariſt. gigni eam ex multis experientiis. Illud etiam aduerte verbum *Profuiſſe* non eſſe accipiẽdum in poſteriori loco, quatenus aſtringitur ad ſolam præteriti ſignificationem. Ars enim non pronunciat quicquam de ſolo præterito, ſed de omni temporis differentia, ſeu potiùs abſolutè, ac ſimpliciter. Vtitur tamen in hac re Ariſt. verbo præteriti temporis, quia familiare eſt Græcis vti hac temporis differentia ad ſignificandum quid in vniuerſum fieri ſoleat, vt cùm paulò antè dictũ eſt. *Experientia artem genuit, &c.* hoc eſt generare ſolet. Quod in prouerbiis, vulgatiſq; ſentẽtiis vſitatius eſt, vt apud Iſocratem in Parænesi ad Dæmonicũ, Κάλλος μὲν, inquit, ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. *Hoc eſt, pulchritudo aut tempore cõſumpta eſt, aut morbo emarcuit*, pro eo quod eſt, conſumi ſolet, aut marceſcere. Quod idem nonnunquam obſeruare licet apud Latinos, vt in eo prouerbio: *Multas amicitias ſilentium diremit*, quo eodem vtuntur Græci: [a] & apud Virgilium.

[b] *Cùm duo conuerſis inimica in prælia tauri.*

Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri.

Cauſſa huius loquendi formæ ea videtur eſſe, qa ex obſeruatione præteriti intelligitur quid de futuro, omníque tẽpore iudicandum ſit.

° *Atque ad agẽdum quidem.* Vt artem experientiæ anteponat, confert experientiam cum arte, primúmque, quoad actionem, cùm ait: *Experientiam, ſi ſola actio ſpectetur, non eſſe inferiorem arte, ſed potius ſuperiorem, quòd experti minus aberrent à ſcopo, fineque actionis, quàm qui arte præditi ſunt abſque rerum experientia.* Cauſſam verò huius diſcriminis

Cur non dixerit. Ex multis experientiis.

Verba præteriti ſæpe comprehendere omnem temporis differentiã.

a 8. Eth. c. 5.

b Æneid. 12.

Expertus cũ artifice cõfertur.

πρὸς ° μὲν οὖν τὸ πράττειν ἐμπειρία τέχνης οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιτυγχάνοντας ὁρῶμεν τοὺς ἐμπείρους τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία τῶν καθέκαστά ἐστι γνῶσις, ἡ δὲ τέχνη τῶν καθόλου. αἱ δὲ πράξεις, καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι, περὶ τὸ καθέκαστόν εἰσιν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ Καλλίαν, ἢ Σωκράτην ἢ τῶν ἄλλων τινὰ οὕτω λεγομένων, ᾧ συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ εἶναι. ἐὰν οὖν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας ἔχῃ τις τὸν λόγον, καὶ τὸ καθόλου μὲν γνωρίζῃ, τὸ δ' ἐν τούτῳ καθέκαστον ἀγνοῇ, πολλάκις διαμαρτήσεται τῆς θεραπείας. θεραπευτὸν γὰρ τὸ καθέκαστον μᾶλλον.

Ἀλλ' ὅμως τό γε εἰδέναι, καὶ τὸ ἐπαΐειν τῇ τέχνῃ τῆς ἐμπειρίας ὑπάρχειν οἰόμεθα μᾶλλον, καὶ σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνομεν, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθοῦσαν τὴν σοφίαν πᾶσι. τοῦτο δ' ἐστὶν ὅτι οἱ μὲν τὴν αἰτίαν ἴσασιν, οἱ δ' οὔ. οἱ μὲν γὰρ ἔμπειροι τὸ ὅτι μὲν ἴσασι, διότι δ' οὐκ ἴσασιν, οἱ δὲ τὸ διότι, καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσι. διὸ καὶ τοὺς ἀρχιτέκτονας περὶ ἕκαστον τιμιωτέρους, καὶ μᾶλλον εἰδέναι νομίζομεν τῶν χειροτεχνῶν, καὶ σοφωτέρους, ὅτι τὰς αἰτίας τῶν ποιουμένων ἴσασι. οἱ δ' ὥσπερ καὶ τῶν ἀψύχων ἔνια, ποιεῖ μὲν, οὐκ εἰδότα δὲ ποιεῖ, οἷον καίει τὸ πῦρ. τὰ μὲν οὖν ἄψυχα φύσει τινὶ ποιεῖν τούτων ἕκαστον, τοὺς δὲ χειροτέχνας δι' ἔθος, ὡς οὐ κατὰ τὸ πρακτικοὺς εἶναι σοφωτέρους ὄντας, ἀλλὰ κατὰ τὸ λόγον ἔχειν αὐτοὺς, καὶ τὰς αἰτίας γνωρίζειν. ὅλως τε σημεῖον τοῦ εἰδότος καὶ τὸ δύνασθαι διδάσκειν

ἐστὶ, καὶ

ſcriminis eam eſſe ait, *quia experientia eſt rerum ſingularium, in quibus per ſe verſantur actiones, ars autem vniuerſalium, in quibus illæ verſantur per accidens.* Ac ratione ſingularium, quibus accidunt, hoc eſt conueniunt res vniuerſales. Illud enim hoc loco dicitur accidere, quod ita conuenit ſubiecto, vt aliquo modo à ſubiecto diſtinguatur, quo pacto res vniuerſales conueniunt ſingularibus. Eodem modo ſumitur accidendi verbum ab Auctore in captione accidentis 1. Elench. cap. 4. vt 8. libro Dialect. Inſtitutionum diximus. Hanc igitur ob cauſſam fieri poteſt, vt is, qui arte pręditus eſt, rerum ſingularium circunſtantias ignoret, quæ regulas vniuerſales mutare ſolent, atque ita ſæpius aberret à fine propoſito, quod tamen non ita facilè committet, qui habet rerum vſum, & experientiam.

Experientiam eſſe ſingularium, artē vniuerſalium.

Cur artifex ſæpius aberret ab ſcopo.

p *Sed tamen ſcientiam* Confert experientiam cum arte quoad cognitionem, aitque *ratione cognitionis longè præſtare artem experientiæ, artificéſque omnium ſententia iis, qui ſolo vſu, & experientia rerum valent, ſapientiores iudicari, eo quòd iis omnibus magis accommodetur nomen ſapientiæ, qui accuratiùs rem cognoſcunt.*

Præſtantiorē eſſe artificis cognitionem.

q *Id quod ex eo.* Tribus argumentis probat artem præferendam eſſe experientiæ ratione cognitionis. Primum eſt. Quoniam artifices cognoſcunt cauſſas rerum, qui autem ſolam experientiam habent, etſi rē eſſe cognoſcunt, non tamen rei cauſſam intelligunt. Vnde fit, vt architecti in maiori pretio habeantur, ſapientioréſque eſſe iudicentur, quàm qui manus arti adhibent, ad opus conficiendū, quòd illi cauſſas operis intelligant, hi verò veluti res inanimæ quædam, quæ nulla cognitione in efficiendo vtuntur, ea efficiant, quorum cauſſas ignorent.

Cur pluris fiant architecti, quàm opifices.

r *Omninóque ſcientis, &c.* Alterum argumentum eſt, Quia qui arte pręditi ſunt, docere poſſunt, hoc eſt, res, quas nouerunt, via, & ratione demonſtrare, per cauſſas ſcilicet quas norunt, qui autem ſolam experientiam habent, id facere nequeunt, quòd cauſſas non teneant.

Qvo loco dicet fortaſſe aliquis Nomine τῶν χειροτεχνῶν non ſignificari eos, *qui arte ſimul, & manibus*, vt verbū ſonat, *opus artis conficiunt*, ſed meros operarios, cuiuſmodi ſunt ij, qui iuſſu artificum funes trahunt, aut machinas applicāt. quid enim aliud ſignificat Ariſtoteles, cùm ait, τοὺς χειροτέχνας eſſe ſimiles rebus inanimis, quæ non cognoſcunt id, quod faciunt, tametſi eo ſuperiores ſunt in agendo, quòd illæ agunt naturæ impulſu, ipſi verò conſuetudine?

Quos nomine τῶν χειροτεχνῶν ſignificet Ariſtoteles.

Atque ad o *agendum quidem nihil ab arte differre videtur experientia: quin etiā expertos magis, quam eos, qui rationem ſine experientia tenent, propoſitum finē aſſequi videmus. Quod ea de cauſſa accidit, quia experientia eſt rerum ſingularium cognitio, ars vniuerſalium: actiones verò, generationéſq; omnes in ſingularibus verſantur. Neque enim hominē curat Medicus, niſi per accidens, ſed Calliam, aut Socratē, aut quempiam aliorum, qui ita dicantur, cui accidit, vt homo ſit. Siquis igitur ſine experientia rationem teneat, & quod vniuerſale eſt, cognoſcat, ſingulare autem, quod in eo eſt ignoret: is à curatione perſæpe aberrabit, id enim, quod ſingulare eſt, magis ſub curationem cadit.*

Sed p *tamen ſcientiam, atque intelligētiam in arte magis, quàm in experiētia ineſſe exiſtimamus, artificéſque iis, qui experientia rerum valent, ſapientiores eſſe arbitramus, quòd omnes ratione potiùs ſcientiæ ſapientes eſſe cenſeantur. Id,* q *quod ex eo accidit, quòd illi cauſſam ſciunt, hi non item. Experti enim rem quidem ſciunt, propter quid autem neſciunt, illi verò propter quid ſit, cauſſámque cognoſcunt. Vnde fit, vt Architectos in vnaquaque re maiori dignos honore, doctiores, ſapientioréſque opificibus eſſe exiſtimemus, quòd teneant cauſſas rerum, quæ fiunt, illi verò perinde ſe habeant, ac res quædam inanimæ, quæ faciunt illa quidem, ſed nulla cognitione faciunt, quo pacto ignis comburit: ac res quidem inanimes natura quadam ſingula facere, opifices autem conſuetudine: vt non ex eo ſapientiores ſint homines, quòd idonei ſint ad agendum, ſed quia rationem teneant, cauſſáſque cognoſcant. Omninóque* r *ſcientis ſignum eſſe poſſe docere,*

ſuetudine? Addet etiam, non eſſe hanc vſurpationem alienam à vi nominis. hi enim etſi non operãtur arte, quam non habent, miniſterio tamen ſuo opus artificioſum conficiunt. Verùm obſtat, quòd Ariſtoteles ad finem capitis colligens gradatim ea, quæ dixerat, complectitur nomine artificũ *τοὺς χειροτέχνας*, quò fit, vt non ſignificet hoc vocabulo *meros operarios*, ſed eos, qui ex arte operantur, cuiuſmodi ſunt fabri cæmentarij, & alij huiuſmodi artifices. Hac de cauſſa non diximus ſimpliciter: *Qui manibus operantur*, ſed *Opifices*. Quamquam enim ne hoc quidem vocabulum exprimit vim Græci nominis, pro iis tamen ſolis accipitur, qui operantur ex arte. Quòd autem Ariſtoteles eos confert cum rebus inanimis, ſoláque conſuetudine agere docet, eò pertinet, vt intelligamus diſcrimen eorum ab architectis, non quidem in ſimplici cognitione eorum, quæ faciunt (ex arte enim operantur) ſed in cognitione cauſſæ ſuorum effectorum. Architecti enim cùm cauſſas rerum teneant, demonſtratiuam cognitionem habent, & ex habitu ſcientiæ operantur: illi verò, cùm cauſſas ignorent, ſolo habitu ex conſuetudine certa quadam ratione agendi acquiſito opus artis efficiunt. Vnde collige, cùm Ariſtoteles hoc loco tribuit artificibus cognitionem cauſſæ, non vniuerſè intelligendum eſſe de omnibus artificibus, ſed indefinitè, vt verũ ſit in iis, qui ſunt quaſi principes in quaque arte, quos architectos vocat.

ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τέχνην τῆς ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ἐπιστήμην εἶναι. δύνανται γάρ, οἱ δὲ οὐ δύνανται διδάσκειν. ἔτι [s] δὲ τῶν αἰσθήσεων οὐδεμίαν ἡγούμεθα εἶναι σοφίαν. καίτοι κυριώταταί γέ εἰσιν αὗται τῶν καθέκαστα γνώσεις. ἀλλ᾽ οὐ λέγουσι τὸ διὰ τί περὶ οὐδενός. οἷον διὰ τί θερμὸν τὸ πῦρ. ἀλλὰ μόνον, ὅτι θερμόν.

Τὸν [t] μὲν οὖν πρῶτον εἰκὸς τὸν ὁποιανοῦν εὑρόντα τέχνην παρὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις, θαυμάζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, μὴ μόνον διὰ τὸ χρήσιμον εἶναί τι τῶν εὑρεθέντων, ἀλλ᾽ ὡς σοφὸν καὶ διαφέροντα τῶν ἄλλων, πλειόνων δὲ εὑρισκομένων τεχνῶν, καὶ τῶν μὲν πρὸς τἀναγκαῖα, τῶν δὲ πρὸς διαγωγὴν οὐσῶν, ἀεὶ σοφωτέρους τοὺς τοιούτους ἐκείνων ὑπολαμβάνομεν, διὰ τὸ μὴ πρὸς χρῆσιν εἶναι τὰς ἐπιστήμας αὐτῶν. ὅθεν ἤδη πάντων τῶν τοιούτων κατεσκευασμένων, αἱ μὴ πρὸς ἡδονήν, μηδὲ πρὸς τἀναγκαῖα τῶν ἐπιστημῶν εὑρέθησαν, καὶ πρῶτον τούτοις τοῖς τόποις οὗπερ ἐσχόλασαν. διὰ περὶ Αἴγυπτον αἱ μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν. ἐκεῖ γὰρ ἐφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθνος. εἴρηται [u] μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς, τίς διαφορὰ τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν.

Οὐ δή

[s] *Præterea nullum.* Tertiũ argumentum eſt, quia ex notitiis ſenſitiuis, in quibus numeratur experiẽtia, nulla omnino eſt, quę poſſit appellari ſapientia, cùm interim intellectiuæ cognitiones, in quibus numeratur ars, nõ ſint indignæ hoc nomine. Ratio diſcriminis eſt, quia etſi ſenſus propius attingunt res ſingulares ſenſibiles, quæ nobis ſunt familiares, nullus tamen eſt ſenſus, qui ex ſe cauſſam ſui obiecti cognoſcat, ſaltẽ ſub ratione cauſſæ, quod tamen intellectus facere poteſt. Addidi *ex ſe*, quia ratio particularis, ſeu cogitatiua facultas, quæ potẽtia ſenſitiua eſt, videtur poſſe attingere cauſſam particularem, vt cauſſa eſt, tametſi id habet, quatenus eſt proxima intellectus miniſtra.

Senſum vi ſua non poſſe attingere ſui obiecti cauſſam, vt cauſſa eſt.

Ex dictis patet, artem ſimpliciter, & abſolutè eſſe anteponẽdam experientiæ: Nam etſi ab ea ſuperatur ratione actionis, eſt tamen ſuperior ratione cognitionis, ex qua homines iudicantur ſapiẽtes, non ex actione. Quin etiam addit Albertus eum errorem, qui in actione ab experto committitur, ipſi experimento aſcribendum eſſe, quòd non rectè ſit ſumptum, eum verò, qui committitur ab artifice, non arti, quæ de vniuerſalibus, & ex vera cauſſa rectè iudicat, ſed varietati, & inconſtantiæ rerum ſingularium, in quibus actio verſatur. Tract.1.c.7.

Vtri aſcribendus ſit error, qui in agendo committitur.

Anteponitur arti practicæ contemplatiua.

[t] *At veriſimile quidem eſt eum, qui primus præter communem ſenſum.* Prætermiſſa experientia, cùm ars ſiue ſcientia in Practicam, & Theoreticam, ſiue contemplatiuam diuidatur, eas inter ſe confert Ariſtoteles, ac Theoreticam Practicæ anteponit, quòd dignior ſit nomine ſapientiæ. Id autem hac ratione probat. Qui primi artem quamlibet ſupra communem ſenſum inuenerunt, hi vt veriſimile eſt, habiti ſunt

cæteris

cæteris ſapientiores,non ſolum quia rem fortaſſe vtilem humanæ vitę attuliſſent, ſed multò etiam magis, quia intelligentia, & cognitione rerum cæteris præſtarent:atqui ars Rhetoretica cognitione,ac intelligentia ſuperat practicam:eſt igitur dignior nomine ſapientiæ. Propoſitionem ex eo probat Ariſt. quia inuentis iam omnibus artibus,tum ad neceſſarios vitæ vſus,tum ad iucundè viuendum, & alia commoda comparanda,ij ſapientiores iudicati ſunt,qui ſcientias eas inueniſſent, quæ ad nullum vitę vſum, ſed ad ſolam rerum cognitionem pertinerent. Aſſumptionem, euentus confirmat. artes enim Theoreticæ inuentæ ſunt poſt practicas,atque ab iis,qui in otio vitam agebant, vt Mathematicæ à ſacerdotibus Ægyptiis, quibus omnia ex publico cùm neceſſaria, tum vtilia ad degendam vitam abundè ſuppetebant, quod ex ſacris etiam literis in libro Geneſeos perſpicuum eſt.Ex qua re patet maiore opus eſſe intelligentia in Theoreticis, quàm in practicis, cùm illæ longè maiore otio indiguerint vt inuenirentur. Vnde colligit Alexander, quemadmodum hæ artes ob otioſis inuentæ ſunt, ſic etiam vſum earum otium requirere. Cùm audis Mathematicas ſcientias inuentas eſſe ab Ægyptiis intellige potiſſimum Aſtrologiam, ad cuius inuentionem, quæ longa indiguit aſtrorum obſeruatione, non tantum otio neceſſaria, ſed libero quoque, & ſereno Cœlo(id quod in ea regione perenne eſt (vtebantur ſacerdotes.

A quibus artes contemplatiua inuenta fuerint.

Cap. 47.

docere, atque hac ratione artem magis, quàm experientiam ſcientiam eſſe putamus, quòd illi docere poſſunt,hi non poſſint. Præterea [s] *nullum ſenſum ſapientiam eſſe exiſtimamus: quamquam enim hæ maximè propria ſunt ſingularium cognitiones: de nullo tamen dicunt propter quid,vt propter quid ignis calidus ſit, ſed tantum quòd ſit calidus.*

Ac [t] *veriſimile quidem eſt eum,qui primus præter communem ſenſum, quamlibet artem inuenit, admirationi hominibus fuiſſe, non ſolùm quia id vtile eſſet, quod inueniſſet, ſed quia ſapiens eſſet, cæteriſque antecelleret.Cùm autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad res neceſſarias, aliæ ad cultum vitæ conferrent; ſemper tales cæteris ſapiētiores fuiſſe putamus, quòd eorum ſcientiæ non ad vſum referantur. Quocirca omnibus iam huiuſmodi rebus comparatis,eæ ſcientiæ repertæ ſunt,quæ nec ad voluptatem, nec ad vſus neceſſarios conducunt, ac primùm iis in locis,vbi homines in otio vitam agebant. Hinc Mathematicæ artes in Ægypto primum conſtitutæ ſunt,quòd ibi conceſſum ſit, vt Sacerdotes otio fruantur. Ac* [u] *dictum eſt in libris de moribus, quid interſit inter artem, & ſcientiam,ac cætera eiuſdem generis.*

Id

Auguſt.18.de ciuit.Dei cap. 39.

H o c loco prætereundum non eſt,meritò Ariſt. diſtinxiſſe ſcientias contemplatiuas ab iis, quæ inuentę ſunt voluptatis cauſſa. Nam, etſi voluptas eſt finis multarum artium,quæ ad vitã degendam tuendámque quæſitæ ſunt vt cithariſtarum, tibicinum (indigent enim mortales alterna laborum requie, iucundáque moleſtiarũ intermiſſione) nõ eſt tamen finis contemplantium:ſiquidẽ iucunditas,quæ ex contemplatione percipitur,non eſt finis contemplationis, ſed comes, & aſſecla, vt rectè annotauit Alexander, nóſque alibi oſtẽdemus. Vnde patet felicitatem ne in voluptate quidem illa pura & ſyncera contemplationis poſitam eſſe: ſed in ipſa contemplatione,quam ea voluptas ſequitur.

Contemplatiua an voluptatis cauſſa ſint.

[u] *Ac dictum eſt in libris de moribus.* Quoniam hactenus ſine diſcrimine vſus fuit nominibus artis,& ſcientiæ, quòd ad rem præſentem nihil earum diſtinctio faceret,ne quis hinc colligat nihil intereſſe inter hos habitus, docet iam à ſe in libris de Moribus traditum eſſe eorum, aliorúmque ſimilium diſcrimen. Docuerat enim ſexto Ethicorum ad Nicomachum quinque eſſe habitus, quibus anima ſemper verum dicit, intellectum, ſcientiam, ſapientiam, prudentiam,& artem: qui hac ratione diſtinguuntur, vt patet ex iis, quæ deinceps in eodem libro dicuntur. *Intellectus eſt habitus principiorum, ſcientia concluſionum per cauſſas inferiores.*

Habitus,quibus anima ſemper verũ dicit.

Sapientia, per cauſſas ſupremas, Prudentia eſt recta ratio eorum quæ agimus, quatenus ad bene, beatéque viuendum pertinent. Ars denique eſt recta ratio eorum, quæ fiunt, hoc eſt humanarum actionum, quatenus in externam materiam prodeunt.

x *Id autẽ cuius cauſſa.*

Docet quorſum tam multa hactenus de gradibus cognitionis dixerit, aitque hæc omnia eò tendere, vt pateat eam ſcientiam, quæ ſapientia appellatur, in primarum cauſſarum, & principiorum conſideratione verſari, quam ait eſſe omnium communem, vulgatámque ſententiam. Quamquam verò id iam ex dictis vtcunque poſſet oſtendere, tamen hoc ſolùm colligit vſque ad finem capitis, eam ſcientiam, quæ ſapientia dicitur, verſari circa cauſſas, & principia. Ratio eſt hæc, Expertus ſapientior

Οὗ δ' x ἕνεκα νῦν ποιέμεθα τὸν λόγον, τῦτ' ἐστιν, ὅτι τὴν ὀνομαζομένην σοφίαν περὶ τὰ πρῶτα αἴτια, καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνουσι πάντες. ὥστε, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ὅτι ὁ μὲν ἔμπειρος τῶν ὁποιανοῦν ἐχόντων αἴσθησιν εἶναι δοκεῖ σοφώτερος, ὁ δὲ τεχνίτης τῶν ἐμπείρων, χειροτέχνου δὲ ἀρχιτέκτων, αἱ δὲ θεωρητικαὶ τῶν ποιητικῶν μᾶλλον. ὅτι μὲν οὖν ἡ σοφία περί τινας αἰτίας, καὶ ἀρχάς ἐστιν ἐπιστήμη, δῆλον.

Sapientiam primas cauſſas contẽplari.

APPETANT NE OMNES homines naturaliter ſcientiam ſciendi cauſſa.

QVÆSTIO PRIMA.

Quibus argumentis non omnes videantur hoc pacto ſcientiam appetere.

SECTIO I.

EX iis, quæ hoc capite ab Ariſtotele aſſerta ſunt, illud in primis non caret controuerſia, appetant ne omnes homines naturaliter ſcientiam, ipſius ſcientiæ cauſſa. Primùm, quia cùm multi ſint, qui ſcientiam non affectãtur, non videtur omnibus à natura datus appetitus ſciendi, alioqui fruſtrà eſſet conceſſus, quod tamen dicendum non eſt, cùm Deus, & natura, quæ ab illo dirigitur, nihil fruſtrà efficiant, vt eſt omnium Philoſophorum ſententia.

2. DEINDE, quia nemo poteſt velle oppoſitum eius rei, quam naturaliter appetit (hinc enim fit, vt nemo appetat miſeriam, quia omnes naturaliter appetimus felicitatem) ſatis autem patet multos eſſe, qui ignorationem appetant, ſiue affectent, vnde apud Morales Philoſophos ſpecies quædam ignorationis affectata ignorantia dici ſolet, quo vitio laborant ij, qui iuxta Prophetam *nolunt intelligere, vt bene agant.* *Pſal. 35.*

3. TERTIO, quia cùm Ariſtoteles affirmatiuam partem huius quæſtionis aſſeruit, aut nomine ſcientiæ intellexit aliquam ſcientiam indefinitè, aut omnem omnino ſcientiam, ſiquidem de nulla certa, & deſignata videtur loquutus: at primum non eſt dandum, quia non

ſapientior habetur(ſeu potiùs magis accedens ad rationem ſapientis) eo, qui ſimpliciter rem ſenſu percipit, artifex autem, experto, atque inter artifices architectus opifice, theoreticus autem practico, hoc eſt contemplator actore, & effectore, vt patet ex iis, quæ per totum ferè caput diffuſè tradita ſunt: at ex his ſemper poſteriores dicuntur ſapientiores, ad plenámve ratioñe ſapientis magis accedentes, quòd propiores ſint cauſſarum, & principiorum cōſiderationi, aut magis eam attingant: ergo ſapiens & (quod hinc ſequitur) ſcientia, quæ ſapientia dicitur, verſatur circa cauſſas. Græci codices hoc loco habent *αἱ δὲ θεωρητικαὶ τῶν ποιητικῶν*, hoc eſt *contemplatiuæ actiuis.* quod refertur ad artes. Crediderim tamen locum eſſe corruptum pro *οἱ δὲ θεωρητικοί*, &c. vt referatur ad artifices: tametſi parum intereſt vtro modo res habeat, cùm ſenſus eodem redeat, omnéſque interpretes membra omnia ad artifices referant.

Id ˣ autem, cuius cauſſa nunc ſermonem inſtituimus, illud eſt, eam, quæ ſapientia nominatur, circa primas cauſſas, & principia omnium ſententia verſari. Itaque quemadmodum priùs dictum eſt, expertus quidem iys, qui quemuis ſenſum habent, artifex verò, expertis, architectus, opifice, qui autem in contemplatione verſantur, iis, qui in actione, ſapientiores videntur eſſe. Quòd igitur ſapientia ſcientia ſit, quæ circa cauſſas quaſdam, principiáque verſetur, perſpicuum eſt.

---

non conſtaret inde, omnes homines ſuapte natura appetere hanc ipſam ſcientiam, de qua agimus, quod tamen Ariſtot. colligendum eſſe vult, vt in explicatione contextus diximus: nec item ſecundum, quia falſum eſt: vt enim nemo eſt, qui poſſit omnem omnino ſcientiam aſſequi, ita nemo habet appetitũ naturalem ad omnes omnino capeſſendas: alioqui natura inclinaret ad ea, quæ fieri nequeunt.

QVARTO, quia ſi appetitus ſciendi eſſet omnibus hominibus 4.
naturalis, nemo eſſet, qui ſublatis impedimentis literarum ſtudia non coleret. hac enim ratione dicimus appetitum lapidis ad deſcendendum eſſe naturalem, quia remotis iis, quæ illum in aëre detinent, continuò deſcendit. Nunc autem contrà accidere videmus. Plurimi enim eorum qui maiore rerum neceſſariarum copia abũdant, liberioríque otio fruuntur, à literarum ſtudiis abhorrent.

QVINTO, quia ſi omnes homines naturaliter appeterent ſcien- 5.
tiam ipſius ſcientiæ cauſſa, maximè appeterent ſcientias contemplatiuas. practicæ enim non propter ſe, ſed propter opus expetuntur: conſtat autem practicas magis expeti, quàm contemplatiuas, cùm longè plures practicis dent operam.

POSTREMO, quia ſi homines naturaliter appeterent ſcientiam ſcien- 6.
di cauſſa, maximè naturaliter appeterent apertam, & euidentem diuinæ eſſentiæ cognitionem, ea enim eſt omnium digniſſima, quæ propter ſe expetatur: hoc autẽ nõ videtur vlla ratione dici poſſe. Nam cùm cognitio illa ſit ſupra naturam, vt quæ non per cauſſas naturales, ſed ſola Dei gratia, & munere obtineri poteſt, fieri profectò nequit, vt appetitus, quo illam appetimus, ſit naturalis: ſemper enim appetitus naturalis, perfectionis propriæ fundatur in potentia naturali paſſiua, quæ ſit receptiua eiuſmodi perfectionis, omni autem potentiæ naturali

Digitized by Google

Tex.17.& 18. paſſiuæ reſpondet naturalis actiua, vt Ariſtoteles docet in 3. de Anima cap. 5. eo loco, quo ex natura intellectus patientis, colligit dandum eſſe intellectum agẽtem. Cùm igitur nulla ſit potentia actiua naturalis, cuius actione conſequi poſſimus eiuſmodi cognitionem, nulla quoque in nobis paſſiua naturalis erit, quare neque appetitus naturalis, quo illam expetamus.

Refutatio ſententiæ quorundam.

SECTIO II.

Sentẽtia quorundã de ſciendi appetitu.

PLERIQVE ſunt, qui putent aſſertionem Ariſt. veram eſſe, ſi in ea appetitus naturalis ſumatur pro naturæ propenſione, nõ autem pro actu appetendi. Quòd enim prior ſenſus ſit verus, ea ratione oſtendunt, quia omnes homines habent inclinationem naturalem ad ſcientiam ratione intellectus, qui eſt naturaliter ad illam propenſus. Quòd verò poſterior ſit falſus, ex eo probant, quia omnis actus, quo appetimus ſcientiam, eſt liber, ac proinde non naturalis.

Scot. hoc loco Ant. And. q. 2. Iauellus q. 3. Flander & alij.

EORVM tamen ſententia facilè refellitur. Primùm, quia Ariſtoteles à quo illi in hac re nolunt diſcedere, planiùs videtur loqui de actu appetendi, vt patet ex probatione propoſiti pronunciati: vtitur enim in ea verbo Amoris, amor autem actus appetendi eſt. Deinde, quia vt actus appetendi ſit naturalis, non eſt neceſſe, vt non ſit liber, quod patebit ex ſequentibus. Denique quia amor, quo proſequimur ſenſus, cùm ſit actus humanus, eſt liber; & tamen Ariſt. cenſet illum nobis eſſe naturalem. Nec enim eo argumento rectè probaret homines diligere naturaliter ſcientiam, quia diligant ſenſus, niſi loqueretur de naturali dilectione, qua ſenſus diligimus, alioqui rectè etiã probari poſſet, eos, qui ſibi mortem conſciſcunt, habere appetitum naturalem, vt ſibi vim inferant, quia videlicet id facere cupiant.

Refutatio.

Verior de eadẽ re ſentẽtia.

MAGIS ſanè placet eorum ſententia, qui putant pronuuciatum Ariſtotelicum verum eſſe, non modò ſumpto appetitu naturali pro naturali inclinatione, ſed etiam pro actu appetendi.

Caiet. 1. p. q. 78. art 1. & q. 82. ar. 1. & 1. 2. q. 10. a. 1. Ferrar. 1. contra gentes c. 4. ex D. Th. 1. 2. loco. cit. & 2. 2. q. 166. ar. 2. Alẽſis hoc loco & Ægidius quaſt. 4.

De appetitu innato.

SECTIO III.

Quid innatus appetitus.

VT ergo planiùs id intelligatur, illud primo loco animaduertendum eſt, duplicem eſſe appetitum, vnũ innatum, alterum elicitum. Appetitus innatus eſt inclinatio ab auctore naturæ indita, qua vnaquæque res abſque vlla præuia cognitione ſua in bonum propenſa eſt. Huiuſmodi eſt appetitus terræ ad locum infimum, materiæ ad formam, & omnium omnino potentiarum ad propria obiecta. Eſtque is aut impropriè dictus, aut propriè.

Innatus impropriè dictus.

IMPROPRIE dictus eſt, quo res propenſæ ſunt in bonum materialiter, hoc eſt, in id quod bonum eſt, ſiue conueniens, non tamen ſub ratione boni, ſiue conuenientis. Hoc pacto propenſi ſunt ſenſus, intellectus in ſua obiecta. Senſus enim non fertur in ſenſibilia, vt ſunt bona ſentientibus (id enim propriè eſt appetitus ſenſitiui), ſed vt ſenſibi-

Digitized by Google

ſibilia dumtaxat: nec intellectus fertur in intelligibilia, vt ſunt bona intelligentibus (eſt enim id voluntatis proprium) ſed tantùm vt intelligibilia ſunt.

PROPRIE dictus, eſt, quo res propenſæ ſunt in bonum formaliter, hoc eſt, in bonum ſub ratione boni, quo pacto reſpiciunt ſua obiecta ſolùm appetitus ſenſitiuus, qui concupiſcibilem, & iraſcibilem complectitur, & intellectiuus, qui appellatur voluntas: illa quidem, quia reſpicit ſenſibilia, vt ſunt bona ſentientibus, hic autem; quia reſpicit intelligibilia, vt ſunt bona intelligentibus. *Propriè dictus.*

EX hac diſtinctione patet, cùm dicimus terram appetere locum infimum aut materiam appetere formam, aut ſenſus ſenſibilia, aut intellectum intelligibilia, id non eſſe verum, niſi per tranſlationem, huiuſmodi enim res, cùm non appetant iſta, vt bona ſunt, ea ſola ratione ea appetere dicuntur, quia perinde feruntur in illa, ac ſi verum, & propriè dictum appetitum haberent. Id quod Ariſt. innuit 1. lib. Rhetoricæ ad Theodectem, cùm inter bona enumerat illud, quod omnia appeterent, ſi intellectum haberent. *Cap. 6.*

PATET etiam inter appetitus innatos ſolum ſenſitiuum, & intellectiuum eſſe qualitates earum rerum, quarum ſunt appetitus. Nam nec appetitus grauitatis, qua terra propenſa eſt in locum infimum, nec appetitus materiæ aut ſenſuum, aut intellectus eſt aliqua eorum qualitas, quippe cùm hæ res ex ſe ipſis, & detracta omni alia qualitate eiuſmodi appetitus habeant: ſed omnia huiuſmodi denominantur, appetentia ſimilitudine ea, quam habent cum rebus, quæ verè, ac propriè dicto appetitu præditæ ſunt. Quòd ſi quis obiiciat, grauitatem eſſe appetitum terræ, leuitatémque appetitum ignis, & tamen eſſe qualitates terræ ac ignis, neganda eſt prior propoſitio. Nam ſi grauitas, & leuitas eſſent appetitus terræ ac ignis, earũ actus eſſent actus appetendi, quemadmodum actus appetitus ſenſitiui & intellectiui: at deſcenſus, & aſcenſus, quos quaſi eliciunt eæ qualitates, non ſunt actus appetendi, cùm ob alias cauſſas, tum verò quia numerantur in actionibus tranſeuntibus: Nec refert, quòd per eas qualitates ferantur, terra & ignis in ſua loca naturalia: non enim per eas feruntur tamquam per facultates appetendi, ſed ſolùm vt per inſtrumenta: quo pacto animalia pedibus, aut aliis, aliiſve inſtrumentis à natura datis hunc aut illum locum petunt. *Quinam appetitus innati ſint qualitates additæ rebus appetentibus.* *Occurritur obiectioni.*

PATET denique ex ea diſtinctione facilè diſſolui hoc argumentum, quo multi vexantur, intellectus reſpicit ſuum obiectum ſub ratione veri, ſeu intelligibilis, ergo non appetit illud naturaliter: alioqui reſpiceret quoque illud ſub ratione boni, quod eſt formale obiectum appetitus, & ex conſequenti darentur in eo duæ entitates, ſiue eſſentiæ, vna intellectus, altera appetitus, quod non eſt dicendum, nulla enim potentia indiget entitate alia, vt proprium obiectum appetat, cùm per ſe primò in illud propenſa ſit. Neganda eſt igitur conſecutio, & id, quod aſſumitur ad eius probationem. Nam quæ non habent appetitum propriè dictum; non appetunt bonum, vt bonum eſt, ſed habent ſe more appetentium, vt patet ex dictis. *Solutio argumẽti cuiuſdã.*

Digitized by Google

De appetitu elicito.

SECTIO IIII.

Quid appetitus elicitus.

APPETITVS elicitus eſt actus appetendi, quo res cognitionis participes; prçuia aliqua cognitione ſua, feruntur in bonum, aut quod bonum eſſe videatur. Huiuſmodi eſt amor, deſiderium, & ſimiles animi affectiones, quæ in nobis ex cognitione rerum excitantur. Eſt autem is appetitus, aut omnino liber, aut omnino neceſſarius, aut partim liber, partim neceſſarius.

Quotuplex appetitus elicitus.

OMNINO liber eſt, qui & quoad ſpeciem actus (quod vocant quoad ſpecificationem) & quoad exercitium eius eſt liber. Is dicitur liber quoad ſpeciem actus, quo ita rem propoſitam amplectimur, vt eamdem reijcere poſſimus, aut ita reiicimus, vt eandem poſſimus amplecti. Is verò dicitur liber quoad exercitium, qui ita elicitur, vt permanente eadem notitia obiecti poſſit non elici, vtroque modo ſunt liberi actus voluntatis, quos elicimus circa ea omnia, quæ in ſua ratione imperfectionem aliquam includunt: cuius generis ſunt deambulare, loqui, & cætera id genus, quæ appellantur perfectiones in certo genere, nec ponuntur in Deo niſi virtute, aut tranſlatitiè. Nam præter quàm quòd nullum actum voluntatis neceſſariò elicimus circa res huiuſmodi, nullam quoque earum ita amplectimur, vt eamdem, quatenus talis eſt, repudiare nõ poſſimus, idque propter imperfectionem, quam omnes ex ratione ſua ſibi vendicant.

Perfectiones in certo genere omnino liberè à nobis appeti.

OMNINO neceſſarius eſt, qui & quoad ſpeciem actus, & quoad exercitium eſt neceſſarius. Vtroque modo eſt neceſſarius appetitus brutorum animantium: ita enim neceſſitantur, ab obiecto, & diſpoſitione potentiæ ad eliciendum actum appetitus ſenſitiui, vt permanente eadem notitia obiecti, eadémque diſpoſitione potentiæ, ſublatíſque impedimentis, nec poſſint illum non elicere, nec etiam quod amplectuntur refutare, aut amplecti, quod refutant. Hoc etiam pacto, iuxta probabiliorem D. Tho. ſententiam, eſt neceſſarius actus amoris, quo beati diligunt diuinam eſſentiam clarè conſpectam: ita enim eius contemplatione rapiuntur, vt nullam interim habeant libertatem ad continendum, ſiue cohibendum eiuſmodi actum. Non poteſt tamen dari in voluntate actus odij, qui hoc eodem pacto ſit neceſſarius, quia cùm dari nequeat in rerum natura ſummum malum, vt probant Theologi, nihil omnino eſſe poteſt, cuius clara cognitio voluntatem neceſſitare valeat, vt actum odij eliciat. Atque hic appetitus meritò dicitur nullo modo liber, quia nec eſt liber libertate contrarietatis, nec contradictionis, vt patet ex dictis.

Appetitum brutorũ animãtium omni libertate carere.

Actum amoris Dei, quo eſt in Beatis, eſſe eſſe omnino neceſſarium.

Quid de actu odij.

Summũ malum in rerum natura dari non poteſt.

D. Tho. 1. p. q. 82. ar. 2. & 1. 2. q. 5. ar. 4. & 3. cõtr. gent. c. 62. Caie. & Fer. eiſdem locis. Capr. in 1. d. 1. q. 3. Du. in 4. d. 49. q. 8. Ma. ibid. q. 8.

PARTIM verò liber, & partim neceſſarius is eſt, qui eſt liber quoad exercitium, & neceſſarius quoad ſpeciem: neque enim vllus reperitur, qui ſit liber quoad ſpeciem, & neceſſarius quoad exercitium. Huius generis eſt actus voluntatis erga bonum, & malum in commune: ſiquidem circa neutrum neceſſariò elicimus actum amplectendi, aut repudiandi, cùm poſſit voluntas noſtra vtrumque cohibere, vt experientia conſtat: ſed tamen bonum, vt bonum eſt, ſic amplectimur

Quo pacto affecta ſit voluntas ad bonum & malũ in commune.

plectimur, vt illud reiicere non poſſimus, malum verò, vt malum eſt, ſic reiicimus, vt illud amplecti nequeamus: quicquid nónulli ſentiant, credentes poſſe voluntatem noſtram experiendæ ſuæ libertatis cauſſa bonum, vt bonum eſt, repudiare, & malum, vt malum eſt, amplecti. Eodem modo ſe habet actus voluntatis noſtræ erga fœlicitatem & miſeriam ſub communi ratione fœlicitatis, & miſeriæ conceptas, & omnino erga ea omnia, quæ in ſua ratione nullam imperfectionem includunt, huiuſmodi ſunt eſſe, viuere, cognoſcere, intelligere, ſcire, prudentem eſſe, iuſtum; & vt vno verbo dicam, omnia, quæ à Theologis dicuntur perfectiones ſimpliciter, & Deo formaliter attribuuntur, eorumque oppoſita. Atque hic appetitus meritò dicitur liber ſola libertate contradictionis, quia eſt liber quoad ſolum exercitium, vt ex dictis apertum eſt.

Nominales, vt Okam in 1. d. 1. q. 6. Gabr. ibid. Hieronymus Angeſtus li. 3. Moral. c. 2.

Quo pacto ad felicitatẽ, & miſeriam.

De appetitu naturali, & non naturali.

SECTIO V.

SI quis igitur attendat, planè intelliget ex duplici genere appetituum, quos explicauimus, omnes innatos eſſe naturales, quia naturam ipſam neceſſariò comitantur, & ex ea quaſi profluunt, id quod ipſum quoque nomen innatorum indicat: ex elicitis autem quoſdam eſſe naturales, alios non naturales.

Omnes appetitus innatos eſſe naturales, elicitos nõ omnes.

ELICITI naturales ſunt in triplici genere. Primi generis ſunt ij quos diximus eſſe neceſſarios tam ratione exercitij, quàm ſpeciei. Secundi verò ij, quos diximus neceſſarios ratione ſpeciei. Meritò autem vtrique dicuntur naturales, quia quidquid eſt neceſſarium, qua ratione neceſſarium eſt, naturale dici poteſt, niſi neceſſitas pro vi accipiatur, qua ratione violentum à neceſſario diſtinguimus. In tertio ij ponendi ſunt, ad quos natura rei ex ſua ratione inclinat, quo pacto dicimus naturale eſſe homini viuere in ſocietate; non naturale autem hoc eſt ſupra, aut infra humanam conditionem ſolitariam vitam ducere; item naturale eſſe homini recto corpore incedere, non naturale autem more quadrupedis pedibus, ac manibus ingredi.

Elicitorum naturaliũ triplex genus.

ELICITI non naturales ſunt ij omnes, qui nec ſunt vlla ex parte neceſſarij, nec in eos natura rei propẽſa eſt, quorum exempla ex dictis patent.

Eliciti non naturales.

HINC colliges ordine inuerſo, actum appetendi voluntatis humanæ tribus modis poſſe apellari naturalem; communiter, propriè, & maximè propriè: communiter, ſi in illum natura humana ex ſua ratione inclinet; propriè, ſi ſit neceſſarius quoad ſpeciem tantùm; maximè autem propriè, ſi ſit neceſſarius quoad ſpeciem, & exercitium. Iam enim dictum eſt ſuperiùs nullum eſſe poſſe neceſſarium quoad exercitium tantùm.

Tribus modis actum voluntatis dici poſſe naturalem.

* * *

Omnes

Digitized by Google

Omnes homines naturaliter appetere ſcientiam, non modò appetitu innato, ſed etiam elicito.

SECTIO VI.

1. Concl. omnes appetitu innato propriè appetere ſciẽtiã probatur. 1.

HIs ita expoſitis ſit prima huius Quęſtionis concluſio, Omnes homines naturaliter appetere ſcientiam appetitu innato, non ſolùm impropriè dicto, ſed etiam propriè. Prior pars ex eo probatur. Quia omnes potentiæ ex natura ſua habent naturalem propẽſionem ad proprias operationes, maximè verò ad perfectas, ſcientia autem eſt perfecta intellectus operatio, cùm ſit certa, atque euidẽs cognitio, ſatiſque perſpicuum eſt ex dictis, propenſionem intellectus ad ſuas operationes impropriè dici appetitum. 1.

Naturalis imperfectio intellectus noſtri.

DEINDE, Quia intellectus noſter eſt naturaliter imperfectus, cùm ſit ex ſe *velut tabula, in qua nihil eſt depictum, & perinde ſe habeat ad notitias rerum, vt materia ad formas*, quod Ariſt. docet tertio de Anima cap. 4. id autem, quod naturaliter eſt imperfectum, naturaliter appetit perfectionem; nulláque notitia magis perficit intellectum, quàm ſcientia: appetit igitur intellectus noſter naturaliter ſcientiam, nec minùs quàm materia formam. at hic appetitus præcedit omnem cognitionem intellectus, quemadmodum & ipſa imperfectio intellectus; appetit igitur intellectus ſcientiam innato appetitu. 2. Tex. 14.

PRÆTEREA appetitus elicitus ſciendi omnibus hominibus naturalis eſt, vt patebit, ergo magis naturalis eſt innatus, cùm elicitum præcedat, & à natura ſeparari non poſſit. Hoc poſteriori argumento vtitur Cicero in 2. de finibus. *Natura*, inquit, *cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, quod facillimè apparet, cùm vacui curis etiam quid in cœlo fiat, ſcire auemus:* quaſi dicat, Id quod facillimè colligimus ex naturali appetendi actu, quem auidè exercemus, cùm aliis rebus non impedimur. Poſterior pars concluſionis ex eo probatur, quia voluntas humana, quam eſſe propriè, & formaliter appetitum diximus, ſuapte natura propenſa eſt ad omnia humana bona, quorum præcipuum ex ſuo genere eſt ſcientia. 3. *Cic. 2. de finib.*

Secunda concluſio, omnes homines appetitu elicito appetere propriè ſcientiam probatur.

SECVNDA concluſio ſit, Omnes homines appetere ſcientiam appetitu elicito communiter, & propriè naturali, non tamen propriiſſimè. Nam quòd omnes appetamus ſcientiam appetitu elicito (quod intelligendum eſt ſublatis impedimentis (vel ex ea experientia perſpicuum eſt, ex qua, vt paulò antè diximus, Cicero innatum appetitum colligit. Itaque etſi liberè elicimus actum appetendi ſcientiam, ſi tamen nihil obſtaret, nec ex parte rerum externarum, nec ex moleſtia corporis, nec ex prauo aliquo animi affectu, nemo eſſet, qui perfectæ cognitionis, ſi non frequenter, certè aliquando appetitum non eliceret: atque hoc pacto intelligimus in hac concluſione omnes homines appetitu elicito ſcientiam appetere. Quòd autem is appetitus ſit naturalis communiter, ex eo patet, quia natura noſtra, quatenus rationalis, propenſa eſt in perfectam rerum intelligentiam, quaſi in præcipuam operationem, & (quod hinc ſequitur) in appetitum elicitum, quo ſcientiam expetimus. Quòd verò ſit etiam naturalis propriè, ea

Digitized by Google

quia eſt neceſſarius quoad ſpecificationem. Ita enim homines appetũt ſcientiam, vt eam, quatenus ſcientia eſt nullo modo reiicere poſſint. Eſt enim ſcientia perfectio ſimpliciter, in cuius ratione nulla omnino imperfectio includitur, ob quam voluntas eam repudiare poſſit. Dixi, *Quatenus ſcientia eſt*: quia ſi ſecundum ſpecialem rationem ſumatur, vt quatenus diſcurſu, aut experimento comparatur, poteſt haud dubiè refutari. Quòd denique non ſit naturalis propriiſsimè manifeſtum eſt. Nec enim eſt neceſſarius quoad exercitiũ actus, vt conſtat experientia.

Quo pacto ſcientiã refutare nõ poſsimus.

TERTIA concluſio ſit: Omnes homines naturaliter appetere ſcientiam ipſius ſcientiæ cauſa. Hæc concluſio non eſt intelligenda de ſcientia practica, ſed de comtemplatiua, de qua ſolà Ariſt. in propoſito pronunciato loquitur: practica enim non propter ſe, ſed propter opus expetitur. Eam verò optimè probat Ariſt. ex amore, quo à nobis naturaliter cognitio ſenſitiua propter ſe ipſam diligitur. quod argumentũ ea ratione dicitur ſignum, quia ab euidenti effectu cauſſæ finalis ducitur; dirigitur enim cognitio ſenſitiua ad intellectiuam, tamquam medium ad finem, & diſpoſitio ad perfectam formam: Ex cauſſa tamen hunc in modum poteſt cócluſio confirmari. Si qua eſt operatio humana, quæ propter ſe naturaliter ſit expetenda) ſunt autem aliquæ concedendæ neceſſariò, ne voluntas noſtra ſemper temerè vagetur, nullúmque in finem intendat) maximè eſt operatio intellectus; hæc enim eſt præſtantiſsima animæ potentia: at operatio intellectus eſt cognitio, practica autem cognitio non propter ſe expetitur; ergo non dubium eſt, quin cognitio comtemplatiua naturaliter propter ſe ipſam expetatur à nobis; & inter contemplatiuas ea, quæ eſt perfecta, quam hic nomine ſcientiæ intelligimus.

3. Concluſio omnes homines natura liberos ſciẽtiam appetere ipſius ſciẽtiæ cauſa.

Cicero 5. de finibus.

HANC ipſam Ariſt. concluſionem copioſè tractat Cicero quinto libro de Finibus. *Tantus*, inquit, *eſt innatus in omnibus cognitionis amor & ſcientiæ, vt nemo dubitare poſſit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur, videmúſne, vt pueri ne verberibus quidem à contemplandis rebus perquirendiſque deterreantur? vt pulſi requirant, & aliquid ſcire ſe gaudeant? vt aliis narrare geſtiant? vt pompa, ludis, atque huiuſmodi ſpectaculis teneantur, ob eandémque rem & famem, & ſitim perferant? quid verò, qui ingenuis ſtudiis, atque artibusd electantur? nónne videmus eos nec valetudinis, nec rei familiaris habere rationem? omniáque perpeti ipſa cognitione, & ſcientia captos? & cum maximis curis, & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant, voluptatem? mihi quidem Homerus huiuſmodi quiddam vidiſſe videtur in iis, quæ de Syrenum cantibus finxerit: neque enim vocum ſuauitate videntur, aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur; ſed quia multa ſe ſcire profitebantur, vt homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent.* Et paulò pòſt: *Quem ardorem ſtudij cenſetis fuiſſe in Archimede, qui dum in puluere quædam deſcribit attẽtiùs, ne patriam quidem captam eſſe ſenſerit? quantùm Ariſtoxeni ingenium conſumptum videmus in Muſicis? quo ſtudio Ariſtophanem putamus ætatem in literis duxiſſe? Quid de Pythagora, Quid de Platone, aut Democrito loquar, à quibus propter diſcendi cupiditatem videmus vltimas terras eſſe peragratas? quæ qui non vident, nihil*

Locus Ciceronis notandus in confirmationem concluſionis.

vnquam magna cognitione dignũ amauerũt. Atque hoc loco, qui propter animi voluptates coli dicunt ea ſtudia, quæ dixi, non intelligunt idcirco eſſe ea propter ſe expetenda, quòd nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipſa ſcientia, etiam ſi incommoda datura ſit, gaudeant. Sed quid attinet de rebus tam apertis plura requirere? ipſi enim quæramus à nobis ſtellarum motus, contemplationeſq́; rerum cœleſtium eorúmque omnium quæ naturæ obſcuritate, occultantur, cognitiones quemadmodum nos moueant, & quid hiſtoria delectet, quam ſolemus perſequi vſque ad extremum, prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. Nec vero ſum inſcius eſſe vtilitatem in hiſtoria, non modo voluptatem: quid, cùm fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus? quid cùm volumus nomina eorum qui quid geſſerint, nota nobis eſſe, parentes, patriam, multa præterea minimè neceſſaria? quid quod homines infima fortuna, nulla ſpe rerum gerendarum, opifices denique delectentur hiſtoria? maximéque eos videre poſſumus, res geſtas audire, & legere velle, qui à ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. Quocirca intelligi neceſſe eſt in ipſis rebus, quæ diſcuntur, & cognoſcuntur, inuitamenta ineſſe, quibus ad diſcendum, cognoſcendúmque moueamur. Ac veteres quidem Philoſophi in beatorum inſulis fingunt, qualis natura ſit vita ſapientium, quos cura omni liberatos nullum neceſſarium vitæ cultum aut paratum requirentes, nihil aliud eſſe acturos putant, niſi vt omne tempus in quærendo, ac diſcendo in naturæ cognitione conſumant: nos autem non ſolum beatæ vitæ illam oblectationem videmus, ſed etiam leuamentum miſeriarum. itaque multi cùm in poteſtate eſſent hoſtium aut tyrannorum, multi in cuſtodia, multi in exilio dolorem ſuum doctrinæ ſtudiis leuauerunt. Princeps huius ciuitatis Phalereus Demetrius, cũ patria pulſus eſſet iniuria, ad Ptolemæum ſe Regem Alexandriam contulit, qui cùm in hac ipa Philoſophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophraſtique eſſet auditor, multa præclara in illo calamitoſo otio ſcripſit, non ad vſum aliquem ſuum, quo erat orbatus, ſed animi cultus ille erat ei quidam humanitatis cibus. Hunc totum locum ex Cicerone tranſtulimus, quòd ex eo non pauca argumenta ad propoſitam concluſionem confirmandam deſumi poſsint.

4. Concluſio nihil magis appeti ab hominibus quā ſcientiam cōtemplatiuam probatur.

QVARTA concluſio ſit; Nihil magis appeti ab hominibus, quàm ſcientiam contemplatiuam. Hæc concluſio facilè probatur. Primùm, quia, vt luce eſt clarius, vnaquæque res id maximè appetit naturaliter propter quod maximè eſt, *ſunt autem res omnes propter ſuas operationes,* Tex. 17. vt ait Ariſtoteles 2. de Cœlo cap. 3. & *maximè propter eam quæ eſt præſtantiſſima;* quod intellige dictũ de iis, propter quas res ſunt, tamquam propter fines internos. Cùm igitur contemplatiua cognitio ſit præſtantiſsima hominis operatio, efficitur vt ea à nobis maximè naturaliter appetatur.

2. DEINDE, quia id rationi conſentaneum eſt, hominem magis appetere naturaliter, quo maximè & excellit brutis animantibus & participat conditionem diuinarum ſubſtantiarum, quod nemo negauerit eſſe ſcientiam contemplatiuam.

POSTREMO, quia fœlicitas humana præcipuè conſiſtit in contemplatione, vt decimo libro Ethicorum oſtenditur; nullum verò Cap. 7. actum magis expetunt homines, quàm fœlicitatem. Dixi autem *præ-*

cipuè

cipuè conſiſtit, quia alia ratio eſt de fœlicitate, quæ in hac vita obtineri poteſt, alia de fœlicitate ſimpliciter. Nam etſi eſſentia fœlicitatis ſimpliciter in ſola intuitiua diuinæ eſſentiæ cognitione conſiſtere poteſt, quòd hæc vna ſecum neceſſariò afferat perfectum, & conſtantem virtutum omnium ſtatum: tamen fieri nequit, vt fœlicitas, quæ in hac vita haberi poteſt, conſiſtat ſecundum eſſentiam in ſola diuinæ naturæ cognitione, quòd eam non neceſſariò comitentur virtutes morales, cùm poſſit reperiri cum vitiis, ac reuera in iis reperta ſit, de quibus Paulus ait, *Qui cùm Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt*. Sine virtutibus autem moralibus nemo poteſt dici felix etiam in hac vita. Quocirca ſapientiſsimè tradidit Ariſtoteles *duas temporalis fœlicitatis partes quæ quaſi eſſentiam illius conſtituerent, vnam perfectæ virtutis moralis, alteram perfectæ virtutis intellectiuæ*, hoc eſt ſapientię: tametſi meritò cenſuit præſtantiorem partem eſſe virtutis intellectiuę. Hæc enim etſi in hac mortali vita non neceſſariò efficit bonum eum, qui illa præditus eſt, vti diximus; eſt tamen virtus altioris ordinis, & ex ſuo genere ſufficiens ad beandum. Cæterùm vtilior eſt in hac vita pars altera fœlicitatis quæ in perfectione virtutis moralis conſiſtit, pluſque affert animo quietis, & tranquillitatis.

Felicitatem huius vitæ nõ cõſiſtere in ſola Dei cognitione.

Ad Ro. 1. 10. Eth. c. 7. & 8.

Virtutes in tellectuales ſunt altioris ordinis.

Hinc colliges, quemadmodum appetitus ſcientiæ eſt naturalis homini, ita & virtutis moralis eſſe naturalem, non modò ſi loquamur de innato, ſed etiam de illicito: nec tantùm de naturali communiter dicto, ſed etiam de eo qui propriè naturalis eſt. Tanta eſt enim pulchritudo virtutis, vt etiam in hoſte poſita, quod dici ſolet, quatenus virtus eſt, odio haberi non poſsit.

Eodem modo appeti naturaliter ab homine virtutẽ moralem, quo appetitur ſciẽtia.

Dilutio argumentorum oppoſitæ partis.

SECTIO VII.

Ad primum igitur argumentum negatiuæ partis dicendum eſt non ex eo negandum eſſe in omnibus hominibus naturalem appetitum ſciendi, quòd non omnes ſcientiam aſſequantur. Appetitus enim, qui ratione ſpeciei ineſt indiuiduis, non ideo dicitur illis fruſtrà datus, quia non expleatur in omnibus; ſed tum demum diceretur fruſtra inditus ſi in nullo ſatiaretur, aut certè indiuidua, non haberent inſtrumenta, quibus eiuſmodi appetitum ſatiare poſſent. Nunc autem ſecus res habet. Nam permulti ſunt, qui ſcientiam aſſequantur, nec vllus omnino eſt (modo in eo natura ſit integra, & minimè læſa) cui deſint inſtrumenta ad ſcientiam comparandam. Quòd ſi quis opponat Ariſtotelem quinto Politicorum libro capite 12. dicentem *fieri poſſe, vt aliqui ſint, quos erudiri, & bonos viros fieri ſit impoſſibile*: ergo pari ratione poſſe reperiri aliquos, atque adeò multo plures, qui contemplatiuis ſcientiis inſtitui non valeant: reſpondendum eſt, id non à natura proficiſci, quæ in omnibus eiuſdem rationis eſt, ſed à complexione corporis peculiari, quæ in

Quo pacto dici poſſet appetitus fruſtrà à natura datus.

Digitized by Google

Qui fiat vt nõnulli ad diſcẽdum inepti ſunt.

aliquibus inepta eſt ad exercenda naturæ opera, quæ ineptitudo ſiue ex defectu, exceſſúve materiæ proueniat, ſiue ex malitia, vt ita dicam, alicuius qualitatis, ad læſionem naturę referenda eſt. Quamquam verbum illud *Impoſſibile* quod ad virtutem attinet, videtur ſumi pro difficile, nemo enim adeò ineptus eſt, vt bonus fieri non poſſit, niſi bonitatis nomine intelligas habitum virtutis perfectum, quem fortè nonnulli naturaliter acquirere non poſſunt, ob prauam admodum, & extraordinariam corporis conſtitutionem: quod potiori ratione dicẽdum eſt de habitu ſcientiæ contemplatiuæ.

Ad ſecundum dicendum eſt, ſi de appetitu naturali communiter dicto ſit ſermo, falſam eſſe maiorẽ, poſſumus enim appetere oppoſitũ eius rei, quam appetitu naturali communiter tãtùm dicto expetimus: cùm eiuſmodi appetitus ſit omnino liber: ſi verò ſit ſermo de appetitu naturali propriè dicto, veram eſſe maiorem, ſed falſam minorẽ. Scientia enim, & cæteræ omnes res, quas diximus non includere in ſuis rationibus imperfectionẽ, etſi per ſe, & quatenus tales ſunt, refutari non poſſunt: tamen per accidens, hoc eſt quatenus difficilè acquiruntur, aut conſeruantur, vel certè quatenus re alia, quam diligimus, nos priuant, aut alicui labori addicũt, poſſunt repudiari: quo pacto multi non ſolùm eliciunt actum nolendi ſcientiam, vt perſpicuum eſt, ſed & beatitudinem, quam exoptant, atque adeo vitam ipſam, qua fruuntur, vt patet in iis, qui ſibi manus afferunt. Verùm hoc non tam eſt nolle iſta quàm ea, quæ his coniuncta ſunt: nec huiuſmodi actus eſt omni ex parte voluntarius, ſed aliquid habet inuoluntarij; quo pacto qui tempeſtate iactantur, etſi omnibus conſideratis ſponte proiiciunt merces in mare, id tamen non tam faciunt, quia illis carere velint, quàm quòd nolint earum cauſſa perire.

Scĩtias quare refugiamus

Ita Caiet. 1. 2. q. 10.

Aliter forſan reſpondebit aliquis, rarò videlicet contingere, vt homines eliciant actum nolendi ſciẽtiam, idque non efficere, quo minus actus illam appetendi ſit naturalis; quo pacto non ideo negamus naturale eſſe homini habere quinque digitos, quia vnus, aut alter non habeat ab ortu niſi quatuor. Verùm hæc reſponſio non ſatisfacit. Nam præter quam quòd non rarò contingit, vt homines eliciant actum nolendi ſcientiam (quod vtinam non ita multi facerent) id certum eſt, nihil rarò contingere in rebus contra ordinem naturalem, niſi per accidens, veluti propter defectum materiæ, aut impedimentum aliquod: quo fit, vt neceſſe ſit redire ad priorem ſolutionem, & eò magis, quòd appetitus ſcientiæ non ſolùm eſt naturalis communiter, ſed etiam propriè.

Solutio quorundam reiicitur.

Ad tertium dicendum eſt Ariſt. nomine ſcientiæ intellexiſſe omnem ſcientiam, maximè verò eam, quæ præſtantiſſima eſt, & latiſſimè patet, falſumque eſſe, neminem habere appetitum ad omnes capeſſendas. Nam vt materia prima, cum qua ſæpe Ariſt. confert humanum intellectum, habet naturalem appetitum ad omnes formas, ſic intellectus humanus habet naturalem appetitum ad omnes ſcientias. Nec obeſt, quòd nemo poſſit omnes ſimul conſequi naturaliter, ſatis eſt enim ſi poſſit diuiſim. Nam neque materia poteſt ſimul informari omnibus

Cõparatio intellectus cum materia prima.

nibus

nibus formis, ſed diuiſim. Quamquam in hoc diſpar eſt ratio in materia, atque in intellectu, quòd eadem materia numero nullas vnquam duas ſimul formas ſubſtantiales habere poteſt, vt 8. libr. oſtendemus, idem autem numero intellectus poteſt ſimul perfici multis ſcientiis, nec alia eſt cauſſa: cur non poſſit in hac vita ſimul perfici omnibus naturaliter, niſi quia, vt Hippocrates ait, *vita breuis eſt, ars longa.*

Non eodẽ modo ſe habere appetitũ naturalẽ in natura libera, quo in cæteris.

Aphor. 1.

AD quartum dicendum eſt appetitum naturalem inſitum aliter in natura libera, aliter in ea, quæ ad vnũ determinata eſt, exire in actum. In hac enim, ſublatis impedimentis, continuò exeat neceſſe eſt, quia impetu naturæ fertur, vt in lapide, in illa verò non eſt neceſſe: poteſt enim libertas cohibere appetendi actum, niſi ſummum bonum præſens, & intuitiuè illi proponatur. Itaque poſito homine in ſummo otio, ſublatíſque omnibus impedimentis, etiam ex parte appetitus, non eſt neceſſe, vt continuò philoſophetur.

AD quintum dicendum eſt, indigentiæ quidem cauſſa magis expeti practicas ſcientias, quàm contemplatiuas, atque adeo à pluribus: at gratia ſolius cognitionis non ſolùm non magis expeti practicas, ſed ne expeti quidem. Id enim proprium eſt contemplantium: niſi quis quodammodo abutatur practicis, contentus earum cognitione, quæ ſuapte natura ad praxim refertur.

SEXTI argumenti ſolutio propriam per ſe poſtulat diſputationem, quæ iam à nobis paucis expedienda eſt.

APPETAT NE HOMO NATVRALIter intuitiuam Diuinæ naturæ cognitionem?

QVÆSTIO II.

Opinio eorum, qui partem affirmatiuam approbant.

SECTIO I.

Senſus quæſtionis.

IN hac quæſtione non eſt controuerſia de appetitu elicito, ſed de innato tantùm, non quòd nemo poſſit elicere actum appetendi propoſitam cognitionem, niſi ſuppoſita fide, vt quidam dicunt (id enim falſum eſſe ex eo conſtat, quia vt aliquis actu elicito eam deſideret, non eſt neceſſe, vt fidem orthodoxam habeat, cùm ſatis ſit, ſi opinetur ſe poſſe illam conſequi, idque ſiue per ſe, ſiue ope alterius) ſed quia perſpicuum eſt talem appetitum elicitum non poſſe dici naturalem propriè, ſed, forſitan cõmuniter, idque ſi natura in eam cognitionem propenſa ſit. Itaque de ſolo appetitu innato in hac quæſtione agendum eſt.

Sententia quorumdam.

1 SVNT igitur, qui putent inditum eſſe homini à natura huiuſmodi

Digitized by Google

appetitum. Primum, quia vt ſe habet materia ad formas reales, ita intellectus noſter ad formas intelligibiles: materia autem ex ſe habet inclinationem non ſolùm ad formas, quibus actione cauſſarum naturalium informatur, ſed etiam ad eas, quas diuina virtus præter naturæ ordinem in illam introducit: eſt igitur intellectus noſter ex ſe propenſus non ſolùm ad omnem cognitionem, quam viribus ſuis conſequi poteſt, ſed etiam ad eam omnem, quam poteſt obtinere ope diuina. Propoſitio huius argumentationis ex ea ſimilitudine, quam Ariſtoteles tertio libro de Anima inter intellectum noſtrum, & materiam primam conſtituit, perſpicua eſt. Aſſumptio ex eo conſtat, quia non minùs appetebat materia formas primorum parentum, quæ non ſunt introductæ more naturali, quàm eorum, quos ipſi genuerunt. Atque hac penè argumentatione vtitur hoc loco Alexander Halenſis.

2. DEINDE, quia intellectus noſter perficitur per intuitiuan diuinæ naturæ cognitionem. neque enim ea cognitio illi repugnat, aut indifferenter ſe habet ad illum, ſed potiùs eſt illi conſentanea, atque adeo maximè: Cùm igitur omnis potentia appetitu à natura inſito appetat ſuam perfectionem, & maximè maximam; efficitur vt intellectus hoc pacto appetat intuitiuam, ſiue claram Dei cognitionem. quæ ratio eſt Scoti. 4. ſentent. diſt. 4. q. 10.

3. TERTIO quia homo (vt idem auctor eodem loco argumentatur) appetit naturaliter veram beatitudinem innato appetitu, natura autem non appetit aliquid in vniuerſali, ſed in particulari, quo dumtaxat modo dari poteſt in rerum natura: cùm igitur vera beatitudo nulla ſit prçter eã, quæ conſiſtit in clara Dei viſione, aut eam conſequitur, efficitur vt clara Dei cognitio ab homine appetatur innato appetitu.

4. QVARTO, quia experientia conſtat, appetitum hominis non ſatiari vllo eorum bonorum, quæ in hac vita conſequi poſſumus, aut vlla eorum coniunctione, ſed ſemper ad altius aliquid aſpirare, quod quidem nihil aliud eſſe poteſt, quàm poſſeſſio ſummi boni, hoc eſt ſolius Dei: Deus autem aliter poſſideri nequit, niſi per claram, & intimam cognitionem, ac familiaritatem, vnde eſt illud Auguſtini initio ſuarum confeſſionum, *Feciſti nos ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Hoc etiam argumentum eſt Scoti, quemadmodum & quod ſequitur.

1. Confeſ. c. 1.

5. QVINTO, quia cùm certiores facti per diuinam reuelationem de futuro illo ſtatu, naturaliter illum appetamus, nõ dubium eſt, quin lateat in nobis iam inde ab ortu naturalis propenſio ad eam cognitionem diuinæ naturæ. Nec enim reuelatio diuina, fideíve prædicatio illam nobis infundit propenſionem, ſed potius latentem, & quaſi dormientem excitat, & in actum appetendi prodire facit.

SEXTO quia (vt argumentatur D. Thomas) naturale eſt homini cognito effectu deſiderare perfectam cauſſæ cognitionem; adde etiam ſi placet, quatenus poſſibile eſt, (ad hoc enim planè inclinat natura ipſa rationalis, qua homines ſumus) Deus autem eſt prima, & ſuprema cauſſa cuiuſque rei, ergo cognitio cuiuſuis effectus Dei naturaliter mouet hominis deſiderium ad perfectam, & perſpicuam diuinæ

diuinæ naturæ cognitionem, quantùm humano intellectui poſſibile eſt. Cùm igitur poſſibile ſit homini videre Deum per eſſentiam, vt fides docet, perſpicuum efficitur dari in nobis ad eum videndum naturalem propenſionem. Hanc [a] ſententiam poſt Alenſem ſequitur Scotus, & Durandus, & eſt quorumdam recentiorum Thomiſtarum ſententia, D. Thomas, id quod hac vltima ratione colligunt quæ eſt in 1. parte Summæ Theologicæ q. 12. & aliis pleriſque locis, tum etiam ex quæſtione vltima in Boëtium de Trinitate, quo loco ait *hominẽ naturaliter ferri in finem vltimum, nec tamen naturaliter illum poſſe aſſequi, ſed per gratiam tantùm.*

Auctores huius ſententiæ.

1. p. q. 12. ar. 1. q. vlt. ar. vlt. ad vltimum.

[a] Alenſis hoc lib. Scot. in prolog. ſent. q. 1. & in 4. d. 49. quæſt. 10. Dur. ibid. qu. quæſt. 8. Mat. q. 6. Scot. q. 2. art. 1. & lib. 1. de natura & gratia c. 4. & alij.

Vera quæſtionis explicatio.

SECTIO II.

NOBIS tamen oppoſita ſententia magis placet. Primùm argumento vltimo ſuperioris quęſtionis, cuius ſoluendi cauſſa hanc diſputationem adiunximus. Appetitus enim naturalis propriæ perfectionis ſupponit potentiam naturalem paſſiuam, ſiue receptiuam illius, in nobis autem nulla eſt talis potentia ad actus ex genere ſuo ſupernaturales, ſicut clara Dei viſio, vt omnes Theologi fatentur, atque ex diuinis oraculis oſtendunt. Nec occurras, appetitum naturalem poſſe fundari in ſola potentia obedientiali, ſiue non repugnantia naturæ. Hoc enim qui dixerit, neceſſariò contra communem ſenſum fatebitur aquam habere appetitum naturalem vt ſit calida, atque adeo ad ſui corruptionem. Quamquam enim in aqua ſit naturalis appetitus caloris, is tamen non eſt appetitus aquæ, ſed materiæ. Fatebitur etiam corpus habere naturalem appetitum, vt non occupet ſpacium, & accidens, vt ſine ſubiecto exiſtat, & panem, vt conuertatur in corpus Domini, quòd iſta fieri extraordinaria Dei virtute nihil repugnet, quæ quidem dici nullo modo poſſunt. Quòd autem abſurdum ſit ponere in nobis potentiam naturalem paſſiuam ad actus ſupranaturales, non ſolùm ex eo colligitur, quia vt argumentabamur ex Ariſtotele 3. de Anima capite quinto, omni potentiæ naturali paſſiuæ reſpondet aliqua naturalis actiua (quam tamen omnes ea ratione merito negant reſpectu actuum ſupranaturalium, quia alioqui huiuſmodi actus non eſſent ſupernaturales) ſed etiam duobus aliis argumentis oſtendi poteſt. Vno, quia, vt Ariſtoteles docet quinto & nono libro huius operis, potentia paſſiua dicitur ab actiua, vnde fit vt ſi actiua non eſt naturalis nec paſſiua naturalis ſit, Altero, quia cognita eſſentia cuiuſque rei, cognoſci, ac demonſtrari ex ea poſſunt omnes eius proprietates, & potentiæ naturales, vt patet ex libris de poſter. reſolut. & ex quarto phyſ. capite quarto, vnde fit, vt ſi in homine eſſet potentia naturalis ad claram Dei viſionem, naturaliter cognoſci poſſet hominem eſſe aliquando beandum illa viſione, ne fruſtrà indita eſſet eiuſmodi potentia; quod tamen diuina oracula negant.

Hæc ſequitur Caiet. 1. p. q. 1. ar. 1. & q. 12. ar. 1. Ferr. 1. contr. gẽt. cap. 5. & lib. 3. ca. 51. & alij. Lege Caiet. 3. tom. Opuſcul. tract. 3. q. 2. Capr. in prologo ſent. q. 1. ad argumenta cõtra 6. concl. Ferr. 1. cõtra gent. ca. 3. q. 1. ſect. 1.

Oppoſita ſententia magis probatur.

Nõ dari in nobis potentiam naturalẽ paſſiuã ad actus ſupernaturales.

Cur negetur potẽtia naturalis paſſiua ad actus ſupranaturales.

5. Meta. c. 2. text. 17. & li. 9. cap. 1. tex. 2. tex. 31.

Hominẽ clara Dei viſione beandum cognoſci naturaliter nõ poteſt.

SECVNDO probatur eadem ſententia, quia, cùm clara diuinæ naturæ contẽplatio ſit finis noſter, ſi illa appeteretur à nobis naturaliter, eſſet haud

Diuinæ naturæ cõtemplatio finis noſter.

Digitized by Google

haud dubiè finis noſter naturalis,quod omnes Scoti ſectatores,& nonnulli D.Thomæ libenter admittunt.Non eſſe verò eam finem noſtrum naturalem,duo argumenta ſatis oſtendunt. Vnum eſt,quia finis & media,debent inter ſeſe proportionem habere:media autem ad huiuſmodi finem cùm non ſint naturalia, ſed ex ſola Dei gratia vim habeant, nullam cum finibus naturalibus proportionem habent.

At dicunt,finem,vt finis eſt, duobus modis ſpectari poſſe:vno, vt confertur cum appetitu; altero cum mediis, quibus acquiritur, prioríque modo claram Dei cognitionem eſſe finem naturalem humanæ naturæ; poſteriori, non eſſe naturalem.Sed hæc reſponſio excogitata magis declinandi huius argumenti cauſſa eſt, quàm diſſoluendi: finis enim etſi, quatenus quiddam bonum eſt, appetitum reſpicit; tamen quatenus eſt finis,non ad appetitum,ſed ad media refertur:vnde fit, vt propoſita diſtinctio non ſoluat argumentum; quippè cum clara Dei cognitio quatenus confertur cum mediis, non ſit finis naturalis, vt etiam ipſi fatentur. *Aduerſæ partis reſponſio.* *Dilutio.*

Alterum argumentum eſt, quia ex cognitione eſſentiæ cuiuſque rei habētis finem, colligitur naturalis finis illius,ſiquidem naturalis finis eſt cauſſa per ſe eius rei, cuius eſt finis;ex effectu autem per ſe poteſt à poſteriori colligi cauſſa per ſe.Cùm ergo naturaliter cognoſci nequeat claram Dei viſionem eſſe naturalem homini, vt paulò antè oſtendimus:efficitur vt non ſit naturalis finis humanæ naturæ. Scotus hoc argumento preſſus,& eo,quo vltimo loco probauimus,non eſſe in nobis naturalem potentiam paſſiuam actuum ſupernaturalium, reſpōdet naturam humanam non poſſe à nobis naturaliter cognoſci ſub ratione illa propria & ſpeciali, ſub qua ordinatur ad talem finem. Et paulò poſt; non poſſe à nobis naturaliter cognoſci pro ſtatu iſto, niſi quoad prædicata quæ abſtrahuntur à ſenſibilibus. Proinde non mirum eſſe ſi naturaliter cognoſci non poſſit finis ille naturalis. *Scoti reſponſio.*

Verum hęc reſponſio nec ſatis ſibi conſtat,nec diſſoluit argumentum. Nam in priori parte videtur abſolutè intelligenda, in poſteriori autem planè loquitur de cognitione, quam habemus in hac mortali vita,quorum neutrum eſt ad rem.Etenim nihil refert,ſi à nobis natura humana nec in hoc ſtatu, nec cùm anima fuerit à corpore ſeparata, perfectè intelligi poſſit naturaliter. Satis eſt enim,ſi poſſit ab alia ſubſtantia creata cùm idem omnino incommodum ſequatur.Mitto falſum eſſe,naturam noſtram non poſſe à nobis perfectè intelligi, ſaltem cum anima fuerit à corpore ſeiuncta. *Refutatio.*

Tertio ea ratione probatur principalis concluſio, quia ſi natura dediſſet homini naturalem propenſionem ad claram diuinæ naturæ contemplationem, dediſſet quoque ei inſtrumenta,omniaque alia neceſſaria & ſufficientia ad illius conſecutionem, ne fruſtrà eiuſmodi propenſionem tribuiſſet:cùm igitur hæc non dederit,ne illam quidem indidiſſe concludendum eſt. Haud diſſimili argumento vtitur Ariſtoteles ſecundo lib. de Cœlo ca.8.vt oſtendat aſtra non moueri ex ſeſe, hoc eſt progreſſiuo motu,ſeu(quod potius ille colligere voluit)nē habere naturalem propenſionem,vt eo motu moueātur. Ait enim, *abſurdū eſſe* *Homo naturaliter non habet neceſſaria ad conſecutionem ſui vltimi finis.* *Text. 50.*

eſſe naturam, quæ nihil temere facit, nullum illis ad eum motum inſtrumentum dediſſe, cúmque ea in re prouidiſſet animalibus, adeò præſtantes naturas neglexiſſe. Mitto hic argumenta omnino Theologica, quale eſt illud; Si in nobis eſt inſitus appetitus naturalis intuitiuæ cognitionis naturæ diuinæ, & (quod ex eo ſequitur) potentia naturalis ad claram illius contemplationem, fore, vt ij qui in vteris maternis diem clauſerunt, pœnam ſenſus patiantur, quòd cognoſcant ſe à naturali fine aberraſſe, fruſtráque ſibi ad eum finem acquirendum datam fuiſſe naturalem propenſionem. Et illud, Fore, vt beati non egeant lumine gloriæ, quo eorum intellectus ad actum illius contemplationis eleuetur: quæ argumenta non pertinent ad Metaphyſicum. Ita patet non eſſe in nobis innatum appetitum intuitiuæ cognitionis diuinæ naturæ. Quam ſententiam crediderim eſſe omnino D. Thomæ, quemadmodum Caietanus, Capreolus, Ferrarienſis, & præſtantiſſimi quique Thomiſtarum exiſtimant: nec id negabit, qui perpenderit ea, quæ ille ſcribit prima par. quæſt. 1. art. 1. & quæſt. 23. art. 1. & 12. q. 109. art. 5. & 4. Sent. diſt. 49. queſt. 1. art. 3. maximè verò, quæ docet in quæſtionibus de Veritate, quæſt. 22. art. 7. & quæſt. 27. art. 2. quibus locis diſertis verbis ait priori quidem, *Hominem non appetere naturaliter viſionem Dei, in qua eius vera beatitudo conſiſtit:* in poſteriori autem, *Dari homini Dei munere nō ſolùm, vt actu operetur propter futuram illam beatitudinem, ſed etiam vt habeat inclinationem ad eam acquirendam*, quo nihil clarius dici potuit.

Quid D. Thom. in hac re ſenſerit.

Dilutio argumentorum aduerſæ partis.

SECTIO III.

Dupliciter aliquid fieri præter ordinē naturæ.

Ad quaſnam formas propēſionem habeat materia inferiorum.

AD primum igitur argumentum aduerſæ partis reſpondendum eſt, duobus modis aliquid fieri præter ordinem naturæ. Vno, ſi ſolus modus faciendi non ſit naturalis, quo pacto primi parentes facti ſunt à Deo, & multi mortui ad vitam reuocati, & cæci videndi facultatem conſecuti. Cùm enim hæc fiunt, ſolus modus eſt ſupra naturam, cùm huiuſmodi formæ ſint naturales perfectiones materiæ, & in eam alioqui naturaliter introduci ſoleant. Altero, ſi formæ ipſæ ſint ſupernaturales, hoc eſt, non poſſint naturaliter introduci. huiuſmodi ſunt gratia, charitas, & lumen glorię: quæ quidem vt ex genere ſuo ſupernaturales ſunt, ita ad eas acquirendas non datur in ſubiecto naturalis inclinatio. Atque hoc pacto materia rerum corruptibilium non habet naturalem inclinationem ad formam cœleſtem, quia forma cœleſtis eſt ſuaptè natura inſeparabilis, ſed ſolùm ad formas rerum caducarum, quæ naturaliter ſeparari poſſunt, ac proinde per motum induci, & expelli. Eodémque modo intellectus noſter non habet naturalem propenſionem ad lumen gloriæ, ſed ſolùm ad ea, quæ naturaliter conſequi poteſt. Hoc autem modo intelligenda eſt ſimilitudo, quam Ariſtoteles inter materiam primam, & intellectum humanum conſtituit.

AD ſecundum dicendum eſt, eſſe quidem cognitionem illam perfectionem intellectus noſtri, ſed tamen, quia non eſt perfectio natu-

ralis, non rectè ex ea colligi potentiam naturalem receptiuam illius, ſed ſolam obedientialem. Quo pacto intelligendus eſt D. Auguſtinus in libro de Prædeſt. Sanctorum, cùm ait, *poſſe habere fidem & charitatem, naturæ eſſe hominum, habere autem gratiæ eſſe fidelium.* Aliud eſt enim dicere Naturale eſſe homini poſſe habere fidem, & caritatem, quod ille non aſſerit: aliud, *Naturæ eſſe hominum*, vt ait, hoc eſt, inueniri in natura hominum: inuenitur enim in homine potentia obedientialis, ſiue non repugnantia ad claram Dei viſionem, quæ non inuenitur in cæteris animantibus.

Cap. 5.

Locus Auguſtini explicatur, fidem habere & caritatem gratiæ eſſe fidelium.

AD tertium reſpondet D. Tho. in quæſtionibus de Veritate, *hominem non habere naturalem inclinationem ad particularem aliquam beatitudinem, ſed ad beatitudinem in commune, ſiue quatenus eſt ſtatus omnium bonorum coniunctione perfectus.* Quod eius ſectatorum nonnulli hac ſimilitudine declarant. *Quia*, inquiunt, *materia prima inferiorum eodem modo eſt naturaliter affecta ad formas ſubſtantiales: ita enim appetit naturaliter formam in commune, vt nullam certæ ſpeciei naturaliter appetat.* Verum iſta non placent. Nam vt in eorum exemplo perſiſtamus, quemadmodum ſi nulla ſpecialis forma poſſet naturaliter acquiri, nec ad ipſam quidem formam in commune naturaliter propenſa eſſet materia (alioqui fruſtrà illi data eſſet eiuſmodi propenſio) ita ſi nulla beatitudo poſſet ab homine obtineri naturaliter, nec ſanè in ipſam beatitudinem in commune propenſa eſſet naturaliter humana natura. Nunc autem, cùm naturaliter propenſa ſit in communem beatitudinis rationem, non dubium eſt, quin aliquam particularem naturaliter obtinere poſſit: ſaltèm indeterminatè, ad quam proinde iam propenſa erit naturaliter, quemadmodum re vera materia inferiorum naturaliter propenſa eſt ad omnes ſpeciales formas ſubſtantiales, quæ per motum induci poſſunt. At natura humana non eſt propenſa naturaliter in cœleſtem illam, quam ſperamus, beatitudinem, vt ipſi quoque fatentur: nec verò confugiendum eſt ad beatitudinem naturalem animæ ſeparatæ, quia qualiſcunque ea eſſe poteſt, non eſt tamen totius hominis beatitudo: igitur aliqua eſt huius vitæ beatitudo, ad quam homo naturaliter propenſus ſit, ac re vera ea, quam poſuit Ariſtoteles in perfecto ſtatu virtutis, tum moralis, tum intellectualis, adiunctis etiam bonis corporis, & fortunæ ſufficientibus ad virtutis vſum. Atque hanc habuerunt primi parentes in breui illo temporis ſpacio, quo fuerunt in ſtatu innocentiæ, totúmque humanum genus habere potuiſſet, ſi in eo permanſiſſet.

Quæſt. 22. art. [illegible]. & in 4. diſt. 49. q. 1. art. 3. In ijs eſt Catet. 1. part.

Solutio de mẽte D. Thomæ.

Reiectio.

Ad quã fælicitatẽ ſit homo natura propenſus.

1. Eth. cap. 7. & lib. 10. ca. 6. 7. 8.

Beatitudinem primos parentes in ſtatu innocentiæ habuiſſe.

AT dicet aliquis, beatitudinem illam non fuiſſe naturalem. Nam, vt alia omittam, ſubiectio ea, qua appetitus ſumma facilitate obediebat rationi, ex ſupranaturali Dei dono, quod Theologi originalem iuſtitiam vocant, naſcebatur: beatitudinem autem naturalem, ſi qua dari poteſt, eam, tradendam eſſe à philoſopho, quæ humanæ naturæ in puris naturalibus contingere potuiſſet, quæ ſanè nulla videtur eſſe. Nec enim nunc minùs potens eſt humana natura, quàm ſi ab initio in puris naturalibus condita fuiſſet, & tamen difficilimum nunc eſſe cernimus, vt

Obiectio.

mus, vt vnus vel alter, atque adeò ad breue tempus eo fœlici ſtatu bonorum internorum, & externorum fruatur: cùm interim vita beata nec breue tempus, nec paruam amicorum, ſimiliúmque ſocietatem poſtulet. Reſpondendum eſt tamen, vt hominis beatitudó dicatur naturalis, & à nobis naturaliter appetatur, ſatis eſſe, ſi virtutes intellectuales, & morales, ac bona corporis externa, in quibus ea conſiſtit, naturaliter haberi, aut acquiri poſſint: tametſi difficilè obtineri valeant, & difficiliùs conſeruari longo tempore. Quòd igitur facilima illa ſubiectio appetitus primorum parentum ex ſupranaturali Dei dono naſcebatur, non eſt ſatis, vt putemus beatitudinem ipſam non fuiſſe naturalem. Nec enim originalis Iuſtitia donata eſt humano generi in primis parentibus, vt appetitus humanus: alioqui nequaquam rationi ſubiectus, rationi pareret (eſt enim illi naturaliter obediens, ſi non quatenus natura humana ſenſitiua eſt, certè quatenus rationalis) ſed vt ei ſemper ſinè vlla difficultate ſubiiceretur, qui alioqui trahente deorſum ſenſitiua parte, & ad vitia inclinante, difficilè admodum rationi obedit, longo præſertim tempore.

Iuſtitia originalis primis parentibus donata rationi appetitum vt ſubiiciebat.

ILLVD vnum hic licet aduertere: ex hac ipſa difficultate acquirendi, & conſeruandi ſtatum naturalem vitæ fœlicis, colligi poſſe, genus humanum, etiam vt plenè perficiatur in naturalibus, & ſtabili poſſeſſione conſequatur ea bona, in quibus naturalis beatitudo poſita eſt, indigere extraordinario aliquo dono: quo inferiores partes ſuperioribus facili ſubiectione pareant, & peculiari etiam prouidentia diuina, qua ei numquam deſint cætera bona tam corporis, quàm externa: quibus omnibus præſidiis Deus Opt. Max. initio humanam naturam muniuit. Numquam tamen defuerunt, nec deerunt naturæ lapſæ ea, quæ neceſſaria ſunt ad longè meliorem illam cœleſtem beatitudinem conſequendam: quia iis omnibus, qui quatenus poſſunt bene vſi fuerint naturalibus, dabuntur cætera, quibus illam obtinere valeant, & nonnullis tot dona cùm interna, tum etiam externa, vt in hac vita naturali fœlicitate fruantur, quorum tamen exépla rariſſima ſunt, vt in ſanctiſſimo Iob poſt inſignem illam probationem.

Notanda conſideratio.

EX his collige, quo pacto intelligenda ſit Ariſtotelica illa propoſitio ſæpius commemorata, *Omni paſſiua potentia naturali reſpondere aliquam actiuam naturalem.* Nec enim ita intelligenda eſt, quaſi omni paſſiuæ potentiæ naturali, reſpondeat aliqua actiua naturalis, quæ per ſe ſit ſufficiens ad formam facilè etiam & perfectè introducendam: ſatis eſt enim ſi eam vt cumque introducere poſſit, etiam ſi ad perfectã introductionem indigeat adminiculo ſuperioris agentis, cuius ope impedimenta remoueantur. Quinetiam quædam ſunt formæ, ad quas cùm re vera detur naturalis potẽtia paſſiua, non datur tamen potentia actiua naturalis, quę illas etiã imperfectè poſſit introducere, ſinè concurſu agentis, ſuo quodã modo ſupra naturã: cuius generis ſunt forma panis, vini, multarúmq; aliarum rerum, quas natura nõ niſi ab arte adiuta efficit. Neque enim eiuſmodi formæ introduci vllo pacto poſſũt, niſi naturales cauſæ actiuæ arte, & voluntate, quæ ſuo modo ſupra naturan ſunt, paſſiuis applicentur. Id quod in conſeruatione plurimarum formarum

Quomodo intelligẽdũ illud axioma: Omni potẽtia paſſiuæ naturali, reſpondet actiua naturalis.

Naturas con- ſui gratia diui- na prouidẽtia.

marum eodem modo accidit. Itaque vt Deus Opt. Max. per humanam prouidentiam huiuſmodi rerum generationi & conſeruationi conſuluit, ita ſuæ reſeruauit auxilium, quo perfectè, ac facilè homines proprium finem naturam conſequi poſſent vt, vel ſic intelligerét, quantùm diuina gratia indigeant.

Diuina gratia quantũ homines egeant.

Ad quartum dicendum eſt, ſi homines naturali fœlicitate fruerentur, nec fide tenerent ſupernaturalem beatitudinem, futurum vt nihil ampliùs abſolutè deſiderarent: eſſet enim eiuſmodi deſiderium inordinatum in eo, qui iudicaret naturaliter id eſſe impoſſibile: ab actibus autem inordinatis abſtinent non modò ſapientes (quales neceſſe eſt concedamus eſſe homines fœlices) ſed etiam omnes prudentes. Dixit *abſolutè deſiderarent* quia conditionato deſiderio, quod eſt non voluntas, ſed potiùs velleitas quædam, non eſt negandum, poſſe fœlicem aliquid eiuſmodi optare, vt ſi vellet numquam mori aut intelligere more angelico, & ſinè diſcurſu, aut intueri diuinam eſſentiam. Id tamen nec inordinatum eſſet, vt perſpicuum eſt, nec vllam inquietudinem eius animo afferret: iudicare enim eſſet impoſſibile naturaliter; quæ autem non alia ratione poſsibilia iudidicantur eſſe niſi quia contradictionem non implicant, ea prudens ſi non habeat, nihil moleſtè fert. Id verò, quod Auguſtinus in loco citato ſcribit, vox eſt hominis credentis futuram alterius vitæ beatitudinem, qua cognitione edoctus ipſam quoque naturalem fœlicitatem imperfectam inuenit, nec ſpei ſuæ ſatiandæ ſufficientem, atque icirco inquietum cor habet, donec ſupernaturalem conſequatur. Ita patet ſolutio argumenti. Accedit, quod tota argumentatio loquitur de appetitu elicito, cùm tamen quæſtio inſtituta ſit de ſolo innato, nec elicitus ſit naturalis niſi cùm innato congruit, vt initio quæſtionis diximus.

Conditionato deſiderio poſſe felicem appetere id quod fieri nequit.

Exponitur Auguſtini locus.

Beatitudinis æternæ deſideriũ eſſe homini naturale ſecundũ quid.

Ad quintum, dicendum eſt, deſiderium fœlicitatis æternæ quam ex reuelatione futuræ vitæ concipimus, non poſſe dici naturale nobis ſimpliciter, ſed ſecundum quid, nempe ratione fidei, qua illam beatitudinem credimus: quo pacto aqua, quę eſt calida, non dicitur ſimpliciter calefacere naturaliter, ſed quatenus calida; atque eam inclinationem nobis attulit fidei prædicatio, quod mirum eſt, cur neget Scotus. Quare quemadmodum non rectè colligas ex calefactione, qua aqua calida manum calefacit, inditam fuiſſe aquæ in ipſa generatione naturalem propenſionem ad calefaciendum; ita ex deſiderio hoc pacto naturali, quo fideles expetunt intueri diuinam eſſentiam, non rectè colligitur, ingenitam illis fuiſſe ab ortu inclinationem ad illam intuitiuè cognoſcendam.

Angelos ex ſui contẽplatione diuinam expetiuiſſe.

Ad ſextum, dicendum eſt, naturale eſſe homini, hoc eſt, conſentaneum inclinationi naturali, cognito effectu, velle cauſam perfectè cognoſcere: quatenus naturaliter illam cognoſcere poteſt, non autem quatenus poteſt abſolutè, ſiuè quatenus id non implicat contradictionem. Quòd ſi Angeli antequam eſſent beati ſupernaturali beatitudine, contemplatione ſuarum eſſentiarum naturaliter excitabantur ad deſiderandam diuinæ eſſentiæ contemplationem, vt D. Tho. ſentit

Digitized by Google

ſentit 3. libro contra gentes, id propterea accidebat, quòd nouerant poteſtatem ordinariam, quam habebant illam obtinendi, certi[illegible] facti per fidem de diuina voluntate vt eam ſui cognitionem communicarent: alioqui cùm eſſent beati naturali beatitud[illegible] nihil ampliùs deſideraſſent, ne deſiderium de re incerta aliqu[illegible] ipſis de ſtatu beatitudinis detraheret. 1. 50.

AD poſtremum argumentum, cōcedendum eſt quidem, eſſe in loco citato ſermonem de appetitu naturali indito viuentibus: ſed tamen addendum, non dici ab Ariſtotele ſimpliciter, & abſolutè viuentia appetere: vt ſint ſemper, ſed vt ſint ſemper, quatenus poſſunt, & vt ipſe paulò antè his verbis dixerat, *Vt ſint ſemper in ſuis ſimilibus*, ſeu (quod idem eſt) ſecundum ſpeciem; quod vtique poſſunt per cauſas naturales. *In quo ſenſus intelligat Ariſtoteles, viuētia appetere vt ſint ſemper.*

AD locum verò illum D. Tho. ex prima parte, & ad alia ſimilia (ſi quis eius ſententiam exponere inſtituat) dicendum eſt D. Thomam intelligendum eſſe de homine, cui per fidem iam innotuit, velle Deum claram ſuæ eſſentiæ contemplationem humano generi communicare, ad quam abſolutè deſiderandam excitatur appetitus ex cognitione diuinorum effectorum, præſertim excellentium, & quæ magis diuinæ eſſentiæ ſublimitatem indicat. Quod verò ait in Boëtium de Trinitate, ſic accipiendum videtur, quaſi dicat hominem fidelem, vt fidelis eſt, propendere naturaliter in ſuam beatitudinem ſupernaturalem, ſub communi ratione beatitudinis, ſiue ſtatus perfecti: ſed tamē non poſſe eam obtinere naturaliter: quæ ſunt veriſſima, nec pugnant cum iis, quæ dicta ſunt. *D. Thomæ ſentētia explicatur.*

HABES ex hac Quæſtione, pronunciatum Ariſtotelicū non comprehendere appetitum humanum reſpectu intuitiuæ ſciētiæ Dei. Habes item, hæc tria neganda eſſe: Dari in nobis appetitum naturalem inſitum reſpectu illius contemplationis: Illam contemplationem eſſe finem naturalem noſtrum: Dari nobis potentiā naturalem receptiuam illius. Quæ omnia negat D. Tho. cum præcipuis ſuæ doctrinæ ſectatoribus: affirmat Scotus: ex Thomiſtis autem alij [a] primum tantùm cum Scoto aſſerunt, alij [b] primum, & ſecundum. *Summa totius quæſtionis.*

[a] *Vt Syluest in conflat. 1. p. q. 12. art. 1. & Victoria ibid.*
[b] *Vt Scotus li. 1. de natura & gratia c. 4. & in 4. d. 49. art. 1. & alij recētiores.*

NVM ASPECTVS NOBIS SIT carior cæteris ſenſibus, et ad cognitionem aptior?

QVÆSTIO III.

Non videri nobis cariorem, nec cæteris certiorem, & qui latiùs pateat.

SECTIO PRIMA.

ILLVD etiam non videtur probandum, quod Ariſtoteles in primo huius libri pronunciato confirmando aſſerit, cariorem nobis eſſe aſpectum cæteris ſenſibus, idque, quia certior ſit in cognoſcendo, & latius pateat. Primùm enim is ſenſus nobis eſt carior, cuius priuatio eſt moleſtior, iuxta illam communem ſententiā. *Id expetibilius eſt, quo pri-*

Digitized by Google

nari grauiùs dolemus, vt habes 2. Top. cap. 2. atqui moleſtius nobis eſſet carere tactu quàm aſpectu, ſiquidem priuatio aſpectus non affert ſecum priuationem aliorum ſenſuum: amiſſo autem tactu, & reliqui omnes ſenſus, & vita etiam ipſa amittitur: carior igitur nobis eſt tactus, quàm viſus.

2. ITEM, tactus adhiberi ſolet ad certò cognoſcendas res eas, quas aſpectus non certò cognoſcit: vt ſi quis manu tentet cognoſcere in aqua, num remus ſit rectus, quem aſpectus infractum eſſe iudicat; qua etiam ratione B. Thomas vt certior fieret de veritate reſurrectionis Domini, non ſatis eſſe putabat, *ſi videret corpus, quod cruci affixum fuerat, niſi etiam loca clauorum tangeret.* (Ioan. 20.) Si ergo tactus adhibetur iudex in iis, in quibus non creditur aſpectui: perſpicuum eſt, aptiorem eſſe tactum ad cognitionem.

3. PRÆTEREA, tactus percipit duas contrariorum coniugationes, calidum, & frigidum; humidum, & ſiccum, vt docet Ariſt. 2. de Anima cap. 11 (Text. 107.) aſpectus autem vnam tantùm, album ſcilicet, & nigrum: ergo plures rerum differentias oſtendit tactus, quàm aſpectus.

4. ADHÆC, auditus aptior eſt ad diſciplinas capeſſendas, quàm aſpectus, vt idē ſcribit in libro de ſenſu, & ſenſibili: & meritò quidem: cum omnium omnino rerum notitiam afferat, atque adeò earum quæ aſpectu cognoſci nequeunt: (Cap. 1.) fallitur ergo Ariſtoteles hoc loco, cum docet aptiorem eſſe aſpectum ad cognitionem.

Veram eſſe Ariſtotelis ſententiam, nec alibi eum oppoſitum docuiſſe.

SECTIO II.

Quo pacto, & quibus rationibus aſpectus nobis ſit carior cæteris ſenſibus.

DICENDVM eſt tamen, verum eſſe, quod hîc ait Ariſtoteles: neque eum alibi oppoſitum ſenſiſſe. Quod enim hoc loco ait, *aſpectum cariorem nobis eſſe*, de aſpectu ſola eius cognitione ſpectata, non autem quatenus ad neceſſitatem, & alia vitæ commoda refertur, intelligendum eſt. *Eſt enim*, vt ait, *ad cognoſcendas res aptior, pluréſque earum differentias nobis declarat.*

Quomodo ſit ad cognitionē aptior probatur.

QVOD autem ſit ad cognitionem aptior, his potiſſimùm argumentis patet. Primùm, quia ex multo longiori diſtantia, quàm cæteri ſenſus, ſuum obiectum attingit. Deinde, quia ſimulatque res illi obie-
1. cta eſt continuò eam percipit; cùm tamen auditus, & odoratus, qui ſo-
2. li inter cæteros ſenſus rem eminus percipiunt, non continuò, ſed interdum aliquo temporis interuallo interpoſito, rem obiectam ſentiant.
3. Tertiò, quia ſolus aſpectus percipit res more intellectus, qui nullam realem immutationem accipit ab obiecto, ſed ſolam notionalem. Nec enim oculi re ipſa fiunt albi, à re alba, quam aſpiciunt, nec atri ab atra, ſed ſolas earum imagines accipiunt: cum ex cæteris ſenſibus alij ſemper, alij nonnumquam reali immutatione afficiantur à rebus obiectis: tactus enim, & guſtatus ſemper calefiunt à re calida, & à frigida frigefiunt: odoratus verò penè ſemper ipſo odore perfunditur: denique auditus nonnumquam ſono ipſo, ſeu potius ſonante aëre pulſatur:

Aſpectus percipit res more intellectus.

huiuſmodi

280

huiuſmodi autem realis immutatio, nonnumquam impedit verum iudicium ſenſus. Quartò, quia medium, quo aſpectus percip[illegible]. 4.
longè nobilius, & purius, nempe actu perſpicuum, & in[illegible]um incorruptibile. Quintò, quia cùm percipit vnum contrarium, non impeditur à percipiendo perfectè altero: quod tamen ferè accidit in cæteris ſenſibus, & planiùs in iis, qui realiter immutantur ab obiecto, Alioqui: ſimul mouerentur organa motibus contrariis, quod fieri nequit. Sextò, quia magis mouet imaginationem, quàm cæteri ſenſus: id quod ex impreſſione relicta in memoria, & ex inſomniis perſpicuum eſt: qua ex re factum videtur, vt imaginationis opera dicantur viſa, & phantaſmata, quæ vocabula ab obiecto viſus accepta ſunt. Quinetiam ipſum imaginationis nomen ab imagine dicitur, quæ præcipuè ad aſpectum pertinet. Poſtremò, quia nullus eſt ſenſus, qui ita perfectè percipiat figuras, & actiones corporum, vt aſpectus: hæc autem ſunt certiſsima ſigna ex omnibus; quibus ad cognoſcendas rerum ſpecies vti poſſumus.

5. Non impeditur ab vno cõtrario percepto, alterius perceptio.

6.

QVOD denique aſpectus plures rerum differentias nobis declaret, ex eo perſpicuum eſt, quia eius obiectum res omnes corporatas, non ſolùm quæ gignuntur, & intereunt, complectitur, ſed etiam quæ interire nequeunt: cùm tamen obiecta cæterorum ſenſuum in ſolis rebus caducis reperiantur. Itaque cœleſtium rerum ſoli oculi nobis notitiam attulerũt. His, & aliis rationibus prouida natura ducta hunc nobis ſenſum, quaſi magis perſpicacem, & aptiorem intellectus miniſtrum, in ea parte corporis locauit, in qua, velut ex ſpecula, luſtraret omnia, & ad ſenſum communem, quaſi ad primum veſtibulum intellectus, breuiſsimo itinere rerum notitiam mitteret.

Rerum cœleſtium cognitio oculis accepta refertur.

Cur locũ altiſsimum obtineat aſpectus.

Dilutio argumentorum partis negatiuæ.

SECTIO III.

AD primum igitur argumentum, pro parte oppoſita dicendum eſt, omnibus quidem inſpectis, falſam eſſe propoſitionem. Nam etſi commune illud pronunciatũ abſolutè verum eſt, cum è duobus expetibilibus, quæ inter ſe conferuntur, neutrum in altero includitur, quo pacto ſe habent aſpectus, & odoratus, tamen cum alterum in altero includitur, ſiue in altero ſupponitur, fieri poteſt, vt illud nobis ſit carius cuius priuatio non ſit moleſtior, quo pacto ſe habent viuere, & iucundè viuere: ſiquidem iucundè viuere carius eſt, quàm viuere ſimpliciter, & tamen acerbius eſt ſimpliciter priuari vita, quàm priuari iucunda vita, ſeu vitæ iucunditate: quod ex eo accidit, quia vita includitur in iucunda vita. Sic autem res habet in aſpectu, & tactu, ſi ambo inter ſe omnibus conſideratis conferantur. Aſpectus enim includit, ſeu potius ſupponit tactum, qui eſt fundamentum cæterorum ſenſuum: ſinè quo etiam nullum animal viuit, vt Auctor ait 3. de Anima cap. 12. & 13. & 1. de ſenſu & ſenſibili cap. 1. Quapropter non mirum eſt, ſi cum aſpectus nobis ſit carior, grauius tamen ferremus, ſi priuaremur tactu. Si

Quomodo intelligendum, Ariſtot. axioma.

Ita Ariſtot. 3. Topic. cap. 3.

Sinè tactu nullũ animal viuit.

3. Lib. de Anima tex. 62. 63. 64. & 66.

Digitized by Google

Si verò aſpectus, & tactus. quoad ſolam cognitionem inter ſe conſequuntur, quo pacto hoc loco de ſenſibus eſt ſermo, vera eſt propoſitio, ſed au[illegible]tio falſa. Vt enim ratione cognitionis carior nobis eſt aſpectus, ſic eadem ratione eius priuatio moleſtior.

Senſus ſe inuicem iuuant in cognitione rerum.

AD ſecundum, neganda eſt conſequentia. Multò enim ſæpius adhiberi ſolet aſpectus ad cognoſcendas res, quas tactus non certò cognoſcit. Itaque ſenſus ſe inuicem iuuant ad plenam rerum cognitionem, quia nullus per ſe, ac certò poteſt obiecta aliorum percipere, ad quam rem tamen ſæpius vocari ſolet aſpectus, quàm quiuis alius.

AD tertium, neganda etiam eſt conſequentia. Aliud eſt enim plura contraria percipere, quod facit tactus: aliud plures differentias rerum cognoſcere, quod facit aſpectus cũ cœleſtia ſimul, & terrena percipiat.

Quo pacto Auditus ad cognoſcendum aptior aſpectu.

AD quartũ dicendum eſt, neutro in loco Ariſtotelem falſum aſſerere. Quod enim hoc loco, ait, *aſpectum eſſe aptiorem ad rerum cognitionem,* verum eſt per ſe, hoc eſt habita ratione ipſorum ſenſuum, & naturalium obiectorum cuiuſque dumtaxat. Quod autem ait loco citato, *auditum eſſe aptiorem aſpectu ad capeſſendas diſciplinas*, nihil priori pronunciato repugnat. Nam quod pro ratione addebatur, auditum afferre omnium omnino rerum cognitionem, atque adeò plurium, quàm aſpectum, non per ſe, ſed ex accidente verũ eſt, hoc eſt, ratione ſignificationis, quam homines indiderunt vocibus: diffunditur enim nominum ſignificatio ad omnia rerum genera. Atque hæc ſolutio eſt ipſius auctoris in loco citato, ex qua effici ait, *vt ex iis, qui altero horum ſenſuum ab ortu priuati ſunt, ſapientiores, & prudentiores euadant cæci, quàm ſurdi:* nec immeritò, nam aſpectus plus conducit ad inuentionem, auditus ad doctrinam; per doctrinam verò multò plura cognoſcuntur, quàm per inuentionem, atque adeo longè citiùs, & minori cum labore.

Obiectio.

Quòd ſi quis obiiciat, ergo cariorem nobis eſſe auditum cognitionis cauſſa, quàm aſpectum, cuius oppoſitum docuit Ariſt.

Dilutio.

Hunc in modum occurrendum eſt, Quia carior nobis eſt notitia, quam aſſequimur per inuentionem, ea, quam per doctrinam comparamus, cariorem adhuc nobis eſſe ſimpliciter aſpectum, plus enim aſpectus, quàm auditus ad inuentionem valet.

NVM ARTES OMNES, AC ſcientiæ experimento gignantur?

QVÆSTIO IIII.

Ambiguitas Quæſtionis.

SECTIO I.

Nõ videri omnes artes ab experiẽtia originẽ accepiſſe.

NOn videtur quoque Ariſtoteles ſibi conſtare in iis, quæ de generatione artis hoc capite docet. Nam cùm ait, *Per experientiam autem ars, & ſcientia hominibus proueniunt,* planè videtur docere, omnes artes, & ſcientias experimento comparari, cùm verò paulò inferiùs ſubdit. *Quin etiam expertos magis, quam eos*

Digitized by Google

281

qui rationem, hoc eſt artem ſine experientia tenent, rem attingere videmus, perſpicuè ſignificat poſſe haberi artem abſque experientia.

RATIONE quoque non minùs ambigua efficitur h[illegible] quæſtio. Nam quòd omnes artes & ſcientiæ experimento [illegible]antur, ex eo probatur quia principia omnium inductione [illegible]nt nota, vt perſpicuum videtur, & ipſe etiam Auctor docet [illegible]no Prior. cap. vigeſimo tertio, & primo Poſter. cap. 14. & ſecund[illegible] Poſteriorum cap. 18. Inductio autem aut idem eſt, quod experi[illegible]entum, aut parum ab experimento differt. Quòd verò non omnes experimento gignantur, ex eo patet, quia multi fiunt medici, antequam habeant experientiam earum rerum, quas didicerunt, vt qui eò Academiis exactis ſtudiis prodeunt: Pueri quoque perfectè diſcunt Mathematicas ſcientias, præſertim Arithmeticam, & Geometriam, antequàm vllam rerum experientiam habeant. Denique Aſtrologi oſtendunt motum proprium noni orbis eſſe triginta ſex millium annorum, quod ſub experientiam non cadit.

1. Poſt te. 33. 2. Poſt. tex. 27.

Non eſſe negandum verè in nobis generari artes omnes, & ſcientias.

SECTIO II.

Temeritas eorũ qui ponunt vnum numero intellectum in omnibus hominibus.

Vt Themiſt. & Auen. 3. de Anima ad cap. 3.

ANTE omnia poſito, ac conſtituto, poſſe multa ab hominibus certò ſciri, quod noua Academia negauit, & alibi à nobis oſtendetur, mittenda eſt primùm hoc loco temeritas quorumdam Ethnicorum, qui ſibi in mentem inducere potuerunt, vnum, atque eumdem numero eſſe intellectum omnium hominum, qui nulla noua ſcientia accederet, ſed per eum ſciẽtiis omnibus plenum tum demum homines ſcire aliquid dicerentur, cùm is, alioqui ſeparatus, illis copularetur: id quod tunc fieret cùm aptè diſponeretur eorum cogitatiua facultas per phãtaſmata rerum ad hanc, vel illam ſcientiam pertinentium.

Vt in Phædro, Phædone, & 10. de Repub.

Platonis de reminiſcentia commentum.

MITTENDA deinde eſt fictio illa Platonis, qua putat in Menone aliiſque locis neminem acquirere nouam ſcientiam, ſed antè habitæ reminiſci, quod Socrates puero in medium adducto, & ordine, interrogato conatur oſtendere. Ita enim aptè reſpondet puer, cùm nihil didiciſſet, vt ex iis, quæ tunc planè cognoſcebat, videretur recordari eorum quæ aliquando nouerat antequam animus in eo eſſet corpore. Ad eius ſententiæ confirmationem, valere etiam videtur ſolutio quam Socrates adhibendam vult captioni Menonis concludentis, neminem poſſe nouam cognitionem vllius rei conſequi. Si quis enim rem propoſitam nouit, non eſt, cur eius cognitionem quærat: ſi non nouit; quo pacto de ea loquitur, aut eius peculiarem notitiam inquirit: aut ſi in eius cognitionem incidat quo pacto ſciet ſe inueniſſe? Itaque huic fallaci argumentationi hoc pacto reſiſtendum, putat eo loco Socrates, poſſe nos quærere notitiam rei non cognitæ actu, ſi tamen illa cognoſcatur habitu: ſic enim nec prorſus ignorabimus, quod noſſe volumus, nec omnino illud cognitum habebimus; ſimúlque, cùm in cognitionem quæſitam inciderimus, intelligere poterimus, per habitum

Digitized by Google

inſitũ inueniſſe nos ꝙ quærebamus, quod quidẽ nihil eſt aliud, quàm reminiſci. Ac ſi hæc quidẽ cõmenta vera eſſent, nihil opus eſſet agere de generatione artis, ſcientiæve, ſi quidem nulla in nobis gigneretur.

Refutatur priorum error de intellectu vno in omnibus hominibus.

VERVM hæc, præter quàm quòd ſanctiſſimæ fidei dogmatis damnata ſunt, nullo etiam negotio refelli poſſunt. Nam quòd ad errorem priorum attinet, cùm nec videre poſſimus, nec audire, nec aliud opus vitale, quod ad corpus pertineat exercere per facultatem in alio exiſtentem, quonam modo fieri poteſt, vt ipſi intelligamus per facultatem intellectus ſeparati, præſertim cùm intelligere ſit opus maximè vitale? Quòd ſi aliquod opus vitale à nobis exercetur per aliquid aliud, veluti inceſſus (ingreditur enim claudus pede altero ligneo, aut etiam vtroque) numquam tamen id fit, niſi cùm illud extrinſecum mouetur à potentia intrinſeca, quæ in nobis ſit: intellectus autem ille, quem fingunt, ſi eſſet, non moueretur à nobis, vt etiã iidem concedunt. Deinde actus intelligendi eſt actus immanens, & ex immanentibus omnium intimus. Actus enim voluntatis etſi ſunt intimi, per eos tamen quodammodo egreditur animus ad res, quas expetit, cùm interim per actus intelligendi res alioqui diſtantiſſimæ ad intelligentem trahantur, & idem quodammodo fiant cum intellectu, vt docent Philoſophi: exiſtit ergo actus intelligendi in ipſo intelligente: ſi autem intellectus omnium hominum eſſet ſeparatus à ſingulis, iam actus intelligendi in nobis non eſſet, non igitur per eiuſmodi intellectum intelligeremus, nec nobis prodeſſent illius ſcientiæ quarum numquam poſſemus habere actum ſciendi. Sed contra hanc ſententiam quæ eſt omnium, quæ à philoſophis excogitatæ vnquam fuerunt, propè dixerim abſurdiſſima, alibi dabitur fuſiùs diſſerendi locus: cuius auctores, quoniam intellectu eo, in quo ſunt ſcientiæ, expertes ſe eſſe voluerunt, digniſſimi videntur, quos in ea ferenda intellectu, ſcientiáque caruiſſe concedamus.

Occurritur obiectioni.

Figmentum Platonis refellitur.

Menone, Phædro, Phædone, & 10. de Repub.

SOMNIVM verò illud Platonicum de obliuione, & reminiſcentia facilè refellitur. Nam ſiue animi noſtri propter coniunctionem cum his corporibus obliuiſcerentur ſcientiarum, quas antè exercuiſſent; ſiuè quia non ſunt nobis ab ipſo ortu congenita phantaſmata, ſine quibus actum ſciendi habere non poſſumus, idem dicendum eſſet de habitibus primorum principiorum: vtrumque enim genus habituum ponit Plato in animis noſtris antequàm hæc corpora ingrediãtur, certúmque eſt neutrum exerceri poſſe in corpore ſine phãtaſmatibus: at Plato non exiſtimat obliuionem cadere in habitus primorũ principiorum, ergo nec in ſcientias, quæ ſunt habitus concluſionum.

Plato non potuit obliuionẽ primorũ principiorum.

DEINDE vt animi noſtri reminiſcantur ſcientiarum quas eius ſententia antequàm eſſent in his corporibus, exercuerunt: non ſatis eſſet, ſi res eaſdem iterum cognoſcerent: ſed neceſſe prætereà eſſet, vt recordarentur ſe habuiſſe olim eiuſmodi ſcientiarum vſum: at nullus omnino recordatur eiuſmodi antiqui vſus: nec verò demonſtrationes quibus animi noſtri ſecundum Platonem excitantur ad vſum ſcientiarum, concludunt habuiſſe illos quondam cognitionem eorum quæ demonſtrantur: ſed ſimplicitur oſtendunt hoc, vel illud eſſe,

vel

vel non eſſe,& ob hanc,aut illam cauſam:non eſt igitur noſtrum ſcire idem,quod reminiſci.

A D,hæc aut ſcientia eſt reminiſcentia eorum, quæ animus nouit extra corpus;aut eorum tantùm,quæ nouit in alio corpore. Si eorum tantùm, quæ nouit in alio corpore, igitur cognitio ea, quam habent inuentores artium non eſt reminiſcentia:quia in aliis hominibus nõ præceſſerit.Ita cognitio multarum artium effectiuarum, quæ noſtro etiam ſæculo inuentæ ſunt,non eſt reminiſcentia in ipſarum inuentoribus,nec item quadratio circuli,ſi tandem inueniatur,erit reminiſcẽtia in eo,à quo tandem fuerit reperta:creditq́ue Auguſtinus duodecimo libro de Trinitate (quo loco ſententiam hanc refellit) *dari poſſe ſecundum Platonem animum Geometriæ,qui in nullo alio corpore Geometriæ vſum habuerit*:quod tum demum facillimè colligitur ſi Plato(quod veriſimilius eſt)nõ poſuit reuera mundum ab omni æternitate. Quòd ſi in inuentoribus artium noua cognitio non eſt reminiſcentia, ſed vera ſcientiæ acquiſitio,poteſt vtique ſcientia acquiri, quo fit, vt ſcire noſtrum non omnino idem ſit quod reminiſci. Si verò ſcientia eſt reminiſcentia eorum, quæ animus nouit extra corpus,cùm non meminit omnium ſcientiarum, quas Platonis ſententia accepit, atque exercuit,antequàm vllum corpus ingrederetur,idq́ue ex participatione Idearum? Nam Plato in decimo de Republica ſcribit, *Erim Armenium,qui in prælio occubuerat:poſtquàm reuixiſſet,narraſſe omnia, quæ ipſius animus à corpore ſeparatus apud inferos vidiſſet.* Quòd ſi animus recordari poteſt eorum,quæ contingenter vidit extra corpus, cur non magis meminiſſe poterit præclariſſimæ illius cognitionis omnium rerum,quæ ſibi auctore Platone naturaliter initio indita eſt?At præſtantiſſimæ illius cognitionis non modò non recordatur quiſquam, ſed ne ipſius quidem priſtinæ exiſtentiæ, quam Plato autumat habuiſſe animum extra corpus,cùm ea ſcientia fruebatur.

Cap. vlt.

Sub finem.

V E R V M quia ex reminiſcentiis,quę à Platone ponũtur pręcipua eſt ea, qua animus dicitur recordari perfectæ illius cognitionis quam antequàm vllum informaret corpus, naturaliter habuiſſe ponitur, & in eius,reminiſcentia ſcientiæ noſtræ vſus conſiſtere cenſetur ſola eam priuatim impugnemus.

Vtramque reminiſcentiam ponit Plato, ſed præcipuè ſcientiarũ inditarum, quæ opinio refellitur. 1.

2. P R I M V M, Si animis noſtris impreſſæ hoc pacto eſſent præclaræ illæ omnium rerum ſcientiæ, neutiquam nos laterent(quò enim ſciẽtiæ ſunt certiores,& euidentiores,eò minùs nos latere poſſunt) at nemo experitur habere ſe eiuſmodi ſcientias.

D E I N D E, Si quis ab ortu cæcus eſſet aut ſurdus,haberet etiam is ſcientiam rerum, quæ aſpectu vel auditu percipiuntur, at hoc planè falſum eſſe ipſa experientia docet.Atque his duabus rationibus vtitur Ariſtoteles extremo capite huius libri.

Tex. 49.

Reſponſio pro Platone.

R E S P O N D E A T fortaſſe Plato, non mirum eſſe,ſi habitus eiuſmodi ſcientiarũ nos lateant dum eorum vſum non habemus,proinde eos qui ab ortu priuati ſunt ſenſu aliquo etſi omniũ ſcientiarum habitibus ſunt prædití,tamen,vt nequeunt habere phantaſmata eorũ ſenſibilium quæ eo ſenſu percipiuntur,ita vſum eiuſmodi habituũ habere

non poſſe. Sed in primis illud certum eſt etiam poſt vſum ſciendi latere nos præclaras illas ſcientias inditas: nemo enim ex vſu ſciendi colligit congenitas illas ſibi eſſe, ſed potiùs, cùm primùm quiſque demonſtratiuè aliquid percepit, tum primùm putat ſe nouam ſcientiam

Refutatio.

2. conſecutum. Deinde ad actus ſciendi ſatis ſunt duo hæc, ſenſuum
3. miniſterium, & ipſa vis intelligendi, remoto quouis habitu. Ad hæc, cùm ex actu ſciendi, quem hoc modo poſſumus elicere, generari poſſit habitus ſcientiæ; ſuperuacanei planè ſunt ij, qui ponuntur à natura
4. inſiti. Poſtremò, ſi ſcire reminiſci eſt, vt Plato ait, cùm per ſenſibilia vnius ſenſus reminiſci poſſimus ſenſibilium alterius, quo pacto aſpectu mellis, aut lactis reminiſcimur dulcedinis, & pater audita voce filij, aut alterius, qui filij vocem referat, reminiſcitur vultus & habitus corporis filij, poteritis, qui ab hortu cæcus, aut ſurdus eſt, per ſenſibilia eorum ſenſuum, quos habet, reminiſci colorum, aut ſonorum, actumque ſcientiæ, colorum, aut ſonorum habere, quod tamen numquam fit. Quòd ſi Plato reſpondeat, non poſſe animum cæci, aut ſurdi nati reminiſci eiuſmodi qualitatum, quòd eas numquam perceperit per ſenſus eius corporis, in quo tunc eſt: iam fatebitur reminiſcentiam meam non eſſe, niſi eorum, quæ animus meus in corpore meo per hoſce ſenſus percepit. Non igitur conſtabit ſibi Plato, cùm dixerit eum, qui putat ſe nouam ſcientiam conſequi, nullam nouam acquirere, ſed reminiſci tum primùm earum rerum, quas eius animus nouit antequàm in vllo eſſet corpore. Ita nulla eſt reſponſio ad duo Ariſtotelis argumenta propoſita contra ſcientiam inditam ex participatione Idearum.

Occurritur reſponſioni.

3 PRÆTEREA, Quemadmodum, ſi virtutes nobis eſſent naturaliter inditæ, etſi poſſemus earum actus non exercere, quòd forſitan nobis deeſſet materia, aut occaſio, aut denique, quia non adiiceremus tunc animum ad agendum, nemo tamen poſſet fieri vitioſus (quod Ariſtoteles 2. Ethicorum libro ſapienter docet exemplo lapidis, qui propter pondus à natura inſitum, etſi millies proiiciatur ſurſum, numquam tamen conſueſcet aſcendere per ſeſe) ita ſi nobis inſitæ eſſent à natura ſcientiæ omnes, quamquam poſſemus earum vſum non habere quia non occurrerent termini, in quibus ille exerceri poſſent, tum quia animus aliis rebus eſſet occupatus: nemini tamen poſſet vllus erroris habitus adhærere: at videmus multos eſſe, qui grauiſſimis erroribus laborent, quos planè errores eſſe docti, ac ſapientes homines oſtendunt: non ſunt igitur nobis ſcientiæ naturaliter inditæ.

Vt virtutes nõ inſunt à natura, ita nec ſcientia.

Ca. 1.

A D hæc, Si animis noſtris à natura inditæ eſſent omnes ſcientiæ ex participatione Idearum, eadem ratione inditæ eſſent virtutes omnes (neque enim animus rationis particeps minùs capax virtutũ eſt, quàm ſcientiarum; nec virtutes minùs congruunt cum natura rationali, quàm ſcientiæ, & ipſis quoque ſcientiis, præſertim tam præclaris, quàm illæ ponebantur, quàm maximè conſentaneæ ſunt virtutes) at virtutes non ſunt nobis à natura inditæ, cùm maxima hominum pars vitiis ſeruiat; ergo nec ſcientiæ.

Virtutes non nobis ſunt per Idearum participationem inditæ.

POSTREMO

Digitized by Google

Postremo, Si omnes ſcientiæ eſſent à natura inditæ animis noſtris, ante quam corpora ingrederentur, non eſſet cur earum obli[illegible] cerentur propter coniunctionem cum corporibus: eſt enim [illegible]ratio humana non violenta, & contra naturam, ſed naturali[illegible] coniunctio formæ cum materia; nulláque forma detrimentum [illegible]cipit ex coniunctione cum propria, & naturali materia: at obli[illegible]cuntur omnium ſecundum Platonem: non ſunt igitur eis à natu[illegible] inditæ. Sed hæc ratio cum aliis nonnullis, quæ deſumi poſſunt e[illegible] naturali reſpectu, affectuque formæ ad materiam, ſuo loco diligentiùs tractabitur. Interim lege ea, quæ de hac re à D. Thoma luculẽter ſcripta ſunt ſecundo libro [a] contra gentes, & in prima parte [b] ſummæ Theologicæ, adiunctis (ſi placet) iis, quæ fusè ſcripſit Tertullianus [c] in libro de Anima.

Nihil detrimenti accipit forma ex coniunctione cum propria materia.

[a] *Cap. 83.*
[b] *1. p. q. 84. artic. 3.*
[c] *Tomo 2. ca. Primo quidem obliuionis & ſequentibus.*

Argvmentis verò Platonis, quæ pro commento hoc propoſita ſunt ex Menone, hunc in modum occurrendum eſt. Priori quidem, Nihil conſequentiæ habere illud Socratis, *Hic puer ordine interrogatus & à nemine edoctus incipit exercere actum ſcientiæ: ergo non eſt conſecutus nouam ſcientiam, ſed reminiſcitur eorum, quæ ante ſciebat.* Quid enim intereſt, ſi ordine interroges, an ordine doceas? an non ſemper, is qui audit, conſulit mentem ſuam, nihilque concedit, niſi quod per ſe notum eſſe perſpicit, aut ex per ſe notis, & à ſe conceſſis iam videt eſſe demonſtratum? Si id concedit, quod per ſe notum eſſe videt: non acquirit ſanè nouam ſcientiam. Sin autem aſſentitur pronunciato, quod non iudicat per ſe notum, ſed tamen iam ex per ſe notis demonſtratum eſſe cernit: non dubium eſt, quin verè diſcat, ſcientiamque verè conſequatur, ſiue rogatus ſit tantùm, ſiue ab alio edoctus, ſiue etiam à ſe ipſo menteque ſua ductus.

Ad priorem rationem pro Platone.

Posteriori verò occurrendum. Eam ſolutionem, quam Socrates captioni Menonis adhibendam cenſet, nullam vim habere. Nam cùm ſcire aliquid cupimus, non neceſſe eſt prænoſſe illud habitu ſcientiæ, præſertim perfectæ, & abſolutæ, quam exiſtimat Plato eſſe in anima ab ipſa eius productione: ſatis eſt enim, ſi præcedat cognitio actualis imperfecta, qua id, quod perfectè ſcire cupimus, imperfectè concipiamus, hac enim de cauſſa eius perfectam cognitionem conſequi enitimur, quia imperfectè id intelligimus; imò verò ſuperuacanea & inutilis eſt ad eam rem eiuſmodi habitualis cognitio, cùm ponatur more dormientis per obliuionem contractam ex ingreſſu animæ in corpus. Vt verò iudicemus num tandem inuenerimus, quod quærebamus, ſatis eſt iudicium intellectus remoto quouis alio habitu. Itaque cùm ſcire aliquid cupimus, neque id quærimus quod prorſus ignoramus: neque quod omnino ſcimus: ſiue actu, ſiue habitu, ſed id contendimus, vt quod actu confuſe & imperfectè cognoſcimus, diſtinctè, & perfectè intelligamus. Cognoſcimus autem omnia imperfectè, & quaſi in radice fructus, cùm ſola principia tenemus, perfectè autem atque diſtinctè, cùm ſingula ex principiis demonſtrantur. Atque hæc longè meliùs, & ſapientiùs docet Ariſtoteles initio librorum de Poſteriori reſolutione, vt verum in hac etiam re ſit, quemadmodũ in aliis quàm plurimis, id quod D. Auguſtinus de

Ad poſteriorem.

Quam notitiam habeamus eorum, quæ ſcire cupimus.

tex. 4.

Digitized by Google

Cap. 1. Platone ait in libro de vera religione, *ſuauius illum ad legendum, quàm p..entius ad perſuadendum ſcripſiſſe.* Ita patet, poſſe in nobis ſcientias generari, q...d hæc quæſtio, vt certiſſimum ponit, idque intelligi debet non ſolùm qu... coclusiones, ſed etiam quoad principia, cùm intellectus à principio ſit ... *ut tabula, in qua nihil eſt depictum, quemadmodum & ſenſus, antequam quic... m percipiat.* *Quid de ſuo Platone dixerit.* *2. de Anima c.4. tex 14.*

Nullam in nobis generari ſcientiam ſine experimento, ſaltem principiorum.

SECTIO III.

VT igitur propoſita quæſtio explicetur, illud animaduertendum eſt, artis & ſcientiæ vocabula accipi hoc loco, quemadmodum & in toto capite, promiſcuè & abſque diſcrimine pro quauis ſcientia, ſiue ea effectiua ſit, quæ propriè dicitur Ars, ſiue actiua, aut contemplatiua, quæ non tam dicuntur artes, quàm ſcientiæ. Deinde animaduertendum eſt, in artibus, & ſciẽtiis duo eſſe habituum genera, de quorum generatione quæſtio intelligi poſſit. Alij dicuntur apprehenſiui, quòd iis apprehendantur extrema, quibus conſtant earum pronunciata: alij iudicatiui, quòd illis de extremorum connexione iudicemus. Denique animaduertendum eſt, habitus iudicatiuos propter diuerſam iudicandi rationem de principiis, & concluſionibus, quibus omnia ſcientiarum pronunciata comprehenduntur, diuidi poſſe in iudicatiuos principiorum, & concluſionum. His poſitis iuxta hæc tria habituum genera tribus concluſionibus reſpondendum eſt. *Quo pacto artis & ſciẽtia nomina hoc loco vſurpentur.* *Duo habituũ genera in ſciẽtiis.*

PRIMA concluſio. *Vt generentur habitus apprehenſiui terminorum, & per modum habitus inſint, non opus eſt experimento, ſed aliqua ſenſus apprehenſione duntaxat, eáque multiplicata.* Prima pars probatur. Primùm, quia experimentum eſt iudicium quoddam, ſeu potiùs multa ſimul iudicia partis ſenſitiuæ: habitus autem apprehenſiuus intellectus non pendet ex vllo iudicio, ſiue intellectus, ſiue ſenſus; ſiquidem apprehẽſio intellectus, ex qua generatur habitus apprehenſiuus poteſt præcedere omne iudicium ſenſus, cùm ad illam ſatis ſit apprehenſio ſenſitiua, ſaltem multiplicata, vt patebit. Deinde, quia ſi ad id aliquo experimento opus eſſet; maximè opus eſſet experimento connexionis extremorum in rebus ſingularibus, quod tamen neceſſarium non eſſe ex eo conſtat, quia multi apprehendunt terminos vniuerſalium propoſitionum, qui nullum vnquam tulerunt experimentale iudicium de eorum connexione in ſingularibus, vt patet in iis, qui audiunt huiuſmodi propoſitionem, Omnis crocodilus mouet ſuperiorem mandibulam, nec tamen vnquam crocodilum viderunt. Poſtremò, quia multæ quæſtiones ſunt, de quibus neutram in partem iudicamus, veluti, Sintne ſtellæ pares, an impares, & eæ omnes, pro quarum vtraque parte paria ſunt momenta rationum: quarum cùm habeamus habitus apprehenſiuos, numquam tamen experientiam habuimus. *Prima concluſio.* *Habitus apprehẽſiui generantur aliqua ſenſus apprehenſione.* *Habitum apprehẽſiuũ nõ pẽdere ex iudicatiuo.*

Secunda

Quo pacto nihil ſit in intellectu, quid non prius fuerit in ſenſu.

SECVNDA pars probatur, quia *nihil eſt intellectu apprehenſum, quod non aliquo modo prius fuerit ſenſu cognitum*, vt omnes Philoſophi af- mant. Quod ita intelligendum eſt, vt vel per ſe fuerit ſenſu ceptum, veluti colores, vel per ſuas partes, vt vrbs aurea, & cætera, quæ fingimus, vel per ſua effecta, vt Deus Opt. Max. ſubſt[antiæ] ſeparatæ, & virtutes rerum naturalium noſtris ſenſibus occ[ult]æ, vel per aliquid ſibi ſimile, vt abſentes, & vita defuncti per de[pic]tas ipſorum imagines: aut per oppoſita, vt aſpera per leuia, tenebræ per lumen, non calidum per calidum, vel per ſua fundamenta, vt ſecundæ intentiones per res ſubſtractas, ſeu denominatas, vel aliquo alio modo.

Quando nã ſcientia ſit in intellecta per modum ſcientiæ.

TERTIA pars ex eo probari poteſt, quia nunquam ſcientia dicitur eſſe in intellectu per modũ ſcientiæ, niſi quando ea poſſumus vti, cùm volumus: non poſſumus autem vti habitibus apprehenſiuis terminorum ſcientiæ, cùm volumus, niſi quando in memoria ſenſitiua extat per modum habitus notitia alicuius indiuidui, aut plurium: vt verò aliquid imprimatur memoriæ ſenſitiuæ per modum habitus, non ſatis eſt ſemel, ac ſubitò rem apprehendiſſe, vt experientia didicimus.

ILLVD tamen animaduertendum eſt, adeò vehementem, tamdiúve continuatam eſſe poſſe vnam apprehenſionẽ ſenſus, vt quàm breuiſſimo temporis ſpatio relinquere poſſit in memoria ſenſitiua habitualem notitiam. Verùm de hac perinde iudicãdum eſt, atque de multiplicata, cùm de iis, quæ idem valent, eadem ſit ratio.

In iis eſt Ant. Andre. hoc lib. q. 5.

Contra nonnullos Scoti ſectatores.

EX his patet non rectè loqui quoſdam Scoti ſectatores, qui dicunt ad comparandos habitus apprehenſiuos terminorum cuiuſque ſcientiæ opus eſſe experimento. Nam etſi experimenti nomine intelligunt ſæpius iteratam ſenſus apprehenſionem, abutuntur tamen vocabulis cùm experimentum non ſit notitia apprehenſiua, ſed iudicatiua, vt dictum eſt.

Secunda concluſio. Habitus indicatiui experimento indigent.

SECVNDA concluſio. *Vt generentur habitus iudicatiui, in quibus intellectus ſine temeratis vitio principiis aſſentiatur, opus eſt experimento eorum in ſingularibus.* Hæc concluſio planè traditur ab Ariſtotel. in locis
Sect. 1. initio quæſtionis adductis, in quibus perſpicuum eſt eum loqui vni-
Tex. 26. uerſè & ſine vlla exceptione. Nam 2. Priorum capit. 23. ſic dicitur. *Omnia enim aut ſyllogiſmo, aut inductione approbamus.* Primo autem po-
ex. 33. ſter. cap. 14. hoc pacto. *Fieri autem non poteſt, vt vniuerſalia percipiantur, niſi per inductionem.* Loquitur autem de vniuerſalibus propoſitionibus, quas inductione, vel mediatè, vel immediatè cognoſci vult.
Tex. 17. Deinde 2. Poſt capite vltimo ſic ſcriptum eſt, *Neceſſe eſt igitur ipſa prima* (nempe principia) *inductione cognoſcere.* Denique hoc intelli-
Tex. 31. gendum eſſe in omnibus omnino ſcientiis, & artibus declarat Ariſtoteles in primo libro prioris Analyticæ capite 31. his verbis, διὸ τὰς μὲν ἀρχὰς τὰς περὶ ἕκαστον, ἐμπειρίας ἐστὶ παραδοῦναι. λέγω δ' οἷον τὴν ἀστρολογικὴν μὲν ἐμπειρίαν τῆς ἀστρολογικῆς ἐπιστήμης. ληφθέντων γὰρ ἱκανῶς τῶν φαινομένων οὕτως εὑρέθησαν αἱ ἀστρολογικαὶ ἀποδείξεις. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἄλλην ὁποιανοῦν ἔχει τέχνην τε καὶ ἐπιστήμην. Id eſt, *Quocirca cuiuſque principia tradere, experientiæ eſt. Dico autem, exempli cauſſa, Aſtrologicam*

cam experientiam , Aſtrologorum ſcientia eſſe. Sumptis enim, & lon- [illegible]ſu obſeruatis iis,quæ apparent, tum demum inuentæ ſunt Aſtrologorum dem[illegible]tiones:quod idem, in qualicumque alia,ſiue arte,ſiue ſcientia eodem modo ſe hab[illegible]. [illegible]c attulerim loca propter nonnullos, qui exiſtimant hanc concluſi[illegible] [illegible]on fuiſſe aſſertam ab Ariſtotele vniuersè,ſed indefinitè, quaſi ſenſer[illegible] [illegible]on omnium principiorum habitus introductione generari. Atque h[illegible] eandem, quam nos dicimus eſſe Ariſtotelis ſententiam,aſſerunt Al[illegible]nder, Themiſtius, Philoponus,Diuus Thomas Auen-rois,& alij plerique. *In locis citatis.*

PROBATVR autem concluſio primùm inductione ipſa,ſiue experimento. *Probatur ſecunda concluſio.* Nemo enim aſſentitur propoſito principio, niſi illud prius in multis indiuiduis verum eſſe expertus ſit, & in nullo reperiat inſtantiam, 1. aut certè cùm proponitur, priùs illud conferat apud ſe cum multis ſingularibus, quorum meminit, videátque num ita res habeat in ſingulis,an verò aliqua ipſi occurrat inſtantia. Et quidem in principiis cõmunibus ſatis aperta res eſt. Ecquis enim aſſentitur his principiis, *Omne totum eſt maius ſua parte, Si ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent ſunt æqualia*,& ſimilibus, qui non millies ea,cùm puer eſſet,expertus ſit in rebus ſingularibus? In principiis autem propriis,ſicuti eſt definitio naturæ, definitio motus,& ſimilia, ipſe labor ea inueniendi, & examinandi ſatis apertè indicat, quanta priùs experientia opus ſit cùm à poſteriori (vt dicitur) & longo effectorum experimento, ac inductione colligi ſoleant.

SECVNDO probatur, Quia cùm naturaliter non fiat tranſitus ab 2. vno extremo in alterum,niſi per medium;fieri non poteſt,vt homines conſueto naturæ modo aſſentiantur principiis, antequàm eorum habeant experientiam in pleriſque ſingularibus. Nam inter iudicium vnius ſinglaris propoſitionis,& iudiciumvniuerſalis principij,medium eſt experimentum.Etenim iudicium ſingularis propoſitionis vni tantùm ſingulari addictum eſt:iudicium verò vniuerſalis ad infinita diffunditur: at experimentum nec eſt vnius tantùm rei ſingularis, nec omnium,ſed quorumdam.

3. TERTIA ratio eſt.Quia certitudo cognitionis abſtractiuæ, qualis eſt cognitio vniuerſalium, indiget examine intuitiuæ, quæ in hac vita ſine ſenſu haberi non poteſt. *Notanda expoſitio. Cur quidam Philoſophi ſæpe ſint hallucinati.* Quod quidem examen quia Plato plerumque prætermiſit, nimium credens intellectui, qui ſolus, ac per ſe ſæpenumero hallucinatur: non mirum eſt,ſi ſæpe etiam lapſus ſit.Exempli cauſſa.Si Plato trutina experimẽti ſuum illud principium ponderaſſet, *Quidquid percipitur:ita exiſtit,vt percipitur*, animaduertiſſetque *D. Tho. paſſim.* quemadmodum candor lactis percipitur ſine dulcore, nec tamen ſine dulcore exiſtit,ita quoque euenire poſſe, vt naturæ vniuerſales ſine differentiis indiuiduantibus intelligerentur, nec tamen ſine eis exiſterent:nunquam tantam fidem habuiſſet propoſito pronunciato,vt ex eo naturas rerum ſeparatas à differentiis indiuiduantibus exiſtere collegiſſet. *Simpli. li. 6. phy. com. 53. & lib. 8. com. 25.* Nec verò Zeno Eleates tanti feciſſet rationes eas, *Factum, & egregia Diogenis doctrina.* quibus motum non eſſe concludebat,niſi nimium intellectui credendum putaſſet.Proinde eas rationes cùm Cynicus Diogenes aliquando in

d by Google

in publica diſputatione audiſſet, ſapienter ſimul, & facetè ſurrexit, ſoláque deambulatione reſpondit, vt ſignificaret non tanti æſti[illegible]das eſſe rationes, quas intellectus apud ſe excogitat, & pr[illegible]miſſo experimento ex ipſis quaſi penetralibus mentis dep[illegible], vt earũ cauſſa neganda ſint ea, quæ ſenſibus per ſe nota ſ[illegible]. Pro qua re, lege Ariſtotelem 8. libro Phyſicorum ad initium f[illegible]nè, ac finem tertij capitis. *Text. 26.*

TERTIA concluſio, *Non omnes hab[illegible] concluſionum indigent experimento ipſarum proprio, ſed quidam tant[illegible].* Probatur prior pars concluſionis. Primùm, quia ad comparandum habitum concluſionis ſatis eſt aſſenſus principiorum, & cõſequentiæ: omnes autem habitus quibus concluſiones ſciuntur ſimpliciter, hoc eſt, ſcientia, propter quid habentur ex principiis, ergo huiuſmodi habitus non indigent experimento ipſarum proprio, ſed ſuorum principiorum tantùm. Deindè quia Geometræ pauciſſimis poſitis principiis acquirunt ſcientiam multarum concluſionum Geometriæ, quarum connexiones numquam experti erant in rebus. *Tertia concluſio. Omnes habitus concluſionũ proprio experimento non indigere.*

POSTERIOR pars probatur, quia habitus, quibus concluſiones ſciuntur ſecundum quid, ſeu ſcientia ea, qua quod res ſit dumtaxat intelligitur, acquiri nequeunt ſinè experimento ipſarum proprio. Nã ſcientia qua tantùm ſcimus ita rem habere, vt concluſio ſignificat, aut comparatur ex effectis; aut ex cauſſis remotis: vtroque autem modo, neceſſaria eſt experientia concluſionis, vt inductione patet: Scientia enim, quam Medici à poſteriori habent de rheubarbaro, quòd ad bilem purgandam ſit idoneum, non aliter comparari potuit, quàm ex frequenti effectorum obſeruatione in multis indiuiduis. Item ſcientia, quam olim Aſtrologi habebant de Lunæ defectu, antequàm eius cauſſa proxima eſſet inuenta, non habebatur ex proxima, ſeu immediata, quæ eſt interpoſitio terræ, ſed ex remota, hoc eſt, ex perfecta eius oppoſitione: nunc autem videmus eam non aliter comparari potuiſſe ex huiuſmodi cauſſa, niſi quia frequenter obſeruatum eſt, cùm Sol, & Luna perfectè opponerentur: id eſt, per mundi diametrum, Lunam deficere: eodémque modo res ſe habet in cæteris. *Quotuplex ſit demõſtratio.*

Examen ſecundæ concluſionis.

SECTIO IIII.

Text. 6. SED contra ſecundũm concluſionem, in qua tota difficultas huius quæſtionis poſita eſt, ſic licet obiicere. Vt aſſentiamur principiis, ſatis eſt ſola terminorũ, extremorúmve cognitio: ergo non opus eſt experimento. Antecedens ſæpe traditur ab Ariſt. vt 1. Poſter. cap. 3. vbi ſic dicitur: *Principium ſcientiæ quoddam eſſe aſſerimus, quo, ſeu* (vt alij vertunt) *quatenus terminos cognoſcimus.* Et 1. Topicorum cap. 1. vbi de principiis ſcriptum eſt. *Prima ſunt, quæ non per alia, ſed per ſe ipſa fidem habent*, id eſt. ſola terminorum cognitione approbantur. *Primum argum. cõtr. 2. concluſionẽ.* *Text. 22. & 26.*

DEINDE, ſi Ariſt. crederet omnia principia inductione cognoſci, non dixiſſet 1. Eth. cap. 7. *Principiorum alia inductione, alia ſenſu, alia*

Digitized by Google

aſſuetudine, alia alio modo perſpici: cùm ergò diſtinxerit inductionem ab aliis modis cognoſcendi principia, ſatis patet, non putaſſe illum omnia principia cognoſci inductione, neque quod hinc ſequitur, experimento.

3. PRÆTEREA, definitiones geometricæ, quæ ante theoremata ponuntur, vt quid ſit linea, quid triangulus, ſunt quædam principia: hæc autem non indigent experimento, cùm iis propoſitis nemo ſit, qui non ſtatim aſſentiatur: igitur non omnia principia proprio indigent experimento. Quinetiam non ſatis videtur eſſe id, quod de communibus paulò antè dictum eſt: Neminem illis aſſentiri, qui non millies ea expertus ſit in rebus ſingulis, id enim ex accidenti videtur euenire. Nam etſi numquam præceſſiſſet in nobis eiuſmodi experientia, ſimul tamen atque illa proponerētur, eorúmque termini perciperentur, nemo eſſet, qui non illis aſſentiretur.

DEINDE, id, quod incertum eſt ac fallax, & minùs latè patet, non poteſt eſſe cauſſa eius, quod eſt certiſſimum, ac veriſſimum, & latiſſimè patens: *experimentum autem eſt incertum, & fallax*, vt Hippocrates ait, nec immeritò, cùm pendeat ex ſenſibus, qui ſæpè falluntur: & verſatur in paucis quibuſdam indiuiduis: habitus verò principiorum ſunt certiſſimi, ac veriſſimi, multóque veriores ac certiores, quàm habitus concluſionum; cúmque ſint de vniuerſalibus, infinita complectuntur indiuidua: non eſt igitur neceſſarium experimentum, vt generetur habitus principiorum. Quibus penè argumentis perſuaſus Albertus, & poſt eum Antonius Andreas oppoſitam concluſionē ſtatuunt: *Non omnes habitus principiorum experimento indigere; ſed ſola principia earum artium, quæ propriè hoc nomine appellantur, itemque Philoſophia naturalis, moralis, & Metaphyſica.*

Aphor. 1.

Albert. hoc loco tract. 1. cap. 6. Anto. And. q. 5.

NEMINEM tamen hæc mouere debent, vt à propoſita concluſione recedat. Primum namque argumentum facilè diſſoluetur, ſi dicas, cùm Ariſt. docet vt aſſentiamur principiis, ſatis eſſe ſolam terminorum cognitionem, non ſic intelligendum, quaſi excludat experimētum, quippe cùm ſæpe alibi neceſſarium eſſe ſentiat, ſed ita vt excludat medium terminum à priori, quo principia demonſtrari poſſint.

Ad principiorū cognitionem, num ſatis ſit cognitio terminorum.

Locis citatis pro ſecūda cōcluſione.

AD ſecundum dicendum eſt, inductionis nomen in loco citato nō poſſe accipi, vt complectitur omnes inductiones, cùm multæ ſenſuum miniſterio, multæ etiam aſſuetudinis obſeruatione fiant: ſed accipi pro iis tantùm, quæ fiunt in rebus Mathematicis, quæ vt tales ſunt, externis ſenſibus non ſubiacent: vt ſequentibus verbis ſignificentur inductiones ad ſenſum factæ, quæ vſui ſunt in rebus naturalibus, quæque morum obſeruatione colliguntur, & ſi quæ ſunt alia eiuſmodi. Itaque non negat Ariſtotel. iis verbis omnia principia inductione cognoſci, quod aliis locis apertè aſſeruerat, ſed ſolùm docet, non omnia cognoſci eodem inductionis modo.

Locus primi Ethicorum expoſitus.

AD tertium, quòd attinet ad principia propria, dicendum eſt, concluſionem noſtram non eſſe intelligendam de iis propriis principiis, quæ ſunt meræ poſitiones, hoc eſt, quæ ſolùm præmittuntur ad explicanda nomina, quibus in demonſtrationibus vtendum eſt: quales

les ſunt definitiones, quæ initio Geometriæ ponuntur. Nec enim præmittuntur ad declarandas rerum eſſentias, ſed vt is, cui fit demonſtratio, intelligat, quid Geometra ſignificare velit vocabulo lineæ, trianguli, & cæteris: ne demonſtrator in ipſo demonſtrationis curſu cogatur ea explicare. Quo fit, vt nihilominus Geometra demonſtret ſua theoremata, etſi definitiones, quas poſuit, non explicent eſſentias rerum, modò per eas conſtet, quid vocabulis, de quibus inter ipſos diſſeritur, ſignificetur. Hac autem de cauſſa appellauerim huiuſmodi definitiones, meras poſitiones, quia ſunt velut conuentiones quædam inter eos, qui diſſerunt, quaſi dicant, ponamus nomine lineæ ſignificari longitudinem ſinè latitudine, & profunditate; nomine triãguli figuram planam tribus lineis contentam: & ita in cæteris. Cùm ergo hæc principia cõuentione ſola conſtẽt, ſatis perſpicuũ eſt, nullo opus eſſe experimẽto, vt illis aſſentiamur. Alia ratio eſt de iis principiis propriis, quæ ad explicandas eſſentias rerum adhibentur: cuius generis ſunt definitio naturæ, motus animæ, & ſimiles; egent enim longa experientia, nec Philoſophi ita eas tradunt, quaſi dicant, ponamus nomine naturæ ſignificari id, quod eſt principium motus, & quietis, quicquid illud ſit: ſed poſito, naturam eſſe, quia res naturales ſenſu ipſo exiſtere cernantur: ex longa tandem motus, & quietis obſeruatione, docent quid ea ſit, eodémque modo res ſe habet in cæteris. Quòd verò attinet ad principia communia, dicendum eſt, non euenire per accidens, vt prius ea experiamur in rebus ſingulis, quàm aſſenſum adhibeamus. Eſſet enim temerarius aſſenſus, ſi prætermiſſo examine experientiæ, illa admitteremus: vt patet ex dictis. Atque hac ratione Ariſt. priori lib. de Gener. cap. 8. meritò inuehitur in quoſdam, quòd prætermiſſo examine ſenſus ſolam rationem ducem ſequerentur.

Quorſum poſitiones in ſcientiis præmittãtur.

Tex. 58.

QVOD ſi quis obiiciat, ſatis eſſe vnicum iudicium ſenſus ad examen primorum principiorum, quod videntur pueri experiri, cùm illa à præceptoribus ſubiecto vnico ſenſibili exemplo proponuntur: reſpondendum eſt, vnicum exemplum, ſi quando videtur rem conficere, non id facere virtute tantùm ſua, ſed præcedentium, quæ tum in memoria reuocantur: quo pacto fuſo exercitu, ſi miles vnus pedem referat, deinde alius, atque alius ſe adiungat, is, qui primus globo facto hoſtem aggreditur, non vi ſua, ſed virtute commilitonum redintegrat bellum. Quo exemplo eadem penè ratione vtitur Ariſtoteles extremo ſecundo poſterioris Analyticæ, cùm agit de modo, quo gignuntur habitus principiorum. Itaque ſemper neceſſarium eſt multorum ſingularium examen, vt principiis tanquam principiis & velut firmis ſcientiæ fundamentis inhæreamus. Veráque omnino eſt ſententia illa Sapientiæ de ſe loquentis, quam ex Afranio citat Gellius. *Vſus me genuit, mater peperit memoria: Sophiam vocant me Graij, vos ſapientiam*: quo loco nomine vſus, experientia ſignificatur.

Obiectio.

Dilutio.

Extremis penè verbis.

Lib. 13. cap. 8. Afranij ſententia.

Caietani ſententia.

Caiet. 2. Poſt. ad cap. 18.

AD quartum, ſi Caietani ſententia probanda eſſet, dicendum foret, experimentum eſſe neceſſarium ad iungendos aptè terminos. Quamquàm enim teneas rationem totius, & partis: ſi tamen totum & partem non iungas in formam huius pronunciati. *Omne totũ eſt ma-*

Digitized by Google

ius ſua parte, numquam eius principij habitum comparabis: numquam autem id videtur fieri poſſe in vniuerſalibus, niſi prius fiat in ſingularibus. Sed primùm; Si ob hanc cauſſam experimentum adhibendum eſt, iam erit præceptoris opera, qui aptè proponat terminos. Deinde ſatis erit, quiſque ſemel aptè illos coniungat. Poſtremò, habitis terminis vniuerſalibus, non neceſſe re vera eſt, vt priùs illi iungantur in ſingularibus quàm inter ſeſe. Dicendum eſt igitur, Veram & propriam cauſſam habituum principiorum, eſſe lumen intellectus, quo cernimus prædicata eſſe immediata ſubiectis: neque experimentum eſſe neceſſarium, vt veram, & per ſe cauſſam illorum: neque item vt id, ſinè quo termini aptè coniungi non poſſint, ſed idcirco eſſe neceſſarium, quia, vt diximus, nemo, abſque erroris periculo principiis aſſentitur, niſi illa expertus ſit in aliquibus ſingularibus, nullámque reperiat inſtantiam. Quocircà rectè ait Auenrois. 8. Phyſicorum libro; *Experimentum verorum ſermonem eſſe, vt conueniant cum iis, quæ ſenſibus percepta ſunt: non autem, vt hæc cum illis congruant.*

Refutatio.

Vera & propria cauſſa habituum principiorum, eſt lumen intellectus.

Com. 22.

QVOD ſi quis hunc in modum vrgeat: Cùm intellectus noſter videt prædicata eſſe immediata ſubiectis, non eſſe, cur debeat cohibere aſſenſum, dum experientiam eius rei capiat: præſertim cùm ea ſæpe fallat: Occurrendum eſt, & experimentum per ſe aliquando fallere, & intellectum nonnumquam in ea re hallucinari. Verùm cùm ambo cōueniunt, tunc habent omnem certitudinem quæ naturaliter haberi poteſt. Dico autem, *naturaliter*: quia aliquando etiam hæc ambo ſimul iuncta non omnino veritatem attingunt, vt fidei doctrina docet. Nam etſi intellectus noſter remota doctrina fidei, non temerè aſſentiebatur huic pronunciato, quaſi primo principio, *Quæ ſunt re ipſa eadem vni, & eidem tertio, ſunt re ipſa eadem inter ſe* (ſiquidē & intellectus lumine ſuo iudicabit illud eſſe veriſſimum, & experientia in rebus omnibus, in quibus à nobis capi poteſt, ita eſſe docebat) poſtquam tamen altiſſimum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium reuelatum eſt, non ita latè illi aſſentiri debet. Etenim diuinæ perſonæ ſunt eædem re ipſa cum diuina eſſentia, quæ vna, atque eadem numero eſt in illis omnibus, & tamen illæ non ſunt eædem re ipſa inter ſe.

Obiectio.

Dilutio.

Quàm ſit certa cognitio principiorum naturaliter acquiſita.

Diuinæ perſonæ ſunt eadem in eſſentia diuina, ſed non inter ſe.

Solutio ambiguitatum, quæ initio propoſita ſunt.

SECTIO V.

HIs ita explicatis, nullius negotij eſt ambiguitates initio propoſitas diſſoluere. Ad priorem enim dicendum eſt, non eſſe pugnantia ea, quæ ab Ariſtotele hoc capit. dicuntur, etiam ſi (vt quidem exiſtimo) de concluſionum experientia præcipuè loquatur. Nam quod ait, *artem & ſcientiam per experientiam hominibus prouenire*, verum eſt vniuerſè de omnibus artibus, quoad earum inuentionem, ſumpta fermè experientia pro experientia cōcluſionum. Is enim ferè eſt modus procedendi noſter, cùm abſque præceptore ſcientiam comparamus, vt ab effectis: ad cauſſas, & à cauſſis remotis: ad proximas progrediamur, quod non fit abſque experimento ipſarum concluſionum proprio. Namque *ex cognitione effectorum, &*

Conciliantur duo Ariſtotelis loca.

Modus ſcientiæ comparādæ per inuentionem.

rum, & ignoratione cauſæ cœperunt homines philoſophari, vt Ariſtoteles ait capite ſequenti, id quod non ſolùm in rebus naturalibus, & iis, quæ ad mores pertinent, ſed in Mathematicis etiam, in quibus principia demonſtrationum propter quid, promptiora ſunt, fere videmus accidiſſe. Priùs enim Mathematici (Ariſtotele eodem loco teſte) cognouerunt ex effectu ſolem reuerti ex Tropicis, diametrúmque quadrati non eſſe commenſurabilem lateri, quàm earum rerum cauſſas inuenirent: quod idem in pleríſque aliis concluſionibus, quibus Geometria, cæteræque artes Mathematicæ celebrari cœperunt, eueniſſe, argumento eſt illud Pythagoræ factum, qui cùm antè experientia cognouiſſet *trianguli orthogonij ſubiectum latus tantumdem valere, quantùm quæ rectum angulum continent* (quod eſt theorema 33. apud Euclidem in 1. Element.) eiúſque rei demonſtrationem diu quæſitam inueniſſet, tantam ex ea re voluptatem cepit, vt Muſis, auctore Proclo, in gratiarum actionem bouem obtulerit: vel vt refert Laërtius ex Apollodoro, Hecatomben, quod erat centum victimarum eiuſdem generis, veluti centum ouium, hœdorum, aliorúmve animalium ſacrificium. Ita patet id, quod Ariſtotel. docet in verbis citatis huius cap. *omnes artes experientia comparari*, verum eſſe, quo ad earum inuentionem, quæ ferè cœpit ab experimento concluſionum, quarum cauſæ, ac principia temporis progreſſu quæſita ſunt, tametſi multæ concluſiones ex principiis experientia compertis, deductæ ſunt à primis inuentoribus, antequam concluſionum experientia haberetur. Non tamen idcirco falſum eſt id, quod poſtea ſubdit, *quoſdam artifices carere experientia*: Poſſunt enim carere experientia concluſionum propria, quicunque ſiue doctrina (quod commune eſt) ſiue inuentione (quod multò paucioribus accidit) per principia Scientiam aſſequuntur.

Pythag. ſacrificium.

Proclus in 1. Euclidis. libr. 4. Laert. in Pythagora.

Quo pacto primus locus ſit intelligendus.

Quo pacto ſecundus.

AD poſteriorem ambiguitatem dicendum eſt, omnes artes, quæ principiis innituntur, cōparari experimento principiorum: non tamen omnes experimento concluſionum, vt rectè probant argumento pro vtraque parte: quæ proinde non pugnant inter ſe. Nec verò Medicis ſcholaſticis, aut pueris Arithmeticis, aut Geometris, qui à priori experimento edocti ſunt, deeſt experientia eorum principiorum, quibus præceptores in demonſtrãdo vſi ſunt: vt patet ex dictis. Quòd verò attinet ad motum noni orbis, qui à poſteriori cognitus eſt: dicito, ſatis fuiſſe inductionem effectorum per partes, hoc eſt, per motus aſtrorum, quæ ad motum proprium illius orbis mouentur, centum videlicet annis gradu vno, quòd tamen multorum ſibi ſuccedentium Aſtrologorum obſeruatione, quæ pro vnius experimento haberi poteſt, cognitum eſt.

Motus noni orbis qua ratione cognitus.

HABES ex hac quæſtione, quo pacto omnes artes ac ſcientiæ experimento gignantur, ſiue per inuentionem acquirantur, ſiue per doctrinam, quæ tandem ad inuentionem alicuius præceptoris reducitur. Quo autem pacto à principiis ad concluſiones procedatur, & vtrum neceſſe ſit prius aſſentiri vtrique aſſumptioni, quàm concluſioni, an verò eodem momento, quo aſſumptioni aſſentimur, ſe-

Quæſtionis ſumma.

quatur aſſenſus, quo concluſionem approbamus, & num præcedere quoque debeat aſſenſus tertius, quo approbetur conſecutio: & quo pacto, tempore, an natura: & vtrum aſſenſus adhibitus concluſioni demonſtratæ [illegible] at etiam in principia, & conſecutionem: ſuo loco, id eſt, ad initium Poſt[illegible]oris Analyticæ explicandum eſt.

ad Cap. 1.

SINT NE OMNES ACTIONES ſingularium.

QVÆSTIO V.

Argumenta pro vtraque parte.

SECTIO PRIMA.

Triplex quæſtionis ſenſus.

TRIBVS modis intelligere poſſumus actiones eſſe ſingularium. Vno, quia oriantur à ſingularibus, tanquam ab agentibus, quo pacto dicimus: Domini eſſe præcipere, ſerui autem mandata exequi. Altero, quia recipiátur, ſiue exerceantur in ſingularibus, quo modo dicimus, Animaliũ eſſe ſanari, & ægrotare. Tertio, quia terminentur ad ſingularia, in quo ſenſu dicimus: primam generationem humanam fuiſſe Caini, & primam creationem Regis in populo Iſraëlitico, Saulis.

Quo ſenſu Ariſt. hoc loco affirmatiuam partem aſſeruerit. d. 12. q. 3. ad 2.

AC Ariſtoteles quidem in hoc capite affirmatiuam quæſtionis partem in ſecundo tantùm, & tertio ſenſu aſſeruit iis verbis: *Actiones verò generationesq́; omnes in ſingularibus verſantur.* Quocirca meritò Scotus in quartum Sententiarum librum reprehendit eos, qui hoc loco affirmatiuam partem in primo ſenſu tradi exiſtimant. Tractanda tamen eſt à nobis quæſtio etiam in primo, nõ ſolùm quia præcipuus eſt, & ſtatim propoſita quæſtione occurrit, ſed etiam, quia eius tractatio coniuncta eſt cum cæterorum tractatione, ad eámque non parum conducit, vt patebit.

Quo pacto quæſtio ſit facilis.

AFFIRMATIVAM igitur partem in omnibus ſenſibus veram eſſe, ſi verba quidem ipſa ſpectemus, hac ratione perſpicuè videtur colligi, Quia cùm ſola ſingularia exiſtant in rerum natura, nemini dubiũ eſſe debet, quin ea ſola poſſint cùm agere, tum etiã recipere, ac terminare actionem. Item hac: Quia cùm omnis actio ſit determinata, & quæ deſignari poſſit, neceſſe eſt vt à deſignata aliqua re proficiſcatur, & in deſignatum ſubiectum recipiatur, & ad deſignatum aliquid terminetur: quicquid autem deſignari poteſt, ſingulare proculdubio eſt.

SI verò nomine ſingularium (quod plerique Theologi volunt) intelligamus ſuppoſita, quæ definiri ſolent. *Singularia per ſe exiſtentia completa, & incommunicabilia,* vt eſt Socrates, Plato, Callias, non leuia occurrunt argumenta, quibus potius negatiua pars videatur amplectenda.

Primum arg.

NAM quò attinet ad primum ſenſum, non videntur omnes actiones oriri à ſuppoſitis, vt à cauſis agentibus. Primùm, quia calefactio oritur

oritur à calore, vt à cauſſa agente, eodémque modo frigefactio à frigore, calor autem, & frigus, cùm per ſe non exiſtant, ſuppoſita dici non poſſunt. Deinde, quia omnes potentiæ, ſeu facultates, quæ ſunt proprietates naturarum communium, oriuntur ab ipſis naturis communibus, vt à cauſſis agentibus: veluti facultas ridendi, à natura humana, & tamen naturæ communes, nec ſingularia ſunt, nec omnino per ſe exiſtũt, vt ſuppoſita dici poſſint. Quinetiam ex eadem priori propoſitione videtur colligi, ipſos etiam potentiarum actus oriri à naturis communibus, vt à cauſſis agentibus: veluti actum ridendi, ab eadem humana natura. *Eius enim eſt actus, cuius eſt potentia*, vt Ariſt. ait in lib. de Somno, & Vigilia, id eſt, ab eo oritur actus, à quo oritur potentia. Poſtremò, quia diuinæ operationes, quæ exercentur in creaturis (quas Theologi vocant operationes ad extra) proficiſcuntur à Deo, vt eſt communis tribus diuinis perſonis, tamquam cauſſa agente: cùm tamen dicendum non ſit Deum, vt eſt communis tribus hypoſtaſibus, eſſe ſuppoſitum.

Contra primũ ſenſum. 1.

3. Operationes ad extra, in diuinis ſũt cõmunes.

QVOD verò attinet ad ſecundum ſenſum: nõ videntur etiam omnes actiones recipi in ſuppoſitis. Primò, quia multæ recipi poſſunt in anima ſeparata, quæ tamen, cùm non ſit ſubſtantia completa, ſed ſuaptè natura pars humanæ naturæ, non eſt prima ſubſtantia, ac proinde nec ſuppoſitum. Secundò, quia generatio ſubſtantialis eſt actio quædam, & tamen ſubiectum, in quo recipitur, vt Ariſt. docet 5. Phyſico capite 1. & 1. de Gener. capite 4. eſt materia prima, quæ cùm non poſſit per ſe naturaliter exiſtere, ſuppoſitum eſſe nequit. Tertiò, quia multæ actiones ſunt in natura humana, quæ aſſumpta eſt à Verbo diuino, cùm tamen illa non ſit ſuppoſitum: vt ex ſacræ Fidei doctrina oſtendunt Theologi.

Primum arg. contra ſecundum ſenſum.

Text. 7.
Text. 24.

Natura humana in Verbo nõ eſt ſuppoſitum.

QVOD denique attinet ad tertium, nõ videntur quoque actiones omnes terminari ad ſuppoſita: primò, quia actiones intellectus, quibus vniuerſalia concipiuntur, terminantur ad naturas communes, ſeu vniuerſales. Secundò, quia omnes motus ſunt actiones quædam, *motuum autem* (vt Ariſtoteles docet 5. Phyſ. capite 1. & 2.) *alij terminantur ad quantitatem, alij ad qualitatem, alij ad locum*: quæ, quia ſunt accidentia, ſuppoſita dici nequeunt. Tertiò, quia cauſſis vniuerſalibus reſpondẽt effecta vniuerſalia, vt patet ex 2. Phyſ. cap. 3. verbi gratia, proprius effectus ſtatuarij non eſt hæc ſtatua, ſed ſtatua in commune, nec effectus proprius, ſiue adæquatus artificis eſt hoc arte factum, ſed arte factum in commune. Non terminatur igitur actio cauſſarum vniuerſalium ad ſingularia, ſed ad vniuerſalia. Quare neque ad ſuppoſita. Quòd ſi quis dicat, cauſſas vniuerſales non eſſe cauſſas per ſe, ſuorum effectuum, ſed per accidens, quòd nihil efficiant, niſi per ſingularia: in hac autem quæſtione, non eſſe ſermonem de cauſſis per accidens: obiici contrà poteſt, falſum eſſe id, quod aſſumitur: tum quia effecta vniuerſalia demonſtrantur per cauſſas vniuerſales, cùm tamen nullus effectus demonſtrari poſſit per cauſſam per accidens; tum etiam, quia effecta vniuerſalia expetuntur, &, vt dici ſolet, intenduntur per ſe à cauſſis vniuerſalibus, effecta autem per ſe intenta non ſunt

Primum arg. contra tertiũ ſenſum. 2.

Text. 8.
Text. 18.

Text. 127.

Reſponſio.

Cõtra reſpõſionem.

Digitized by Google

ſunt effecta per accidens. Quòd autem intendantur, per ſe, à cauſsis vniuerſalibus, inductione patet. Ignis enim per ſe intendit ignem, ſecundùm ſpeciem, & equus equum, eodémque modo res habet in cæteris. Atque [illegible] eſt, quod Auicenna ſcribit in primo lib. Sufficientiæ, *ſpecies eſſe per ſe inten[illegible] à natura, non indiuidua.*

Cap. 1.

Expon[illegible] pronunciatum Ariſtotelis.

S[illegible]TIO II.

Quas actiones intelligat Ariſtot. cum ait: Actiones &c. verſari in ſingularibus.

QVæſtio hæc ea ratione explicabitur rectè, ſi expoſuerimus, quas actiones intelligat Ariſtoteles, cùm ait: *Actiones, generationéſque omnes in ſingularibus, ſiue circa ſingularia verſari.* pro quibus item rebus ſingularium nomen accipiat, ac demum, quo pacto totum pronunciatum intelligendum velit.

Quorumdã opinio.

SVNT qui dicant, nomine actionum intelligi eo loco ab Ariſt. ſolas actiones tranſeuntes, aliíque addũt non omnes tranſeuntes, ſed eas tantùm, quibus aliquid extra ipſum agens poſt actionem confectum relinquitur: cuius generis, eſt curatio ægroti, quæ in exemplũ affertur. Quo pacto dicendum eſſet, verba illa *Generationéſque* explicationis gratia adiecta fuiſſe, quòd Generationis vocabulum etiam latè ſumptum, iis tantùm actionibus accõmodetur, quibus agens ex materia externa aliquid conficit. Verùm hæc ſententia non eſt probanda, non ſolùm quia anguſtè admodũ loquitur de actione, ſed, quia multæ ſunt practicæ ſciẽtiæ, quæ nihil extrà confectum relinquunt: vt Cithariſtarum & Tibicinum artes, & nonnullæ etiam, quæ in actibus immanentibus præcipuè verſantur, vt Scientia de moribus, quas tamen omnes eo pronunciato probat Ariſtoteles inferiores experimento eſſe in agendo.

Quid alij dicant.
Actiones intentionales, quæ.

ALII dicunt intelligendas eſſe actiones reales, non intentionales, vt vocant. Dicuntur autem intentionales eæ omnes, quibus agentia aſſimilant ſibi id quod patitur, non ſecundùm eſſe reale eiuſdem ſpeciei, ſed ſecundum aliquam ſimilitudinem, per quam ſenſus, aut intellectus in ea poſsit intendere, quo pacto color agit in oculos, & in aërem interiectum. Sed neque huiuſmodi ſententia probanda eſt: tum quia actus intelligendi eſt actio realis, & tamen non ſemper varſatur circa ſingularia obiecta, ſed ſæpe circa vniuerſalia, vt abſtracta ſunt à ſingularibus, tum etiam quia actiones intentionales ſunt actiones trãſeuntes, ac verè generationes accidentariæ, quæ omnes comprehenduntur nomine generationum latè accepto, quo pacto in propoſito pronunciato ſumendum eſt.

Auctoris ſententia, pronũciatum Ariſt. intelligendum eſſe de actionibus, vt diſtinguntur à cognitionibus.

CREDIDERIM in toto pronunciato intelligendas eſſe actiones, vt diſtinguntur à toto genere cognitionum: non quòd cognitiones ſenſitiuæ, & plurimæ intellectiuæ non verſentur circa ſingularia, ſed quia cognitio ex ſuo genere poteſt verſari complete circa vniuerſalia, vt abſtracta ſunt, & quaſi ſeiuncta à ſingularibus: cæteræ autem actiones, ex ſuo genere, numquam conplete verſantur circa vniuerſalia ſic accepta, quod ex iis quæ dicenda ſunt, patebit. Eſtque pronunciatum Ariſtotelicum hoc modo explicatum, non parum ad rem: comparat enim Ariſtoteles eo loco artem cum experientia, quoad actionem, vt

gitized by G

vt opponitur cognitioni,atque cócludit,artẽ, quòd ad actionẽ attinet, eſſe inferiorem experiẽtia:propterea quòd actiones, generationéſque omnes verſantur circa ſingularia,quæ magis cadunt ſub experientiam, quàm ſub ſcientiam; quòd verò attinet ad cognitionem, eſſe ſuperiorem,eò quòd ars,ſiue ſcientia in vniuerſalibus verſetur,quæ non attinguntur ab experientia,niſi per accidens.Dixi *in toto pronunciato:*quia etſi nomen Actionis,ſiue Praxeωs, quo Ariſtoteles vtitur,non ſignificat niſi actiones liberas, tamen adiuncta verba illa *generationéſque omnes,* complectuntur cæteras. Itaque pronunciatum comprehendit omnes actiones, quæ non ſunt cognitiones, à quibuſcunque agentibus ille prodeant, eſtque admodùm generale, & ad pleraque etiam alia probanda vim habet.

Nomine ſingularium non eſſe intelligenda ſola ſuppoſita.

NOMINE autem ſingularium volunt plerique Theologi intelligenda eſſe ſuppoſita, eò quòd eſſe primò conueniat ſuppoſitis; actiones autem primò verſantur circa ea,quibus primò eſſe conuenit,Cùm autem eis obiicitur anima ſeparata, circa quam multæ actiones verſari poſſunt,& natura item diuina,vt eſt communis tribus diuinis ſuppoſitis;dicunt, animam ſeparatam,& naturam diuinam,etſi non propriè,& completè: certè incompletè poſſe dici ſuppoſita, atque vt loquantur propriè, concludunt, actiones omnes verſari circa ſingularia per ſe exiſtentia, quod potius dicendum eſt, vt patebit ex ſequentibus.

Quot modis actio dicatur verſari circa aliquid.

DENIQVÆ,omnes actiones verſari circa ſingularia(quę eſt totius prononciati ſententia)pluribus modis intelligi poteſt;vel per ſe,vel per accidens,itémque,aut vt circa ſubiecta,aut vt circa terminos,obiectáve:dicimus enim ſtatuarij actionem verſari per ſe circa ſtatuam, per accidens,circa album aut nigrum: itémque circa lignum,vt circa ſubiectum,materiámve, in qua recipitur: circa ſtatuam verò, vt circa terminum ſuum obiectúmque artis, quod etiam nonnumquam vocatur materia circa quã,non vt in eo ars, aut potentia aliquid agat,ſed quòd in eius conſideratione verſetur,aut ſaltem in illud intendat.Quod igitur ad ſenſum totius propoſitionis attinet,planè docet Ariſtoteles velle ſe,vt verbum *verſari* intelligatur per ſe,& non per accidens,cùm ait: *Neque enim hominem curat Medicus,niſi per accidens,ſed Calliam,* & paulo poſt:*Id enim quod ſingulare eſt magis ſub curationem cadit*: quia nimirum cadat per ſe,vniuerſale autem per accidẽs,& ratione ſingularis. Atque ex eodem exemplo colliges verbum *Circa*,ita ſumendum eſſe, vt ſenſus ſit, verſari omnes actiones circa ſingularia, vt circa ſubiecta, & vt circa terminos, obiectáve:verſatur enim actio medici circa Calliam,vt circa ſubiectum curationis,circa Calliam verò ſanum,vt circa curationis terminum,obiectúmque artis in agendo,

7.Inſtit. Dia. c.9.

Explicationis ſumma.

Amplificatur pronunciatũ.

ITA perſpicuum eſt,pronunciatum Ariſtotelis intelligendum eſſe de actionibus, quæ non ſunt cognitiones, quas omnes ait verſari per ſe circa ſingularia per ſe exiſtentia: idque non modo tamquam circa ſubiecta, ſed etiam tamquam circa terminos, & obiecta. Adde, proficiſci etiam eas omnes à ſingularibus per ſe exiſtentibus, tamquam à per ſe agentibus, quod etſi Ariſtoteles eo pronunciato non

declarat, alibi tamen planè docet, vt mox patebit, Hæc igitur ſi vera ſunt, perſpicuum eſt, affirmatiuè reſpondendum eſſe ad quæſtionem propoſitam in omnibus tribus ſenſibus. Sint ne autem vera, & qua ratione, nonnullis aſſertionibus explicandum eſt.

Vera explicatio quæſtionis.

SECTIO III.

Prima aſſertio. Omnes actiones proficiſci ab agentibus ſingularibus probatur.

PRIMA Aſſertio ſit, *Omnes actiones proficiſci per ſe ab agẽtibus ſingularibus per ſe exiſtentibus.* Quæ hunc in modum probatur. Actio ſupponit exiſtentiam rei agentis, ſaltèm in principio actionis (quod addiderim propter motum proiectorum à proiicientibus, & grauium, ac leuium à generantibus) ergo nihil per ſe agit, niſi quod per ſe exiſtit: nihil autem
1. omnino per ſe exiſtit, niſi ſingulare, cùm vniuerſalia omnia per ſua ſingularia exiſtant: omnes igitur actiones proficiſcuntur per ſe, à ſin-
2. gularibus per ſe exiſtentibus. Deinde: Vnaquæque res eſt propter ſuã operationem, alioquin otioſa eſſet in rerũ natura: igitur ſi quid ſuaptè natura idoneum eſt ad agendum per ſeſe, id tale ſit neceſſe eſt, vt poſſit exiſtere per ſeſe. *2. de Cœlo ca. 3. text. 17.*

Ratio præcipua pro anima ſeparatione.

ADHÆC, præcipua ratio, qua præſtantiſsimi quique Philoſophi probant animam humanã poſſe per exiſtere, poſt hominis diſſolutionem, eſt: Quia poteſt habere operationem per ſeſe, & non concurrente ad eam corpore operationem, inquam, intellectus, & voluntatis, ad quas per accidens concurrit corpus: ſentiunt igitur, quicquid per ſe agere poteſt, poſſe exiſtere per ſe: quicquid ergo per ſe agit, per ſe exiſtit, at nihil exiſtit omnino per ſe, niſi ſingulare, vt iam oſtenſum eſt: igitur omnis actio perficiſcitur per ſe à ſingulari per ſe exiſtente.

Vbi nã Ariſt. propoſitã aſſertionẽ tradiderit.

ATQVE hæc aſſertio, etſi non continetur in propoſitione Ariſtotelica paulò antè expoſita, colligi tamen poteſt ex iis, quæ Ariſtoteles *Text. 64.* ſcribit 1. libro de Anima cap. 4. cùm ſic ait. *Dicere autem animam iraſci, vel timere, ſimile eſt, atque ſi quis dicat, animam texere, vel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere, non animam, ſed hominem anima miſereri, vel diſcere, vel rationari.* Quibus verbis docet, non attribui actionem parti tamquam agenti, ſed toti, tametſi totum agat per partem: quod non alia de cauſſa dictum eſt, niſi quia pars, dum eſt in toto, non omnino exiſtit per ſe. Dico autem, *Non omnino exiſtit per ſe*: Quia & ſi anima humana, dum eſt in corpore, ea ratione dici poteſt exiſtere per ſe, quia habet exiſtentiam non pendentem ab vllo corpore: tamen non omnino exiſtit per ſe, quia exiſtit vt pars conſtituens hominem. Itaque hinc colligendum eſſe vult Ariſtoteles, actiones omnes proficiſci per ſe à ſingularibus per ſe exiſtentibus, quòd præſtantiores Theologi ex eo loco colligunt, non ex hoc, in quo nunc verſamur.

Secunda aſſertio. Omnes actiones recipi in ſingularibus probatur. 1.

SECVNDA aſſertio ſit, *Omnes actiones recipi per ſe in ſingularibus, per ſe exiſtentibus.* Quæ aſſertio primùm in actionibus immanentibus perſpicuè colligitur ex ſuperiori. In hoc enim genere actionum idem eſt agens, & quod patitur, ſiue quod actionem recipit. Eadem quoque manifeſtè colligitur ex ſuperiori in iis actionibus, quæ

quæ recipiuntur in patientibus diuerſis ab agentibus, ſi illis per actionem reſiſtant. Vniuersè autem hunc in modum probari poteſt: Recipere per ſe actionem nihil aliud eſt, quàm illam in ſe non ratione alterius ſuſtinere, hoc autem præſtari non poteſt, niſi ab iis, quæ per ſe exiſtunt, quandoquidem alia omnia indigent aliquo vt ſuſtineantur: nihil igitur per ſe recipit actionem, niſi ſit ſingulare per ſe exiſtens. Exempli cauſſa, frigus aquæ non recipit per ſe actionem, qua intenditur, aut remittitur, quia ſuſtinetur ab aqua: ſed aqua eſt, quæ eiuſmodi alterationem patitur, ac ſuſtinet. Præterea, ratio cur primæ ſubſtantiæ ſubiiciuntur cæteris omnibus, quæ per ſe ponuntur in prædicamentis (vt Ariſtoteles ait in Categoriarum libro, & eſt communis Philoſophorum ſententia) non alia dici poteſt, niſi quia inter ea omnia ſolę primę ſubſtantię exiſtunt omnino per ſeſe: igitur vt res per ſe ſubiiciantur actionibus agentium, oportet, vt omnino per ſe exiſtant, ſiue completæ illæ ſint, vt Socrates, ſiue incompletæ, vt anima ſeparata Socratis.

2. Recipere actionem quo pacto hic, intelligatur.

3. Locus Prædicamentorum explicatur.

Cap. de Subſtantia.

SED contra hanc aſſertionem opponet aliquis: Materiam primam numquam per ſe exiſtere, & tamen per ſe recipere actionem, qua introducitur forma ſubſtantialis; ergo non quicquid per ſe recipit actionem, eſſe ſingulare per ſe exiſtens: probabitque antecedens ex eo, quia quod corrumpitur, non recipit per ſe formam eius, quod generatur, alioqui maneret per ſe in compoſitione rei genitę, neque verò id, quod generatur, quia iſto modo, iam id quod generatur, ex ſe ipſo conſtaret.

Obiectio.

Huic obiectioni reſpondendum eſt, ipſam momentaneam introductionem formæ ſubſtantialis, non eſſe actionem, ſed actionis terminum, vt alibi docebimus: actionem autem præcedentem, quæ terminatur ad coniunctionem formæ geniti cum materia corrupti, recipi in eo, quod corrumpitur, eámque actionem eſſe propriè generationem, quatenus terminatur ad formam ſubſtantialem, quæ in fine actionis in materia reſultat ſeu potiùs ad compoſitum ſubſtantiále, quod reſultat ex materia, & eiuſmodi forma. Qua de cauſſa ſæpe ab Ariſtotele ſcriptum eſt: *Id quod generatur, cùm generatur, nondum eſſe*, quod falſum planè eſſet, ſi ipſam momentaneam introductionem formæ generationem appellaſſet. Verum de hac re libro 8. luculentius, quo loco expendemus, quo pacto formæ incipiant eſſe, & qui fieri poſſit, vt omnes reſultét in materia vt generationum præcedentium, & tamen humana incipiat eſſe per creationem, quæ eſt actio non Phyſica.

Solutio.

Momentaneam formæ ſubſtantialis introductionē, non eſſe actionem ſed actionis terminum.

Creatio eſt actio nō phyſica.

ATQVE hæ duæ aſſertiones veræ ſunt in omnibus omnino actionibus etiam in iis, quæ ſunt cognitiones: quod perſpicuum eſt ex ipſa earum probatione, ob idque nullam reſtrictionem actionum verbo adhibuimus.

Quàm latè pateant 1. & 2. aſſertiones

TERTIA aſſertio ſit: *Omnes actiones, quæ cognitiones non ſunt, verſari per ſe circa ſingularia per ſe exiſtentia.* Quæ aſſertio primùm probatur in actionibus tranſeuntibus. Siue enim per eas fiat aliquid ſimpliciter, vt per generationem aquæ, ſiue ſecundùm quid, vt per calefactionem eiuſdem, ſemper id, quod fit, eſt compoſitum per ſe exiſtens: quod vel incipit exiſtere per ſeſe, vel incipit eſſe tale, aut tantum, &c. Namque per generationem nec fit ſubiectũ, quod iã erat, nec verò ipſa

Tertia aſſertio. Omnes actiones quæ non ſunt cognitiones verſantur circa ſingularia, probatur. 1.

forma per ſeſe, cuius nulla pars antè exiſtebat, ſed ipſum compoſitum, quod ex vtroque conficitur, vt Ariſtoteles accuratè docet ſeptimo libro huius operis, capite. 8. In actionibus autem immanentibus, quæ non ſunt cognitiones ex eo probatur aſſertio: quia eiuſmodi actiones *Text. 26. & 27.* non aliæ ſunt, quàm operationes appetitus, ſiue ſenſitiui, ſiue intellectiui, quos non verſari per ſe niſi circa ſingularia per ſe exiſtentia, perfacilè primùm intelligi poteſt in iis, quæ ſunt appetitus ſenſitiui. Nam cùm ſenſus non verſetur niſi circa ſingularia per ſe exiſtentia, neceſſariò efficitur, vt appetitus quoque ſenſitiuus, qui ſequitur ſenſum, circa eadem verſetur, ſenſum autem per ſe verſari circa ſingularia per ſe

Circa quæ obiecta verſentur ſenſus, & appetitus ſenſitiuus.

2. exiſtentia ex eo patet: quia idem eſt, quod agit in ſenſum, & quod terminat ſentiendi actum: patet autem ex prima aſſertione, ſola ſingularia per ſe exiſtentia agere per ſeſe. Deinde, ea appetuntur per ſe ab appetitu ſenſitiuo, quæ ſunt ad ſalutem animalis neceſſaria, aut commoda; hæc autem non ſunt qualitates ipſæ ſenſibiles duntaxat, ſed ſubſtantiæ his, aut illis qualitatibus affectæ: vnde neque alimur, neque augemur qualitatibus, aliiſve accidentibus, ſed rebus per ſe exiſtentibus, quæ iis affectæ ſunt, neque accidentia ſola quærimus ad vitam tuendam, ſed res, in quibus ea inueniuntur: verbi cauſſa, non quærimus calorem cibi, ſed cibum calidum, non frigus aquæ, ſed aquam frigidam,

3. atque ita in cæteris. Poſtremò: Qualitates ſenſibiles non ſunt agentia ipſa per ſe, ſed tantùm rationes agendi, ergo nec ſunt ipſa appetibilia per ſe, ſed rationes appetendi. Neque enim ratio eſt vlla cur illæ ſuapte natura maiorem vim habeant, vt appetantur, quàm vt agant.

Appetitū intellectiuū poſſe verſari circa vniuerſalia probatur.

De appetitu autem intellectiuo non parua eſt difficultas. Nam cùm is appetitus ſequatur intellectum, operatio autem intellectus verſari poſſit circa vniuerſalia, non dubium videtur, quin id facere poſsit appetitus intellectiuus. Accedit, quòd appetimus bonum in commune,

1. vt bonum eſt, beatitudinem in commune, vt beatitudo eſt, quod in prima quæſtione diximus: eodémque modo malum, & miſeriam, vt

2. talia ſunt refutamus, & vt Ariſtoteles ait in 2. libr. Rhet. ad Theodecten. *Ita quidem ſemper aduerſus ſingularia eſt, vt Calliam, aut Socratem, odium vero etiam aduerſus genera, odio enim quiſque habet furem, ac ſycophantam*, quæ ſi vera ſunt, non dubium videtur, quin appetitus intellectiuus verſetur circa vniuerſalia. Poſtremò, quicquid intellectus ſeorſim apprehendit, ac iudicat eſſe bonum aut malum, poteſt appeti- *Sect. 4. 2. Cap. de amore & odio.*

3. tus intellectiuus amplecti, aut reiicere: poteſt autem intellectus apprehendere & vniuerſalia, quaſi ſeiunctà à ſingularibus, & accidentia, & quaſi ſeparata à ſubiectis, vt ipſum per ſe dulcorem, aut ſaporem, aut concentum, aut denique virtutem, & ſcientiam, igitur hæc omnia poteſt amplecti intellectiuus appetitus, cùm tamen hæc non ſint ſingularia.

Appetitū nō verſari complete, & vltimate, niſi circa ſingularia.

Si quis tamen rem accuratius expendat, haud difficilè intelliget, actus appetendi, qui verſantur circa vniuerſalia, aut circa accidentia quaſi ſubiectis ſeparata (neque enim negari poſſunt huiuſmodi appetitiones, & refutationes, vt rectè probatum eſt) eſſe incompletos, & non vltimatos. Nam quemadmodum hæc, vt ſeiuncta à ſingularibus

ribus per ſe exiſtentibus,aut omnino, aut naturaliter exiſtere non poſſunt;ita circa ea non omnino completè,& vltimatè, verſatur actus appetendi, aut repudiandi. Neque enim abſoluta, completáque voluntas verſatur circa ea quæ apprehenduntur vt imp[illegible]. Hinc eſt, quod prudentia, & reliquæ morales virtutes, [illegible]ibus actus appetendi diriguntur in obiecta conuenientia, non d[illegible]untur verſari circa vniuerſalia, ſed circa ſingularia.Hinc etiam *ſcientia purè Mathematica dicuntur non agere de bono*, vt Ariſtotele[illegible],ac proinde nec de appetibili:quia non agunt de rebus, vt eſſe poſſunt, bonum enim non eſt bonum completè, & abſolutè, nec completè & abſolutè mouet appetitum, niſi vt eſſe poteſt in rerum natura.Denique, hinc intellectus dicitur quodammodo trahere res ad ſe,eaſque in ſeipſo conſiderare etiam eo pacto, quo eſſe non poſſunt in rerum natura: at appetitus dicitur quodammodo egredi ad res,quas appetit, vt eas amplectatur, qua ratione non poteſt in eas completè ferri, niſi vt in rerum natura eſſe poſſunt. Vnde eſt illud Ariſt.ſexto libro huius operis, *Verum, & falſum eſſe in intellectu,bonum, & malum in rebus.* Itaque,actus volendi hoc differunt hac ex parte ab actibus intelligendi, quod actus intelligendi poſſunt completè, & abſolutè verſari circa vniuerſalia, vt vniuerſalia ſunt, ſeu (quod idem eſt) cum præciſione particularium, actus autem appetendi incompletè tantùm, & imperfectè. Ab actibus autem appetitus ſenſitiui, duobus modis. Vno, quatenus hi nec completè, nec incompletè, verſari poſſint circa vniuerſalia præciſè ſumpta: quemadmodum neque actus ſentiendi. Altero,quia etſi vtrique completè & abſolutè verſantur circa ſingularia: tamen actus voluntatis poteſt ferri vno actu, in omnia indiuidua cuiuſcumque ſpeciei, aut generis collectiuè ſumpta, etiam ſi infinita ſint, quo pacto magis crediderim intelligendum eſſe illud Ariſtotelis: *Odio haberi a nobis genus latronum*, actus autem appetitus ſenſitiui non poteſt ferri in omnia collectiuè ſumpta, ſed ſolùm abſolutè, & cum conditione indefinitæ ſingularitatis: fertur enim appetitus ſenſitiuus in dulce, cum conditione huius, vel illius ſingularitatis, quod alibi fuſiùs docebimus.Et quia nullum ſingulare in rerum natura eſſe poteſt,niſi per ſe exiſtat,aut habeat exiſtentiam in aliquo, quod per ſe exiſtat,perſpicuũ relinquitur, ex dictis, omnes actiones verſari per ſe,circa ſingularia per ſe exiſtentia.

Lib. 3.ca. 2. text.3. — *Diſcrimen actuum voluntatis ab actibus intellectus,& appetitus ſenſitiui.*

c.2. text. 8. — *Diſcrimẽ inter actus volũtatis,& intellectus.*

QVOD ſi quis ita obiiciat:Cùm appeto mihi ſcientiam, virtutem, aut ipſam etiam beatitudinem appetitu concupiſcentiæ, non appeto aliquid ſingulare per ſe exiſtens. Reſpondendum eſt,illum non appetere iſta ſibi,niſi quia appetit ſe ſcientem,probum,aut beatum, quod iam eſt appetere per ſe, aliquid ſingulare per ſe exiſtens,ſi non, vt ſit, certè,vt tale ſit. Omnis enim appetitus concupiſcentiæ, fundatur in aliquo appetitu amicitiæ,quo quiſque ſecundùm Deum ſi rectè amat, ſeipſum amat. Ita patet quomodo ſit verum vniuerſè,omnes actiones eſſe ſingularium,ſiue vt à quibus oriuntur,ſiue vt in quibus recipiuntur,ſiue vt ad quæ primò,ac per ſe terminantur.

Obiectio. — *Dilutio.* — *Appetitus concupiſcentiæ fundantur in appetitu amicitiæ.*

Dilutio argumentorum partis negatiuæ.

SECTIO IIII.

Soluūtur obiecta contra primum ſenſum.

AD PRIMVM igitur argumẽtum contra affirmatiuam partẽ in primo ſenſu dicendum eſt, calefactionem non proficiſci à calore,nec frigefactionem à frigore,tamquam à cauſſis agentibus,ſed tamquam à formis, quibus agentia agũt,ſeu (quod idem eſt) tamquam à rationibus agendi. Si obiicias,accidentia,quæ ſunt in ſacra Euchariſtia,agere ipſa per ſe.

Obiectio.

Primùm enim dicimus,non loqui nos de actione accidentium,quæ ſupernaturaliter conſeruantur, ſed de actione eorum,quæ naturaliter exiſtunt.

Prima ſolutio.

Deinde, eiuſmodi accidentia eſſe virtute diuina ſingularia per ſe exiſtentia,non quòd virtute diuina factæ ſint ſubſtantiæ,aut eis(vt quidam exiſtimant) communicata ſit exiſtentia ſubſtantiæ,ſed quia exiſtunt more ſubſtantiæ, ſua tamen ipſorum exiſtentia. Poſtremò,quicquid ea accidentia agunt,non eis tanquam agentibus,ſed ſubſtantiæ,in qua fuerunt,& cuius virtute agunt, attribuendum eſſe:de qua re alibi fuſiùs dicendum.

Accidẽtia in Euchariſtia quomodo exiſtãt ſinè ſubiecto.

Vt Caiet.3.p.q.77.ar.1.2.& 3.

Alia obiectio

QVOD ſi quis obiiciat,calorem exiſtere in aqua calida naturaliter, hoc eſt,ſinè miraculo, & tamen ei ſoli attribuendam eſſe calefactionem manus, tamquam agenti per ſe, quod non poſſit attribui aquæ, niſi per accidens,cùm aqua ſit calida:

Solutio.

Occurrendum eſt, eſſe quidem calorem principium, & rationem formalem calefaciendi, ſed tamen ipſam aquam eſſe id,quod per ſe calefacit:non quidem ſecundùm formam aquæ,aut aliud accidens,quod eam conſequatur, ſed ſecundùm formam caloris. Vnde nec dicimus calorem per ſe calefacere, neque aquam abſolutè ſumptam,ſed aquam calidam. Qua ſolutione multa dubia in hac materia diſſolues.

Quo pacto potẽtiæ à naturis communibus emanẽt. A quo verè generentur.

AD SECVNDVM dicendum eſt,potentias, quæ ſunt proprietates naturarum communium, non oriri ab illis per aliquam veram actionem, ſed per quamdam naturalem conſecutionem. Quò fit, vt ſi de veris actionibus ſit ſermo(de quibus hæc quæſtio intelligenda eſt)neceſſariò dicendum ſit, huiuſmodi potentias non aliis actionibusgenerari,quàm quibus ipſæ naturæ cõmunes generantur:& ideò, cùm naturæ communes non generentur,niſi à ſingularibus per ſe exiſtentibus (vt humana natura à Socrate, aut à Platone) atque adeò per accidens, quatenus includuntur in eiuſmodi ſingularibus, quæ generantur per ſe,efficitur,vt nec ipſæ potentiæ generentur, niſi ab iis ſingularibus, & per accidens. Quòd autem ad finem argumenti additur de actibus potentiarum, & ſi iam ex dictis ſatis refutatum relinquitur, tamen doctrinæ cauſſa ſic refellendum eſt. Id, quòd Ariſt. ait, *Eius eſſe actum,cuius eſt potentia* (quod de potentiis, & actibus immanentibus intelligitur) ſic accipiendum eſſe, quaſi dicat, ab eadem re oriri actum, à qua oritur potentia, licet non ab eadem re ſub eadem entitate,& perfectione ſumpta. Minus enim perfectionis,& entitatis requiritur in re, vt ab ea oriatur potentia, quàm vt oriatur actus. Nunc autem ita res ſe habet, vt potentiæ,quæ ſunt proprietates naturarum communium, oriantur per modum cuiuſdam naturalis

conſecu

conſecutionis ab ipſis naturis communibus, cùm ipſæ naturæ communes generantur in ſuis indiuiduis, in quibus includuntur: actus autem potentiarum non oriantur à ſolis naturis communibus, ſed ab earum indiuiduis, quæ licet ſint idem re cum naturis communibus, tamen plus entitatis, & perfectionis includunt. Atque hæc eſt cauſſa, cur potentiæ communicentur indiuiduis per naturas communes, actus autem naturis communibus, per indiuidua.

Locus Ariſtotelis expoſitus.

Sententia quorundam reiicitur.

AD tertium dicendum eſt, iis quidem, qui pronunciatum Ariſtotelis ita intelligunt, quaſi velit actiones omnes eſſe ſuppoſitorum, non parum faceſſere argumentum negotij. Coguntur enim fateri Deum, vt communis eſt tribus diuinis perſonis, modo aliquo eſſe ſuppoſitum, & quod euidentius abſurdum eſt, perſonam: cúmque ſimpliciter id dici non poſſit, adhibent eam moderationem, vt fateantur eſſe ſuppoſitum incompletum, & perſonam incompletam: quia cùm ſit ſingulare quoddam naturæ intellectiuæ per ſe exiſtens, imo res ſingulariſſima, & ipſa etiam per ſe exiſtentia, ſola incommunicabilitas ei deeſt ad rationem ſuppoſiti, & perſonæ. Sed neque ea moderatio ſatis eſt, vt Theologus ſinè iuſta reprehenſione appellet Deum, vt tribus perſonis communis eſt, ſiue ſuppoſitum, ſiue perſonam. Nec nobis quicquam difficultatis exhibet argumentum, quod dicimus in pronunciato Ariſtotelis, ſiue hoc loco, ſiue in primo de Anima capite quarto, non eſſe intelligenda ſuppoſita, ſed ſingularia per ſe exiſtentia.

Deus operationes ad extra nõ agit vt ſuppoſitũ, ſed vt ſingularis per ſe exiſtẽs.

AD primum verò eorum, quæ contra ſecundum ſenſum obiecta ſunt, eodem modo reſpondendum eſſe perſpicuum eſt ex dictis. Ad ſecundum, dicendum, actionem, qua introducitur forma ſubſtantialis, recipi per ſe primò in eo, quod corrumpitur, vt iam diximus: quandoquidem ab eo per ſe primò ſuſtinetur: tametſi forſitan per ſe primò inhæreat materiæ rei, quæ corrumpitur. Sed & ipſam momentaneam formæ introductionem, ſi actio dicenda eſt, & non potiùs actionis terminus, in ipſo etiam compoſito per ſe primò recipi, non in eo: tamen, quod corrumpitur, ſed in eo, quod generatur: recipere enim per ſe primò actionem, nihil eſt aliud, quàm illam per ſe primò ſuſtinere, vt dictum eſt: quod vtique materia per ſe ipſam præſtare non poteſt, cùm ipſa non ſolùm exiſtat, vt pars, ſed etiam, vt ſimpliciter exiſtat in digeat ſuapte natura alterius, vt ita dicam, ſuſtentaculo. Ad tertium dicendum, Chriſti Domini humanam naturam, vt non eſt res ſingularis per ſe omnino exiſtens, ſed exiſtens in Verbo diuino, à quo ſuſtinetur: ita non eſſe id, quod per ſe primò ſuſtinet actiones humanas, ſed Verbum ipſum: tametſi illæ in natura eius humana inhæreant. Hinc enim fit, vt veriùs dicamus: Verbum diuinum videre, audire, loqui, & ſimilia, quàm humanam Chriſti naturam.

Soluũtur obiecta cõtra ſecundum ſenſum.

Humana Chriſti natura non per ſe exiſtit, ſed in verbo.

Soluũtur obiecta contra tertium ſenſum.

AD PRIMVM denique eorum, quæ contra tertium ſenſum propoſita ſunt, ex dictis patet reſponſio.

AD SECVNDVM dicendũ eſt, duo eſſe genera terminorũ in actionibus, quibus aliquid efficitur: alios eſſe quibus res cõplentur, ſiue abſoluũtur, qui termini in actionibus, quibus fiunt cõpoſita ſubſtãtialia ſunt

Duplex actionũ terminus.

ſunt formæ ſubſtantiales, in iis autem, quibus fiunt compoſita accidẽtalia, accidentales, atque de huiuſmodi terminis intelligendum eſſe locum citatum: alios verò eſſe res ipſas, quæ fiunt: compoſita, inquam, ſubſtantialia, ad quæ terminantur generationes ſubſtantiales, aut accidentales, ad quæ, accidentales: atque de his terminis, qui & præcipui ſunt, & à prioribus diſtingui poſſunt, vt totales à partialibus, intelligendam eſſe hanc quæſtionem, de quibus etiam loquitur Ariſtoteles lib. ſeptimo huius operis capite.

Effecta per ſe ſi vniuerſalia ſint, effici per accidens.

AD TERTIVM dicendum eſt, propria adæquata, & per ſe effecta cauſſarum vniuerſalium, eſſe vniuerſalia, vt rectè probatum eſt, ſed tamen illa

---

CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

QVONIAM [a] *autem*. Cùm Ariſtotel. ad finem ſuperioris capitis collegiſſet eam ſcientiam, quæ ſapientia dicitur, verſari circa cauſſas & principia, aſſerit primum initio huius ſe quærere, ac velle tradere huiuſmodi ſcientiam. Deinde docet, circa quas cauſſas, & principia verſetur, id quod in prima parte huius capitis exequitur, oſtendens ex ratione ſapientis verſari illum circa primas, & maximè vniuerſales cauſſas, & principia. Huius rei gratia profert in medium ſex communes ſententias de ratione ſapientis, nempe, *Eũ maximè haberi ſapientem, qui ſcit omnia, quoad eius fieri poteſt*: & *eum qui ſcit res nõ vulgares, & cuique obuias, ſed difficiles, & à communi ſenſu remotas*: itẽ *Eum qui ea, quæ nouit certiori cognitione, quam cæteri comprehendit*, & *Qui aptior eſt ad docẽdum, cauſſáſque rerum tradendas*, & *Qui ea ſcientia præditus eſt, quæ propter ſe, hoc eſt, ſolius cognitionis cauſſa digna eſt, quæ expetatur*. denique *Eum qui inter omnes artifices principatũ obtinet*

Sex ſapienti attributa.

[b] *Ac horum quidem* Accommodat ea, quę dicta ſunt ei, qui verſatur circa primas, & maximè vniuerſales cauſſas, & principia, primúmque primam ſententiam ea ratione: Quia is ſolus ſcit omnia, quoad fieri poteſt, qui habet ſcientiam

Περὶ ποίας αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχὰς ἐπιστήμη, σοφία ἐστίν.

ΚΕΦ. Β'.

Caie. 3. p. q. 2. art. 2.

Ἐπεὶ [a] δὲ ταύτην τὴν ἐπιστήμην ζητοῦμεν, τοῦτ' ἂν εἴη σκεπτέον, περὶ ποίας αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχὰς ἐπιστήμη, σοφία ἐστίν. εἰ δὲ λάβοι τις τὰς ὑπολήψεις, ἃς ἔχομεν περὶ τοῦ σοφοῦ, τάχ' ἂν ἐκ τούτου φανερὸν γένοιτο μᾶλλον. ὑπολαμβάνομεν δή, πρῶτον μὲν ἐπίστασθαι πάντα τὸν σοφόν, ὡς ἐνδέχεται μὴ καθέκαστον ἔχοντα ἐπιστήμην αὐτῶν, εἶτα τὸν χαλεπὰ γνῶναι δυνάμενον, καὶ μὴ ῥᾴδια ἀνθρώπῳ γινώσκειν, τοῦτον σοφόν. τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι, πάντων κοινόν. διὸ ῥᾴδιον, καὶ οὐδὲν σοφόν. ἔτι τὸν ἀκριβέστερον, καὶ τὸν διδασκαλικώτερον τῶν αἰτιῶν, σοφώτερον εἶναι περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην. καὶ τῶν ἐπιστημῶν δὲ τὴν αὐτῆς ἕνεκεν, καὶ τοῦ εἰδέναι χάριν αἱρετὴν οὖσαν, μᾶλλον εἶναι σοφίαν, ἢ τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκεν. καὶ τὴν ἀρχικωτέραν τῆς ὑπηρετούσης μᾶλλον εἶναι σοφίαν. οὐ γὰρ δεῖν ἐπιτάττεσθαι τὸν σοφὸν ἀλλ' ἐπιτάττειν, καὶ οὐ τοῦτον ἑτέρῳ πείθεσθαι, ἀλλὰ τούτῳ τὸν ἧττον σοφόν. τὰς μὲν οὖν ὑπολήψεις, τοιαύτας καὶ τοσαύτας ἔχομεν περὶ τῆς σοφίας, καὶ τῶν σοφῶν. *Text. 64.*

Τούτων [b] δὲ τὸ μὲν πάντα ἐπίστασθαι τῷ μάλιστα ἔχοντι τὴν καθόλου ἐπιστήμην ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. οὗτος γὰρ οἶδέ πως πάντα τὰ ὑποκείμενα. σχεδὸν [c] δὲ καὶ χαλεπώτατα γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ μάλιστα

men illa effici per accidẽs,nõ modò à cauſſis particularibus,ſiue ſingularibus, ſed etiã ab vniuerſalibus.Ratio huius rei eſt, quia actiones per ſingularia & procedunt ab vniuerſalibus, & ad vniuerſalia terminãtur. Nam quemadmodũ vis agẽdi cõuenit ſingularibus per vniuerſalia, ita actio ſiue inchoatiuè,ſiue terminatiuè cõuenit vniuerſalib.per ſingularia,vt ex dictis patet.Quare non pugnãt iſta inter ſe,Statua in conmune ſumpta eſt effectus per ſe:ſtatua in commune ſumpta fit per accidẽs:in priori enim pronũciato, cõfertur natu effectus cũ vi agendi, quę primò conueniunt naturis cõmunibus:in poſteriori autem confertur terminatio actionis cum actione ipſa,quæ primò conueniũt ſingularibus.

tiam maximè vniuerſalem, eiuſmodi autem eſt qui verſatur circa primas, & maximè vniuerſales cauſſas ac principia.

ADVERTE in contextu nomine rerum ſubiectarum, intelligenda eſſe non ſolùm ſubiecta maximè vniuerſalium prædicatorum, ſed etiam effecta maximè vniuerſalium cauſſarum. Nam vt prædicata maximè vniuerſalia continent omnia particularia ambitu ſuæ prædicationis, ſic maximè vniuerſales cauſſæ continent omnia effecta ambitu ſuæ virtutis. *Quid hic intelligatur nomine rerum ſubiectarum.*

Circa quas cauſſas, & circa quæ principia ſcientia ſapientia nomina dicta verſatur. CAPVT II.

QVoniam [a] autem hanc ſcientiam quærimus, hoc vtique cõſiderandum erit,quarum cauſſarum, principiorúmque ſcientia,ſit ſapientia. Si quis igitur eas opiniones repetat, quas de ſapiente accepimus,hinc fórſitan id magis perſpicuũ fiet. *Text.17.* Ac primùm quidem exiſtimamus ſapientem maximè ſcire omnia,quoad fieri poteſt:non ita tamen,vt eà ſingulatim ſcientia teneat. Deinde eum putamus ſapientẽ,qui difficilia,& quæ ab homine haud leui opera cognoſcuntur, tenere poteſt.ſenſu enim aliquid percipere omnibus commune eſt,proinde facile,nec ſapientiæ quicquam habens. Præterea eum, qui eſt accuratior, quique rerum cauſſas melius tradere docendo poteſt, ſapientiorem in quauis ſcientia eſſe iudicamus. Scientiarum quoque eam, quæ ſui cauſſa,ſciendique gratia expetenda eſt,magis eſſe ſapientiam,quam quæ eorum, quæ ab illa proueniunt.Et eam quæ præeſt, quàm quæ miniſtrat. Neque enim ſapiens præceptis ſubiici, ſed præcipere, neque idem alterius ſententiam, ſed minus ſapiens ſententiam illius ſequi debet.Tot igitur,ac tales de ſapientia,& ſapientibus opiniones habemus.

Ac [b] horum quidem illud, Omnia ſcientia tenere, in eo inſit neceſſe eſt,qui maximè præditus eſt ſcientia vniuerſali, is enim quodãmodo nouit ſubiecta omnia. Ferè [c] etiam ea ſunt hominibus cognitu difficillima, quæ

[c] *Fere etiam.* Ex eo oſtendit ſecundam ſententiã conuenire ei, qui prædictas cauſſas & principia conſiderat: Quia maximè vniuerſalia ſunt nobis difficillima cognitu. Quo loco aduerte nõ dixiſſe Ariſtotelem, maximè vniuerſalia eſſe ſimpliciter difficillima cognitu, ſed hominibus, quia re vera ſunt cognitu facillima ſubſtãtiis ſeparatis, quæ nõ indigent ſenſuum adminiculo. Addit autem particulam *fere*: quia multa etiam particularia ſunt,quę difficillimè à nobis cognoſcũtur,vt materia prima,quę longo tempore progreſſu cognita eſt à Philoſophis, & quadratura circuli,in qua inuenienda cùm à plurimis Mathematicis deſudatũ ſit, nõdum tamen eſt inuẽta. Hoc loco nomine maximè vniuerſaliũ intelligunt plerique ſolas cauſſas maximè vniuerſales,quæ cùm ſint à materia ſeparatæ,longiſſimè abſunt à noſtris ſenſibus. Dicendum eſt tamẽ cum D.Th.conplexum fuiſſe Ariſt.iis verbis, & cauſſas maximè vniuerſales,& maximè vniuerſalia prædicata, quæ & ipſa remotiſſima ſunt ab iis,

Quibus maximè vniuerſalia ſint difficillima cognitu.

Quid hoc loco nomine vniuerſalium intelligatur.

Digitized by Google

iis,quæ primò cadunt ſub ſenſum,ac proinde ab ipſis ſenſibus. Quin etiam addiderim,præcipuè intelligenda eſſe maximè vniuerſalia prædicata, non ſolùm quia quatenus vniuerſaliora ſunt,difficilius cognoſcũtur,quàm ſubſtãtiæ ſeparatæ,cum ab eis abſtrahãtur,ſed etiã,quia nomine vniuerſaliũ præcipuè ſignificãtur res vniuerſales:ſubſtantiæ autẽ cui ſeparatæ,etſi ſunt cauſſæ vniuerſales, nõ tamẽ ſimpliciter dicuntur res vniuerſales,cum ſingulares ſint,ſed res in cauſando vniuerſales, quòd haud dubiè nihil eſt aliud,quam quod ſint,vniuerſales ſecundùm quid.

τὰ μ[illegible] καθόλου. πορρωτάτω γὰρ τῶν αἰσθήσεών ἐστιν. ἀκριβέσ[illegible] [d] τῶν ἐπιστημῶν, αἳ μάλιστα τῶν πρώτων εἰσίν. αἱ γὰρ ἐξ ἐλαττόνων ἀκριβέστεραι τῶν ἐκ προσθέσεως λεγομένων, οἷον ἀριθμητικὴ γεωμετρίας, ἀλλὰ μὴν [e] καὶ διδασκαλική γε ἡ τῶν αἰτιῶν θεωρητικὴ μᾶλλον. οὗτοι γὰρ διδάσκουσιν οἱ τὰς αἰτίας λέγοντες περὶ ἕκαστον. τὸ δ' εἰδέναι, [f] καὶ τὸ ἐπίστασθαι αὐτῶν ἕνεκα, μάλισθ' ὑπάρχει τῇ τοῦ μάλιστα ἐπιστητοῦ ἐπιστήμῃ. ὁ γὰρ τὸ ἐπίστασθαι δι' ἑαυτὸ αἱρούμενος τὴν μάλιστα ἐπιστήμην μάλιστα αἱρήσεται. τοιαύτη δ' ἐστὶν ἡ τοῦ μάλιστα ἐπιστητοῦ. μάλιστα δ' ἐπιστητὰ τὰ πρῶτα καὶ τὰ αἴτια. διὰ γὰρ ταῦτα, καὶ ἐκ τούτων τ' ἄλλα γνωρίζεται, ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τῶν ὑποκειμένων. ἀρχικωτάτη [g] δὲ τῶν ἐπιστημῶν, καὶ μᾶλλον ἀρχικὴ τῆς ὑπηρετούσης, ἡ γνωρίζουσα τίνος ἕνεκέν ἐστι πρακτέον ἕκαστον. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἑκάστου. ὅλως δὲ τὸ ἄριστον ἐν τῇ φύσει πάσῃ. ἐξ [h] ἁπάντων οὖν τῶν εἰρημένων ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην πίπτει τὸ ζητούμενον ὄνομα, δεῖ γὰρ ταύτην τῶν πρώτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεωρητικήν. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα, ἓν τῶν αἰτίων ἐστίν.

Vnde ſcientiæ certitudo colligatur.

Geometriam Arithmetica indigere, non è cõtrario, hãc illa.

[d] *Sciẽtiarũ.* Tertiã ſententiã hac ratione in hãc ſcientiã cõuenire docet. *Quoniã*, vt inquit,*eò aliqua ſciẽtia eſt ſuapte natura accuratior ac certior, quo in rebus ſuapte natura prioribus verſatur.* Ex pauciorib. enim principiis rem demõſtrat eiuſmodi ſciẽtia:quo pacto Arithmetica certior eſt quàm Geometria, cũ illa agat de numeris, qui abſque ſitu partiũ intelligũtur. Hæc verò de magnitudinib. q̃ ſinè partiũ ſitu intelligi nõ poſſunt : hinc enim fit,vt Geometra Arithmeticis demonſtrationibus vtatur,vt q eis indigeat ad ſuarũ confirmationem, Arithmeticus non itẽ Geometricis. Cũ igitur ea,quæ ſunt maximè vniuerſalia,ſint prima, & ſimpliciſſima efficitur vt ſcientia,quæ in eorum conſideratione verſatur,ſit ſuapte natura certiſſima,vt quæ pauciſſimis,& ſimpliciſſimis principiis rem demonſtret. Sic multò faciliùs probamus aliquid exiſtere , quàm per ſe exiſtere,aut in alio exiſtere, quòd exiſtere ſit priùs, & ſimplicius quàm exiſtere per ſe,aut exiſtere in alio.

Hoc loco Græci codices impreſſi typographorum vitio habent *προθέσεως* pro *προσθέσεως* quemadmodum paulò inferiùs *Ἀρχικώτατη δὲ τῶν ἐπιστημῶν*, pro *Ἀρχικωτάτη*, &c. vt ca. ſup *περὶ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις*, pro *παρὰ τὰς* , &c. Quæ vt alia plurima correximus ex veteribus manuſcriptis. Nec deinceps minutiora hæc annotabimus quòd ea indocti non curent,docti verò facilè intelligant corrigi debuiſſe.

Aliorum interpretatio.

[e] *Sed & ea.* Vetus interpres iungit hoc loco verbum *μᾶλλον* cũ verbo *θεωρητικὴ*, vt ſenſus ſit, *Sed & ea apta eſt ad docendũ, quæ magis in cauſſarũ cõſideratione verſatur.* Beſſario, & Perionius cũ nomine *διδασκαλικὴ*, vt hæc ſit ſentẽtia. *Sed & ea aptior eſt ad docendum quæ in cauſſarum conſideratione verſatur* Argyropylus vtrumque verbum affici putat ea cõparationis particula,vt ea ſcientia hoc loco aptior ad docendũ dicatur, quæ magis in cauſſarũ cõſideratione verſatur. Quæ interpretatio nobis eò magis placuit,quod conueniat cũ poſteriori Alexãd.explicatione,magiſque cõgruat cum probatione,quæ mox ab Ariſt.ſubiicitur, Nam quia ij ſoli verè docent, qui cauſſas rerum afferunt,vt cap.etiam ſuperiori explicatum erat,inde fit,vt ea ſcientia ſit ad docendũ aptior,quæ magis verſatur in cauſſarũ cõſideratione:verſatur autẽ magis in conſideratione cauſſarũ,quæ cõſiderat ea,quæ magis ſunt cauſſæ. Accedit quod ſuperiùs quoque cùm vtroque verbo iuncta eſt comparatio,vbi dictum eſt,eũ eſſe ſapientiorem,qui cauſſas meliùs tradere docendo poteſt. Quòd ſi verborum ſyntaxis cõiunctionum aduerbij cum vtroque nomine nõ patitur,ſatis eſt, quod ſententiam ab Ariſtotele inſtitutam reddiderimus. Adaptat igitur Ariſt. quartam ſen-

Quiſnã verè doceat.

tentiam,hoc argumento. Quia cum is ſolus verè doceat,qui cauſſas rerum tradit, is magis erit aptus ad docendum,qui magis verſabitur in cauſſarum conſideratione,& maximè aptus , qui maximè verſabitur : at hunc nemo negauerit eſſe eum, qui tradit primas cauſſas,ad quas fit vltima reſolutio ſimpliciter.

Quanã ſcientia maximè expetenda.

[f] *Cognoſcere.* Quòquinta eidẽ congruat,hac ratiocinatione oſtẽdit.Ea ſcientia eſt maximè expetenda propter ſe,quę verſatur in conſideratione rerum digniſſimarũ, q̃ ſciantur,eiuſmodi autẽ eſt ea,quę verſatur in conſideratione primorũ principiorũ& cauſſarũ,eſt igitur hęc maximè propter ſe expetẽda:vtraq.aſſumptio perſpicuè probatur in cõtextu.

quæ ſunt maximè vniuerſalia,longiſſimè en.... abſunt à ſenſibus.Sciẽtiarũ[d] quoq; eæ ſunt accuratiſſimæ,quæ in iis quæ prima ſunt,maximè verſantur.Quæ.n.ex paucioriб.rẽcõficiũt,accuratiores ſunt iis,quæ ex additione appellãtur,vt tã Arithmetica:quã Geometria.Sed [e] & ea aptior eſt ad docendũ, quæ magis in cauſſarũ conſideratione verſatur,Ij enim docẽt,qui cauſſam cuiuſq; rei afferũt. Cognoſcere[f] aũt,ac ſcire ipſius cognitionis,ac ſcientiæ cauſſa,in ea ſciẽtia maximè cernitur, quæ verſatur in re maximè ſcibili.Qui enim ſcientiam ſciendi cauſſa eligit,is eã amplectetur maximè,quæ eſt ſciẽtia nomine digniſſima:huiuſmodi verò eſt,quæ in ea re verſatur,quæ aptiſſima eſt vt ſciatur.Sunt autẽ aptiſſima,vt ſciantur ea,quæ prima ſunt , & cauſſæ, cum propter hæc,atque ex his cætera cognoſcantur,non hæc propter ea,quæ ſubiecta ſunt.Ea[g] verò ſciẽtia maximè princeps eſt,miniſtrantiq; præponitur, quæ nouit cuius cauſſa,quidq; agendũ ſit : hoc autẽ eſt cuiuſq; rei bonũ, & omnino quod in omni natura eſt optimũ.Ergo[h] ex iis omnibus,quæ dicta ſunt inteligitur, id nomen, quod quæritur,in eandẽ ſcientiam cadere.Eam enim neceſſe eſt primorum principiorũ,atque cauſſarũ eſſe contẽplatricẽ.Nãq; & bonũ,& cuius gratia,cauſſarũ vna eſt.

Quæ cæterarum princeps

[g] *Ea vero.* Sextam deniq.in eundẽ cõuenire hac argumentatione cõcludit.Ea ſcientia obtinet principatũ inter omnes, quę verſatur in cõſideratione ſupremi finis , ſiue ſummi boni:artifices enim, qui versãtur in cõſideratione finium ſuperiorum , imperãt iis , qui verſantur in conſideratione inferiorũ finium (ſcientia autem quę de primis cauſſis diſſerit, verſatur in conſideratione ſupremi finis) prima enim cauſſa,cuius gratia omnia fiũt, eſt ſũmum bonũ,ac proinde ſupremus finis,ergo hæc eſt, quæ inter omnes principatũ obtinet.Nomine ſummi boni intelligit hoc loco Ariſt. tum ordinẽ vniuerſi , ꝙ eſt ſũmũ bonũ formale vniuerſi , tum pręcipuè Deũ Opt. Max.quod dicitur ſummũ bonum ſeparatum, de qua re cum ipſo auctore agendũ eſt vltimo capite libri duodecimi.

Quid nomine ſummi boni hoc loco intelligatur.

GRAECI codices impreſſi habent hoc loco, μᾶλλον ἀρχὴ hoc eſt, *magis principiũ.* Nos magis probauimus lectionem duorum veterum manu-ſcriptorum,qui habẽt, μᾶλλον ἀρχικὴ,quod eſt *magis princeps ſuperiórve.*

[h] *Ergo ex iis.* Iam colligit inſtitutum quaſi hac ratiocinatione. Sapientia verſatur circa primas cauſſas, & principia , hæc ſcientia , quam aggredimur , eſt ſapientia, verſatur igitur circa primas cauſſas , & principia. Maior , quæ præſpicuè ponitur hoc loco , probata eſt hactenus accommodatione attributorum ſapientis ad eum qui verſatur circa primas , & maximè vniuerſales cauſſas , & principia. Id ſolùm hoc loco repetit : ſummum bonum , & id,cuius gratia omnia fiunt , eſſe vnam ex cauſſis,id quod ea ratione facit , quia bonum ſiue finis non credebatur eſſe cauſſa, ſaltem ab aliis diſtincta , vt ipſe inferius docebit. Minor habetur ex primis verbis huius capitis. Concluſio autem illis verbis continetur. *Id nomen , quod quæritur in eandem ſcientiam cadere.* Quorum hic eſt ſenſus : In eam ſcientiam quæ verſatur circa primas cauſſas , & principia , cadere nomen ſcientiæ , quæ in hoc opere quæritur,ſeu (quod idem valet) eam ſcientiam, cui in hoc opere ſub nomine ſapientiæ datur opera , verſari circa primas cauſſas , & principia. Patet igitur id, quod ſecundo loco ab Ariſtotele in hac præfatione explicandum diximus. Quidnam ſit natura huius artis , ſiue in quarum rerum conſideratione ea verſetur. Natura enim cuiuſque habitus ex rebus , circa quas verſatur,intelligitur.

declarat, alibi tamen planè docet, vt mox patebit, Hæc igitur ſi vera ſunt, perſpicuum eſt, affirmatiuè reſpondendum eſſe ad quæſtionem propoſitam in omnibus tribus ſenſibus. Sint ne autem vera, & qua ratione, nonnullis aſſertionibus explicandum eſt.

Vera explicatio quæſtionis.

SECTIO III.

Prima aſſertio. Omnes actiones proficiſci ab agentibus ſingularibus probatur.

PRIMA Aſſertio ſit, *Omnes actiones proficiſci per ſe ab agentibus ſingularibus per ſe exiſtentibus.* Quæ hunc in modum probatur. Actio ſupponit exiſtentiam rei agentis, ſaltèm in principio actionis (quod addiderim propter motum proiectorum à proiicientibus, & grauium, ac leuium à generantibus) ergo nihil per ſe agit, niſi quod per ſe exiſtit: nihil autem 1. omnino per ſe exiſtit, niſi ſingulare, cùm vniuerſalia omnia per ſua ſingularia exiſtant: omnes igitur actiones proficiſcuntur per ſe, à ſin- 2. gularibus per ſe exiſtentibus. Deinde: Vnaquæque res eſt propter ſuã operationem, alioquin otioſa eſſet in rerũ natura: igitur ſi quid ſuaptè natura idoneum eſt ad agendum per ſeſe, id tale ſit neceſſe eſt, vt poſſit exiſtere per ſeſe. *2. de Cælo ca. 3. text. 17.*

Ratio præcipua pro anima ſeparatione.

AD HÆC, præcipua ratio, qua præſtantiſsimi quique Philoſophi probant animam humanã poſſe per exiſtere, poſt hominis diſſolutionem, eſt: Quia poteſt habere operationem per ſeſe, & non concurrente ad eam corpore operationem, inquam, intellectus, & voluntatis, ad quas per accidens concurrit corpus: ſentiunt igitur, quicquid per ſe agere poteſt, poſſe exiſtere per ſe: quicquid ergo per ſe agit, per ſe exiſtit, at nihil exiſtit omnino per ſe, niſi ſingulare, vt iam oſtenſum eſt: igitur omnis actio perficiſcitur per ſe à ſingulari per ſe exiſtente.

Vbi nã Ariſt. propoſitã aſſertionẽ tradiderit.

ATQVE hæc aſſertio, etſi non continetur in propoſitione Ariſtotelica paulò antè expoſita, colligi tamen poteſt ex iis, quæ Ariſtoteles *Text. 64.* ſcribit 1. libro de Anima cap. 4. cùm ſic ait. *Dicere autem animam iraſci, vel timere, ſimile eſt, atque ſi quis dicat, animam texere, vel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere, non animam, ſed hominem anima miſereri, vel diſcere, vel rationari.* Quibus verbis docet, non attribui actionem parti tamquam agenti, ſed toti, tametſi totum agat per partem: quod non alia de cauſſa dictum eſt, niſi quia pars, dum eſt in toto, non omnino 3. exiſtit per ſe. Dico autem, *Non omnino exiſtit per ſe*: Quia & ſi anima humana, dum eſt in corpore, ea ratione dici poteſt exiſtere per ſe, quia habet exiſtentiam non pendentem ab vllo corpore: tamen non omnino exiſtit per ſe, quia exiſtit vt pars conſtituens hominem. Itaque hinc colligendum eſſe vult Ariſtoteles, actiones omnes proficiſci per ſe à ſingularibus per ſe exiſtentibus, quòd præſtantiores Theologi ex eo loco colligunt, non ex hoc, in quo nunc verſamur.

Secunda aſſertio. Omnes actiones recipi in ſingularibus probatur. 1.

SECVNDA aſſertio ſit, *Omnes actiones recipi per ſe in ſingularibus, per ſe exiſtentibus.* Quæ aſſertio primùm in actionibus immanentibus perſpicuè colligitur ex ſuperiori. In hoc enim genere actionum idem eſt agens, & quod patitur, ſiue quod actionem recipit. Eadem quoque manifeſtè colligitur ex ſuperiori in iis actionibus,

quæ

quæ recipiuntur in patientibus diuerſis ab agentibus, ſi illis per actionem reſiſtant. Vniuersè autem hunc in modum probari poteſt: Recipere per ſe actionem nihil aliud eſt, quàm illam in ſe non ratione alterius ſuſtinere, hoc autem præſtari non poteſt, niſi ab iis, quæ per ſe exiſtunt, quandoquidem alia omnia indigent aliquo vt ſuſtineantur: nihil igitur per ſe recipit actionem, niſi ſit ſingulare per ſe exiſtens. Exempli cauſſa, frigus aquæ non recipit per ſe actionem, qua intenditur, aut remittitur, quia ſuſtinetur ab aqua, ſed aqua eſt, quæ eiuſmodi alterationem patitur, ac ſuſtinet. Præterea, ratio cur primæ ſubſtantiæ ſubiiciuntur cæteris omnibus, quæ per ſe ponuntur in prædicamentis (vt Ariſtoteles ait in Categoriarum libro, & eſt communis Philoſophorum ſententia) non alia dici poteſt, niſi quia inter ea omnia ſolę primę ſubſtantię exiſtunt omnino per ſeſe: igitur vt res per ſe ſubiiciantur actionibus agentium, oportet, vt omnino per ſe exiſtant, ſiue completæ illæ ſint, vt Socrates, ſiue incompletæ, vt anima ſeparata Socratis.

2. Recipere actionem quo pacto hic ſumatur.

3. Locus Prædicamentorum explicatur.

Cap. de Subſtantia.

SED contra hanc aſſertionem opponet aliquis: Materiam primam numquam per ſe exiſtere, & tamen per ſe recipere actionem, qua introducitur forma ſubſtantialis; ergo non quicquid per ſe recipit actionem, eſſe ſingulare per ſe exiſtens: probabitque antecedens ex eo, quia quod corrumpitur, non recipit per ſe formam eius, quod generatur, alioqui maneret per ſe in compoſitione rei genitę, neque verò id, quod generatur, quia iſto modo, iam id quod generatur, ex ſe ipſo conſtaret. Huic obiectioni reſpondendum eſt, ipſam momentaneam introductionem formæ ſubſtantialis, non eſſe actionem, ſed actionis terminum, vt alibi docebimus: actionem autem præcedentem, quæ terminatur ad coniunctionem formæ geniti cum materia corrupti, recipi in eo, quod corrumpitur, eámque actionem eſſe propriè generationem, quatenus terminatur ad formam ſubſtantialem, quæ in fine actionis in materia reſultat ſeu potiùs ad compoſitum ſubſtantiále, quod reſultat ex materia, & eiuſmodi forma. Qua de cauſſa ſæpe ab Ariſtotele ſcriptum eſt: *Id quod generatur, cùm generatur, nondum eſſe*, quod falſum planè eſſet, ſi ipſam momentaneam introductionem formæ generationem appellaſſet. Verum de hac re libro 8. luculentius, quo loco expendemus, quo pacto formæ incipiant eſſe, & qui fieri poſſit, vt omnes reſultét in materia vt generationum præcedentium, & tamen humana incipiat eſſe per creationem, quæ eſt actio non Phyſica.

Obiectio.

Solutio.

Momentaneam formæ ſubſtantialis introductionē, non eſſe actionem ſed actionis terminum.

Creatio eſt actio nō phyſica.

ATQVE hæ duæ aſſertiones veræ ſunt in omnibus omnino actionibus etiam in iis, quæ ſunt cognitiones: quod perſpicuum eſt ex ipſa earum probatione, ob idque nullam reſtrictionem actionum verbo adhibuimus.

Quàm latè pateant 1. & 2. aſſertiones

Tertia aſſertio.

TERTIA aſſertio ſit: *Omnes actiones, quæ cognitiones non ſunt, verſari per ſe circa ſingularia per ſe exiſtentia.* Quæ aſſertio primùm probatur in actionibus tranſeuntibus. Siue enim per eas fiat aliquid ſimpliciter, vt per generationem aquæ, ſiue ſecundùm quid, vt per calefactionem eiuſdem, ſemper id, quod fit, eſt compoſitum per ſe exiſtens: quod vel incipit exiſtere per ſeſe, vel incipit eſſe tale, aut tantum, &c. Namque per generationem nec fit ſubiectũ, quod iã erat, nec verò ipſa

Omnes actiones quæ non ſunt cognitiones verſantur circa ſingularia, probatur. 1.

 forma

forma per ſeſe,cuius nulla pars antè exiſtebat,ſed ipſum compoſitum, quod ex vtroque conficitur,vt Ariſtoteles accuratè docet ſeptimo libro huius operis,capite. 8. In actionibus autem immanentibus, quæ non ſunt cognitiones ex eo probatur aſſertio: quia eiuſmodi actiones non aliæ ſunt,quàm operationes appetitus,ſiue ſenſitiui, ſiue intellectiui,quos non verſari per ſe niſi circa ſingularia per ſe exiſtentia, perfacilè primùm intelligi pote[illegible] in iis,quæ ſunt appetitus ſenſitiui. Nam cùm ſenſus non verſetur n[illegible] circa ſingularia per ſe exiſtentia, neceſſariò efficitur,vt appetitus quoque ſenſitiuus,qui ſequitur ſenſum,circa eadem verſetur, ſenſum autem per ſe verſari circa ſingularia per ſe exiſtentia ex eo patet:quia idem eſt,quod agit in ſenſum,& quod terminat ſentiendi actum:patet autem ex prima aſſertione,ſola ſingularia per ſe exiſtentia agere per ſeſe.Deinde,ea appetuntur per ſe ab appetitu ſenſitiuo,quæ ſunt ad ſalutem animalis neceſſaria,aut commoda; hæc autem non ſunt qualitates ipſæ ſenſibiles duntaxat, ſed ſubſtantiæ his,aut illis qualitatibus affectæ:vnde neque alimur,neque augemur qualitatibus,aliiſve accidentibus, ſed rebus per ſe exiſtentibus, quæ iis affectæ ſunt, neque accidentia ſola quærimus ad vitam tuendam,ſed res,in quibus ea inueniuntur:verbi cauſſa,non quærimus calorem cibi,ſed cibum calidum,non frigus aquæ, ſed aquam frigidam, atque ita in cæteris.Poſtremò: Qualitates ſenſibiles non ſunt agentia ipſa per ſe,ſed tantùm rationes agendi, ergo nec ſunt ipſa appetibilia per ſe,ſed rationes appetendi.Neque enim ratio eſt vlla cur illæ ſuapte natura maiorem vim habeant,vt appetantur,quàm vt agant.

Text. 26. & 27.

Circa quæ obiecta verſentur ſenſus, & appetitus ſenſitiuus.

2.

3.

Appetitũ intellectiuũ poſſe verſari circa vniuerſalia probatur.

De appetitu autem intellectiuo non parua eſt difficultas. Nam cùm is appetitus ſequatur intellectum, operatio autem intellectus verſari poſſit circa vniuerſalia,non dubium videtur, quin id facere poſsit appetitus intellectiuus. Accedit,quòd appetimus bonum in commune,

1. vt bonum eſt, beatitudinem in commune, vt beatitudo eſt, quod in prima quæſtione diximus:eodémque modo malum, & miſeriam, vt

2. talia ſunt refutamus, & vt Ariſtoteles ait in 2.libr. Rhet. ad Theodecten. *Ita quidem ſemper aduerſus ſingularia eſt,vt Calliam, aut Socratem, odium vero etiam aduerſus genera, odio enim quiſque habet furem, ac ſycophantam,*quæ ſi vera ſunt,non dubium videtur,quin appetitus intellectiuus verſetur circa vniuerſalia. Poſtremò, quicquid intellectus ſeorſim apprehendit, ac iudicat eſſe bonum aut malum, poteſt appeti-

3. tus intellectiuus amplecti, aut reiicere: poteſt autem intellectus apprehendere & vniuerſalia, quaſi ſeiuncta à ſingularibus, & accidentia,& quaſi ſeparata à ſubiectis,vt ipſum per ſe dulcorem, aut ſaporem,aut concentum,aut denique virtutem,& ſcientiam,igitur hæc omnia poteſt amplecti intellectiuus appetitus, cùm tamen hæc non ſint ſingularia.

Sect.4. 2. Cap. de amore & odio.

Appetitũ nõ verſari complete, & vltimate, niſi circa ſingularia.

Si quis tamen rem accuratius expendat, haud difficilè intelliget, actus appetendi, qui verſantur circa vniuerſalia, aut circa accidentia quaſi ſubiectis ſeparata(neque enim negari poſſunt huiuſmodi appetitiones,& refutationes, vt rectè probatum eſt) eſſe incompletos, & non vltimatos. Nam quemadmodum hæc, vt ſeiuncta à ſingularibus

ribus per ſe exiſtentibus, aut omnino, aut naturaliter exiſtere non poſſunt; ita circa ea non omnino completè, & vltimatè, verſatur actus appetendi, aut repudiandi. Neque enim abſoluta, completáque voluntas verſatur circa ea quæ apprehenduntur vt impoſſibilia. Hinc eſt, quod prudentia, & reliquæ morales virtutes, quibus actus appetendi diriguntur in obiecta conuenientia, non dicuntur verſari circa vniuerſalia, ſed circa ſingularia. Hinc etiam *ſcientia purè Mathematica dicuntur non agere de bono*, vt Ariſtoteles ait, ac proinde nec de appetibili: quia non agunt de rebus, vt eſſe poſſunt, bonum enim non eſt bonum completè, & abſolutè, nec completè & abſolutè mouet appetitum, niſi vt eſſe poteſt in rerum natura. Denique, hinc intellectus dicitur quodammodo trahere res ad ſe, eaſque in ſeipſo conſiderare etiam eo pacto, quo eſſe non poſſunt in rerum natura: at appetitus dicitur quodammodo egredi ad res, quas appetit, vt eas amplectatur, qua ratione non poteſt in eas completè ferri, niſi vt in rerum natura eſſe poſſunt. Vnde eſt illud Ariſt. ſexto libro huius operis, *Verum, & falſum eſſe in intellectu, bonum, & malum in rebus*. Itaque, actus volendi hoc differunt hac ex parte ab actibus intelligendi, quod actus intelligendi poſſunt completè, & abſolutè verſari circa vniuerſalia, vt vniuerſalia ſunt, ſeu (quod idem eſt) cum præciſione particularium, actus autem appetendi incompletè tantùm, & imperfectè. Ab actibus autem appetitus ſenſitiui, duobus modis. Vno, quatenus hi nec completè, nec incomplete, verſari poſſint circa vniuerſalia præciſè ſumpta: quemadmodum neque actus ſentiendi. Altero, quia etſi vtrique completè & abſolutè verſantur circa ſingularia: tamen actus voluntatis poteſt ferri vno actu, in omnia indiuidua cuiuſcumque ſpeciei, aut generis collectiuè ſumpta, etiam ſi infinita ſint, quo pacto magis crediderim intelligendum eſſe illud Ariſtotelis: *Odio haberi a nobis genus latronum*, actus autem appetitus ſenſitiui non poteſt ferri in omnia collectiuè ſumpta, ſed ſolùm abſolutè, & cum conditione indefinitæ ſingularitatis: fertur enim appetitus ſenſitiuus in dulce, cum conditione huius, vel illius ſingularitatis, quod alibi fuſiùs docebimus. Et quia nullum ſingulare in rerum natura eſſe poteſt, niſi per ſe exiſtat, aut habeat exiſtentiam in aliquo, quod per ſe exiſtat, perſpicuũ relinquitur, ex dictis, omnes actiones verſari per ſe, circa ſingularia per ſe exiſtentia.

Lib. 3. ca. 2. text. 3.

Diſcrimen actuum voluntatis ab actibus intellectus, & appetitus ſenſitiui.

c. 2. text. 8.

Diſcrimẽ inter actus voluntatis, & intellectus.

QVOD ſi quis ita obiiciat: Cùm appeto mihi ſcientiam, virtutem, aut ipſam etiam beatitudinem appetitu concupiſcentiæ, non appeto aliquid ſingulare per ſe exiſtens. Reſpondendum eſt, illum non appetere iſta ſibi, niſi quia appetit ſe ſcientem, probum, aut beatum, quod iam eſt appetere per ſe, aliquid ſingulare per ſe exiſtens, ſi non, vt ſit, certè, vt tale ſit. Omnis enim appetitus concupiſcentiæ, fundatur in aliquo appetitu amicitiæ, quo quiſque ſecundùm Deum ſi rectè amat, ſeipſum amat. Ita patet quomodo ſit verum vniuersè, omnes actiones eſſe ſingularium, ſiue vt à quibus oriuntur, ſiue vt in quibus recipiuntur, ſiue vt ad quæ primò, ac per ſe terminantur.

Obiectio.

Dilutio.

Appetitus concupiſcentiæ fundantur in appetitu amicitiæ.

Dilutio argumentorum partis negatiuæ.

SECTIO IIII.

Soluũtur obiecta contra primum ſenſum.

AD PRIMVM igitur argumẽtum contra affirmatiuam partẽ in primo ſenſu dicendum eſt, calefactionem non proficiſci à calore, nec frigefactionem à frigore, tamquam à cauſſis agentibus, ſed tamquam à formis, quibus agentia agũt, ſeu (quod idem eſt) tamquam à rationibus agendi. Nec obiicias, accidentia, quæ ſunt in ſacra Euchariſtia, agere ipſa per ſe. Primùm enim dicimus, non loqui nos de actione accidentium, quæ ſupernaturaliter conſeruantur, ſed de actione eorum, quæ naturaliter exiſtunt. Deinde, eiuſmodi accidentia eſſe virtute diuina ſingularia per ſe exiſtentia, non quòd virtute diuina factæ ſint ſubſtantiæ, aut eis (vt quidam exiſtimant) communicata ſit exiſtentia ſubſtantiæ, ſed quia exiſtunt more ſubſtantiæ, ſua tamen ipſorum exiſtentia. Poſtremò, quicquid ea accidentia agunt, non eis tanquam agentibus, ſed ſubſtantiæ, in qua fuerunt, & cuius virtute agunt, attribuendum eſſe: de qua re alibi fuſiùs dicendum.

Obiectio.

Prima ſolutio.

Accidẽtia in Euchariſtia quomodo exiſtãt ſinè ſubiecto.

Vt Caiet. 3. p. q. 77. ar. 1. 2. & 3.

Alia obiectio

Solutio.

QVOD ſi quis obiiciat, calorem exiſtere in aqua calida naturaliter, hoc eſt, ſinè miraculo, & tamen ei ſoli attribuendam eſſe calefactionem manus, tamquam agenti per ſe, quod non poſſit attribui aquæ, niſi per accidens, cùm aqua ſit calida: Occurrendum eſt, eſſe quidem calorem principium, & rationem formalem calefaciendi, ſed tamen ipſam aquam eſſe id, quod per ſe calefacit: non quidem ſecundùm formam aquæ, aut aliud accidens, quod eam conſequatur, ſed ſecundùm formam caloris. Vnde nec dicimus calorem per ſe calefacere, neque aquam abſolutè ſumptam, ſed aquam calidam. Qua ſolutione multa dubia in hac materia diſſolues.

Quo pacto potẽtia à naturis communibus emanẽt, à quo verè generentur.

AD SECVNDVM dicendum eſt, potentias, quæ ſunt proprietates naturarum communium, non oriri ab illis per aliquam veram actionem, ſed per quamdam naturalem conſecutionem. Quò fit, vt ſi de veris actionibus ſit ſermo (de quibus hæc quæſtio intelligenda eſt) neceſſariò dicendum ſit, huiuſmodi potentias non aliis actionibusgenerari, quàm quibus ipſæ naturæ cõmunes generantur: & ideò, cùm naturæ communes non generentur, niſi à ſingularibus per ſe exiſtentibus (vt humana natura à Socrate, aut à Platone) atque adeò per accidens, quatenus includuntur in eiuſmodi ſingularibus, quæ generantur per ſe, efficitur, vt nec ipſæ potentiæ generentur, niſi ab iis ſingularibus, & per accidens. Quòd autem ad finem argumenti additur de actibus potentiarum, & ſi iam ex dictis ſatis refutatum relinquitur, tamen doctrinæ cauſſa ſic refellendum eſt. Id, quòd Ariſt. ait, *Eius eſſe actum, cuius eſt potentia* (quod de potentiis, & actibus immanentibus intelligitur) ſic accipiendum eſſe, quaſi dicat, ab eadem re oriri actum, à qua oritur potentia, licet non ab eadem re ſub eadem entitate, & perfectione ſumpta. Minus enim perfectionis, & entitatis requiritur in re, vt ab ea oriatur potentia, quàm vt oriatur actus. Nunc autem ita res ſe habet, vt potentiæ, quæ ſunt proprietates naturarum communium, oriantur per modum cuiuſdam naturalis conſecu

Digitized by Google

Locus Ariſtotelis expoſitus.

conſecutionis ab ipſis naturis communibus, cùm ipſæ naturæ communes generantur in ſuis indiuiduis, in quibus includuntur: actus autem potentiarum non oriantur à ſolis naturis communibus, ſed ab earum indiuiduis, quæ licet ſint idem re cum naturis communibus, tamen plus entitatis, & perfectionis includun[illegible]. Atque hæc eſt cauſſa, cur potentiæ communicentur indiuiduis per naturas communes, actus autem naturis communibus, per i[illegible]diuidua.

Sententia quorundam reiicitur.

AD tertium dicendum eſt, iis q[illegible]em, qui pronunciatum Ariſtotelis ita intelligunt, quaſi velit actiones omnes eſſe ſuppoſitorum, non parum faceſſere argumentum negotij. Coguntur enim fateri Deum, vt communis eſt tribus diuinis perſonis, modo aliquo eſſe ſuppoſitum, & quod euidentius abſurdum eſt, perſonam: cúmque ſimpliciter id dici non poſsit, adhibent eam moderationem, vt fateantur eſſe ſuppoſitum incompletum, & perſonam incompletam: quia cùm ſit ſingulare quoddam naturæ intellectiuæ per ſe exiſtens, imo res ſingulariſsima, & ipſa etiam per ſe exiſtentia, ſola incommunicabilitas ei deeſt ad rationem ſuppoſiti, & perſonæ. Sed neque ea moderatio ſatis eſt, vt Theologus ſinè iuſta reprehenſione appellet Deum, vt tribus perſonis communis eſt, ſiue ſuppoſitum, ſiue perſonam. Nec nobis quicquam difficultatis exhibet argumentum, quod dicimus in pronunciato Ariſtotelis, ſiue hoc loco, ſiue in primo de Anima capite quarto, non eſſe intelligenda ſuppoſita, ſed ſingularia per ſe exiſtentia.

Deus operationes ad extra nõ agit vt ſuppoſitũ, ſed vt ſingulare per ſe exiſtẽs.

AD primùm verò eorum, quæ contra ſecundum ſenſum obiecta ſunt, eodem modo reſpondendum eſſe perſpicuum eſt ex dictis. Ad ſecundum, dicendum, actionem, qua introducitur forma ſubſtantialis, recipi per ſe primò in eo, quod corrumpitur, vt iam diximus: quandoquidem ab eo per ſe primò ſuſtinetur: tametſi forſitan per ſe primò inhæreat materiæ rei, quæ corrumpitur. Sed & ipſam momentaneam formæ introductionem, ſi actio dicenda eſt, & non potiùs actionis terminus, in ipſo etiam compoſito per ſe primò recipi, non in eo tamen, quod corrumpitur, ſed in eo, quod generatur: recipere enim per ſe primò actionem, nihil eſt aliud, quàm illam per ſe primò ſuſtinere, vt dictum eſt: quod vtique materia per ſe ipſam præſtare non poteſt, cùm ipſa non ſolùm exiſtat, vt pars, ſed etiam, vt ſimpliciter exiſtat in digeat ſuapte natura alterius, vt ita dicam, ſuſtentaculo. Ad tertium dicendum, Chriſti Domini humanam naturam, vt non eſt res ſingularis per ſe omnino exiſtens, ſed exiſtens in Verbo diuino, à quo ſuſtinetur: ita non eſſe id, quod per ſe primò ſuſtinet actiones humanas, ſed Verbum ipſum: tametſi illæ in natura eius humana inhæreant. Hinc enim fit, vt veriùs dicamus: Verbum diuinum videre, audire, loqui, & ſimilia, quàm humanam Chriſti naturam.

Soluũtur obiecta cõtra ſecundum ſenſum.

Humana Chriſti natura non per ſe exiſtit, ſed in verbo.

Soluũtur obiecta contra tertium ſenſum.

AD PRIMVM denique eorum, quæ contra tertium ſenſum propoſita ſunt, ex dictis patet reſponſio.

AD SECVNDVM dicendũ eſt, duo eſſe genera terminorũ in actionibus, quibus aliquid efficitur: alios eſſe quibus res cõplentur, ſiue abſoluũtur, qui termini in actionibus, quibus fiunt cõpoſita ſubſtãtialia ſunt

Duplex actionũ terminus.

ſunt formæ ſubſtantiales,in iis autem,quibus fiunt compoſita accidẽtalia , accidentales , atque de huiuſmodi terminis intelligendum eſſe locum citatum:alios verò eſſe res ipſas,quæ fiunt: compoſita,inquam, ſubſtantialia,ad quæ terminantur generationes ſubſtantiales,aut accidentales,ad quæ,accidentales : atque de his terminis, qui & præcipui ſunt,& à prioribus diſtingui poſſunt , vt totales à partialibus , intelligendam eſſe hanc quæſtionem,de quibus etiam loquitur Ariſtoteles lib.ſeptimo huius operis capit.

Effecta per ſe ſi vniuerſalia ſint, effici per accidens.

AD TERTIVM dicendum eſt,propria adæquata,& per ſe effecta cauſſarum vniuerſalium,eſſe vniuerſalia,vt rectè probatum eſt,ſed tamen illa

---

CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

QVONIAM [a] *autem.* Cùm Ariſtotel.ad finem ſuperioris capitis collegiſſet eam ſcientiam , quæ ſapientia dicitur, verſari circa cauſſas & principia , aſſerit primum initio huius ſe quærere , ac velle tradere huiuſmodi ſcientiam. Deinde docet , circa quas cauſſas , & principia verſetur, id quod in prima parte huius capitis exequitur, oſtendens ex ratione ſapientis verſari illum circa primas,& maximè vniuerſales cauſſas , & principia. Huius rei gratia profert in medium ſex communes ſententias de ratione ſapientis,nempe , *Eũ maximè haberi ſapientem,qui ſcit omnia,quoad eius fieri poteſt :* & *eum qui ſcit res nõ vulgares, & cuique obuias, ſed difficiles , & à communi ſenſu remotas :* itẽ *Eum qui ea, quæ nouit certiori cognitione,quam cæteri comprehendit,* & *Qui aptior eſt ad docẽdum , cauſſáſque rerum tradendas ,* & *Qui ea ſcientia præditus eſt, quæ propter ſe, hoc eſt , ſolius cognitionis cauſſa digna eſt,quæ expetatur.* denique *Eum qui inter omnes artifices principatũ obtinet*

Sex ſapienti attributa.

[b] *Ac horum quidem* Accommodat ea,quę dicta ſunt ei, qui verſatur circa primas , & maximè vniuerſales cauſſas , & principia, primúmque primam ſententiam ea ratione:Quia is ſolus ſcit omnia,quoad fieri poteſt,qui habet ſcientiam

Περὶ ποίας αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχὰς ἐπιστήμη,σοφία ἐστίν.

ΚΕΦ. Β'.

Cait.3.p.q.2. art.2.

ΕΠεὶ [a] δὲ ταύτην τὴν ἐπιστήμην ζητοῦμεν, τοῦτ' ἂν εἴη σκεπτέον, περὶ ποίας αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχὰς ἐπιστήμη,σοφία ἐστίν. εἰ δὲ λάβοι τις τὰς ὑπολήψεις,ἃς ἔχομεν περὶ τοῦ σοφοῦ, τάχ' ἂν ἐκ τούτου φανερὸν γένοιτο μᾶλλον. ὑπολαμβάνομεν δὴ, πρῶτον μὲν ἐπίστασθαι μάλιστα πάντα τὸν σοφὸν, ὡς ἐνδέχεται μὴ καθέκαστον ἔχοντα ἐπιστήμην αὐτῶν, εἶτα τὸν χαλεπὰ γνῶναι δυνάμενον,καὶ μὴ ῥάδια ἀνθρώπῳ γινώσκειν,τοῦτον σοφόν. τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι, πάντων κοινόν. διὸ ῥάδιον,καὶ οὐδὲν σοφόν. ἔτι τὸν ἀκριβέστερον, καὶ τὸν διδασκαλικώτερον τῶν αἰτιῶν, σοφώτερον εἶναι περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην. καὶ τῶν ἐπιστημῶν δὲ τὴν αὐτῆς ἕνεκεν , καὶ τοῦ εἰδέναι χάριν αἱρετὴν οὖσαν , μᾶλλον εἶναι σοφίαν , ἢ τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκεν. καὶ τὴν ἀρχικωτέραν τῆς ὑπηρετούσης μᾶλλον εἶναι σοφίαν. οὐ γὰρ δεῖν ἐπιτάττεσθαι τὸν σοφὸν ἀλλ' ἐπιτάττειν , καὶ οὐ τοῦτον ἑτέρῳ πείθεσθαι, ἀλλὰ τούτῳ τὸν ἧττον σοφόν. τὰς μὲν οὖν ὑπολήψεις,τοιαύτας καὶ τοσαύτας ἔχομεν περὶ τῆς σοφίας,καὶ τῶν σοφῶν.

Text.64.

Τούτων [b] δὲ τὸ μὲν πάντα ἐπίστασθαι τῷ μάλιστα ἔχοντι τὴν καθόλου ἐπιστήμην ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. οὗτος γὰρ οἶδέ πως πάντα τὰ ὑποκείμενα. σχεδὸν [c] δὲ καὶ χαλεπώτατα γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ τὰ μάλιστα

men illa effici per accidēs, nō modò à cauſſis particularibus, ſiue ſingularibus, ſed etiā ab vniuerſalibus. Ratio huius rei eſt, quia actiones per ſingularia & procedunt ab vniuerſalibus, & ad vniuerſalia terminātur. Nam quemadmodū vis agēdi cōuenit ſingularibus per vniuerſalia, ita actio ſiue inchoatiuè, ſiue terminatiuè cōuenit vniuerſalib. per ſingularia, vt ex dictis patet. Quare non pugnāt iſta inter ſe, Statua in conmune ſumpta eſt effectus per ſe: ſtatua in commune ſumpta fit per accidēs: in priori enim pronūciato, cōfertur natu[illegible] effectus cū vi agendi, quę primò conueniunt naturis cōmunibus: in poſteriori autem confertur terminatio actionis cum actione ipſa, quæ primò conueniūt ſingularibus.

tiam maximè vniuerſalem, eiuſmodi autem eſt qui verſatur circa primas, & maximè vniuerſales cauſſas ac principia.

ADVERTE in contextu nomine rerum ſubiectarum, intelligenda eſſe non ſolùm ſubiecta maximè vniuerſalium prædicatorum, ſed etiam effecta maximè vniuerſalium cauſſarum. Nam vt prædicata maximè vniuerſalia continent omnia particularia ambitu ſuæ prædicationis, ſic maximè vniuerſales cauſſæ continent omnia effecta ambitu ſuæ virtutis. *Quid hic intelligatur nomine rerum ſubiectarum.*

Circa quas cauſſas, & circa quæ principia ſcientia ſapientia nomina dicta verſatur. CAPVT II.

QVoniam [a] autem hanc ſcientiam quærimus, hoc vtique cōſiderandum erit, quarum cauſſarum, principiorúmque ſcientia, ſit ſapientia. Si quis igitur eas opiniones repetat, quas de ſapiente accepimus, hinc fórſitan id magis perſpicuū fiet. Text. 27. *Ac primùm quidem exiſtimamus ſapientem maximè ſcire omnia, quoad fieri poteſt: non ita tamen, vt eà ſingulatim ſcientia teneat. Deinde eum putamus ſapientē, qui difficilia, & quæ ab homine haud leui opera cognoſcuntur, tenere poteſt. ſenſu enim aliquid percipere omnibus commune eſt, proinde facile, nec ſapientiæ quicquam habens. Præterea eum, qui eſt accuratior, quique rerum cauſſas melius tradere docendo poteſt, ſapientiorem in quauis ſcientia eſſe iudicamus. Scientiarum quoque eam, quæ ſui cauſſa, ſciendique gratia expetenda eſt, magis eſſe ſapientiam, quam quæ eorum, quæ ab illa proueniunt. Et eam quæ præeſt, quàm quæ miniſtrat. Neque enim ſapiens præceptis ſubiici, ſed præcipere, neque idem alterius ſententiam, ſed minùs ſapiens ſententiam illius ſequi debet. Tot igitur, ac tales de ſapientia, & ſapientibus opiniones habemus.*

Ac [b] horum quidem illud, Omnia ſcientia tenere, in eo inſit neceſſe eſt, qui maximè præditus eſt ſcientia vniuerſali, is enim quodāmodo nouit ſubiecta omnia. Ferè [c] etiam ea ſunt hominibus cognitu difficillima, quæ

[c] *Fere etiam.* Ex eo oſtendit ſecundam ſententiā conuenire ei, qui prædictas cauſſas & principia conſiderat: Quia maximè vniuerſalia ſunt nobis difficillima cognitu. Quo loco aduerte nō dixiſſe Ariſtotelem, maximè vniuerſalia eſſe ſimpliciter difficillima cognitu, ſed hominibus, quia re vera ſunt cognitu facillima ſubſtātiis ſeparatis, quæ nō indigent ſenſuum adminiculo. Addit autem particulam *fere*: quia multa etiam particularia ſunt, quę difficillimè à nobis cognoſcūtur, vt materia prima, quę longo temporis progreſſu cognita eſt à Philoſophis, & quadratura circuli, in qua inuenienda cùm à plurimis Mathematicis deſudatū ſit, nōdum tamen eſt inuēta. Hoc loco nomine maximè vniuerſaliū intelligunt plerique ſolas cauſſas maximè vniuerſales, quæ cùm ſint à materia ſeparatæ, longiſſimè abſunt à noſtris ſenſibus. Dicendum eſt tamē cum D. Th. conplexum fuiſſe Ariſt. iis verbis, & cauſſas maximè vniuerſales, & maximè vniuerſalia prædicata, quæ & ipſa remotiſſima ſunt ab iis,

Quibus maximè vniuerſalia ſint difficillima cognitu.

Quid hoc loco nomine vniuerſalium intelligatur.

tentiam,hoc argumento. Quia cum is ſolus verè doceat,qui cauſſas rerum tradit, is magis erit aptus ad docendum,qui magis verſabitur in cauſſarum conſideratione,& maximè aptus , qui maximè verſabitur : at hunc nemo negauerit eſſe eum, qui tradit primas cauſſas,ad quas fit vltima reſolutio ſimpliciter.

Quanã ſciẽtia maximè expetenda.

[f] *Cognoſcere.* Quòquinta eidẽ congruat,hac ratiocinatione oſtẽdit.Ea ſcientia eſt maximè expetenda propter ſe,quę verſatur in conſideratione rerum digniſſimarũ, q̃ ſciantur,eiuſmodi autẽ eſt ea,quę verſatur in conſideratione primorũ principiorũ& cauſſarũ,eſt igitur hęc maximè propter ſe expetẽda:vtraq.aſſumptio perſpicuè probatur in cõtextu.

que ſunt maximè vniuerſalia,longiſſimè en.... abſunt à ſenſibus.Sciẽtiarũ [d] quoq; ea ſunt accuratiſſime,que in iis que prima ſunt,maximè verſantur.Que.n.ex paucioribus.rẽcõficiũt,accuratiores ſunt iis,que ex additione appellãtur,vt tã Arithmetica:quã Geometria.Sed [e] & ea aptior eſt ad docendũ, que magis in cauſſarũ conſideratione verſatur,Ij enim docẽt,qui cauſſam cuiuſq; rei afferũt. Cognoſcere [f] aũt,ac ſcire ipſius cognitionis,ac ſcientia cauſſa,in ea ſciẽtia maximè cernitur, que verſatur in re maximè ſcibili.Qui enim ſcientiam ſciendi cauſſa eligit,is eã amplectetur maximè,que eſt ſciẽtia nomine digniſſima:huiuſmodi verò eſt,que in ea re verſatur,que aptiſſima eſt vt ſciatur.Sunt autẽ aptiſſima,vt ſciantur ea,que prima ſunt , & cauſſe, cum propter hec,atque ex his cetera cognoſcantur,non hec propter ea,que ſubiecta ſunt.Ea [g] verò ſciẽtia maximè princeps eſt,miniſtrantiq; preponitur, que nouit cuius cauſſa,quidq; agendũ ſit : hoc autẽ eſt cuiuſq; rei bonũ, & omnino quod in omni natura eſt optimũ.Ergo [h] ex iis omnibus,que dicta ſunt inteligitur, id nomen, quod queritur,in eandẽ ſcientiam cadere.Eam enim neceſſe eſt primorum principiorũ,atque cauſſarũ eſſe contẽplatricẽ.Nãq; & bonũ,& cuius gratia,cauſſarũ vna eſt.

Que cæterarum princeps

[g] *Ea vero.* Sextam deniq.in eundẽ cõuenire hac argumentatione cõcludit.Ea ſcientia obtinet principatũ inter omnes, quę verſatur in cõſideratione ſupremi finis , ſiue ſummi boni:artifices enim, qui verſãtur in cõſideratione finium ſuperiorum , imperãt iis , qui verſantur in conſideratione inferiorũ finium (ſcientia autem quę de primis cauſſis diſſerit, verſatur in conſideratione ſupremi finis) prima enim cauſſa,cuius gratia omnia fiũt, eſt ſũmum bonũ,ac proinde ſupremus finis,ergo hæc eſt, quæ inter omnes principatũ obtinet.Nomine ſummi boni intelligit hoc loco Ariſt. tum ordinẽ vniuerſi , q̃ eſt ſũmũ bonũ formale vniuerſi , tum pręcipuè Deũ Opt. Max.quod dicitur ſummũ bonum ſeparatum, de qua re cum ipſo auctore agendũ eſt vltimo capite libri duodecimi.

Quid nomine ſummi boni hoc loco intelligatur.

GRAECI codices impreſſi habent hoc loco,μᾶλλον ἀρχὴ hoc eſt, *magis principiũ.* Nosmagis probauimus lectionem duorum veterum manu-ſcriptorum,qui habẽt, μᾶλλον ἀρχικὴ,quod eſt *magis princeps ſuperiórve.*

[h] *Ergo ex iis.* Iam colligit inſtitutum quaſi hac ratiocinatione. Sapientia verſatur circa primas cauſſas, & principia , hæc ſcientia , quam aggredimur , eſt ſapientia, verſatur igitur circa primas cauſſas , & principia. Maior , quæ præſpicuè ponitur hoc loco , probata eſt hactenus accommodatione attributorum ſapientis ad eum qui verſatur circa primas , & maximè vniuerſales cauſſas , & principia. Id ſolùm hoc loco repetit : ſummum bonum , & id,cuius gratia omnia fiunt , eſſe vnam ex cauſſis,id quod ea ratione facit , quia bonum ſiue finis non credebatur eſſe cauſſa, ſaltem ab aliis diſtincta , vt ipſe inferius docebit. Minor habetur ex primis verbis huius capitis. Concluſio autem illis verbis continetur. *Id nomen , quod queritur in eandem ſcientiam cadere.* Quorum hic eſt ſenſus : In eam ſcientiam quæ verſatur circa primas cauſſas , & principia , cadere nomen ſcientiæ , quæ in hoc opere quæritur,ſeu (quod idem valet) eam ſcientiam, cui in hoc opere ſub nomine ſapientiæ datur opera , verſari circa primas cauſſas , & principia. Patet igitur id, quod ſecundo loco ab Ariſtotele in hac præfatione explicandum diximus. Quidnam ſit natura huius artis , ſiue in quarum rerum conſideratione ea verſetur. Natura enim cuiuſque habitus ex rebus , circa quas verſatur,intelligitur.

SEX SAPIENTIS AB ARISTOTELE ATTRIbuta rectè explicata ab aliis peruersè intellecta demonſtrantur.

EX iis, quæ in hac parte capitis dicta ſunt intelligi poteſt, quantò rectiùs Ariſtoteles tradita ſapientis attributa Metaphyſico accommodauerit, quàm alij ſibi aſcribant. Sapientis, in[illegible]non in certo rerum genere dumtaxat (hoc enim cui[illegible] profecto artifici concedi poteſt) ſed ſimpliciter, cæterorum omnium comparatione.

Quam rectè Ariſtoteles Sapiẽtis attributa intellexerit.

Peruerſus ſenſus primi attributi.

ACPRIMVM quidẽ attributũ, quod eſt, *Omnia ſcire*, à pleriſq; olim ſic intelligebatur, vt putarẽt, neminẽ eſſe ſapientem, niſi qui ſciret omnia ſingulatim, hoc eſt, ad infimas vſque rerũ ſpecies, quæ ſunt indiuidua ſcientiarum ſubiecta. Quocirca cùm eorũ multi ſapientes haberi vellent, neceſſe erat, vt omnia ſpeciatim ſe ſcire profiterentur, & (quod erat conſequens) nullá quæſtionem detractarent, de quacunque tandẽ re ea proponeretur. Verùm hi cum ſæpe exagitati eſſent à Socrate, Platone, & aliis eius ætatis philoſophis cõtendentibus fieri non poſſe, vt vllus mortalium hoc pacto rerũ omnium ſcientiam conſequeretur: proinde eam cognitionem, quam illi ſibi arrogabant, non eſſe verã, & germanã ſapientiã, ſed fucatam & apparentem, non ſolidam, & expreſſam ſcientiã, ſed ſcientiæ opinionẽ, nomine Sophiſtarum, quod antè ipſis erat honorificũ, contemptui & ludibiro cæteris Philoſophis eſſe cœperunt: & quia verborũ præſtigiis quibus in diſſerendo vtebantur, incautis illudebant, ei parti Dialecticæ, quæ de Sophiſtarum redargutionibus inſcribitur, ſuo vitio nomen dederunt. His exactis ſucceſſerunt Grammatici, qui non theatralibus diſputationibus, vt Sophiſtæ, ſed priuatis ſcriptionibus, propter orationis cùm rebus cõmunionem omnia ſe ſcire profitentur dũ omnia examinant, & ſuo, quaſi omni rerum peritorũ ſapientiumque, iudicio, vel dãnant, vel approbãt. Quorũ plurimos hodie reperire licet, in quos conueniat illud Homeri in Margitem, *Multa quidem nouerat, ſed malè nouerat omnia*: quique ſint longè diſſimiles iis veteribus Grammaticis, quibus cùm Criticorũ nomine iure cõceſſa erat auctoritas de omnium ſcriptis iudicãdi, quòd nõ modò in literis humanioribus eſſent doctiſſimi, ſed in onmibus Philoſophiæ partibus cùm laude verſati. Qui morbus eò magis graſſatur noſtra ætate in iis regionibus, in quibus tãtam videmus factam Religionis inclinationem, quod in illis vnum literarum humaniorum ſtudium pro tota penè ſit & humana, & diuina Philoſophia. Hos itaque damnat Ariſtoteles cùm ait. *Sapientis eſſe ſcire omnia, non ſingulatim, ſed quoad fieri poteſt*, poteſt autem fieri quoad primos ſciendi fontes, qui eſt primarum cauſſarum & principiorum cognitio, quam qui tenet, de rebus omnibus tamquam omnium architectus iudicare poteſt.

Sophiſtarum nomẽ ex quo tempore contemptui habitum.

Lege Platonem in Sophiſta, Protagora, Eutylemo, & Gorgia.

Grãmaticorum quorũdã inſolentia.

2.

Plato in 2. Alcibiade refert.

Critici qui olim dicti.

Quo pacto omnia ſcire poſſimus.

Secundi attributi peruerſus ſenſus.

Contra genethlyacos, iudiciarios & magos qui ſibi difficilia ſcire arrogant.

SECVNDVM attributum erat, *Scire non quæuis, ſed homini difficilia.* Quod cũ ſumant Genethliaci qui ex natali cuiuſque de tota hominis futura vita iudicant: & cæteri Iudiciarij, qui ex aſtrorum aſpectibus libera hominum opera vaticinãtur, ac denique Magi, qui rerum abſentiũ, quæque ſecretò fiũt, multorũque operũ ſupra humanas vires ſciẽtiam

tiã profitētur(hæc enim rerum cognitio difficillima iudicatur omniũ, quæ apud nos ſunt)eã ſcientiæ opinionẽ ſibi conciliarũt apud barbaros,& imperitos,vt ſoli apud eos ſapiẽtes habeantur. Ac mirũ ſanè eſt. quòd adhuc in parte vlla Chriſtiani orbis in pretio ſint,præſertim poſt tam multas in hoc hominũ genus,& Patrũ reprehenſiones, & ſacrorũ Canonũ decreta. Neq; enim difficillia homini profitẽtur, ſed planè impoſſibilia humanæ facultati,vt perſpicuum ſit eos impoſtores eſſe, cùm libera hominum facta certò futura prædicunt & Cacodæmonũ admonitione doceri, cùm de iis,quæ alibi aguntur, certi aliquid renunciant,aut quicquã præter cõmunem naturæ ordinem faciunt. Neque enim à bonis ſpiritibus docentur,qui huiuſmodi artibus ad ſuam aliorúmque perniciem vtuntur. At Ariſtoteles ea tãtùm difficilia,quæ humana opera,& induſtria percipi poſſint, ſapiẽtem facere huius attributi explicatione docet, & quoniam primarum cauſſarũ & principiorum cognitio eſt hoc pacto omnium difficillima,meritò colligit ex hoc attributo ſcientiam hanc verſari circa primas cauſſas & principia.

Difficilium nomine quanã intelligat Ariſt.

TERTIVM porro, *quod in accurata demonſtrandi ratione poſitum eſt,* ſibi propriũ faciunt pure Mathematici, Arithmetici nimirũ & Geometræ, quòd penes ſe tantùm accuratam demonſtrandi rationem eſſe credant. Ita cùm nihil ſapienter dictũ eſſe iudicent,niſi quod tãta perſpicuitate percipiatur,quãta ipſi theoremata ſua perſpecta faciunt: ſe ſolos ſapientes eſſe pronunciant,apertum eſt enim, nullam eſſe diſciplinam,quæ apud nos tanta perſpicuitate demonſtret, quanta eorum ſcientia. Sed falluntur planè. Primũ enim nõ deſunt qui has ſcientias, nec ſcientiarũ quidem nomine dignas cẽſeant,quòd nõ ex veris cauſſis demõſtrare videãtur. Deinde,vt hos interim mittamus,perſpicuitas doctrinæ,etiam maxima ipſa per ſeſe non facit ſapientem, niſi accedat nobilitas rerum de quibus agitur,quæ ſi maxima ſit,ſatis erit,vt ſcientia,quæ circa id genus verſetur,ipſa ſecundum ſe Sapientia dicatur: tametſi à nobis minùs perfectè participetur. Quocirca Ariſtoteles,eiúſque præcipuus interpres Aphrodiſienſis Alexander, aliquando huiuſmodi Mathematicas propter rerũ,in quibus verſantur,ignobilitatem, in Philoſophiæ partibus numerãdas non cenſet. Poſtremò. Accurrata demonſtrandi ratio,quam hoc loco Ariſtoteles Sapienti attribuit, nõ ad perſpicuitatem,non etiã ad rerũ dignitatem, quæ potiùs ad ſecundum attributũ pertinet,ſed ad independentiã principiorum referenda eſt,tametſi cũ indepẽdentia principiorũ coniũcta eſt,rerũ non ſolum nobilitas maxima,ſed etiã ſumma ex natura rei perſpicuitas. At principia Mathematicarũ ex principiis Metaphyſicæ pendent, eaque ſupponunt. Nam & ſimplicia hæc, Punctus, Linea,Superficies,& ſimilia includũt cõmuniſſima rerũ prædicata,de quibus ſolus Metaphyſicus, agit,& cõplexa illa inſigniora,& propria,quibus vtuntur, *Omne totum eſt maius ſua parte. Si ab æqualibus æqualia demas,&c.* Metaphyſica ſunt planè,ſi nõ ſumãtur cõtracta ad quantitatẽ. Quòd ſi ſumãtur contracta,iã ſupponunt,alia priora, ſeu potius aliã ſui priorem minúſque dependentem conſiderationem,quæ pertinet ad eam accurationem demonſtrandi rationem,quæ in hoc attributo Metaphyſicæ tribuitur.

Tertium attributum qui nõ rectè ſibi tribuant.

Aduerſus puros Mathematicos,qui ſe de accurrata demonſtratione iactant.

Ariſt.li. 4. c. 2.text. 4. Alex.ad initiũ Prioris Analytica.

Accurata demonſtrãdi ratione quid hoc loco intelligatur.

Digitized by Google

Quartũ attributum, qui haud rectè percipiant.

7. de Repub. 5. de Repub.

QVARTVM attributũ, *hoc eſt* [illegible] *dum aptitudinẽ*, videtur Plato Dialecticæ tribuere, qu[illegible] videatur omnia ad prima vſque principia, & cau[illegible] faciat ſcientiam ſimpliciter, cæteras verò, quas dic[illegible]s eſſe dicat, ſed opiniones, nec cætero[illegible] apiẽtiæ ſtudioſos, ſed φιλοδόξους, hoc [illegible] eãdẽ dicitur iudicaſſe diſciplinam Dia[illegible] vna, & eadẽ ſciẽtia tres quoſdã qua[illegible] quibus illa in Logicã, Dialecticã, & Metaph[illegible] volunt, de qua re ad librũ 2. agendum [illegible] attributũ, ea ratione Dialecticæ conuen[illegible] doceat, quo pacto docẽdũ ſit (nulla enim aptior [illegible] poſſe, quã quæ doceat, quo pacto ſit docendun[illegible] potiorẽ locum habere principia, ex quibus doce[illegible] docẽdi, ſine quo nõ docemus, aptitudinẽ verò ad doce[illegible] hoc attributo traditur, propter cognitionem principiorum, no[illegible] pter cognitionẽ modi docẽdi tribui ſapienti. Id, quòd Ariſtoteles apertè explicat, cũ ait, *eam ſcientiam aptiorẽ eſſe ad docendum, qua magis verſatur in cauſſarũ conſideratione*, hoc eſt, cauſſis, quæ magis ſunt cauſæ, ſeu, quod eodem redit, in cauſſis natura prioribus.

Plato de Dialectica quid ſenſerit.

In docẽdo potiora eſſe principia quã docendi formã.

Quinti attributi peruerſa attributio.

Principes nõ ſunt maximè liberi niſi proprijs affectib. dominentur.

QVINTVM ea forſitam ratione videatur Aſtrologiæ tribuendum quod Principes eam penè ſolã, aut maximè ſtudio ſuo dignam ducãt. Ea enim videtur per ſe ſtudio digniſſima, quæ eſt digna ſtudio maximè liberorum hominum, quales cenſentur Principes. Verùm nec Principes ſunt maximè liberi, niſi quemadmodum cæteris hominibus, ita etiam propriis affectibus dominentur, & omnia, quæ vani, & effœminati in pretio habent, pro nihilo ducant: nec Aſtrologia eſt maximè liberorum hominũ ſtudio digniſſima. Nã etſi inter Mathematicas, imò etiã inter omnes liberales artes nulla eſt ſcitu dignior, quòd ea ſola de rebus cœleſtibus diſſerat: dignior tamen eſt ea, quæ ipſam cœleſtiũ rerũ naturã, cauſſãſque conſiderat: hæc verò eſt Philoſophia naturalis, ſiquidem Aſtrologia, non agit de natura cœleſtium corporum: ſed de eorum numero, magnitudine, & quantitate motus. Hac ipſa ratione concedebatur olim attributum hoc, naturali Philoſophiæ, & qui in ea verſabantur, primi Philoſophi, ſapientéſque habebantur, quòd eorum diſciplina in ipſa rerum natura indaganda poſita eſſet, quod nihil videretur ſcitu dignius. Sed non rectè iis tribuebatur nomen ſapientium ſimpliciter, cùm ſit aliud quoddam genus rerum ſuperius, quod illi aut non agnoſcebant, aut minimè tractabãt, rerum, inquam, omnis materiæ, ac mutationis expertium, quæ ſunt omnium cognitu digniſſimæ. Quæ omnia præclarè explicat Ariſt. cap. 3. lib. 4. his verbis. *At cùm aliquis adhuc naturali ſit ſuperior (Natura enim vnum quoddam genus eſt Entis) eius qui vniuerſalis eſt, & ad quem primæ ſubſtantiæ contemplatio pertinet, horum quoque fuerit tractatio. Naturalis autem diſciplina eſt quidem & ipſa ſapientia quædam, ſed non prima.* Quo loco primæ ſubſtantiæ nomine ſignificat materiæ expertem ſubſtantiam.

Cur naturalis Philoſophia non ſit ſapiẽtia.

Text. 7.

Sexti attributi non recta accõmodatio.

SEXTVM denique quod eſt, *Omnibus præcipere*, putãt cõuenire Politicæ Philoſophiæ Morale, quòd præcipere ſit actus practicus, Politica

verò

verò ſit ſuprema inter practicas:eadémque imperet cõtemplatiuis:ad ſcientiam enim de Reipublicæ adminiſtratione pertinet præſcribere ſcientias,etiam contemplatiuas,quibus ſit danda opera, eiſque modũ imponere,& ad cõmune bonum dirigere.Hinc Lycurgus,Solõ,& cæteri primi legum conditores, *Sapientes* dicti ſunt.Socrates etiam apud Platonem,in dialogo de philoſophia cũ coarguiſſet quendã iuuenem qui Philoſophiã Sapientiámve multarũ rerũ ſpecialem cognitionem eſſe putabat(quemadmodum Sophiſtæ de quibus in primo attributo dictum eſt)planè concludit.*In morũ diſciplinis poſitã eſſe ſapientiã, quarũ principẽ eſſe Politicã nemini dubiũ eſt.*Denique de hac Philoſophia videtur dictum ab eodẽ Socrate. *Felices fore Reſpublicas,ſi aut Reges Philoſophentur,aut Philoſophi Rempublicam adminiſtrent,in idemq; ciuilis potentia, & Philoſophia concurrant.*Fallũtur tamen & hi. Oportet enim ſuperiorem aliam ſcientiam concedere, cuius ſit vltimum finem quærere, ac tradere.Politica enim nõ illud tradit,ſed ſupponit, atque ad eum omnes humanas actiones practicè dirigit.Itaque illa ſuperior præcipit Politicæ:non practicè tamen, ſed contemplatiuè,quæ eſt præceptio minimè omniũ negotioſa,& vt de primo motore canit Boëtius, *Stabiliſq; manens dans cuncta moueri*, ita ſcientia hæc ea ratione cæteris imperat, eaſque quodammodo mouet quatenus pura contemplatione propria omniũ cõmunem finem oſtendit:de qua re plura dicemus libr.4. cùm diſquiremus,nũ cæteræ ſcientiæ ſubalternentur Metaphyſicæ. Atque Ariſtotelem ſignificaſſe hoc loco præceptionẽ hãc,quæ propria eſt ſapientiæ,cõtẽplatiuæ intelligẽdã eſſe, nõ practicè,ipſe apertè innuit in tradẽdo ſuperiori attributo.Si enim in hoc ſexto de præceptione practica loqueretur,non docuiſſet in quinto, ſcientiam hanc contemplatiuam eſſe,& ſui ſolius gratia,quod idem in ſecũda parte capitis latiùs docebit.Quãquam verò Politica dirigit homines quoad vſum omniũ ſcientiarũ,etiã contemplãtiũ,dum illum quibuſdã cõcedit,aliis negat, & interdũ præfigit terminũ,quem tranſilire,ſiue in tradendis ſcientiis contemplatiuis,ſiue in capeſſendis non licet,ipſas tamen ſcientias cõtẽplatiuas dirigere non poteſt,cũ hæ ab illa non pendeant,potiſſimum verò Metaphyſica.Quòd denique legum conditores Sapientes habiti ſunt, & Socrates cenſet ſapientiã in ſcientiis moralibus poſitam eſſe, atque optat,vt aut Philoſophi regnent,aut Reges philoſophentur, de Philoſophia non prima ſimpliciter, ſed de Philoſophia practica, potiſſimũ verò de prima in practicis,quã Politicã eſſe cõſtat dictum eſſe intelligendũ eſt:quamquã ſi fieri etiã poſſet,vt hac prima Philoſophia eſſent imbuti,rerũque diuinarum perfectã cognitionẽ haberent ij, qui Reip.præſunt, id etiã videtur eodẽ loco Socrates optare qui maximè.

Qui etiã Amatores inſcribitur.
5. de Repub.
Platoni ſententia.
Quo pacto Metaphyſica cæteris ſcientiis præcipiat.
Qua ratione Politica contemplatiuis etiam ſcientiis præſit.

HABES hoc loco,quẽadmodũ intelligere debeas traditas veterũ ſentẽtias de ſapiẽte ſimpliciter,cuius diſciplinã in his lib. tradere inſtituit Ariſt.Quãquã verò earũ ſingulæ ꝑ ſingulis deſcriptionib.Sapiẽtis haberi poſſũt,ex omnibus tamẽ multò luculẽtiorẽ illius explicationẽ colligere poteris.Qua in digreſſione eo diutiùs immorati ſumus, ꝙ videamus ad Met.ex officio pertinere,vt ſapienti rationẽ præſcribat.*Statuere.n.quid ſit ſapiens,vt Ciceronis verbis vtar,vel maximè videtur eſſe ſapiẽtis.*

Digreſſionis Epilogus.
Acad. 1. edit.

Eam

Dignitas huius ſcientiæ.

Acad. 1. ſeli.

[i] ***Eam verò non eſſe effectricem.*** Explicata vtcumque natura huius artis, docet quæ ſit eius dignitas, quod tertio loco in hac præfatione explicandum erat. Huius rei gratia tradit Ariſt. quatuor eius attributa, quorum primum eſt. *Non eſſe practicam, ſed contemplatiuam, ipſáque cognitione rerum contentam.* Quod duobus argumentis probat, vno ex cauſſa, quæ homines ad philoſophandum impellit, altero ex euentu.

Cur homines philoſophari cœperint.

Cauſſa ob quam philoſophari cœperunt, ipſumque philoſophiæ ſtudiũ ad altiſſimarũ vſque cauſſarũ inquiſitionẽ perſecuti ſunt, fuit admiratio, quæ nata eſt ex ignoratione earum cauſſarum, quarũ effecta nota erant. Cùm enim principio minus difficilia quædã mirarẽtur homines, eorúmque cauſſis inuentis difficilioribus quæſtionibus explicandis operã darent, eò tandem progreſſi ſunt, vt ſummas rerũ cauſſas inquirerent, à quibus totũ vniuerſum pẽdet, quas cauſſas ad hanc ſcientiam ſpectare iã oſtenſum eſt. Quare ſi fugiẽdæ ignorationis gratia hæc ſcientia inuenta eſt, perſpicuum eſt eã non propter actionẽ ſed propter ipſam cognitionem quæri, *cum ignorationi*, vt ait Alexander, *non actio, ſed cognitio medeatur, nemoq́; fugiat vnum oppoſitorum, quia tale eſt, niſi quia alterum appetit.* Vnde ſequitur non eſſe illam in practicis, ſed in theoreticis numerandam.

Ὅτι [i] δ' οὐ ποιητική, δῆλον ἐκ τῶν πρώτων φιλοσοφησάντων· διὰ γὰρ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι, καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀτόπων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες, οἷον περί τε τῶν τῆς σελήνης παθημάτων, καὶ τῶν περὶ τὸν ἥλιον, καὶ ἄστρα, καὶ περὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως. ὁ δ' ἀπορῶν, καὶ θαυμάζων, οἴεται ἀγνοεῖν. διὸ [k] καὶ φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πώς ἐστιν. ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων. ὥστ' εἴπερ διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν ἐφιλοσόφησαν, φανερὸν, ὅτι διὰ τὸ εἰδέναι τὸ ἐπίστασθαι ἐδίωκον, καὶ οὐ χρήσεώς τινος ἕνεκεν. μαρτυρεῖ [l] δὲ καὶ αὐτὸ τὸ συμβεβηκός. σχεδὸν γὰρ πάντων ὑπαρχόντων τῶν ἀναγκαίων καὶ πρὸς ῥαστώνην καὶ διαγωγὴν, ἡ τοιαύτη φρόνησις ἤρξατο ζητεῖσθαι. δῆλον οὖν ὡς δι' οὐδεμίαν αὐτὴν ζητοῦμεν χρείαν ἑτέραν, ἀλλ' [m] ὥσπερ ἄνθρωπός, φαμὲν, ἐλεύθερος, ὁ αὑτοῦ ἕνεκα, καὶ μὴ ἄλλου, οὕτως καὶ αὐτὴ μόνη ἐλευθέρα οὖσα τῶν ἐπιστημῶν· μόνη γὰρ αὐτὴ αὑτῆς ἕνεκέν ἐστι. διὸ [n] καὶ δικαίως ἂν οὐκ ἀνθρωπίνη νομίζοιτο αὐτῆς ἡ κτῆσις. πολλαχῆ γὰρ ἡ φύσις δούλη τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. ὥστε [o] κατὰ Σιμωνίδην, Θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι γέρας. ἄνδρα δ'

Cur Philoſophus quodãmodo fabularum ſtudioſus dicatur.

Hoc loco id, quod Græcè eſt, *τὰ πρόχειρα τῶν ἀτόπων θαυμάσαντες*, reddimus Latinè *Res minùs difficiles admirati*, quia cùm *τὰ ἄτοπα* ſint res explicatu difficiles, *πρόχειρα* verò ea, quæ facilia ſunt, & in promptu, nihil aliud ſignificat horum repugnantium verborũ coniunctio, quàm res explicatu minùs difficiles. Porrò hæc, quæ hoc loco de admiratione tradit Ariſtoteles, ferè ſunt apud Platonem, cùm Socrates Theætetum collaudat, quòd dicat ſe admirari res philoſophicas, interdúmque iis inſpiciendis tenebris offundi *Theodorus* (inquit Socrates) *ò amice, non malè de tuo ingenio coniectaſſe videtur. Maximè enim Philoſophis hoc vſu venit, vt admirentur. Neque enim aliud præter hoc, eſt Philoſophiæ principium. Et, qui Irim Thaumantis, quaſi admirationis filiam eſſe tradidit, non abſurdè originem eius explicauit.*

In Theæteto, ſiue de Scientia.

Philoſophus amator fabularũ quomodo dicatur.

[k] *Hinc fit, vt Philoſophus.* Non dicitur Philoſophus ſimpliciter fabularum ſtudioſus, ſed quodammodo, quia cùm à Philoſophi ſtudio longè abeſſe debeant Poëtarum figmenta, tamen admiranda quædam, quæ ab illis narrantur, Philoſophum excitant ad quærendas abditas rerum cauſſas. Ea enim cùm audit, ad ſe pertinere putat diſquirere, num illa fieri, & qua ratione potuerint.

[l] *Id autem euentus ipſe.* Probat ex euentu ſcientiam hanc non eſſe practicam, ſed theoreticam. Probatio ex eo ducitur, quia comparatis rebus neceſſariis, & commodis ad vitam degendam, tum demum hæc ſcientia (quam per Catachreſim prudentiam appellat) exquiri cœpit, quemadmodum & aliæ contemplatiuæ. Ex qua re patet eam non ob aliquid aliud, ſed propter ſe quæſitam eſſe, atque eò

magi

magis,quòd cæteræ ad hanc quaſi ad apicem omnium dirigantur.

Solam primã Philoſophiam eſſe liberam, & ſui gratia

[m] *Sed vt eum hominem liberum dicimus,qui ſui ipſius, & non alterius gratia eſt,&c.* Tradit ſecundum attributum huius ſcientiæ, quod ex ſuperiori colligitur, nempe. *Eam ſolam eſſe liberam, hoc eſt, ſui gratia, quo pacto dicimus eum hominem eſſe liberum, qui nulli ſeruit,ſed ſui iuris eſt.* Quòd ſi quis obiiciat, alias etiam ſcientias contemplatiuas eſſe liberas, & ſui gratia:oc curri-poteſt, eſſe quidem ſimpliciter liberas & ſui gratia, quod earum cognitio non dirigatur ad opus. Sed tamen non omnino liberas,quo pacto hic videbitur intelligendum.Solam hanc ſcientiam eſſe liberam. Quod autem nõ omnes aliæ ſint omnino liberæ,ex eo primum patet, quia cognitio rerum materialium, quæ in aliis contemplatiuis traditur, ſuapte natura eſt via, & quaſi manuductio quędam ad cognitionem immaterialium, quæ propria eſt huius ſcientiæ. Deinde,quia fines aliarum artium ſubiiciũtur fini huius, qui quidẽ eſt cognitio sũmi boni in qua fœlicitas humana cõſiſtit. Poſtremo, quia principia cæterarum principiis huius firmantur, & ſtabiliuntur. Quod ſi quis ſibi perſuaſerit,ſatis probari ex his,cæteras contemplatiuas non eſſe ſimpliciter liberas,facilè dicet, etſi earum cognitio non refertur ad opus, referri tamen ad altiorem cognitionem, eique ſubdi, atque ab ea ſuapte natura,& pendere,& ſtabiliri:proinde ſatis hæc eſſe, vt non ſint liberæ ſimpliciter. Ex quibus colliges, quantum interſit inter ſcientiam liberam, & liberalem. Liberalis enim eſt,quæ eſt digna homine libero,& opponitur Mechanicæ,ſeu ſordidæ,nonnulláſque practicas complectitur, vt Rhetoricam,& Dialecticam:libera autem eſt, quæ eſt ſui gratia,hoc eſt, quæ non refertur ad opus, aut ſi mauis, nec ad aliam ſuperiorem.

Obiectionis dilutio.

Inter liberã, & liberalem ſcientiã quid interſit.

Eam [i] verò non eſſe effectricem, ex iis, qui primi Philoſophati ſunt, perſpicuum eſt. Etenim propter admirationem, & nunc, & olim cœperunt homines Philoſophari, principio quidem res minùs difficiles admirati, deinde paulatim ita progreſſi de maioribus etiam quærentes, veluti de Lunæ, Solis, ac Stellarum affectionibus, de ortu etiam vniuerſi. Qui autem dubitat, & admiratur,planè ſe ignorare exiſtimat. Hinc [k] fit, vt Philoſophus quodammodo ſit fabularum ſtudioſus, ex mirandis enim rebus conſtat fabula. Quare ſi illi, vt ignorationem fugerent, philoſophati ſunt, non dubium eſt, quin ſcientiam propter cognitionem, non vſus cuiuſquam gratia,ſint perſecuti. Id [l] autem euentus ipſe teſtatur. Ferè enim cùm omnia neceſſaria ſuppeterent, quæque ad facilem viuendi rationem, cultúmque conferrent: hæc prudentia quæri cœpta eſt. Vnde patet eam à nobis nullius alterius vtilitatis cauſa perquiri:ſed [m] vt eum hominem liberum dicimus, qui ſuiipſius, & non alterius gratia eſt,ita hæc ſola ex omnibus ſcientiis libera eſt, quod ſola ſit ſui gratia. Quocirca [n] meritò, eius poſſeſſio nõ humana exiſtimari poteſt. Multis enim in rebus ſerua natura hominum eſt. Itaque [o] vt Simonidi placet, ſolus Deus hunc ſibi honorem vendicat.

At

Poſſeſſionem primæ Philoſophiæ nõ eſſe humanam.

[n] *Quocirca merito.* Tradit tertium attributum, *quod eius poſſeßio non ſit humana, ſed alterius ſuperioris naturæ.* Quod ex eo probat,quia cum homo compluribus vitæ neceſſitatibus ſeruire cogatur hæc autem ſcientia intellectũ omnino liberum,omnibúſque curis vacuum requirat,fieri non poteſt,vt ille hanc ſcientiam poſſideat,ſeu quod idem eſt, perfectè obtineat, eáque cùm libuerit, vtatur, hoc enim eſt rem quieto iure poſſidere. Non eſſe autem humanam ſapientiæ poſſeſſionem, ſignificauit Solon,vnus ex Græciæ ſapientibus,facto illo celebri,& peruulgato apud Ethnicos,cum tripodem aureum à Mileſiis piſcatoribus iactu retis inuentum & Apollinis oraculo Sapienti adiudicatum,ſibique tandem,vt Sapienti oblatum,ipſi Apollini remiſit.

Laertius in Thalete.

Refutatio ſententiæ Simonidis.

[o] *Ita quoque,vt Simonidi placet.* Adeo compertum eſt hanc ſcientiam non eſſe humanam

n

manam poſſeſſionem, vt inde ſumpſerit Simonides poëta ſui erroris occaſionem. Monebat enim iis tantùm ſcientiis dandam eſſe hominibus operam, quæ cum mortali vita congruerent, proinde hanc ſcientiam, quæ de diuinis rebus inſtituitur, relinquendam eſſe Deo, diuiniſque ſubſtantiis: quod ſit ſupra humanum captum. Cui inepto conſilio, & virilis animi magnitudine indigno reſpondet Ariſtoteles. *Non decere virum eam ſcientiam negligere, quæ maximè intellectui congruat*, neque enim eſt putanda aliena ab humana natura, cuius præcipua pars eſt mens ipſa. Melius dixiſſet *Non debere*, cùm cognitio rerum diuinarum ad humanam fœlicitatẽ pertineat. Hoc idem molle, & effœminatum conſilium eadem reſpõſione

Cap. 7. futat Ariſt. 1. E vbi de hominis citate ex inſt diſſerit. *Neque verò nos, (inquit) oportet humana ſapere, vt quidam monent, cùm ſimus homines: neque mortalia, cum mortales: ſed nos ipſos, quoad fieri poteſt à mortalitate vindicare: atque omnia facere vt ei noſtri parti, quæ in nobis*

Egregia Ariſtotelis ſententia. *eſt optima, conuenienter viuamus*, & poſt pauca. *Nam quod cuiuſque proprium eſt natura, idẽ & optimum cuique eſt, & iucundiſſimum, ergo & homini optima ea vita eſt, quæ menti conuenienter traducitur: ſi quidem hæc pars homo eſt maximè.* Adde id quod Albertus in ſecundum huius operis librum ex Ptolomæo contra hoc hominum genus affert. *Si qua eſt ſcientia, quæ partim à nobis obtineri poſſit, partim non poſſit, ſtultiſſimum fore eum, qui deſperatione eius partis quam aſſequi non poteſt, illam quoque reijciat quam aſſequi poteſt: hoc enim pacto omnes ſcientias non immeritò negligeremus, cum nulla ſit, quã omni ex parte conſequi in hac vita poſſimus*: at plurima eſſe in hac ſcientia, quæ ab homine planè ac perſpicuè percipi poſſint.

[illegible] εῖν τὴν καθ' αὑτὸν ἐπιστή- [illegible] ποιηταί, καὶ πέφυκε φθονεῖν [illegible], ἐπὶ τούτου [illegible] μάλιστα εἰκός, καὶ δυστ- [illegible] πάντας τοὺς ͭ περιττούς. ἀλλ' οὔτε τὸ θεῖον φθονερὸν ἐνδέχεται εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί, οὔτε [t] τῆς τοιαύτης ἄλλην χρὴ νομίζειν τιμιωτέραν· ἡ γὰρ θειοτάτη, καὶ τιμιωτάτη. τοιαύτη δὲ διχῶς ἂν εἴη μόνη. ἥν τε γὰρ μάλιστ' ἂν ὁ θεὸς ἔχοι, θεία τῶν ἐπιστημῶν ἐστί, κἂν εἴ τις τῶν θείων εἴη. μόνη δ' αὐτὴ τούτων ἀμφοτέρων τετύχηκεν. ὅ τε γὰρ θεὸς, δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ [ſ] ἀρχή τις καὶ τὴν τοιαύτην ἢ μόνος, ἢ μάλιστ' ἂν ἔχοι ὁ θεός, ἀναγκαιότεραι [t] μὲν οὖν πᾶσαι αὐτῆς, ἀμείνων δ' οὐδεμία.

Δεῖ [u] μέντοι πως καταστῆναι τὴν τάξιν αὐτῆς εἰς τοὐναντίον ἡμῖν τῶν ἐξ ἀρχῆς ζητήσεων,

ἄρχον

Obiectio. ſ *Quod ſi aliquid poëtæ dicunt.* Diceret aliquis, non ea de cauſſa omittendum eſſe huius ſcientiæ ſtudium, quòd ea ſit omnino ſupra humanum captum, ſed quia Deus hac potiſſimum vult excellere mortalibus, nec ſinit multùm eũ, qui ſibi hunc

Dilutio. honorem detrahit. Huic ſtultæ, atque impiæ ſententiæ reſpondet Ariſtot. Si in Deum inuidia caderet, vt quidam Poëtarum dixerunt, in hac quidem re maximè id accideret, infœliceſque ij forent, qui huic ſcientiæ operam darent, quòd certiſſimum haberent Deum ſibi aduerſarium, & diuini honoris vltorem. Verùm ne-

Mentiuntur multa poëtæ. que in naturam diuinam poſſe cadere inuidiam, nec in hac re quemadmodum in aliis pleriſque credendum eſſe Poëtis, qui iuxta prouerbium. *Multa mentiuntur.* Quòd autem inuidia in Deum cadere non poſſit ex eo patet, quia inuidia eſt dolor de aliena proſperitate, qua propria minui creditur, in Deum autem nec poteſt cadere dolor, cùm nulli malo ſit obnoxius: nec verò exiſtimatio de pro- *Cap. 8.*

Cur in Deũ non cadat inuidentia. priæ proſperitatis imminutione ob alterius excellentiam, cùm ipſe ſit fons & origo omnium bonorum. Vnde eſt illud Platonis ab Alexandro relatum. *Inuidentia procul eſt à choro diuino.* Qua ſententia videtur inuidiam negare, non tantùm in Deo, ſed in cæteris etiam ſubſtantiis ſeparatis, quæ Deo fruuntur. Nec diſſimile eſt id, quod ſcribit Ariſtot. decimo Ethicorum. *Qui verò, inquit, muneribus fungitur menti conſentaneis, & hanc colit, eſtque optimè animo affectus, is Deo cariſſimus videtur eſſe. Nam ſi dij curam habent rerum humanarum, vt habere videntur, fuerit etiam*

rationi

Digitized by Google

rationi conſentaneum eos re optima, ſibique maximè cognata gaudere (hæc autem eſt mens) & eos remunerari, qui hæc maximè diligunt, & honore proſequuntur vt qui ea, quæ ipſis cara ſunt, ſtudioſè curent, rectáſque atque honeſtas actiones obeant. Quo loco deos vocat totum genus ſubſtantiarum ſeparatarum, quòd earum natura nullam cum materia cognationem habeat.

GRAECI excuſi habent hoc loco δυςτυχεῖ εἶναι πάντων id eſt, infœlices omnium, ſeu potius omnium infœliciſſimos. Nos ſequuti ſumus antiquum manuſcriptum qui habet πάντας, vt ſenſus ſit: *Omnes eos infœlices eſſe, qui cæteris excellant*, quem ſenſum omnes interpretes exprimunt, præter vnum Perionium, qui & legit πάντων, & illud iungit non cum præcedentibus, ſed cum ſequẽtibus, vertitque hoc modo. *Eoſque miſeros eſſe, qui rerum omnium abundantia excellunt.*

At non decet virum eam ſcientiam, quæ ſibi congruit, non quærere. Quòd [p] *ſi aliquid Poëtæ dicunt, & in naturam diuinam cadit inuidia, veriſſimile eſt hac in re id maximè accidere, & infœlices eſſe eos omnes, qui* [q] *cæteris excellunt. Sed neque diuinitas inuida eſſe poteſt multaque (vt eſt in prouerbio) mentiuntur Poëtæ: neque* [r] *tali ſcientia præſtantior alia exiſtimanda eſt. Quæ enim maximè diuina eſt, eadem & præſtantiſſima. Atque hæc ſola duobus modis talis eſſe poteſt. Nã & ea maximè diuina ſcientia eſt, quam Deum maximè habere par eſt, & ſi qua eſt, quæ in rebus diuinis verſetur. Hæc autem ſola vtrunque ſibi vendicat: quippe cùm Deus, & rerum omnium cauſſa, ac principium* [s] *quoddam eſſe videatur, & eam, aut ſolus ipſe, aut maximè habeat. Ea igitur* [t] *magis neceſſariæ ſunt cæteræ omnes: ſed tamen nulla melior.*

Oportet [u] *autem quodammodo eius ordinem contrà, quàm initio quærimus conſtituere. Omnes*

[q] *Qui cæteris excellunt.* Referũtur hæc verba non ſolùm ad excellentiam in hac arte ſed etiã in quauis alia re, quaſi omnis excellentia mortalium, iuxta Poëtarum carmina, inuidiam in diuina natura excitare poſſit. Beſſario tamen vertit: *Qui altiora ſe quærunt*, Argyropilus. *Qui hæc ſuperflua quærunt*, quæ quidem ad hanc tantùm artem referuntur, quòd ea videatur Poëtis, aut ſupra humanum captum, aut certè ſuperuacanea & quæ nihil vtilitatis humanæ vitæ afferat. Sed harum duarum interpretationum melior eſt Beſſarionis, magiſque ad rem, licet verbũ: περιττὰ vtramque patiatur. *Cap. 12.*

[r] *Neque tali ſcientia.* Tradit quartum attributum huius ſcientiæ, *quod ſit omnium præſtantiſſima*, ſeu, vt eius verbo vtar, *honorabiliſſima*, quod emphaſim habet, *honor enim*, ſi propriè loquendum eſt, *ijs tantùm rebus tribuitur quæ maxima ſunt, & propter ſe expetuntur*, vt patet ex 1. Ethicorum libro. Quòd autem ea ſit maximè honorabilis, ex eo probat Ariſtoteli quia eſt maximè diuina. Eſſe autem maximè diuinam duabus rationibus confirmat, vna, quia maximè à Deo habetur (ſolus enim ſeipſe comprehendit, & ea omnia, quæ ad hanc ſcientiam ſpectant) altera quia in rebus maximè diuinis verſatur, in ipſa videlicet diuina natura cognoſcenda, quæ eſt omnium rerum cauſſa, & principium. Quo argumento obiter hic probat Alex. eam merito appellari Theologiam, quaſi ſcientiam de Deo, vt ipſe interpretatur, tametſi ab aliis dicitur Theologia, *quaſi ſcientia de diuinis reb.* *Quibus rebus deferẽdus honor. Cur hæc ſciẽtia maximè diuina ſit. Cur Theologia dicatur.*

[s] *Principium quoddam eſſe videatur.* Conſueuit Ariſt. antequam de re quapiam ex inſtituto diſſerat, vti verbis, quæ dubitationem ſignificent, id quod hoc loco, facit, quia diſputatio de hac re in librum 12. differtur. *Mos Ariſtotelicus.*

[t] *Ea igitur magis neceſſaria ſunt cætera, Ad vitã nimirum conſeruationẽ, & ciuile regimen*, vt exponit Albert. Nam ad vitæ perfectionem nõ dubium eſt, quin hæc ſit magis neceſſaria quàm aliæ complures. *Huius ſciẽtiæ vtilitas.*

[u] *Oportet autem.* Hæc eſt quarta, atque extrema præfationis pars in qua Ariſt. tradit ſcopum, ſiue terminum, in quem dirigenda eſt intentio eius, qui huic diſciplinæ dat operam. Ait igitur terminum, in quem tendit Metaphyſicæ inquiſi-

tio, *oportere eſſe contrarium ei, à quo incipit.* Nam cum hæc ſcientia non ſit hominibus congenita, vt ſubſtantiis ſeparatis, ſed quodam motu ac diſcurſu intellectus acquiratur, in omni autem motu terminus ad quem ſit contrarius termino à quo, neceſſe eſt, vt omnis Philoſophorum inqui[illegible] incipit ab ignoratione cauſſarum, ex qua naſcitur admiratio eff[illegible]netur ad cauſſarum notitiam, ex qua naſcatur admiratio eorum, qu[illegible]pponuntur: verbi gratia, miratur quis, cur ſol atti[illegible] continuò reuertatur ad Auſtrum, & attingens au[illegible] mox reuerta[illegible]eam. Verùm cùm nouerit cauſſam eſſe, quia iis pu[illegible], in quo ſol mouetur, nihil magis mirabitur, quàm [illegible] Sol ex iis punctis reuertatur. Præterea miratur qui[illegible] non ſit commenſurabilis lateri, hoc eſt, cur nulla reperiatur menſura diametri, quæ illi cum mēſura lateris communis ſit, vt dicunt Geometræ, præſertim cū non detur minima linea, ſed omnes, quotquot ſunt, parte aliqua ſua menſurari poſſint, quo pacto omnis numerus mēſuratur vnitate. Verùm cùm Geometrarum demonſtratione intellexerit cauſſam eius rei eſſe, quia proportio quadrati, quod fit ex Diametro, ad quadratum, quod fit ex latere, non eſt vt proportio numeri ad numerum, quo pacto duntaxat commenſurari poſſent, ſed vt proportio numeri ad vnitatem, quæ cum menſuram non habeat, cùm nulla re communem menſuram habere poteſt, potiùs mirabitur, ſi quis ſibi perſuaſerit diametrum & latus quadrati eſſe commenſurabilia inter ſe. Aliter ſic. Si quis miretur cur diameter quadrati non commenſuretur lateri, & omnino quæuis linea cuiuis lineæ, tum demum mirari deſinet, cùm intellexerit non dari minimū in partibus lineæ, vt datur in partibus numeri, hac enim ratione duntaxat neceſſe eſſet concedere omnes lineas eſſe commenſurabiles inter ſeſe, quemadmodum omnes numeri ſunt inuicem commenſurabiles. Cùm ergo Metaphyſica indagatio incipiat ab ignoratione cauſſarum totius entis, ex qua admiratio maximorum effectorum naſcitur, efficitur vt tum demum finienda ſit, cùm cognitis primis cauſſis, ac principiis totius vniuerſi, illud è contrario Metaphyſicus miretur, ſi quis ſibi perſuadeat oppoſita effectorum, quæ ante mirabatur. Aduerte autem ignorationem, à qua incipit diſcurſus Philoſophicus, non eſſe ignorationem puræ priuationis, ſed quodammodo inchoatæ formæ. Qui enim nouit effectum, quodammodo incipit cauſſam cognoſcere, alioqui non illam quæreret, nec inuentam, vt cauſſam cognoſceret: vt ſupra dictum eſt.

Huius ſcientiæ ſcopus.

Cōuerſio ſolis cum attigerit aliquid ſolſtitium cur fiat.

A qua ignoratione incipiat Philoſophicus diſcurſus.

ἄρχονται μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν πάντες, εἰ οὕτως ἔχει, καθάπερ * τῶν θαυμάτων ταυτόματα τοῖς μὴ τεθεωρηκόσι τὴν αἰτίαν, ἢ περὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς, ἢ τὴν τῆς διαμέτρου ἀσυμμετρίαν, θαυμαστὸν γὰρ εἶναι δοκεῖ πᾶσιν, εἴ τι τῷ ἐλαχίστῳ μὴ μετρεῖται. δεῖ δὲ εἰς τοὐναντίον, καὶ τὸ ἄμεινον, (κατὰ τὴν παροιμίαν) ἀποτελευτῆσαι, καθάπερ καὶ ἐν τούτοις, ὅταν μάθωσιν. οὐδὲν γὰρ ἂν θαυμάσειεν οὕτως ἀνὴρ γεωμετρικὸς, ὡς εἰ γένοιτο ἡ διάμετρος μετρητή. τίς * μὲν οὖν ἡ φύσις τῆς ζητουμένης ἐπιστήμης, εἴρηται, καὶ τίς ὁ σκοπὸς, οὗ δεῖ τυγχάνειν τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν ὅλην μέθοδον.

* *Quemadmodum accidit.* Beſſario eumdem ſenſum exprimit hoc pacto, *ſicut de præſtigioſis quæ per ſeipſa mouentur,* quem locum ſic exponit Alexander. *Admirabilia eſſe dicit pægmata, quæ per ſe ac ſponte moueri videntur, dum à rerum admirandarum artificibus oſtentantur.* Crediderim exemplum hoc ideo in rebus arte factis allatum eſſe ab Ariſtotele vt naturale, & Mathematicum, quæ propoſita ſunt, faciliùs intelligerentur. Nam, vt is qui miratur ligneos homunculos depugnantes, aut ſaltātes detectis præſtigiatorum machinis, nihil iam effecta, illa miratur, ſed potius eos quibus illa mirabilia videntur, ſic in propoſitis exemplis ſeſe res habet. Ita verba illa: *Per ſe mouentur* idem valent, ac per ſe ipſa moueri videntur, nempe iudicio ſpectatorum.

ALII tamen intelligunt hoc loco nomine *ταυτομάτων* ea quæ caſu aut eueniunt, aut euenire videntur (quæ eſt prima huius verbi ſignificatio) cuius generis, præcipuè

Digitized by Google

285

ris, præcipuè ſunt ea, quæ præter communem ordinem contingunt, vt nouus ille cometes, ſiue ſtella, vt quidam putant, quæ anno Domini 1572. ſub initium. Nouembris in Caſſiopera viſa eſt, nec ante menſem Februarium anni 1574. aut omnino euanuit, aut ſe prorſus oculis mortalium ſubtraxit, mirabile ſanè oſtentum, quódque & ratione ſitus, & loci ad aſpectum relati, & æquabilitatis motus, & figuræ, & fulgoris, & diuturnitatis multorum adhuc vexat ingenia: cum interim nondum conſtet, quid de eius natura dicendum ſit.

Aliorum interpretatio.

Mirabilis ſtella, ſeu vera, ſeu earũ quæ crinitæ dicũtur.

[y] *Vt prouerbio dicitur.* Alludere videtur ad prouerbium illud, *Secundis melioribus*, vt ait Alexander, ſeu, vt alij loquuntur. *Poſterioribus melioribus*, quo ſignificantur ea, quæ prima experientia parum bene ſuccedunt, ſecunda nonnumquam corrigi, & emendari. Eodem vtitur Plato quarto de legibus: *Quare iterum*, inquit, *vt ludentes aiunt, meliora à principio ſecunda reſumamus*, & Cicero in Philippicis. *Poſteriores cogitationes, vt aiunt, ſapientiores eſſe ſolent.*

Poſteriora meliora.

Philip. 11.

Omnes enim, vt diximus, ab admiratione incipiunt, num ita res ſe habeat, quemadmodum [x] *accidit in rebus quibuſdam mirandis, quæ per ſe mouentur, Cauſſa nondum perſpecta, aut in Solſtitiis, aut in diametri incommenſurabilitate. Mirum enim videtur omnibus, ſi quid eorum, quæ minima non ſunt, menſuram non admittat. Sed opus eſt in contrarium, atque (vt* [y] *Prouerbio dicitur) in id, quod melius eſt, deſinere, quemadmodum & in iis, quæ dicta ſunt, cùm quiſque didicerit. Nihil enim tam mirabitur vir Geometra, quàm ſi diameter fiat commenſurabilis. Quænam* [z] *igitur natura ſit eius ſcientiæ, quam quærimus, quæque ſit res propoſita, quam diſputatio hæc, totaque tractatio aſſequi debet, hactenus dictum eſt.*

Hoc loco verbum ἀπὸ τελευτᾶν nõ potuit vnico reddi meliùs, quàm *Deſinendi*, verbo, tametſi ne hoc quidem planè vim Græci aſſequitur. Pluribus dici poſſet. *Re confecta ſiue abſoluta deſinere.* Vertique poſſet. *Rem abſoluere, aut perficere.* Niſi obſtaret præpoſito, in quo hoc loco motum, & progreſſum quemdam ſignificat. Itaque dicimus, *in id quod melius eſt deſinere*, eadem pene ſignificatione, qua Poëta ſcribit, *Deſinat in piſcem, &c.*

Horat. in Art. Poe.

[z] *Quænam igitur natura ſit eius ſcientia.* Colligit in ſummam, quæ in hac præfatione dixerat. Cùm autem quatuor in ea explicata ſint, ideo forſitan Ariſtoteles in hoc epilogo non meminit primi, quia breuiter, & inſinuationis more illud tranſegit. Tertium verò, quod in tradenda dignitate huius ſcientiæ poſitum erat, ad ſecundum reuocari poteſt, ſiquidem tota dignitas huius artis ex eo naſcitur: quod verſetur in primarum cauſſarum, & principiorum conſideratione.

Totius præfationis ſumma.

***

Digitized by Google

PERTINEATNE AD METAPHYſicum naturarum omnium quidditatúmve diſtincta cognitio.

QVÆSTIO PRIMA.

Argumenta pro parte affirmatiua.

SECTIO I.

Metaphyſicũ omnia ratione aliqua intelligere.

NON vocauimus in dubium, pertineátne ad Metaphyſicum res omnes ratione aliqua intelligere quia id certius eſt, quàm vt de eo diſputari debeat. agit enim de ente, quatenus ens eſt, quare aliquo etiam modo de omnibus entibus. Sed quæſitum eſt, vtrum intelligat omnium entium naturas, ſiue eſſentias ſub propriis & diſtinctis conceptibus, quod etſi Ariſt.negat, cùm ait *Primùm exiſtimamus ſapientem maximè ſcire omnia, non ita tamen, vt ea ſingulatim ſcientia teneat:* his tamen argumentis abunde videtur probari.

Quid de hac quæſtione ſẽſerit Ariſtoteles.

1. PRIMVM, quia ſi Metaphyſicus non aliter cognoſceret omnes rerum naturas, niſi ſub quibuſdam conceptibus generalibus, vt entis, ſubſtantiæ, accidentis, & ſimilium, imperfectiùs haud dubiè intelligeret ea quæ ad ſe pertinent, quàm cæteri artifices ea, de quibus agunt: ſiquidem alij intelligunt ſua propriis, & peculiaribus cuiuſque rei cõceptibus. At cognitio, quam Metaphyſicus habet de rebus, eſt perfectior, & accuratior, quàm cæterorum, vt patet ex tertia conditione ſapientis in hoc cap. poſita.

2. SECVNDO, quia tam latè patet ſubiectum Metaphyſicæ, quàm obiectum intellectus, vtrumque enim eſt ens, qua ratione eſt ens. Intellectus autem intelligit omne ens ſpeciatim, & diſtinctè, non eſt igitur negandum cognoſcere Metaphyſicum diſtinctè omnium rerum naturas. Id quod ex eo etiam confirmatur, quia ita ſe habet ſcientia ad ſubiectum, vt potentia ad obiectum, potentia autem non ſolùm verſatur circa obiectum in genere, ſed etiam ſecundùm ſpeciem, vt viſus non tantùm circa calorem, ſed vt etiam circa album, nigrum, & alios ſpeciales colores.

3. TERTIO, quia vt de rebus naturalibus potiſſimùm loquamur, ſi qua eſſet ratio, ob quam earum diſtincta cognitio huic ſcientiæ negaretur, ea eſſet maximè, quia res naturales non poſſunt concipi abſque mobilitate, quæ eſt ratio formalis, ſub qua à naturali Philoſopho conſiderantur (hac enim maximè ratione vtuntur negatiuæ partis auctores) atqui res naturales poſſunt conſiderari ſine mobilitate, cùm mobilitas ſit propria affectio, ſiue paſſio rerum naturalium, atque idcirco poſterior, tum natura, tum etiam cognitione, quàm rerum naturalium eſſentiæ, ergo non eſt neganda huic ſcientiæ diſtincta cognitio rerum naturalium.

4. QVARTO, quia intellectus per habitũ alicuius ſciẽtiæ demõſtrat hominem diſtingui à magnitudine Mathematica, nõ poteſt autem id facere

Digitized by Google

facere per habitū vllius ſcientiæ particularis (ſiquidē homo pertinet ad philoſophiam naturalem, magnitudo autē Mathematica ad Geometriam, cùm tamen ſcientia, quæ id demonſtrat, vtrumque concluſionis extremum d[illegible] cogn[illegible] [illegible]) ergo per habitum alicuius generalis ſc[illegible] demonſtrat [illegible] nulla eſſe poteſt, niſi Metaphyſica. Quòd ſi Metaphyſica diſtinctè intelligit hominis ac magnitudinis Mathematicæ naturas, non eſt cur negetur ſpeciatim, ac diſtinctè intelligere cæterarum rerum [illegible].

5\. Qvint[illegible] [illegible] adeò ſibi videtur perſuadere omnes rerum eſſentias ad [illegible] Metaphyſici conſiderationem pertinere, vt eā 4.lib.c.2. vſque ad [illegible] rerum extendat, *Ipſius*, inquit, *Philoſophi* (hoc eſt Metaphyſici) *eſt, poſſe de omnibus contemplari*: Deinde adiungit, *Nam ſi non ad Philoſophum id ipſum pertineat quis nam erit quæſo, qui conſiderabit, num idem ſit Socrates, & Socrates ſedens?* Text.5.

6\. Sexto, quia Metaphyſica diſſerit de quacumque re propoſita: qua in re ſæpe illam æquat Ariſtoteles Dialecticæ, niſi quod Dialectica ex probabilibus, Metaphyſica ex neceſſariis agit. cùm igitur omnes diſputationes, quibus res tractantur neceſſariis argumentis ſint demonſtratiuæ, demonſtrationes autem procedant ex definitionibus rerum, de quibus agitur, definitionibus verò diſtinctè explicentur eſſentiæ eorum, quæ definiuntur, efficitur, vt Metaphyſicus diſtinctè intelligat omnes rerum naturas, & eſſentias. *Loco proximè citato & alibi.*

7\. Postremo, non eſt negandum ſcientiæ ſuperiori comparatione inferioris; quod conceditur potentiæ ſuperiori reſpectu inferioris, potentia autem ſuperior cognoſcit omnia, quæ cognoſcuntur ab inferiori, & aliquid vltra, quo pacto, ſe habet phantaſia reſpectu viſus & intellectus reſpectu phantaſiæ, ergo quicquid cognoſcunt ſcientiæ particulare, cognoſcit etiam Metaphyſica, & aliquid vltra: quare cùm ſcientiæ particulares intelligant quidditates rerum ſpeciales, efficitur, vt eaſdem intelligat Metaphyſica.

Approbatio negatiuæ partis.

SECTIO II.

Dicendvm eſt tamen negatiuam partē huius quæſtionis, quam Ariſt. amplexus eſt, veram eſſe, atque approbandam, id quod nonnullis concluſionibus explicandum eſt. *Diſtinctā naturarum omniū cognitionem non pertinere ad Metaphyſicum probatur.*

Prima concluſio, quæ directò quæſtioni reſpondet huiuſmodi ſit, *Non pertinere ad Metaphyſicū diſtinctā naturarum omniū cognitionē.* Hæc concluſio probatur primùm ex iis, quæ de hac ſcientia ſcripta reperiuntur nec enim videmus Metaphyſicos in ſuis libris perſequi naturas rerum materialium ſpeciatim, veluti animalium, plantarum, & ſimilium, vt fieri ſolet apud Phyſicos, & alios artifices, ſed totum huius ſcientiæ negotium conſumere in explicanda natura entis, ſubſtantiæ, accidentis, & aliorum omnium attributorum, cauſſarúmque, & proprietatum generalium, niſi quòd deſcenditur ad explicandam 1. *De quibus Metaphyſici diſſerant.*

Digitized by Google

plicandam naturam primæ cauſſæ, & aliarum ſubſtantiarum corporis expertium. Ex his autem non habetur diſtincta cognitio naturarum omnium.

Ratio formali, ſubiecti huius ſcientiæ.

DEINDE probatur [illegible] formali, ſub qua ſubiectum huius ſcientiæ diſtinguitur à ſub[illegible] Diſtinguitur enim quatenus non includit vllam mat[illegible] in [illegible] nde cùm multæ ſint ſpecies rerum, in qua[illegible] ateria, neceſſariò dicendum eſt eas [illegible] phyſico, ac multò etiã minùs diſtinct[illegible] it ea quæ ſub rationem formalem ſu[illegible] odum nulla potentia attingit rem, quæ non [illegible] rationem [illegible] m ſui obiecti.

TERTIO probatur ex ſcient[illegible] tudine. Nam ſi Metaphyſicus cognoſceret ſpeciatim, ac diſtincte omnes rerum naturas, ſuperuacaneæ forent reliquæ omnes ſcientiæ, hoc autem eſt contra omnium Philoſophorum ſententiam (ponitur enim ab omnibus diſtinctio ſcientiarum, quemadmodum & virtutum, vt alia circa hanc materiam, alia circa illam verſetur) non intelligit ergo diſtinctè Metaphyſicus omnium rerum eſſentias.

Obiectionis dilutio.

Nec occurras, ſcientias ſolere diſtingui inter ſe, non tam vt diuerſas, quàm vt partes vnius, hoc eſt Metaphyſicæ. Nam præterquam quod non idem dices de virtutibus, in quibus tamen par eſt ratio (vt nimirum omnes ſint partes vnius virtutis) neceſſariò cogeris dicere aliquid eſſe proprium eius partis, quam nos Metaphyſicam vocamus, neque enim cæteræ partes de eiſdem agunt. Quòd ſi dederis, nihil aliud volumus: id enim nihil erit aliud, quàm vt conſideret rerum immaterialium, & communium prædicatorum eſſentias, & relinquat cæteras ſpeciales, ex quo fit, vt ea pars non cognoſcat omnes rerum naturas, quod nos contendimus oſtendere de Metaphyſica, vt de ſcientia quadam per ſe.

Vltimo loco fuiſſe inuentã Metaphyſicam.

POSTREMO probatur concluſio ex inuentione Metaphyſicæ. Etenim antequam ea eſſet inuenta, iam aliæ ſcientiæ in particularibus quibuſdam naturis cognoſcendis verſabantur: non eſt igitur inuenta Metaphyſica, vt omnes rerum eſſentias ſpeciatim intelligeret, ſed eas tantùm, ad quarum intelligentiam cæterarum facultas non ſatis erat.

Occurritur reſponſioni.

RESPONDEBIT fortaſſe aliquis, numquam ante Metaphyſicæ inuentionem cognitam fuiſſe vllius rei eſſentiam, proinde diſtinctam naturarum cognitionem propriam eſſe Metaphyſicæ. Sed quid? nunquid non eſſent hoc pacto ſuperuacaneæ cæteræ ſcientiæ, vt paulo antè dicebatur? Negant nonnulli conſequentiam, quod credant ſolum Metaphyſicum rerum eſſentias conſiderare, cæteros autem artifices demonſtrare earum proprietates, id quod Ariſt. planè videtur docere initio lib. 6. cap. 1. cùm ait, *à nulla alia ſcientia conſiderari quod quid eſt rerum* (hoc eſt eſſentias earum) *ſed eo partim facto dilucido per ſenſum, partim ſuppoſitione ſumpta ea, quæ per ſe ſuis ſubiectis conueniunt, aut accuratius, aut leuius à cæteris demonſtrari.* Text. 1.

Alia reſponſio.

Eorum tamen ſententia non eſt audienda.

Refutatio.

Nam ſi Metaphyſicus cognoſceret diſtinctè omnes rerum eſſentias: non dubium eſt, quin ſolus ipſe poſſet demonſtrare omnes rerum proprietates.

SVNT

Alia reſpōſio. SVNT qui reſpondeant dicentes, proprietates rerum aliter demonſtrari à Metaphyſico, aliter ab iis artificibus, ad quos ipſæ res propriè pertinent: à Metaphyſico enim demonſtrantur per principia communia, à propriis autem artificibus, per principia propria. Nec eſſe incommodum alio, atque alio medio eandem concluſionem demonſtrari à diuerſis artificibus: ſic enim demonſtrant Phyſicus, & Mathematicus terram eſſe rotundam: hic ex rotunditate vmbræ, quæ fit in Luna obiectu terræ: ille ex æquali motu grauium ad centrum.

Refutatio. SED nec huiuſmodi reſponſio ſatisfacit. Nam præterquam quòd ad demonſtrandas proprietates non ſatis ſunt principia communia, ſed neceſſe eſt, vt propria adhibeantur, illud profectò negari nullo modo poteſt, cum definitiones, quibus eſſentiæ declarantur, ſint propria demonſtrationum principia, fore, vt ſi Metaphyſicus omnium rerum eſſentias diſtinctè cognoſcat, poſſit ex propriis etiam principiis omnium rerum proprietates demonſtrare, quo fit, vt cæteræ ſcientiæ ſint omnino ſuperuacaneæ. Locus verò adductus ex lib. 6. ſic intelligendus eſt, nullam aliam ſcientiam agere de eſſentia, vt eſſentia eſt, quemadmodum nulla alia diſſerit de ente, vt ens eſt, ſed vnamquamque artem declaratis vtcunque eſſentiis rerum, de quibus agit (neque enim eſſentiæ, quatenus eſſentiæ ſunt demonſtrari poſſunt, vt ex 2. Poſt. c. 3. & ſeq. perſpicuum eſt) per eas demonſtrare accidentia, quæ per ſe rebus conueniunt. Quibus ſanè verbis non negat Ariſt. particulares ſcientias cognoſcere eſſentias rerum, de quibus aliquid demonſtrant: ſed potius id planè concedit, cùm nemo poſſit demonſtrare proprietates per definitiones ſubiectorum, quin ſubiectorum eſſentias diſtinctè intelligat. *Explicatur Ariſtot. locus.*

SECVNDA concluſio ſit, *Omnes, ac ſolas eſſentias, quæ in ſuis conceptibus nullam includunt materiam, diſtinctè intelligi à Metaphyſico, quatenus eſt particularis quidam artifex.* Quæ concluſio præterquam quòd inductione ſatis liquet, hac vna ratione apertè confirmatur. Quia ea omnia, ac ſola diſtinctè intelliguntur ab vno quoque artifice, quibus accommodatur ratio formalis, ſub qua eius ſubiectum à ſubiectis aliarum ſcientiarum diſtinguitur: ratio autem formalis ſub qua ſubiectum Metaphyſicę diſtinguitur à ſubiectis aliarum ſcientiarum, eſt, eſſe abſtractum ab omni materia, ſi non re ipſa, ſaltem ratione, & conſideratione. Cur autem in concluſione dixerim: *Quatenus eſt particularis quidam artifex,* ex tertia concluſione patebit. *Metaphyſicus vt talis res omnis materia expertes diſtinctè intelligit.*

INTERIM ex hac concluſione perſpicuum eſt entia, quæ re ipſa ſunt immaterialia, vt ſubſtantiæ ſeparatæ intelligi diſtinctè à Metaphyſico ſecundùm omnes conceptus, tam generales, quàm ſpeciales: quæ autem ſunt re ipſa materialia, vt entia naturalia, non intelligi diſtinctè à Metaphyſico, quoad conceptus generales, quibus cum immaterialibus conueniunt, vt quoad conceptum entis, ſubſtantiæ, & ſimilium. Metaphyſicus enim non intelligit diſtinctè, niſi abſtracta ab omni materia: ergo quo pacto entia ſunt abſtracta ab omni materia, ſic etiam ab illo diſtinctè intelliguntur, at immaterialia ſunt abſtracta, non ſolùm ſecundum conceptus generales, ſed etiam ſpeciales, materialia autem ſecūdùm quoſdam generales dumtaxat, ergo illa quoad omnes, *Quæ ſit formalis ratio ſubiecti Metaphyſicæ.*

hæc quoad communes vtriuſque tantum diſtinctè intelliguntur à Metaphyſico, quatenus eſt particularis artifex.

Obiectionis dilutio.

QVOD ſi quis contra hanc concluſionem obiiciat, ſubſtantias ſeparatas non poſſe à nobis quidditatiuè cognoſci in hac vita, vt libr. 2. patebit ergo earum eſſentias non intelligi diſtinctè à Metaphyſico, occurrendum eſt, aliud eſſe loqui de M[illegible] abſolutè, aliud quatenus in hac vita hab[illegible] ubſtantiarum ſeparatarum eſſenti[illegible] lligi in hac vita, poſſunt tamen à [illegible] mus tamen nos, etiam dum in hac vi[illegible] atque adeo Deum Opt. Max. intellige[illegible] que aliis rebus accommodari non poſſint, [illegible] Deum conceptu entis infiniti, actus puri, ſum[illegible], & ſimilibus.

Diſcrimē inter noſtrā & abſolutè ſumptā Metaphyſicam.

Quàm latè pateat cognitio, Metaphyſici, vt cōmunis artifex eſt.

TERTIA concluſio ſit. *Metaphyſicum, quatenus eſt communis artifex cæteriſq́ artificibus præſidet, multa non ſolum poſſe, ſed etiam debere intelligere, quæ in ſuis conceptibus materiam includunt.*

QVAM concluſionem vt intelligas, aduerte inter omnes artifices ſolum Metaphyſicum, & Dialecticum hoc ſibi vendicare, vt non ſolùm ſint particulares artifices, ſed etiam communes. Sunt enim particulares, quatenus circa propriam, peculiarémque ſibi materiam verſantur, quemadmodum cæteris: communes verò quatenus modo aliquo poſſunt de rebus omnibus diſſerere, quod aliis artificibus non eſt conceſſum. Poteſt enim Dialecticus id præſtare ex probabilibus, propter facultatem, quam habet vtramque in partem diſſerendi: Metaphyſicus autem ex neceſſariis, ex primis inquam cauſſis, ac principiis, quorum tractatio ipſi eſt propria, & peculiaris. Qua ratione Ariſtot. 1. Poſt. cap. 7. vocat *Metaphyſicam omnium ſcientiarū dominam, Dialecticam verò.* 1. Phyſ cap. 2. *communem omnium facultatem*, quia vt ex probabilibus diſſerit, ita poſſit vtramque in partem de quauis re propoſita diſputare: hinc patet, etſi Dialecticus, quemadmodum & Metaphyſicus, dici poteſt communis artifex, ſolùm tamen Metaphyſicum præſidere cæteris artificibus, cùm demonſtratiuè in rebus aliarum omnium ſcientiarum verſari non ſolum poſſit, ſed etiam debeat neceſſariò, quæ eſt ipſa concluſio à nobis iam probanda.

Quo pacto Metaphyſicus & Dialecticus de omnibus rebus diſſerant.

Text. 23.
Text. 8.

Cur ſolus Metaphyſicus cæteris artificibus præſit.

Cur ſolus Metaphyſicus cæteris ſcientiis ſubiecta diſtribuat.

QVOD igitur ea ſit vera, his argumentis oſtenditur. Aliquis artifex præſcribere debet vnicuique ſcientiæ proprium ac peculiare ſubiectum, is autem nullus alius eſſe poteſt, niſi Metaphyſicus: tum quia ſolus ipſe eſt ſapiens ſimpliciter, tum quia ſolus verſatur circa ea, ex quorum diuiſione diſtinctio ſubiectorum colligitur (quod etiam Ariſtoteles facit 6. lib. vt ſubiectum Metaphyſicæ à ſubiectis aliarum ſciētiarum diſtinguat) ſubiectum autem naturalis Philoſophiæ includit materiam ſenſibilem, Mathematicæ autem, materiam intelligibilem: ergo Metaphyſicus, quatenus cæteris artificibus præſidet, non ſolùm verſari poteſt, ſed etiam debet circa res, quæ in ſuis rationibus materiam includunt.

Cur definitiones ſubiectorum à cæteris

PRÆTEREA, ſubiecta aliarum ſcientiarum intelliguntur diſtinctè à propriis earū ſcientiarum artificibus, vt patet, ſiquidem illi per definitiones

Digitized by Google

definitiones ſuorum ſubiectorum demonſtrant proprias illorum affectiones: ergo eorum ſubiectorum definitiones ab aliquo artifice colliguntur: non poſſunt autem colligi à propriis illarum artificibus, quia illi non poſſunt aſcendere ſupra ſubiecta ſuarum ſcientiarum, vt per diuiſionem ſuperiorum generum eorum definitiones nanciſcantur. Neque verò à Dialectico, niſi veriſimiliter, ergo ſolus Metaphyſicus eſt, qui vt communis artifex per diuiſiones ſuperiorum generum eorum definitiones certò colligere non ſolùm poſſit, ſed etiam debeat, quò fit vt neceſſariò eorum eſſentias diſtinctè intelligat, etiam ſi illa in ſuis rationibus materiam includant. *artificibus colligi nequeant.*

AD hæc, cùm particulares ſcientiæ de propriis quaſi finibus, & omnino de re quauis inter ſe contendunt, ad ſuperiorem aliquam ſcientiam tamquam ad iudicem deferenda eſt diſceptatio: nulla autem ex humanis eſt ſuperior, & quæ iudex eſſe poſſit earum cauſſarum, niſi Metaphyſica, ſiquidem Dialectica, quatenus eſt communis facultas potius miniſtræ munus gerit, quàm præſidis: ad Metaphyſicam igitur deferendæ ſunt earum controuerſiæ, vt dirimantur: iudex autem non poteſt controuerſiam dirimere, niſi probè intelligat res, de quibus eſt diſceptatio: neceſſe igitur eſt vt Metaphyſica intelligat ea de quibus ſciẽtiæ particulares inter ſe cõtendunt, atque adeo res materiæ participes. Simili argumento probat Ariſtoteles tertio libro, de anima, *ſenſum communem percipere ſenſibilia omnia exteriorum ſenſuum: quippe ad quem pertineat iudicare de eorum diſcrimine, quod nullus ſenſus exterior facere poteſt.* *Metaphyſica reliquarũ ſcientiarum iudex, Dialectica miniſtra.* *3. lib. de Anima ca. 2. vel lib. 2. text. 145. & 146.*

POSTREMO, Metaphyſicus, vt eſt communis artifex, debet cognoſcere perfectè potentiam paſſiuam, alioqui non noſſet primum eius ſignificatum, neque inter omnia potentiarum genera poſſet diſcrimen conſtituere: at primum, præcipuumque potentiæ paſſiuæ ſignificatum, eſt pura potentia, quemadmodum id, quod præcipuè ſignificatur nomine actus, eſt actus purus: cognoſcere igitur debet Metaphyſicus, vt communis artifex, puram potentiam ſeu (quod idem eſt) materiam ipſam, nedum eam, quæ materiam includunt.

SED contra hanc concluſionem ſic licet obiicere: Nihil intelligitur diſtinctè ab artifice, niſi cui accommodatur ratio formalis, ſub qua ſubiectum propriæ artis à ſubiectis aliarum diſtinguitur, vt paulò antè dictum eſt: ratio autem formalis ſubiecti Metaphyſicæ non poteſt ſubiectis aliarum ſcientiarum accommodari, non poſſunt igitur illa diſtinctè cognoſci à Metaphyſico. *Obiectio 1.*

2. PRAETEREA ſi illa diſtinctè cognoſcerentur à Metaphyſico, pari ratione poſſent ab eo diſtinctè cognoſci omnia, quæ ſub illis continentur: nec enim plus hoc repugnat, quàm illud: at iam probatum eſt, non omnia diſtinctè à Metaphyſico intelligi.

3. POSTREMO ad inueſtiganda, & diſtinguenda ſubiecta cæterarum ſcientiarum, earumque controuerſias dirimendas ſatis eſt ipſa facultas intellectus, ergo non opus eſt ad eam rẽ, vt Metaphyſicus trãſiliat fines ſui ſubiecti, & in tractandis rebus materialibus aliarum ſcientiarũ officium vſurpet: præſertim cùm conſtitutio ſubiecti Metaphyſicæ

Digitized by Google

etſi quæ ſunt controuerſiæ; quæ inter eam, & particulares ſcientias oriantur, neceſſariò ad facultatem intellectus, quæ omnibus humanis ſcientiis præeſt, deferri debeant: cùm non ſit æquum, vt vlla ſcientia ſuum ſubiectum conſtituat, & quæ cum alia contendit, in propria cauſſa ſit iudex.

Diluitur. 1. NON eſt tamen propter hęc à propoſita cóclusione recedendum, ſed potiùs occurrendum primæ obiectioni, pronunciatum quod aſſumitur, cùm ſola moderatione ſecundæ concluſionis concedendum eſſe: nempe ſi intelligatur de artifice, quatenus eſt particularis arifex, non communis.

Diluitur. 2. AD ſecundam dicendum eſt, non eſſe parem rationem. Conſtituto enim ſubiecto vniuſcuiuſque ſcientiæ à Metaphyſico, ac tradito proprio artifici, nihil eſt, cur Metaphyſicus ampliùs circa illud verſari debeat: ſiue demonſtrando, ſiue diuidendo, & partium ſubiectarum definitiones colligendo, cùm hæc omnia proprius artifex præſtare poſſit.

Diluitur. 3. AD tertiam dicendum eſt, facultatem intellectus poſſe ex ſe, & ſine habitu efficere, quidquid efficit inſtructa habitibus ſcientiarum, cùm ipſi habitus gignantur per actus ſimiles iis, ad quos exercendos ſunt idonei, non tamen æquè facilè, atque poſtquam habitum ſciendi comparauit. Hinc fit, vt quicquid facilè ſit ab homine intellectus opera, id totum alicui ſcientiæ tribuendum ſit, & (quod hinc ſequitur) facilis, ac perfecta conſtitutio & defenſio particularium ſcientiarum, controuerſiarúmque, quæ inter eas oriuntur, compoſitio. Ita patet ſolutio argumenti.

Quid habitus intellectus conferat.

Metaphyſicā ſibi ſubiectū conſtituere. DE confirmatione maior eſt dubitatio, eò quòd iniuſtum videatur, vt hæc ſcientia ſibi proprium ſubiectum, ſuæque quaſi regionis fines præſcribat, & ſuis in cauſſis ſit iudex. Dicendum eſt tamen, id non eſſe iniuſtum, cum prima Philoſophia non habeat in artibus humanis ſuperiorem. Dialectica enim, vt iam dictum eſt, etſi eſt altera communis ars, non habet tamen hac ratione firmum & irrefragabile iudicium, vt in eo primæ philoſophiæ ſtandum ſit. Quo fit, vt ipſa tandem ſibi debeat eſſe lex: quod idem accidit in eo, qui in Republica ſupremam habet poteſtatem.

Obiectio. QVOD ſi quis vrgeat, fieri non poſſe, vt ipſa ſibi conſtituat ſubiectum, cùm antequàm ſubiectum habeat ſcientia non ſit: occurrendum eſt, ſemper Metaphyſicam habere ſubiectum, circa quod verſari *Dilutio.* poſſit, cùm ex natura ſua ſibi proprium vendicet: ſed tamen illud, nec ſemper, nec ab omnibus cognoſci. Quapropter intellectus opera exquiri oportere, & poſtquam quæſitum eſt & inuentum, atque habitu firmæ cognitionis perſpectum, eam cognitionem, quoniam ab habitu proficiſcitur, habitui ipſius Metaphyſicæ tribuendam.

Diſſoluuntur

Digitized by Google

Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.

SECTIO III.

AD primum igitur argumentum, quo pars affirmatiua quæſtionis concludi videbatur, dicendum eſt, falſum eſſe id, quod in maiori propoſitione ſupponitur, eos qui negatiuam partem tuentur, exiſtimare Metaphyſicam non aliter agere de naturis rerum, niſi ſub conceptibus generalibus. Exiſtimant enim, quod & veriſſimū eſt, agere illud de omnibus immaterialibus ſub ſpecialibus conceptibus, de materialibus verò, ſub generalibus, vt dictum eſt. In vtriſque autem intelligendis perfectiori modo cognoſcendi vtitur Metaphyſicus, quàm cæteri artifices in iis, de quibus diſſerunt, nullus enim cæterorum artificum intelligit omnino diſtinctè naturas rerum, de quibus agit, ſiquidem nullus eorum reſoluit definitiones ſuas vſque ad ſuprema prædicata, quod tamen facit Metaphyſicus in omnibus eſſentiis rerum, quas conſiderat. Eſt etiam cognitio Metaphyſici hac ratione præſtantior, quia complectitur res omnes etiam quoad conceptus ſpecificos, ſaltem confuſè, cùm tamen aliorum cognitio nec diſtinctè, nec confuſè ſe extendat ad omnia, ſed ſola ea complectatur, quæ ad certum aliquod genus rerum pertinent. *Quo pacto res à Metaphyſico intelliguntur.*

AD ſecundum dicendum eſt, tam latè patere ſubiectum Metaphyſicæ, vt res eſt, quàm patet obiectum intellectus, non tamen, vt ſubiectum eſt, hoc eſt, vt cadit ſub cōſiderationem Metaphyſicæ, obiectum enim intellectus complectitur omnia entia, ſub quauis ratione entis, at ſubiectum Metaphyſicæ, vt ſubiectum eſt, nō complectitur omnia entia, niſi quatenus abſque omni materia concipiuntur. Nec mirum, id enim, circa quod verſatur habitus, limitatius eſſe debet, quàm id, circa quod verſatur potentia, alioqui vnus tantùm habitus ſufficeret vni potentiæ. Atque ex his diſſolui poteſt confirmatio argumenti. Quod enim dici ſolet, ita ſe habere ſcientiam ad ſubiectum, vt potentiam ad obiectum, intelligendum eſt de ſubiecto, & obiecto, non vt res ſunt: ſed de ſubiecto, vt ſubiectum eſt, & de obiecto, vt obiectum eſt, hoc eſt, quatenus hoc à potentia, & illud à ſcientia attingitur. Quare quemadmodum potentia verſatur circa omnia, quæ cadunt ſub rationem formalem ſui obiecti, vt tale eſt, quantumcumque illa ſint ſpecialia ſecundùm rationem rei, veluti viſus circa omnes qualitates viſibiles: ita ſcientia hæc verſatur circa omnia entia, quatenus ſine materia intelligi poſſunt, quantumcumque ſecundum ſpeciales rationes ſumantur, cùm ens, quatenus ſine materia intelligitur, tractetur à Metaphyſico. *Quàm latè pateat ſubiectum Metaphyſica.* *Quàm latè obiectum intellectus.* *Exponitur cōmune quodd pronunciatū.*

AD tertium dicendum eſt, mobilitatis nomen duobus modis ſumi poſſe: vno pro conſtitutione ex primis principiis motus, quæ ſunt materia & forma, vt mobile nihil aliud ſit, quàm conſtans naturis: altero, pro aptitudine ad motum, quæ eſt proprietas rerum naturalium: vtrouis autem modo mobilitas in argumento ſumatur, nihil conficitur. Nam ſi ſumatur priori modo, neganda eſt minor: ſi autem poſteriori, maior. *Duplex mobilitas.*

Digitized by Google

Ad eam ſcientiam pertinere demonſtrationẽ, ex qua mediũ ad demonſtrandum ſumitur.

Ad quartum dicendum eſt, intellectum diſtinguere hominem à magnitudine Mathematica per habitum Metaphyſicæ: diſtinctio enim ex ratione propria non includit materiam in ſuo conceptu, cùm in rebus etiam materiæ expertibus reperiatur. Quocirca animaduertendum eſt, ſiue extrema concluſionis propoſitæ pertineant ad ſcientias remotas, vt homo & magnitudo Mathematica, ſiue ad propinquas, vt numerus, & magnitudo, veluti ſi quis quærat, ſit ne numerus à magnitudine diſtinctus: ſiue ad vnam & eandem, vt ſi quis roget, ſit ne lupus ſpecie diſtinctus à cane: ſemper demonſtrationem, quæ ad eam probandam affertur, pertinere ad eam ſcientiam, ex qua ſumitur medium ad demõſtrandum: quemadmodum ſi media ſint diuerſa, & ex diuerſis ſcientiis deſumpta, demonſtrationes, quæ ex iis procedẽt, pertinebunt ad diuerſas ſcientias, licet concluſio ſit vna & eadem, veluti terram eſſe in medio mundi, quam Phyſicus demonſtrat ex ſum ma eius grauitate. Mathematicus verò, ex eò quòd vbique dimidium cœli apparet ſupra horizontem. Quare parum refert, pertineátne diſtincta cognitio extremorum ad vnam & eandem ſcientiam, an verò ad diuerſas: itemque ad eã ex qua deſumitur probatio, an ad aliam, aut alias. Si enim non pertinuerint ad eam, ex qua ſumitur probatio, ſatis erit ſi demonſtrator mutuetur cognitionem eorum ab aliis artificibus, in eiſque cognoſcendis illorum perſonam induat. Ad argumentum igitur, vt in forma reſpondeatur, concedenda eſt vtraque propoſitio, ſed tamen dicendum, poſteriorem non rectè probari. Nec enim ob id ſcientiæ particulares non poſſunt demonſtrare diſtingui hominem à magnitudine Mathematica: quia quæ diſtinctè cognoſcit vnum extremum, non cognoſcit alterum (poſſet enim vna mutuò accipere ab altera cognitionem alterius) ſed quia ratio diſtinctionis non traditur ab vlla ſcientia particulari, ſed à ſola Metaphyſica.

Ad quẽ pertineat demõſtratio diſtinctionis rerum.

Eodem lib. & cap. tex. 4.

Ad quintum dicendum eſt, ex eo loco non eſſe colligendum Ariſt. credidiſſe cognitionem omnium rerum, etiam ſingularium, ad Metaphyſicum ſpectare, cùm paulò antè dixerit, contemplari ſpecies entis eſſe ſpecierum Philoſophiæ, hoc eſt, naturas rerum, quæ habent ſpecialem cognoſcibilitatis modum, ad ſpeciales philoſophiæ partes ſpectare, & ſæpiſſimè docuerit, nullam ſcientiam de ſingularibus diſſerere. Senſus ergo eius loci eſt, agere de identitate & diuerſitate rerum non ad alium, quàm ad Metaphyſicum pertinere, id enim ſignificant verba illa, *Quis enim quæſo erit, qui conſiderabit, ſi idem ſit Socrates & Socrates ſedens?* Ratio verò eſt, quia identitas, & diuerſitas, quemadmodum in ſuperioris argumenti ſolutione de diſtinctione diximus, ſunt affectiones communes rerum materialium & immaterialium, & ideò in ſuis conceptibus nullam includunt materiam, accepit autem Ariſt. Socratem, & Socratem ſedentem gratia exempli, pro extremis vniuerſalibus, vel certè pro ſiugularibus vagè, quo etiam pacto ſcientiæ diſſerunt de ſingularibus.

Exponitur locus Ariſtot.

Vt 1. Po. c. 7 text. 19. & 20. & 7. Met. cap. 15. text. 53. & alibi.

Qua ratione differat Metaphyſicus à Dialectico.

Ad ſextum, concedendum quidem eſt, Metaphyſicum hoc differre à Dialectico in diſſerendo de quacumque re propoſita extra propriam materiam, quod Dialecticus diſſerat ex veri ſimilibus, Metaphyſicus autem

Digitized by Google

autem ex neceſſariis, ſiue demonſtratiuè, ſed tamen addendum demonſtrationes Metaphyſicas, cum alienæ materiæ applicantur, non inniti definitionibus rerum, de quibus diſſeritur: neque enim procedunt ex propriis particularium ſcientiarum, ſed ex communibus, quæ ſunt Metaphyſici propria.

AD vltimum argumentum ſunt qui dent manus, fateantúrque eo vel maximè oſtendi, Metaphyſicā diſtinctè intelligere omnes ſpeciales quidditates rerum, in quorum numero eſt Ægidius Romanus hoc loco, & nitio librorum de poſteriori reſolutione. Dicendum eſt tamen, longè maiorem eſſe vim potentiarum, quàm habituum. Omnes enim potentiæ cognitiuæ ſuperiores, quæ nimirum poſſunt cognoſcere altiora, & communiora obiecta, poſſunt cognoſcere inferiora, magíſque particularia: eò quòd ad totum genus ſui obiecti propenſæ ſint, habitus autem, cùm ſint propenſi ad eos tantùm actus, qui ſunt ſimiles iis, ex quibus ſunt geniti, quandocumque generantur ex actibus, qui verſantur circa ſuperiora & vniuerſaliora, non poſſunt eſſe idonei ad plenam cognitionem inferiorum: vnde accidit, vt ſæpe ſciamus rem in vniuerſali, quam tamen in particulari per eandem ſciētiam ſcire non poſſumus. Poteſt quoque hoc modo reſponderi. Quicquid cognoſcitur à potentia inferiori, cognoſci etiam à ſuperiori: ſed tamen alio modo, quo pacto obiecta ſenſibilia, quæ cognoſcuntur intuitiuè à ſenſibus exterioribus, non intuitiuè (vt eſt quorumdam ſententia) ſed abſtractiuè cognoſcuntur ab interioribus. Hac igitur ratione concedi poteſt, quicquid cognoſcitur habitus particularium ſcientiarum, cognoſci habitu Metaphyſicæ, non tamen materiali modo, ſed immateriali, hoc eſt, ſecundum prædicata, quæ materiam non includunt.

Cur maior ſit potentiarum quàm habituum vis.

Altera ſolutio argumēti.

QVOD ſi quis obiiciat, intellectum non ſolùm cognoſcere res vniuerſaliter, ſed etiam ſingulariter, quo pacto à ſenſibus percipiuntur, ergo & Metaphyſicam non ſolum cognoſcere res materiales in genere, ſed etiam in ſpecie, quo pacto à particularibus ſcientiis cognoſcuntur: occurrendum eſt, militudinem, quæ conceditur inter Metaphyſicam, & intellectum comparatione aliarum ſcientiarum, & ſenſuum, non eſſe in omnibus quærēdam (iam enim idem eſſent) ſed in eo poſitam eſſe, vt quemadmodum intellectus plura intelligit, quàm omnes ſenſus, ſimul, ita Metaphyſica plura cognoſcat ſub conceptu aliquo, quàm omnes ſcientiæ particulares ſimul iunctæ.

Obiectio.

Dilutio.

SINT NE MAXIME VNIVERSALIA-lia cognitu difficilima.

QVÆSTIO II.

De quo genere vniuerſalium ſit ſermo, & de duplici cognitione ſiue notitia.

SECTIO I.

NON ſumimus in hac quæſtione nomē maximè vniuerſalium pro maximè vniuerſalibus cauſis, ſed pro maximè vniuerſalibus prædicatis: tametſi Ariſt. in hoc c. de illo etiam priori genere

Cur de ſolis vniuerſalibus in prædicādo hoc loco diſſeratur.

Digitized by Google

nere vniuerſaliũ intelligi poteſt. Id quod duabus cauſſis facimus, vna, quia vniuerſales cauſſæ, cũ res ſingulares ſint, nõ ſimpliciter dicuntur res vniuerſales, vt diximus in expoſitione cõtextus: altera, quia in cauſſis maximè vniuerſalibus nulla eſt huius quæſtionis difficultas, vt eius explicandæ gratia diſputatio inſtitui debeat. Itaque de ſolis vniuerſalibus, quæ dicuntur in prædicando, diſſerendum eſt hoc loco.

Duplex cognitio.

VT igitur pateat, qua in re præcipuè poſita ſi huius diſputationis ambiguitas animaduertendum eſt, duplicem eſſe cognitionem, ſiue notitiam, confuſam vnam, alteram diſtinctam. Nolumus autem hoc loco agere de ea cognitione confuſa, qua res vna dicitur cognoſci, cùm illa percipitur, in qua ipſa modo aliquo continetur, quo pacto dicimus cauſſam confuſè cognoſci in effectu, & viciſſim effectum in cauſſa, & genus in ſpecie, & ſpeciem in genere, & alia aliis modis: cui confuſæ cognitioni opponitur ea diſtincta, qua res in ſe ipſa concipitur, etiam ſi partium eius diſtinctio non perſpiciatur, quo pacto dicimus hominem confuſè concipi, cùm animal concipitur, diſtinctè autem, cùm ipſe proprio conceptu apprehenditur, etiam non diſtinctè perceptis eius partibus, ſed agimus de ea ſola cognitione, qua res in ſe ipſa concipitur, ſiue particulatim concipiantur ea, quæ continet, ſiue non concipiantur.

Diſtincta quid.

COGNITIO igitur diſtincta ſit ea, qua totum aliquid cognoſcitur perſpectis particulatim omnibus, quæ in eo continentur: vt cùm videmus totum ædificium luſtratis omnibus eius partibus, non ſolùm exterioribus, ſed etiam interioribus. Confuſa verò, qua cognoſcitur non perſpectis particulatim omnibus, quæ in eo continentur, vt ſi ædificium à longè videamus. Quo loco aduerte, non opus eſſe, vt diſtincta cognitio fiat per plures conceptus, poteſt enim totum aliquid, omnéſque eius partes vno intuitu à nobis perſpici, ſi partes non multæ ſint, nec admodum inter ſe diſtent, vt ternarius columnarum parium diſtantium, aut hominum propè ſedentium, quod quemadmodum in ſenſu accidit, ita & in intellectu, magíſque in angelico, quàm in humano, & in hoc magis, cùm eſt perſpicacior.

Confuſa quid.

Duplex totũ. Duplex cognitio diſtincta & confuſa.

CVM autem totum, quo ad præſentem diſputationem attinet, duplex ſit: vnum eſſentiale, quod refertur ad partes eſſentiales, cùm illas habet, alterum vniuerſale, quod ſemper refertur partes ſubiectas: duplex quoque erit cognitio diſtincta rei vniuerſalis, altera, vt totius eſſentialis, altera, vt totius vniuerſalis, totidémque modis dicetur cognitio confuſa eiuſdem. Dixit: *Cùm illas habet*, quia genera ſumma, & differentiæ, non habent partes eſſentiales, & tamen dicũtur tota quædam eſſentialia, vt hoc loco totum eſſentiale ſumimus. Volumus enim vt ſumatur pro integro, ſiue perfecto in ſua natura: cui opponitur mutilum, ſiue imperfectum, vt 5. lib. dicitur. *Cap. 16. tex. 21.*

Diſtincta totius eſſentialis.

COGNITIO diſtincta totius eſſentialis eſt, cùm omnia eſſentialia illius particulatim cognoſcuntur, ſeu (quod idem eſſe volumus) cùm nihil eſt eſſentiæ illius, quod particulatim non perſpiciatur: veluti cum ſpecies intelligitur cognito genere ſummo illius, & omnibus differentiis, quibus conſtat. Quamquam verò hæc explicatio pertineat

neat ad cognitionem omnino diſtinctam, dicere tamen conſueuimus quamlibet ſpeciem diſtinctè cognoſci, cùm proximum illius genus, & proxima differentia percipiuntur. Hinc colliges, naturas ſimpliciter ſimplices, vt à Scoto appellantur, cuiuſmodi ſunt Deus Opt. Max. genera ſumma, & differentiæ omnes, ſiue ſpecificæ, ſiue indiuiduantes, etſi quæ ſunt alia, quæ ex diuerſis entitatibus non conſtent, poſſe hoc pacto diſtinctè cognoſci, vt tota quædam eſſentialia: tunc enim vt tota eſſentialia diſtinctè cognoſcentur, cùm eorum ſimplices eſſentiæ fuerint apprehenſæ. Nam qui ſimplex aliquid apprehendit, nihil eſſentiale in eo relinquit, quod particulatim non cognoſcat, id quod ex eo etiam confirmare poteris, quod attinet ad genera ſumma, & differentias: quia nemo dicitur omnino diſtinctè ſpeciem cognoſcere, niſi diſtinctè teneat omnia eſſentialia illius prædicata. Si ergo illa diſtinctè percipiéda eſt, neceſſe eſt, vt genus ſummum, & differentiæ interiectæ diſtinctè cognoſcantur.

Etiam naturas ſimplices diſtinctè percipi poſſe.

COGNITIO confuſa totius eſſentialis eſt, cùm totum ipſum eſſentiale ſecundùm ſe apprehenditur, ſed tamen ea, quæ ad illius eſſentiam pertinent, non particulatim percipiuntur, veluti cùm ſpecies ſecundùm ſe apprehenditur, ſed tamen genus, aut differentia illius ignoratur. Hoc tamen modo non cognoſcuntur genera ſuprema, nec differentiæ, nec denique naturæ vllæ ſimpliciter ſimplices, vt patet ex dictis, niſi velis huiuſmodi entia diſtinctè percipi, vt tota eſſentialia: cùm percipitur ens, & modus eſſendi peculiaris eorum per modum generis, & differétiæ: confuſè autem, cùm ſine diſtinctione concipiuntur, tametſi ens, & modus eſſendi, quo illud ad prima membra diuidentia contrahitur, longè diſſimilia ſunt generi, & differentiæ, eò quòd non ſint diſtinctæ entitates, vt patebit libro quarto. Atque hunc improprium modum confuſè intelligendi genera ſumma, vſurpabimus paulò pòſt, cùm genera omnia eiuſdem ſeriei, vt ſunt tota eſſentialia, penes cognitionem confuſam inter ſe conferentur. Quòd ſi ens vniuocum eſſet, vt Scotus exiſtimat, cùm illud etiam ſit ſimpliciter ſimplex, hoc eſt ex diuerſis entitatibus non conſtitutum, nec verò quicquam eo ſit ſuperius, nullo iam modo confuſè concipi poſſet, vt totum eſſentiale. Nũc autem, cùm re vera ſit analogum, tum dices illud modo aliquo confuſè concipi, vt totum eſſentiale, cùm eius conceptus adeò imperfectus erit, vt per illum nulla certa entitas ex iis, quæ immediatè nomine entis ſignificantur, percipiatur, tum verò diſtinctè, cùm percipientur omnia. Quare ſolus Deus habere poteſt diſtinctam cognitionem entis, cùm nomen entis infinitas rerum differentias immediatè ſignificet, vt eodem libro patebit. Quamquam ens completum, finitum, quod ſola prima decem genera ſignificat, diſtinctè à nobis percipi poteſt.

Confuſa totius eſſentialis cùm ſimplices naturæ hac ratione confuſè cõcipi poſſint.

In 1. ſent. d. 3. q. 1. & d. 8. q. 2.

Quæ ſit confuſa entis cognitio.

Quæ diſtincta.

Solus Deus habere poteſt diſtinctã cognitionem entis.

COGNITIO diſtincta totius vniuerſalis tunc habetur, cùm eius communitas, & amplitudo per omnia illius inferiora cognoſcitur, vt ſi quis intelligeret communitatem animalis per omnes illius ſpecies & indiuidua. Quo loco aduerte, etſi homo poteſt viribus ſuis omnino diſtinctè intelligere rem vniuerſalem, vt totum eſſentiale eſt, (neque enim eſſentialia prædicata ſunt infinita) non poſſe tamen illam diſtin-

Cognitio diſtincta totius vniuerſalis.

Digitized by Google

Num totum Vniuerſale poſsit à nobis hoc cognitionis genere percipi.

ctè intelligere, vt eſt totum vniuerſale. Nam etſi ſpecies finitæ ſint) eæ ſaltem, quæ per ſolas cauſſas naturales in rerum natura eſſe poſſunt, indiuidua tamen ſunt infinita. Poteſt nihilominus illam intelligere diſtinctè, quoad membra diuidentia immediata, ſi ſint finita, aut quoad actu exiſtentia in rerum natura, quæ numquam infinita erunt, & omnino quoad ea, quæ cadunt ſub artem, reſpuit enim ars infinitatem.

Cõfuſa totius vniuerſalis.

COGNITIO confuſa totius vniuerſalis tunc habetur, cùm illud quidem in ſe concipitur, ſed tamen eius inferiora ignorantur, veluti ſi quis colorem cognoſcat, & ſpecies colorum non teneat.

ANIMADVERTENDVM eſt autem hoc loco, etſi nulla res vniuerſalis poteſt eodem conceptu diſtinctè ſimul, & confusè cognoſci ſub eadem ratione totius, poſſe tamen diſtinctè cognoſci, vt totum eſſentiale, & confusè, vt totum vniuerſale, aut contra confusè, vt totum eſſentiale, & diſtinctè, vt totum vniuerſale. Si quis enim animalis definitionem teneat, eiúſque ſpecies ignoret, cognoſcet illud diſtinctè, vt totum eſſentiale, & confusè, vt totum vniuerſale, ſi autem ſpecies animalis, ſaltem immediatas, cognoſcat, & illius definitioné non teneat, cognoſcet illud diſtinctè, vt totum vniuerſale, & confusè vt totum eſſentiale.

Variè vtrũque appellari.

ILLVD etiam animaduertendum eſt, totum eſſentiale appellari à pleriſque in hac controuerſia totum actuale, quia actu conſtat partibus eſſentialibus: totum autem vniuerſale, totum potentiale, quia non conſtat actu partibus ſubiectis, ſed eas continet potentia dumtaxat, nec multo ſecus ad illas ſe habet, atque materia ſe habet ad omnia, quæ ex ipſa fieri poſſunt. Vocant quoque iidem cognitionem totius actualis, notitiam actualem, & totius potentialis, potentialem. Tribus tamen de cauſſis viſum eſt nobis abſtinendum hoc loco ab huiuſmodi vocabulis. Primùm quia ſunt aliquanto obſcuriora, & minus familiaria, quàm ea, quibus vſi ſumus. Deinde, quia nomina totius actualis, & potentialis latius patent, quàm totius eſſentialis, & vniuerſalis, vt perſpicuum eſt. Poſtremò, quia impropriè vocari ſolet cognitio totius potentialis notitia potentialis, cùm re vera ſit actualis, & exercita notitia, præſertim cùm eſt diſtincta. Hæc de generibus cognitionum, ſiue notitiarum, quòd ad præſentem difficultatem attinet, ſint ſatis.

Abſtinẽdum à nominibus totius actualis, & potentialis.

Qua in re præcipuè poſita ſit huius quæſtionis difficultas.

SECTIO II.

Quorum magis vniuerſalium cum minus vniuerſalib. fiat comparatio hoc loco.

CVM igitur in hac quæſtione vniuerſalia cum minus vniuerſalibus conferuntur, illud in primis perſpicuum ſit, non conferri magis vniuerſalia vnius ſeriei cum minus vniuerſalibus alterius, veluti genus ſummum vnius prædicamenti cum genere ſubalterno alterius prædicamenti: aut genus ſubalternum vnius cum ſpecie infima eiuſdem, quæ tamen eidem ſubalterno generi ſubiecta non ſit. Satis enim patet aliquando vniuerſaliora pacto

liora pa... eſſe aliquando minus vniuerſalibus, quod exemplis facillimum eſt intelligere. Itaque collatio, quam Ariſtoteles hoc loco facit, in iis eſt intelligenda, quorum alia ſunt ſuperiora, alia inferiora: in eadem ſerie, voco autem ſeriem rectum ordinem ſuperiorum, & inferiorum. Quamquam in differentiis etiam magis vniuerſalium, & minus vniuerſalium, etſi aliæ non ſunt aliis eſſentialiter ſubiectæ, vt lib. 7. patebit quæſtio reductitiè intelligi poteſt.

Iam ſi quæſtio in eo ſenſu ſumatur, vt dubitetur, ſint ne magis vniuerſalia minus nota nobis cognitione diſtincta: nihil eſt in ea difficultatis. Nam cùm diſtincta cognitio habentis partes per partes ipſas haberi debeat, ſatis apertum eſt, ſi vniuerſalia ſumantur, vt tota eſſentialia, vniuerſaliora eſſe nobis notiora: ſi verò ſumantur, vt tota vniuerſalia, notiora eſſe minus vniuerſalia. Vt enim magis vniuerſalia ſunt partes eſſentiales minus vniuerſalium, ita minus vniuerſalia ſunt partes ſubiectæ magis vniuerſalium: quo fit, vt ſi minus vniuerſalium eſſentia diſtinctè intelligenda eſt, neceſſe ſit illam per diſtinctam magis vniuerſalium cognitionem comparare contráque ſi magis vniuerſalium ambitus percipiendus eſt, opus ſit illum per diſtinctam minus vniuerſalium explicationem patefacere, neque contra vnquam accidet: quæ tamen dicta intellige cognitione omnino diſtincta: alioqui fieri poteſt, vt minus vniuerſalia notiora ſint quatenus tota eſſentialia, & è contrario magis vniuerſalia ſint notiora, quatenus tota vniuerſalia. Nec enim definitiones ſolùm colliguntur ex diuiſione ſuperiorum, ſed etiam ex comparatione inferiorum inter ſe vt Ariſtoteles docet 2. poſt. capit. 14. quod poſterius cùm ſit, prius intelligimus quid ſit homo quàm quid animal, & ita in cæteris: nonnumquam etiam intelliget quis adæquatam diuiſionem alicuius generis ſummi in ſpecies immediatas, qui ignorabit adæquatam diuiſionem ſpecierum eius generis in ſua inferiora. Satis autem patet has cognitiones non eſſe omnino diſtinctas.

Vniuerſaliora cognitione diſtincta totius eſſentialis eſſe notiora. Diſtincta verò totius vniuerſalis minus nota.

Text. 19. 20. & 21.

Duplex modus definitiones colligẽdi.

Est igitur tota difficultas in eo poſita ſintne magis vniuerſalia cognitione confuſa minus nota nobis, quàm minus vniuerſalia, quæ comparatio eſt prior ea, qua magis vniuerſalia cum minus vniuerſalibus conferuntur quoad cognitionem diſtinctam. *Vnaquaeque enim res, ſi more noſtro in ea cognoſcenda procedamus, prius concipitur confusè quàm diſtinctè*, vt Ariſt. initio Phyſicorum luculenter docet, quo pacto Anatomici prius cognouerunt corpus humanum, quàm membra omnia, & partes membrorum notarent, & incolæ Occidentalis Indiæ, cùm primum viderunt equitem ex æquo pugnantem prius vtrũque eſſe vnum animal more centauri putauerunt, quàm alterum ab altero, vt diuerſa animalia, diſtinguerent, & apud Philoſophos multis ante annis creditum eſt materiam primam, & formam ſubſtantialem eſſe vnum quid quam earum diſtinctio intelligeretur. Quamquam autem res vniuerſales, & vt tota quædam eſſentialia, & vt tota vniuerſalia confusè cognoſci poſſunt, ſatis tamen erit, ſi de ſola priori conſideratione diſſeramus: cognitio enim confuſa totius vniuerſalis ſemper incidit in alteram cognitionem totius eſſentialis, confuſam ſcilicet

Quæſtionis difficultas.

Rem eandem prius confusè quàm diſtinctè cognoſci.

Cap. 1. Text. 2.

aut diſtinctam,niſi quòd eatenus hæ dicentur confuſæ totius vniuerſalis,quatenus coniunctæ erunt cum ignoratione partium ſubiectarũ.

Sententia D. Thomæ,& Scoti.

SECTIO III.

Sententia D. Thomæ, vniuerſaliora eodẽ genere cognitionis eſſe nobis notiora probatur.

In libello de ente & eſſen. in præfatione 1.p. q. 85. ar. 3. & hoc loco lect.2.& alibi.

QVANTVM autem in hoc ſenſu ſit difficultatis,declarant oppoſitæ,vt dici,ac credi ſolent, Scoti, & Diui Tho. ſententiæ. D.enim Tho.in libello de ente & eſſentia,in 1.parte ſummæ Theologiæ,& aliis pleriſque locis aſſerit,primum cognitum ab intellectu hoc genere cognitionis,eſſe ens,cæteráque deinde prędicata minùs vniuerſalia,quo ſunt vniuerſaliora, eò nobis eſſe eodem genere cognitionis notiora.

1. ID quod primùm ipſe,eiuſque ſectatores ex eo probant,quia in iis, quæ reducuntur ex potentia in actum, ſemper natura progreditur ab imperfectioribus ad perfectiora,quò pacto *fœtus in vtero matris primò*
Cap.3. *viuit vita ſtirpis,deinde animalis,poſtremò hominis*,vt Ariſt.docet 2.de generatione animalium:intellectus verò noſter,vt intelligat,progreditur à nuda potentia ad actum perfectum:*eſt enim à principio tanquam tabu-*
Cap.4. Text.14. *la,in qua nihil eſt depictum.* vt idem docet 3. lib. de Anima, cùm igitur conceptus entis ſit omnium imperfectiſſimus,& ex cæteris quo quiſque eſt vniuerſalior,eò ſit imperfectior,non dubium eſt, quin vniuerſaliora ſint priora cognitu,atque adeò cognitu faciliora.

2. DEINDE, quia eo ordine progreditur intellectus in cognitione vniuerſalium,quo ſenſus in cognitione ſigularium,ſenſus autem priùs cognoſcit ſingularia magis vniuerſalium, quàm minùs vniuerſalium, priùs enim cognoſcimus Socratem à longè venientem eſſe hoc corpus,quàm hoc animal: & hoc animal,quàm hunc hominem(vt Aui-
Cap.5. cenna primo in ſuæ Metaphyſicæ annotauit)igitur priùs, & faciliùs intelligimus res ſub conceptibus magis vniuerſalium, quàm minùs vniuerſalium.

3. TERTIO, quia notitia, quam potentia primò elicit, eſt ſui adæquati obiecti, quo pacto prima notitia aſpectus eſt coloris. Cùm igi-
Cap 11. Text.20. tur adæquatum obiectũ intellectus ſit ens,vt Ariſtoteles innuit nono libro huius operis:efficitur vt ens primò cognoſcatur ab intellectu, ac proinde ſit cognitu facillimum, & (quod hinc pari ratione ſequitur) quò cætera ſunt vniuerſaliora,eò ſint notiora.

Scoti ſentẽtia, Primũ cognitum ab intellectu eſſe ſpeciem infimam probatur.

SCOTVS verò 1.Sent.d.3.q.2.aſſerit, primum cognitum ab intellectu eſſe ſpeciem infimam, atque adeò quò vniuerſalia communiora ſunt,eò eſſe cognitu difficiliora. Probat autem id primùm hac ratione. Cauſa naturalis non impedita efficit perfectiſſimum effectum
1. eorum,quæ efficere poteſt : agit enim ſecundùm vltimum potentiæ, vt dici ſolet,omnia autem, quæ concurrunt ad primum actum intelligendi,cùm præcedant omnem actum voluntatis, ſunt cauſſæ naturales:igitur ſi non impediantur, producent effectum perfectiſſimum: is autem eſt conceptus ſpeciei infimæ, cùm ſit notitia perfectiſsimæ naturæ in ſua ſerie : igitur primus,ac facillimus conceptus rei vniuerſalis eſt

iis eſt conceptus ſpeciei infimæ, & (quod hinc ſequitur) quò res fuerint vniuerſaliores, eò erunt cognitu difficiliores.

DEINDE hunc in modum: Metaphyſica ordine doctrinæ eſt vltima ſcientia, vt aduertit Auicenna primo ſuæ Metaphyſicæ: ergo principia, ac termini cæterarum ſcientiarum poſſunt percipi, antequam percipiantur principia, ac termini Metaphyſices: ſunt igitur minùs vniuerſalia cognitu priora, atque adeò faciliora. Cap. 3.

TERTIO, hac ratione. Si magis vniuerſalia eſſent cognitu priora, non poſſent minùs vniuerſalia concipi, niſi priùs illa conciperentur: quare propoſita ſingulari, quod actu moueret ſenſum, & intellectu exiſtente ſoluto, ac non impedito, longo admodum tempore opus eſſet, vt ſpecies infima conciperetur, oportet enim omnia magis vniuerſalia ante percipere, hoc autem pugnat cum experientia, non igitur vniuerſaliora, ſed minùs vniuerſalia ſunt nobis notiora.

4. QVARTO confirmari poteſt Scoti aſſertio ex iis, quæ ille eo loco ſcribit, hũc in modum: *Illud vniuerſale eſt nobis notius, cuius indiuiduum, fortius mouet ſenſum, indiuiduum autem ſpeciei infimæ fortius mouet ſenſum quàm indiuidua cæterorum vniuerſalium, & inter diuidua cæterorum ea, quæ ſunt minùs vniuerſalia, quàm quæ ſunt magis vniuerſalium (ſunt enim magis ſenſibilia, vt hic homo, quàm hoc animal, & hoc animal, quàm hoc viuẽs, & ſic cætera deinceps) igitur inter omnia vniuerſalia ſpecies infima eſt nobis notiſſima: & quò cætera vniuerſalia ſunt communiora, eò ſunt cognitu difficiliora.*

Qua ratione minus vniuerſalia ſint nobis notiora.

SECTIO IIII.

QVID igitur in hac difficultate dicendũ videatur, nonnullis aſſertionibus exponendum eſt, in quibus ſanè non videntur diſſentire prædicti auctores, ſi rectè eorum ſententiæ expendantur, vt oſtendimus, cũ proœmium Phyſicorum exponeremus: quod idem nobis eò magis nunc placet, quò plures videmus in eadem ſententia fuiſſe. *Scotum à D. Thoma non diſſentire.*

PRIMA igitur concluſio ſit: *Poſitis aptè iis omnibus, quæ ad cognitionem concurrunt, remotiſq́; impedimentis, ſpecies infima eſt cognitu facillima, & quò res ſunt vniuerſaliores, eò ſunt cognitu difficiliores.* In qua concluſione idcirco non eſt nobis ſermo de cognitione intellectiua ſingularium, quia hoc loco non fit comparatio, niſi inter vniuerſalia, hæc enim ſola per ſe cadunt ſub ſcientiã, niſi ſit ſingulare, quod omnia vniuerſalia eminenter complectitur, cuiuſmodi eſt ſolus Deus Opt. Max. tametſi propter rerum affinitatem, abſoluta hac quæſtione de comparatione ſingularium cum vniuerſalibus agemus. Probatur autem concluſio hunc in modum: Ea vniuerſalia, quorum ſpecies intelligibiles priùs imprimuntur in intellectu, ſunt nobis cognitu faciliora, poſitis autem aptè iis omnibus, quæ ad cognitionem requiruntur, remotiſque impedimentis. Prima ſpecies intelligibilis, quæ imprimitur, eſt ſpeciei infimæ, & quò neceſſaria minùs aptè ponuntur, aut impedimẽta minùs remouentur, eò magis vniuerſalis naturæ ſpecies imprimitur: igitur ſpecies infima eſt cognitu facillima, ſi nihil neceſſario- *Quo pacto ſpecies infima ſit omnium cognitu facillima.*

rum deſit, aut impedientium [illegible], & ſunt cognitu difficiliores. Maior propoſitio perſpicua eſt, ponimus enim nihil à nobis cognoſci, niſi [illegible] per ſpeciem aliquam, ſimilitudinémve, loquimur item de ſpeciebus intelligibilibus, quatenus primo, & immediatè repræſentāt na[illegible] neque enim ſpecies intelligibilis naturæ humanæ cenſetur hoc loco ſpecies intelligibilis animalis, aut vllius ſuperioris generis, eo quod ſuperiora per illam nō repræſententur primo & immediatè, ſed quatenus includuntur in natura humana, quæ primo, & immediatè repræſentatur. Dixi *Ea vniuerſalia*, & non, *Ea* abſolutè, quia etſi in intellectum noſtrum non imprimatur ſpecies rei ſingularis, tamen ſingularia facilius à nobis intelliguntur, quàm quæuis vniuerſalia, cuius ratio ſequenti quæſtione patebit. Prior pars minoris primo argumento Scoti aliquantum immutato probari poteſt, concludit enim rectè primam ſpeciem intelligibilem, quæ eo pacto generatur, eſſe ſpeciei infimæ, ſi in intellectu noſtro non datur ſpecies intelligibilis rerum ſingularium, vt ille ſupponit eo loco. Poſterior autem pars ex eo probatur, quia qua ratione poſitis omnibus neceſſariis, & remotis omnibus impedimentis gignitur perfectiſſima ſpecies, eadem, ſi illa minus aptè ponatur, & hæc minus remoueantur, minus perfecta ſpecies gignetur: ſi enim affirmatio eſt cauſa affirmationis & negatio negationis erit.

Cuius rei ſpeciē primo intellectus recipiat.

Sect. 7.

PRÆTEREA, vniuerſalia, quæ faciliùs abſtrahuntur, faciliùs quoque cognoſcuntur, cognitio enim vniuerſalium non fit niſi per abſtractionem à particularibus, ac minùs vniuerſalia facilius abſtrahuntur poſitis aptè omnibus neceſſariis, & remotis impedimentis, tum quia à paucioribus differentiis liberantur, & quaſi exuuntur, tum quia maiorem vnitatem habent, cùm magis accedant ad indiuidua, quibus vnitas primo & præcipuè conuenit, ergo facilius cognoſcuntur minus vniuerſalia. Conſentit autem mirificè cum hac ratione experientia. Si enim ante oculos ponatur indiuiduum, vt verbi gratia, hic equus, aut hæc albedo: nullam ſanè naturā vniuerſalem facilius ab eo abſtrahes, & cognitione ſeparabis, quàm ſpeciem infimam. Id quod accidit, tum quia hic equus ſolam vnā differentiam addit naturæ equi, cùm plures addat animali, & ſuperioribus generis: tum etiam quia natura equi magis eſt vna, quàm animalis ſuperiorúmque generum, vt in eam melius defigi poſſit acies intellectus, idémque euenit in abſtrahendis ab hac albedine naturis communibus, quæ in ea continentur. Atque ad hanc rationem reuocari poteſt ſecundum argumentum Scoti. Cauſſa enim cur Metaphyſica ſit vltima ordine doctrinæ eſt, quia ea, quæ per ſe cadunt ſub inferiores ſcientias, minori abſtractione indigent, vt cognoſcantur. Vnde factum eſt, vt Metaphyſica poſt cæteras omnes ſciētias inuenta ſit: & tunc primùm cœperit diſtingui à Philoſophia naturali, cùm inuentæ ſunt ſubſtantiæ corporis expertes, & ab eis, atque à corporatis abſtrahi potuit communis ratio entis, & ſubſtantiæ materiam non includentis, vt initio diximus.

Minùs vniuerſalia facilius abſtrahi.

Comprobatur experimento.

Cur metaphyſica vltima ſit doctrinæ ordine.

AD hæc, Si poſitis aptè omnibus iis, quæ ad cognitionem requiruntur, & remotis impedimentis, ideo faciliora ſunt cognitu magis

vniuerſalia quod neceſſariò intelligantur, ante minùs vniuerſalia, vt diuerſæ partis auctores exiſtimãt, certè poſita re ante oculos, exempli cauſa, hoc equo, & intellectu exiſtente libero, nullaque ratione impedito, vt Scotus tertio loco argumentabatur, longo admodum tempore opus eſſet, vt ſpecies infima apprehenderetur: oporteret enim omnia magis vniuerſalia ante percipere, hoc autẽ pugnat cum ipſa experientia: non ſunt igitur magis vniuerſalia notiora, ſi omnia ſunt rectè diſpoſita, nec quidquam impediat.

Caiet. in lib. de ente & eſſe q. 1. & alij nonnulli.

Quorundam reſponſio.

RESPONDENT eorum nonnulli ſolum ens ante percipiendum eſſe neceſſariò, reliqua inferiora poſſe prçteriri, vt veniatur ad ſpeciem infimam: atque id breuiſſimo tẽporis ſpacio, & vix perceptibili fieri poſſe. Sed in primis non vident, ſe hoc pacto non ſolum reſpuere primum & ſecundum argumentum ſui auctoris (faciunt enim argumenta illa quçlibet vniuerſaliora minùs vniuerſalibus notiora ſed etiam relinquere quæſtionem ambiguam in omnibus vniuerſalibus, quæ ſub ente continentur, quæ tamẽ multo verius ſunt vniuerſalia, quàm ens, neque enim conſtat ex hac reſponſione, quænam eorum ſint cognitu faciliora, quod tamen maximè quærimus. Non eſt item, cur dicant neceſſario conceptum entis antecedere debere quemlibet alium conceptum. Primùm enim non videmur hoc in nobis experiri: Deinde ſi id neceſſarium eſt, quia ens eſt adæquatum obiectum intellectus, cur poſita hac albedine ante oculos, non priùs aſpectus percipit, eam eſſe hunc colorem, quàm hanc albedinem, cùm color ſit adæquatum obiectum aſpectus, de quo non dubitemus, quin poſſit prius percipere ſingularia generum, quàm ſingularia ſpecierum, vt cum animalia ex remotis locis ad nos, paulatim appropinquant? quod idem dici poteſt de cæteris potentiis cognitiuis? Cur etiam iſto modo non fatebuntur contra experientiam prius nos velle cibum vt bonum, quàm vt bonum guſtatui, cùm bonum ſit adæquatum voluntatis obiectum: immo etiam contra rationem, cùm inde ſequatur non poſſe voluntatem in eo momento, quo res obiicitur, eam vt talis eſt amplecti, aut reiicere? Iam ſi idcirco id neceſſarium eſt, quia proprietates entis ſunt omnium patẽtiſſimæ, vt quidam aiunt, id planè negamus. Vix enim à Metaphyſicis intelliguntur, & explicantur. Quin etiam D. Tho. cuius illi doctrinam profitentur, planè credit hoc loco, proprietates ſuperiorum colligi ex proprietatibus inferiorum. Sin autem dicant, ſatis eſſe perſpicere ſenſibus quælibet accidentia entis, vt ens continuò percipiatur, cur non item ſatis erit percipere quæuis accidentia equi, vt continuo eliciatur conceptus equi? Si verò id neceſſarium eſt, quia conceptus entis eſt imperfectiſſimus; ſanè quo inferiorum conceptus perfectiores fuerint in eadem ſerie, eo erunt neceſſario priores origine, & vt ſimilitudini quorumdam eorum inſiſtamus quemadmodum forma perfectiſſima introduci nequit, niſi prius imperfectiores omnes, quæ illi ſubordinatæ ſunt introducantur, ita non poterit elici conceptus ſpeciei infimæ, qui eſt perfectiſſimus eorum, quibus naturæ vniuerſales percipiuntur, niſi prius eliciantur conceptus ſuperiorum omnium, quæ illam ſpeciem conſtituunt. Si denique id eſt neceſſarium, quia ens eſt maximè vniuerſale: quo cætera inferiora,

Refutatio.

Bonũ eſt voluntatis adæquatum ſubiectum.

Hoc loco lect. 2.

ra inferiora vniuerſalia communiora fuerint, eo priùs neceſſariò concipientur: ſicque longo admodum tempore opus erit, vt ſpecies infima apprehendatur, quemadmodum colligebamus.

Occurritur obiectioni. QVOD ſi quis eandem argumentationem conuerſis verbis in nos retorqueat, dicátque, eodem modo apud nos opus fore longo tempore, vt poſito ante oculos equo, intellectúque nequaquam impedito conceptus entis, aut ſubſtantiæ ab equo eliciatur, in promptu eſt quod reſpondeamus. Primùm experientiam eſſe teſtem, quantum temporis intercedere ſoleat inter conceptum ſpeciei, quem dicimus poſitis eo pacto rebus eſſe facillimum, & conceptum alicuius remoti generis, ſi modò tunc primùm ſuperiorum generum notitiam comparemus, quótque ſæcula præterierint, ante quàm cõceptus ſubſtantiæ non includens materiam, atque adeò entis communiſſimè accepti eliceretur. *Notanda cõcluſionis.* Deinde non ideò à nobis dici ſpeciem infimam eſſe facillimam cognitu, & omnino minùs vniuerſalia faciliora, quòd putemus omnia minus vniuerſalia, ante magis vniuerſalia neceſſariò percipienda eſſe, aut eorum aliqua. Nam ne conceptum quidem ſpeciei infimæ dicimus neceſſariò præcedere conceptum ſuperiorum generum, ſed ea ratione aſſerimus infimam ſpeciem eſſe cognitu facillimam: quia ſpecies intelligibilis, quæ rebus ita conſtitutis, vti diximus, primò in intellectu imprimitur, eſt ſpeciei infimæ, per ſpeciem autem propriam, & peculiarem ſpeciei infimæ multo facilius concipitur ipſa natura ſpecifica, quàm vlla ex genericis, quæ implicitè per eandem ſpeciem repræſentantur. Hoc tamen dato, integrum adhuc eſt intellectui, quamcumque aliam ſuperiorem naturam per eandem ſpeciem concipere. Itaque etſi ob hanc rationem, & alias quæ ſequuntur, credimus minus vniuerſalia eſſe cognitu faciliora, non tamen putamus ea omnia, aut eorum aliqua neceſſariò antè magis vniuerſalia percipienda eſſe.

PRÆTEREA, Quæ ſunt ſenſibus propinquiora, ea omnia ſunt intellectui noſtro cognitu faciliora: cùm intellectus noſter nihil percipiat, niſi quod modo aliquo fuerit in ſenſu, quod pronunciatum quo pacto intelligendum ſit, ſuperiori capite explicatum eſt: atque minus vniuerſalia ſunt ſenſibus propinquiora, cùm magis accedant ad indiuidua, quæ primò, & per ſe percipiuntur ſenſu, idque non ſolùm propinquitate conſtitutionis, ſed etiam perfectionis (hinc enim fit tandem, vt Ariſt. in Prædicamentis dicat, *ſpecies ſubſtantiæ eſſe magis ſubſtantias, quàm genera*) ſunt igitur minus vniuerſalia cognitu faciliora. *q. 4. ſect. 3.* *Cap. de Subſtantia.* *Cur ſpecies ſubſtãtiæ ſint magis ſubſtãtiæ quàm genera.* Ad hanc rationem reuocari poteſt quartum argumentum, quod ex Scoto elicuimus. Nam quòd hic homo ſit magis ſenſibile quiddam quàm hoc animal, & hoc animal, quàm viuens, & hoc, quàm cætera ſuperiorum indiuidua, ex eo patet: Quia etſi omnia hæc nihil differunt inter ſeſe quoad differentiam indiuiduantem, quæ ſignificatur pronomine demonſtratiuo præfixo: tamen homo differt ab animali, vt magis ſenſibile à minus ſenſibili, cùm ſit compoſitio, pluréſque ſibi vendicet ſenſibiles qualitates: eodémque modo ſe habet animal reſpectu viuentis, & ita cætera deinceps: immò etiam

veniendum

veniendum eſt ad ſubſtantiã, quæ iam non numeratur in ſenſibilibus.

Diluitur obiectio, confirmatur concluſio ex Ariſtotele, & agitur de modo abſtrahendi vniuerſalia.

SECTIO V.

Obiectio. AT obiiciunt: Indiuidua magis vniuerſalium videntur ex loco remotiori: vt animaduertit Auicenna, ſunt igitur magis ſenſibilia. Huic obiectioni occurrendum eſt, indiuidua quæ agunt in aſpectum noſtrum, cùm à longè videntur non eſſe ſola indiuidua magis vniuerſalium: ſed ſemper id, quod agit ex quouis loco, eſſe totum indiuiduum ſpecificũ: quod tamen cùm adhuc eſt in loco remoto, nec poteſt ex eo perfectam ſimilitudinem producere, producit imperfectam & qua res imperfectè cognoſcatur, atque idcirco Socratem ex remotiori cognoſci tantùm vt animal, ex propinquiori, vt hominem, denique ex propinquo, vt hunc deſignatum hominem: non autem, quia non totus Socrates agat in aſpectũ videntis. Simile quid accidit in actione ignis, qui ex loco remoto vnum tantùm, exempli cauſa gradum caloris introducit, ex minùs remoto duos, deinde verò plures, quouſque venias ad locum immediatum in quo tantum inducit, quantum habet, cùm interim luce ſit clarius, illum non agere ex loco remoto per vnum tãtum caloris gradum, & ex minùs remoto per duos: & ſic deinceps, ſed ex omnibus locis per omnes gradus, quos habet. vnus enim gradus caloris non eſt aptus ad producendum vnum integrum, niſi ex loco immediato, quemadmodum nec totus calor ignis alium æqualem calorem introducit, niſi ex proximo. Ita fit, vt non concludat obiectio, indiuidua ſuperiorum eſſe magis ſenſibilia, quia ex diſtantiori loco videantur. 1. Sua Metaph. c. 5. Dilutio.

HAEC porrò concluſio planè eſt Ariſtotelis hoc loco, cùm ait, *maximè vniuerſalia eſſe cognitu difficillima*, quam ex eo probat, quia longiſſimè diſtant à ſenſibus, quo nihil apertius. Eandem ſententiam ſcribit, probationémque innuit 1. Poſt. capite ſecundo, his verbis: *voco ad nos priora, & notiora, quæ ſunt propinquiora ſenſui, ſimpliciter autem priora & notitiora, quæ remotiora, ſuntq; remotiſſima, quæ maximè vniuerſalia ſunt, proxima verò quæ ſingularia.* Et capite 15. libro ſecundo ait, *facilius eſſe ſingulare*, id eſt infimam ſpeciem, *quam vniuerſale*, hoc eſt ſubalternam definire, definitione videlicet per proximum genus tradita: atque idcirco à ſingularibus ad vniuerſalia progrediendum eſſe. Et capite 18. his penè verbis: *Cùm indifferentium vnum conſtiterit* (hoc eſt vna ex infimis ſpeciebus) *tum primum vniuerſale in anima habetur. Rurſus verò in his ſtatur, donec ad ea veniatur, quæ partibus vacant*, hoc eſt ad vniuerſalia prima, & ſimpliciſſima in hoc vel illo rerum genere, veluti ab homine ad animal commune, quod eſt primum vniuerſale in genere animalium, vel ad ſubſtantiam communem, quæ eſt ſimpliciter primum, ſupremúmque vniuerſale in genere ſubſtantiarum. Eandem hanc eſſe Ariſtotelis ſententiam planè aſſerunt Ammonius in Porphyrium, Philoponus, & Themiſtius in 1. Phyſicorum

Eandem eſſe Ariſtotelis ſententiam. Text. 5. Text. 11. Text. 17. *Ammo. præfa. in Porph.*

Philop. & Themiſt. ad fin. Poſt. & initium Phyſ. Auerr. 12. Metaph. c. 4.

1. Phyſicorum, & in libros Poſteriorum. Quibus aſſentitur Auen-rois xij. huius operis lib. & quod magis mirari aliquis poſſit, D. Thom. ad finem 2. Poſt. vbi docet cùm Ariſtotele, in concipiendis naturis communibus à ſingularibus ad vniuerſalia, & à minus vniuerſalibus ad magis vniuerſalia progrediendum.

Duplex modus abſtrahendi vniuerſalia.

VT tamen concluſio noſtra melius intelligatur animaduertendum eſt duobus modis abſtrahi poſſe vniuerſalia à ſingularibus, & magis vniuerſalia à minus vniuerſalibus. Vno, cōparatis inter ſe partibus ſubiectis: altero, abſque earum comparatione. Abſque comparatione quidem cùm conceptus ſuperioris ab vno duntaxat inferiori elicitur, vt ſolo Socrate conceptus hominis, relicta eius differentia indiuiduante peculiaribúſque accidentibus, & ex homine ſic concepto, conceptus animalis, relicta vltima differentia conſtitutiua hominis, atque ita deinceps, quoad veniatur ad conceptum ſimplicem, qui in alios reſolui non poſſit. Comparatis autem inter ſe partibus ſubiectis, tum fit, cùm in pluribus inferioribus relinquuntur ea, in quibus differūt, & formatur conceptus eorum in quibus conueniunt, vt ſi ex Socrate, & Platone relinquantur ea, quibus Socrates eſt hic, & Plato ille, ac formetur conceptus naturæ humanæ, in qua non differunt, aut ex homine, & equo relinquantur differentiæ quibus inter ſe diſtinguuntur, & formetur conceptus animalis, in quo conueniunt, atque ita deinceps.

Qua ratione inter ſe ambo conueniant.

HI verò modi abſtrahendi partim conueniunt inter ſe, partim differunt. Conueniunt quidem, quatenus in vtroque vel propter incuriā abſtrahentium, vel quia proprietates immediatorum generum nonnumquam minus perſpicuæ ſunt, quàm mediatorum, aliquando mediata pro immediatis abſtrahuntur, quo pacto Veteres à corpore animato, & inanimato abſtrahebant corpus ſiue ſubſtantiam corpoream, quæ tamen mediatum genus eſt corporis animati: diuiditur enim nenecеſſariò corpus in corruptibile, & incorruptibile, tum corruptibile in ſimplex, & mixtum, quod proximè diuiditur in animatum & inanimatum. Eodémque modo ſi ſola pyrus ex omnibus plantis apud nos eſſet, & in exquirendis eius generibus primum incideremus in cōceptum viuentis (quod facile eſſet non cognitis aliis ſtirpium generibus) crederemus forſitan viuens, ſeu corpus animatum eſſe proximum genus pyri, quemadmodum, & animalis, cùm tamen arbor, & planta ſint interiecta inter pyrum, & corpus animatum. Vnde fit vt ſæpe ſpecies, & genera remota nominata ſint, immediata verò nomine careant, quemadmodum immediatum genus equi, & aſini, vt Ariſtoteles ait 7. lib. huius operis cap. 8.

Qua ratione differant.

DIFFERVNT autem duabus potiſſimum rationibus. Vna, quatenus abſtractio ab vna tantùm parte ſubiecta eſt prior, quàm abſtractio à pluribus. Numquam enim colligimus naturam ſuperiorem ex comparatione inferiorum inter ſe, niſi cùm de qualibet natura inferiori duos ſaltem conceptus formauimus, quorum alter re vera latius, alter minus latè pateat: hoc enim pacto poſſumus alterum aſſumere, alterum relinquere. Altera, quatenus abſtractio, quæ fit ex comparatione inferiorum inter ſe, ſatis eſt vt intelligamus, naturam, quam

abſtrahimus

abſtrahimus,eſſe ſuperiorem,quæ autem fit ex vno dumtaxat, non eſt ſatis. Nam ſi ex omnibus plantis ſolam pyrum cognoſceremus,vti diximus,notatiſque eius proprietatibus,& quatenus arbor eſt,& quatenus planta, eandem tum vt arborem præciſè,tum etiam vt plantam conciperemus,crederemus ſanè ea attributa cum pyro reciprocari. Quo pacto Veteres ij qui nullam ſubſtantiam corporis expertem eſſe putauerunt,etſi forſitan formabant purum conceptum entis per ſe exiſtentis, quod re vera genus eſt ſubſtantiæ corporeæ, tamen putabant ens per ſe ſubſiſtens, & ſubſtantiam corpoream prorſus idem eſſe, aut certè corporeum eſſe proprietatem entis per ſe. Vnde efficitur, vt is ſolum abſtrahendi modus, qui comparatione partium ſubiectarum completur,perfectus ſit,& quem penè vnum Philoſophi agnoſcant, ac ſcriptis ſuis commendent. *Veterum error in ſubſtãtia abſtrahẽda.* *Modum abſtrahendi per comparationẽ perfectiorem eſſe.*

ATQVE hæc ideo adiecta ſint hoc loco, vt planius intelligatur, quo pacto omnibus ad cognitionem aptè diſpoſitis, remotiſque impedimẽtis,minus vniuerſalia ſint faciliora cognitu,& qua ratione eorum cognitio magis vniuerſalium cognitionem antecedat.

Qua ratione vniuerſaliora ſint notiora nobis, & vtra ſint nobis ſimpliciter,& abſolutè notiora, magiſne,an minus vniuerſalia.

SECTIO VI.

SECVNDA concluſio hæc eſto: *Cùm res non ſunt in debita diſtantia, aut in potentia, medióve eſt aliquod impedimentum, notiora nobis ſunt magis vniuerſalia, quàm minus vniuerſalia.* *Concluſio 2.* Hæc concluſio probatur aptè rationibus adductis pro ſententia Diui Thomæ, proinde dubium non eſt, quin ipſe in hoc ſenſu aſſeruerit. In eadem quoque concluſione apertè conuenit Scotus in loco ſuperius citato. Poſtquam enim ſuam propoſuit concluſionem quæ fuit prima huius quæſtionis, mox adiecit hæc verba: *Et hoc ſuppoſito, quod ſingulare ſit in debita proportione præſens ſenſui: vnde ſi ponas aliquem caſum, in quo ſenſus non primo ſentit naturam ſpecificam (hoc eſt indiuiduum ſpeciei infimæ) ibi non ſtatim patet, ſi eſt rubeus vel viridis color, & per conſequens intellectus per illam ſenſationem non ſtatim apprehendet naturam ſpecificam, propter indebitam proportionem ſingularis ad ſenſum,* additque hanc improportionem accidere,vel propter imperfectionem virtutis potentiæ, quam excedit viſibilitas naturæ obiectæ, vel propter defectum luminis in medio,aut aliquid huiuſmodi, vel propter nimiam diſtantiam. Ex qua additione, quàm dicunt Scotum ipſum adhibuiſſe, vt ſuum originale corrigeret, ſatis patet non ſolum expoſitio primæ noſtræ concluſionis,ſed etiam aſſertio ſecundæ ex ſententia Scoti. *Sectio 3.* *Conciliantur ſententia D. Tho. & Scoti.* *Citato in eadem ſectione.* *Scotus ſuum prototypum emendat.*

PRIMA igitur ratio D.Tho.rectè probat,vniuerſaliora eſſe notiora nobis,cùm propter diſtantiam obiecti,aut aliud impedimentum neceſſe eſt paulatim procedere à pura negatione cognitionis rei propoſitæ ad perfectam eius notitiam:oportet enim prius rem eiuſmodi imperfectè apprehendere,hoc eſt ſecũdum aliquam imperfectam entitatem quàm *Prima rationis D. Thom. explicatio.*

Digitized by Google

tota eius natura percipiatur, alioqui nec argumentatio quidquam colligit, nec propoſitio illa, quæ initio ſumitur, vera eſt. Semper naturam ab imperfectioribus ad perfectiora procedere. Nam etſi Sol ab ortu ad meridiem paulatim intendit apud nos lumen, propterea quod paulatim appropinquat ad noſtrum meridianum: tamen ſemper æquale producit prope ſe, producit enim tam perfectum, quàm poteſt. Præterea, etſi agentia naturalia in diſponenda materia per qualitates paulatim ab imperfectis ad perfectiora pergũt, propter reſiſtentiã contrariorum, cùm primùm tamen materia diſpoſita eſt, tantum abeſt, vt ſeruent ordinem illum procedendi ab imperfectioribus ad perfectiora, vt potiùs progrediantur à perfectioribus ad imperfectiora, priùs enim natura introducunt ſubſtantiales formas, quàm accidentia, quę illas comitantur. Eſt etiam natura comparatum in demonſtrando, vt quemadmodum propter imperfectionem intellectus noſtri per effectus oſtendimus cauſſas, ita cùm intellectus maiores habet vires, pe cauſſas effecta demonſtremus. Ita igitur intellectus ſe habet in rebus percipiendis, vt quamquam propter diſtantiam obiecti, aut infirmitatem ſenſus, aut indiſpoſitionem medij, facilius percipiat colorem, quàm hanc vel illam ſpeciem coloris: tamen cùm res conuenienti diſtantia præſens eſt, nec quidquam aliud aut deeſt, aut obeſt, nihil procliuiùs percipiat, quàm ſpeciem infimam.

2. SECVNDA quoque ratio, quam ex D. Tho. eliciunt Thomiſtæ, adeò perſpicuè probat noſtram concluſionem, vt explicatione non egeat. Eſt enim perſpicuum non eſſe veram aſſumptionem, niſi propter diſtantiam obiecti, aut imperfectionem potentiæ, aut indiſpoſitionem medij.

3. TERTIA denique ratio, quæ pro D. Tho. proponi ſolet, vel accommodatè ad noſtram concluſionem intelligenda eſt, vel nihil efficit. Si enim ſenſus propoſitionis eſt: nonnunquam, quia aliquod deeſt, aut obeſt, nihil priùs, ac facilius percipi à potentia, quàm quòd res propoſita cadat ſub eius obiectum, quemadmodum nonnumquam accidit in ſenſibus, vt ob aliquam eiuſmodi cauſſam, nihil faciliùs percipiat aſpectus, quàm quòd res obiecta colorem habeat, non percepta interim certa coloris ſpecie: perſpicuè noſtram concluſionem confirmat. Si verò propoſitio ſignificat, neceſſariò quamlibet potentiam cognoſcentem priùs elicere actum cognoſcendi rem ſub communi ratione obiecti adæquati, quàm cognoſcat actu partes ſubiectas illius ſub rationibus ſpecialibus, falſa eſt, neque enim opus eſt, vt aſpectus prius cognoſcat, rem ob oculos poſitam colorẽ habere, quàm habere colorem cęruleum, vt ſi cæruleus color ſit indebita diſtantia, nihilque aliud deſit, aut obſtet ad expeditè videndum.

Concluſio.3.

TERTIA concluſio ſit huiuſmodi: *Poſtquam acquiſiuimus ſpecies, quibus habitu cognoſcimus multa vniuerſalia eiuſdem ſeriei, neque quicquam obeſt, æquè facilè nobis eſt quodlibet eorum actu cognoſcere, niſi quòd ea facilius concipiemus, ad quæ concipienda magis aſſueti fuerimus, ſiue illa ſuperiora ſint, ſiue inferiora.* Hæc concluſio ex eo patet, quia ſpecies intelligibiles ſunt habitus quidam, omnis autem habitus confert potentiæ, cui ineſt,

Omnis habitus potentiam faciliorẽ reddit.

Digitized by Google

ineſt, facilitatem ad vſum, ſiue actum, & eo maiorem, quo eſt intenſior, at ſpecies intenditur vſu, ergo &c.

Hinc patet quoad vſum ſpecierum, quas iam impreſſas in menta habemus, notiora nobis dici poſſe magis vniuerſalia, quàm minùs vniuerſalia. Ad ea enim magis aſſueti ſumus, quæ in pluribus rebus inuenimus & ſæpius tractamus, huiuſmodi autem eſſe magis vniuerſalia, nemo dubitauerit. Nam quòd vniuerſaliora in pluribus rebus inueniantur, vel ipſum vniuerſalioris nomen declarat. Quòd autem ea ſæpius à nobis tractentur, ex eo patet, quia paſſim & docti, & indocti reddunt rationem minùs communium ex magis communibus, quod ex conſuetudine ratiocinandi tum Philoſophorum, tum etiam vulgi perſpicuum eſt. Quò enim prædicata communiora ſunt, eò ſæpius in illa incidimus, eorúmque nomina vſurpamus. Sed hoc intereſt inter Philoſophos, & non Philoſophos, quòd Philoſophi (ſi modò verè Philoſophentur) intelligunt auditis his nominibus naturas vniuerſales, vt diſtinctas à particularibus: cæteri verò ſola particularia, quaſi nomine animalis nihil aliud immediatè ſignificetur, quàm ſingula animalia, & nomine hominis, ſinguli homines. Neque enim abſtrahit vulgus naturas communes à particularibus, quemadmodum neque ij Philoſophi, qui Nominales appellantur, ſed ea ratione diſtinguunt nomina vniuerſaliora à minùs vniuerſalibus, quòd vniuerſaliora ſignificent immediatè omnia ſingularia, quæ ſignificantur nominibus omnium minùs vniuerſalium, vt nomen animalis non ſolùm omnes homines particulares, ſed etiam omnes equos, boues, & cętera animalium indiuidua.

Ad vniuerſaliora concipienda eſſe nos magis aſſuetos.

Quid Philoſophi, & Philoſophiæ ignari concipiant auditis nominibus communibus.

Alio quoque modo dici poteſt, vniuerſaliora, poſtquam eorum notitiam aſſecuti ſumus, notiora nobis eſſe, quàm minus vniuerſalia, nempe quoad affirmationem de rebus propoſitis. Cùm enim à ſuperioribus ad inferiora non reciprocetur eſſendi conſequentia (neque enim, vt ex ſpecie propoſita colligitur genus, ſic viciſſim ex genere colligitur ſpecies) ſæpiſſimè fit, vt affirmemus ſuperiora de pleriſque rebus, de quibus non continuò inferiora affirmare poſſumus, id quod non ſolùm ex dictis perſpicuum eſt, ſed etiam hac ratione patet. Nam cùm omnia accidentia propria inferiorum ſint etiam propria ſuperiorum, non autem vice verſa, quo pacto riſus, qui ſoli homini accidit, in ſolo etiam animali cernitur, ſenſus autem, qui ſoli animali conuenit, non in ſolo homine reperitur, (ſumimus enim hoc loco proprium pro eo, quod ſoli conuenit) hinc fit, vt ex quocumque accidente colligimus naturam inferiorem ex eodem intrepidè colligamus ſuperiorem, quam nouimus, non contrà ex quo ſuperiorem continuò inferiorem. Ita fit, vt certiores ſimus de re propoſita, quòd ſit ens, quàm quod ſubſtantia, aut accidens determinatè: quod ſubſtantia, quam quod corpus, quòd corpus, quàm quod interitus capax, & ita deorſum verſus. Atque his duobus modis ſæpe dicunt Philoſophi, *vniuerſaliora eſſe nobis notiora*.

Quo alio modo vniuerſaliora notiora nobis ſint.

Quæ accidentia propria ſunt inferiorum ſuperiorum quoque eſſe propria, non contra.

Verum hæc concluſio obiter propoſita ſit, cùm ſupponat comparatam iam à nobis eſſe cognitionem ſuperiorum, nóſque directo in

hac quæſtione loquamur de ordine, quo primùm cognitionem rerum vniuerſalium acquirimus.

Concluſio 4. QVARTA concluſio hæc eſto: *Simpliciter, & abſolutè faciliora cognitu nobis ſunt minùs vniuerſalia.* Hæc concluſio ex eo patet, quia vnaquæque res facilior cognitu nobis eſt cognitione confuſa, quàm diſtincta, vt ſuprà diximus, confuſa autem cognitione, ſimpliciter, & abſolutè faciliora nobis ſunt cognitu minùs vniuerſalia, cùm ea poſitis iis omnibus, quæ ad cognitionem requiruntur, & remotis impedimétis faciliùs percipiamus, vt patet ex prima concluſione. Semper enim hæ particulæ more Philoſophorum intelliguntur in diſciplinis, cùm ſimpliciter, & abſolutè de re propoſita eſt ſermo. Atque hac de cauſſa credendum eſt Ariſt. hoc loco ſimpliciter, & abſolutè dixiſſe, *maximè vniuerſalia eſſe cognitu difficillima.* Sećt.

Argumenta tria contra quartam concluſionem, & reſponſio quorumdam ad primum.

SECTIO VII.

Primum argumentũ cõtra 4. concluſionem. SED contra hanc concluſionem, locúmque citatum tria potiſſimum occurrunt argumenta. Primum eſt, quod Ariſtoteles initio Phyſicorum ſimpliciter & abſolutè dixerit, *vniuerſaliora eſſe nobis notiora*, idque non leuibus argumentis confirmauerit.

2. ALTERVM, quod docuerit eodem loco, & aliis pleriſque non eadem eſſe nobis nota, & ſimpliciter, ſiue natura nota, ſeu (quod inde ſequitur) non eadem eſſe notiora nobis & natura notiora, cùm interim conſtet minùs vniuerſalia, vt ſunt perfectiora, ita quoque eſſe natura notiora, nec enim legendum eſt in loco citato: *Naturæ*, vt quidam vertunt, ſed *Natura*. Cùm ergo ſimpliciter, & abſolutè dicendum ſit ea, quæ ſunt minùs vniuerſalia, eſſe notiora natura, ſatis apertum relinquitur, vniuerſaliora ſimpliciter, & abſolutè eſſe nobis notiora. Vt 1. Poſt. c. 2. text. 5. & 1. Ethic. c. 4.

3. TERTIVM eſt, quòd prima & vniuerſaliſſima principia (hoc eſt, quæ ex maximè vniuerſalibus attributis conſtant) ſint ſimpliciter, & abſolutè nobis notiſſima, idcirco enim eorum cognitio antecedit omnem demonſtrationem, vt Ariſt. docet priori libro de Poſteriori reſolutione c. 2. qua de cauſa, vt multi eliciũt ex iis, quæ dicuntur initio 2. libri huius operis, idem auctor cenſet, eſſe ea veluti oſtia domorum, quæ ab omnibus cernuntur, & per quæ neceſſe eſt tranſeat quiſquis ad interiora penetrare velit. Text. 5.

Non idem eſſe ſimpliciter notum, quod cognitu facilius. AD hæc omnia, ſi nihil aliud obſtaret, breuiſſimè reſponderi poſſet, aliud eſſe aſſerere, vniuerſaliora eſſe nobis ſimpliciter, & abſolutè notiora, idque probari propoſitis argumentis, aliud, cognitu faciliora, quod quarta cõcluſione refutatum eſt. Multa enim difficile cognoſcimus, quæ tamen poſtquam didicimus, notiora nobis ſunt, quàm quæ faciliùs nouimus, vt patet in cognitione cauſſarum, quas longa inueſtigatione quæſiuimus. Nam etſi faciliùs effecta, quàm cauſſas nouimus: poſtquam tamen cauſſarum cognitionem aſſecuti ſumus, D. Tho. Aſtro. Arb. Malandunus & 2. & alij.

notiores

Digitized by Google

notiores nobis ſunt cauſſæ, quàm effecta, cùm effecta per cauſſas demonſtremus. Sed obſtat, quod Ariſtoteles in locis citatis non ſolùm ait, *vniuerſaliora eſſe nobis notiora, ſed etiam priùs nota*, ex quibus verbis perſpicuum eſt, illum ſenſiſſe, vniuerſaliora eſſe nobis non modò notiora, ſed etiam cognitu faciliora, quæ enim priùs cognoſcere poſſumus, ea nobis faciliora cognitu iudicanda ſunt.

Reſponſio quorundam. SVNT, qui ad primum argumentum reſpondeant, Ariſtotelem initio Phyſicorum agere de vniuerſalibus in prædicando, hoc autem loco de vniuerſalibus in cauſſando, atque vtrúmque verum eſſe, & quod vniuerſaliora prædicata ſint nobis notiora, & quod cauſſæ maximè vniuerſales ſint nobis cognitu difficillimæ. *Refutatio.* Verum hæc reſponſio quæ concluſionem propoſitam labefactaret, ſi vitio careret ex iis quæ dicta ſunt, facilè refutari poteſt. Primum, quia nomine vniuerſalium ſimpliciter, & abſolutè intelliguntur vniuerſalia in prædicando, non in cauſſando, vt initio quæſtionis diximus. Deinde, quia id ipſum, quod hîc ait Ariſtoteles, ex iis, quæ aliis pleriſque locis aſſerit, planè concluditur de vniuerſalibus in prædicando, vt patet ex iis, quæ ad primæ cõcluſionis confirmationem adducta ſunt.

Quidam recentiores. *Aliorum reſponſio.* NON deſunt, qui velint Ariſtotelem vtroque loco intelligendum eſſe de vniuerſalibus in prædicando, quatenus ſunt tota vniuerſalia, atque initio Phyſicorum docuiſſe, Vniuerſaliora, vt tota vniuerſalia ſunt, eſſe notiora nobis cognitione confuſa, hoc autẽ loco eſſe minus nota nobis cognitione diſtincta, quorum vtrumque veriſſimum eſt. *Sect. 4.* Facilius enim nouimus animal, vt confuſè complectitur omnes ſpecies animalium, quàm vt diſtinctè, atque ita res ſe habet in cæteris. Sed horum ſententia nullo negotio refellitur. *Refutatio.* Nam, vt priorem locum mittamus, illud luce clarius eſt, Ariſtotelem in hoc capite non agere de diſtincta cognitione vniuerſalium, quatenus tota vniuerſalia ſunt: cùm diſertis verbis neget, *Sapientis eſſe ſcire omnia ſingulatim, ſiue ſpeciatim*, quod tamen neceſſe foret, ſi ad eum pertineret diſtincta cognitio maximè vniuerſalium, quatenus tota vniuerſalia ſunt. Accedit, quod maximè vniuerſalium cognitio, non ideò dicitur hoc loco difficillima, quia difficillimum ſit partes omnes ſubiectas eorum percurrere (tametſi veriſſimum id ſit) ſed quia ſunt à ſenſibus remotiſſima, quod haud dubiè de ipſa natura maximè vniuerſalium in ſe ſpectata intelligitur, non vt eſt in ſuis partibus ſubiectis: neque enim ea hoc pacto eſt à ſenſibus remotiſſima. Neceſſariò igitur intelligendus eſt locus de naturis rerum vniuerſalium in ſe ſpectatis, ſeu vt ſunt tota quædam eſſentialia, quo pacto in hac quæſtione de vniuerſalium cognitione diſſerendum diximus.

D. Thomæ ſententia. D. THOMAS hoc loco alia diſtinctione vtitur. Ait. n. vniuerſaliora: quoad ſimplicem quidem apprehenſionẽ, eſſe notiora nobis, idque doceri initio Phyſico. at verò quoad cauſarum, & proprietatum inueſtigationem eſſe cognitu difficiliora: quod ait ſignificari hoc loco. Sed neque iſta videntur bene cohærere. *Cur nõ placeat diſtinctio.* Nam ſi magis vniuerſalia ſunt faciliora cognitu, quoad eam ſimplicem apprehenſionem, qua eorum natura concipitur, ergo & quoad cauſſarum, & proprietatum

inueſtigationem. Nam cuius natura facilius concipitur, eius quoque cauſſæ, & proprietates facilius inueſtigantur. Si verò cauſſæ, & proprietates magis vniuerſalium difficilius cognoſcuntur: ergo & naturæ, præſertim cùm cognitio naturæ cuiuſque rei ex proprietatibus colligi ſoleat. Quod ſi quis reſpondeat, D. Thomam nomine ſimplicis apprehenſionis non intellexiſſe apprehenſionem naturæ rei, ſed rudem quemdam eius conceptum, quem vel idiotæ habent (quis enim eſt, qui non vtcúmque concipiat maximè vniuerſalia: cùm de iis ſermo incidit?) faciet ille quidem, vt magis vniuerſalia quoad ſimplicem apprehenſionem notiora nobis eſſe concedamus, quàm quoad ipſam veram, & intimam naturæ notionem, ſed tamen nó efficiet, vt admittamus eſſe illa eo pacto cognitu faciliora, quàm minus vniuerſalia. Nam cùm facilius ſit pauciora, quàm plura intelligere: Vulgus autem vt intelligat ſignificationem nominum magis vniuerſalium, plura neceſſariò intelligere debeat, quàm vt teneat ſignificationem minus vniuerſalium: planè concluditur, ſimplici etiam ipſa, ſiue rudi nominum ſignificatione ſpectata, faciliora nobis cognitu eſſe minus vniuerſalia, quàm magis vniuerſalia.

Occurritur interpretationi ſententiæ D. Thom.

Aliorum reſponſio.

Plerique recentiores.

ALII denique volunt, Ariſtotelem intelligendum eſſe initio Phyſicorum de vniuerſalioribus, quatenus de ſuis particularibus dicuntur, quo pacto illa notiora nobis eſſe dicunt, quàm minus vniuerſalia cùm in pluribus reperiantur, hoc autem loco de vniuerſalioribus, quatenus abſtracta ſunt, & præciſa à ſuis particularibus, qua ratione fatentur nemini dubium eſſe, quin difficiliora ſint cognitu, cùm à pluribus abſtrahantur. Verùm nec reſponſio hæc ſatisfacit. Primum quia Phyſicus & Metaphyſicus agunt de rebus abſolutè ſumptis, non quatenus de particularibus dicuntur, ſiue in eis inſunt, aut quatenus ab illis abſtrahuntur: niſi forſitan ſecundaria conſideratione, quo pacto non eſt credendum loqui Ariſtotelem de cognitione vniuerſalium in iis locis. Deinde, quia ſi apud eos idem eſt, naturas communes conſiderari, vt dicuntur de ſuis particularibus, atque abſolutè ſpectari, prætérquam quòd locutio impropria eſt, eandem conſiderationem vtroque loco intelligere debuerant, quæ tamen falſa erit, ſi priori loco accommodetur. Neque enim abſoluta conſideratio magis vniuerſalium facilior eſt, quemadmodum nec prior, vt patet ex prima concluſione, adiuncta quarta. Poſtremò, quia numquam naturæ communes abſolutè conſiderantur, niſi cùm abſtrahuntur à particularibus, nam ſi animal exempli cauſſa conſideretur, vt hoc animal, aut vt rationale animal aliáve adiuncta differentia, iam non abſolutè conſiderabitur, ſed contractè: eodémque modo res habet in cæteris. Quare ſi magis vniuerſalia difficilius abſtrahuntur, vt ipſi etiam fatentur, difficilius quoque abſoluta conſideratione cognoſcentur. Quo fit, vt non ſolùm Ariſtoteli, ſed ſibi etiam eiuſmodi explicationi repugnent.

Refutatio.

Solutio

Solutio argumentorum, quæ contra quartam concluſionem propoſita ſunt.

SECTIO VIII.

DVobus igitur modis ex iis, quæ dicta ſunt, intelligi poteſt qua ratione Ariſt. initio Phyſicorum dixerit, *vniuerſaliora eſſe nobis cognitu faciliora*, ſalua, ac inconcuſſa concluſione noſtra, ſeu potiùs Ariſtotelica: vno, quoad vſum ſpecierum, quas iam comparauimus iuxta præſcriptum tertiæ concluſionis: altero, iuxta ordinem doctrinæ auſcultatoriæ, de qua eo loco ſermo eſt. Quod vt intelligas, aduerte duplicem eſſe ordinem in diſciplinis: vnum inuentionis, quem artium inuentores ſequuntur, incipientes ab iis, quæ ſunt ſenſibus propinquiora, & magis familiaria, alterũ auſcultationis, ſiue accuratæ doctrinæ, quæ cùm tradatur à præceptore, vt ab eo, qui iam omnia, quæ docet, perfectè aſſecutus eſt, ſemper procedit ab iis à quibus cætera pendent, vt ex principiis, & cauſſis demonſtret effecta. Ita fit, vt ordine inuentionis procedatur à compoſitis ad ſimplicia, & à minùs vniuerſalibus ad magis vniuerſalia, qui modi procedendi dicuntur reſolutionis, & collectionis, contrà verò ordine auſcultationis, perfectæque doctrinæ à ſimplicibus ad compoſita, & à magis vniuerſalibus ad minus vniuerſalia, quos procedendi modos vocant compoſitionis, & diuiſionis, accepto propriiſſimè diuiſionis nomine, quo pacto ſola diuiſio totius vniuerſalis, diuiſio appellatur: de qua re fuſius egimus ſeptimo libro Dialecticarum Inſtitutionum. Ariſtoteles igitur cùm initio librorum de Phyſica auſcultatione tradat ordinem procedendi auſcultatorium, accuratæque doctrinæ, ſapienter docet progrediendum eſſe à principiis ad ea, quæ ex principiis pendent, & à magis vniuerſalibus ad minus vniuerſalia, tamquam ab iis, quæ iuxta eum procedendi modum ſunt prius nota nobis. Verùm quia totus ordo auſcultatoriæ doctrinæ poſterior eſt ordine inuentionis (inde enim incipit accurata præceptoris doctrina, vbi eius inuentio deſiit) firma adhuc ſtat noſtra concluſio, qua aſſeruimus, minus vniuerſalia ſimpliciter, & abſolutè eſſe nobis notiora ſiue prius nota. intelligenda eſt enim iuxta ordinem inuentionis, vt patet ex iis, quæ in tota quæſtione dicta ſunt: difficultas autem, & facilitas cognitionis penes inuentionem ſimpliciter, & abſolutè ſpectanda eſt, cùm inuentio auſcultationem origine præcedat. Itaque Ariſtoteles initio Phyſicorum, quia de peculiari modo procedendi auſcultatoriæ doctrinæ loquebatur non ſimpliciter, ſed ſecundum materiam ſubiectam, vt dici ſolet, intelligendus eſt: hoc autem loco, cùm de certo procedendi modo non agat, ſimpliciter, & abſolutè intelligi debet. Atque hunc ſenſum forſitan innuit D. Thomas, cùm dixit minus vniuerſalia eſſe notiora nobis quoad proprietatum, & cauſſarum inueſtigationem, quæ haud dubiè ad inuentionem eſſentiæ rei pertinet, minus autem nota quoad ſimplicem apprehenſionem, ſi nomine ſimplicis apprehenſionis intellexit puram, & diſtinctam eſſentiæ cognitionem, vt ſimplicitas non excludat complexionem conceptus, ſed adiunctionem cuiuſuis accidentarij attributi.

Duplex in vero ſenſu expoſitio Ariſtotelis.

Duplex ordo in diſciplinis.

Cap. 39.

De quo ordine intelligẽda ſit propoſita concluſio.

Exponitur D. Thomæ ſententia.

Digitized by Google

Occurritur obiectioni. Si quis autem obiiciat, cùm ordo auſcultatorius ſeruatur, oportere procedere à ſuperioribus diſtinctè cognitis ad inferiora diſtinctè cognoſcenda, alioqui non eſſet is ordo accuratæ diſciplinæ: Ariſtotelem autem planè docere in loco citato, procedendum eſſe à magis vniuerſalibus cofusè cognitis, vt patet ex ſimilitudine totius tum ſenſibilis, tum diffinibilis, & ex modo cognoſcendi puerorum quibus argumentis eam concluſionem confirmat: ergo non propterea illum dixiſſe, progrediendum eſſe à magis vniuerſalibus, quia ſint notiora ordine auſcultationis: occurrendum eſt, vtrumque verum eſſe, & ab Ariſtotele aſſertum: Nam quod procedendum ſit eo doctrinæ ordine ab vniuerſalioribus diſtinctè cognitis ad minùs vniuerſalia diſtinctè intelligenda; & verum eſt ſumptis vniuerſalioribus, vt ſunt tota eſſentialia: & ab Ariſt. proximè traditum erat, cùm dixit, *à principiis ad ea, quæ ex principiis pendent, procedendum eſſe*; tunc enim vniuerſaliora diſtinctè cognoſcuntur, cùm eorum intrinſeca principia, ſi illa habent, percipiuntur, vt patet ex iis, quæ ſuprà diximus. Quòd item procedendum ſit ab vniuerſalioribus confusè cognitis ad eadem diſtinctè cognoſcenda; & verum eſt ſumptis vniuerſalibus, vt ſunt tota quædam vniuerſalia; & ab Ariſtot. perſpicuè dicitur, & confirmatur, vt obiectio concludit. Qua in re ingenioſè docuit Ariſt. ad duplicem cognitionem diſtinctam procedere eum, qui ab vniuerſalioribus ad minùs vniuerſalia deſcendit ad diſtinctam inferiorum, quatenus ſunt tota eſſentialia; & ad diſtinctam ipſorum ſuperiorum, quatenus ſunt tota vniuerſalia; ſimúlque ſapienter explicauit, quot modis à notioribus nobis procedamus, cùm auſcultatorium, accuratumque ordinem ſequimur.

Exponitur locus Ariſtotelis ex proæmio Phyſicorum.

Sect. 1.

Qui ab vniuerſalioribus progreditur, duplicem cognitionem diſtinctam aſſequi.

Dupliciter aliquid dici notius, & prius natura. Ad ſecundum argumentum vt reſpondeamus, animaduertendum eſt, duobus modis aliquid dici natura notius, quemadmodum & prius natura. Vno generationis ordine, altero, perfectionis, ſiue intentionis. Priora, & notiora natura ordine generationis ea ſunt, quæ ab aliis ſupponuntur. & à quibus alia pendent, quo pacto initia, & partes priores, & notiores ſunt toto (hac enim ratione dici ſolet, Naturam progredi ab imperfectioribus ad perfectiora) & cauſſæ item ſuis effectis. Priora, & notiora natura ordine perfectionis, ſiue intentionis ſunt ea, quæ magis intenduntur à natura: quo pacto perfectiora ſunt priora, & notiora minùs perfectis, & fines iis, quæ ſuapte natura diriguntur in finem. Qua ratione effecta dici poſſunt priora, & notiora, non ſolùm ſuis cauſis materialibus, & formalibus, vt totum viuens anima, & corpore: ſed etiam efficientibus inſtrumentariis, quo pacto ſcriptura eſt prior, ac notior ſtylo, quo ſcribitur, & ſpecies intelligibilis ſenſibili, à qua vt inſtrumento gignitur, vt eſt multorum grauium Auctorum ſententia. Atque hoc pacto intelleximus, id quod citato Inſtitutionum Dialecticarum loco diximus, eum qui ab affectis ad cauſſas progreditur, ordinem perfectionis, ſiue intentionis ſequi.

Locus Ariſt. eiuſdem proæmij explicatur. Hinc patet ſolutio argumenti. Nam cùm Ariſt. docet, *non eadem eſſe nobis, & natura, notiora* (quod ordine accuratæ diſciplinæ intelligendum diximus) non eſt id exponendum de notioribus natura ordine

ordine generationis,ſiquidem vniuerſaliora,vt ſunt hoc pacto natura priora,ita etiam ſunt natura notiora:ſed ordine perfectionis,& intentionis. Etenimminùs vniuerſalia quemadmodum perfectiora ſunt, vt quæ vniuerſaliora continent, & aliquid amplius perfectionis, ita ſunt magis intenta à natura.

Fuſior eiuſdem loci expoſitio.

VERVM pro explicatione citati loci aduerte, ſi abſolutè loquendum eſt,non eſſe verum vniuersè id,quod Ariſt. ait, *non eadem eſſe nobis & natura notiora*, etiam modo expoſito.Pleræque enim cauſſæ ſunt notiores natura ordine perfectionis,quàm effecta, vt qualitates ſenſibiles,quàm ſpecies, quas in ſenſus noſtros imprimunt: & tamen eædem ſunt nobis notiores accuratæ doctrinæ ordine, vt perſpicuum eſt. Quod etſi multos malè vexat,atque eò adducit, vt credant Ariſt. non vti hoc loco vniuerſali propoſitione, ſed particulari, dicendum eſſe tamen propoſitionem eſſe vniuerſalem, alioqui non eſſet ad rem: cæterùm non eſſe vniuerſalem abſolutè, ſed tantùm in materia ſubiecta,hoc eſt,in magis, & minus vniuerſalibus, de quorum comparatione ibi agitur.

Cur maximè vniuerſalia principia dicantur omniū notiſsima.

AD tertium dicendum eſt,prima,& maximè vniuerſalia illa principia,*Quodlibet eſt,aut non eſt; impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*,non ideo dici omniū notiſsima,quia ordine inuentionis, de quo nobis ſermo eſt,ſint cognitu faciliora iis omnibus, quæ ſub illis directò continentur,quale eſt hoc,*Socrates aut ambulat,aut non, Impoſſibile eſt Socratem ambulare,& non ambulare*, cùm illa ex his, & aliis ſimilibus procedente ætate à nobis colligantur:ſed dici omnium notiſsima,quia continent notiſsimam veritatem, & in quā amplectendam magis inclinat intellectus,quàm in veritatem aliorum omniū,quæ ſub eis non continentur,qualia ſunt,*Totū eſſe maius ſua parte,Ex nihilo nihil gigni,& ſimilia*,vnde fit,vt nihil abſurdius nos colligere poſſe putemus contra eos, qui veri quicquam negant,quàm ſi ex eorū negatione oſtendamus effici aliquid,quod primis illis duobus principiis repugnet.Quòd autem Ariſt.docet,eorum cognitionem antecedere omnē demōſtrationem, non ita intelligēdum eſt,quaſi illa,quatenus cōmuniſsimis illis verbis concipiuntur, nota eſſe debeant ante omnem demonſtrationem: ſed quia priùs cognita eſſe debent,quatenus cōſtant verbis iis,quæ ad propoſitam demonſtrationem conficiendā aſſumuntur:vt ſi demonſtrandum ſit,hominem eſſe diſciplinæ capacem,ex eo,quia ſit animal rationale,neceſſe eſt ante noſſe hominem aut eſſe animal rationale,aut non eſſe:item,non poſſe ſimul eſſe animal rationale, & non eſſe: eodémque modo res ſe habet in propoſitione & concluſione:alioqui,neque quid ſumatur ad demonſtrandum,neque quid demonſtrādum ſit, certò intelligetur. Atque hac de cauſa ait Ariſt. 1. Poſter.c. 8. principium illud, *neceſſe eſſe vt quilibet aut ſit,aut non ſit*:ſeu vt ipſe accommodatè ad Logicam ſcribit, *In quacumque re affirmationem aut negationem veram eſſe*, non aſſumi in demonſtratione ducente ad incommodum ſub his generalibus verbis, ſed quatenus ad id genus,in quo demonſtratio facienda eſt, traducitur. Eadémque ratione dici ſolet, prima hæc principia ingredi omnem demonſtrationem, aut formaliter, aut

Quomodo eorum cognitio omniū demonſtrationē antecedat.

Quomodo ingrediuntur omnē demonſtrationem.

Quomodo ingrediantur omnẽ demonſtrationem.

virtute, hoc eſt, aut per ſeipſa, aut per ea, quæ illis ſunt directò, & eſſentialiter ſuppoſita. Quamquam hoc ea etiam ratione dictum eſſe intelligi poteſt, quia veritas cæterorum omnium pronunciatorum veritati horum, tamquam omnium ſuaptè natura notiſſimæ innititur & in eam reſoluitur demonſtratione ducente ad impoſſibile: ex quo tamen non intelligitur, eſſe ea priùs nota nobis inuentionis ordine, ſed tantùm accuratæ diſciplinæ. Videntur tamen hæc duo principia priùs inueniri per ea, quæ ſub illis directò continentur, quàm reliqua omnia principia, eo quòd intellectus, quemadmodum diximus, propenſior eſt, vt illis aſſentiatur, quàm cæterorum vlli.

AN SINGVLARIA FACILIVS A nobis, quàm vniuerſalia intelligantur.

QVÆSTIO III.

Quòd ſingularia ſenſibilia non ſolùm non videantur faciliùs intelligi a nobis, ſed ne intelligi quidem.

SECTIO PRIMA.

DISPVTATIONEM hanc non ſolùm propter rerum affinitatem, ſed etiam vt ea, quæ ſuperiori quæſtione dicta ſunt, planiora fiant, adiungendam putauimus. In qua illud primum occurrit, ſingularia ſenſibilia (hæc enim ſunt de quibus præcipuè dubitant Philoſophi) non ſolùm non faciliùs intelligi à nobis, ſed ne intelligi quidem.

1. PRIMVM, quia quo pacto Ariſtoteles 1. Phyſic. c. 5. & quinto huius operis c. 11. ait *vniuerſalia eſſe notiora ratione,* eodem aſſerit *ſingularia eſſe notiora ſenſu:* non ideo autem docet vniuerſalia eſſe notiora ratione, quaſi credat ea ſenſu etiam cognoſci (eſt enim id planè falſum, & contra eius ſententiam) igitur non ea ratione ait ſingularia eſſe notiora ſenſu, quaſi exiſtimet illa intellectu etiam cognoſci. *1. Phyſ. text. 49. & 5. Metaphyſic. text. 16.*

2. DEINDE quia priori loco cùm reddit rationem eorum, quæ dixerat, ita ſcribit: *Ratio enim ipſius vniuerſalis eſt: ſenſus autem ſingularis,* quaſi dicat: Obiectum enim rationis ſiue intellectus, vniuerſale eſt, ſenſus autem, ſingulare. Vnde iam licet hunc in modum argumentari, Vt vniuerſale eſt obiectum intellectus, ita ſingulare eſt obiectum ſenſus: at ſenſus nõ percipit vniuerſale: ergo nec intellectus ſingulare: vel ſic: Vt ſe habet intellectus ad vniuerſalia, ita ſenſus ad ſingularia, ergo à commutata proportione, quo pacto ſe habet ad vniuerſalia ſenſus, eodem ſe habet ad ſingularia intellectus, atqui ſenſus non pericipit vniuerſalia, ergo nec intellectus ſingularia.

3. TERTIO, quia inter potentiam, & obiectum debet eſſe proportio: hac enim de cauſa non quæuis potentia quoduis obiectum attingit, cùm igitur intellectus ſit omnino immaterialis, vt qui nullam materiam ſiue ſenſibilem, ſiue intelligibilem includit, ſingularia autem ſenſibilia ſint omnino materialia, vt perſpicuum eſt, efficitur, vt ea

ab intellectu

Digitized by Google

ab intellectu non percipiantur. Alia ratio eſt de vniuerſalibus,quæ ea
ex parte numerari poſſunt inter immaterialia,quòd loco , & tempori
ſubiecta non ſint.

QVARTO , quia id nequaquam intellectu percipitur, quod eſt in
cauſſa,vt vniuerſalia ipſa non intelligantur,iuxta illud commune pro-
loquium,*Illud eſt magis tale,propter quod vnumquodque tale eſt* : at ſingu-
laria ſenſibilia ſunt in cauſa , vt vniuerſalia , quandiu ab eis abſtracta
non ſunt , non intelligantur(ſunt enim eo pacto vniuerſalia intelligi-
bilia poteſtate tantùm , non actu,vt Ariſt. ait tertio de Anima cap. 4.)
non percipiuntur ergo ſingularia intellectu.Nec occurras,ea tum per- *Text.16.*
cipi poſſe , cùm abſtrahentur à materia ſingulari , quemadmodum de
vniuerſalibus dicitur.Eſt enim luce clarius , ſingularia à ſingulari ma-
teria nulla ratione abſtrahi poſſe.

QVINTO,quia ſi ſingularia ſenſibilia intelligerentur à nobis, non
eſſet cur ſenſibus indigeremus,quemadmodum illis non indigēt ſub-
ſtantiæ ſeparatæ , cùm igitur ſenſus natura nobis tributi ſint , non vi-
detur dubitandum ea ratione eſſe datos , vt perciperemus ſingularia
ſenſibilia,quæ alioqui non cognoſceremus.

SEXTO,quia ſi intelligeremus ſingularia ſenſibilia , non nobis eſ-
ſet opus intellectu agente,quippe cùm ea ratione ſola dicant Philoſo-
phi intellectum agentem eſſe neceſſarium,vt abſtrahat ſpecies rerum
vniuerſalium à phantaſmatibus. Nam ſi à nobis ſingularia ſenſibilia
intelligi poſſent , quid iam opus eſſet agente intellectu ad huiuſmodi
ſpecies à phantaſmatibus abſtrahendas?Ipſe enim intellectus poſſibi-
lis,cuius ſolius eſt intelligendi munus , abſtrahere poſſet ſpecies vni-
uerſalium ab ſpeciebus ſingularium , quas in ſe haberet. At Ariſtote-
lem ea de cauſſa , quam diximus , induxiſſe intellectum agentem ex *Text.18.*
tertio de anima cap.5.perſpicuum eſt , vbi ea ratione cenſet illum eſſe
neceſſarium,vt naturas rerum , quæ in ſingularibus ſunt potentia in-
telligibiles,faciat actu intelligibiles,id eſt,earum ſpecies , per quas in-
telligi poſſint,in intellectum poſsibilem imprimat.

SEPTIMO,quia non alia ratione colligit Ariſtot. eodem libro, *3. de Anima*
opus eſſe vno quodam ſenſu communi , qui obiecta omnia externo- *cap.2.vel 2.*
rum ſenſuum percipiat , niſi quia *illa ſunt ſenſibilia* (vt ipſe planè ait) *lib.tex 145.*
nec omnia ab vllo ex quinque ſenſibus externis percipi poſſunt. Quòd ſi
intellectus noſter ſenſibilia percipere poſſet , nihil profectò ea ra-
tio concluderet.Ita videtur perſpicuum,non intelligi à nobis ſingu-
laria ſenſibilia,niſi fortè per accidens , hoc eſt , quatenus in vni-
uerſalibus quodammodo continentur : quo etiam pacto,
& forſitan verius , vniuerſalia dici poſſent percipi
ſenſibus , quòd actu ac propriè contineantur
in ſingularibus , vt hac ratione ſit intelli-
gendum id,quod primo loco cita-
tum eſt ex Ariſtotele, *Vniuer-*
ſalia eſſe notiora intellectu:
ſingularia autem
ſenſu.

Digitized by Google

Singularia non per accidens ſolùm, & vt in vniuerſalibus continentur, ſed per ſe etiam percipi à nobis ipſa potentia intellectiua.

SECTIO II.

Tertius quæſtionis ſumma.

VT igitur id, quod præcipuè quæritur, totáque materia hæc intelligatur, quatuor à nobis explicanda ſunt. Primùm, ſingularia verè, ac per ſe à nobis intelligi. Deinde, id fieri per proprios eorum conceptus. Tertio loco, non dari in intellectu proprias eorum ſpecies intelligibiles. Poſtremo, id non obſtare quo minus ſingularia facilius à nobis percipiantur per intellectum, quàm vniuerſalia. 1.

Oſtẽditur cõcluſio ex ipſa ſingularium natura.

QVOD igitur ſingularia verè, ac per ſe à nobis intelligantur, nec ea ratione dumtaxat, qua in vniuerſalibus continentur, his rationibus oſtenditur. Primùm, quia ſingularia ipſa, ſiue ſenſibilia ſint, ſiue intelligibilia apta ſunt, vt per ſe intelligantur, alioqui non intelligerentur per ſe à Deo Optimo Maximo, cæteriſque ſubſtantiis ſeparatis. In nobis autem, & aliquid impedit, quo minùs eorum aliqua poſsimus quidditatiuè cognoſcere, vt patebit libro ſequenti, nihil tamen impedit quo minus omnia intelligamus eſſe. Omnia enim per diſcurſum cognoſci poſſunt, ſaltem ex effectis, cùm hoc pacto Deum quoque ipſum, qui maximè ſingularis eſt, intelligamus.

Ex obiecto intellectus noſtri.

SECVNDO, quia intellectus noſter fertur per ſe in ens quare in omne quod ſub ente continetur. Nec reſpondeas, conſequentiam hãc eſſe vitioſam, quod ſæpenumero perfectio rei obiectæ ſit in cauſſa, vt quamquam illa contineatur ſub obiecto, nõ percipiatur tamẽ à potẽtia: quo pacto, lux ſolis nõ poteſt à nobis directò cerni. Reſpõſio enim non habet in hac re locũ, cùm non loquamur de perfecta cognitione ſingulariũ, quam negamus de quibuſdam in hac vita haberi poſſe, ſed de cognitione an eſt, quàm non impedit maior perfectio rei. Accedit, quòd rationes, ob quas ſingularia quædam videri poſſunt non percipi à nobis, niſi per accidens, & in ſuis vniuerſalibus, non deſumuntur ex eorum perfectione, ſed potius ex imperfectione, ſiue vt ita dicam maiori materialitate, vt patet ex iis, quæ paulo antè dicta ſunt. 2.

Ex impoſitione nominum.

TERTIO, quia ſi intellectus noſter non intelligeret ſingularia per ſe, non illis imponeret propria, & diſtincta nomina: hoc enim non pertinet ad ſenſum, ſed ad intellectum. 3. *Sect.1.*

Ex vniuerſalium diſtinctione.

QVARTO, quia vniuerſalia, vt vniuerſalia ſunt, non intelliguntur à nobis, niſi per abſtractionem à ſingularibus: quo autem pacto poteſt intellectus abſtrahere vnum ab altero, niſi id cognoſcat, à quo alterum abſtrahit, & quaſi ſeparat, nec tantùm id intelligat, quatenus eſt idem cum illo, ſed quatenus diſtinctum, & propria ratione circumſcriptum? Atque hoc agumentum euidentius eſt in ſpeciebus infimis, quàm in generibus, tametſi eandem vim habet in vtriſque, cùm genera mediatè abſtrahantur ab indiuiduis. 4.

Ex ſecũda intellectus operatione.

QVINTO ex ſecunda operatione intellectus, quæ apud Ariſt. dicitur compoſitio, & diuiſio, ſiue affirmatio, & negatio vnius de altero. Affirmamus enim paſsim, & negamus pleaſ. eſſe de rebus ſingularibus 5.

Digitized by Google

laribus,nec id temerè facimus: nemo autem ſine temeritate affirmat vnum de altero,niſi vtrumque cognoſcat:quamquam ne temerè quidem alterum de altero affirmare, aut negare poſſumus,niſi ambo cognoſcamus,quatenus inter ſe diſtincta ſunt: alioqui non crederemus nos affirmare,aut negare alterum de altero, ſed idem de eodem,quod eſt contra hypotheſim.

Ex inductione, & ſyllogiſmo expoſitorio. 6.

SEXTO,ex quibuſdam argumentationum generibus, quæ ad tertiam intellectus operationem pertinent,veluti ex iis inductionibus & ſyllogiſmis expoſitoriis, quæ ex ſingularibus colligunt vniuerſalia. Nam cùm vnaquæque argumentatio ſit vnus quidam diſcurſus ac motus, neceſſariò efficitur,vt diſcurrens,ſiue quod mouetur,ſit vnum quiddam,non duo: ſenſus autem non poteſt ex ſingularibus ad vniuerſalia diſcurrere,cùm vniuerſalia cognoſcere non poſſit, ergo id facit intellectus,ac proinde intelligit ſingularia.

Hac ratione vtuntur Themiſt. Auerrois, Albert. D. Thom. & omnes penè in explicatione tex.9.lib.3.de Anima. Vel lib.2.tex.145. & 146.

Ex iudicandi ratione.

SEPTIMO, ex ipſa iudicandi ratione, quæ ſecundam, & tertiam operationem intellectus complectitur. Cùm enim intellectus aliquid affirmat, aut negat, nihil aliud, quàm iudicium fert de connexione prædicati cum ſubiecto. Eodémque modo cùm ſpecie quauis, ſiue conſequentiæ,ſiue argumentationis vtitur, nihil aliud iudicat, quàm de connexione conſequentis cum antecedente. Cùm igitur iudex ea cognoſcere debeat neceſſariò,de quibus fert iudicium:ſæpe autem intellectus affirmet aliquid,aut neget de ſingularibus,& ex ſingularibus aliquid concludat:neceſſariò efficitur, vt intellectus intelligat ſingularia. Atque hac ratione vtitur Ariſt. 3.lib.de Anima cap. 2. vt probet dandum eſſe neceſſariò ſenſum communem,vt differentia ſenſibilium ad diuerſos ſenſus pertinentium iudicet,quòd nullus ex quinque particularibus id facere poſſit.

Quorundam reſponſio.

QVOD ſi quis occurrat,Vt intellectus ferat iudicium de cõnexione prædicati cum ſubiecto ſingulari, & conſequentis cũ antecedente ex vna,aut pluribus ſingularibus propoſitionibus conſtituto,ſatis eſſe, ſi & ſubiectum ſingulare, & ſingularem propoſitionem confuſè cognoſcat,is primùm contradicentia admittet, videlicet propoſitionem externam ſingularem non eſſe ſingularem. Nam ſi intellectus non concipit rem ſingularem determinatè,iam mentalis propoſitio ſingularis non eſt. Quare cùm ea, *quæ ſunt in voce & ſcripto ſigna ſint eorum quæ ſunt in mente*, non erit etiam ſingularis externa propoſitio. Potiùs igitur dicendum eſt, quemadmodum externa propoſitio ſingularis ſubiecto ſingulari conſtat, ita ab intellectu rem ſingularem percipi. Deinde concedet,poſſe conſequens diſtinctè percipi,cuius antecedẽs confuſè intelligatur,quod eſt abſurdiſſimum.

Refutatio.

Aliorum reſponſio.

In his videtur eſſe Capre 1. ſentent. d. 35. q 2. cõcluſ. 4.

SVNT, qui hoc pacto exiſtiment, ſe vim propoſitæ rationis effugere.Dicunt, non intellectum, ſed hominem ipſum eſſe eum qui iudicat de huiuſmodi connexionibus, & omnino de conuenientia, & diſcrimine ſingularium, & vniuerſalium, & rectè quidem hactenus. Deinde addunt,optimè illum id poſſe facere per duas potentias,quòd per cogitatiuam cognoſcat ſingularia, per intellectum vniuerſalia. Sed quo pacto eorum reſponſio eludenda ſit, ipſe Ariſtot.docet loco

Refutatio.

citato

Digitized by Google

citato *Fieri*, inquit, *non poteſt, vt ſeparatis diſcernatur, dulce diuerſum eſſe ab albo; ſed vni cuipiam ambo nota eſſe oportet: illo enim modo perſpicuum eſſet, illa inter ſe differre, etiam ſi alterum ego, alterum tu ſentires.* Præterea, aliud eſt, quod per cogitatiuam cognoſcantur ſingularia, & per intellectum vniuerſalia, aliud, quòd homo per alteram huiuſmodi potentiarum de eorum diſcrimine, & conuenientia iudicet. Quæro enim per vtram earum potentiarum fiat eiuſmodi iudicium. neque enim iudicium de duobus eſt duplex actus, ſed vnus, neque item potentia iudicare poteſt de iis, quæ non nouit. Aut igitur huiuſmodi iudicium pertinebit ad cogitatiuam, aut ad intellectum. Si ad cogitatiuam; igitur ſenſitiua potentia, qualis eſt cogitatiua, percipit vniuerſalia, quod omnes negant: ſi ad intellectum, iam intellectus per ſe percipit ſingularia, quod volumus. Ita patet, nihil eſſe ad rem, dicere hominem ipſum eſſe eum, qui iudicat, cùm nulla potentia, ſiue facultas dari poſſit, per quam huiuſmodi iudicium ferat, ſi intellectus ſingularia non percipit, non ſolùm confuſe, & per accidens, ſed etiam quatenus ab vniuerſalibus diſtinguuntur.

Aut. Mirād. lib. 32. de ſingul certam. Sectio. 73. lib. de Anima cap. 2. vel lib. 2. tex. 145. & 146.

Iudicium ab vna tantum potentia poſſe fieri.

Ex artium & virtutum actionibus. 8. Artes propriè dicta.

EADEM concluſio probari poteſt ex actibus artium, & virtutum, ſiue pertinentium ad intellectum, ſiue ad appetitum. Artes enim quæ propriè hoc nomine cenſentur, in ſingularibus quoad actionem verſantur, cùm in externam materiam tranſeant. Quo autem pacto artifex accommodare poſſit regulas vniuerſales ad ſingularia, niſi ſingularia ipſa intelligat? Prudentia quoque cùm ſit de iis, quæ ſub conſultationem cadunt, ſingularium intelligentiam neceſſariò continent. Sed & iuſtitia, & cæteræ virtutes, quæ ad appetitum pertinent, ad ſingularia terminantur: neque enim appetimus completè niſi ſingularia, vt quæ ſola conſequi poſſumus, verſari autem non poſſunt virtutes in ſingularibus, niſi præeunte intellectu, ſiue ratione, quæ eſt omnium humanarum virtutum dux, & quaſi parens.

Cur ſola ſingularia completè appetantur ex reflexione potentiæ in actu. 9.

PRÆTEREA, nullus ſenſus reflectitur in ſe, nempe vt ſuum actum cognoſcat, quæ eſt communis omnium Philoſophorum ſententia: igitur actus cogitatiuæ noſtræ non poteſt ab vllo ſenſu cognoſci, at cognoſcitur (ſæpe enim aduertimus nos cogitare) & eſt ſingulare quiddam: cognoſcit igitur intellectus ſingularia.

Ex ordine ipſarum potentiarum inter ſe. 10. obiectio.

ITEM, Quidquid poteſt potentia inferior, poteſt & ſuperior, & aliquid vltrà, quemadmodum ſenſus communis non ſolùm percipit obiectum viſus, ſed etiam aliorum particularium ſenſuum; ſenſus autem omnes verſantur circa ſingularia, & ſunt inferiores intellectu, eique ſubiecti, & ſubordinati: cognoſcit igitur intellectus ſingularia.

Obiectio.

QVOD ſi quis obiiciat, non admodum firmam eſſe huiuſmodi rationem, quia non neceſſe eſt, vt potentia ſuperior percipiat ea, quæ ab inferiori percipiuntur eodem modo, quo cognoſcuntur ab inferiori; id quod prima quæſtione huius capitis admiſimus: proinde non rectè ſequi, Intellectus cognoſcit ea, quæ ſenſibus percipiuntur, ergo per ſe, & in particulari, quemadmodum percipiuntur à ſenſibus: Occurrendum eſt, ſatis nobis eſſe ad propoſitum concludendum ſi id, quod cognoſcitur ab inferiori, poſſit cognoſci à ſuperio-

Dilutio.

ri,

Digitized by Google

ri, licet modus alioqui ſit diuerſus. Nam ſi ſenſus cognoſcit diſcrimen Socratis à Platone, vel huius albedinis ab illa, neceſſe erit per rationem propoſitam, vt idem diſcrimen ab intellectu cognoſcatur, quo autem pacto intellectus cognoſcat diſcrimen huius rei ab illa, niſi vnamque per ſe & in particulari apprehendat: Alioqui ſi vt cognoſcam diſcrimen huius rei ab illa, ſatis eſt, ſi cognoſcam diſcrimen in commune, hoc eſt quatenus diſcrimen eſt tantùm: is ſanè dici poterit cognoſcere diſcrimen rerum omnium, quæ ſunt apud Indos, qui quid ſit diſcrimen percipit, quod ridiculum planè eſt.

Text. 30.

Ex proportione ſenſus & intellectus.

Ad hæc, vt ſenſibilia percipiuntur à ſenſu, ita phantaſmata ab intellectu, quod Ariſtot. docet 3. de anima cap. 7. Phantaſmata autem ſunt ſingularia & in repræſentãdo, & in eſſendo, percipit igitur ſingularis intellectus.

Philop. 3. de Anima in Text. 9.

Ex correctione ſenſus ab intellectu. 12.

Postremo, Intellectus ſæpè ſenſum corrigit, veluti in iudicio de magnitudine ſolis, quem oculi iudicant eſſe paruæ admodum quãtitatis: ponit item diſcrimen inter obiecta ſenſuum, & ſenſus ipſos: hæc autem facere non poſſet, niſi cognoſceret obiecta ſenſuum quæ ſunt ſingularia: cognoſcit igitur ſingularia.

Sect. 1.

Atqve hæc ratio, & omnes penè ſuperiores oſtendunt, intellectum ipſa etiam ſenſibilia ſingularia percipere, quod ſuperius fieri non poſſe videbatur. Poteſt igitur intellectus percipere omnia ſingularia non modò quatenus in vniuerſalibus continentur, ſed per ſe etiã, ſiue quatenus & inter ſe & à ſuis vniuerſalibus diſtinguuntur.

Refellitur quorumdam ſententia de conceptibus ſingularium.

SECTIO III.

Sententia Caietani, & Capreoli.

Caiet. 1. p. q. 86. artic. 1. Capr. 1. Sen. d. 35. c. 2. conclu. 4.

Caietanvs tamen in primam partem Diui Thomæ, ad quæſtionem octogeſimam ſextam, & Capreolus in primũ ſententiarum, ad diſtinctionem trigeſimam quintam exiſtimant non dari in nobis vllum proprium, & peculiarem conceptum rerum ſingularium materialium, tametſi concedunt dari immaterialium. Ac Caietanus quidem ex eo ſuam ſententiam probat, quia putat intellectum noſtrum non alia ratione concipere rem ſingularem materialem, niſi quia intelligens naturam communem non exiſtere ſeparatam, colligit eam exiſtere coniunctam cum aliqua differẽtia, indiuiduante, tametſi certam differentiam indiuiduantem rei materialis non cognoſcat. Capreolus verò, quia exiſtimat ſatis eſſe cogitatiuam potentiam ad percipienda indiuidua materialia.

Ratio Caietani.

Ratio Capreoli.

Refutatio propoſitæ ſententiæ.

Verum hæc ſententia nulla ratione admittenda eſt: Primùm, quia proprius conceptus rei nihil eſt aliud, quàm proprium verbum mentis, ſiue nomen mentale, quo intellectus ipſe ſecum quaſi loquitur, ſiue illud ſit productum per actum intelligendi, vt D. Thom. exiſtimat, ſiue ſit ipſe actus intelligendi, vt plerique volunt, intellectus autem non tantum ratiocinatur de vniuerſalibus, ſed etiam de ſinguaribus, tam materialibus, quàm immaterialibus: concipit igitur omnia ſingularia propriis conceptibus.

Digitized by Google

2. Deinde, quia ea, *quæ ſunt in voce, ſunt ſigna eorum, quæ ſunt in mente, ſiue intellectu*, in voce autem ſunt nomina propria ſingularium materialium: ergo & in intellectu.

3. Tertio, quia ſatis liquet ex iis, quæ dicta ſunt, ſingularia omnia percipi à noſtro intellectu, non ſolùm vt continentur in ſuis vniuerſalibus, ſed etiam in ſe ipſis, vnde manifeſte ſequitur, ea percipi per proprios, & peculiares conceptus. Ex quo loco peculiari ratione refutata relinquitur opinio, ſeu potius commentum Capreoli.

Caietanus priuatim refellitur. 1. Quod verò ad Caietani ſententiam attinet, multis argumentis ea priuatim refelli poteſt. Primùm, quia nemo experitur ſe neceſſariò facere eum diſcurſum, vt intelligat rem ſingularem; immò verò pauciſſimi erunt, quibus ea ratiocinatio mentem ſubeat.

2. Deinde, quia is diſcurſus non eſt ſatis ad percipiendum determinatè hoc ſingulare, ſed tantùm ſingulare vagum, negari autem non poteſt, intellectum percipere ſingularia determinatè, vt patet ex dictis.

3. Tertio, quia vt res quælibet proprio conceptu apprehendatur, non opus eſt, vt percipiatur vltima eius differentia, ſed ſatis eſt ſi conceptus recurrat cùm re, neque in aliam conueniat, alioqui non formaremus conceptus proprios earum omnium naturarum communium quarum proprias differentias, ſiue vltimo loco conſtitutiuas ignoramus, quo penè nihil abſurdius.

4. *Quia diſtin- ſtinctus.* Quarto, quia aliud eſt loqui de conceptu diſtincto, ſiue definitiuo quem habere non poſſumus, niſi propriam, ſiue vltimam rei differentiam percipiamus, aliud de conceptu ſimplici, de quo nobis ſermo eſt, quique definitiuum præcedit.

5. Postremo, quærat aliquis ex Caietano, Quonam pacto intellectus noſter animaduertat, naturam communem non exiſtere ſeparatam, niſi quia intelligit eam non exiſtere extra hoc, & illud, & alia ſimilia indiuidua? Quo autem pacto intelligat, illam non exiſtere extra hoc, & illud, ſi hoc, & illud non percipit? Itaque non ſolùm ex iis, quæ dicta erant; antequàm Caietani ſententiam expenderemus, ſed ex ipſa etiam eius ratione peſpicuè colligitur, poſſe à nobis ſingularia omnia percipi propriis, & peculiaribus conceptibus. In qua aſſertione exceptis Caietano & Capreolo, aliiſque perpaucis inferioris notæ, Scholaſtici omnes conſentiunt. Lege Scotum 3. de Anima q. 21. & in 4. Sent. d. 45. q. 3. artic. 2. & Quodlib. 13. artic. 2. Durand. in 2. d. 3. q. 7. Greg. in 2. d. 2. q. 1. Ochamum in eũdem librũ d. 3. q. 5. & Ferrarienſem 1. contra Gentes cap. 65. Nec D. Thom. oppoſitum ſentit, vt quidam exiſtimant, cùm 1. p. q. 86. art. 1. planè dicat, intellectum noſtrum formare hanc propoſitionem, Socrates eſt homo, quod certè non indicaret poſſe fieri, niſi proprium conceptum Socratis ab intellectu formari poſſe exiſtimaret. Idem planè ſenſerunt D. Tho. æquales, & antiquiores alij ex Scholaſticis. Quod idem de Græcis, & Arabibus dicendum eſſe (quicquid nonnulli recentiores ſentiant) cùm ex dictis patet, tum magis etiam patebit inferiùs.

Retorquetur ratio Caietani in ſuũ autorem.

Communis ſententia.

D. Thomas ſentit ſingularia ab intellectu percipi.

Quibus

Quibus argumentis oſtendi videatur, dari in nobis proprias ſpecies intelligibiles rerum ſingularium.

SECTIO IIII.

De ſpeciebus autem intelligibilibus, quæ ſunt habituales rerum ſimilitudines, maior dubitatio eſt. Miſſis enim iis, qui ſpecies omnes tam intelligibiles, quàm ſenſibiles negandas eſſe cenſent, conceſſóque de communi grauiorum Philoſophorum ſentẽtia vtroque genere ſpecierum, plerique recentiores ſunt, qui putent dari ſpecies intelligibiles rerum ſingularium, quorum ſententia his argumentis probari poteſt. *De ſpeciebus oppoſita ſententia.*

1. PRIMVM, quia, vt ex ſuperiori ſectione perſpicuum eſt, intellectus noſter elicit cõceptus proprios, & peculiares rerum ſingularium: id autem facere non poſſet, niſi per ſpecies proprias, & peculiares ſingularium: ſpecies enim vniuerſalium repræſentant præcisè naturas vniuerſales, vt diximus, conceptus autem non poſſunt excedere in exprimendo facultatem ſpecierum in repræſentando, cùm ſint partus, quidam intellectus, quatenus informatus eſt hac vel illa ſpecie intelligibili. Quòd ſi dicas, conceptum rei ſingularis elici ab intellectu poſſibili, concurrente non ſolum ſpecie intelligibili naturæ vniuerſalis, ſed etiam phantaſmate proprio eius ſingularis, quod concipitur, iam quæro quo pacto phantaſma concurrat, vt cauſſáne exemplaris, an vt efficiens: neque enim in alio genere cauſſæ videtur poſſe concurrere. Si vt cauſſa exemplaris, cùm hæc ſit formalis remota, & extrinſeca, oportebit dari in ipſo intellectu inhærentem aliquam formalem proximam, hoc eſt, qua proximè repræſentetur res ſingularis, quæ certè alia eſſe non poteſt, niſi ſpecies intelligibilis rei ſingularis. Si vero vt cauſſa efficiens, præterquàm quòd id non eſt ſatis, niſi detur formalis proxima in intellectu poſſibili, cur non etiam concurret cum intellectu agente, vt cauſſa efficiens ad producendam ſpeciem intelligibilem rei ſingularis? *Dari ſpecies intelligibiles ſingularĩu rerũ probatur. 1.*

2. SECVNDO, quia, vt ſuperiori quæſtione cum Scoto argumentabamur, applicatis aptè cauſſis naturalibus, remotiſque iis omnibus, quæ impedire poſſunt, ſemper producitur effectus perfectiſſimus, intellectus vero agens, & phantaſmata ſunt cauſſæ naturales, ergo iis applicatis ad gignendam ſpeciem intelligibilem, remotiſque impedimentis, producetur ſpecies intelligibilis perfectiſſima, hæc autem eſt rei ſingularis. Datur igitur in intellectu noſtro ſpecies intelligibilis rei ſingularis. Quòd autem ſpecies intelligibilis rei ſiingularis ſit omnium perfectiſſima, ex eo patet, quia perfectio ſpeciei repræſentantis colligitur ex perfectione rei, quam repræſentat, quemadmodum præcipua, & abſoluta perfectio ſcientiæ ex perfectione rei, quæ ſub ſcientiam cadit, vt Ariſt. docet 11 huius operis libro, perfectior autem eſt res ſingularis, quàm vniuerſalis, vt prima ſubſtantia, quàm ſecunda.

3. TERTIO, quia cùm duæ cauſſæ efficientes concurrunt ad eundem effectum, altera vniuerſalis, altera particularis, ſemper effectus ſe-

quitur particularem, niſi quid impediat, vt cùm Sol, & homo generant hominem: intellectus verò agens concurrit more cauſſæ efficientis vniuerſalis (concurrit enim cum omnibus phantaſmatibus ad productionem earum omnium ſpecierum intelligibilium, quæ primò in intellectu poſſibili gignuntur) phantaſmata autem concurrunt, vt cauſſæ particulares, cùm aliud ſit cauſſa huius ſpeciei, aliud illius, igitur ſpecies ab vtriſque productæ ſequentur conditionem phantaſmatum, nihil enim impedit, quominus ſequantur. Atqui phantaſmata non aliter concurrere poſſunt cum intellectu agente, quàm quatenus ſingularia repræſentant: ſunt igitur ſpecies intelligibiles, quæ ab intellectu agente, & phantaſmatibus producuntur, propriæ ſimilitudines ſingularium.

Reſponſio prior. AT reſpondeat aliquis, phantaſmata non concurrere cum intellectu agente quatenus res ſingulares repræſentant: ſed quatenus vniuerſales tantùm; neque dubiũ eſſe, quin naturas quoque vniuerſales repræſentent, cùm indiuidua, quæ repræſentant, nihil aliud ſint, quàm naturæ vniuerſales cum differentiis indiuiduantibus.

Reſponſio altera. DICAT etiam fortaſſe, aliquid impedire, quo minus ſpecies intelligibiles genitas ſequatur phantaſma, nempe materialitatem, vt ita dicam, quam habet phantaſma, quatenus repræſentat rem ſingularem, hac enim ratione materiale quiddam eſt phantaſma in repræſentando: quemadmodum & ipſum ſingulare in eſſendo: cùm tamen quatenus repræſentat naturam vniuerſalem non ſit materiale, quemadmodum nec ipſa natura vniuerſalis, vt ſuprà oſtenſum eſt.

Obiectio contra priorẽ reſponſionem. VERVM hæc nihil videntur obſtare. Namque priori reſponſioni non deſunt, qui obiiciant, phantaſma non vna parte repræſentare naturam vniuerſalem, altera differentiam indiuiduantem, ſed qualibet ſui particula repręſentare vtramque, idque confuſè, & indiſtinctè, proinde non poſſe illud concurrere, vt repræſentat naturam vniuerſalem, non concurrendo, vt repræſentat naturam indiuiduantem.

Contra poſteriorem. POSTERIORI obiiciunt, Quemadmodum ſingularia quorum ſimilitudines ſunt in phantaſia, materialia ſunt, ita & eorum eſſe vniuerſalia, verbi cauſſa, quemadmodum hic lapis, ita & lapidem cómunem, eſt enim res naturalis, ac proinde includens materiam. Quare, aut ſpecies intelligibiles talium naturarum vniuerſalium non imprimi in intellectum; aut eadem ratione dicendum eſſe imprimi poſſe ſpecies intelligibiles ſingularium.

HINC iam quartum argumentum deſumi poteſt hunc in modum, Aut repugnat dari in intellectu noſtro ſpecies intelligibiles ſingularium, quia ſingularium, aut quia materialium, non repugnat autem, quia ſingularium, quipp cùm dentur ſingularium immaterialium, vt ſpecies intelligibiles ſuperioris Angeli in intellectu inferioris: non item quia materialium (nam & naturæ earum vniuerſales materiales ſunt, vt dictum eſt) ergo nihil repugnat dari in intellectu ſpecies intelligibiles ſingularium.

Hanc opinionem etſi probabilem poſtponendam tamen. ET ſi quidem, opinio hæc non videretur plane cum Ariſtotele pugnare, neque oppoſitam ſententiam amplecterentur omnes Veteres, & ex

& ex Recentioribus plurimi viri grauiſſimi; non nobis forſitan ea diſpliceret, re ipſa conſiderata, non quid hic, aut ille ſentiat. Eſt enim expedita ſatis, & rationi non parum conſentanea. Verùm, quia non facile reijciendæ ſunt communes, receptæque ſententiæ eæ præſertim, quæ grauioribus auctoribus probantur, ſimúlque quia propoſita argumenta non tantam vim habent, vt ſolui non poſſint, nec verò deſunt pro parte op poſita, ſi non neceſſariæ rationes, certè quàm ſimillimæ vero, non eſt cur ab ea recedamus.

Non dari in nobis ſpecies intelligibiles, quæ propriæ ſunt rerum ſingularium.

SECTIO V.

1 EAM igitur veram eſſe hiſce rationibus confirmari poteſt. Intellectus noſter eſt medius inter ſenſum, & intellectum ſubſtantiarum ſeparatarum; at ſpecies, quæ ſunt in ſenſu ſola ſingularia repræſentant; quæ autem ſunt in intellectu ſubſtantiarum ſeparatarum eiuſmodi ſunt, vt earum quæque naturam aliquam vniuerſalem, & ſingularia illius repræſentent, vt libro duodecimo patebit, igitur rationi conſentaneum eſt, vt ſpecies, quæ ſunt in intellectu noſtro, ſolas vniuerſales naturas repræſentent, hac enim ratione ipſæ quoque mediæ cuiuſdam naturæ erunt.

Intellectus noſter quem locũ habeat inter potentias cognoſcentes.

2 ITEM, Plus ſuperat ſenſum intellectus noſter naturæ præſtantia, quàm ſuperetur ab intellectu ſubſtantiarum ſeparatarum, vt eſt apertiſſimum: intellectus autem ſubſtantiarum ſeparatarum percipit diſtinctè per vnam, & eamdem ſpeciem, quæ intellectus noſter percipit per multas, vt eſt communis Theologorum ſententia, quin etiam inter ſubſtantias ſeparatas, quo aliæ aliis ſuperiores ſunt, eò paucioribus ſpeciebus indigent ad ea diſtinctè intelligenda, vt iidem aſſerunt: igitur potiori ratione dicendum eſt, intellectum noſtrum intelligere diſtinctè per vnam & eamdem ſpeciem, quæ ſenſus per multas percipiat: At hoc nullo pacto verum eſſet, ſi indigeremus ſingulis ſpeciebus intelligibilibus ad ſingula indiuidua diſtinctè, ſiue determinatè percipienda: non dantur igitur in intellectu noſtro ſpecies intelligibiles, quæ ſint propriæ rerum ſingularium, ſed per ſpecies naturarum communium res ſingulares intelligimus, tametſi adiuti adminiculo phantaſmatum, vt patebit, quo non indigent ſubſtantiæ ſeparatæ.

Intellectus ſubſtãtiarũm ſeparatarum quantum noſtrum ſuperet.

3 PRÆTEREA, Natura abhorret ſuperuacanea, ſpecies autem intelligibiles naturarum communium ſatis ſunt ad intelligenda ſingularia adiunctis eorum phantaſmatibus, vt patebit, non eſt igitur neceſſe ad ſingularia intelligenda ſpecies intelligibiles rerum ſingularium proprias inducere.

Naturam abhorrere ſuperuacanea.

4 ADHÆC, Res materiales eo modo, quo ſunt in rerum natura (quod dicunt, à parte rei) non ſunt intelligibiles, niſi potentia, fiunt autem actu intelligibiles, cùm à materia abſtrahuntur, vt docet Ariſtoteles 3. de Anima cap. 4. eodémque loco approbant Peripatetici omnes, huiuſmodi autem res non poſſunt abſtrahi à materia propriè dicta, quæ eſt altera pars compoſiti, & tamen abſtrahi poſſunt à ma-

Quo pacto res materiales fiant intelligibiles actu.

Textu 6.

teria indiuiduali, ſi communes ſint igitur hæc eſt abſtractio, quæ eo loco cenſetur neceſſaria, vt ſint actu intelligibiles, ſeu, quod eodem redit, repræſententur per ſpecies intelligibiles; at ſpecies, quæ non repræſentant materiam indiuidualem, non ſunt propriæ rerum ſingularium materialium, ergo &c.

5. Ex hac ratione naſcitur alia hunc in modum. Res ſenſibiles, vt dictum eſt, de Peripateticorum communi ſententia non fiunt actu intelligibiles, niſi per abſtractionem à materia indiuiduali: ſingularia verò ſenſibilia nullo modo poſſunt ab illa abſtrahi, volũt igitur Peripatetici *Quo pacto ſingularia materialia non ſint intelligibilia.*

Sect.2. ea neque actu, neque potentia eſſe intelligibilia: hoc autem non poteſt ita accipi, quaſi velint de ſingularibus ſenſibilibus non haberi proprios conceptus, vt patet ex iis quæ ſuperius dicta, & oſtenſa ſunt, móxque apertius explicabuntur: igitur propterea cenſent ea non eſſe intelligibilia: quia non poſſunt determinatè percipi per ſolas ſpecies intelligibiles, ſeu, quod eodem redit, quia non dantur ſpecies intelligibiles eorum propriæ, & peculiares.

3. de Anima c.4.tex.10. POSTREMO: Communis Peripateticorum ſententia eſt, *vniuerſalia intelligi à nobis directè, ſingularia verò reflexè*, id, quod ex Ariſtotele accipitur in loco citato, hoc autem verum non eſſet, ſi in intellectu noſtro darentur ſpecies intelligibiles rerum ſingularium propriæ, quicquid enim per propriam ſpeciem percipitur, non dubium eſt, quin directè cognoſcatur, vt omnes fatentur, non dantur igitur in intellectu noſtro ſpecies intelligibiles, quæ ſint propriæ rerum ſingularium. 6. *De reflexa cognitione ſingularium.*

AT dicunt nonnulli, Ariſtotelem non docere in loco citato ſingularia intelligi à nobis reflexè, ſed potiùs directè. Aiunt enim Ariſtotelis ſententiam hanc eſſe, *Naturam vniuerſalem rei ſenſibilis, & rem ipſam ſenſibilem percipi, vel diuerſis potentiis, vel eadem ſeſe habente ad ſe ipſam, vt linea flexa ad ſe ipſam extenſam.* Qua ſententia, ſi verba hunc in modum diſponenda ſunt, & Ariſtoteles aliquid tradit de cognitione directa, & reflexa, potius docetur vniuerſalia intelligi reflexè, & ſingularia directè. Verùm ſi quis vel mediocriter attendat, planè intelliget, malè ab eis coaptari verba contextus. Ariſtoteles enim non prius loquitur de natura vniuerſali, deinde de ſingulari: ſed prius de ſingulari ſenſibili, deinde de eius natura vniuerſali, quam vocat eſſe, ſeu quidditatem illius: tum ſubdit, *Animam noſtram cognoſcere eiuſmodi rem ſingularem ſenſitiua potentia, alia autem facultate naturam vniuerſalem*, *aut ſeparabili*, hoc eſt, diuerſa ab ea, quæ cognoſcit ſingularem, *aut perinde ſe habente ad ſeipſam, vt cùm extenſa fuerit linea flexa, id eſt, quæ priùs flexa erat.* Quibus verbis, cùm prius faciat lineam flexam, deinde extenſam, perſpicuum eſt inflexionem referendam eſſe ad perceptionem rei ſingularis, cuius priori loco meminerat, extenſionem autem ad cognitionem rei vniuerſalis, cuius meminit poſteriori. Ratio autem metaphoræ hinc ſumitur, Quia cùm res ſingulares cognoſcantur à noſtro intellectu per ſpecies intelligibiles naturarum communium concurrentibus ſimul phantaſmatibus rerum ſingularium, atque in ea re intellectus quodammodo ſeſe demittat ad opem poſcendam

Reſpõſio quorundam Recentiorum.

Impugnatio reſponſionis.

Ariſtotelis ſententia exponitur.

Ratio metaphoræ.

Digitized by Google

poſcendam à phantaſia, quæ eſt inferior potentia, meritò ſeſe quodammodo dicitur inflectere.

Græcos Ariſtotelis interpretes ſic ſentire demõſtrat & primò Themiſtium.

THEMISTIVS in Paraphraſi eius loci hoc idem ſic explicat: *Ad aquam,* inquit, *vniuerſam, quæ intellectui noſcenda ſit* (hoc eſt, ad totũ aquæ indiuiduum intelligendum) *phantaſmata, & imaginationem oportet adiungere, ad eſſentiam verò ſolam eius conſpectandam nullas ſuppetias requirit, ſed ipſe ſibi intellectus ſupereſſe poteſt. Quemadmodum igitur lineam attenſam, & flexam dicere eandem poſſis, quamquam aliter hoc, quàm illo modo ſe habet; ita & intellectus poteſt vnus, & idem ſtatui, qui concreta, & compoſita, item qui formas, & ſpecies meras percipiat. Quamobrem & aſſimilis rebus ſit quas cognoſcit, compoſitas, ſi compoſitas, ſimplex, ſi ſimplices formas, id eſt, à materia ſeorſum intelligit. Ita interdum linea directa, interdum arcuata confertur. Sanè Plato actiones intellectus circulis primùm recto, mox circinato, recurrentíque interiùs comparat, Ariſtoteles lineæ explicatæ, ſiue porrectæ, & curuatæ. At curuatæ quidem idcirco quia cùm intellectus materiam & formam iunctim, id eſt, quod concretum, & conditum eſt, comprehendit, tum quaſi geminari, & duplicari videtur acceſſu phantaſmatum, & viſorum, quorum operam, vſumque in vna ea functione deſiderat.* Idem docet Simplicius in hanc ſententiam ſcribens: *Ariſtotelem eo loco differentes intellectus noſtri cognitiones exponere, quarum altera ſit circa compoſita, ſiue indiuidua materialia, altera circa formas, ſiue ſpecies, quæ ſimilis ſit intellectibus ſubſtãtiarum ſeparatarum, qui non inflectuntur à formis ad informata, & compoſita, vt nos facimus, cùm flectimus cognitionem ad ſingularia materialia, ſed in ipſis formis intelligunt cætera, quæ ex formis pendent.* Philoponus ibidem his verbis rem eandem exponit. *Sed dices fortaſſis, Eſt abſurdum intellectum noſſe ea, quæ extra ſunt, hæc enim ſcit ſenſus, eo quod materialia, & particularia cognoſcat, intellectus enim, quod eſt vniuerſale tantùm nouit: Eſt autem ſenſus, ſcire particularia, quæ quidem ſunt materialia. Tibi autem ad hæc dicam, quòd intellectus, ſubiecto quidem vnus eſt, ratione autem diuerſus. Intellectus enim vel ſecundum ſe ſolùm operatur, & tunc vniuerſalia ſolùm nouit, vel cum ſenſu operatur eo vtens inſtrumento, & tunc materialia nouit, & particularia: ſicut eadem recta ſubiecto quidem eadem, ratione autem diuerſa. Si enim quæ nunc recta eſt, confringi poteſt, & inflecti, ſic & intellectus ſubiecto idem exiſtens aliquando quidem cum recta habet conuenientiam, quando per ſe ipſum operatur, & nouit immaterialia, aliquando vero cum recta confracta, quando ad ſenſum inflectitur: & eo inſtrumento vtitur, quando nouit materialia.* Nec Græci modò, ſed & Arabes, & Latini eodem pacto locum eundem explicant. Auen-Rois enim, qui magis alienus ab hac ſententia videri poteſt, exponens textum nonum planè docet, Animum cùm percipit alietatem inter indiuiduum materiale, & formam, ſiue naturam ſpecificam, vna & eadem virtute vtrumque exremum alietatis percipere, ſed diuerſo modo, ſiue diſpoſitione vt appellat. tum addit. *Eſt iſta eſt diſpoſitio intellectus in comprehendendo alietatem, quæ eſt inter formam, & indiuiduum. Comprehendit enim formam per ſe, & comprehendit indiuiduum*

tum Simplicium.

tum Philoponum.

Auerr. 3. de Anima com. 9.

Item Arabes & Latin.

niduum mediante ſenſu, id eſt, adminiculo phantaſmatis. Eamdem omnino expoſitionem ſequuntur eo loco Albertus magnus, & poſt eum D. Thomas, & omnes alij eius ætatis Latini expoſitores.

Cōſectarium vnum. E x quibus duo perſpicua eſſe arbitror. Vnū contra veterum omniū Peripateticorum ſententiam eſſe, ponere ſpecies intelligibiles rerum ſingularium proprias, potiſſimùm verò materialium, quas nonnulli recentiores inducunt. Alterum, non minus eſſe contra eorum ſententiam, negare intellectui noſtro proprios, & peculiares earum rerum conceptus: quod alij minus conſideratè faciunt. Ac ex prioribus quidem plerique ſunt: qui ingenuè fateantur, ſe à Peripateticorum ſententia diſcedere. At poſteriores eo magis labuntur, quòd putent ſe eorum veſtigiis inhærere, quaſi quia Peripatetici negāt proprias ſpecies rerum ſingularium, continuò proprios earum conceptus negare cenſeantur, quod planè falſum eſſe, ex iis, quæ dicta ſunt, quiuis intelliget.

2. Alterum.

Collatio.

Exponitur commune Peripateticorū pronunciatū. Q v o d ſi nobis obiiciant, apud bonos auctores ſæpe legi, *Singularia materialia de Peripateticorum ſententia, non eſſe intelligibilia, ſed ſola vniuerſalia* (quod ſcribit Magnus Albertus 2. libro de intellectu, & intelligibili, & aliis pleriſque locis) ex dictis apertum eſt, reſpondendum eſſe propoſitum pronunciatum nihil aliud ſignificare, quàm ſingularia materialia non eſſe à nobis intelligibilia per ſolum intellectum, ſed concurrente ſenſu phantaſmatum adminiculo, ſoláque vniuerſalia concipi ab homine non concurrēte ſenſu. Quo autem pacto phantaſmata concurrant cùm intellectu poſſibili ad proprios conceptus rerum ſingularium, & quam ob cauſſam concurrere non poſſint cum intellectu agente ad productionem ſpecierum intelligibilium, quæ ſunt illarum propriæ, in ſolutione argumentorum aduerſæ partis explicare conabimur. *Cap. 1.*

Dilutio argumentorum, quibus ſpecies intelligibiles rerum ſingularium aſſerebantur.

SECTIO VI.

De concurſu phantaſmatū cū intellectu. VT igitur primum luculentius diſſoluatur, attentè conſiderandum eſt, non eodem modo phantaſmata concurrere cum intellectu poſſibili ad productionem conceptus rei ſingularis, quo concurrunt cum intellectu agente ad productionem ſpeciei intelligibilis. Namque ad productionem ſpeciei intelligibilis, aut concurrunt cum agente, vt eius inſtrumenta, aut vt diſpoſitiones poſſibilis: cùm poſſibili autem concurrunt, tamquam eius formæ, & rationes concipiendi. Quæ obſcurius ſimul dicta planiùs ſeorſim explicanda ſunt.

Cum agente ad ſpecierum intelligibiliū generationē. Q v o n i a m intellectus agens eſt ex ſe indifferens ad productionem cuiuſcunque ſpeciei naturæ materialis, intellectus verò poſſibilis eſt velut materia prima ad quamcunque earum accipiendam idoneus, vterque autem determinatur ad hanc vel illā, ſiue producendā ſiue recipiēdam, per hoc vel illud phantaſma, hinc fit, vt plerię; doceāt, phātaſmata

taſmata concurrere ad eam determinationem, vt inſtrumenta intellectus agentis: neque eſſe incommodum aſſerere attingi ab eis productionem rei immaterialis, cùm ipſa ſint materialia, quia non id faciant vi ſua, ſed virtute intellectus agentis, qui immaterialis eſt. Alij vero dicunt, potius ea concurrere, vt diſpoſitiones intellectus poſſibilis, quod res materiales, ne virtute quidem immaterialium videantur poſſe attingere naturaliter productionem immaterialium: cum interim agentia vniuerſalia ſæpe determinentur ad hunc vel illum effectum per diſpoſitionem patientis, vt ſol ad liquefactionem ceræ & indurationem luti, neque nouum, aut inſuetum ſit, vt potentia ſuperior dicatur diſponi per ea, quæ ſunt in potentia inferiori: dicimus enim voluntatem diſponi ad bonam aut malam electionem per affectiones appetitus ſenſitiui, & intellectum ad rectum aut peruerſum iudicium per diſpoſitionem voluntatis. Harum autem opinionum ſi prior vera eſt, reducitur phantaſmatũ concurſus cum intellectu agente ad concurſum efficientis cauſſæ: ſi poſterior, ad concurſum cauſſæ materialis: reuocantur enim diſpoſitiones patientis ad materiam. Ac prior ſententia communior eſt, poſterior non caret ſua probabilitate. De quibus commodiori loco fuſius diſſerendum.

Prior opinio. *Poſterior.* *Ad quod genus cauſſæ pertineat eorum concurſus.*

QVOD verò attinet ad concurſum phantaſmatum cum intellectu poſſibili ad productionem conceptus duobus modis dicere poſſumus illum eſſe neceſſarium vno per ſe altero: per accidens, cum cõcipimus vniuerſalia: per ſe, cum ſingularia. Nam propter naturalem connexionem intellectus cum phantaſia, dum animus eſt in corpore, quandocumque intellectus contemplatur vniuerſalia, ſimul etiam phantaſia quaſi obiter attendit ad aliqua ſingularia ſaltem indeterminatè; niſi quòd vehemens applicatio animi ad opus contemplationis imminuit phantaſiæ concurſum, & interdum (tametſi rarò) prorſus impedit, vt patet in hominibus ſublimium rerum contemplationi deditis, quod eſt immortalitatis animi noſtri non vulgare argumentum. Id quod non obſcurè videtur elici ex illa Ariſtotelis ſententia in tertio libro de Anima. ὅταν τε θεωρῇ, ἀνάγκη ἅμα φαντάσματι θεωρεῖν. hoc eſt, *Cúmque contemplatur, neceſſe eſt vna cum phantaſmate contempletur*, quæ non de neceſſitate omnino per ſe, ſed de neceſſitate cuiuſdam ſocietatis naturalis, quæ impediri poteſt, intelligenda eſt. Proinde hic concurſus nihil eſt ad rem hoc loco, præſertim cum loquamur de eo, quo vtitur intellectus, cum percipit ſingularia.

Duplex concurſus phantaſmatum cũ intellectu poſſibili. *Cõcurſus per accidens.* *Cap. 8. tex. 9.* *Exponitur locus Ariſt.*

AT cum intellectus concipit ſingularia, non per accidens, ſed per ſe opus eſt concurſu phantaſmatum: Nam, quia ſpecies intelligibiles nullum ſingulare determinatè repræſentant: neceſſe omnino eſt, vt ſingularium repræſentatio phantaſmatum adminiculo ſuppleatur. Et quidem ea tum concurrere, vt formas externas, ſiue exemplares conceptuum, ex eo apertum eſt, quia ſunt ſimilitudines quædam, & quaſi ſimulachra rerum ſingularium, quæ conceptibus exprimuntur. Itaq; res ſingulares ſunt remota exemplaria conceptuum, ſed principalia, phantaſmata vero propinquiora, ſed minus principalia. Verum

Cõcurſus per ſe phãtaſmatum. *Vt exemplarium.*

Vt formarum ſuo modo informantium. neceſſe præterea eſt fateri, phantaſmata concurrere ad eiuſmodi conceptus vt formas intellectus poſſibilis ſuo modo illi vnitas, & coniunctas, quod & difficile creditu videri poteſt, cum phantaſmata non inhæreant in intellectu, ſed in organo corporeo, ratione tamen & ſimilium rerum conſideratione haud difficile percipitur.

De ratione formæ in formantis non eſt inhærere ei cuius eſt forma. PRIMVM enim de ratione formæ informantis, vt talis eſt (quod dictum ſit ad diſtinctionem formæ exemplaris) non eſt, quod inhæreat ei, cuius eſt forma, vt patet in formis pertinentibus ad extrema ſex prędicamenta (etenim neque paſſio, vt paſſio eſt, neceſſariò inhæret patienti, vt lib. quinto docebimus) ſed vt ex ea, vt ſubiecto, aut quaſi ſubiecto proximè ſequatur effectus formalis, veluti ex loco & locato exiſtentia locati in loco, at ex phantaſmatibus, & intellectu poſſibili proximè ſequitur habitualis cognitio intellectiua ſingularium, quæ eſt effectus formalis phantaſmatum quatenus intellectui poſſibili ad illorum cognitionem ſubſeruiunt. Id, quod ex eo patet, quia quorum ſingularium materialium habemus phantaſmata ea poſſumus intellectu percipere, cum volumus, quorum autem nō habemus, non poſſumus, neque id nobis per alias formas accidere poteſt, ſi vera ſunt, quæ de ſpeciebus intellectibilibus ex communi Peripateticorum ſententia docuimus.

Phantaſmata eſſe diſpoſitiones intellectus poſſibiles. DEINDE, phantaſmata etſi non inhæreant intellectui poſſibili, ſunt tamen eius diſpoſitiones ad recipiendas has vel illas ſpecies intelligibiles (vtrauis opinio de concurſu phantaſmatum cum intellectu agēte ſit vera) at diſpoſitiones ſubiecti ad recipiendam formam, quatenus eiuſmodi ſunt, formę ſunt ſuo modo eius, quod diſponunt, illúdque ita formaliter afficiunt, vt poſſint cum eo ad agendum concurrere.

Phantaſmata eſſe ſupplemēta ſpecierum intelligibiliū. PRÆTEREA, formæ intellectus poſsibilis non conferunt ei vim intelligendi quemadmodum calor, qui in aquam inducitur confert aquæ formaliter vim calefaciendi, quam aqua ex ſe non habet, ſed ſolum determinant, & ſpecificant intelligendi actum, & ad eum, (quod probabilius eſt) cum ipſo intellectu effectiuè concurrunt, vt patebit lib. 9. tametſi non cōcurrunt veluti inſtrumenta, quemadmodum cum intellectu agente, ſed vt in principia perficientia ſicuti cæteri habitus cum potentiis, quas perficiunt: tametſi inter concurſum ſpecierum, & reliquorum habituum non nihil ſit diſcriminis: at phantaſmata hæc præſtare poſſunt, etiamſi intellectui poſsibili non inhæreant.

NAM quod illum perficiant (hoc enim vnum probandum relinquitur) ex eo patet, quia complent ſpecierum intelligibilium repræſentationem, quæ ſunt internæ, ac primæ eius perfectiones. Quod ſi quis obiiciat, *intellectum poſſibilem comparari ab Ariſtotele cum materia prima:* ergo omnem eius actiuitatem prouenire à formis, quibus intelligit, ac proinde neceſſe eſſe, vt eiuſmodi formæ in eo inhæreant, vt dictum eſt de calore aquæ: reſpondendum eſt, non conferri ab Ariſt. intellectum poſsibilem cum materia prima quoad vim agendi, ſed quoad naturalem, vt ſic dicam, nuditatem. Vt enim: *materia nullam ex ſe habet formam realem: Ita,* inquit Ariſtot. *intellectum poſſibilem nullam ex ſe habere ſpeciem, ſiue formam intelligibilem:* qua in re Platoni contradicit.

3. De Anima cap. 4. text. 5.

Exponitur locus Ariſt.

AD

Munus formæ intelligibilis.

AD hæc. Proprium munus formæ intelligibilis eſt facere rem præſentem intellectui, eámque illi intelligibiliter, ſiue notionaliter vnire (ſumimus autem latius nomen formæ, quàm ſpeciei, vt phantaſmata complectamur, tametſi vtrúmque idem ſignificat) hæc autem præſtari poſſunt à phantaſmatibus, etiam ſi non inhæreant intellectui: non eſt igitur cur negentur eſſe formæ intelligibiles, ſuóque modo proprio, ac peculiari intellectum poſſibilem informantes. Aſſumptio, quæ ſola probanda videbitur, ex enumeratione partium aperta fiet: neutrā enim quicquam abſurdi, aut incõmodi ſequitur cum interim ſi tota aſſumptio vera ſit, omnia rectè cohæreant, nihil iam ſit difficile, poſitis ſpeciebus intelligibilibus, vt ponuntur à Peripateticis, intellectui noſtro ſingularium cognitionem tribuere. Qua probandi ratione in rebus difficilibus vtuntur docti omnes.

Quo pacto eſſentia diuina concurrat cũ intellectu beatorum.

POSTREMO, Si quomodo fas eſt ad infima hæc confirmanda ex ſummis argumentum ducere, illud certum eſt, diuinam eſſentiam vniri intellectui creato more ſpeciei intelligibilis, vt Theologi docent. Cuius rei eam rationem reddunt. Quia cum nulla dari poſſit forma creata, quæ diuinam naturam, vt ipſa in ſe eſt repræſentare poſſit, ipſa ſeipſam intellectui creato intelligibiliter repræſentat. Si ergo diuina eſſentia ſupplet vicẽ ſpeciei intelligibilis, quæ dari non poteſt, tametſi non inhæret intellectui, cui vnitur more ſpeciei, cur phantaſmata non ſuppleant noſtrarum ſpecierum intelligibilium defectum ſubeuntes rationem formarum intellectus poſſibilis, etiam ſi in eo non inhæreant?

In loco ſuperius citato.

Natura ingenium.

PATET igitur ex his, phantaſmata cõcurrere cum intellectu poſſibili ad productionem cõceptuum rerum ſingularium, vt eius formas, & (quod hinc ſequitur) vt rationes concipiendi, quaſi ſupplementa noſtrarum ſpecierum intelligibilium. Quo fit, vt κατασκευαστικὰ à Philopono dicta ſint inſtrumenta intellectus poſſibilis. Non eſt tamen accuſanda natura, quod imperfectas nobis ſpecies intelligibiles conceſſerit. Quod enim ea paucioribus perficere poteſt, id pluribus facere non conſueuit. Quocirca cum phantaſmata per ſeparationem animi à corpore deficiunt, tum primum intellectui adminiſtrantur naturaliter ſpecies intelligibiles, quæ & naturas communes, & earum ſingularia referant, vt libro duodecimo patebit.

Non conceptus excedant ſpecierum repræſentationẽ.

AD primum igitur argumentum eorum, quorum cauſſa hæc præfati ſumus, dicendum eſt, conceptus quidem rerum vniuerſalium numquam excedere repręſentationem ſpecierum intelligibilium, cum ij ſolis interuenientibus eliciantur, at conceptus ſingularium, excedere: eliciuntur enim non ſolum interuenientibus ſpeciebus intelligibilibus, ſed etiam phantaſmatibus iiſque concurrentibus, & vt exẽplaribus, & vt formis ſuo modo, ſiue intelligibiliter informantibus, & vt rationibus eliciendi, ſiue producendi.

Cur phantaſmata non cõcurrant cum intellectu agẽte ad productionem ſpecierum intelligibiliũ ratio. 1.

CVR autem non concurrant cum intellectu agente ad productionem ſpecierum intelligibilium, quæ ſint propriæ ſingularium, & ſi difficile eſt ita docere, vt omnino ſatisfactum ſit, his tamen rationibus probari poteſt. Primum ex ingenio naturæ, quam proximè diximus

non conſueuiſſe facere pluribus, quod paucioribus perficere poteſt.

2. Deinde ex præſtantia ipſarum ſpecierum intelligibilium, quas vt ſuprà dixeramus, non eſt rationi conſentaneum tam limitatas, ac definitas eſſe, quàm ſunt ſpecies ſenſibiles, ſingulas nimirùm ad ſingula indiuidua.

Nobilitas intellectus.

3. Tertio ex nobilitate intellectus, cui non eſt æquum, vt inſint per modum habitus formæ non habentes ordiné per ſe vllum inter ſeſe, quales eſſent ſpecies intelligibiles ſingularium eiuſdem ſpeciei; ſi darentur vt re vera ſunt eorum ſpecies ſenſibiles, quemadmodum & ipſa ſingularia. Dixit *per modum habitus*, quia per modũ actus tranſeuntis nihil incommodi ſequitur, vt patet in eorum conceptibus. Vt enim hi ſuo modo ſubiecti ſunt tempori, ita nihil eſt incommodi, ſi in eis ſolus ordo temporis cernatur, qui non eſt ordo per ſe, ſed per accidens. Itaque cùm natura non faciat, niſi quod rationi conſentaneum eſt fieri, hæc, & alia ſuperius dicta ſatis erunt pro cauſſis, cur ſpecies intelligibiles ſingularium naturaliter dari non poſſunt.

Quorumdam ſentẽtia de ſpeciebus intelligibilib.

Ad ſecundum negant nonnulli Thomiſtæ, ſpecies inferiorum eſſe perfectiores ſpeciebus ſuperiorum, eò quòd ſuperiorum ſpecies repręſentatione ſua plura complectantur. Sed non rectè ſentiunt. Nam etſi id verum eſt in ſpeciebus ſubſtantiarum ſeparatarum, quibus diſtinctè, ac determinatè repræſentantur inferiora, non eſt tamen verum in noſtris, quæ id non faciunt, niſi confuſè, & indeterminatè.

Diluitur obiectio.

Diluitur altera.

Quod ſi vrgeant ſpecies ſuperiorũ, noſtra ſententia, difficiliùs acquiri: ergo eſſe perfectiores: neganda eſt conſequentia, quia difficultas ea non prouenit ex perfectione rerum, quæ repræſentantur, ſed potiùs ex imperfectione. Poterunt igitur ſpecies ſuperiorum dici perfectiores ſecundum quid: ſimpliciter autem non poſſunt. Quod ſi obiiciant: Ergo phãtaſmata eſſe ſimpliciter perfectiora ſpeciebus noſtris intelligibilibus, quod determinatè perfectiora repræſentent: neganda eſt conſequentia: Nametſi perfectiora repræſentant, non ſunt tamen paria cætera omnia, quippe cùm ſpecies intelligibiles ſint immateriales, phantaſmata verò materialia, & extenſa. Eadem ratione cognitiones intuitiuæ eiuſdem numero candoris, altera elicita ab aſpectu, altera ab intellectu, quas ſimul habemus, cum rem candidam intuemur, non ſunt æquè perfectæ, ſed longè altera alteram perfectione ſuperat. Itaque concedimus, ſi darentur ſpecies intelligibiles rerum ſingularium propriæ, futurum vt eſſent perfectiores ſimpliciter cæteris ſuperiorum ſpeciebus: at cũ illæ dari nequeant, nihil omnino concluditur.

Ad tertium dicendum eſt, ſpeciem intelligibilem rei materialis ſequi conditionem phantaſmatis, quatenus poteſt. Quemadmodum autem illud ſequi non poteſt in extenſione, quam phantaſma habet in ſubiecto corporeo, cum impedimento ſit natura ipſa ſubiecti incorporei, ita nec in repræſentatione rei ſingularis, ſed ſolius naturæ ſpecificæ, idque propter cauſas iam dictas.

Refutatur impugnatio prioris reſpõſionis.

Ei autem reſponſioni, qua occurrebatur argumento, phantaſma non concurrere ad generationem ſpeciei intelligibilis, quatenus repræſentat rem ſingularem, ſed quatenus naturam vniuerſalem, parum

aptè

aptè obiiciebatur, id fieri non poſſe, quod phantaſma non vna parte ſua repræſentaret naturam vniuerſalem, altera differentiam indiuiduantem, ſed qualibet particula vtrãque indiſtinctè. Nihil enim hæc ſunt ad rem. Nam etiam apud illos ſpecies intelligibilis rei ſingularis non alia,& alia particula repræſentat naturã vniuerſalem, & differentiam indiuiduantem, ſed ſe tota vtramque indiſtinctè, atque adeò genera omnia,& differentias conſtitutiuas rerum ſingularium: & tamen fatentur, intellectum per eiuſmodi ſpeciem poſſe elicere conceptus, quibus ſola ſuperiora apprehendantur, concurrente illa cum intellectu, non quatenus repræſentat differentiam indiuiduantem: ſed quatenus naturas communes. Potiùs ergo dicẽdum eſt, ea ratione non rectè occurſum fuiſſe argumento, quia phantaſma concurrit cum intellectu agente, quatenus repræſentat & naturam communem, & differentiam indiuiduantem, tametſi non inde ſequitur ſpeciem intelligibilem, quam phantaſma ſic imprimit in intellectum, ſequi totam phantaſmatis repræſentationem, quia ſubiectum non admittit ſpeciem limitatam ad vnum indiuiduum, propter nobilitatem naturæ intellectiuæ, vt dictum eſt. *Altera impugnatio.*

RECTE tamen occurrebatur ſecundo loco materialitatem phantaſmatis eſſe in cauſſa, cur phantaſma non poſſit concurrere ad generationem eiuſmodi ſpeciei: nec ea reſponſio bene refutabatur. In hac etiam controuerſia non habetur ratio materiæ, vt eſt altera pars compoſiti, ſed ſolũ, vt eſt ſuo modo principium indiuiduationis, & multiplicationis indiuiduorum ſub eadem ſpecie, quo pacto naturæ vniuerſales non includunt materiam. *Approbatur poſterior reſponſio.*

AD quartum dicendum eſt, repugnantiam in vtroque poſitã eſſe, & in eo, quod ſingularia ſint, & in eo, quod materialia, vt modo expoſuimus, tametſi vtrumque in idem redit. Nam neque ſingularium immaterialium, ſi modo ſint purè ſingularia, dãtur ſpecies intelligibiles, ſed omnia quæ ſunt eiuſdem naturæ, repræſentantur per eãdem ſpeciem. Itaque ſi ſubſtãtiæ omnes ſeparatæ differunt ſpecie, nec poſſunt in plures ſolo numero differentes multiplicari, iam ſpecies earum intelligibiles non repræſentabunt purè ſingularia: ſi vero plures aut ſunt, aut eſſe poſſunt eiuſdem ſpeciei (quod verius eſſe crediderim) veriſimilius eſt, nullam ſpeciem intelligibilem earum repræſentare præcisè vnum indiuiduum, ſed quamlibet totam ſpeciem. *Ne immaterialia quidem eiuſdẽ ſpeciei repræſentari per eandẽ ſpeciem intelligibilem.*

Facilius à nobis ſingularia, quàm vniuerſalia intelligi.

SECTIO VII.

RELIQVVM eſt, vt illud diſcutiamus, de quo quæſtio inſtituta eſt: *Faciliùſne ſingularia quàm vniuerſalia intelligamus an contrà.* Ac ſi ex iis, quæ hactenus tractata ſunt colligenda eſt huius dubitationis explicatio, planè reſpõdendum videbitur: facilius intelligi à nobis vniuerſalia quàm ſingularia:

PRIMVM, quia dictum eſt proxime, non dari in nobis ſpecies intelligibiles ſingularium proprias, ſed tantùm vniuerſalium.

DEINDE, quia dictum quoque eſt, Vniuerſalia intelligi à nobis

directè, ſingularia reflexè, at reflexa cognitio, vt eſt poſterior directa ita & difficilior. Reflexam verò eſſe poſteriorem directa, & illam ſupponere, perſpicuum videtur, tum ex ſimilitudine aliarum actionum, in quibus datur reflexio, tum etiam ex iis modis quibus dici ſolet reflexè à nobis intelligi ſingularia. Motus enim reflexus ſupponit directum, & radius luminis reflexus, radium directum; & ſic res ſe habet in cæteris. Reflexam verò cognitionem ſingularium alij dicunt fieri hoc pacto. Poſtquam natura vniuerſalis per ſpeciem intelligibilem cognita eſt, tum intellectus conſiderans eiuſmodi naturam non exiſtere, niſi in aliquo ſingulari, diſcurrit, & arguitiuè, vt aiunt, ſcrutatur eiuſmodi ſingulare, tametſi illud non inuenit, niſi ſub conceptu quodam vago: quæ fuit conſideratio Caietani à nobis paulò ſuperius adducta. Alij hoc modo. Poſtquam natura vniuerſalis per ſpeciem intelligibilem percepta eſt, tum intellectum attendere ad actum, quo illam percepit, deinde ex cognitione illius actus procedere ad cognitionem ſpeciei intelligibilis, à qua elicitus eſt actus, ac demum cum diſquirit cauſſas efficientes ſpeciei infra intellectum, inuenire primo phantaſma, à quo proximè genita eſt ſpecies, deinde rem ſingularem à qua impreſſum eſt phantaſma. Atque huiuſmodi reflexæ cognitionis meminit D. Thom. in quæſt. vnica de Anima art. 20. Et in q. 2. de veritate art. 6. Cùm igitur vterque modus faciat priorem, & longè faciliorem cognitionem directam, quàm reflexam, non eſt cur negandum ſit, difficilius ſingularia, quàm vniuerſalia intelligi.

Reflexa cognitio ſingularium quomodo fiat.

Sect. 3.

Quo pacto ſingularia quorundam ſententia reflexè cognoſcantur.

In diſputatis.

Tertio, quia Ariſtot. 1. Phyſ. cap. 5. *ſingularia eſſe notiora ſenſu & vniuerſalia notiora ratione*, quo argumento initio huius quæſt. vſi ſumus. Et ne locus dubitationi relinquatur, docet 5. libr. huius operis cap. 11. *vniuerſalia eſſe priora ratione, ſiue intellectu, ſingularia verò ſenſu.* Loquitúrque de prioribus cognitione. Ita non videtur vlla ratione dubitandum, quin ſingularia ſint cognitu difficiliora, ſi de cognitione per intellectum ſermo ſit, & ea quæ ſunt, vera eſſe ponantur.

Text. 49.

Text. 16.

Dicendum eſt tamen, & planè aſſerendum, ſingularia faciliùs à nobis intelligi, quàm vniuerſalia. Primùm, quia id haud obſcurè docet experientia: ſi quis enim petat non ſolùm ab idiotis, ſed etiam à peritis multarum artium, quid apud eos nomine communi hominis, aut equi intelligitur: nihil aliud reſpondebunt, quàm intelligi nomine hominis ſingulos homines, & vocabulo equi ſingulos equos, niſi quis eorum in abſtrahendis naturis communibus à rebus ſingularibus ſit exercitatus, quod rarum eſt. Quocirca Ariſtoteles in Problematis ſectio. 18. hac in re ponit diſcrimen Philoſophi ab Oratore, *quod Orator mente concipiat eum, qui iuſtus eſt*, hoc eſt, hunc aut illum hominem iuſtum, *nec altius aſcendat* (loquitur enim de Oratore, qui cauſſas agit, quem certum eſt verſari in ſingularibus) *Philoſophus autem ipſam per ſe iuſtitiam ſpectet, & de ea quaſi ſeparata, & ſeiuncta à ſingulis hominibus differat.*

Singularia faciliùs quàm vniuerſalia cognoſci probatur 1. experientia.

Probatur aſſertio experientia.

Diſcrimẽ Philoſophi ab Oratore.

Deinde, quia cum primæ operationes intellectus ſint in nobis naturales, vt quæ antecedunt omnem voluntatis operationem: non dubium eſt, quin poſitis cauſſis earum ſufficientibus, & remotis impedimentis

2. Ex modo operandi cauſſarum naturarum.

pedimentis, continuò perfectiſſimus effectus earum eliciatur: in puncto autem illo temporis, quo phantaſma Socratis ope intellectus agẽtis imprimit ſpeciem intelligibilem in intellectu Platonis, dantur cauſſæ ſufficientes ad productionem conceptus Socratis nec enim phantaſma Socratis poſtea magis applicari poteſt, & coniungi cum intellectu poſſibili Platonis, cum illo concurrere poſſit ad generationem conceptus Socratis) is autem conceptus eſt perfectiſſimus omnium ſimplicium, qui de Socrate haberi poſſunt, nec verò quidquam eſt, quod eius productionem impediat: continuò igitur illum Plato eliciet. Quare primus, ac facillimus omnium conceptuum eſt conceptus rei ſingularis.

3. Probatio ex eodem cap.

TERTIO, quia cum multæ cauſſæ naturales ſufficientes ad diuerſa effecta ſeſe impedientia ſimul ponuntur, ſemper effectus omnium ſimul concurrentium impedit peculiarem effectum cuiuſlibet earum, quo pacto illuminatio à multis lucernis ſimul poſitis impedit illuminationem præciſam ſingularium. Cùm enim ſingulæ per ſe poſſint peculiare quoddam luminis indiuiduum producere, coniunctæ tamen vnum tantum producũt, diuerſum ab omnibus, quæ à ſingulis producerentur: idémque in calore, & aliis qualitatibus habentibus contrarium clarius videbunt ij, qui ſolas huiuſmodi qualitates negant plures numero eſſe poſſe in eodem ſubiecto. Atqui in eo temporis momento, in quo phantaſma rei ſingularis concurrit cum intellectu agẽte ad productionem ſpeciei intelligibilis, dantur in anima noſtra cauſſæ naturales ſufficientes non ſolum ad conceptum naturæ ſpecificæ, ſed etiam rei ſingularis, igitur ſi conceptus naturæ ſpecificæ & conceptus rei ſingularis ita ſe impediant, vt ſimul aut difficile, aut minùs facilè dari queant in eodem intellectu, non dubium erit, quin conceptus, qui produci poteſt ab intellectu cum ſpecie intelligibili, & phãtaſmate ſimul concurrentibus, modo aliquo impediturus ſit naturaliter cõceptum, qui produci poteſt ab intellectu cum ſola ſpecie intelligibili, niſi voluntas intellectum determinet, vt ad ſolam naturam ſpecificam attendat, aut vt ſimul ſpeciem, & indiuiduum vtcumque concipiat. Conceptus autem ad quem concurrit phantaſma eſt conceptus rei ſingularis, iſque aut difficile, aut minùs facile ſimul elicitur cum conceptu naturæ ſpecificæ, vt experientia & ratio limitatæ applicationis potentiarum nos docet: eſt igitur is omnium primus, ac facillimus.

4. Ex conditione ipſius effectus.

POSTREMO, quia natura comparatum eſt, vt effectus magis ſequatur conditionem cauſſæ particularis, quàm vniuerſalis, vt eſt inductione perſpicuum, atqui phantaſma eſt cauſſa omnino particularis, intellectus autem, & ſpecies intelligibiles habent ſe vt cauſſæ vniuerſales, quod ex ſupradictis patet: igitur cùm hæc tria ita iunguntur, & applicantur ad agendum, vt poſſint conceptum producere: magis ſequetur conceptus conditionem phantaſmatis, quàm intellectus cum ſola ſpecie intelligibili concurrentis: cùm igitur phantaſma ſit rei puræ ſingularis: erit vtique naturaliter is conceptus, rei potiùs ſingularis quàm naturæ ſpecificæ. Quò fit, vt conceptus rei ſingularis ſit primus, & facillimus omnium.

Sect. 4. & 5.

ADDI

4. *Ex Ariſtotele.* ADDI poteſt confirmatio huius concluſionis ex Ariſtotele, tertio lib. de Anima. Eam enim videtur ſignificaſſe loco illo capitis quarti ſuperius citato, cum docuit, naturam vniuerſalem cognoſci eadem potentia, qua cognoſcitur res ſingularis, habente tamen, ſe habet linea extenſa ad ſe ipſam prius inflexam. Planè enim docuit his verbis prius intellectum noſtrum intelligere res ſingulares adiumento phantaſmatis quàm ſpecie ſola intelligibili quaſi extendatur, & recta pergat ad naturam communem, quæ præcisè per ſpeciem repræſentatur, eamq́ue per ſe, ac directo percipiat. Ita patet facilius ſingularia ab intellectu percipi, quàm vniuerſalia. *Text. 10.*

Obiectio. AT dicet aliquis. Pueri propter ſenſuum imbecillitatem prius cognoſcunt patrem vt virum, quàm vt hunc virum, & matrem vt mulierem, quàm vt hanc mulierem, idcirco enim, *viros omnes appellant patres & mulieres matres*, vt ait Ariſt. initio Phyſ. eadémque ratione videntur prius cognoſcere equum, mulum & cætera iumenta, vt iuméta, quàm vt talia iumenta, cum ij, qui primo nouerunt equum, iumenta omnia equos appellent. Non eſt igitur perpetuo verum, ſingularia prius, ac facilius concipi à nobis, quàm vniuerſalia. *Text. 9.*

Dilutio. HVIC obiectioni reſpondendum eſt, non ideo pueros appellare viros omnes patres, & mulieres matres, quòd concipiát præcisè naturam communem viri vt diſtinguitur ab hoc & illo viro, aut naturam mulieris, vt diſtinguitur ab hac & illa, ſed ideo id accidere, quia ita imperfectè cognoſcunt ſingularia, vt ea, quæ ſunt parum diſſimilia inter ſe planè diſtinguere non poſſint, propter ſenſuum imbecillitatem, quod idem accidit in dignoſcendis cæteris rebus, quæ inter ſe aliquam habent ſimilitudinem. Non cognoſci autem à pueris vniuerſalia, etiam ſi viros omnes apprehendant, vt patres, & mulieres, vt matres, vel ex eo confirmabis, quia ſimile quid faciunt brutæ animantes, quæ tamen vniuerſalia apprehendere non poſſunt. Cernimus enim agnum recens natum quamlibet ouem ſequi quaſi matrem, quod non alia de cauſſa euenit, niſi quia nondum poteſt diſtinguere matrem à cæteris. Vnde fit, vt paulò pòſt roborato magis ſenſu, ſolam matrem comitetur. Quare exemplum puerorum, quæ Ariſt. probat in Phyſicis vniuerſaliora eſſe nobis notiora, non alia ratione ad rem propoſitam confirmandam valet, niſi quatenus indiuiduum vagum eſt ſimile quodammodo naturæ vniuerſali, puerique, ac brutæ animantes propter ſenſuum imbecillitatem, qua initio laborant, prius apprehendunt ſingularia ſub notitia vaga, quàm determinata, quemadmodum roborato etiam ſenſu fit, cum animalia è loco remoto venientia cernuntur.

Confirmatur ex cognitione brutorũ animalium.

Conſectariũ. COLLIGI tamen ex hac ſolutione poteſt, quandocunque ſenſu ob impedimentum aliquod prius percipimus indiuiduum vagum, quàm determinatum, idem quoque accidere in intellectu. ſat autem eſt ad perceptionem indiuidui vagi per intellectum ſpecies intelligibilis naturæ communis, & imperfectum phantaſma rei ſingularis, quemadmodum ad perceptionem eiuſdem per ſenſum, ſufficit idem phantaſma imperfectum.

HÆC

Hæc cum oſtenſa ſint in iis ſingularibus, quæ phantaſmata ſui in nos imprimunt, fere etiam intelligenda ſunt in iis, quæ ſenſibus non percipiuntur. Nam etſi hæc longo admodum diſcurſu cognoſcuntur à nobis, maiori tamen plurimum intelliguntur eorum vniuerſalia. Dico autem vt plurimũ, quia fieri poteſt, vt aliquãdo hæc ex vniuerſalib. attributis ſimul iunctis colligantur, quo pacto colligimus ſingularẽ Dei conceptum, ex conceptibus entis, & independentis, vel actus, & puri. *Explicatur magis concluſio.*

Quo pacto ſpecies intelligibiles, & conceptus in nobis gignantur, itémque ſolutio argumentorum partis oppoſitæ.

SECTIO VIII.

Verum antequam diſſoluamus argumenta partis oppoſitæ, operæpretium erit paucis exponere, quo pacto intellectus noſter & ſpecies intelligibiles accipiat à rebus, & rerum ipſarum conceptus eliciat. *Quo pacto ſpecies intelligibiles, & cõceptus in nobis naturaliter gignantur.*

Ac primæ quidem ſpecies intelligibiles ſemper gignuntur actione intellectus agentis, & phantaſmatis ſimul concurrentium, vt dictum eſt, poſſúntque eiuſmodi ſpecies eſſe vel ſpecierum infimarum, vt hominis, vel generum, vt animalis, aut viuentis. Nam ſi phantaſma ſit Socratis occurrentis, ſiue vt eſt hic homo, ſiue vt eſt aliquis homo quem nondum planè à cæteris hominibus diſcernamus, ſpecies, quæ gignetur erit naturæ ſpecificæ hominis: ſi verò, vt ſingulare animal, ſpecies erit animalis, ſi vt ſingulare viuens, ſpecies erit viuentis, atque ita ſurſum verſus. Iam enim patet ex ſuperiori quæſtione, multis modis rem eandẽ ſingularẽ poſſe occurrere ſenſib. noſtris, & internis, & externis, tametſi hoc intereſt inter occurſum rei, vt eſt indiuiduum ſpeciei infimę, & vt eſt indiuiduũ cuiuſuis generis, quod cũ priori modo illa cognoſcitur à nobis, aut cognoſcitur vt indiuiduum vagum aut vt determinatum, quemadmodum diximus de Socrate, at poſteriori modo ſemper cognoſcitur vt vagum. Qui enim nondum diſcernit, cuius ſpeciei infimæ ſit res obiecta, minus diſcernere poterit, quodnam ſit indiuiduum determinatè, hoc eſt, vt à cæteris omnibus diſtinguitur, etiam eiuſdem ſpeciei infimæ. Eo autem temporis momento, quo gignitur ſpecies intelligibilis, ſimul elicit intellectus poſſibilis conceptũ eius indiuidui, quod tũc occurrit, niſi mens ita ſit alio intenta, vt ab ea operatione impediatur. Quod eodẽ modo accidit in ſenſibus externis, qui ſæpè res commodiſſimè obiectas non percipiunt, quia anima vehementi aliqua applicatione in alia re occupata eſt. Itaque generatio hæc ſiue ſpecierum intelligibiliũ, ſiue cõceptuum merè naturalis eſt. *Indiuidua generum ſemper cognoſci vage.*

Sed contra hæc ſic obiiciat aliquis: Species ſenſibiles, per quas Socrates cernitur à Platone, nunc ex loco remoto, nunc ex propinquo, ſunt eiuſdem ſpeciei: tum quia non differunt inter ſe, niſi claritate repræſentandi: tum etiam, quia ex eodem loco remoto, ex quo Socrates à Platone cernitur, vt quoddam animal, cerni poteſt ab Alcibiade acutius vidente, vt quidam homo, & ab alio etiam, vt Socrates: igitur phantaſmata omnia impreſſa ab huiuſmodi ſpeciebus ſenſibilibus *Obiectio.*

ſunt eiuſdem ſpeciei, totúmque Socratem repræſentant: at phantaſmata generant in intellectu ſpecies intelligibiles ſecundum vltimum potentiæ, cùm ad earũ generationem naturaliter, concurrant: igitur omnes ſpecies intelligibiles, quæ gignũtur à phãtaſmatibus Socratis ſunt eiuſdem ſpeciei, totámque naturam communem Socratis repræſentant, ipſámque etiam differentiam indiuiduantem repræſentarent, ſi ſpecies intelligibiles ſingularium in intellectu imprimi poſſent, immò verò ſunt vna, & eadem ſpecies intelligibilis, quia fieri non poteſt, vt in eadem potentia dentur ſimul duæ ſpecies numero eiuſdem omnino rei, quæ ſola maiori, & minori claritate repræſentationis inter ſe differant. Non rectè igitur dictum eſt, à phantaſmate Socratis, & intellectu agente nunc gigni naturaliter ſpeciem intelligibilem hominis, nunc vero animalis præcisè, alias etiam viuentis, &c.

Dilutio notanda.

Hvic obiectioni reſpondendum eſt: Primum quidem non eſſe improbabile, ſpecies ſenſibiles, quibus Socrates cernitur vt quoddam animal & vt quidam homo, & vt Socrates, eſſe diuerſarum ſpecierum. Nam quemadmodum cognitiones animalis hominis, & Socratis differunt ſpecie, vt patebit lib. 6. ita & ſpecies quibus cognoſcuntur, differre poſſunt, quare non differre huiuſmodi ſpecies inter ſe ſola perſpicuitate repræſentationis, ſed repræſentatione etiam ipſa, ſiquidem ſpecies cuiuſdam animalis ſolũm repræſentat animal, & eius ſingularitatem indeterminatam, ſpecies autem cuiuſdam hominis hominem tãtum, & indefinitam eius ſingularitatem, ac denique ſpecies Socratis Socratem determinatè, ac definitè, totũ, inquam, hominem, & certam eius differentiam indiuiduantem. Nec vero referre quicquam, quod ex eodem loco Socrates cernatur à diuerſis, vt quoddã animal, & vt quidam homo, & vt Socrates: poſſunt enim ex eadem diſtantia obiecti diuerſarum ſpecierum ſpecies ſenſibiles oculis diuerſorum imprimi iuxta diuerſam organorum diſpoſitionem. Vnde fit, vt productio huiuſmodi ſpecierum ab obiectis non habeat eandem ſphæram (vt dicitur) actiuitatis reſpectu omnium ſiue oculorum, ſiue mediorũ, ſiue reſpectu eodem modo diſpoſitorum. Deinde vero, poſita idẽtitate ſpecifica eiuſmodi ſenſibilium ſpecierum dicendum eſt, áliam eſſe rationẽ in iis ſpeciebus, quæ imprimuntur in ſenſus externos, aliam in iis, quæ in phantaſia. Intelligimus autem nomine phantaſiæ in tota hac quæſtione, quemadmodum & in ſuperiori, quemlibet ex ſenſibus interioribus, quemadmodum nomine phantaſmatis, quamlibet eorum ſpeciem impreſſam, dicturi alias de interiorũ ſenſuum diſtinctione, & num eorum omnium ſpecies concurrere poſſint cum intellectu agente ad productionem ſpeciei intelligibilis: eſt enim res, quæ longiori diſcuſsione indiget, & cuius definitio nihil facit ad inſtitutam diſputationem.

Num ſpecies ſenſibiles eiuſdem obiecti poſsint eſſe ſpeciei.

Quid intelligatur in hac diſputatione nominibus phantaſiæ, & phantaſmatũ.

Quo pacto ſpecies ſenſibiles imprimantur in ſenſum externum.

Qvod vero alia ſit ratio, ex eo patet, quia productio ſpecierum in ſenſus exteriores tota eſt ab obiecto perfectius, aut minus perfectè imprimente ſui ſimilitudinem, per quam etiam ſi eiuſdem ſpeciei ſit poteſt ſenſus externus diuerſas ſpecie cognitiones habere & qui acutior fuerit perfectionem ex eodem loco, ex quo obtuſior minus perfectam habet: quanquam enim omnes ſpecies ab obiecto

productæ

productæ totum illud repræſentent, ea tamen, quæ imperfectius id præſtabant non ſatis erunt,& cum obtuſiori ſenſu perfectam ſenſationem efficiant,quam nihilominus efficient cum acuto & perfecto.

Quo pacto phantaſmata in ſenſum internum.

At productio phantaſmatum non fit immediate ab obiecto, nec etiam ab ſpecie ſenſibili impreſſa in ſenſum exteriorem, cuius rei argumento eſt,quod impreſſam oculis ſpecie hominis coram ſtantis, ſæpe nullum eius in nobis relinquitur phātaſma, ſi illum non videamus, impedito aſpectu à vehementi applicatione animi, ſed fit ab actu ſenſus externi,aut (quod eodem redit) ab ſpecie in illum impreſſa, quatenus per eam ſentimus, quo fit vt quanquam ſpecies per quam videmus Socratem, vt quoddam animal, & vt quemdam hominem, & vt Socratem, ſint eiuſdem ſpeciei, tamen quia videndi actus ſpecie differunt, phantaſmata quoque ab eis genita differant ſpecie. Vnde obiter colliges phantaſma vagum, & determinatum differre ſpecie. Quare cum phantaſmata Socratis, vt eſt quoddam animal, & vt eſt quidam homo, & vt eſt hic deſignatus homo, differant ſpecie, nihil mirum eſt, ſi diuerſas ſpecie formas intelligibiles in intellectum imprimant, niſi quod duo poſteriora phantaſmata ſolam ſpeciem intelligibilem hominis producere poſſunt, quod propria Socratis produci nequeat.

Phantaſmata vaga, & determinata differre ſpecie.

Quo pacto phantaſmata concurrant ad productionem ſpecierum intelligibilium.

Quin etiam, cum phantaſmata non concurrant cum intellectu agente, niſi quatenus per ea phantaſia actu operatur, etſi prędicta phantaſmata eſſent eiuſdem ſpeciei, totúmque Socratem repræſentarent, tamen apprehenſo à phantaſia Socrate, vt quodam animali tantum, ſola ſpecies intelligibilis animalis produceretur, atque ita ſurſum verſus: Non eſt igitur quod de prædicta ſpecierum intelligibilium naturali productione ob argumentum propoſitum dubitemus.

De libera ſpecierum intelligibilium & conceptuum productione.

Alia vero eſt, & ſpecierum intelligibilium, & conceptuum non naturalis, ſed libera productio, tametſi productio ſpecierum naturaliter conſequitur liberam conceptuum productionem. Cum enim in intellectu plures ſpecies intelligibiles diuerſarum ſpecierum infimarum illo priori modo impreſſæ ſunt, iam liberè quiſque concipere poteſt, tum indiuidua, quorum habet phantaſmata, tum etiam quaſlibet naturas communes per eas ſpecies, ſiue primo, ſiue ſecundaria ratione repræſentatas. Verbi cauſſa per ſpeciem intelligibilem hominis poteſt intelligere, tum hominem, cuius illa eſt prima, & adæquata ſimilitudo, tum etiam genera omnia, & differentias, quas ſecundaria ratione, ac implicitè repræſentat, tametſi facillimè omnium intelliget naturam humanam, quæ primo repræſentatur, & ex generibus, & differentiis, quæ in illa inuoluuntur, ea, quæ illius complementum propius accedunt, vt ſuperiori quoque quæſtione dictum eſt. Id autem cum facere poſſit intellectus, ſæpè euenit, vt conferat non ſolum indiuidua eiuſdem ſpeciei inter ipſa, veluti Socratem cum Platone, ſed etiam diuerſarum; vt Socratem cum Bucephalo, atque adeo ipſas diuerſas ſpecies, vt hominem cum equo: in qua collatione multa inuenire poteſt, in quibus illa differant, multa etiam in quibus conueniant.

Quo pacto collatione rerum.

Google

S i ergo conſideret ea, in quibus differunt indiuidua ſub eadem ſpecie: adhuc eiuſmodi conceptus erunt ſingularium entitatum. Si vero conſideret ea, in quibus proximè conueniunt: iam habebit conceptum præciſum naturæ ſpecificæ. Sin autem conſideret ea, in quibus diuerſæ ſpecies infimæ inter ſe differunt: eliciet conceptus abſtractos à differentiis indiuiduantibus, quibus illarum differentiæ exprimentur, per quos conceptus non gignentur nouæ ſpecies intelligibiles differentiarum, ſi vera eſt ſententia eorum, qui volunt differentias non habere peculiares ſpecies intelligibiles, quibus repræſententur; ſed per eas tantum repræſentari, per quas repræſentantur ipſæ naturæ ſpecificæ. Si denique conſideret ea, in quibus conueniunt, iam habebitur conceptus generis proximi quidem, ſi conſideret id, in quo proximè conueniunt, remoti vero ſi id, in quo remotè: niſi conuenientia ſit adeo remota, vt conceptus non ſit vniuocus, ſed analogicus, vt ſi concipiatur conuenientia omnium rerum in ente, aut omnium accidentium in accidente, quo pacto cõferri poſſunt, non ſolum ſpecies cum ſpeciebus, ſed etiam genera ſumma inter ſeſe. Hoc autem cum ſit, non dubium eſſe debet, quin ex eiuſmodi cõceptibus gignantur nouæ ſpecies intelligibiles generum, ad quarum productionem, iam non concurrent phantaſmata, nec item intellectus agens vt eſt communior Philoſophorum ſententia: tametſi eiuſmodi ſpecies non gignentur, ſi iam fuerint genitæ ex phantaſmate alicuius indiuidui occurrentis ſub ratione indiuidui illius generis dumtaxat, quod fieri poſſe iam dictum eſt.

Dari in intellectu ſpecies quæ naturas genericas præciſe repræſentent.

1. *Oſtenditur id ex actu concipiendi naturã abſtracte.*

Q v o d autem id dubium eſſe non debeat, ex eo primum patet, quia conceptus eſt actualis ſimilitudo rei: ex ſimilitudine autem actuali aliqua habitualis relinqui debet in intellectu, nondum informato ſimilitudine naturæ, quæ concipitur. Quod ſi dicas, naturam genericam iam antea repræſentatam fuiſſe in ſpecie intelligibili naturæ ſpecificæ ea ratione non ſatisfacies, quia repræſentatio illa erat implicita, ſecundaria.

2. *Ex ipſa facilitate abſtractè cõcipiẽdi. Notanda diluitio tacitæ obiectionis.*

D e i n d e, quia poſtquam communem conceptum genericæ naturæ elicuimus, experimur multo nos facilius, cùm volumus, eandem naturam ſyncerè ſiue abſtractè concipere, quod vtique non accideret, ſi in intellectu non relinqueretur nouus habitus, qui abſtractè eam naturam repræſentaret. Nec enim ad id ſatis videtur eſſe affectio ea relicta, qua intellectus diſponitur ad faciliorem vſum ſpecierum, ſed opus eſt præterea, vt ex parte ſpecierum detur præciſa quædam, & abſtractiua repræſentatio eiuſdem naturæ, quippe cùm experiamur relinqui in nobis non ſolum propenſionem, & facilitatem ad vſum ſpecierum intelligibilium, quas ante habebamus, ſed etiam tam præciſam repræſentationem habitualem naturæ genericæ, quàm habebamus ſpecificarum.

3. *Ex communi quodam pronunciato.*

T e r t i o, quia qui cenſent generari in nobis primo ſpecies intelligibiles rerum ſingularium, fatentur non amplius eſſe opus intellectu agente ad generationem ſpecierum, quibus naturæ ſuperiorum repræſententur, eo quod ipſe intellectus poſſibilis elicere poſſit ſpecies

 ſuperio

ſuperiorum ex ſpeciebus inferiorum, id quod etiam fatentur omnes facta eadem hypotheſi: ergo ſi iam ponantur genitæ ſpecies intelligibiles ſpecierum infimarum, par ratio erit, vt dicamus intellectum poſſibilem poſſe ab eis abſtrahere ſpecies intelligibiles generum: at intellectus poſſibilis non poteſt eas alia ratione abſtrahere, quàm formando conceptus præciſos generũ, vt animalis, aut viuentis, per quos gignantur eiuſmodi ſpecies: ergo, &c.

POSTREMO quia niſi ea ſpecies relinqueretur, daretur poſtea in intellectu quædam, vt ita dicam, perplexitas, cum quis vellet naturam eandem abſtractè & nulla habita ratione naturarũ ſpecialium cõcipere. Poſtquam enim ex collatione hominis, & equi abſtractè concepiſti naturam animalis, ſi poſteà eandem audito animalis vocabulo, nulloque modo ad hominem aut equum, aliámve ſpeciem attendens mente concipis, qua quæſo ſpecie intelligibili illam percipis? aut enim omnibus intelligibilibus ſpeciebus ſpecialium animalium, aut nulla. Nec enim potior ratio in vna ſpecie eſt, quàm in cæteris. Vt ergo iterentur huiuſmodi conceptus generum ſine vlla perplexitate quo pacto illum iterari experimur: dicendum potiùs eſt, relinqui ex primis illis actibus concipiendi naturas genericas, ſimiles quaſdam ſpecies & quaſi veſtigia impreſſa, quibus facilè intellectus poſteà eiuſmodi naturas præciſè concipiat, ſine vlla conſideratione inferiorum. *Ex perplexitate, quæ alioqui daretur.*

QVOD magis etiam aduertere debuiſſent nonnulli ex recentioribus, qui vſque adeò diuerterunt à communi veterum ſententia, vt ſolas ſpecies intelligibiles rerum ſingularium eſſe cenſeant. In maiori enim numero ſpecierum intelligibilium, maiorem perplexitatem dari neceſſe eſt. Hac eadem, & aliis de cauſis videntur ponendæ in ſubſtantiis ſeparatis præter ſpecies intelligibiles naturarum ſpecialium, ſiue latiùs patentium, ſiue minùs latè (pro dignitate nimirum cuiuſque) ſpecies omnium ſuperiorum generum propriæ. *De ſpeciebus intelligibilibus generum in ſubſtantiis ſeparatis.*

NON tamen latet nos argumentum hoc ſuſpectum videri poſſe, quòd multa certa, & per ſe nota videatur impugnare, vt intentionem & remiſſionem formarum, omnéſque omnino generationes, ſiue ſubſtantiales, ſiue accidentales. Cur enim potiùs hic numero gradus caloris ab hoc agente introducatur, aut expellatur, quàm ille? cur item potius hic numero equus, aut hic radius luminis gignatur, quàm ille? ſi cauſæ ſecundæ quærantur, nulla prorſus eſt: proinde aut negandæ ſunt intentio, remiſſio & omnes generationes, aut dicendum, propoſitum argumentum nullam vim habere, recurrendumque eſſe in huiuſmodi perplexitatibus ad determinationem diuinæ voluntatis. Sed hæc nihil obſtant, quominùs propoſito argumento innitamur. Quamquam enim in quibuſdam euentis (vt in iis quæ dicta ſunt) oportet recurrere ad diuinæ voluntatis determinationem, præfinitionémque, vt 5 lib. docebimus: non eſt tamen id faciendum, vbi ratio ex cauſis ſecundis reddi poteſt. Redditur autem ea optimè in re propoſita ex ſpeciebus intelligibilibus generum relictis ex eorum conceptibus præciſis. *Qua ratione nitendũ propoſito argumento.*

ATQVE hæc obiter de generatione ſpecierum intelligibilium

& conceptuum dicta ſint hoc loco. Ex quibus manifeſtum relinquitur, primum cognitum ab intellectu noſtro eſſe rem ſingularem. Qua ex parte recte ſentiunt Durandus 2. ſent. d. 3. q 7. Burlæus 1. Phyſ. lib. ad caput 2. & Nominales omnes, vt Ochamus 1. ſent. d. 3. q. 5. & Gregorius ibid. q. 3. tametſi in aliis pleriſque labuntur. Num autem ſpecies intelligibiles ſint ex genere earum formarum, quæ non intenduntur actibus noſtris, veluti ſpecies ſenſibiles, quæ ab obiectis in ſenſus externos imprimuntur, & ſpecies intelligibiles, quæ Angelis more proprietatum inditæ ſunt, & in animos noſtros, cùm à corporibus ſeparantur, naturaliter influunt, an vero intendantur iis actibus concipiendi, qui per eas eliciuntur: & quo pacto: num quo ad repræſentationem plurium rerum, entitatúmue, an potius quoad perſpicuitatem repræſentandi, libro 8. explicabimus, cùm de intenſione & extenſione formarum diſſeremus.

Dubia dilata in lib. 8.

Reſponſio ad argumẽta partis oppoſita.

AD primum igitur argumentum eorum, quibus ſuadebatur, faciliùs vniuerſalia, quàm ſingularia intelligi, dicendum eſt, nihil referre, quod in intellectu non ſint ſpecies intelligibiles rerum ſingularium propriæ. Satis eſt enim concurſus phantaſmatis, vt ſuppleat id, quod deeſt ſpeciebus intelligibilibus naturarum communium.

AD ſecundum dicendum eſt, conceptus rerum ſingularium non propriè dici reflexè, ſed tranſlatitiè, vt dictum eſt. Eſt autem & naturæ, & dignitatis ordini conuenientius, vt primum intellectus noſter ſe quodammodo inflectat inferiori potentiæ à qua iuuatur, deinde ipſe per ſe ſuas operationes exerceat, quàm contrà. Ad eam vero commentationem Caietani ſatis iam reſponſum eſt ſuprà, nec quemquam experiri, neceſſarium ſibi eſſe eum diſcurſum, vt rem ſingularem concipiat, nec verò illum ſatis eſſe ad res ſingulares determinatè percipiendas: proinde nihil eſſe ad rem eum modum reflexæ cognitionis. Denique modus ille, quem D. Thom. in locis citatis exponit, & paucissimis contigit, & longiori diſcurſu indiget, quàm in nobis fieri experiamur ad ſingularia concipienda: præter quàm quòd ille non ſatis eſt ad intelligenda ſingularia ſecundum proprias, & peculiares eorum rationes, veluti Socratem, vt Socratem, & Platonem, vt Platonem, ſed tantum vt remotas cauſſas ſpecierum intelligibilium, actuúmque intelligendi. Quare neceſſe eſt ponere alium modum, quo ſingularia vt talia ſunt tam facile à nobis concipiantur quàm experimur, qui quidem alius non videtur eſſe poſſe, niſi is, qui à nobis explicatus eſt. Nec D. Thomas eum modum negauit vnquam, ſed potius ſignificaſſe videtur 1. par. quæſt. 86. art. 1. amplexus tandem illum extremo opere, tanquam omnium optimum, & omnibus familiariſſimum, ac facillimum.

Quid de modo cognitionis reflexa à Diuo Thoma tradita.

Exponitur locus Ariſtot.

AD tertium dici poſſet; Vniuerſalia appellari ab Ariſt. *notiora ratione, & ſingularia notiora ſenſu*, quoad habitualem cognitionem, ſi veriſimile eſſet illum non de actuali, ſed de ſola habituali cognitione eſſe intelligendum eo loco. Vt enim ſimilitudines habituales, quæ ſunt in intellectu, non repræſentant per ſe, & determinatè niſi vniuerſalia, ita quæ in ſenſus interiores imprimuntur, non repræſentant

tant

tant per ſe niſi ſingularia: quò fit, vt hoc pacto notiora ſint intellectui vniuerſalia, quàm ſingularia: & ſenſui ſingularia quàm vniuerſalia. Notius eſt enim id, quod per ſe, quàm quod per accidens repræſentatur.

VERVM, quia Ariſt. non videtur actualem cognitionem excludere, ſed potiùs de ea præcipuè agere: crediderim dicendum, ea pronunciata intelligenda eſſe de cognitione, quæ methodo aliqua, ſeu, vt Latini loquuntur, via, & ratione comparatur. Hæc enim habetur de vniuerſalibus per ſcientiam: de ſingularibus per experientiam, conſtat autem ſcientiam verſari per ſe in vniuerſalibus, per accidens in ſingularibus: experientiam è contrario, per ſe in ſingularibus, per accidens in vniuerſalibus, vt egregiè expoſitum habes ab ipſo Authore cap. 1. huius libri & forſitan ob hanc cauſſam non vſus eſt ille in priori loco nomine intellectus, ſed rationis, quod vſitatius eſt in ſignificanda cognitione per cauſſam, quam omnes ſcientiam appellamus, quemadmodum in poſteriori: cum ſic ait: *Quinetiam expertos magis, quàm eos qui rationem ſine experientia tenent, &c.* Et paulò pòſt cum ita ſcribit: *Si quis igitur, ſine experientia rationem teneat, &c.*

Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.

SECTIO VI.

RELIQVVM eſt igitur, vt ea arguméta diſſoluamus, quibus initio oſtendi videbatur, ſingularia ſenſibilia non intelligi à nobis, ſed ſenſu duntaxat percipi. Ad quorum primum iuxta ea, quæ proximè dicta ſunt, reſpondendum eſt, ideò vniuerſalia dici ab Ariſt notiora ratione, quod ea *Cur vniuerſalia dicantur ratione, notiora & ſenſu ſingularia.*
Sect. 1. ſola per ſe ſciantur: contrà verò ſingularia eſſe notiora ſenſu, quòd ea ſola per ſe cadant ſub experientiam ſenſus: quidquid dicendum ſit de ea cognitione intellectiua, quæ non eſt ſcientia.

Ex his patet reſponſio ad ſecundum. Nec enim eo loco videtur eſſe ſermo de obiectis intellectus, & ſenſus, ſed de iis, quæ per ſe cadunt ſub cognitionem ſiue actualem, ſiue habitualem, quæ via, & ratione comparatur. Aut dicito, diſtingui eo loco obiectum intellectus, & ſenſus per exceſſum, quem habet intellectus ſupra ſenſum: Nam etſi intellectus poteſt per ſe percipere ſingularia, quemadmodum & ſenſus, tamen id, in quo ille excedit ſentiendi vim in rebus ſenſibilibus eſt cognitio vniuerſalium. Hæc enim à ſolo intellectu per ſe cognoſci poſſunt, & in his ſolis per ſe verſatur ſcientia. Nec nouum eſt, aut præter rationem deſignari obiecta potentiarum per ea, in quibus aliæ alias excedunt, cùm id doceat Ariſt. 1. de Cœlo cap. *Qua ratione ſenſum excedat intellectus.* *Potentias ſuperiores definiendas eſſe per exceſſum.*
Tex. 116. 11. vt ſi equus portare poſſit decem talentu, homo verò vnum tantùm, vis portandi, quam equus habet, rectè definietur per decem talenta, & ſi equus minora quoque pondera portare poſſit. Quapropter ad duas illas argumentationes, quæ ex 1. Phyſico. extruebantur, negandum eſt, eodem modo vniuerſale eſſe obiectum intellectus, quo

quo ſingulare eſt obiectum ſenſus. Neque enim vniuerſale eſt adæquatum obiectum intellectus quemadmodum ſingulare eſt adæquatum ſenſus, quippe cum ſingularia cadant per ſe ſub intellectum, non item vniuerſalia ſub ſenſum.

Quorumdã reſponſio.

Refutatio.

AD tertium non deſunt, qui dicant intellectum noſtrum ideo percipere ſingularia materialia, quia anima intellectiua eſt quodammodo materialis, propter naturalem propenſionem ad informandum corpus, & quamdam dependentiam à ſenſibus, quam intellectus habet dum eſt in corpore. Sed animaduertunt abſurdiſsimum illud ex ea reſponſione effici, fore vt ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ omnino immateriales ſunt, non intelligant eadem ſingularia: immò neque eorum vniuerſalia, quæ materiam includunt. Potius igitur dicendum eſt ad argumentum, proportionem, quæ inter potentiam, & obiectum requiritur, eam eſſe debere, vt potentia non ſit inæqualis obiecto ob defectum: quam vocant proportionem minoris inæqualitatis. Nemo enim vnquam negauit poſſe dari proportionem maioris inæqualitatis in potentiis, hoc eſt, maiorem poſſe vim eſſe in potentia, quàm obiecto percipiendo ſit ſatis, ſed omnes fatentur non debere eſſe minorem, vt eſt in ſenſibus reſpectu rerum materiæ expertium. Cùm igitur potentiæ immateriales maiorem vim habeant, quàm materiales, nihil impedit, quò minus materialia poſsint attingere, ſiue ea ſint aliqua ex parte materialia, vt naturæ vniuerſales, ſiue omnino vt res ſingulares.

Quæ proportio inter potentiã & obiectum requiratur.

AD quartum dicendum eſt, etſi vniuerſalia ſyncerè à nobis intelligi non poſſunt, quamdiu à ſingularibus non abſtrahuntur, ſeu (quod idem eſt) quamdiu in nobis nõ detur earum ſpecies intelligibilis, non ideo tamen rectè dici ſingularia eſſe in cauſa, cur vniuerſalia non intelligantur, imò verò, cum ſingularia per ſenſus externos imprimant ſui ſpecies in ſenſum interiorem, à quibus intelligibiles ſpecies gignuntur: potius dicendum eſt, illa in cauſſa eſſe, cur à nobis vniuerſalia intelligantur.

Singularia apud nos in cauſa eſſe, cur vniuerſalia intelligantur.

AD quintum ſic reſpondendum. Si ſingularia ſenſibilia intelligerentur à nobis per ſpecies congenitas, vt intelliguntur à ſubſtantiis ſeparatis, tũ demũ non eſſet, cur ſenſibus indigeremus, quemadmodũ illæ non indigent. Nunc autem, cum omnis noſtra cognitio à ſenſibus ortum habeat, inde fit, vt non ſolum propter cognitionem ſingularium, ſed ipſorum etiam vniuerſalium indigeamus ſenſibus.

SEXTVM argumentum ſupponit, ſingularia ſenſibilia non poſſe intelligi à nobis niſi per proprias eorum ſpecies intelligibiles, quo pacto rectè concludit, ſi ea tantum cauſſa ſpectetur, ob quam Ariſtoteles intellectum agentem perſpicuè induxit. Neque enim ille alia ratione neceſſarium eſſe dixit, niſi propter abſtractionem naturarum communium à ſingularibus materialibus, quam primo fieri voluit per ſpecies præciſas naturarum communium. Quod ſi primo ſpecies intelligibiles ſingularium in intellectum noſtrum imprimerentur, iam prima abſtractio communium naturarum poſſet fieri per conceptus earum præciſos ex conſideratione, & collatione ſingularium elicitos.

Vnde Ariſtoteles neceſſitatem colligat intellectus agentis.

elicitos,ex quibus conceptibus reſultarent ſpecies intelligibiles, quæ naturas communes præciſè repræſentarent,quod ſæpe accidere paulò ſuperiùs dictum eſt. Ita non eſſet neceſſarius intellectus agens.

Refellitur quorũdam de eadem re opinio.

Vnde patet non rectè ſentire eos,qui adhuc Ariſtotelis opinion e putant illum eſſe neceſſarium,vt faciat res vniuerſales tamquam præcipua obiecta intellectus poſſibilis. Nam cùm intellectus poſſibilis ſpeciebus intelligibilibus ſingularium informatus, poſsit abſtractè communes eorum naturas concipere, non dubium eſt,quin poſsit facere vniuerſalia, non modò per conceptus, ſed etiam per ſpecies relictas. Adde,non rectè ab eis dici vniuerſalia præcipua obiecta intellectus poſsibilis. Quamquam enim pura appellari poſſunt, vt in quibus cognoſcendis non miſcetur ſenſus; præcipua tamen dici nequeunt,cum ſint minus perfecta ſingularibus, neque in natura diuina dari poſsint.

Vera ſentẽtia.

Potiùs ergo dicendum eſt cum aliis, etſi ſpecies intelligibiles ſingularium ponantur, non ideò tamen ſuperuacaneum fore intellectum agentem,quia phantaſmata, cùm materialia ſint, & extenſa in corpore, non poſſunt per ſe, ac vi ſua agere in intellectum poſsibilem, qui immaterialis eſt, ad gignendas ſpecies intelligibiles, etiam ſingularium: ſed vi alicuius agentis immaterialis, quod nos di-

Quas ob cauſſas intellectũ agentẽ induxerit Ariſt.

Text.19. cimus intellectum agentem. Quamquam verò Ariſtot. huic rationi non eſt innixus expreſsè,eam tamen fortaſſe ſuppoſuit,vt dici poſsit, duplici de cauſſa inductum ab eo eſſe intellectum agentem: vna,expreſſa: altera, quæ facile ſubintelligi potuit. Nam & perſpicua erat, & ipſe fortaſſe eam innuit eodem capite, cùm dixit, *Omnes agens eſſe præſtantius patiente.* Quamquam enim hoc pronunciatum ad præſtantiam intellectus agentis confirmandam inductum eſt: tamen ad eius quoque exiſtentiam oſtendendam valet. Verùm de hac re alibi accuratius.

Explicatur locus Ariſtotelis.

AD ſeptimum dicendum eſt,Ariſtotelem in loco citato, nomine ſenſibilium, intellexiſſe ſenſibilia, quatenus ſenſibilia ſunt, hoc eſt, quatenus immutatione ſenſuum percipiuntur, vt D. Thom. exponit. Colligebat enim ſenſum communem, vt eſt in omnibus animalibus, ſatiſque patet in beſtiis, præter ſenſitiuas potentias nullam eſſe ſuperiorem cuius immutatione ſenſibilia percipiantur. Ita nihil refert, quòd homo per intellectum quoque ſingularia ſenſibilia percipiat. Oportet enim illum adhuc habere vnam aliquam potentiam ſenſitiuam, qua, poſſit de differentiis omnium ſenſibilium iudicare, ne natura eius ſenſitiua inferior ſit aliorum ſenſitiuorum natura. Atque hæc de cognitione vniuerſalium,& ſingularium, etſi aliquantò fuſiùs pro ratione loci: non inutiliter tamen dicta eſſe videbuntur.

Digitized by Google

CAPITIS TERTII EXPLANATIO.

CVM *autem conſtet.* Abſoluta præfatione aggreditur tractationem. Quoniam verò dixerat hanc ſcientiam circa cauſſas primas verſari, adductis breuiter initio huiuscapite quarto generibus cauſſarum ex ſecundo libro Phyſicorum refert ad finem vſque ſexto capite Veterum Philoſophorum opiniones de cauſſis, vt ſi quid dictum ab eis reperiat, quod à ſe uerit omiſſum, id amplectatur, ſin minùs maiorem aſtruat fidẽ iis, quæ de cauſſis docuit. Tum denique in ſeptimo capite eorum opiniones ea ex parte refutat, qua à vero videntur aberrare.

[b] *Quarum vnam dicimus.* Quæ hîc Ariſt. repetit de quatuor cauſſarum generibus quia fuſiùs ab eo tractantur ſecũdo libro Phyſicorum cap. tertio & quinto lib. huius operis capite ſecundo nõ eſt cur hoc loco explicentur. Id enim à nobis deinceps obſeruandum erit, vt quæ alibi explicatiùs ab Auctore traduntur, aut minùs habent vtilitatis, aut certè in publicis prælectionibus explicari non ſolent, omiſſis longioribus commẽtariis, breuibus tantũ ſcholiis, cùm opus fuerit, exponamus. Itaque ea tãtùm, quæ in huiuſmodi rebus ſtudioſus, ac diligens lector deſiderare poterit, carptim, breuiterq; explanabimus. Quod ad verba attinet, illud ἐξ ἀρχῆς, hoc eſt *ex principio* pro *primarum* dictum eſt, vt Alexander interpretatur, idque patet ex ſubiecta ab Ariſtotele ratione.

Modus deinceps in expoſitione tenendus.

[c] *Tamen eos quoque qui ante nos in eorum, quæ ſunt, diſputationem deſcenderunt, & de veritate philoſophati ſunt.* Conſuetudo Ariſtotelis, eſt ab opinionibus aliorum ordiri diſputationem, quæ ſanè

ΚΕΦ. Γ:

Παλαιῶν δόξαι περὶ τῶν πρώτων αἰτίων.

Ἐπεὶ [a] δὲ φανερὸν, ὅτι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων εἰ λαβεῖν ἐπιστήμην (τότε γὰρ εἰδέναι φαμὲν ἕκαστον, ὅταν τὴν πρώτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν) τὰ δ' αἴτια λέγεται τετραχῶς, ὧν [b] μίαν μὲν αἰτίαν φαμὲν εἶναι τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (ἀνάγεται γὰρ τὸ διὰ τί πρῶτον εἰς τὸν λόγον ἔσχατον, αἴτιον δὲ καὶ ἀρχὴ, τὸ διὰ τί πρῶτον) μίαν δὲ τὴν ὕλην, καὶ τὸ ὑποκείμενον, τρίτην δὲ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τετάρτην δὲ τὴν ἀντικειμένην αἰτίαν ταύτῃ, καὶ τὸ οὗ ἕνεκεν, καὶ τὸ ἀγαθὸν (τέλος γὰρ γενέσεως καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ' ἐστι) τεθεωρημένων οὖν ἱκανῶς περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, ὅμως [c] παραλάβωμεν καὶ τοὺς πρότερον ἡμῶν εἰς ἐπίσκεψιν τῶν ὄντων ἐλθόντας καὶ φιλοσοφήσαντας περὶ τῆς ἀληθείας. δῆλον γὰρ ὅτι κἀκεῖνοι λέγουσιν ἀρχάς τινας καὶ αἰτίας. ἐπελθοῦσι οὖν ἔσται τι προὔργου τῇ μεθόδῳ τῇ νῦν. ἢ γὰρ ἕτερόν τι γένος εὑρήσομεν αἰτίας, ἢ ταῖς νῦν λεγομέναις μᾶλλον πιστεύσομεν. *cap.3. tex.2 & 29.*

Τῶν δὴ [d] πρώτων φιλοσοφησάντων, οἱ πλεῖστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνον ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων. ἐξ οὗ γὰρ ἐστὶν ἅπαντα τὰ ὄντα, καὶ ἐξ οὗ γίγνεται πρώτου, καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευταῖον, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, τοῖς δὲ πάθεσι μεταβαλλούσης, τοῦτο στοιχεῖον, καὶ ταύτην τὴν ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων, καὶ διὰ τοῦτο, οὔτε γίνεσθαι οὐδὲν οἴονται, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ὡς τῆς τοιαύτης φύσεως ἀεὶ σωζομένης, ὥσπερ δὲ τὸν Σωκράτην φαμὲν, οὔτε γίγνεσθαι ἁπλῶς, ὅταν γίγνηται καλὸς, ἢ μουσικὸς. οὔτε ἀπόλλυσθαι, ὅταν ἀποβάλλῃ ταύτας τὰς ἕξεις, διὰ τὸ ὑπομένειν τὸ ὑποκείμενον, τὸν Σωκράτην αὐτὸν, οὕτως οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδέν. δεῖν γὰρ εἶναί τινα φύσιν, ἢ μίαν, ἢ πλείους μιᾶς ἐξ ὧν γίγνεται τὰ ἄλλα σωζομένης ἐκείνης. τὸ μέντοι πλῆθος, καὶ τὸ εἶδος τῆς τοιαύτης ἀρχῆς, οὐ τὸ αὐτὸ πάντες λέγουσιν.

Ἀλλὰ

quæ ſanè optima eſt Philoſophandi ratio:facile enim eſt inuentis addere, vt eſt in prouerbio.Pro quare lege 1.c.libri ſequentis,& vltimum Elenchorum.

Quo ordine Ariſtot. enumeret.

d *Plurimis igitur eorum,qui primi Philoſophati ſunt eas ſolas, quæ ſunt in ſpecie materia.* In enumerandis opinionibus de cauſſis hunc ordinem ſequitur Ariſtoteles,vt primùm referat ſententias eorum, qui materialem cauſſam poſuerunt: deinde eorum qui addiderunt efficientem, tertio loco eorum, qui formalem. Non refert autem placita eorum, qui poſuerunt finalem,quia vt ipſe capit.6.docebit, nemo apertè, ac per ſe hoc genus cauſſæ attulit. Docet igitur fuiſſe plurimos, qui cùm rerum omnium principia inquirerẽt (neque enim de vno tantum genere diſputabant, ſed de tota rerum vniuerſitate) ſolam materialem cauſſam tradiderint, tametſi alij vnum, alij plura eſſe materialia principia exiſtimauerint, vt in progreſſu apertum erit. Cur autem ſolam materiã cauſſam eſſe putauerint,hæc ratio fuit, quia cætera omnia,quæ in materia ſibi inuicem ſuccedunt,accidẽtia eſſe exiſtimarunt,ac indigna cauſſæ nomine, præſertim internæ, & eſſentialis, quam ſolùm reuera inquirebant. Primũ igitur docet, hos omnes in eo cõueniſſe,vt dicerent, materiam eſſe totam rerum ſubſtãtiam. Quoniam verò nihil poteſt ſimpliciter generari, aut corrumpi,niſi ſubſtantia mutata,docet deinde eos omnes coactos fuiſſe,vt omnem generationem, ac corruptionem ſimpliciter negarent.Si enim omnium rerum ſubſtantia eadem eſt,nihil omnino mutatur ſecundùm ſubſtantiã, quare nec generatur quicquam, nec corrumpitur ſimpliciter, ſed tantùm mutatur ſecundum alias, atque alias ſubſtantiæ affectiones.

Veterum opiniones de cauſſis.

Cur ſolã materiam cauſſam eſſe dixerunt.

Quatenus conuenerint omnes veteres Naturales.

CAPVT III.

Veterum de primis rerum cauſſis opiniones.

Text. 28. & 29.

CVM a autem conſtet, primarum cauſſarum ſcientiam capeſſendã eſſe (tunc enim rem quamque nos ſcire dicimus, cùm primam cauſſam nos cognoſcere arbitramur) cauſſæ verò quadrifariam dicantur,quarum b vnam dicimus ſubſtantiam, quidditatemq; rei(id enim primum quod in quæſtione, Propter quid eſt,quæritur,ad rationem vltimam reuocatur, eſt autem id cauſſa, & principium,quod primum in quæſtione, Propter quid eſt,quæritur) alteram verò materiam, & ſubiectum: tertiam,vnde principium motus exiſtit:quartam eam, quæ huic oppoſita eſt,& id cuius gratia, ac bonum ipſum(hoc enim omnis motus,generationisq; finis eſt) de his quidem etſi ſatis diſputatum eſt in libris de Natura,tamen c eos quoque qui ante nos in eorum, quæ ſunt,diſputationem deſcenderunt, & de veritate philoſophati ſunt,adſciſcamus, nã & illos principia quædam,cauſiáſque poſuiſſe perſpicuum eſt, quas ſi expoſuerimus, aliquid huic tractationi adiumenti afferetur. Aut enim aliud cauſſæ genus inueniemus,aut certè iis,quæ nunc expoſita ſunt magis credemus.

Plurimis d igitur eorũ,qui primi philoſophati ſunt eas ſolas, quæ ſunt in ſpecie materiæ, principia rerum omniũ eſſe crediderunt.Ex quo enim ſunt omnia, quæ ſunt,& ex quo primo fiunt, & in quod vltimum, ſubſtantia quidem permanente, ſed affectionibus mutata diſſoluuntur,id elementum, ac principium rerum omniũ eſſe aſſerunt;ob eamq; cauſſam,nec generari quicquàm exiſtimãt,nec corrumpi, quod eiuſmodi natura ſemper ſalua permaneat,vt autem Socratem dicimus, nec fieri ſimpliciter,cùm ſit bonus,aut muſicus,nec verò corrumpi,cùm hos habitus amittit, quod ſubiectũ idem permaneat, ipſe inquam Socrates ita nec quicquam aliud. Oportere enim aliquam eſſe naturam,vel vnã, vel plures vna ex quibus,ſalua illa, cætera gignantur: multitudinem verò, ſpeciemq; eiuſmodi principij non eandem omnes aſſerunt.

Sed e

Horum autem varias ſententias ita refert Ariſt. vt primo loco meminerit eorum, qui dixerunt vnum aliquid eſſe rerum omnium materiale principium: deinde eorum, qui quatuor, poſtremò eorum, qui infinita.

Thales Mileſius cur primus huius philoſophiæ auctor dicatur.

e *Sed Thales.* Thales Mileſius, vir nobiliſſimus primúſque ex ſeptem Græciæ ſapientibus idcirco dicitur huius primæ Philoſophiæ princeps, ſiue primus auctor (vtrumque enim ſignificat verbum ἀρχηγὸς) quia relictis forenſibus negotiis primus ſe ad totam rerum naturam contemplandam contulit. Quamquam enim de ſolis rebus corporeis diſſeruit, putauit tamen ſe de vniuerſo entiũ genere diſputare: quia nullam eſſe rem corporis expertem, vt alij plerique poſteriores, exiſtimauit. Eius verò opinio apertiùs hic ab Ariſtotele ponitur, quàm vt explicatione indigeat. Floruit autem Thales ætate Ezechielis, & Danielis Prophetarum, cum Populus Iſraeliticus eſſet in captiuitate Babylonica, quo tempore apud Romanos regnarunt ex ordine Tarquinius Priſcus, & Seruius Tullius.

Vide Euſebiũ in Chron. & alios.

Ἀλλὰ Θαλῆς [e] μὲν ὁ τῆς τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας, ὕδωρ φησὶν εἶναι. διὸ [f] καὶ τὴν γῆν ἐφ' ὕδατος ἀπεφήνατο εἶναι, λαβὼν ἴσως τὴν ὑπόληψιν ταύτην ἐκ τοῦ πάντων ὁρᾶν τὴν τροφὴν ὑγρὰν οὖσαν, καὶ αὐτὸ τὸ θερμὸν ἐκ τούτου γιγνόμενον, καὶ τὸ ζῷον τούτῳ ζῶν. τὸ δ' ἐξ οὗ γίγνεταί τι τοῦτ' ἐστὶν ἀρχὴ πάντων. διά τι. δὴ τοῦτο τὴν ὑπόληψιν λαβὼν ταύτην, καὶ διὰ τὸ πάντων τὰ σπέρματα τὴν φύσιν ὑγρὰν ἔχειν. τὸ δ' ὕδωρ, ἀρχὴ φύσεώς ἐστι τοῖς ὑγροῖς. εἰσὶ δέ τινες, οἳ [g] καὶ τοὺς παμπαλαίους, καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως, καὶ πρώτους θεολογήσαντας, οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως * ὑπολαβεῖν. Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν. τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον, ὅρκος [h] δὲ τὸ τιμιώτατόν ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ἀρχαία τις αὕτη, καὶ παλαιὰ τετύχηκεν οὖσα περὶ τῆς φύσεως ἡ δόξα, τάχ' ἂν ἄδηλον [i] εἴη. Θαλῆς μέντοι λέγεται τοῦτον [k] τὸν τρόπον ἀποφήνασθαι περὶ τῆς πρώτης αἰτίας. Ἵππωνα μὲν γὰρ οὐκ ἄν τις ἀξιώσειε θεῖναι μετὰ τούτων, διὰ τὴν [l] εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς διανοίας. Ἀναξιμένης [m] δὲ ἀέρα, καὶ Διογένης πρότερον ὕδατος, καὶ μάλιστ' ἀρχὴν τίθεασι τῶν ἁπλῶν σωμάτων. Ἵππασος [n] δὲ πῦρ ὁ Μεταποντῖνος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος.

* *Alias διαλαβεῖν.*

Ἐμπεδοκλῆς

Veterum de Mundo ſententia.

f *Quamobrem & terram ſuper aquam eſſe aſſerebat.* Omnes penè veteres Naturales, vt notat Albertus, exiſtimarunt mundum eſſe animal, proinde cùm Thales humidũ cenſuerit eſſe rerum omnium principium, quaſi earũ omnium nutrimentum, atque adeo aſtrorum, vt plerique exiſtimabant, conſequens fuit, vt illud in medio mundi collocaret, & quod hinc ſequitur, maxima ex parte ſub terra, vt æquè diſtaret ab omnibus, quæ ab eo alerentur, cuius rei ſimilitudinem cernimus in animali, quod octauo Phyſicorum minor mundus appellatur, videmus enim in eo medium locum nutrimento deputatum eſſe.

Tracta. 3. capite.

Cap. 2. text. 17.

Orpheus Muſæus & Linus cur Theologi appellati. Cur dicti antiquiſſimi.

g *Qui antiquiſſimos illos, & multis ſeculis hac ætate ſuperiores, quique primi Theologiam tractauerunt, ſic arbitrentur de natura ſenſiſſe.* Diuus Thomas credit hos fuiſſe antiquiſſimos Poëtas Orpheum, Muſæum, & Linum, qui propterea Theologi appellati ſunt, quod res diuinas carmine tractauerint. Merito autem ij dicuntur antiquiſſimi, quòd floruerint tempore Hebræorum Iudicum, idque ante Samſonem in cuius ætatem incidit Troiæ excidium, quod Thaletis obitum ſexcentis triginta annis anteceſſit. Alexander & Albertus putant his verbis ſignificari Homerum, & Heſiodum: ſed prior expoſitio magis placet, quòd illi ſuperiores Theologorum nomen magis aſſecuti videantur.

Lect. 3. Euſe. 10. de prapa. Euang. capit. 3. & in chronic.

Alexan. com. 23. ad finem. Albert. tractat. 3. c. 4.

h *Iuſiurandum autem honore digniſſimum eſt. Num igitur antiqua, vetuſque ſit opinio, de natura.* Id eſt, fieri per eam rem, quæ honore eſt digniſſima. Vnde illud

Virgilij

Virgilij, *Stygiámque paludem, Dij cuius iurare timent, & fallare numen.* Ita patet apud eos qui hæc fabulati ſunt, eam fuiſſe opinionem, vt putarent Deos eſſe corporeos atque ideo poſteriores aqua, ex qua cuncta, atque adeò ipſi exiſterent.

Deos eſſe corporeos qui opinati ſunt.

[i] *Obſcurum forſitam fuerit, certè Thales.* Meritò ait, non ſatis conſtare, num antiquiſſimi illi Poëtæ Theologi putauerint, aquam eſſe rerum omnium principium. Nam cùm illi multa Naturæ ſecreta fabularum inuolucro contexerint, timendum eſt, ne ſæpe de rebus multò aliter ſenſerint, quàm prima ſpecie ſenſiſſe videantur.

Sed [e] Thales, qui huiuſmodi philoſophiæ princeps fuit, aquam eſſe dicit. Quamobrem [f] & terram ſuper aquam eſſe aſſerebat: concepta forſitam hac opinione ex eo, quòd alimentum omnium humidum eſſe, calorémque ipſum ex eo gigni, & animal hoc ipſo viuere animaduerteret. Id autem, ex quo aliquid fit, principium eſt omnium. Atque hac de cauſſa ille in hanc opinionem inductus eſt, & quòd omnium ſemina humidam naturam habeant, aqua verò humidis principium ſit. Sunt etiam nonnulli, [g] qui antiquiſſimos illos, & multis ſeculis hac ætate ſuprìores, quique primi Theologiam tractauerunt, ſic arbitrentur de natura ſenſiſſe. Oceanum enim, & Thetyn parentes generationis fecerunt, Deorũque iuſiurandum eam aquam eſſe, quam Poetæ ipſi Stygem appellãt honore enim digniſſimum, quod antiquiſſimum; iuſirandum [h] autem honore digniſſimum eſt. Num igitur antiqua, vetúſque ſit opinio hac de natura obſcurum [i] forſitan fuerit; certè Thales hunc [k] in modũ fertur de prima cauſſa cenſuiſſe. Hipponem enim nemo dignum putabit, quem cum his numeret, propter mentis [l] eius, vilem & abiectam conditionem. Anaximenes, [m] autem, & Diogenes aërem aqua priorem & maximè principium ſimpliciũ corporum ſtatuũt. Hippaſus [n] verò Metapõtinus, & Heraclitus Epeſius ignẽ. Empedo-

Æneid.

[k] *Hũc in modũ fertur de prima cauſſa.* Propterea vtitur verbo. *Fertur,* quia eius ætate nullum Thaletis ſcriptũ extabat, vt teſtatur Alexãder. Quin etiam exiſtimat Simplicius primo Phyſicorum, nihil illum ſcripſiſſe præter nauticam Aſtrologiam.

De ſcriptis Thaletis. Alexan. com. 24. Simp. cõ. 3. text. 32. Commen. 2. Commen. 3.

[l] *Propter mentis eius vilem, & abiectam conditionem.* Hippon dixit, aquam eſſe principium omnium rerum, quemadmodum Thales, atque adeo aſſeruit animam ipſam eſſe aquam: vt patet primo de Anima capite ſecundo Ideo tamen ait Ariſtoteles illum indignum eſſe, qui numeretur inter Philoſophos, quia impius fuit, ac longè abhorrens à Dei cognitione, vt affirmat Alexander hoc loco, & Simplicius in primo Phyſicorum, vbi hominem appellat ἄθεον, Quamquam ἡ εὐτέλεια τῆς διανοίας ſignificare poteſt hoc loco, ingenij tenuitatem, aut iudicij leuitatem, quæ in eumdem æquè conueniunt, nam neque ſententiam ſuam quæ tandem eſſet, ſatis explicauit, neque graue quicquam dicere potuit, qui ſupra humana hæc nihil agnouit.

Hippon. Indignus Philoſophi nomine.

[m] *Anaximenes autem, & Diogenes aërem aqua priorem.* Anaximenes Mileſius, qui fuit tertius à Thalete (audiuit enim Anaximandrum Thaletis diſcipulum) & Diogenes Appolloniates eius auditor, poſuerunt aërem omnium rerum principium.

Anaximenes Diogenes. Appolloniates.

[n] *Hippaſus verò Metapontinus, & Heraclitus Epheſius ignem.* Præfert hos ſuperioribus Ariſtoteles paulò pòſt initium capitis ſeptimi, quod ignis ſit omnium elementorum ſubtiliſſimus. Horum longè clarior fuit Heraclitus Epheſius tempore Darij Perſarum Regis, cuius conſuetudini, & muneribus humaniſſimè, ac liberaliſſimè oblatis Philoſophiæ otium, & modeſtiam Heraclitus antepoſuit. Fuit autem is poſterior Thalete annis ferè ſeptuaginta.

Tex. 13. Laertius in Heraclito.

by Google

Empedocles. ° *Empedocles autem.* Empedocles quatuor elementa prima principia eſſe cenſuit omnium, quæ gignuntur, & intereunt, atque in his quatuor totam ſubſtantiam cæterarum rerum conſiſtere, quemadmodum ſuperiores in vno tantùm, nihilque aliud eſſe reliqua entia, quàm horum variam inter ſe coniunctionem, vt in aliis plus exiſtat ignis, in aliis plus aëris, & ſic in reliquis. Floruit porrò Empedocles haudmultò ante Socratem. Docuit enim Gorgiam Sophiſtam, cum quo iã ſeniore ſæpe diſputauit Socrates.

Ἐμπεδοκλῆς ° δὲ τὰ τέτταρα, πρὸς τοῖς εἰρημένοις τὴν προσθεὶς τέταρτον, ταῦτα γὰρ ἀεὶ διαμένειν, καὶ οὐ p γίγνεσθαι, ἀλλ᾽ ἢ πλήθει, καὶ ὀλιγότητι συγκρινόμενα, καὶ διακρινόμενα, εἰς ἕν τε καὶ ἐξ ἑνός. Ἀναξαγόρας q δὲ ὁ Κλαζομένιος τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος ὢν τούτου, τοῖς δ᾽ ἔργοις ὕστερος, ἀπείρους εἶναί φησι τὰς ἀρχάς. σχεδὸν r γὰρ ἅπαντα ὁμοιομερῆ, καθάπερ ὕδωρ, ἢ πῦρ οὕτω γίγνεσθαι, καὶ ἀπόλλυσθαί φησι συγκρίσει, καὶ διακρίσει μόνον, ἄλλως δ᾽ οὔτε γίγνεσθαι, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ διαμένειν ἀΐδια. ἐκ μὲν οὖν τούτων, μόνην τις αἰτίαν νομίσειεν ἂν τὴν ἐν ὕλης εἴδει λεγομένην.

Προϊόντων s δ᾽ οὕτως, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ὡδοποίησεν αὐτοῖς, καὶ συνηνάγκασε ζητεῖν. t εἰ γὰρ ὅτι μάλιστα πᾶσα φθορὰ καὶ γένεσις ἔκ τινος, ὡς ἑνὸς ἢ καὶ πλειόνων ἐστίν, διὰ τί τοῦτο συμβαίνει, καὶ τί τὸ αἴτιον; οὐ γὰρ δὴ τό γε ὑποκείμενον αὐτὸ ποιεῖ μεταβάλλειν ἑαυτό. λέγω δ᾽ οἷον, οὔτε τὸ ξύλον, οὔτε ὁ χαλκὸς αἴτιον τοῦ μεταβάλλειν ἑκάτερον αὐτῶν, οὐδὲ ποιεῖ τὸ μὲν ξύλον κλίνην, ὁ δὲ χαλκὸς ἀνδριάντα, ἀλλ᾽ ἕτερόν τι τῆς μεταβολῆς αἴτιον. τὸ δὲ τοῦτο ζητεῖν ἐστὶ τὸ τὴν ἑτέραν ἀρχὴν ζητεῖν, ὡς ἂν ἡμεῖς φαίημεν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως.

Oi

p *Nec fieri.* Hoc eſt, Nec ipſa fieri aliud, niſi multitudine &c. ſeu vt clariùs loquamur, nec ex ipſis fieri aliud, niſi coniunctione multorum, aut paucorum inter ſe, eorúmque diſiunctione corrumpi, ita vt miſta nihil habeãt vltra elementa, præter ipſam elementorum coniunctionem, quæ eſt quoddã eorum accidens.

Anaxagora Prior expoſitio. q *Anaxagoras autem. Clazomenius.* Sententia quorũdam eſt ideò Anaxagorã dici operibus, hoc eſt philoſophandi ratione poſteriorem Empedocle, vel quia poſterius philoſophari cœpit, vel quia infinita principia poſuit, quæ opinio longè minus probabilis eſt, quàm ſententia Empedoclis. Nam vt ipſe Ariſtotel. docet 1. Phyſicorum capite ſexto, abſurdius eſt ponere infinita principia, quàm quatuor, tum quia id, quod ex ipſis efficeretur, ſub ſcientiam non caderet, tum etiam quia cùm generatio ex finitis fieri poſſit, ſatius eſt, eam ex finitis fieri exiſtimare. Fortaſſe tamen hoc loco ea de cauſſa ait Ariſtoteles, Anaxagoram philoſophandi ratione Empedocle poſteriorem eſſe, quia meliùs philoſophatus eſt in indaganda natura materiæ, de qua nunc agitur, ſiquidem profundiùs eam adumbrauit inuolucro illo mixtionis omnium rerum in Chao: ſcribit enim Ariſtoteles ſeptimo capite, eum, qui illius dicta ſubtiliùs interpretetur, forſitan indicaturum pulchriùs illum cæteris ſuperioribus philoſophatum, idcirco meliorem philoſopandi rationem ſignificare potuit Ariſtoteles verbis illis, *operibus autem poſterior*, quia doctrina Philoſophiæ temporum ſucceſſione incrementum, & perfectionẽ accepit. Floruit Anaxagoras poſt captiuitatem Babylonicam ſub Xerxe, & Longimano Artaxerxe Parſarum regibus, hoc eſt, annis fermè centum poſt Thaletem, cuius Artaxerxis tempore Eſdras, & Nehemias miſſi ſunt ex Perſide, vt muros, ac templum Hieroſolymæ reſtituerent.

Vt Alexãdri com.26. D.Thom.lect.4. & aliorũ. Text.41.

Poſterior.

Text.16.

Eſdra lib.1. cap.7. & lib.2.cap.1. Cõment.26.

Alexãdri expoſitio nõ placet. r *Pene enim omnia, quæ ſunt ſimilium partium.* Alexander exiſtimat dictum eſſe, *penè omnia*, quia Anaxagoras non cenſuit quatuor vulgata elementa eſſe principia materialia, ſed mixturas quaſdam. Quorſum tamen hæc dicta ſint non ſatis video. Namque idem dici poteſt de cæteris omnibus ſimilium partium,

tium, vt de carne, oſſe, lapide, & huiuſmodi aliis, non eſſe inquam principia, ſed mixturas quaſdam. Aut igitur nulla ſimilaria dicenda erant generari ex infinitis minimis aut omnia. Nam ſi ſumantur, vt integra corpora, & diuiſibilia, omnia gignuntur ex minimis ſecundum Anaxagoram. Si verò, vt minima, nulla eorum ex mininis gignuntur, quia non datur minus minimo. An Anaxagoras putauit, eſſe aliqua ſimilaria ingenita, ac proinde quæ ex minimis non gignerentur, ſed ſimplici actione producerentur à mente ſeparata, hoc eſt, à Deo veluti corpora cœleſtia? fortè enim dicat aliquis, Chaos illud, quod ab Anaxagora poſitum eſt, ad ſolas res inferioris mundi pertinere. Verùm obſtat, quod Ariſtoteles putat, illum de toto genere rerum ſenſibilium loquutum. Item genus mortis, quo ſublatus eſt: fuit enim ſupplicio affectus, quia Solem ignitam laminam eſſe dixiſſet, quò fit vt illum generabilem, & corruptibilem poſuerit. Aut igitur dicendum eſt, verbū, ὁμοιομερῆ, quod Latinè dicimus, ſimilium partium, ſiue ſimilaria, ante Alexandrum errore inſertum eſſe, vt Ariſtoteles propter ſolum intellectum addiderit verbum, penè, aut, ſi admittendum eſt verbum ὁμοιομερῆ, Ariſtotelem addidiſſe verbum, penè, propter materiam primam, quæ ſimilaris dici poteſt, nec tamen generatur, aut corrumpitur, etiam Anaxagoræ ſententia, ſi eam ille adumbrauit, atque innuit nomine Chaos, vt Ariſtoteles cap. 7. ſignificat.

Alia ratio rei... [margin, partly illegible]

Vide Laer. in Anaxag.

Anaxagora mors.

Alia interpretationes.

Empedocles [o] autem elementa quatuor, terram iis, quæ dicta ſunt, quartum adiungens. Hæc enim ſemper permanere, nec [p] fieri, niſi multitudine, aut paucitate, coniuncta, & diſiuncta in vnum, & ex vno. Anaxagoras [q] autem Clazomenius ætate quidem hoc prior, operibus autem poſterior, infinita dicit eſſe Principia. Penè [r] enim omnia, quæ ſunt ſimilium partium, vt aquam, aut ignem hoc pacto gigni, & corrumpi aſſerit, ſola coniunctione, ac diſiunctione: alioqui, nec generari, nec corrumpi, ſed perpetua permanere. Ac ex his quidem eam ſolam quis cauſſam eſſe exiſtimauerit, quæ ad ſpeciem materiæ pertinet.

Cùm [s] autem hoc pacto progrederentur, res ipſa illis viam fecit, eóſque coëgit quærere. Si enim quam maximè omnis corruptio, & generatio ex aliquo, vt ex vno, aut etiam pluribus exiſtit: cur id euenit, & quænam eius rei cauſſa eſt? Neque enim id quod ſubiicitur, ſuam ipſius mutationem efficit; neque lignum, verbi gratia, neque æs ſua vtrumque mutationis eſt cauſſa, nec lignum quidem lectum, æs verò ſtatuam efficit, ſed aliquid aliud mutationis cauſſa eſt. Hoc autem quærere, aliud principium quærere eſt, quod nos dicamus licet, vnde eſt principium motus.

Qui

[s] *Cum autem hoc pacto progrederentur.* Docet primam cauſſam materialem indixiſſe Philoſophos, vt quærerent primam efficientem, eo quòd naturalis materia non poſſit à ſe ipſa mutari quemadmodum ſimilitudine quadam videmus in arte factis. Neque enim ita intelligendus eſt Ariſtoteles, quaſi credat Veteres non agnouiſſe cauſſas efficientes particulares, cùm pleræque vel ſenſu ipſo ſint per ſe notæ, quemadmodum & actiones ſenſibiles, ex quibus materia prima cognita eſt, ſed eo pacto, vt doceat, illos ſimulátque primam materiam ſe inueniſſe rati ſunt, mox primum efficiens quærere cœpiſſe. Quærebant enim omnium rerum cauſſas, non huius tantùm, aut illius. De eorum tamen opinionibus paulò pòſt agendum eſt. Quod autem ad verba attinet, aduerte, non eſſe hoc loco ſermonem de generatione, & corruptione propriè dicta, quæ ſine forma ſubſtantiali non perficitur: hanc enim neminem ex Veteribus cognouiſſe, paulò inferius affirmat Ariſtoteles: ſed de generatione, & corruptione accidentaria, vt cùm album fit ex non albo, aut album in non album diſſoluitur. Nam cùm illi ſubſtantialem formam non agnouerint, hoc illis commune fuit, vt nullam ſubſtantialem mutationem eſſe putauerint.

Quid Philoſophos ad primum efficiens inueſtigandū induxerit.

Generationem ſubſtantialem ex veteribus cognouiſſe neminem.

Qui

Digitized by Google

[t] *Quid igitur omnino hanc viam, & rationem à principio attigerunt, vnumq́; ſubiectum aſſerunt.* Significat priſcos Naturales, qui cùm primas, & maximè vniuerſales rerum cauſſas primi omnium quærerent, ſolius tamen materialis meminerunt. Ideò autem ait hos nihil ſibi negotij exhibuiſſe, vel quia nihil ſolliciti fuerunt de colligenda efficiente, ex materiali: vel quia poſita diſtinctione rerum (neque enim negandam, eam eſſe cenſebant) non ſibi aditum præcluſerunt ad tradendam efficientem, vt ij fecerunt: qui omnia vnum eſſe exiſtimarunt, quorum ſententiam mox ſubiiciet.

Οἱ [t] μὲν οὖν πάμπαν ἐξ ἀρχῆς ἁψάμενοι τῆς μεθόδου τῆς τοιαύτης, καὶ ἓν φάσκοντες εἶναι τὸ ὑποκείμενον, οὐδὲν ἐδυσχέραναν ἑαυτοῖς.

Ἀλλ' [u] ἔνιοί γε τῶν ἓν λεγόντων, ὥσπερ ἡττηθέντες ὑπὸ [x] ταύτης τῆς ζητήσεως τὸ ἓν ἀκίνητόν φασιν εἶναι, καὶ τὴν φύσιν ὅλην οὐ μόνον κατὰ γένεσιν, καὶ φθορὰν (τοῦτο μὲν γὰρ ἀρχαῖόν τι, καὶ πάντες ὡμολόγησαν) ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην μεταβολὴν πᾶσαν, καὶ τοῦτο αὐτῶν ἴδιόν ἐστι. τῶν μὲν οὖν ἓν μόνον φασκόντων εἶναι τὸ πᾶν οὐθενὶ συνέβη τὴν τοιαύτην συνιδεῖν αἰτίαν, πλὴν εἰ ἄρα [y] Παρμενίδῃ καὶ τούτῳ κατὰ τοσοῦτον, ὅσον οὐ μόνον ἓν, ἀλλὰ καὶ δύο πως τίθησιν αἰτίας εἶναι. τοῖς δὲ πλείω ποιοῦσι μᾶλλον ἐνδέχεται λέγειν, οἷον τοῖς θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ἢ πῦρ καὶ γῆν. χρῶνται γὰρ ὡς κινητικὴν ἔχοντι τῷ πυρὶ τὴν φύσιν, ὕδατι δὲ καὶ γῇ καὶ τοῖς τοιούτοις τοὐναντίον.

Μετὰ [z] δὲ τούτους, καὶ τὰς τοιαύτας ἀρχὰς, ὡς οὐχ ἱκανῶν οὐσῶν γεννῆσαι τὴν τῶν ὄντων φύσιν, πάλιν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὥσπερ εἴπομεν, ἀναγκαζόμενοι, τὴν ἐχομένην ἐζήτησαν ἀρχήν. τοῦ γὰρ εὖ, καὶ καλῶς τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ γίγνεσθαι τῶν ὄντων, ἴσως οὔτε πῦρ, οὔτε γῆν, οὔτ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐθὲν, οὔτ' εἰκὸς αἴτιον εἶναι, οὔτ' ἐκείνους εἰκὸς οἰηθῆναι, οὐδ' αὐτῷ αὐτοματῳ καὶ τύχῃ τοσοῦτον ἐπιτρέψαι πρᾶγμα καλῶς ἔχει. νοῦν δή τις εἰπὼν εἶναι, καθάπερ [aa] ἐν τοῖς ζώοις καὶ ἐν τῇ φύσει τὸν αἴτιον καὶ τοῦ κόσμου, καὶ τῆς τάξεως πάσης, οἷον νήφων ἐφάνη παρ' εἰκῇ λέγοντας τοὺς πρότερον. φανερῶς μὲν οὖν Ἀναξαγόραν

Xenophanes, Parmenides & Meliſſus omnia vnum faciunt.

[u] *Sed quidam eorum, qui vnum.* Significat Xenophanem, Parmenidem, & Meliſſum, qui dicebant omnia eſſe vnum. Quorum opinionem non retulit inter ſententias eorum, qui vnum principiũ materiale poſuerũt: quia cùm ab vno illo omnem prorſus mutationem tollerent, cõſequens fuit, vt illud non poſuerint, quaſi materiale principiũ. Floruit Xenophanes poſt Babylonicã captiuitatem, ſed tamen ante Anaxagoram. Xenophanem verò præceptorem fuiſſe Parmenidis ipſe Ariſtoteles ſcribit capite quinto huius libro Meliſſum denique auditorem Parmenidis fuiſſe, ſatis conſtat.

Vt apud Laertius in Meliſſo.

Cur dicãt eſſe immobile.

[x] *A quæſtione hac ſuperat.* Cùm enim cogerentur fateri, ſi vnum illud mouetur, tradendã ab eis fuiſſe cauſſam efficientem, à qua moueatur, & tamen viderent ſe cauſſam efficientem admittere non poſſe, ſi tueri vellent omnia eſſe eiuſdem omnino rationis, vt ponebant (agens enim diuerſæ rationis eſt à patiente) eò potius confugerunt, vt dicerent vnum illud omnino eſſe immobile, non ſolùm mutatione ſubſtantiali, quam cæteri quoque negabant, ſed accidentaria etiam, quæ fuit propria ipſorum opinio.

[y] *Niſi forſitan Parmedini, atque huic, quatenus non vnam tantùm, verùm etiam duas quodammodo cauſſas eſſe ſtatuit.* Etſi Parmenides ponebat omnia eſſe vnum ratione & natura, quia tamen non negabat eſſe plura ſecundùm ſenſum, vt inferiùs patebit: hac ratione ait Ariſtoteles fieri potuiſſe, vt ille cauſſam efficientem conceſſerit, quemadmodum & ij, qui cùm plura principia poſuiſſent, addiderunt ignem habere efficiendi vim, aquam verò, terram, aërem, & alia, ſi quæ interiecta,

Non omnino ſuſtulit cauſſam efficientẽ Parmenides.

Digitized by Google

teriecta ſunt patiendi. Hoc loco exemplaria omnia, quæ viderim, habent θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ſed cùm legendum videatur, καὶ pro ἢ, maximè cùm ſequatur ἢ πῦρ καὶ γῆν, quod idem Alexandri enarratio innuit, eo libentiùs lectionem correximus, quòd ſimilitudine particularum ἢ, & καὶ, cùm non benè exprimuntur facilè librarij hallucinari potuerunt. Legit etiam Alexander, & aliud quoddam exemplar manu ſcriptum pro εἰ ἄρα παρμενίδῃ (ἑνὶ παρμενίδῃ) hoc eſt vni Parmenidi: ſed parum id refert.

Qui [t] *igitur omnino hanc viam, & rationem à principio attigerunt, vnumq́; ſubiectum eſſe aſſerunt, nihil ſibi negotij, difficultatiſq́; exhibuerunt, ſed quidam* [u] *eorum qui vnum ſtatuunt, quaſi à quæſtione* [x] *hac ſuperati ipſum vnum immobile eſſe inquiunt, vniuerſaq́; natura non ſolùm ortum, & interitum negant (hæc enim & vetus opinio eſt, & in qua omnes conſenſerunt) ſed omnem quoque aliam mutationem, quod eſt illorum proprium. Nemini igitur eorum, qui totam rerum vniuerſitatem vnum tantùm eſſe aſſerunt, talem cauſſam videre contigit, niſi* [y] *forſitan Parmenidi, atque huic, quatenus non vnam tantùm, verùm etiam duas quodammodo cauſſas eſſe ſtatuit. Ij autem, qui plura faciunt, magis eam afferre poſſunt, veluti calidum, & frigidum, aut ignem, & terram, vtuntur enim igne, vt habente naturam ad mouendum aptam, contrà verò aqua, terra, & aliis eiuſmodi.*

Poſt [z] *hos, & huiuſcemodi principia, vt quæ non ſatis eſſent ad rerum naturam gignendam, rurſus ab ipſa veritate, vt diximus, coacti Philoſophi principium, quod ſequitur, quæſiuerunt. Cur enim res bene, rectéque partim habeant, partim fiant, neque ignem forſitan, neque totam, neque aliud quicquam tale veriſimile eſt cauſſam eſſe, aut illos ita ſenſiſſe, nec rurſus æquum eſt tantam rem caſui, & fortunæ tribuere. Itaque, qui mentem quemadmodum* [a a] *in animantibus, ſic in natura cauſſam cùm Mundi, tum etiam totius ordinis eſſe dixit, is præ ſuperioribus temerè loquentibus, quaſi ſobrius viſus eſt. Atque Anaxagoram*

[z] *Poſt hos, & huiuſcemodi.* Poſt hos ipſos, qui materiali cauſſæ efficientē addiderunt, alij ab ipſa veritate compulſi cœperunt quærere finalem non tamen eam quæſiuerunt ſub ratione finalis, ſed, ſub ratione bene, rectéque efficientis, id eſt, alicuius boni gratia. Cùm enim viderent cauſſam abſolutè efficientem, vt ignem, aut aliquam aliam, quæ non intendit bonum per ſe ipſam, ſed per aliam ſuperiorem, à qua dirigitur, non ſatis eſſe ad efficiendum Mūdum, ordinémque vniuerſi conſtituendum, tum quoad cōſeruationem rerum, tum quoad earum generationem (eſt enim hic ordo rerum optimum quid in toto vniuerſo) nec rurſus æquum eſſet, vt tanta res temeritati caſus, ac fortunæ aſcriberetur, neceſſariò compulſi ſunt tradere aliquod principium bene rectéque efficiendi, ſeu gratia boni cogniti, vt Anaxagoras Mentem, & Heſiodus, ac Parmenides amorem, ſeu cupiditatem. Atque hoc etiam loco planè cernis non loqui Ariſtot. de agente gratia boni, ſeu finis particularis duntaxat, ſed gratia finis totius Vniuerſi, quemadmodum de efficiente diximus. Quamquam eadem ratio eſt, ſi ſpectentur fines particulares, præſertim viuentium. Ordo enim, & diſpoſitio partium cuiuſque viuentis ita congruunt cum operationibus viuētium, vt ab alia cauſſa, quàm intelligente & ordinante, ac denique gratia boni cogniti agente, conſtitui non potuerint. Lege hoc loco D. Thomam.

Qua ratione Veteres cauſſam finalem inueſtigarũt.

[a a] *Quemadmodum in animantibus.* Id dicebat Anaxagoras Mentem facere in tota rerum natura, quod mens noſtra in nobis efficit, agimus enim gratia boni, ſiue finis cogniti.

Digitized by Google

b *Sed tamen Herm.* Hoc loco Græci Codices excuſi, quotquot vidimus, & nonnulli manuſcripti habent αἰτίαν δ' ἔχει πρότερον Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν quod vetus Interpres ſic vertit: *Attamen habet prius Hermotimus Clazomenius cauſſam dicendi.* Beſſario hunc in modum: *Attamē Hermotimus Clazomenius dicitur cauſſam prius dixiſſe.* Perionius hoc pacto: *ſed tamen Hermotimum Clazomenium anteà cauſſam attuliſſe ferūt.* Quę omnes interpretationes eò ſpectant, vt doceat Ariſtot. Anaxagoram quidem dixiſſe, intellectum illum immiſtum primam eſſe cauſſam bene rectéque efficiendi, ſed tamen Hermotimum eius ciuem aliquid, aut dixiſſe, aut etiam docuiſſe, vnde Anaxagoras in eam ſententiam venire potuit. At Argyropylus alium reddit ſenſum hoc modo: *Hermotimum autem Clazomenium hoc prius dixiſſe ferunt*, quibus verbis non cauſſam ſententiæ duntaxat, ſed ipſam ſententiam ad Hermotimum refert ex traditione quadam. Cui interpretationi aſtipulatur explanatio Alexandri. Imò & ipſe Ariſtoteles initio capitis ſequentis idem ſentire videtur, cùm allatis Heſiodi & Parmenidis carminibus hunc in modum concludit: *Atque hi quo pacto diſtinguendi ſint, vt quis eorum primus huiuſce cauſſæ auctor fuerit intelligatur, poſt licebit iudicare.* Quæ verba ad omnes quorum in hoc cauſſæ genere tradendo facta eſt men-

Prior ſenſus.

Poſterior ſenſus.

Præſertim poſterior.

Ἀναξαγόραν ἴσμεν ἁψάμενον τούτων τῶν λόγων, αἰτίαν δ' ἔχει πρότερον b Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν. οἱ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαμβάνοντες, ἅμα τοῦ καλῶς τὴν αἰτίαν ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων ἔθεσαν, καὶ τὴν τοιαύτην, ὅθεν ἡ κίνησις ὑπάρχει τοῖς οὖσιν.

CAPITIS QVARTI EXPLANATIO.

Coniiciat a verò aliquis, Heſiodum primum id quæſiuiſſe, & ſi quis alius amorem. Docet initio huius capitis cauſſam bene, rectéque efficientem forſitan profectam primùm eſſe ab Heſiodo Poëta, aut à Parmenide, qui videntur dicere in ſuis carminibus, amorem, ſiue cupiditatem eſſe rerum principium, amor enim rei, quæ expetitur eſt principium effectiuum cum cognitione, quod ſolum bene rectéque efficiēdi principium dici poteſt. Loquitur autem de Parmenide, quatenus diſſerebat de rebus, vt ſunt plures ſenſu, non autem quatenus credebat omnia eſſe vnum ratione.

Amor principium rerū.

b *Cunctorum ille Deum primum produxit amorem. Heſiodus autem:* Quantum ex his verbis apparet, non poſuit Parmenides amorem primam omnino cauſſam efficientem, niſi forſitan productionem accepit, vt noſtri Theologi diuinarum perſonarum productionem intelligunt, quod parum veriſimile eſt. Senſus ergo videtur eſſe Iouem, ſiue primam ſimpliciter cauſſam *produxiſſe amorem*

ΚΕΦ. Δ'.

Ἡσιόδου καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Ἀναξαγόρου δόξαι περὶ ἀρχῶν, καὶ Λευκίππου, καὶ τοῦ Δημοκρίτου.

Ὑποπτεύσειε a δ' ἄν τις Ἡσίοδον πρῶτον ζητῆσαι τὸ τοιοῦτο, κἂν εἴ τις ἄλλος ἔρωτα, ἢ ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχήν, οἷον καὶ Παρμενίδης, καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν, πρώτιστον μὲν φησὶν ἔρωτα b θεῶν μητίσατο πάντων. Ἡσίοδος δὲ, πάντων c μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα γαῖ' εὐρύστερνος, ἠδ' ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν, ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τινὰ αἰτίαν, ἥτις κινήσει καὶ συνάξει τὰ πράγματα. τούτους

334

eſt mentio, videntur referenda. Hæc poſterior interpretatio cùm omnino placeret, & tamen obſtarent Græci Codices, omnem nobis ſcrupulum euulſit, quemadmodum ſæpè aliàs in hoc opere, vetus quoddam exemplar manuſcriptum Illuſtriſſimi Cardinalis Sirleti, viri non virtutum modò ſplendore, ſed optimarum etiam diſciplinarum cognitione clariſſimi, qui vt eſt varia, & recondita eruditione præditus, ita libris abũdat & genere ipſo, & fide ac vetuſtate exquiſitis. Habet enim exemplar, pro, αἴτιον ἔχει, αἰτίαν ἔχει, quod aliud eſt, & ſenſum poſteriorem planè continet. Namque αἰτίαν ἔχειν, idem eſt, *atque auctorem habere*, quod etſi ſæpiùs in malam partem accipitur, nonnumquam tamen in bonam vſurpatur, vt apud Iſocratem, cùm ait, ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἕξομεν, id eſt, *nobis bona hæc accepta referentur*: qua ſignificatione hoc loco vtitur Ariſtoteles. De hoc Hermotimo, ita ſcribit Plinius lib. 7. Natur. hiſtor. *Reperimus inter exempla Hermotimi Clazomenij animam relicto corpore errare ſolitam, vagamq́ue è longinquo multa annunciare quæ niſi à præſenti noſci non poſſent, corpore interim ſemianimi, &c.* Num autem is Hermotimus fuerit paulò ſuperior Anaxagora, an verò multò antiquior ille cuius animum Pythagorici fabulantur priùs fuiſſe in Aethalide, ac Euphorbo, poſtea verò in Pyrrho Delio piſcatore, & in ſuo Pythagora, eundémque conceſſu Mercurij perpetuò memorem extitiſſe eorum, quæ in ſuperioribus corporibus geſſiſſet, nihil ad præſentem locum attinet diſquirere.

C[ar]dinalis Sir[le]ti laus.

Anaxagorem quidem hos ſermones palam tetigiſſe ſcimus: ſed tamen b b Hermotimus Clazomenius id prius dixiſſe fertur. Qui igitur ita exiſtimarunt, ſimul cauſſam cur bene res habeant, & eam, vnde motus in eis inſit, principium eſſe ſtatuerunt.

Cap. 52.

Hermotimi anima relicto corpore vagari ſolita.

Laertius in Pythagora hæc refert.

---

amorem, omnium Deorum primum, id eſt ante omnes Deos, quorum nomine cœleſtia corpora videtur intellixiſſe. Si tamen intellexiſſet ipſam diuini amoris productionem, ſenſus eſſet: Primam cauſſam efficientem vniuerſi, antequam extra ſe quicquam produceret, produxiſſe in ſe atque ab omni æternitate amorem diuinum. Vtrouis tamen modo eius verba exponantur, ſignificat Parmenides, Deum produxiſſe mundum, præſertim cœleſtia corpora, conſilio, & affectu boni.

Deum produxiſſe amorem quomodo verum.

CAP. IIII.

Heſiodi & Empedoclis, & Anaxagoræ; Lucippi item & Democriti de principiis opiniones.

COniiciat [a] verò aliquis, *Heſiodum primum id quæſiuiſſe, & ſi quis alius amorem, aut cupiditatem iis, quæ ſunt, vti principium poſuit, velut Parmenides. Is enim, cùm vniuerſi generationem molitur, ſic ait:* Cunctorum [b] ille Deum primùm produxit amorem. *Heſiodus autem.* Extitit [c] ante chaos, poſt hoc vaſtiſſima tellus: Exin amor cunctis decus immortalibus affert: *quòd nimirum oporteat in iis, quæ ſunt, cauſſam quandam ineſſe, quæ res ipſas moueat, atque contineat. Atque*

[c] *Extitit ante chaos.* Non ſolùm primam ſimpliciter cauſſam poſuit Heſiodus ante terram, quam dixit eſſe principium materiale, ſed etiam ante amorem, quē à prima ſimpliciter cauſſa productum eſſe cenſet, quaſi boni gratia efficientem. Dicitur autem amor primæ cauſſæ afferre decus rebus immortalibus, quia in eis tantũ cernitur conſtans ordo, & perfectio. Si quis autem quærat, vtri cauſſam efficientem meliùs attigerint, iine, qui intellectum, an qui amorem principium effectiuum materiali addiderunt, occurrendum eſt, vtroſque vnam efficientem cauſſam quaſi integraſſe, intelle-

Heſiodi ſententia.

Mens & amor mundi efficiens cauſſa integra.

ctus enim artificis nihil agit, niſi determinetur ab appetitu ad hoc, vel illud efficiendum.

Quo ſeculo fuerit Heſiodus, & Homerus.

d *Vt quis eorum primus auctor fuerit intelligatur, poſt licebit indicare.* Anaxagoras an, Hermotimus, an verò Parmenides, an denique Heſiodus, de quo hæc ſcribit Gellius, *Homerum, & Heſiodum inter omnes ferè ſcriptores conſtare, ætatem egiſſe, vel iiſdem ferè temporibus, vel Homerum aliquantò antiquiorem fuiſſe, vtrumque tamen ante Romam conditam vixiſſe, Syluiis Albæ regnantibus, annis poſt bellum Troianum (vt ſcribit Caſſius in primo annalium) plus centū quadraginta, ante Romam verò conditam (vt Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero ſcripſit) annis quinquaginta.* Ex qua re patet Heſiodum floruiſſe circa tempora Iſaiæ prophetæ. *Lib.17. c.21.*

τούτους μὲν οὖν πῶς χρὴ διανεῖμαι περὶ d τοῦ τίς πρῶτος, ἐξέστω κρίνειν ὕστερον.

Ἐπεὶ e δὲ καὶ τἀναντία τοῖς ἀγαθοῖς ἐνόντα ἐφαίνετο ἐν τῇ φύσει, καὶ οὐ μόνον τάξις, καὶ τὸ καλὸν, ἀλλ' ἀταξία καὶ τὸ αἰσχρὸν, καὶ πλείω τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ φαῦλα τῶν καλῶν, οὕτως ἄλλος τις φιλίαν εἰσήνεγκε, καὶ τὸ νεῖκος, ἑκάτερον f ἑκατέρων αἴτιον τούτων. εἰ γάρ τις ἀκολουθοίη, καὶ λαμβάνοι πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ πρὸς ἃ ψελλίζεται λέγων Ἐμπεδοκλῆς, εὑρήσει τὴν μὲν φιλίαν αἰτίαν οὖσαν τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν. ὥστ' εἴ τις φαίη τρόπον τινὰ καὶ λέγειν, καὶ πρῶτον λέγειν τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀρχὰς Ἐμπεδοκλέα, τάχ' g ἂν λέγοι καλῶς. εἴπερ τὸ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων αἴτιον, αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῶν κακῶν, τὸ κακόν.

Οὗτοι h μὲν οὖν, ὥσπερ λέγομεν, καὶ μέχρι τούτου δυοῖν αἰτίαιν ἐφήψαντο, ὡς ἡμεῖς διωρίσαμεν ἐν τοῖς περὶ φύσεως, τῆς τε ὕλης, καὶ τοῦ ὅθεν ἡ κίνησις, ἀμυδρῶς μέντοι καὶ οὐδὲν σαφῶς, ἀλλ' i οἷον ἐν ταῖς μάχαις οἱ ἀγύμναστοι ποιοῦσι. γὰρ ἐκεῖνοι περιφερόμενοι τύπτουσι πολλάκις καλὰς πληγάς, ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι ἀπὸ ἐπιστήμης, οὔτε οὗτοι ἐοίκασιν εἰδόσι λέγειν, ἃ λέγουσι. σχεδὸν γὰρ οὐθὲν χρώμενοι φαίνονται τούτοις, ἀλλ' ἢ κατὰ μικρόν. Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιίαν καὶ ὅταν ἀπορήσῃ διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, τότε ἕλκει αὐτόν. ἐν k δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γινομένων, ἢ νοῦν. καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ πλέον μὲν τούτῳ χρῆται τοῖς αἰτίοις, οὐ μὴν οὔτε ἱκανῶς, οὔτ' ἐν τούτοις εὑρίσκει τὸ ὁμολογούμενον, πολλαχοῦ

Duas efficientes cauſſas poſitas eſſe ab Empedocle.

e *Quoniam autem, & bonis contraria in natura ineſſe conſpiciebantur, nec ſolum ordo, & pulchrum.* Hactenus meminit eorum, qui vnam tantùm efficiētem cauſſam attigerunt. Nunc docet Empedoclem poſuiſſe duas, alteram efficientem bonorum, quam vocauit amicitiam, ſiue concordiā, & alteram malorum, quam litem ſiue contentionem, ſiue diſcordiam appellauit. Nam cùm in rebus reperiātur multa mala, ac turpia, atque adeo plura, quàm bona, & honeſta, & præſertim apud nos, & ideo mala non videantur effici per accidens ſiue caſu, & præter intentionem naturæ, neceſſarium illi viſum eſt, ponere aliquā per ſe cauſſam efficientem malorum, quemadmodum ponitur bonorum. Quia verò cauſſa per ſe bonorum eſt, malorum autem mala, colligit Ariſtoteles dici poſſe primum Empedoclem poſuiſſe bonum, ac malum eſſe principia rerum nempe efficientia.

f *Vtriuſque horum cauſſa eſſet. Si quis enim rem ipſam perſequatur, mentémque Empedoclis obſeruet, non verba, quæ balbutit, inueniet profectò.* Senſus eſt, amicitiam bonorum, contentionem malorum, vt ipſe mox exponet.

g *Rectè fortaſſe dixerit, ſiquidem bonorum omnium cauſſa ipſum bonum eſt, &c.* Addit particulam *fortaſſe*, quia Empedocles non ſatis in hac re ſibi conſtat, vt paulò inferius *Non ſatis ſibi conſtare Empedoclem.*

to inferiùs docebit. Nam etſi amicitia eſt cauſſa boni in generatione mixtorum, fiunt enim mixta per vnionem, confuſionémque elementorum, eſt tamen cauſſa mali in efficiendo chao, quod niſi confuſis partibus vniuerſi, earúmque diſtinctione ſublata fieri nequit. Eodémque modo etſi contentio, ac pugna eſt malum quoddam in diſſolutione mixtorum (diſſoluuntur enim pugnantibus, & diſſidentibus à ſe inuicem elementis) eſt tamen bonum quid in gignendo vniuerſo, quod apud Empedoclem non fit, niſi pugnantibus, & diſſidentibus in chao rebus omnibus, quæ in eo confuſæ latebant, vt quæque diſtinctum locum à loco alterius obtineat. Eſt & alia ratio, cur ſibi non conſtiterit Empedocles. Cùm enim res per contentionem ſeparantur à ſe inuicem, vt elementa à mixto, tum partes cuiuſque earum in vnum cõueniunt, nec iam cum partibus aliarum confuſæ ſunt, cõtráque accidit, cùm in vnum mixtum coëunt. Ita fit, vt hac etiam ratione amicitia diſiungat quędam & contentio coniungat. Qua ratione Ariſtoteles inferiùs vtitur.

Atque hi quo pacto diſtinguendi ſint, vt [d] *quis eorum primus auctor fuerit intelligatur poſt licebit iudicare.*

Quoniam [e] *autem, & bonis contraria in natura ineſſe conſpiciebantur, nec ſolum ordo, & pulchrum, ſed inordinato etiam, & turpè, pluraque mala, quàm bona, & turpia, quàm pulchra, iccirco alius quidam amicitiam, & contentionem inuexit, vt vtrumque* [f] *vtriuſque horum cauſſa eſſet. Si quis enim rem ipſam perſequatur, mentémque Empedoclis obſeruet, non verba, quæ balbutit, inueniet profectò amicitiam bonorum, contentionem verò malorum cauſſam eſſe. Quare ſi quis dicat, Empedoclem quodammodo & tradere, & primum tradere bonum, ac malum principia eſſe, rectè fortaſſe dixerit, ſiquidem bonorum omnium cauſſa ipſum bonum eſt, & malorum malum.*

Atque [h] *hi quidem, vti diximus, atque hactenus duas cauſſas attigerunt, vt nos in libris de Natura definiuimus, materiam & id vnde eſt motus, obſcurè tamen, & neutiquam dilucidè, ſed* [i] *quemadmodum inexercitati in pugna faciunt: ij enim cùm in omnem partem feruntur, inſignes plagas perſæpe inferunt, verùm neque illi ex arte faciunt, neque hi videntur ea, quæ dicunt, ſcientia tenere. Ferè enim his non videntur vti niſi raro. Nam & Anaxagoras ad Mundi opificium quaſi machina vtitur Mente, cúmque dubitat, propter quam cauſſam neceſſariò ſit, tunc ipſam trahit: in* [k] *cæteris autem, quæuis alia potius, vt cauſſas eorum, quæ fiunt, quàm mentem adhibet. Et Empedocles ſæpius ille quidem, quàm hic, cauſſis vtitur, verùm nec quantum ſatis eſt, nec in his ſibi ipſe conſtat, multis*

[h] *Atque hi quidem vt diximus, atque hactenus duas cauſſas attigerunt* Empedoclem & Anaxagorã ſignificat, ac reliquos modo quodã meminiſſe dixit cauſſæ finalis. Ait autem illos poſuiſſe tantùm cauſſam materialem, & efficientem, quia etſi finalem ponebant, tamen nõ illam diſtinguebant ab efficiente gratia boni cogniti ſiue affectu boni, vti diximus.

Cap. præced.

[i] *Sed quemadmodum inexercitati.* Pulcherrimis ſimilitudinibus docet hos non ex arte, ſed quaſi caſu, & ipſa veritate impellente has efficientes cauſſas poſuiſſe, cùm non ſemper, & continuata rerum, tractatione illis vtantur, ſed interdum, ac raro, ſeu potius quaſi per tranſennam: id enim forſitan magis ſignificant verba illa κτ̃ μικρόν.

Empedoclem & alios Veteres finalem cauſſã ab efficiente nõ diſtinxiſſe.

Plato quanti faciat finalem cauſſam.

[k] *In cæteris autem.* Hæc ferè loquitur Socrates, apud Platonem in Phœdone. Cùm *audiſſem*, inquit, *aliquando ex libro Anaxagoræ legentem quemdam hanc Anaxa-*

Y 3 *goræ*

gora ſententiam videlicet, Mentem omnia exornare, omniúmque cauſſam eſſe; hoc vtique cauſſa genere magnopere ſum delectatus exiſtimans quodammodo conſentaneum, mentem eſſe omnium cauſſam, putabamque: ſi id ita eſſet, vt mens omnia exornaret, ſingula per hanc ita eſſe diſpoſita, vt optimè diſponi potuerant. Propterea ſi quis vellet cauſſam inuenire, qua ſingula fiant, atque pereant, aut ſint hoc ipſum eſſe inueniendum, qua videlicet ratione optimum ſit vnicuique, aut eſſe, aut quoduis aliud pati, vel agere, & poſt pauca. *Hæc vtique mecum ipſe reputans gaudebam inueniſſe ratus Anaxagoram magiſtrū, qui me id quod tantopere cupiebam, cauſſas rerum doceret, primúmque mihi diceret, vtrum plana ſit terra, vt rotunda, & cùm hæc dixiſſet, ſubiungeret mihi cauſſam, atque neceſſitatem, afferens videlicet id ipſum, quod melius eſt, meliúſque fuiſſe eam eſſe talem. Proinde ſi terram diceret in mundo mediam eſſe, mox exponeret melius extitiſſe, vt media eſſet. Quòd ſi ille hæc oſtenderet, ita me comparabam, quaſi nullam amplius cauſſarum ſpeciem poſiturus. Præterea de Sole, & Luna, cæteriſque ſtellis, earúmque inter ſe velocitate, conuerſionibúſque, & de huiuſmodi omnibus me ſimiliter quæſiturum, auditurúmque comparaueram, quod videlicet, & qua ratione hæc melius ſit ſingula, vel facere vel pati, quodcunque agant, vel patiantur. Neque enim putabam, cùm ab initio dixiſſet à Mente omnia exornari, ipſum aliam poſtea cauſſam rebus aſſignaturum, præterquàm quòd optimum ſit eas ita ſe, vt habent, habere. Itaque arbitrabar eum in reddendis ſingulorum, tam cunctorum communiter cauſſis ſingulis quidem aſſignare, quod vnicuique optimum, cunctis verò commune bonum. Neque verò ſpes ipſe meas paruifaciebam, ſed ſummo quodam ſtudio acceptos libros, quàm velociſſimè poteram, lectitaui, vt ocyſſimè, quid optimum, quidve eius contrarium eſſet cognoſcerem. Hac igitur mirabili ſpe ductus cùm legere pergo, video hominem Mente quidem nullo modo vtentem, nec cauſſam vllam ad ipſum rerum ornatum referentem, ſed aëreas naturas, & æthereas, aqueáſque, & talia multa incredibilia pro rerum cauſſis aſſignantem. Quæ quidem in re ille mihi proinde viſus eſt agere, ac ſi quis diceret, Socratem quæcunque facit, mente facere, deinde volens ſingulorum, quæ facio, cauſſas explicare, dicat primùm quidem nunc me hic propterea ſedere quoniam corpus meum ex oſſibus, neruiſque componitur, & oſſa quidem ſolida ſunt, & iuncturarum internalla inuicem habent, nerui autem ſic inſtituti, vt extendi, & contrahi valeant, complectantur oſſa cum carnibus, atque cute quæ res illas continet:* Hæc Socrates. Quo loco ille adeo magnifacit cauſſam finalem, vt eam ſolam appellet cauſſam. Cæteras enim vocat ea, ſine quibus cauſſa non poteſt eſſe cauſſa, vt patet ex iis, quæ paulò pòſt ſubdit. *Verum talia quædam inquit, cauſſas appellare à ratione eſt remotiſſimum. Si quis autem*

πολλαχοῦ γοῦν αὐτῷ ἡ μὲν φιλία διακρίνει, τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει. ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὰ στοιχεῖα διΐσταται τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ νείκους, τότε τὸ πῦρ εἰς ἓν συγκρίνεται, καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων ἕκαστον. ὅταν δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς φιλίας συνίωσιν εἰς τὸ ἕν, ἀναγκαῖον ἐξ ἑκάστου τὰ μόρια διακρίνεσθαι πάλιν. Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν παρὰ τοὺς πρότερον πρῶτος ταύτην τὴν αἰτίαν διελὼν εἰσήνεγκεν, οὐ μίαν ποιήσας τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἀλλ᾽ ἑτέρας τε καὶ ἐναντίας. ἔτι δὲ καὶ τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα, τέτταρα πρῶτος εἶπεν. οὐ [l] μὴν χρῆταί γε τέτταρσιν, ἀλλ᾽ ὡς δυσὶν οὖσι μόνοις. πυρὶ μὲν καθ᾽ αὑτό. τοῖς δ᾽ ἀντικειμένοις, ὡς μιᾷ φύσει, γῇ τε καὶ ἀέρι, καὶ ὕδατι. λάβοι δ᾽ ἄν τις αὐτὸ θεωρῶν ἐκ τῶν ἐπῶν, οὗτος μὲν οὖν, ὥσπερ λέγομεν, οὕτως τε καὶ τοσαύτας εἴρηκεν ἀρχάς.

Λεύκιππος [m] δὲ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος, στοιχεῖα μὲν τὸ πλῆρες, καὶ τὸ κενὸν εἶναί φασι λέγοντες. οἷον, τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὄν. τούτων δὲ τὸ μὲν πλῆρες, καὶ στερεὸν, τὸ ὄν, τὸ δὲ κενόν γε καὶ μανὸν, τὸ μὴ ὄν. διὸ καὶ οὐθὲν μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασιν. ὅτι [n] οὐδὲ * τὸ σῶμα τοῦ κενοῦ, αἴτια δὲ τῶν ὄντων ταῦτα, ὡς ὕλη. καὶ [o] καθάπερ

* *Aliàs, τὸ κενὸν τοῦ σώματος.*

Solum finem appellari cauſſā apud Platonem loco citato.

autem dixerit abſque oſsibus, & neruis atque ſimilibus non poſſe me, quæ mihi facienda videantur, implere, verè vtique dicet. Attamen aſſerere propter hæc me facere, quæcumque facio, dum ipſa mente ago, non autem eius, quod optimum ſit, optione, multa, magnaque ſermonis negligentia eſſet. Nam qui ſic eſt affectus, nequit diſcernere aliam quidem eſſe veram rei alicuius cauſſam, aliud verò illud, ſine quo ipſa cauſſa eſſe non poteſt cauſſa. Quod quidem multi mihi videntur quaſi in tenebris attrectãtes alieno appellare nomine, dum cauſſam nuncupant. Hoc loco vbi Latinè diximus, *nec in his &c.* Græcè ſic habetur οὔτ' ἐν τούτοις αὐτοῖς φαίνεται τὸ ὁμολογούμενον: quod eſt ad verbum, *neque in his inuenit conſenſionem.* Verùm idem omnino eſt, non inuenire conſenſionem in doctrinæ progreſſu, atque ſibi in docendo non conſtare.

eorum, quæ fiunt, quàm Mentem adhibet. Et Empedocles ſæpius ille quidem, quàm hic, cauſſis vtitur: verùm nec quantum ſatis eſt, nec in his ſibi ipſe conſtat, multis enim locis apud eum amicitia diſiungit, & contentio coniungit. Nam cùm vniuerſum in elementa à lite diſſoluitur, tum ignis in vnum coaleſcit, & vnumquodque cæterorum elementorum: cùm autem omnia in vnum, regnante amicitia, conueniunt, tum partes ex vnoquoque rurſus ſecernantur neceſſe eſt. Itaque Empedocles præter priores hanc cauſſam primus diuiſam inuexit, nec vnum fecit principium motus, ſed diuerſa, atque contraria. Præterea idem elementa ea, quæ ad ſpeciem materiæ pertinere dicuntur, quatuor primus eſſe dixit: tametſi [l] *non eis, vt quatuor vtitur, ſed vt duobus tantùm; igne quidem, per ſe, oppoſitis autem terra, aëre, & aqua, vt vna quadam natura. Id quod ex eius carminibus, ſi res expendatur, intelligi poteſt. Atque hic quidem hunc in modum, vt diximus, & tot principia poſuit.*

Leucippus [m] *verò, eiuſque familiaris Democritus plenum, ac vacuum elementa eſſe dicunt, vt pote alterum ens, alterum non ens, plenum quidem, ac ſolidum ens, vacuum autem, & rarum non ens. Quocirca nihilo magis id quod eſt, quàm quod non eſt, eſſe inquiunt. quia* [n] *nec corpus, quàm vacuum; hæc autem cauſſa rerum ponuntur, vt materia.*

Atque [n] *vt*

[l] *Tametſi non eis.* Etſi Empedocles dixit, quatuor elementa eſſe cauſſas materiales cõparatione mixtorum, tamen comparatione ipſorum inter ſe dixit ignem habere vim agendi, cætera autem tria patiendi, quaſi ſint vna quædam materia reſpectu ignis. Aut certè id dixit, quia ignis, vt eſt omnium elementorum perfectiſſimus ita eſt quaſi forma & perfectio cæterorum.

Quo pacto elementa materiales cauſſas fecerit Empedocles.

[m] *Leucippus verò eiuſque.* Ex hoc loco ferè ad finem vſque ca. 5. refert Ariſt. tres opiniones abſtruſas, & parum fidei habentes, vnam Democriti, & eius familiaris Leucippi, alteram Pythagoreorum, tertiam Xenophanis, eiuſque diſcipuli Parmenidis, & huius auditoris Meliſſi. Quorum primi dicebant, principia rerum eſſe plenum, ac vacuum, ſecundi par & impar, tertij omnia eſſe vnum. Pro opinione Democriti, & Leucippi, lege, ſi placet, quæ ab Ariſt. dicuntur in Phy. lib. 1. cap. 5. & lib. 4. cap. 6. & 1. de Gener. cap. 8.

Veterum de principijs abſtruſæ opiniones.

Quo tempore hi Philoſophi extiterint, hinc intelligi poteſt. Leucippus Zenonis Eleatæ auditor fuit, præceptor aliquando Democriti, aut ita illi familiaris, vt tamem præceptoris loco ei eſſe videatur. Democritum verò tunc adoleſcentem fuiſſe refert Laërtius ex Herodoto, cùm Xerxes Perſarum Rex apud eius patrem hoſpitatus eſt, eique Magos & Chaldæos præceptores reliquit. Itaque floruerunt ex ordine hi Philoſophi exactis aliquot antè annis Romanorum Regibus, ſub Xerxe & Artaxerxe Regibus Perſarum, qua ætate alij plerique inſignes Philoſophi extiterunt.

Quo tempore fuerũt Democritus, & Leucippus.

Cur commu-

[n] *Quia nec corpus.* Græca ſic habent, ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος, hoc eſt, quia nec vacuum,

Digitized by Google

nec vacuam, quàm corpus: ſubauditur autem planè inter verba hæc, particula, magis eſt, quæ præceſſerat, vt ſenſus ſit: Quia nec vacuum magis eſt, quàm corpus. Sed quia hic ſenſus non reſpondet ſuperiori membro (oporteret enim communitatis verbis dicere: Quia nec corpus magis eſt, quàm vacuum, ex hoc enim ſequitur illud, quod anteceſſerat, Non magis ens eſſe, quàm non ens) Argyropylus, vt verum ſenſum retineret, nec tamen verba commutaret, inſeruit particulam contrariæ ſignificationis, ita vertens, *quoniam nec vacuũ minus, quàm corpus, eſt.* Nobis tamen, ne nouam dictionem contrariámque præcedenti Aduerbio adſciſceremus placuit magis: ipſa tantum verba tranſponere ad verum ſenſum retinendum, quia facillimè accidere potuit, vt Ariſt. docta quadam ſcribendi incuria ſeu potius ſecuritate quæ magnis hominibus contingit (in rebus præſertim parui momenti) verba commutarit. Eo autem libentiùs id fecimus, quód explanatio Alexandri eundem omnino ſenſum exprimit.

at ver- extus.

καὶ ° καθάπερ οἱ ἓν ποιοῦντες τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν, τὰ ἄλλα τοῖς πάθεσιν αὐτῆς γεννῶσι, τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν ἀρχὰς τιθέμενοι τῶν παθημάτων, τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ οὗτοι τὰς διαφορὰς, αἰτίας τῶν ἄλλων εἶναί φασι. ταύτας μέντοι τρεῖς εἶναι λέγουσι, σχήματι καὶ τάξιν, καὶ θέσιν. διαφέρειν γὰρ φασὶ τὸ ὂν ῥυσμῷ καὶ διαθηγῇ καὶ τροπῇ μόνον. τούτων P δὲ ὁ μὲν ῥυσμὸς, σχῆμά ἐστιν, ἡ δὲ διαθηγὴ, τάξις, ἡ δὲ τροπὴ, θέσις. διαφέρει γὰρ τὸ μὲν Α' τοῦ Ν' σχήματι, τὸ δὲ ΑΝ', τοῦ ΝΑ' τάξει τὸ δὲ Ζ' τοῦ Ν' θέσει. περὶ q δὲ κινήσεως, ὅθεν ἢ πῶς ὑπάρχει τοῖς οὖσι, καὶ οὗτοι παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ῥαθύμως ἀφεῖσαν. περὶ r μὲν οὖν τῶν δύο αἰτιῶν, ὥσπερ ἐλέγομεν, ἐπὶ τοσοῦτον ἔοικεν ἐζητῆσθαι πρότερον.

Democriti opinio de pleno, & vacuo explicatur.

° *Atque vt ij, qui vnam quid ſubſtantiam ſubiectam faciunt.* Senſus huius loci (qui etiam pertinet ad explicationem ſententiæ Thaletis, & aliorum Veterum ponentium vnam rerum omnium materiam (huiuſmodi eſt, Quemadmodum illi aſſerebant totam rerum ſubſtantiam eſſe ipſam materiam, earum verò diſcrimen naſci ex varietate accidentium, quorum quaſi capita dicebant eſſe raritatem, & denſitatem (quo pacto nos dicimus calorem frigus humorem & ſiccitatem eſſe principia cæterarum qualitatum ſenſibilium) ſic Democritus dicebat, totam rerum ſubſtantiam eſſe ipſum plenum ac vacuum

CAPITIS QVINTI EXPLANATIO.

Summa eorũ, quæ in hoc. c. explicantur.

Comm. 31. ad finem.

INter ᵃ *hos autem.* In prima parte huius capitis refertur Pythagoreorum opinio, in ſecunda Xenophanis, Parmenidiſque, & Meliſſi. In tertia, ac poſtrema colliguntur in ſummam ſententiæ Philoſophorum, quæ hactenus adductæ ſunt. Quo loco aduerte verba illa (*inter hos, & ante hos*) vt ait Alexander poſſe referri ad Leucippum, & Democritũ, quorum opinio de principiis proximè relata fuit. Quamquam enim ex Pythagoræ familia alicui videri poſſint (Pythagoræ enim, vt initio diximus, ſucceſſit, Telauges filius, huic Xenophanes, cui Parmenides, huic verò Zeno Eleates Leucippi præceptor, cuius auditorem

ΚΕΦ. Ε'.

Πυθαγορείων, καὶ παρμενίδου, καὶ ξενοφάνους καὶ μελίσσου δόξαι περὶ στοιχείων.

ΕΝ ᵃ δὲ τούτοις, καὶ πρὸ τούτων οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τῶν μαθημάτων ἁψάμενοι ᵇ πρῶτον

Digitized by Google

vacuum, varietatem autem earum naſci ex diuerſorum accidentium acceſſione, quorum principia dicebant eſſe figuram, ordinem, & poſitionem.

p *Quorum ῥυσμὸς.* Ariſtoteles ipſe interpretatur verba, quibus Democritus ſuam ſententiam ſignificabat, affectabat enim ille in ipſa dictione obſcuritatem, vnde & τ σκοτεινοῦ nomen inuenit, vt in proœmio diximus. Significat autem ῥυσμὸς Græcè quidem fluxum, Abderitarum autem lingua figuram. Itaque Democritus aut peregrina lingua ſignificationem occultare voluit, aut vſus eſt nomine fluxus ad ſignificandam figuram, quia fluida facilè in omnem figuram verti poſſunt, pro ratione receptaculi, cui facilimè omnium corporũ ſe conformant. Nomine τ̃ τροπῆς quod eſt conuerſio, ideo ſignificabat ſitum Democritus, quia ſitus partium ſola conuerſione rei mutari poteſt, etſi locus non mutetur. Denique nomen τ̃ διαθιγῆς, quod ſignificat contactum, iccirco accipiebat pro ordine prioris, & poſterioris ſecundum locum, quia quæ immediato ordine diſpoſita ſunt, ſeſe mutuò contingunt.

Oratio Democriti obſcuritas.

Atque o *vt ij, qui vnum quid ſubſtantiam ſubiectam faciunt, cætera eius affectionibus generant, rarumq́; & denſum principia affectionum ſtatuunt, ſic & hi differentias cauſſas cæterorum eſſe dicunt, eaſq́; tres eſſe volunt, figuram, ordinem, & ſitum. Differre enim tantùm aiunt id quod eſt ῥυσμῷ, διαθιγῇ, τροπῇ, quorum* p *ῥυσμὸς figura eſt, διαθιγὴ ordo, τροπὴ verò ſitus, differunt enim A, & N figura: A N aut, & N A ordine: Z verò, & N ſitu. De motu* q *autem vnde, aut quo pacto rebus inſit, hi etiam, quemadmodum cæteri, per inertiam dicere omiſerunt. Ac* r *de duabus quidem cauſſis, vt dicebamus, hactenus à prioribus quæſitum videtur.*

q *De motu autem vnde, aut quo pacto rebus inſit, hi etiam, quemadmodum cæteri, &c.* Significat hoc etiam cauſſam efficientem, finémque, à quo illa ad agendum impellitur, omiſiſſe.

r *Ac de duabus quidem cauſſis, vt dicebamus, hactenus à prioribus quæſitum videtur.* Retulit hactenus ſententias eorum, qui duo tantùm cauſſarum genera, materialem, videlicet, & efficientem poſuerunt. Deinceps aget de iis, qui conati ſunt addere formalem.

---

auditorem nonnulli faciunt Democritum) non dicuntur tamen Pythagorici, quia Pythagoricæ doctrinæ non adhærentes propria in Philoſophando placita ſectati ſunt. Dicuntur igitur Pythagorici fuiſſe inter hos, & ante hos, quia quidam ex Pythagoricis fuerunt æquales Leucippo, & Democrito, alij ætate ſuperiores, modò nomine Pythagoricorum non intelligas quoſuis ſectatores Pythagoræ, ſed ſolos audiores Pythagoræ, quorum adhuc nonnulli tempore Leucippi, & Democriti erant ſuperſtites. Nam ſi ad omnes Pythagoræ ſectatores ea verba referrentur, oportuiſſet dicere non modò ante hos, ſed etiam addere, & poſt hos, quandoquidem plurimi Pythagorici poſt Democritum, & Leucippũ extiterunt. Addit Alexander, poſſe eadem verba referri ad omnes Phyſicos hactenus commemoratos. Quod tamen ideo non placet, quia nulli Pythagorici extiterunt ante Thaletem.

Cur Leucippus, & Democritus à Pythagoreorum albo reijciantur.

CAP. V.

Pythagoricorum & Parmenidis & Xenophanis & Meliſſi de elementis opiniones.

INter a *hos autem, & ante hos ij, qui Pythagorici appellantur, cùm Mathematica primum* b *tractaſſent,*

Digitized by Google

Quo tempore Pythagoras floruerit.

Laërtius, Euſebius, & alij.

Cœpit autem Pythagoras clarius haberi, aut ſub finem Imperij primi Perſarum Regis Cyri, aut non multò pòſt, floruitque, & doctrinæ fama, & diſcipulorum nobilitate ad finem ferme Darij primi, eius Imperij Regis quarti, in quod tempus incidit extremus Romanorum Rex Tarquinius ſuperbus, prophetantibus apud Hebræos Aggæo, Zacharia & Malachia vltimis 12. minorum Prophetarum, ſub quibus poſterioris templi Hieroſolymitani ſtructura abſoluta eſt.

[b] πρῶτον, ταῦτα προῆγον, καὶ ἐντραφέντες ἐν αὐτοῖς τὰς τούτων ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων. ἐπεὶ [c] δὲ τούτων οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι, καὶ γιγνομένοις μᾶλλον, ἢ ἐν πυρὶ, καὶ γῇ, καὶ ὕδατι (ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ, ψυχὴ καὶ νοῦς, ἕτερον δὲ καιρὸς, καὶ τῶν ἄλλων, ὡς εἰπεῖν, ἕκαστον ὁμοίως) ἔτι δὲ καὶ τῶν ἁρμονιῶν ἐν ἀριθμοῖς ὁρῶντες, καὶ τὰ πάθη, καὶ τοὺς λόγους, ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἀριθμοῖς ἐφαίνετο τὴν φύσιν ἀφωμοιῶσθαι πᾶσαν, οἱ δὲ ἀριθμοὶ πάσης φύσεως πρῶτοι, τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν ἁρμονίαν εἶναι, καὶ ἀριθμὸν, καὶ ὅσα εἶχον ὁμολογούμενα δεικνύναι ἔν τε τοῖς ἀριθμοῖς, καὶ ταῖς ἁρμονίαις πρὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ πάθη καὶ μέρη, καὶ πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν, ταῦτα συνάγοντες ἐφήρμοττον, κἂν εἴ τί που πολὺ διέλειπε, προσεγλίχοντο τοῦ συνειρμοσμένην πᾶσαν αὐτοῖς εἶναι τὴν πραγματείαν λέγω δὲ, οἷον ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν, καὶ τὰ * φερόμενα κατὰ τὸν οὐρανὸν, δέκα μὲν εἶναι φασὶν, ὄντων δὲ ἐννέα μόνον τῶν φανερῶν, διὰ τοῦτο δεκάτην τὴν ἀντίχθονα ποιοῦσι. διώρισται δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀκριβέστερον. ἀλλ' οὗ δὴ [d] χάριν * ἐπεχόμεθα, τοῦτό ἐστιν, ὅπως λάβωμεν καὶ παρὰ τούτων, τίνας εἶναι τιθέασι τὰς ἀρχὰς, καὶ πῶς εἰς τὰς εἰρημένας ἐμπίπτουσιν αἰτίας.

** Alias φαινόμενα.*

** Alias ἐπερχόμεθα.*

Φαίνονται [e] δὲ καὶ οὗτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι, καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι, καὶ ὡς [f] πάθη

[b] *Tractaſſent, ea antepoſuerunt, atque in eis educati eorum principia omnium rerum, &c.* Hoc eſt ante naturalem, & diuinam Philoſophiam.

[c] *Quoniam verò.* Exponit quomodo in hanc ſententiam venerint Pythagorici. Quapropter melius haberet contextus, ſi loco particulæ, δὲ poneretur, γὰρ, vt Alexand. ait: tametſi illa pro hac nonnumquam vſurpatur. Cauſſa igitur, qua inducti ſunt, vt ita exiſtimarent, duplex fuit: vna, quia numeri eorum ſententia ſunt priores natura rebus omnibus corporeis, cùm abſtracti ab omni corpore intelligi poſſint. Altera, quia affectiones rerũ naturaliũ videntur priùs reperiri in numeris, tamquam in cauſſis, quàm in ipſis rebus, vt patet in proportione Muſica, quæ ex numeris deſumitur. Dicimus enim proportionem eius concentus, qui appellatur diapaſon, eſſe proportionem duplam, eius autem, qui dicitur diapente, eſſe proportionem ſeſqui alteram, eius verò, qui vocatur diateſſaron, eſſe ſeſquitertiam: quæ ſanè proportiones priùs cernuntur in numeris, quàm in vocibus. His ergo de cauſſis id in primis curabant Pythagorici, vt omnes rerum proprietates numeris, quoad fieri poſſet, tanquam rerum eſſentiis attribuerent, & viciſſimque quas in numeris cernebant, rebus conabantur accommodare. Verbi cauſſa, quia proprium eſt iuſtitiæ æquabilis compenſatio, iccirco numerum primum pariter parem, hoc eſt quaternarium (eſt enim primus eorum, qui diuiduntur in duos pares) iuſtitiæ eſſentiam eſſe dicebant. Eadem ratione aſſerebant, naturam animæ, ſiue mentis (quod verbum explicationis

Pythagoreorũ de numero opinio explicatur.

Rerum omnium proprietates numeris tribuebãt Pythagorici.

Digitized by Google

explicationis cauſſa addit Ariſtotel. eſſe vnitatem, quòd diuidi nequeat. Tempus verò appellabant ſeptenarium, quia ſeptem diebus hebdomada continetur, vel quia ſolem, cuius curſu præcipuè præſcribuntur tempora, in ſeptimo orbe, hoc eſt, prope Lunam ſitum putabant. vel ſi magis propriè verbum καιρὸς pro opportuno tempore, ſiue occaſione, tempeſtiuitatéque interpreteris, ideo tempus ſeptenario numero ſignificabant, vt Alexander ait, quia res naturales multas tẽpeſtiuitates per ſeptimanas habere cernſitur. Fœtus enim ſeptimo menſe vitalis editur, in primo ſeptennio dentit, in altero pubeſcit, in tertio barbã emittit, &c. Cùm autem videret, numerum denarium eſſe perfectiſſimum, eo quòd omniũ numerorũ naturã comprehenderet, ipſúmque vniuerſum eſſe perfectiſſimum, decem ſimplicia corpora danda eſſe in vniuerſo, quæ in orbem motu nimirum perfectiſſimo mouerentur, aſſerebant. Verùm quia non experiebãtur, niſi nouem, vt potè cœlos octo, & terrã vnam, quam nos incolimus, quam illi exiſtimabant volui circa centrũ mundi, in quo ignem conſtituebant, alium prę terea terræ globum eſſe dicebant, quem ἀντίχθονα, quaſi oppoſitam terram appellabant, & ex altera parte circa idem mundi centrum volui exiſtimabant. Quoniam verò id ſenſui repugnare videbatur, ea de cauſſa illam à nobis non conſpici aſſerebant, quòd noſtris veſtigiis eſſet oppoſita. Addebántque cœlum, ſiue vniuerſitatem hanc decem ſimplicium corporum, quæ diuerſis inter ſeſe, & quibuſdam penè contrariis motibus voluerẽtur, efficere concentum ſuauiſſimum, quemadmodum in vocibus accidit, cum graues & acutæ rata quadam ratione temperantur, quem tamen concentum non exaudiremus, quòd ab ortu illi audiendo eſſemus aſſueti. Contra quos Ari. cùm aliis locis, tum verò 2. de Cœlo cap. 9. & 13. copioſè diſputat.

Mẽs & vnitas dicta: & tempus ſeptenarium.

Decem corpora ſimplicia à Pythagoricis aſſerta.

Duplicẽ terræ globum.

Vniuerſi conuerſione concentum effici. 2. de Cœlo à Text. 52. & ca. 13. à Text. 72.

[b] *tractaſſent, ea antepoſuerunt, atque in eis educati eorum principia omnium rerum principia eſſe crediderunt. Quoniam* [c] *verò numeri his priores ſunt natura, illi autem in numeris plures eorum quæ ſunt, ac fiunt, ſimilitudines, quàm in igne, terra, & aqua ſe animaduertere exiſtimabant (veluti talem quandam numerorum affectionem iuſtitiam eſſe, talem verò eſſe animam, ac mentem, aliam tempus, & in cæteris, eodem penè modo) quoniam item affectiones, rationeſq; concentuum in numeris obſeruabant, & cætera numeris omnibus ſuapte natura ſimilia eſſe videbantur, numeri autem omni natura priores ſunt, iccirco numerorum elementa omnium rerum eſſe elementa, totumq; cœlum concentum, & numerum eſſe exiſtimabant: & quæcunque in numeris, & concentibus oſtendere poterant Cæli affectionibus, ac partibus, vniuerſoq; ornatui eſſe conſentanea, ea colligentes accommodabant. Si quid autem magni momenti vſpiam deerat, id ſupplere curabant, vt tota ipſis tractatio aptè connexa eſſet. Exempli cauſſa, quoniam denarius numerus perfectum quid videatur eſſe, omnemq; numerorum naturam complecti; ea etiam, quæ in cœlo feruntur, decem quidem eſſe inquiunt: at quia nouem duntaxat ſunt, quæ perſpicuè cernantur, ob id decimam oppoſitam terram faciunt. De quibus aliis in locis accuratius diſputatum eſt à nobis. Sed cur ea nunc* [d] *tractemus, hæc eſt ratio, vt ab his etiam ſumamus, quæ nam principia ponant, & quo pacto ea in cauſſas expoſitas incidant.*

Videntur [e] *autem & hi numerum principium eſſe exiſtimare, & vt materiam rerum, & vt* [f] *affectiones,*

[d] *Nunc tractemus.* Siue legendum ſit ἐνδιατρίβω, vt excuſi habent (*quod eſt, Immoramur*, ſiue ἐπιχειρῶ, id eſt, *Aggredimur*) vt habetur in quibuſdam manuſcriptis, & apud Alexand. ſenſus idem eſt. Significat enim Ariſtotel. ſe nunc iſta tractare, vt *ab his etiam*, hoc eſt, à Pythagoricis accipiat, quid de rerum cauſſis dicendum ſit.

[e] *Videntur autem & hi.* Quaſi dicat, etſi Pythagorici nitantur ponere cauſſam

Non niſi materiam eſſe rerum omnium ſi Pythagoreorum dicta expendantur.

formalem, tamen quantum ex dictis eorum licet colligere, non ponunt niſi materiale, quemadmodum ſuperiores. Itaque videntur dicere, numeros eſſe velut materiam rerum omnium, affectiones autem, ſiue accidentia numerorum, eſſe accidentia rerum. Quo autem pacto illi viderentur dicere numeros eſſe materiam, mox declarat, cùm ait, elementa numerorum apud illos eſſe par, & impar, id eſt, vnitates. Nam quia vnitas eſt par, & impar virtute, cùm addita impari numero faciat parem, & addita pari faciat imparem, excogitauerunt nomen compoſitum, quo hanc eius vim ſignificarent, ita vno vocabulo Parimparem appellabant. Quare cùm vnitates ſint partes materiales numerorum, efficitur vt numeri, eorum ſententia, nihil aliud eſſe videantur, quàm integra materia rerum. Quamuis illi, vt probabile eſt, nitantur dicere, numeros eſſe totam quidditatem rerum compoſitam ex potentia, & actu, ſeu materia, & forma. Ideo enim fortaſſe dicebant, eſſentias rerum conſtare pari, & impari, vt ſignificarent materiam nomine paris, quod eſt aptum diuiſioni, formam verò imparis, quod eſt diuiſioni minus idoneum. Materia enim, eſt cauſſa diuiſionis, ſiue corruptionis, forma verò indiuiſionis, ſiue vnionis, ac ſtabilitatis.

[f] *Et vt affectiones.* Videtur aliquid ſubaudiendum, vt hæc ſit ſententia: *& affectiones numeri, vt affectiones, atque habitus rerum.*

Par finitum.

[g] *Horúmque alterum.* Par appellabant finitum, quia aptiùs ad diuiſionem, vt iam diximus: diuiditur enim in partes æquales, impar verò infinitũ, ratione contraria.

[h] *Vnum autem ex his vtriſque eſſe.* Id eſt vnitatem, vtrumque eſſe virtute, vt pauló ante expoſuimus.

Vt 1. libr. de Cœlo c. 9. te. 95. & aliis locis.

[i] *Totúmque cœlum, vt dictum eſt.* Nomine Cœli intelligit totum vniuerſum, vt ſæpe alibi.

Impar infinitum. Cœlum pro vniuerſo. Nonnullos Pythagoricos decem cõtrarietates pro principiis aſtruxiſſe.

[k] *Horum autem ipſorum alij decem principia eſſe dicunt.* Refert quorumdam Pythagoricorum ſententiã, qui nõ cenſebãt duo tantùm illa, par, & impar, eſſe rerũ principia, ſed nouem inſuper addebant contrarietates, vt decem eſſent complicationes principiorum, ex quibus omnia fierent. Placebat enim illis mirum

ὡς [f] πάθη τε καὶ ἕξεις, τοῦ δὲ ἀριθμοῦ στοιχεῖα τὸ ἄρτιον, καὶ τὸ περιττὸν, τούτων [g] δὲ τὸ μὲν πεπερασμένον, τὸ δὲ ἄπειρον, τὸ δὲ [h] ἓν δὴ ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τούτων. καὶ γὰρ ἄρτιον εἶναι, καὶ περιττὸν, τὸν δ' ἀριθμὸν ἐκ τοῦ ἑνός. ἀριθμοὺς δὲ καθάπερ εἴρηται, τὸν ὅλον [i] οὐρανόν. ἕτεροι δὲ [k] τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας, ἄπειρον, περιττὸν, ἄρτιον, ἕν, πλῆθος, δεξιὸν, ἀριστερὸν, ἄρρεν, θῆλυ, ἠρεμοῦν, κινούμενον, εὐθὺ, καμπύλον, φῶς, σκότος, ἀγαθὸν, κακὸν, τετράγωνον, ἑτερόμηκες, ὅνπερ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης ὑπολαβεῖν, καὶ ἤτοι οὗτος παρ' ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι παρὰ τούτου παρέλαβον τὸν λόγον τοῦτον. καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ, ἀπεφήνατο δὲ παραπλησίως τούτοις. φησὶ [l] γὰρ εἶναι [m] δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας, οὐχ ὥσπερ οὗτοι διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας, οἷον λευκὸν, μέλαν, γλυκὺ, πικρὸν, ἀγαθὸν, κακὸν, μικρὸν, μέγα. οὗτος μὲν οὖν ἀδιορίστως ἐπέρριψε περὶ τῶν λοιπῶν. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι, καὶ πόσαι, καὶ τίνες αἱ ἐναντιώσεις ἀπεφήναντο.

Παρὰ μὲν οὖν τούτων ἀμφοῖν τοσοῦτόν ἐστι λαβεῖν, ὅτι τἀναντία ἀρχαὶ τῶν ὄντων; τὸ δ' ὅσαι παρὰ τῶν ἑτέρων, καὶ τίνες αὗταί εἰσι. πῶς μέντοι πρὸς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐνδέχεται συνάγειν, σαφῶς μὲν οὐ διήρθρωται παρ' ἐκείνων· ἐοίκασι δ' ὡς ἐν ὕλης εἴδει τὰ στοιχεῖα τάττειν· ἐκ τούτων γὰρ ὡς ἐνυπαρχόντων συνεστάναι καὶ πεπλάσθαί φασι τὴν οὐσίαν, τῶν μὲν οὖν παλαιῶν, καὶ πλείω τὰ στοιχεῖα λεγόντων τῆς φύσεως, ἐκ τούτων ἱκανόν ἐστι θεωρῆσαι τὴν διάνοιαν.

Εἰσὶ

Digitized by Google

lis mirum in modum numerus denarius, atque ad illum totam rerum vniuerſitatem redigere omni ratione conabantur. Ratio huius ſententiæ fuit, vt ſuſpicatur Diuus Thomas, quia non ſolum loquebantur de primis principiis, ſed etiam de proximis, quæ ſingulis rerum generibus attribuerentur. Crediderim illos decem contrariis ſignificaſſe varia materiæ attributa, & totidem aliis propria attributa formæ. Verùm in his ænigmatibus exponendis, quibus illi de induſtria vtebantur, non eſt cur immoremur. *Lect. 8.*

PYTHAGOREORVM SERIES.

Infinitum.	Infinitum.	Quieſcens.	Quod mouetur.
Impar.	Par.	Rectum.	Obliquum.
Vnum.	Multitudo.	Lumen.	Tenebræ.
Dextrum.	Siniſtrum.	Bonum.	Malum.
Mas.	Fœmina.	Quadratum.	Altera parte longius.

vt [f] *affectiones, atque habitus, numeri verò elementa par & impar, horúmque* [g] *alterum finitum eſſe, alterum infinitum, vnum* [h] *autem ex his vtriſque eſſe: par enim eſſe, & impar: numerum porrò ex vno conſtare totúmque* [i] *cœlum, vt dictum eſt, eſſe numeros. Horum autem* [k] *ipſorum alij decem principia eſſe dicunt, quæ coniugatione quadam efferuntur, finitum, infinitum: par, impar: vnum, multitudinem: dextrum, ſiniſtrum: marem, fœminam, quieſcens, quod mouetur, rectum, obliquum, lumen, tenebras, bonum, malum, quadratum, altera parte longius, quemadmodum, & Alcmæo Crotoniates videtur ſenſiſſe, atque aut hic ab illis, aut ab hoc illi hanc ſententiam acceperunt. Extitit enim Alcmæo ſene Pythagora, eandémque ferme, quam hic, ſententiam induxit. At* [l] *enim res humanas magna ex parte duplices* [m] *eſſe, afferens contrarietates non (vt illi) definitas, ac certas, ſed quaſuis, vt album, nigrum, dulce, amarum, bonum, malum, paruum, magnum. Hic igitur indefinitè de reliquis ſermonem effudit. Pythagorici verò, & quot eſſent, & quæ contrarietates planè docuerunt.*

Itaque ab vtriſque horum hoc tantùm ſumere licet, principia eorum, quæ ſunt, eſſe contraria, quot autem, & quænam ſint, ab alteris. Sed quonam modo illa, ad eas cauſſas quæ expoſitæ ſunt, reuocari poſſint, perſpicuè, ac diſtinctè, non eſt ab illis traditum. Quanquam ea ratione videntur in ſpecie materiæ elementa ponere, quòd ex illis, vt inſitis, conſtare, effictámque ſubſtantiam aſſerant. Ac veterum quidem, pleraq; elementa naturæ aſſerentium, ex his ſatis licet mentem perſpicere.

Sunt

[l] *Ait enim res humanas magna ex parte duplices.* Hoc eſt, multas res ſenſibiles ex contrariis effici. Fortè, non dixit, Omnes, propter Cœlos, aut propter integra elementa, quæ non ſic gignuntur, nec intereunt.

Quid contrariorũ poſitiuorum nominibus intellexerint.

ILLVD tamen aduerte nominibus albi, & nigri, cæterorúmque contrariorum poſitiuorũ fortaſſe ſignificari apud illos formam, & priuationem, ſeu potius formam, & materiam priuatam, ex quibus, cùm in vnum iunguntur, fiunt res naturales. Ariſtoles tamen eorum ſententiam ita interpretatur, quaſi hæc omnia in cauſſis materialibus numerauerint: niſi velis verba illa, *vt inſitis*, referre ad ſolas vnitates, quas à Pythagoricis parimpares appellatas diximus.

[m] *Duplices eſſe afferens contrarietates nõ (vt illi) definitas, ac certas, ſed quaſuis, vt album, nigrum, dulce, amarum, bonum malum, paruum, magnum, &c.* Græcè eſt

No, hoc eſt, duo: ſed ſenſus eſt, eas coniugatione quadam contrarietates efferri.

Opi[illegible]o eorum qui [illegible]mnia v[illegible]num [illegible]ſſe aſſe[illegible]ruer[illegible].

[a] *Sunt autem, qui de vniuerſo perinde, ſi eſſet vna natura, pronunciarint, non tamen omnes eodem modo, &c.* Refert opinionem Xenophanis, Parmenidis, ac Meliſſi, qui ita loquebantur de rebus, ac ſi omnes eſſent vnius tantùm naturæ, & eſſentiæ. Quos ideo ait non eodem modo loquutos, quod non omnes æquè aberrauerint à veritate, neque item omnes æquè præter naturam loquuti ſint. Quo loco aduerte, etſi Naturales ij, qui vnum tantùm materiale principium ex interitis ponebant, cogebantur dicere, omnia ſecundum ſubſtantiã eſſe eiuſdem rationis: tamen quia res naturales ex illa materia, & quibuſdam accidentibus componebant, non fatebantur ſimpliciter omnia eſſe vnum, ac idem ratione. At hi tres, cùm intelligerent accidẽtia non poſſe ingredi conſtitutionem rerum naturaliũ, quas rectè meras ſubſtantias eſſe docebant ſapientiùs ſe dicturos rati ſunt, ſi eas omnes eiuſdem rationis eſſe dicerent: ſiquidẽ ſubſtantiæ ratio non variatur per accidentia. Vtrique tamen errabant ignoratione formæ ſubſtantialis.

Cur ea ſimpliciter ad hũc locũ non pertineat.

[o] *Nulla igitur ratione ad inſtitutam diſputationem de cauſſis attinet, &c.* Oſtendit horum opinionẽ ſimpliciter, & abſolutè non pertinere ad hũc locum, in quo ſermo inſtitutus eſt de referendis cauſſis rerum naturalium, quæ à Veteribus ponebãtur, Si quidem hi tres dicebant omnia eſſe vnũ, atque adeo immobile, quod ſi verum eſſet, nulla eſſet diſtinctio cauſſæ, & effectus.

Cur pertineat ex parte.

[r] *Hactenus tamen,* Docet eatenus horũ ſententiam poſſe pertinere ad hunc locum, quatenus Parmenides videri poteſt tetigiſſe conditionem formæ,

Εἰσὶ δὲ [a] τινὲς, οἳ περὶ τοῦ παντὸς ὡς ἂν μιᾶς οὔσης φύσεως ἀπεφήναντο, τρόπον δὲ οὐ τὸν αὐτὸν πάντες, οὔτε τοῦ καλῶς, οὔτε τοῦ κατὰ φύσιν. εἰς μὲν οὖν [o] τὴν νῦν σκέψιν τῶν αἰτίων, οὐδαμῶς συναρμόττει περὶ αὐτῶν ὁ λόγος· οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι τῶν φυσιολόγων ἓν ὑποθέμενοι τὸ ὂν, ὅμως γεννῶσιν ὡς ἐξ ὕλης τοῦ ἑνὸς, ἀλλ' ἕτερον τρόπον οὗτοι λέγουσιν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ προστιθέασι κίνησιν, γεννῶντές γε τὸ πᾶν, οὗτοι δὲ ἀκίνητον εἶναι φασίν. οὐ μὴν ἀλλὰ [r] τοσοῦτόν γε οἰκεῖον ἐστὶ τῇ νῦν σκέψει. Παρμενίδης μὲν γὰρ ἔοικε τοῦ κατὰ λόγον ἑνὸς ἅπτεσθαι, Μέλισσος δὲ τοῦ κατὰ τὴν ὕλην, διὸ καὶ ὁ μὲν πεπερασμένον, ὁ δ' ἄπειρόν φησιν εἶναι αὐτό. Ξενοφάνης δὲ πρῶτος τούτων ἑνίσας (ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου λέγεται μαθητὴς) οὐδὲν διεσαφήνισεν οὐδὲ τῆς φύσεως τούτων οὐδετέρας ἔοικε θιγεῖν, ἀλλ' εἰς τὸν ὅλον οὐρανὸν ἀποβλέψας, τὸ ἓν εἶναί φησι τὸν θεόν. οὗτοι μὲν οὖν, καθάπερ εἴπομεν, ἀφετέοι πρὸς τὴν νῦν ζήτησιν. οἱ μὲν δύο, καὶ πάμπαν, ὡς ὄντες μικρὸν ἀγροικότεροι, Ξενοφάνης καὶ Μέλισσος. Παρμενίδης δὲ μᾶλλον βλέπων, ἔοικέ που λέγειν. παρὰ γὰρ τὸ ὂν, τὸ μὴ ὂν οὐθὲν ἀξιῶν εἶναι, ἐξ ἀνάγκης ἓν οἴεται εἶναι τὸ ὂν, καὶ ἄλλο οὐθέν. περὶ οὗ σαφέστερον ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἰρήκαμεν. ἀναγκαζόμενος δ' ἀκολουθεῖν τοῖς φαινομένοις, καὶ τὸ ἓν μὲν κατὰ λόγον, πλείω δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν ὑπολαμβάνων εἶναι, δύο τὰς αἰτίας, καὶ δύο τὰς ἀρχὰς τίθησι πάλιν, θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, οἷον, πῦρ καὶ γῆν λέγων, τούτων δὲ τὸ μὲν κατὰ τὸ ὂν τὸ θερμὸν τάττει, θάτερον δὲ κατὰ τὸ μὴ ὄν. à Text. 11.

Ἐκ μὲν [q] οὖν τῶν εἰρημένων, καὶ παρὰ τῶν συνηδρευκότων ἤδη τῷ [r] λόγῳ σοφῶν ταῦτα παρειλήφαμεν. παρὰ μὲν τῶν πρώτων σωματικήν τε τὴν ἀρχὴν (ὕδωρ γὰρ, καὶ πῦρ, καὶ τὰ τοιαῦτα σώματά ἐστι) καὶ τῶν μὲν μίαν, τῶν δὲ πλείους ἀρχὰς τὰς σωματικὰς, ἀμφοτέρων μέντοι ταύτας ὥσπερ ὕλης εἴδει τιθέντων. παρὰ δέ τινων ταύτην τε αἰτίαν τιθέντων, καὶ πρὸς ταύτῃ τὴν ὅθεν ἡ κίνησις, καὶ ταύτην παρὰ τῶν μὲν μίαν, παρὰ τῶν δὲ δύο. Text. 1.

Μικρ

formæ, cùm dixit omnia eſſe vnum finitum, formæ enim eſt finire, ac terminare, cum ſit actus, & perfectio. Meliſſus autem, materiæ cùm aſſeruit eſſe vnum infinitum, ſiquidem infinitio ad materiam reducitur, quæ eſt pura potentia. Quò fit vt Xenophanes, qui nec materiæ, nec formæ rationem videtur cõſideraſſe, ſed ad totum vniuerſum attẽdiſſe, quod quidem more aliorum quorundam vocauit Deũ tanquam imperitior omnino ab hac diſputatione excludendus ſit. Cur autẽ Meliſſus etiam hoc loco rudior Parmenide dicatur, ex veriſimili argumẽto Parmenidis, quod hîc ab Ariſtotele refertur, & ex comparatione rationum vtriuſque, quæ fit primo Phyſicorũ capite tertio, planè intelliges.

Cur Xenophanes omnino reiiciendus.

q. *Ex ijs igitur quæ dicta ſunt, & ab ijs ſapientibus.* Antequam referat opinionẽ Platonis, quod faciet capite proximo, colligit in ſummam, quæ hactenus relata ſunt ex Veteribus.

r *Huic diſputationi incubuerunt, hæc accepimus, à primis quidem, corporeum eſſe principium (ſiquidem aqua.* Græcè eſt, τῷ λόγῳ, quod verbum cùm rationem quoque ſignificet nõnulli vertunt. *Qui rationem incubuerunt.* Nos Alexandri explicationem ſequuti ſumus, quod hîc non ſit ſermo de ratione, vt à ſenſu diſtinguitur, quaſi loquatur Ariſtoteles de iis Philoſophis, qui poſthabito ſenſu rationem ducem ſequuti ſunt, vt Parmenides, Meliſſus, & Xenophanes, ſed de omnibus, qui hactenus ſunt commemorati.

Sunt autem, [n] qui de vniuerſo perinde, ac ſi eſſet vna natura, pronunciarint, non tamen omnes eodem modo, ſiue quid rectè dicatur ſpectes, ſiue quid ſecundum naturam. Nulla [o] igitur ratione ad inſtitutam diſputationem de cauſſis attinet, vt de ijs ſermo habeatur, neque enim idem faciunt, quod quidam Naturales, qui cùm id quod eſt, vnum eſſe ponant, omnia tamen ex vno vt ex materia generant: ſed alio modo hi loquuntur. Illi enim cùm vniuerſum generent, motum adiungunt, hi verò immobile eſſe dicunt. Hactenus [p] tamen eorum ſententia huius diſputationis propria eſt, quòd Parmenides quidem vnum ſecundum rationem videatur attingere, Meliſſus verò ſecundum materiam, qua etiam de cauſſa ille finitum: hic verò infinitum eſſe dixit. Xenophanes autem cùm ante hos vnum feciſſet (Parmenides enim huius diſcipulus fuiſſe fertur) nihil perſpicuè dixit, neutrámque horum naturam attigiſſe videtur, ſed in totum cœlum reſpiciens, vnum ipſum ait Deum eſſe: Atque hi quidem, vt diximus, ab hac diſputatione excludendi ſunt, duo quidem etiam omnino, vt paulò rudiores, Xenophanes & Meliſſus. Parmenides autem plus videns nonnihil dicere videtur. Nam cùm præter ipſum ens, ipſum non ens nihil eſſe cenſeat, neceſſario ipſum ens vnum eſſe putat, & nihil aliud: quia de re in libris de Natura luculentiùs diximus. Cùm autem ea, quæ apparent, ſequi cogatur, & vnum quidem ratione, plura verò ſenſuum indicio æſtimet: duas cauſſas rurſus, duoq́; principia conſtituit, calidum, & frigidum, ignem videlicet, ac terram ſignificans, quorum alterum (calidum inquam) in ordine entium, alterum in non entium collocat.

Ex ijs [q] igitur, quæ dicta ſunt, & ab ijs ſapientibus, qui olim huic [r] diſputationi incubuerunt, hæc accepimus, à primis quidem, corporeum eſſe principium (ſiquidem aqua, ignis, & ſimilia, corpora ſunt) atque ab eorum quibuſdam vnũ, ab aliis plura principia corporea, cùm interim vtrique hæc ipſa, vt materiæ ſpecies conſtituant: ab aliis verò hanc cauſſam ponentibus, eam præterea, vnde motus proficiſcitur, atque hanc ab aliis vnam eſſe, ab aliis duas.

Ac vſ-

Ac vſque

s *Ac vſque ad Italicos quidem, & præter illos, &c.* Non intelligit omnes Italicæ familiæ Philoſophos, ſed eos tantùm, qui Pythagoricæ doctrinæ adhæſerunt. Cùm porrò ait, vſque ad Italicos, non ſignificat ordinem temporis, vt ait Alexander (quaſi ij omnes, quorum ſententiæ proximè recitatæ ſunt ante Pythagoricos fuerint) ſed ordinem commemorationis, quaſi dictum ſit, *qui vſque ad Pythagoricos à nobis recenſiti ſunt &c.* Addit autem *& præter illos*, ne Pythagoricos etiam eadem reprehenſione comprehendere videatur.

t *Anguſtius de eiſdem rebus cæteri diſſeruerũt, niſi quòd, quemadmodum diximus, &c.* Quod Græcè eſt μετριώτερον, hoc eſt ad verbum *Mediocrius*, ſiue *Parcius*, nos ideo reddidimus, *Anguſtius*, quia ſignificat Ariſtot. his verbis id quod capite ſeptimo planiùs explicat cæteros Philoſophos anguſtiùs fuiſſe locutos de principiis, ea enim tradiderũt, quæ in ſola entia corporea conueniunt: at Pythagorici ea conſtituerunt, quæ rebus etiam corporis expertibus accommodari poſſunt. Alexander ait, in quibuſdam exẽplaribus legi μαλακώτερον, id eſt, *mollius*: Sed eadẽ eſt ſententia. Idcirco enim *mollius* dicuntur locuti cæteri, quia reſtrictiùs. Aut dictum eſt, Molliùs, quia cæteri Philoſophi Dialecticæ expertes fuerunt, vt paulò pòſt docet Ariſtoteles, multò autem planiùs capite ſequenti. Non vſi ſumus tamen hac lectione, quia ſuperior eſt penè communis.

Text. 19. & 20.

Alia lectio.

Μέχρι ſ μὲν οὖν τῶν ἰταλικῶν, καὶ χωρὶς ἐκείνων * μετριώτερον t εἰρήκασιν οἱ ἄλλοι περὶ αὐτῶν, πλὴν, ὥσπερ εἴπομεν, δυοῖν τε αἰτίαιν τυγχάνουσι κεχρημένοι. καὶ τούτων τὴν ἑτέραν, οἱ μὲν μίαν, οἱ δὲ δύο ποιοῦσι, τὴν ὅθεν ἡ κίνησις. ¶ οἱ δὲ πυθαγόρειοι, δύο u μὲν τὰς ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν εἰρήκασι τρόπον. τοσοῦτον δὲ προσεπέθησαν (ὃ * καὶ ἴδιον αὐτῶν ἐστιν) ὅτι τὸ πεπερασμένον, καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ τὸ ἓν οὐχ ἑτέρας τινὰς ᾠήθησαν εἶναι φύσεις, οἷον, πῦρ ἢ γῆν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ ἄπειρον, καὶ αὐτὸ τὸ ἓν, οὐσίαν εἶναι τούτων, ὧν κατηγοροῦνται. διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων.

Textus 2. Com. 37.
* Alias μαλακώτερον.
Textus 3.

Περί τε τούτου οὖν τοῦτον ἀπεφήναντο τὸν τρόπον, καὶ περὶ y τοῦ τί ἐστιν ἤρξαντο μὲν λέγειν, καὶ ὁρίζεσθαι, λίαν δ᾽ ἁπλῶς ἐπραγματεύθησαν. ὡρίζοντό τε γὰρ ἐπιπολαίως, καὶ ᾧ πρώτῳ ὑπάρξειεν ὁ λεχθεὶς ὅρος, τοῦτ᾽ εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἐνόμισαν, ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο ταὐτὸν εἶναι διπλάσιον καὶ τὴν δυάδα, διότι πρῶτον ὑπάρχει τοῖς δυσὶ τὸ διπλάσιον. ἀλλ᾽ οὐ ταὐτὸν ἴσως ἐστὶν εἶναι διπλασίῳ καὶ δυάδι. εἰ δὲ μὴ, πολλὰ τὸ ἓν ἔσται, ὃ z κἀκείνοις συνέβαινε. περὶ a a μὲν οὖν τῶν πρότερον, καὶ τῶν ἄλλων τοσαῦτά ἐστι λαβεῖν.

Textus 4.

Textus 4. Textus 8.

u *Duo quidem principia eodem modo eſſe dixerunt, ſed hoc tantùm addiderunt.* Intelligit par, & impar, quorum alterum eos appellaſſe infinitum, alterum finitum ſuperiùs dictum eſt. Quod autem addit *eodem modo* quantùm ad numerum intelligendum eſt, non quantùm ad genus cauſſæ. Par enim & impar, ſi mens Pythagoricorum explicanda eſt, materialem, & formalem cauſſam ſignificant, vt paulò antè diximus, & Auen Rois hoc loco aſſerit, ſi autem ad verba eorum tantùm quis velit attendere, ambo ad materialem cauſſam pertinent, vt Ariſtoteles ſuperius dixit, nóſque eo loco, quo pacto verum ſit expoſuimus.

Qua ratione Pythagorici à ſuperioribus differant.

x *Quod etiam proprium eſt ipſorum placitum, finitum, & infinitum, ac etiam vnum, non alias quaſdam eſſe naturas, vt ignem, aut terram, &c.* Quod proprium eſt Pythagoreorum, ſi cum ſuperiobus conferantur, quod putent nec finitum, nec infinitum, nec vnum eſſe accidentia rerum, ſed pertinere ad ipſas earum eſſentias, quas numeros appellant, quod tamen ſuperioribus non placet, cùm dicant

hæc

hæc potiùs eſſe accidentia ignis, terræ, & cæterarum rerum eſſentiis earum adiuncta.

y *Et de ipſo quid eſt dicere quidem, ac definire cœperunt, ſed tamen valde ſimpliciter ſuſcepeum negotium tractauerunt. Etenim quaſi ſuperficie tenus definiebant, & cui primo propoſita definitio conueniſſet, id rei ſubſtantiam eſſe exiſtimabant, &c.* De eſſentia rerum ac definitione, qua eſſentia earum explicatur, cœperunt quidem Pythagorici agere, ſed tamen rudi Minerua, vt contingit primis cuiuſque retractatoribus. Putabant enim de quo primo definitio propoſita diceretur, id eſſe rei eſſentiam: quod tamen falſum eſt, cùm ex eo ſequatur, vnum aliquid plura eſſe. Fieri enim poteſt, vt definitiones diuerſorum accidentium dicantur primò de re propoſita, & definitio dupli, & paris de duobus: quare ſi de quo primò dicitur definitio, id eſſet eſſentia rei, ſanè dualitas eſſet eſſentia duplicitatis, & paritatis, quod apertiſſimè falſum eſt, cùm latiùs pateant quàm dualitas. *Quatenus terũ eſſentias definitionesq; cognouerint.*

Ac vſque ſ ad Italicos quidem, & præter illos, anguſtiùs t de eiſdem rebus cæteri diſſeruerunt, niſi quòd quemadmodum diximus, duabus cauſſis vſi ſunt, & harum alteram alij vnam, alij duas faciunt eam, vndè motus proficiſcitur. ¶ Pythagorici verò
Textus 3. *duo u quidem principia eodem modo eſſe dixerunt, ſed hoc tantùm addiderunt (quod etiam x proprium eſt ipſorum placitum) finitum, & infinitum, ac etiam vnum, non alias quaſdam eſſe naturas, vt ignem, aut terram, aut aliud huiuſmodi, ſed ipſum, infinitum, & ipſum vnum ſubſtantiam eorum eſſe, de quibus dicuntur, quare, & numerum ſubſtantiam eſſe rerum omnium.*

Textus 4. *De his igitur hũc in modum cenſuerunt, & de ipſo y quid eſt dicere quidem, ac definire cœperunt, ſed tamen valde ſimpliciter ſuſceptum negotium tractauerunt. Etenim quaſi ſuperficie tenus definiebant, & cui primo propoſita definitio conueniſſet, id rei ſubſtantiam eſſe exiſtimabant, vt ſi quis duplum, ac dualitatem idem eſſe putaret, quòd duplum duobus primò inſit. Attamen non idem eſt fortaſſe dupli, ac dualitatis eſſe, alioqui vnum plura erit, quod illis z etiam accidebat. Atque a a à primis quidem, ac cæteris hæc accipi poſſunt.*

z *Quod illis etiam accidebat* Dicebãt enim, verbi gratia, definitionem iuſtitiæ dici primò de numero primo pariter pari, id eſt, de quaternario, alias verò de eodem numero aſſerebant primò dici definitionem Amicitiæ, vt ait Alexander, eo quod amicitia in quadam æqualitate conſiſtat, vnde ſequebatur eſſentiam quaternarij eſſe eſſentiam Iuſtitiæ, & Amicitiæ. aa *Atque à primis quidem, at cæteris hæc accipi poſſunt.* Id eſt, ab iis, quos ante Pythagoricos commemorauimus, & ab ipſis Pythagoricis.

Digitized by Google

CAPITIS VI. EXPLANATIO.

Capitis diſtributio.

POST [a] *eas autem Philoſophias, quas commemorauimus, diſciplina Platonis acceſſit, quæ magna quidem ex parte horum Pythagoricorum doctrinam ſequitur.* Refert in priori parte huius capitis opinionem Platonis, qui apertè cauſſam formalem inuexit, in altera colligit, quid commemorandis aliorum ſententiis de rerum principiis, & cauſſis ſit conſecutus. Ait ergo in primis Platonem magna ex parte Pythagoricos ſequutum fuiſſe, ſed tamen quædam addidiſſe propria, cuiuſmodi fuit opinio de Ideis.

Platonem primũ Ideas inuexiſſe.

[b] *Plato enim cum ab ineunte ætate Cratylli primum conſuetudine vſus, & Heracliti opinionibus aſſuetus, &c.* Docet qua ratione Plato ductus fuerit, vt Ideas eſſe cenſeret. Cùm enim ille à puero cum Cratylo Heracliti diſcipulo verſatus eſſet, & ab eo omnia ſenſibilia cõtinenter fluere, nec vnquam in eodem ſtatu conſiſtere audiuiſſet (quæ fuit propria Heracliti ſententia) atque eam opinionem matura ætate approbaſſet, contrà verò à Socrate præceptore ſuo didiciſſet, definitiones, quarum ille ſtudioſiſſimus erat, non eſſe de rebus ſingularibus, ſed de vniuerſalibus eius ſententiam approbatam, exiſtimauit definitiones non eſſe de rebus ſenſibilibus, quia eſſent mutabiles, ſed de naturis quibuſdam communibus, quæ à rebus ſenſibilibus, ſeparatæ exiſterent, quas Ideas appellauit, eáſque à rebus ſingulis, quarum eſſent Ideæ, participari affirmauit, verbi gratia, Ideam hominum à ſingulis hominibus, quorum ab equis, & cætera eodem modo. Hæc luculentiùs ſcribit Ariſtoteles decimo tertio libro huius operis initio capitis quarti, quæ operæpretium eſt legere.

Heracliti ſententia.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Πλάτωνος δόξα περὶ τῶν ἀρχῶν καὶ ἐπίλογος τῶν προειρημένων.

Μετὰ [a] δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας, ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν, ἐκ [b] νέου τε γὰρ συγγενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ, καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων, καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβε. Σωκράτους [c] δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐδέν, Textus 5.

¶ ἐν [d] μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος, καὶ [e] περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ ζητῆσαι περὶ τῶν καθόλου, τοιοῦτον ὑπέλαβεν, ὡς περὶ ἑτέρων τοὺς ὁρισμοὺς, τούτους γινομένους, καὶ οὐ περὶ τῶν αἰσθητῶν τινος. ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινος, ἀεί γε μεταβαλλόντων. οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ᾽ αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα, καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα. κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ [f] τῶν συνωνύμων ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσι, τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα Textus 6.

[c] *Sed cùm Socrates ea, quæ ad mores pertinent, tractaret, de tota verò natura nihil ageret.* Socrates, vt Laërtius ex Demetrio Byzantio refert, animaduertens naturalis ſpeculationis fructum nullum exiſtere, eámque ad officia vitæ nihil eſſe neceſſariam: primus inuexit Ethicem, déque illa in officinis, locíſque publicis quotidie Philoſophi more diſputans, ea potiùs inquirenda hortabatur, quæ mores inſtruerent, & quorum vſus domi eſſet neceſſarius. Non crediderim tamen, Socratem putaſſe nullum

Ethices auctor primus Socrates.

Digitized by Google

nullum fructum ex contemplatione naturæ rerum exiſtere, ſed exiguum, ſi cum fructu Moralium diſciplinarum conferatur.

Cur in rebus ſenſibilibus. Vniuerſalia quæſierit.

d *Et tamen in ijs rem vniuerſalem quæreret.* In moribus videlicet. Quare, quia mores hominum ſunt in hominibus iis, quos ſenſibus percipimus: inde illud efficiebatur, vt Socrates quæreret vniuerſalia in rebus ſenſibilibus, non autem extra res ſenſibiles, quemadmodum Plato. Quod Ariſtoteles libro decimotertio, huius operis capite quarto his verbis docet. *Socrates quidem vniuerſalia non ponebat ſeparata, quidam verò ſepararunt, ac eiuſmodi entia Ideas appellauerunt.*

CAP. VI.

Platonis opinio de principijs & concluſio eorum quæ ante dicta ſunt.

Textus 5. POſt a *eas autem Philoſophias, quas commemorauimus, diſciplina Platonis acceſſit, quæ magna quidem ex parte horum Pythagoricorum doctrinam ſequitur, ſed quædam etiam propria continet, præter Italicorum Philoſophiam. Plato b ab ineunte ætate Cratyli primùm conſuetudine vſus, & Heracliti opinionibus aſſuetus, quaſi omnia ſenſibilia ſemper fluerent, nec vlla eorum eſſet ſcientia, hæc quidem poſtea ita habere exiſtimauit. Sed c cùm Socrates ea, quæ ad mores pertinent, tractaret, de tota verò natura nihil ageret.*

Textus 6. *¶ Et d tamen in ijs rem vniuerſalem quæreret, mentémque e primus ad definitiones applicaret, eius doctrina ob eam cauſſam probata: quòd de rebus vniuerſalibus diſputaret: id ita accepit, quaſi de alijs rebus non de vlla earum, quæ ſenſibus percipiuntur, eiuſmodi definitiones fierent: Neque enim fieri poſſe, vt communis definitio vllius rei ſit earum, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, vt quæ ſemper mutentur. Itaque huiuſmodi quidem entia ideas appellauit: quæ verò ſenſibus percipiuntur, præter hæc eſſe, & ab his omnia dici voluit. Participationem enim pleráque f vniuocorum, eiuſdem nominis eſſe cum formis aſſeruit,*

g *ſolo*

Definitio vniuerſalis, & inductiuæ orationes tribuũtur Socrati.

e *Mentémque primus ad definitiones applicaret, &c.* Idem ſcribit Ariſtoteles loco nunc citato. *Duo,* inquit, *ſunt quæ Socrati iure proprio quis attribuat, inductiuas orationes & definitionem rei vniuerſalis.* Non pugnãt autem hæc cum iis, quæ dixerat ad finem ſuperioris capitis, Pythagoricos cœpiſſe quærere ipſum, quid eſt, ac definitionibus vti. Id enim fecerunt Pythagorici perfunctoriè, & rudi admodum Minerua, vt ibi dictum eſt: Socrates autem diligenter, & accuratè in eam rem incubuit.

Quarum rerum poſuerit Plato Ideas.

f *Pleraq; Vniuocorum, eiuſdem nominis eſſe cum formis aſſeruit.* Docet qua ratione omnia ſecundum Platonem appellentur nominibus Idearum, quod proximè dixerat, quódque hic vocat, eſſe *ὁμώνυμα*, ſiue *æquiuoca formis*, ſimúlque corrigit verbum, *Omnia*, quo vſus fuerat. Neque enim omnia indiuidua apud Platonem appellabantur nominibus Idearum, ſed ſola vniuoca, vt homines, vt equi, quando quidem his tantùm communes ideas tribuendas eſſe cenſuit. Nec verò omnia vniuoca, ſed pleráque, nam nec relationes, nec ea, quæ ſunt præter naturam, nec item mala dicebat Plato habere Ideas, vt Alexand. annotauit, ſed nec eorum, quæ pertinent ad diuerſas ſpecies, tradebat ille communem Ideam, vt Ariſtoteles pleriſque locis aſſerit. Hac igitur de cauſſa ait Ariſtotel. hoc loco, ſecundum Platonem pleráque vniuocorum, eiuſdem nominis eſſe cum formis. Ratio verò, ob quam hæc ſecundum Platonem appellantur nominibus Idearum, docet Ariſtot. eſſe participationem, Putauit enim Plato ſolam ideam hominis eſſe per ſe hominem

minem, ſingulos autem homines non eſſe homines, niſi imitatione quadam, ſeu potius, vt ipſe loquebatur, participatione, quo pacto hominem depictum in tabula appellamus hominem, quod verum hominem imitetur, & aliquatenus participet. Itaque ea, quæ dicta ſunt putauit Plato appellari nominibus idearum, quia non ſint veræ res, ſed quædam quaſi imagines verarum rerum, imò ne imagines quidem propriæ, ſed quaſi vmbræ, vt ille philoſophatur in dialogo ſeptimo de Republica, Vmbræ enim ſolam figuram, atque adeò imperfectiſſimè referunt.

Cur nomẽ participationis vſurparit.

[g] *Solo autem nomine participationem mutauit. Siquidem Pythagorici ea quæ ſunt, imitationem numerorum.* Forſitan Plato ea ratione mutauit nomen Imitationis, quo vſi ſunt Pythagorici, in Participationis, quia numeri concreti rebus naturalibus melius dicuntur participare numeros abſtractos, ſiue abſtractè ſumptos, quàm imitari. Numeri enim concreti rebus addunt abſtractis poſitionem in continuo, imò verò continuitatem ipſam rerum numeratarum, quam non includunt numeri abſtracti. Sicut igitur compoſitum potiùs dicitur participare ipſam formam, quàm imitari, cùm præter formam includat materiam, ita Plato cenſuit potiùs dicẽdum eſſe, numeros concretos, hoc eſt res ſenſibiles (has enim concretorum numerorum nomine ſignificabat) participare ſpecies ſeparatas, quas appellabat numeros abſtractos, quàm imitari. Eſt & alia ratio, quia participationis nomẽ magis conuenit materię reſpectu formę, quàm imitationis: neque enim materia imitatur formam, ſed participat, niſi impropriè admodum loqui velis. Cùm igitur indiuidua ſenſibilia propter materiam multiplicẽtur, meliùs dicẽtur participare ſpecies ſeparatas, quàm imitari.

Redditur alia eiuſdem appellationis ratio.

τοὔνομα [g] μόνον μετέβαλλε. οἱ μὲν γὰρ πυθαγόρειοι μίμησιν τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν, πλάτων δὲ μέθεξιν, τοὔνομα μεταβαλών. τὴν μέντοι γε μέθεξιν, ἢ τὴν μίμησιν, ἥτις ἂν εἴη τῶν εἰδῶν, ἀφῆσαν ἐν [h] κοινῷ ζητεῖν.

Ἔτι [i] δὲ παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ εἴδη τὰ μαθηματικὰ τῶν πραγμάτων εἶναι φησὶ μεταξὺ, διαφέροντα τῶν μὲν αἰσθητῶν, τῷ ἀΐδια καὶ ἀκίνητα εἶναι· τῶν δὲ εἰδῶν, τῷ τὰ μὲν πόλλ᾽ ἄττα ὅμοια εἶναι, τὸ δὲ εἶδος αὐτὸ, ἓν ἕκαστον μόνον. ἐπεὶ [k] δὲ αἴτια τὰ εἴδη τοῖς ἄλλοις, τὰ ἐκείνων στοιχεῖα πάντων ᾠήθη τῶν ὄντων εἶναι στοιχεῖα. ὡς μὲν οὖν ὕλην τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν εἶναι ἀρχὰς, ὡς δ᾽ οὐσίαν, τὸ ἕν. ¶ ἐξ ἐκείνων γὰρ κατὰ μέθεξιν τοῦ ἑνὸς τὰ εἴδη εἶναι τοὺς ἀριθμοὺς, τὸ [l] μέντοι γε ἓν οὐσίαν εἶναι, καὶ μὴ ἕτερόν τι τὸ ὂν λέγεσθαι εἶναι, παραπλησίως τοῖς πυθαγορείοις ἔλεγε, καὶ τὸ τοὺς ἀριθμοὺς αἰτίους εἶναι τοῖς ἄλλοις τῆς οὐσίας, ὡσαύτως ἐκείνοις. ¶ τὸ δὲ ἀντὶ [m] τοῦ ἀπείρου, ὡς ἑνὸς δυάδα ποιῆσαι, τὸ δ᾽ ἄπειρον ἐκ μεγάλου καὶ μικροῦ, τοῦτ᾽ ἴδιον. καὶ ἔτι ὁ μὲν τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ αἰσθητὰ, οἱ δ᾽ ἀριθμοὺς εἶναί φασιν αὐτὰ τὰ πράγματα, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεταξὺ τούτων οὐ τιθέασι.

Text.7.

Text.8.

Τὸ [n] μὲν

[h] *In communi diſputatione expedere omiſerunt.* Græca verba ἐν κοινῷ ζητεῖν, quod eſt ad verbum, *in commune quærere,* nihil aliud ſignificant, quàm in publica diſputatione, & quæ in communem vſum edita ſit, rem diſcutere.

[i] *Ad hæc, præter ſenſibilia, & formas, mathematica rerum media eſſe ait, quæ hoc differant à ſenſibilibus, quòd ſempiterna ſint, at immobilia: à formis autem.* Docet Platonem poſuiſſe alterum genus rerum ſeparatarum à ſenſibilibus, nempe res Mathematicas, quas dicebat medias inter ideas, & res ſenſibiles, eo quod eſſent perpetuæ, quemadmodum ideæ (alioqui de illis non haberetur ſcientia) & tamen hoc conuenirent cùm rebus ſenſibilibus, quòd darentur plures eiuſ-

Alterũ genus rerũ à Platone poſitum.

dem

zed by Google

dem ſpeciei, vt plures trianguli æqualium laterum ſeparati, plura quadrata ſeparata, quemadmodum dantur plures res ſenſibiles quæ ad eandem ſpeciem pertineant. Alioqui non demonſtrarent Mathematici, duas propoſitas figuras eſſe ſimiles inter ſe, quod tamen perſæpe faciunt.

Magnum, & paruum ſtatuit Plato Idearum principia.

[k] *Quoniam verò formæ cauſſa ſunt cæterorum, putauit ille earum elementa eſſe omnium rerum elementa.* Quæ hactenus retulit ex Platone, non explicant illius ſententiam de primis principiis. Namque ideæ etſi ſunt principia, ac cauſſæ rerum ſenſibilium, non ſunt tamen prima principia, cùm ipſa principiis conſtent. Ait ergo Platonem credidiſſe prima principia rerum ſenſibilium, eſſe ipſa principia idearum, & quia ille poſuit magnum, & paruum eſſe principium quaſi materiale idearum, vnitatem autem, quaſi formale, hæc ipſa dixit eſſe rerum omnium prima principia. Quia verò numerus vnitate etiam conſtituitur, non dubitauit Plato ideas etiam ipſas numeros appellare. Quid autem Plato intellexerit nomine magni, & parui, itémque nomine vnitatis, cùm hæc dicebat eſſe principia idearum, non ſatis conſtat. Crediderim tamen illum, cùm hęc ad ideas retulit, nomine magni, & parui intellexiſſe naturam generis, quæ eſt veluti materia, nomine autem vnitatis differentiam, quæ eſt indiuiſibilis perfectionis, alioqui eſſet etiam ipſa ſpecies quædam conſtituta ex genere, & differentia. Aut certè dic, nomine magni, & parui intellexiſſe limitationem, quam omnes ſpecies rerum habent, nomine autem vnitatis Deum, à quo omnes propriam perfectionem participant: quaſi dixerit, ſpecies rerum habere limitationem ex ſe ipſis (eſt enim limitatio negatio perfectionis infinitæ) perfectionē verò à ſummo omnis perfectionis exemplari Deo.

Quid nomine magni, & parui, atque vnitatis intellexerit.

Perfectionem res habent à Deo, limitationem à ſe.

ſolo g autem nomine participationem mutauit. Siquidem Pythagorici ea quæ ſunt, imitationem numerorum eſſe dicunt: Plato autem, nomine mutato participationem: cæterum, quænam eſſet eiuſmodi formarum, ſiue participatio, ſiue imitatio in h communi diſputatione expendere omiſerunt.

Ad hæc, i præter ſenſibilia, & formas, Mathematica rerum media eſſe ait, quæ hoc differant à ſenſibilibus, quòd ſempiterna ſint, ac immobilia: formis autem, quòd pleraque eorum ſimilia ſunt inter ſeſe, forma autem ipſa vnaquæq; vnum quiddam ſit tantùm. Quoniam k verò formæ cauſſa ſunt cæterorum, putauit ille earum elementa eſſe omnium rerum elementa: ac magnum quidem, & paruum eſſe principia, vt materiam, vnum autem, vt ſubſtantiam.

Text.7. *¶ Ex illis enim formas participatione vnius, eſſe numeros: ipſum l tamen vnum ſubſtantiam eſſe, neque ens aliud quicquam dici eſſe, vt Pythagorici: numeros etiam, quemadmodum illi, cæteris ſubſtantiæ cauſſas eſſe aſſerebat.*

Text.8. *¶ Pro m infinito autem, vt vno, dualitatem: infinitum verò ex magno, & paruo feciſſe, hoc eius eſt proprium. Præterea hic ponit numeros præter ſenſibilia, illi vero aiunt numeros eſſe res ipſas, nec res Mathematicas inter hæc collocant.*

Ipſum n

In quib. cum Pythagoricis idem ſenſerit.

[l] *Ipſum tamē vnum ſubſtantiam eſſe, neque ens aliud quicquam dici eſſe, vt Pythagorici, numeros etiã.* Tradit duo, in quibus Plato idem ſenſit, quod Pythagorici. Placuit enim Platoni, quemadmodum & illis, vnitatem non eſſe accidens, ſed ipſam rerum ſubſtantiam, itémque numeros eſſe cauſſas rerum, quamquam aliter, atque illi. Siquidem illi ponebant numeros quaſi cauſſas materiales, Plato autem velut cauſſas exemplares, quod genus cauſſæ ad formalem ſpectat.

[m] *Pro infinito autem, vt vno, dualitatem, infinitum verò ex magno, & paruo feciſſe, hoc eius eſt proprium.* Tradit tria, in quibus idem à Pythagoricis diſſenſit. Primùm, quod duo

Digitized by Google

In quibus ab eis diſſenſerit. quod duo quædam fecerit materiale principium, magnum, & paruum, cùm illi vnum tantùm poſuerint, nempe par ſiue infinitum. Alterum, quod poſuerit numeros ſeparatos à rebus ſenſibilibus, quos vocauit Ideas, cùm illi dixerint, numeros eſſe res ipſas ſenſibiles. Tertium, quod ſuperauerit etiam à rebus ſenſibilibus entia Mathematica, quaſi media inter Ideas, & res ſenſibiles, quod Pythagorici minime fecerant.

Diſſenſionis ratio. [n] *Ipſum igitur vnum, ac numeros contrà, atque Pythagorici exiſtimabant, à rebus ſeparaſſe.* Docet cur Plato poſuerit formas ſeparatas, non autem Pythagorici. Cauſſam verò eſſe ait, quia Plato Dialectica arte inſtructus perſcrutabatur naturas rerum per definitionem, quæ ſi rectè traditur, videtur non eſſe niſi rei perpetuæ, & immutabilis, vt ſupra dictum eſt. Pythagorici autem non erant imbuti arte Dialectica, niſi leuiter admodum, & rudi Minerua, quod etiam ex dictis patet. *Cap. ſuper.*

Cur duo ex parte materia principia poſuerit. [o] *Dualitatem vero alteram naturam feciſſe propterea accidit, quòd ex ea, quaſi ex quadam effigie.* His verbis exponit, qua ratione ductus fuerit Plato vt duo quędam ex parte materiæ poſuerit, eámque eſſe ait, quia omnes numeri partes, qui in partes diuiditur, vt quaternarius, ſenarius, & alij huiuſmodi (hi enim maximè referunt naturam materiæ) ex dualitate repetita quaſi ex effigie, formáve ſigilli, ſæpius applicata ceræ procreantur. Vocat autem more Mathematicorum cæteros numeros (id eſt, omnes impares, & ipſum etiam binarium) numeros primos quia non gignuntur repetitione binarij, vt illi, ſed vnitatis.

Τὸ [n] μὲν οὖν τὸ ἓν, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι, καὶ μὴ ὥσπερ οἱ πυθαγόρειοι, καὶ ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν· οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς οὐ μετεῖχον. τὸ [o] δὲ δυάδα ποιῆσαι τὴν ἑτέραν φύσιν, διὰ τὸ τοὺς ἀριθμοὺς ἔξω τῶν πρώτων εὐφυῶς ἐξ αὐτῆς γεννᾶσθαι ὥσπερ ἔκ τινος ἐκμαγείου. καίτοι [p] συμβαίνει γ' ἐναντίως· οὐ γὰρ εὔλογον οὕτω. νῦν μὲν γὰρ ἐκ τῆς ὕλης πολλὰ [q] ποιοῦσιν, τὸ δ' εἶδος ἅπαξ [r] γεννᾷ μόνον, ¶ φαίνεται [s] δ' ἐκ μιᾶς ὕλης μία τράπεζα, ὁ [t] δὲ τὸ εἶδος ἐπιφέρων ἓν ὄν, πολλὰς ποιεῖ. ὁμοίως δ' ἔχει τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ μιᾶς πληροῦται ὀχείας, τὸ δ' ἄρρεν πολλὰ πληροῖ. καὶ [u] τοι ταῦτα μιμήματα τῶν ἀρχῶν ἐκείνων ἐστί. *Textus 9.*

πλάτων

Impugnatio. [p] *Attamen contra accidit, neque enim ita fieri conſentaneum eſt rationi, nunc enim ex materia.* Oſtendit Platonem non rectè poſuiſſe duo principia ex parte materiæ, & vnum ex parte formæ, cùm magis conſentaneum eſſet, vt poneret duo ex parte formæ, & vnum ex parte materiæ. Siquidem & opifices (horum enim opera afferri ſolent à Philoſophis ad explicationem operum naturæ) multa ex eadem materia ſucceſſiuè conficiunt, vt ex eodem ære nunc ſphæram, poſt vero ſtatuam, & ipſa agentia naturalia, vt Sol, nunc herbam: nunc metallum. Itaque forma ſemel introducta, non ampliùs in aliam materiam introducitur. At eadem numero materia aliam formam poſt aliam accipit. Sed quoniam hoc argumentum ſumit formæ nomen pro forma coniuncta cum materia, non pro ſeparata, vt eam ponebat Plato, mox ipſe illud reputabit, dilata impugnatione Platonis in caput ſequens.

[q] *Multa faciunt, forma autem.* Ad agentia ipſa, ſiue quæ arte, ſiue quæ natura faciunt, referenda ſunt hæc verba, vti diximus non ad veteres Naturales, vt quidam exponunt: quanquam illi accommodatè etiam ad opera artis, & naturæ locuti ſunt, ponentes vnitatem ex parte materiæ, & multitudinem ex parte formæ.

[r] *Semel tantùm generat.* Catachreſis, ſiue abuſio eſt verbi, *Generat*, pro, cauſſat in generatione. Propriè enim ſola cauſſa efficiens generat.

[s] *At ex vna materia menſa vna cernitur exiſtere.* Quia hic locus non eſt deſtinatus refutationi, ſed ſolùm referendis aliorum dictis (refutatio enim in caput

ſequens

ſequens differtur) ipſe Ariſtotel. pro Platone in hanc ſententiam reſpondet, Si Plato loqueretur de formis, quæ incipiunt eſſe per actionem, locum ſanè habiturum fuiſſe propoſitum argumentum. Namque eadem numero materia per aliam atque aliam actionem, aliam atque aliam formam accipit. At illum non loqui de formis, quæ incipiunt eſſe per actionem, ſed de iis, quarum vt illæ inferuntur in materiam, quarum hæc eſt conditio, vt vna numero multas, ac varias materias ſui imitatione participationéve perficiat, cuiuſmodi eſt forma ſtatuæ, quam ſculptor imitatur, aut ſigilli, quam imprimit, & forma menſæ, quam faber, ſiue in mente inhærentem habet, ſiue ante oculos ſibi proponit, vt ſimilem faciat, ac denique naturalis forma generantis, veluti animalis, cuius aliam, atque aliam ſimilitudinem idem mas introducit in aliam, atque aliam materiam, quæ à fœminis ſubminiſtratur.

Reſpondet pro Platone Ariſtoteles.

[t] *Qui verò formam infert, quæ vna eſt, multas efficit menſas. Eodem modo ſe habet mas ad fœminam. Hæc enim vno congreſſu fit grauida, mas autem, &c.*

Ipſum [n] igitur vnum, ac numeros contrà, atque Pythagorici exiſtimabant, à rebus ſeparaſſe, & formas induxiſſe, ex conſideratione, quæ in diſſerendo habetur: profecta ſunt. Priores enim Dialecticæ facultatis expertes erant. Dualitatem [o] verò alteram naturam feciſſe propterea accidit, quòd ex ea, quaſi ex quadam effigie, numeri præter primos aptè generantur. Attamen [p] contrà accidit, neque enim ita fieri conſentaneum eſt rationi. Nunc enim ex materia multa [q] faciunt, forma autem ſemel [r] tantùm generat. At [ſ] ex vna materia menſa vna cernitur exiſtere: Textus 9. *¶ qui [t] verò formam infert, quæ vna eſt, multas efficit menſas. Eodem modo ſe habet mas ad fœminam. Hæc enim vno congreſſu fit grauida: mas autem multas grauidas facit: & [u] tamen hæc illorum principiorum ſunt imitationes. Plato*

Videntur verba hæc pugnare cum iis, quæ diximus. Forma enim quæ ab artifice infertur, vt multas menſas efficiat, non vna eſt, ſed multa. Quòd ſi dicas, eſſe vnam ratione, eadem ratione dicam ego, mẽſas multas, eſſe ratione vnam, quò fiet, vt nihil ad rem loquatur Ariſtoteles, cùm hoc exemplo in defenſionem Platonis vtitur. Ac ſi vetus quidem interpres rectè vertit, nihil dubij eſt hoc loco. Neque enim habet *quæ vna eſt*, vt referatur vnitas ad formam, quæ infertur: ſed *vnus exiſtens*, vt referatur ad eum, qui formam infert. Verùm obſtant verba Græca in omnibus exemplaribus, quæ quidem vidERimus. Sic enim habent, ὁ δὲ τὸ εἶδος ἐπιφέρων ἓν ὄν, id eſt, *qui verò formam infert vnam exiſtentem.* Quapropter aut dicendum eſt, deprauatum eſſe contextum, ſcriptúmque fuiſſe ab Ariſtotel. non ἓν ὂν ſed εἷς ὤν, vt ſermo ſit de vnitate inferentis formam non de vnitate formæ illatæ, quem ſenſum reddidit vetus interpres: aut potiùs dicendum, verba illa *quæ vna eſt* non ſic ab accipienda eſſe, quaſi dicat Ariſtoteles *quæ vna eſt ratione*, ſed *quæ vna eſt numero*, vt ſermo non ſit de forma, quæ incipit eſſe in materia, ſed de forma, cuius vt illa eſſe incipit, ſiue ea exemplaris ſit, vt in agentibus per artem, ſiue naturalis, vt in agentibus per naturam. Quòd ſi quis obiiciat, eſſe quidem huiuſmodi formam vnam numero, ſed tamen eam non inferri in materiam, Ariſtotelem verò apertè loqui de forma, quæ in materiam infertur, reſpondendum eſt, etſi huiuſmodi forma non infertur in materiam per ſeipſam, inferri tamen per ſui ſimilitudinem. Quo pacto dicimus, Phidiam cùm ſtatuam Mineruæ ex ebore confecit, intuliſſe in ebur Mineruæ formam.

Lectio veteris interpretis.

Quo pacto communis lectio intelligẽda.

[u] *Et tamen hæc illorum principiorum ſunt imitationes. Plato igitur de iis quæ quæruntur, hunc in modum definiuit.* Hæc ait eſſe imitationes illorum principiorum ex ſententia Platonis, quia credebat Plato cauſſas ſingulares, tum artis, tum naturæ, quæ in exemplum allatæ ſunt, imitari Ideas, quas ponebat, vt vera, ac præcipua rerum exemplaria.

Platonem apertè induxiſſe cauſſam materialē, & formalem.

x *Perſpicuum eſt autem ex iis, quæ dicta ſunt, illum duabus tantùm cauſſis vſum fuiſſe, & ea, quæ quid res ſit, continet, & ea, quæ ad materiam pertinet: eſſentia enim cæteris quidem cauſſa ſunt formæ, formis autem ipſum vnum, &c.* Expoſita ſententia Platonis, oſtendit ex dictis, quænam genera cauſſarum à Platone inuecta ſint, atque in primis illum planè induxiſſe materialem, & formalem. Dixit enim ideas eſſe cauſſas formales, ac quidditatiuas rerum ſenſibilium, vt ipſum verò vnum eſſe cauſſam formalem idearum, quod etiam ipſum ideam eſſe fateri cogitur Plato, ſi illud cauſſam formalem idearū eſſe credit. Rurſuſque magnum, & paruum eſſe cauſſam materialem, tùm qua in rebus ſenſibilibus participantur Ideæ, tum qua in Ideis participatur vnum. Deinde ait, illū addidiſſe etiā cauſſam tum boni tū etiam mali. Dixit enim principiū formale eſſe cauſſam boni, materiale autē cauſſam mali, quo pacto exiſtimauit ſe tradere cauſſam finalem. Ait tamen Ariſtoteles Empedoclem, & Anaxagoram magis quæſiuiſſe hoc genus cauſſæ: quia etſi vterque per accidens illud tetigit: vt paulò pòſt docebit, tamen Empedocles, & Anaxagoras tradētes cauſſas efficientes boni, magis acceſſerunt ad rationem cauſſæ quam Plato, finalis, qui illam coniunxit, ſeu potiùs confundit cum cauſſa formali. Cauſſa enim efficiens confert eſſe gratia ſui, forma autem nō dat eſſe ſui gratia, ſed cauſſa totius compoſiti, at eſſe id gratia cuius aliquid efficitur, & quomodocunque cauſſatur, eſt ratio finis.

Empedoclem, & Anaxagorā ad cauſſam finalem propius quàm Platonem acceſſiſſe.

Πλάτων μὲν οὖν περὶ τῶν ζητουμένων οὕτως διώρισε.

Φανερὸν x δ' ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι δυοῖν αἰτίαιν ἐστὶ μόνον κεχρημένος, τῇ τε τοῦ τί ἐστι, καὶ τῇ κατὰ τὴν ὕλην (τὰ γὰρ εἴδη τοῦ τί ἐστιν αἴτια τοῖς ἄλλοις, τοῖς δ' εἴδεσι τὸ ἓν) καί τις ἡ ὕλη ὑποκειμένη, καθ' y ἧς τὰ εἴδη, τὰ μὲν ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, τὸ δ' ὂν ἐν τοῖς εἴδεσι λέγεται, ὅτι αὕτη δυάς ἐστι, τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, ἔτι δὲ τὴν τοῦ εὖ, καὶ τοῦ κακῶς αἰτίαν, τοῖς z στοιχείοις ἀπέδωκεν ἑκατέροις ἑκατέραν, ὅπερ μᾶλλόν φαμεν, καὶ τῶν προτέρων ἐπιζητῆσαί τινας φιλοσόφους, οἷον Ἐμπεδοκλέα, καὶ Ἀναξαγόραν.

Συντόμως a a μὲν οὖν καὶ κεφαλαιωδῶς ἐπεληλύθαμεν τίνες τε καὶ πῶς τυγχάνουσιν εἰρηκότες περί τε τῶν ἀρχῶν, καὶ b b τῆς ἀληθείας. ὅμως δὲ τοσοῦτον ἔχομεν ἐξ αὐτῶν, ὅτι τῶν λεγόντων περὶ ἀρχῆς καὶ αἰτίας, οὐθεὶς ἔξω τῶν ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἡμῖν διωρισμένων εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντες ἀμυδρῶς μὲν, ἐκείνων δὲ πως φαίνονται θιγγάνοντες. οἱ μὲν γὰρ ὡς ὕλην τὴν ἀρχὴν λέγουσιν, ἄν τε μίαν, ἄν τε πλείους ὑποθῶσι, καὶ ἐάν τε σῶμα, ἐάν c c τε ἀσώματον τιθῶσιν. οἷον Πλάτων μὲν τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν λέγων, οἱ δ' Ἰταλικοὶ τὸ ἄπειρον, Ἐμπεδοκλῆς δὲ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, Ἀναξαγόρας δὲ τὴν τῶν ὁμοιομερῶν ἀπειρίαν. οὗτοι δὴ πάντες τῆς τοιαύτης αἰτίας ἡμμένοι εἰσί, καὶ ἔτι ὅσοι ἀέρα, ἢ πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ d d πυρὸς μὲν πυκνότερον, ἀέρος δὲ λεπτότερον. καὶ γὰρ τοιοῦτόν τινες εἰρήκασιν εἶναι τὸ πρῶτον στοιχεῖον. οὗτοι e e μὲν οὖν ταύτης τῆς αἰτίας ἥψαντο μόνον. ἕτεροι δέ τινες, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ὅσοι φιλίαν, καὶ νεῖκος, ἢ νοῦν, ἢ ἔρωτα ποιοῦσιν ἀρχήν. τὸ δὲ τί ἦν εἶναι, καὶ τὴν οὐσίαν, σαφῶς μὲν οὐδεὶς ἀποδέδωκε, μάλιστα δ' οἱ τὰ εἴδη. Text. 10.

καὶ f f τὰ

Alia lectio.

y *De quo dicuntur formæ, alia quidem.* Alexander ait, hunc quoque in modum ſcriptum reperiri, καθ' ἧς μὲν τὰ εἴδη ἐπὶ &c. vt particula, μὲν præcedat illud, τὰ εἴδη non ſequatur: quo pacto ſi legendum eſſet Latinè, *de qua quidem formæ in ſenſibilibus, in formis autem vnum ipſum dicitur, ſiue dicuntur.* Verùm idem ſenſus redit

dit. Nam ſi vnum ipſum ducitur de Ideis, vt cauſſa earum formalis, Idea quoque apud Platonem ſit neceſſe eſt, vt iam diximus, tametſi iuxta lectionem hanc non vocetur forma, ſeu idea.

[z] *Vtriſque elementis vtramque attribuit, quod magis quoſdam etiam Philoſophos.* Vocat materiam, & formam elementa, quorum alterum dicit Plato eſſe cauſſam mali, alterum boni. Dicitur autem forma elementum, quia cũ ſit eſſentiale principium, internum quoque ſit neceſſe eſt, ſi recte de ea quis ſentiat: tametſi, quia compoſitũ non vniuerſe dicitur reſolui in formam, minus proprie dicitur forma, elementum, quàm materia, vt patebit lib. 5.

Plato igitur de iis quæ quæruntur, hunc in modum definiuit.

Perſpicuum [x] eſt autem ex iis, quæ dicta ſunt, illum duabus tantùm cauſſis vſum fuiſſe, & ea, quæ quid res ſit, continet, & ea, quæ ad materiam pertinet (eſſentiæ enim cæteris quidem cauſſæ ſunt formæ, formis autem ipſum vnum) & quænam ſit ſubiecta materia, de [y] qua dicuntur formæ, alia quidem in ſenſibilibus, in formis autem ipſum vnum: eſt enim hæc dualitas, magnum videlicet, ac paruum. Præterea boni, ac mali cauſſam vtriſque [z] elementis vtramque attribuit, quod magis quoſdã etiam Philoſophos ex prioribus vt Empedoclem, & Anaxagoram, quæſiuiſſe cenſemus.

Textus 10.

Paucis [aa] igitur, ſummatimque percurrimus, quinam, & quo pacto de principiis, ac [bb] veritate diſſeruerint, ſed tamen ab eis hoc tantùm habemus, neminem eorum, qui de principio, & cauſſa diſſerunt, quicquam dixiſſe præter ea, quæ à nobis in libris de Natura definita ſunt, ſed omnes, etſi obſcurè, illa tamen quodammodo videri attigiſſe. Alij enim vt materiam principium dicunt, ſiue vnum, ſiue plura ſubiiciant; ſiue etiam corpus, ſiue [cc] incorporeum ponant, veluti Plato, qui magnum, & paruum dicit; Italici, qui infinitum, Empedocles, qui ignem, terram, aquam, & aërem; Anaxagoras autem, qui ſimilium partium infinitatem. Hi certè omnes huiuſmodi cauſſæ inhæſerunt, & inſuper quicunque aërem, aut ignem, aut aquam, aut [dd] igne quidem denſius, aëre verò tenuius poſuerunt, ſunt enim qui tale quiddam primum elementum eſſe dixerint. Atque [ee] hi hanc ſolùm cauſſam tetigerunt. Alij verò quidam eam vnde eſt principium motus, quicunque amicitiam, & contentionem aut mentem, aut amorem principium faciunt. Quidditatem autem & ſubſtantiam dilucidè quidem nemo tradidit; tametſi ij, qui formas ponunt.

Et [ff] quæ

Multo apertius quàm veteres de cauſſis egiſſe Ariſtotelem.

[aa] *Paucis igitur.* In hac poſteriori capitis parte docet Ariſt. ex opinionibus antiquorum hactenus ſummatim enarratis ſatis perſpici, nullum genus cauſſæ ab eis traditũ fuiſſe, quod ipſe in lib. Phyſi. non multò apertius tradiderit. Id quod breuiter oſtẽdit, diſcurrens per omnia genera cauſſarum ab illis poſita.

[bb] *Ac veritate &c.* Hoc addit, vt ſignificet, eos ſolius veritatis cognoſcẽdæ ſtudio ductos.

Platonis de principio materiali ſententia.

[cc] *Siue incorporeum ponat.* Platonis ſentẽtia fuit, principiũ materiale (vtpote magnũ, & paruũ) eſſe incorporeum, quatenus conſtituit ideas, non autem qua ratione conſtituit ſubſtantias ſenſibiles.

[dd] *Aut igne quidẽ.* Hęc opinio, quæ ſuprà in referẽdis Veterũ ſentẽtiis de cauſa materiali omiſſa eſt ab Ariſt. fuit Anaximãdri, vt ait Alex. fuit autẽ Anaximander Thaletis diſcipulus, & Anaximenis præceptor.

[ee] *Atque hi hanc ſolam cauſſam tetigerunt.* Nempe quorum ſententiæ proximè

recitatæ

Digitized by Google

recitatæ ſunt. Nam ſuperiores alia etiam cauſſarum genera poſuerunt.

ff *Et quæ in formis inſunt, eam maximè declarant.* Hoc eſt formarum, ſiue idearum principia.

Ideas à Platone vt cauſſas immobilitatis fuiſſe inuectas.

gg *Immobilitatis enim cauſſam potius.* Ratio huius rei ex iis, quæ initio capitis dicta ſunt, perſpicua eſt, quo loco ſcriptum eſt vt de rebus ſenſibilibus ſcientia haberi poſſit inuectas eſſe ideas à Platone: Scientia autem non habetur de rebus, niſi quatenus ſunt immobiles, & inuariabiles, quod Platonis ſententia res ſenſibiles non habent, niſi per ideas, ſeu in ideis. Cũ ergo ideæ poſitæ ſint, vt cauſſæ immobilitatis, & cuiuſdam quaſi quietis rerum ſenſibilium, efficitur, vt non ſint inductæ tanquam cauſſæ mutationis earundem, ac proinde, nec vt cauſſæ efficientes per motum.

hh *Sed quidditatem vnicuique cæterarũ rerum formæ præbent.* Ideæ Platonis ſententia præſtant rebus ſenſibilibus quidditatem, per modũ cauſſæ formalis exemplaris, vnum autem præſtat quidditatem ideis per modum cauſſæ formalis conſtituentis, ſi modò tamen Plato nomine vnitatis intelligit differentiam. Nam ſi intelligat Deum, quem ponit participari ab ideis, quemadmodum ideæ participantur à rebus ſenſibilibus, vtraque ratio cauſſandi per modum exemplaris intelligenda eſt hoc loco.

καὶ ff τὰ ἐν τοῖς εἴδεσι τιθέντες λέγουσιν. οὔτε γὰρ ὡς ὕλην τοῖς αἰσθητοῖς τὰ εἴδη, καὶ τὰ ἐν τοῖς εἴδεσιν, οὔθ᾽ ὡς ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως γινομένην ὑπολαμβάνουσιν (ἀκινησίας gg γὰρ αἰτίαν μᾶλλον, καὶ τοῦ ἐν ἠρεμίᾳ εἶναι φασιν) ἀλλὰ hh τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστῳ τῶν ἄλλων τὰ εἴδη παρέχονται, τοῖς δ᾽ εἴδεσι, τὸ ἕν.

Τὸ ii δ᾽ οὗ ἕνεκα αἱ πράξεις καὶ αἱ μεταβολαί, καὶ αἱ κινήσεις, τρόπον μέν τινα λέγουσιν αἴτιον, οὕτω δὲ οὐ λέγουσιν, οὐδ᾽ ὅνπερ πέφυκεν. οἱ μὲν γὰρ νοῦν λέγοντες ἢ φιλίαν, ὡς ἀγαθὸν μέν τι ταύτας τὰς αἰτίας τιθέασιν, οὐ μὴν ὡς ἕνεκά γε τούτων, ἢ ὂν γινόμενόν τι τῶν ὄντων, ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ τούτων τὰς κινήσεις εἶναι τούτων λέγουσιν, ὡς δ᾽ αὔτως καὶ οἱ τὸ ἕν, τὸ ὂν φάσκοντες εἶναι τὴν τοιαύτην φύσιν, τῆς μὲν οὐσίας αἴτιόν φασιν εἶναι, οὐ μὴν τούτου γε ἕνεκα, ἢ εἶναι, ἢ γίνεσθαι. ὥστε λέγειν τε καὶ μὴ λέγειν πως συμβαίνει αὐτοῖς τἀγαθὸν τοιοῦτον αἴτιον. οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς λέγουσιν.

Ὅτι kk μὲν οὖν ὀρθῶς διώρισται περὶ τῶν αἰτίων, καὶ πόσα, καὶ ποῖα, μαρτυρεῖν ἐοίκασιν, ἡμῖν καὶ οὗτοι πάντες, οὐ δυνάμενοι θιγεῖν ἄλλης αἰτίας πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι ζητητέαι αἱ ἀρχαὶ ἢ οὕτως ἅπασαι, ἤ τινα τρόπον τούτων, δῆλον. ¶ πῶς ll δὲ τούτων ἕκαστος εἴρηκε, καὶ πῶς ἔχει περὶ τῶν ἀρχῶν, τὰς ἐνδεχομένας ἀπορίας μετὰ τοῦτο διέλθωμεν περὶ αὐτῶν.

Nullum è veterib. cauſſam finalẽ, vt à cæteris diſtinctã tradidiſſe.

ii *Id verò cuius gratia actiones, mutationes, & motus exiſtunt, quodammodo quidem cauſſam eſſe dicunt, hoc autem pacto non dicunt, nec quemadmodum natura poſtulat.* Docet nullum ex Philoſophis poſuiſſe cauſſam finalem per ſe, ſeu vt cauſſam finalem, ſed per accidens, ſiue ratione alterius cauſſæ. Quamquam enim quidam eorum poſuerunt pro cauſſa bonum, quod re vera pertinet ad rationem cauſſæ finalis, non tamen illud poſuerunt vt bonum, atque appetibile, ſed, vt cauſſam boni: alij quidem, vt efficientem, veluti Anaxagoras mentem, & Empedocles concordiam: alij verò, vt exemplarem, ſeu Plato ideas, quas Ariſtoteles intelligit nomine vnius, & entis. Nam & ea, quæ ſint bonæ cauſſæ, bona etiam dicuntur, quemadmodum ſana, quæ ſanitatem efficiunt. Si quis autem quærat. Cur Veteres non poſuerint perſpicuè, ac formaliter cauſſam finalem, vt diſtinctam à cæteris, dicendum eſt id forſitan accidiſſe, quia finis, vt finis, videtur opponi principio, ac proinde cauſſæ

Cur ita ſenſerint.

Digitized by Google

cauſſæ, cùm tamen re vera non opponatur, quod poſtea vidit Ariſtoteles: finis enim, etſi non eſt primum in executione, eſt tamen primum in intentione.

[kk] *Quod igitur rectè, quot & quæ ſint cauſſarum genera, definierimus, hi etiam omnes teſtimonio nobis videntur eſſe, cum aliam cauſſam attingere non poſsint.* Duo colligit, quorum cauſſa omnium ſuperiorum Philoſophorum, opiniones retulit. Vnum eſt, rectè ſe omnia cauſſarum genera explicaſſe in libris Phyſicorum, cuius doctrinæ ſummā initio capitis tertij huius libri propoſuit: ſiquidem nullum ſuperiorum aliud cauſſæ genus inueniſſe conſtat. Alterum eſt cùm in traditis generibus cauſſarum contineantur omnia principia, à quibus res verè, ac per ſe pendent, non alia principia quærenda, aut tractanda eſſe à Metaphyſico ſed aut hoc pacto omnia, id eſt, iuxta totum cauſſarum ambitum, qui expoſitus eſt, aut horū modorum aliquo, hoc eſt, aſſumpto aliquo vno, aut pluribus cauſſarum modis, ſiue generibus, non autem omnibus. Quod membrum, ideò adiunxit Ariſtoteles, quia Metaphyſicus, vt eſt particularis artifex, & in ſolis rebus materiæ expertibus peculiari ratione verſatur, non agit de materia, aliiſve cauſſis cauſſantib. cum motu, quatenus eo pacto cauſſant, tametſi quatenus eſt communis artifex, ac cæteris præeſt, has etiam cauſſas in commune diſcutiat, vt ſuprà oſtenſum eſt. Cap. 2. q. 1.

Quamobrem Philoſophorū opiniones retulerit.

[ll] *Vt autem conſtet, quomodo eorum quiſque rem explicauerit, quidque de principiis ſentiendum ſit, dubitationes eas, quæ de iis proponi poſſunt, &c.* Tranſitum facit ad materiam, diſputationémque ſequentis capitis.

& [ff] quæ in formis inſunt, eam maximè declarant. Nam neque vt materiam rebus ſenſibilibus, neque vt id, vnde motus proficiſcitur, formas, & quæ in formis inſunt, eſſe exiſtimant (immobilitatis [gg] enim cauſſam potiùs, & cur res quieſcant, eſſe dicunt) ſed [hh] quidditatem vnicuique cæterarum rerum formæ præbent, formis autem ipſum vnum.

Id [ii] verò, cuius gratia actiones, mutationes, & motus exiſtunt, quodammodo quidem cauſſam eſſe dicunt, hoc autem pacto non dicunt, nec quemadmodum natura poſtulat. Qui enim Mentem, aut amicitiam dicunt, ij, vt bonum quiddam, has cauſſas ponunt: non ita tamen, quaſi eorum gratia res vlla aut fiat ſed quaſi ab eis eorum, quæ apud nos ſunt, motus extent. Eodem modo, & ij qui vnum, aut ens huiuſmodi naturam eſſe aſſerunt, ſubſtantiæ quidem cauſſam eſſe dicunt, non tamen eius gratia aut eſſe, aut fieri volunt. Ita euenit eis, vt quodam modo & dicant, & non dicant ipſum bonum huiuſmodi cauſſam eſſe. Neque enim ſimpliciter, ſed per accidens dicunt.

Quòd [kk] igitur rectè quot, & quæ ſint cauſſarum genera definierimus, hi etiam omnes teſtimonio nobis videntur eſſe, cùm aliam cauſſam attingere non poſſint. Adhæc, illud perſpicuum eſt, principia aut hoc pacto omnia, aut horum modorum aliquo quærenda eſſe.

Textus 11. *¶ Vt [ll] autem conſtet, quomodo eorum quiſque rem explicauerit, quidque de principiis ſentiendum ſit, dubitationes eas quæ de iis proponi poſſunt, deinceps tranſigamus.*

CAPITIS VII. EXPLANATIO.

Quæ nõ probetur Ariſtoteli in eorum opinione, qui vnum tantum principiũ ſtatuerint.

AC [a] *eos quidem.* Poſtquam retulit aliorum Philoſophorum opiniones de cauſſis, ac principiis rerum, eóſque oſtendit nullum aliud genus cauſſæ attuliſſe, præter quatuor illa à ſe in Phyſicis tradita, nunc tandem eorum placita refellit ea ex parte, qua à vero aberrarunt: primúmque eorum, qui vnum tantum principium totius vniuerſi, idque materiale, corporeum, atque ens actu poſuerunt.

QVATVOR autem ſunt, quæ Ariſtoteli in eorum ſententia diſpliceãt. Primum, quòd cùm aggreſſi eſſent diſputationem de principiis omnium rerum, omiſerint principia rerũ incorporearum, quæ tamen in rerum natura extant. Id enim, quod corporeum eſt, non poteſt eſſe principium rei incorporeæ. Secundum, quòd cum diſſererent de omni motu, ipſum motus principium, id eſt cauſſam efficientem prætermiſerint. Tertium, quòd cùm conarentur dicere, quid vnaquæque res eſſet, cauſſam formalem ſubſtantialem, à qua res naturales habent certam eſſentiæ rationem, minimè attigerint. Quartum, quòd facilè, hoc eſt incõſideratè dixerint, Vnum ex quatuor vulgatis elementis, terra excepta, eſſe primum principium, idque adeò inconſtanter, vt alius ignem, alius aërem, alius aquam primum principium fecerit. Quod oſtendit duobus argumentis ita complicatis, vt vnum videantur. Alterum eſt, quia conſiderare debuerant mutuam eorum ex ſe inuicem generationem, non quidem ſubſtantialem, quam non agnoſcebant, ſed accidentariam, qua concedebant, denſiora fieri ex rarioribus per condenſationem, & rariora ex denſioribus per rarefactionem. Hoc enim ſi conſideraſſent, nullum eorum feciſſent primum principium. Pugnat enim cum ratione primi principij, fieri ex alio. Alterum quia cùm duo conuenire debeant primo principio ſimpliciter, & maxima ſimplicitas, & maxima perfectio (compoſita enim omnia à ſimplicibus pendent, & imperfecta à perfectis) illi autem cogantur fateri, loqui ſe de primo principio ſimpliciter, cùm vnum tantum faciant, ſi ſimplicitas quidem ſpectetur, ſolus ignis ponendus erat primum principium, propter maximam eius tenuitatem ac raritatem, ſi verò perfectio, ſola terra, propter maximam illius concretionem, & denſitatem. Quanquam enim

Conditiones duæ primi principij ſimpliciter.

ΚΕΦ. Ζ'.

Παλαιῶν ἔλεγχοι περὶ τῶν ἀρχῶν.

ΟΣοι [a] μὲν οὖν ἕν τι τὸ πᾶν, καὶ μίαν εἶναι τίνα φύσιν, ὡς ὕλην τιθέασι, καὶ ταύτην σωματικὴν, καὶ μέγεθος ἔχουσαν, δῆλον ὅτι πολλαχῶς ἁμαρτάνουσι. τῶν γὰρ σωμάτων τὰ στοιχεῖα τιθέασι μόνον, τῶν δὲ ἀσωμάτων οὔ, ὄντων καὶ ἀσωμάτων, καὶ περὶ γενέσεως, καὶ φθορᾶς ἐπιχειροῦντες τὰς αἰτίας λέγειν, καὶ περὶ πάντων φυσιολογοῦντες, τὸ τῆς κινήσεως αἴτιον ἀναιροῦσιν. ἔτι δὲ τὸ τὴν οὐσίαν μηδενὸς αἰτίαν τιθέναι, μηδὲ τὸ τί ἐστι. ¶ καὶ πρὸς τούτοις, τὸ ῥᾳδίως τῶν ἁπλῶν σωμάτων λέγειν ἀρχὴν ὁτιοῦν, πλὴν γῆς, οὐκ [b] ἐπισκεψάμενοι τὴν ἐξ ἀλλήλων γένεσιν πῶς ποιοῦνται, λέγω δὲ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, τὰ μὲν γὰρ συγκρίσει, τὰ δὲ διακρίσει ἐξ ἀλλήλων γίνεται. τοῦτο [c] δὲ πρὸς τὸ πρότερον εἶναι, καὶ ὕστερον, διαφέρει πλεῖστον. ¶ Τὸ μὲν γὰρ ἂν δόξειε στοιχειωδέστατον [d] εἶναι πάντων ἐξ οὗ γίνεται συγκρίσει πρώτου. τοιοῦτον δὲ τὸ μικρομερέστατον, καὶ λεπτότατον ἂν εἴη τῶν σωμάτων. διόπερ ὅσοι πῦρ ἀρχὴν τιθέασι, μάλιστα ὁμολογουμένως ἂν τῷ λόγῳ τούτῳ λέγοιεν. τοιοῦτο [e] δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ὁμολογεῖ τὸ στοιχεῖον εἶναι τὸ τῶν σωμάτων. Text. 12. Text. 13.

Οὐδεὶς

enim illi, & denſa ex raris, & rara ex denſis fieri concedebant, tamen quia credebant, denſa magis habere entitatis, quemadmodum & materiæ (quam totam ſubſtantiam rerum eſſe putabant) eam mutationem, qua denſa fiunt ex raris, propriè vocabant generationem quaſi viam ad eſſe: contrariam verò, corruptionem, vt viam ad non eſſe, vnde ſequebatur, terram eſſe perfectiſſimam elementorum omnium. Ita patet eos, cùm dixerunt primum principium eſſe vnum ex elementis excepta terra, non tradidiſſe reuera primum principium ſimpliciter. At Ariſtotel. cùm docuerit, primum ens eſſe purum actum, nihilque habens potentiæ admixtum, optimè potuit oſtendere, eſſe illud primum principium ſimpliciter, ratione ſummæ ſimplicitatis, & perfectionis. *12. lib. cap. 9. à tex. 51.*

CAP. VII.

Reprehenſio veterum Philoſophorum de principiis.

AC [a] eos quidem omnes, qui vniuerſum vnum eſſe, & vnam quandam naturam, vt materiam ponunt, atque eam corpoream, & magnitudine præditam, perſpicuum eſt multa peccare. Corporeum enim tantum elementa ponunt, non item eorum, quæ ſunt corporis expertia, cùm incorporea etiam in rerum natura ſint: cúmque cauſſas generationis, & corruptionis exponere conentur, ac de omnibus Phyſicè diſſerant, motus cauſſam è medio tollunt. Præterea id peccant, quòd ſubſtantiam, & ipſum quid eſt, nullius rei cauſſam ſtatuant. Text. 12. *¶ Et inſuper quòd facilè quoduis ſimplicium corporum (terra excepta) principium dicant, non [b] conſiderantes quo pacto mutuam eorum generationem faciunt, ignis, inquam, aqua, terra, & aëris. Alia enim coniunctione, alia diſiunctione ex ſeſe mutuò fiunt: hoc [c] autem ad rationem prioris, & poſterioris plurimùm refert.* Text. 13. *¶ Id enim omnium maximè elementi [d] rationem ſubire videbitur, ex quo primo res minimarum partium: & tenuiſſimorum corporum. Quocirca quicúmque ignem principium faciunt, maximè cõuenienter huic rationi loquẽtur: tale [e] autem cæterorum quiſque corporum elementum eſſe fatetur.*

[b] *Non conſiderantes quo pacto mutuam eorũ generationem faciunt, ignis, inquam, aqua, &c.* *Alia lectio.* In Græcis exẽplaribus præcedunt hæc verba μὴ δοξάζοντες γίνεσθαι ἐκ στοιχείων, ἢ μεταβάλλειν, hoc eſt, *Cùm non exiſtiment dari generationem ex elementis, aut mutationem.* Quæ tamen libenter expũximus, quia & vetus interpres, & Beſſario diligẽtiſſimus obſeruator verborum Ariſtot. & Argyropylus nobilis auctor, ea prætermiſerunt: tũ etiam quia nec cohærent cũ ſequẽtibus, nec quicquam ſunt ad rem, videntúrque planè aſcita ex margine alicuius parum probati codicis.

[c] *Hoc autem ad rationem prioris & poſterioris plurimum refert. Id enim omnium.* Hæc addit, quia id, à quo incipit condenſatio, & in quo deſinit rarefactio, eſt apud illos prius generatione, & poſterius perfectione, vti diximus: id autem, à quo incipit rarefactio, & in quo deſinit condenſatio, eſt prius perfectione, & poſterius generatione: quod Ariſtoteles inferius exponit. Atque ex hoc loco inchoandum eſt poſterius argumentum.

[d] *Elementi rationem ſubire videbitur, ex quo primo res coniunctione fiunt, cuiuſmodi id fuerit, quod eſt minimarum partium, & tenuiſſimorum corporum, quocirca quicumque ignem principium faciunt, maximè.* Cum vſus eſſet nomine Principij, vtitur hoc loco nomine elementi, quia principium reſtringitur in hoc argumento ad principium internum rei naturalis, quod primum ſit ordine generationis, quod quidem propriè vocatur elementum.

[e] *Tale autem. & cæterorum quiſque corporum elementum eſſe fatetur.* Nam qui

qui ponunt aërem principium putarunt illum eſſe tenuiorem igne: idque quia forſitan non nouerant ignem illum, qui ſupra aërem eſt, ſed tantum vſualem. Qui verò poſuerunt aquam prætermiſſo etiam fortaſſe aëre, quaſi nihil eſſet, ac inane quippiam (quod rude vulgus putat) aquam crediderunt eſſe corpus omnium tenuiſſimum.

Heſiodũ, terram primum principiũ ſtatuiſſe.

f *Quamobrem nemo ex poſterioribus, quique vnum aſſerunt, terram elementum eſſe ſenſuit, propter partium videlicet magnitudinem.* Nempe ex Philoſophis, qui poſt Thaletem, & Pythagoram extiterunt, ex quibus continuatæ, ac cohærentes Philoſophorum familiæ ortæ ſunt. Nam Heſiodus longè antiquior Philoſophus, & Poëta, terram poſuit principium cuius carmina commune vulgus auctoritate antiquitatis facilè eadem opinione imbuerunt, aut potiùs in gratiã vulgi, quod ita videretur de rerum origine iudicare, in eum ſenſum ſcripta ſunt: Quamquam Heſiodus non dixit, terram eſſe primam ſimpliciter, ſed primò ortam, vt patet ex eius verbis hic citatis ab Ariſtotele.

Dubitatio.

g *At enim cur.* Senſus eſt. Cur enim non poſuerunt terrã principium iuxta ſententiam adeo vulgatam, & antiquam, niſi quia eſt maximè concreta, neque ei cõuenire poteſt ſimplicitas primi principij?

Οὐδεὶς [f] γοῦν τῶν ὕστερον ἠξίωσε, καὶ ἓν λεγόντων, γῆν εἶναι στοιχεῖον, δῆλον, ὅτι διὰ τὴν μεγαλομέρειαν· τῶν δὲ τριῶν ἕκαστον στοιχείων, εἴληφε κριτήν τινα. οἱ μὲν γὰρ πῦρ, οἱ δ' ὕδωρ, οἱ δ' ἀέρα τοῦτ' εἶναί φασι. καί τοι [g] διὰ τί ποτ' οὐ καὶ τὴν γῆν λέγουσιν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, πάντα γὰρ εἶναί φασι τὴν γῆν. φησὶ δὲ καὶ Ἡσίοδος, τὴν γῆν πρώτην γενέσθαι τῶν σωμάτων. οὕτως ἀρχαίαν, καὶ δημοτικὴν συμβέβηκεν εἶναι τὴν ὑπόληψιν, κατὰ μὲν οὖν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτ' εἴ τις τούτων τι λέγειν πλὴν πυρός οὔτ' εἴ τις [h] ἀέρος μὲν πυκνότερον τοῦτο τίθησιν, ὕδατος δὲ λεπτότερον, οὐκ ὀρθῶς ἂν λέγοι. Text.14. Ad finẽ text. 14.

Εἰ δ' [i] ἐστὶ τὸ τῇ γενέσει ὕστερον τῇ φύσει πρότερον, τὸ δὲ συμπεπλιγμένον, καὶ συγκεκριμένον ὕστερον τῇ γενέσει, τοὐναντίον ἂν εἴη τούτων, ὕδωρ μὲν ἀέρος πρότερον, γῆ δὲ ὕδατος. ¶ περὶ μὲν οὖν τῶν μίαν τιθεμένων αἰτίαν, οἵαν εἴπομεν, ἔστω ταῦτ' εἰρημένα. Text.15.

Τὸ [k] δ' αὐτὸ, κἂν εἴ τις ταῦτα πλείω τίθησιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς τέτταρά φησιν εἶναι σώματα τὴν ὕλην. καὶ γὰρ τούτῳ τὰ μετὰ ταῦτα, τὰ δ' ἴδια συμβαίνειν, ἀνάγκη. γιγνόμενά τε γὰρ ἐξ ἀλλήλων ὁρῶμεν, ὡς οὐκ ἀεὶ διαμένοντος πυρὸς, καὶ γῆς τοῦ αὐτοῦ σώματος. εἴρηται δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φύσεως περὶ αὐτῶν. καὶ [l] περὶ τῆς τῶν κινούντων αἰτίας, πότερον ἓν, ἢ δύο θετέον, οὔτε ὀρθῶς οὔτε * ἀλόγως οἰητέον εἰρῆσθαι παντελῶς, ὅλως τε ἀλλοίωσιν ἀναιρεῖσθαι ἀνάγκη τοῖς οὕτω λέγουσιν. οὐ γὰρ ἐκ θερμοῦ ψυχρὸν, οὐδὲ ἐκ ψυχροῦ θερμὸν ἐστι. τί γὰρ

** Alias ἀλό-γως.*

Principiũ materiale quale eſſe debeat.

h *Aut aëre quidem.* Dubium eſt, an hæc opinio fuerit Anaximandri, quem ſupra diximus crediſſe primum principium eſſe medium quippiam inter ignem, & aërem. Vtrumque enim memoria proditum eſt, vt inquit Alexander. Nec ratione vacat, quod quæſierint quidam materiale principium medium quid inter elementa hæc ſenſibilia. Re enim vera principium materiale debet ex ſe expers eſſe ſenſibilis contrarietatis, vt omnes poſſit ſuſcipere, quale principium eſt materia prima, quam illi ſubodorari nonnumquam videbantur.

i *Sin autem quod generatione poſterius eſt, id natura prius eſt: quod verò conceſtum, atque concretum eſt.* Hactenus ex ſimplicitate primi principij oſtendit, ſolum ignem ponendum fuiſſe principium: nunc breuiter ex perfectione probat, ſolam terram.

k *Idem porro dici poteſt, ſi quis, &c.* Impugnat ſententiam Empedoclis docétque

cétque in primis poſſe contra illum obiici aliqua ex ſuperioribus incommodis Quorum illud eſt vnum,non poſſe ſecundum Empedoclem elementa vulgata ex ſe mutuò generari,quod tamen fieri videmus,& de qua re Ariſtoteles diſputatum eſſe ait in libris de Natura, quorum nomine hoc loco intelligitur tota tractatio ſcientiæ naturalis:actum eſt enim de hac re non in lib.Phyſ.ſed in 3.de Cœlo.in 2.de Generatione. Ita fit, vt illa non poſſint eſſe principia, quandoquidem principia non fiunt ex ſe mutuò,vt dictum eſt 1.Phyſic.cap.5. Non repetit autem illud incommodum, quòd non poſuerit formam ſubſtantialem, eò quòd aliquo modo eam ſignificauerit, vt ipſe docebit in fine libri. Deinde docet aliqua etiam propria abſurda illius opinionem conſequi. Primum enim non rectè poſuit primas duas cauſas mouentes contrarias,concordiam & diſcordiam. Id quod, vel ideò ait Ariſtoteles, quia abſurdum eſt, prima efficientia ſe inuicem impedire, vel quia Empedocles non rectè diſtinxit earum officia,ſiquidem concordia, vt ſuprà dictũ eſt,ſæpe etiam diſiungit apud Empedoclẽ, & diſcordia cõiungit: Deinde cum conſtet Empedoclem nullam poſuiſſe materiam, quæ quattuor elemẽtis communis eſſet, perſpicuum eſt,illum funditus ſuſtuliſſe alteratiõẽ. Siquidem alteratio eſt mutatio eiuſdem ſubiecti ſecundum contrarias qualitates, quæ vbi datur, neceſſario datur ad corruptionem procliuitas.Quò fit, vt ſi non datur corruptio,nec eiuſmodi alteratio concedi poſſit.De quare latius priori libro de Generatione.

Empedoclis reprehenſio.

Alteratio quid ſit.

Text. 14. *Quamobrem* [f] *nemo ex poſterioribus,quique vnum aſſerunt, terram elementum eſſe ſenſuit, propter partium videlicet magnitudinem. Vnumquodque autem cæterorum trium patronum aliquem inuenit:nam alij ignem, alij aquam, alij aërem hoc ipſum eſſe volunt. At enim* [g] *cur non etiam terram dicunt,vt vulgò homines opinantur:omnia enim terram eſſe aiunt,Heſiodus quoque primam ex corporibus terram eſſe genitam dicit, adeo vetus & vulgata hac opinio eſt.Hac igitur ratione,ſi quis horum aliquod præter ignem ponat,aut* [h] *aëre quidem denſius,aqua verò tenuius,non rectè vtique dixerit.*

Sin [i] *autem quod generatione poſterius eſt,id natura prius eſt: quod verò concoctum,atque concretum eſt,generatione poſterius: contrà ſanè accidet, eritque aqua prior,quàm aër;& terra, quàm aqua* Text. 15. ¶ *Ac de iis quidem qui cauſſam vnam, qualem diximus, ponunt,hæc dicta ſint.*

Idem [k] *porrò dici poteſt, ſi quis etiam hac plura ponat,veluti Empedocles, qui quatuor corpora materiam eſſe tradit: & huic enim partim eadem,partim propria eueniunt neceſſe eſt, cernimus enim ea ex ſeſe viciſſim generari, vt dici non poſſit,ſemper ignem aut terram idem corpus manere.Sed de his in libris etiam de natura dictum eſt.De* [l] *cauſſa quoque mouentium, vnúmne,an plura ponendum,nec rectè,nec cum ratione dictum omnino eſſe,putandum eſt.Prorſuſque ſententia eorum,qui ita dicunt, alteratio tollatur neceſſe eſt, neque enim ex calido frigidum, neque ex frigido calidum exiſtit.*

Quid

[l] *De cauſſa.* Hoc eſt,de controuerſia quoque mouentium &c. Nam & controuerſiam ſignificat nomen cauſſæ tam apud Græcos,quàm Latinos.Quamquam eo etiam modo poſſunt verba hæc accipi,vt ſenſus ſit.De cauſſa quoque ſuprema,ſeu prima in mouentibus,ſit ne ponenda vnum quid an plura &c. Prior tamen interpretatio magis placet,quod poſterior duriuſcula videatur, propter generis mutationem.Iam verſio,quæ habet. *De cauſſa quoque eorum,quæ mouentur,* & cum Græca lectione apertè pugnat,& nihil eſt ad rem, cùm non ſolum cauſſa efficiens, quam Ariſtoteles hoc loco intelligit, ſed cætera quoque cauſſarum genera ſint cauſſæ eorum,quæ mouentur. *Argyropili.*

[m] *Quæ*

Digitized by Google

m *Quæ ignis, & aqua fiat? quod ille non tradit.* Id eſt, quæ modo ſubſit qualitatibus ignis, modo aquæ.

Examinatur Anaxagoræ ſententia.

n *Anaxagoram verò ſi quis elementa duo dicere exiſtimet, maxima cum ratione id ſentiet.* Vocat in examen ſententiam Anaxagoræ, aitque illum, ſi quis verba eius ad veram de rebus opinionem accõmodare velit (quam quidem ille etſi planè non expoſuit haud dubiè tamen, vt ſuam approbaſſet, ſi quis eam propoſuiſſet) duas cauſſas, quæ effectum ordine temporis antecedunt, efficientem, inquam, & materialem meliùs, quàm cæteros poſuiſſe, ſi autem quæ ille aſſeruit in plano verborum ſenſu accipiat, abſurdiſſima dixiſſe. Primùm, quia fieri non poteſt, vt omnia primùm fuerint inter ſe commixta, quæ enim commixta ſunt, prius ſeorſum exiſtunt, quàm miſceantur. Quod non ſolùm inductione patet, ſed etiam ex eo probat Albertus, quia quæ miſcentur, priùs alterantur, vt ad quãdam mediocritatem redacta vniri poſſint: quæ autem hoc pacto alterantur: dum alteratio durat (& potiori ratione antequam fiat) ſeparata ſunt. Deinde, quia non quæuis res cum quibuſuis miſceri poſſunt. Quænam enim mixtio candoris, verbi gratia, cum Grammatica eſſe poteſt? Tertio, quia ſequeretur, accidentia poſſe exiſtere ſeiuncta à ſubſtantia. Ea enim, quæ miſcentur, eiuſmodi ſint neceſſe eſt, vt ſeorſum quoque exiſtere valeant, vt ex dictis patet. Quòd autem expoſita eius ſententia appareat illum admirabiliùs, quàm cæteros philoſophatum, ex eo oſtendit, quia mixtio illa, quam poſcit, etſi ſatis obſcurè, declarat tamen naturam materiæ, quæ per ſe nihil eſt actu completum, vt alij ante Anaxagoram putauerant, ſed omnia poteſtate, vt ipſe Ariſtoteles docet ſeptimo huius operis libro, capite tertio, & aliis pleriſque locis. Vnde eſt illud Philoſophorum pronunciatum: *In fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum.* Quod item Anaxagoras de primo mouente dixit, ipſum ſolum non eſſe permixtum in ea congerie, eò pertinet, vt ſignificet primam efficientem cauſſam eſſe prorſus immaterialem, nihilque habens, vt ſic dicam, potentialitatis.

τί γὰρ αὐτὴ ἂν πάσχοι τἀναντία, καὶ τίς εἴη ἂν μία φύσις ἡ [m] γιγνομένη πῦρ, καὶ ὕδωρ, ὃ ἐκεῖνος οὔ φησιν.

Ἀναξαγόραν [n] δ' εἴ τις ὑπολάβοι δύο λέγειν στοιχεῖα, μάλιστ' ἂν ὑπολάβοι κατὰ λόγον, ὃν ἐκεῖνος αὐτὸς μὲν οὐ διήρθρωσεν, ἠκολούθησε μέντ' ἂν ἐξ ἀνάγκης τοῖς * ἐπάγουσιν αὐτό. ἀτόπου γὰρ ὄντος, καὶ ἄλλως τοῦ φάσκειν μεμίχθαι τὴν ἀρχὴν πάντα, καὶ διὰ τὸ συμβαίνειν ἄμικτα δεῖν προϋπάρχειν, καὶ διὰ τὸ μὴ πεφυκέναι τῷ τυχόντι μίγνυσθαι τὸ τυχὸν, πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τὰ πάθη, καὶ τὰ συμβεβηκότα χωρίζοιντ' ἂν τῶν οὐσιῶν (τῶν γὰρ αὐτῶν μίξις ἐστὶ καὶ χωρισμός) ὅμως εἴ τις ἀκολουθήσειε συνδιαρθρῶν, ἃ βούλεται λέγειν, ἴσως ἂν φανείη καινοπρεπεστέρως λέγων. ¶ ὅτε γὰρ οὐθὲν ἦν ἀποκεκριμένον, δῆλον, ὡς οὐδὲν [o] ἦν ἀληθὲς εἰπεῖν κατὰ τῆς οὐσίας ἐκείνης. λέγω δ' ὅτι οὔτε λευκὸν, οὔτε μέλαν, ἢ φαιὸν, ἢ ἄλλο χρῶμα, ἀλλὰ ἀχρώματον ἦν ἐξ ἀνάγκης. εἶχε [p] γὰρ ἄν τι τούτων τῶν χρωμάτων. ὁμοίως δὲ καὶ ἄχυμον τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ, οὐδὲ ἄλλο τῶν ὁμοίων οὐδέν. οὔτε γὰρ ποιόν τι οἷόν τε αὐτὸ εἶναι, οὔτε ποσὸν, οὔτε τι. τῶν γὰρ ἐν μέρει τι λεγομένων εἰδῶν ὑπῆρχεν ἂν αὐτῷ. τοῦτο δὲ ἀδύνατον μεμιγμένων γε [q] πάντων. ἤδη γὰρ [r] ἂν ἀπεκέκριτο. ¶ φησὶ δ' εἶναι μεμιγμένα πάντα πλὴν τοῦ νοῦ, τοῦτον δὲ ἀμιγῆ μόνον, καὶ καθαρόν. ἐκ δὴ τούτων συμβαίνει λέγειν αὐτῷ τὰς ἀρχὰς, τό, [s] τε ἓν (τοῦτο γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἀμιγὲς) καὶ θάτερον καθάπερ ὄν, οἷον

Text. 16.

Alias λέγουσιν.

Text. 17.

Cap. 2.

Text. 18.

Hoc loco impropriè, & per Catachreſim complectitur Ariſtoteles nomine

Digitized by Google

nomine elementi cauſſam efficientem, quod ideò nonnumquam facit, quia vtitur nomine Elementi pro Principij, propter ſignificationis affinitatem.

[o] *Nihil tum verè de ſubſtantia illa dici potuiſſe, quoniam neque album, exempli cauſſa, neque nigrum, aut fuſcum, aliúſve color, ſed neceſſario erat coloris expers.* Quia Anaxagoras aſſerebat omnia fuiſſe permixta in illa congerie, ſeu, vt Ariſtoteles interpretatur, poteſtate, ideò rectè dicebat nihil tum, quod quidem. Actuale eſſet, & completum ens, potuiſſe de illa prædicari, alioqui iam eſſet actu, & non poteſtate ſola, quod eſt contra Hypotheſim. Secus res habet in vera, & propriè dicta mixtione. Nam etſi in ligno, verbi gratia, non ſunt elementa actu, eſt tamen actu in illo natura ligni, & omnium ſuperiorum generum, quæ ſunt actualia entia, atque completa.

Quid enim contraria ipſa patientur, & quæ nam erit natura illa vna quæ [m] ignis, & aqua fiat? quod illa non tradit.

Textus 16. *Anaxagoram [n] verò ſi quis elementa duo dicere exiſtimet maxima cum ratione id ſentiet, quam ille quidem ipſe non explicauit, ſed tamen neceſſariò approbaſſet, ſi qui eam attuliſſent. Nam etſi àlioqui abſurdum eſt aſſerere permixta à principio fuiſſe omnia, tum quia ſequitur debuiſſe ea prius: exiſtere non permixta: tum quia non eſt natura comparatum, vt quoduis cum quouis miſceatur, tum etiam quia affectiones, & accidentia ſeparentur à ſubſtantijs, (eorumdem enim eſt permixtio, & ſeparatio) ſi quis tamen eius mentem vnà cum illo explicare pergat, forſitan noua quædam, ac pulchriora dicere videbitur.*

Textus 17. *¶ Nam cùm nihil ſeparatum erat, perſpicuum eſt, nihil [o] tum verè de ſubſtantia illa dici potuiſſe, quoniam neque album, exempli cauſſa, neque nigrum, aut fuſcum, aliúſve color, ſed neceſſario erat coloris expers: Aliquem [p] enim ex his coloribus haberet: Similiter nec ſaporem habebat hac eadem ratione, nec aliud quicquam ſimilium. Nam nec quale quid, nec quantum, nec omnino aliquid eſſe potuit, aliqua enim ſpecialium formarum illi ineſſet,*

Textus 18. *quod ſanè fieri non potuit, ſi [q] omnia erant permixta, iam [r] enim diſcreta eſſent. ¶ Ait autem mixta eſſe omnia, præter Mentem, eámque ſolam eſſe puram, & ab omni permixtione liberam. Ex quibus efficitur, aſſerere illum principia eſſe, & [s] vnum ipſum (hoc enim ſimplex eſt, & nequaquam mixtum,) & alterum tanquam Ens, quale*

[p] *Aliquem enim ex his coloribus haberet, ſimiliter nec ſaporem habebat hac eadem ratione, nec aliud quicquam ſimilium.* Hæ conſequutiones ex ea Regula vim habent, quam Ariſtoteles affert ſecundo Topicorum. *De quo genus prædicatur, ſiue eſſentiali prædicatione, ſiue denominatiua, de eodem aliqua eius ſpecies eodem modo prædicetur, neceſſe eſt.* *Regula.*

[q] *Si omnia erant permixta.* Id eſt, poteſtate tantùm, vt expoſitum iam eſt.

[r] *Iam enim diſcreta eſſent, ait autem mixta eſſe omnia, præter.* Hoc eſt, iam enim attributa ea, quæ de congerie illa dicerentur, actu eſſent, non poteſtate ſola.

[s] *Et vnum ipſum, hoc enim ſimplex eſt.* Primum mouens vocat Ariſtoteles vnum ipſum, quia caret omni diuiſione etiam in actum, & potentiam, quatamen nulla creatura carere poteſt. Id ipſum autem videtur ſignificare Anaxagoras ſimplicitate, ac ſynceritate ipſius Mentis, quam ponebat primùm mouens. *Cur primum mouens dicatur ab Ariſt. vnum ipſum.*

[t] *Quale nos indefinitum.* Cùm Ariſtoteles hoc loco, ait ſe ponere materiam

principium indefinitum, antequam habeat formam, illud *antequam* non ordinem temporis, ſed naturæ ſignificat. Nunquam enim materia caret forma, ſed tamen in eo gradu naturæ, quo ſua prioritatis ordine antecedit formam, in formis omnino eſt, & indefinita.

δὴ [t] τίθεμεν τὸ ἄπειρον πρὶν ὁρισθῆναι, καὶ μετέχειν εἴδους τινὸς, οὔτε λέγεται μὲν οὔτε ὀρθῶς, οὔτε σαφῶς, βούλεται μέντοι τι παραπλήσιον τοῖς [u] ὕστερον λέγουσιν, καὶ τοῖς νῦν φαινομένοις μᾶλλον. ἀλλὰ [x] γὰρ οὗτοι μὲν τοῖς περὶ γένεσιν λόγοις, καὶ φθορὰν, καὶ κίνησιν οἰκεῖοι τυγχάνουσι μόνον. σχεδὸν γὰρ περί τε τῆς τοιαύτης οὐσίας, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς αἰτίας ζητοῦσι μόνον.

Ὅσοι δὲ περὶ μὲν ἁπάντων τῶν ὄντων ποιοῦνται τὴν θεωρίαν, τῶν δὲ ὄντων τὰ μὲν αἰσθητὰ, τὰ δὲ οὐκ αἰσθητὰ τιθέασι, δῆλον, ὡς περὶ ἀμφοτέρων τῶν γενῶν ποιοῦνται τὴν ἐπίσκεψιν. διὸ μᾶλλον ἄν τις ἐνδιατρίψειε περὶ αὐτῶν, τί καλῶς, ἢ μὴ καλῶς λέγουσιν, εἰς τὴν τῶν νῦν ἡμῖν προκειμένων σκέψιν. ¶ οἱ [y] μὲν οὖν καλούμενοι Πυθαγόρειοι, ταῖς μὲν ἀρχαῖς, καὶ τοῖς στοιχείοις ἐκτοπωτέροις [z] χρῶνται τῶν φυσιολόγων. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι παρέλαβον αὐτὰς οὐκ ἐξ αἰσθητῶν. τὰ γὰρ μαθηματικὰ τῶν ὄντων ἄνευ κινήσεώς ἐστιν, ἔξω [aa] τῶν περὶ τὴν ἀστρολογίαν. διαλέγονται μέντοι, καὶ πραγματεύονται περὶ φύσεως πάντα. γεννῶσί τε γὰρ τὸν οὐρανὸν, καὶ περὶ τὰ τούτου μέρη, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ ἔργα διατηροῦσι τὸ συμβαῖνον, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ αἴτια εἰς ταῦτα καταναλίσκουσιν, ὡς ὁμολογοῦντες τοῖς ἄλλοις φυσιολόγοις, ὅτι τό γε ὂν τοῦτ' ἐστὶν ὅσον αἰσθητόν ἐστι, καὶ περιείληφεν ὁ καλούμενος οὐρανός. τὰς δ' αἰτίας, καὶ τὰς ἀρχὰς ὥσπερ εἴπομεν. Text.19.

¶ ἱκανὰς (ὡς λέγουσι) καὶ ἐπαναβῆναι, καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτέρω τῶν ὄντων, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς περὶ φύσεως λόγοις ἁρμοττούσας. Text.20.

Ἐκ [bb] τίνος μέντοι τρόπου κίνησις ἔσται, πέρατος, καὶ ἀπείρου μόνον ὑποκειμένων, καὶ περιττοῦ, καὶ ἀρτίου, οὐθὲν λέγουσιν, ἢ πῶς δυνατὸν ἄνευ κινήσεως καὶ μεταβολῆς γένεσιν εἶναι, καὶ φθορὰν, ἢ τὰ τῶν φερομένων ἔργα κατὰ τὸν οὐρανόν. Text.21.

ἔτι

[u] *Quæ à poſterioribus dicta ſunt, & ijs, quæ nunc magis probantur.* Platonem & ſeipſum deſignat. Ex qua re patet, opinionem de materia, & forma naturali eſſe Platoni, cum Ariſtotele cōmunem, quod idem apertum eſt ex Timæo.

Opinionem de materia, & forma naturali eſſe Platoni cum Ariſtot. communem.

Hoc loco pro illo, καὶ τοῖς νῦν φαινομένοις μᾶλλον, quod eſt ad verbum, *& ijs, quæ nunc magis apparent.* Diximus, *& ijs, quæ nunc magis probantur,* quod ſenſum eundem clariùs contineat.

[x] *Verùm hæc diſputatio ad eam tantùm propriè pertinet, quæ in generatione, & interitu, motuq́; verſatur.* Ab iis, qui penè de ſolis rebus ſenſibilibus philophati ſunt trāſitum facit ad eos qui planè de omnibus entium generibus differuerunt, eáque in ſenſibilia, & non ſenſibilia perſpicuè diſtinxerunt. Qui quidem cùm magis accommodatè ad hāc ſcientiam loquantur, æquum eſt, vt Ariſtoteles hoc loco in eorum examinandis ſententiis diutius immoretur. Sunt autem hi Pythagorici, & Platonici.

[y] *Ac ij quidem, qui Pythagorici vocantur.* Docet Pythagoricos partim à Naturalibus diſſentire, partim cum illis conuenire. Diſſentiunt enim quatenus tradunt principia à rebus naturalibus abſtracta, remotáque, & quæ aliarum etiam rerum, præterquam naturalium principia eſſe queant, vt Alexander exponit. Sumunt enim principia ex rebus purè Mathematicis, quæ motu vacant, vtpote ex numeris, quæ principia ob eam cauſſam immobilibus etiam rebus accommodari poſſunt. Conueniunt autem, quatenus non vtuntur his principiis, niſi ad reddendas cauſſas rerum

Qua ratione Pythagorici à ſuperiorib. diſſentiunt.

Qua cū iiſdē conueniant.

Digitized by Google

rum naturalium, vt qui ſolas res ſenſibiles eſſe videantur credere, quemadmodum & illi.

quale [t] *nos indefinitum ponimus, antequàm determinetur, & alicuius forma ſit particeps. Itaque dicit ille quidem nec rectè, nec perſpicuè; vult tamen aliquid dicere ſimile, & ijs, quæ* [u] *à poſterioribus dicta ſunt, & ijs, quæ nunc magis probantur. Verùm* [x] *hæc diſputatio ad eam tantùm propriè pertinet, quæ in generatione, & interitu, motúque verſatur. Ferè enim tantùm huiuſmodi ſubſtantiæ principia, & cauſſas exquirit.*

Quicumque autem in omnium rerum conſideratione verſantur, earumq́; alias ſub ſenſum cadere, alias non cadere aſſerunt; non dubium eſt, quin de vtroque genere diſputent. Quocirca potiùs apud eos immoretur aliquis, exquirens quid rectè, quid non rectè dicant, ad eorum, quæ nobis propoſita ſunt, conſiderationem. ¶ *Ac ij* [y] *quidem qui Pythagorici vocantur, remotioribus* [z] *vtuntur principijs, & elementis,* Text. 19.

Com. 53. *quàm naturales. Eius rei cauſſa eſt, quòd ea non ex ſenſibilibus acceperint: res enim Mathematicæ, præter* [a a] *eas quæ in Aſtrologia traduntur, à motu ſunt liberæ. Sed tamen de natura diſſerunt, & omnia, quæ tractant, ad eam referunt. Nam & cœlum generant, & ea, quæ eius partibus, & affectionibus, ac operibus accidunt, obſeruant, principia item, & cauſſas in his conſumunt, veluti cæteris Phyſicis in eo conſentientes, vt id ſolùm eſſe putent, quod ſenſibus percipitur, & ab eo continetur, quod cœlum appellamus: cauſſas autem,*

Text.20. *& principia, vti diximus, ea ponunt.* ¶ *quæ ſatis ſint (vt ipſi dicunt) etiam ad aſcendendum ad res ſuperiores: quæq́; illis magis congruant, quàm diſputationi, quæ de natura inſtituitur.*

Text. 21. *Quo* [b b] *tamen modo futurus ſit motus, finito, ac infinito pari, & impari tantùm poſitis: aut qui fieri poſſit, vt ſine motu, & mutatione generatio ſit, atque corruptio, aut opera eorum, quæ in cœlo feruntur: nequaquam dicunt.*

Præterea

[z] ***Remotioribus vtuntur principijs, & Elementis quàm naturales, eius rei cauſſa eſt, quod ea non ex ſenſibilibus acceperint, res enim Mathematicæ.*** Græcè eſt ἀλλοτριωτέρως χρῶνται), quod eſt, *remotius vtuntur.* Dictum tamen eſſe remotiùs vtuntur, pro remotioribus, & communioribus vtuntur, ipſe Ariſtoteles poſt pauca ſatis indicat. Quod ſi velis, ἀτοπωτέρως, idem eſſe hoc loco, atque abſurdiùs (quod tamen minùs probabile eſt) hoc etiam modo vtcumque verſio conſentiet. Quia enim principia à Pythagoricis poſita, remotiora erant, & alieniora à rebus naturalibus, quàm vt ex eis propria earum cauſſa reddi poſſet: iccirco illi huiuſmodi principiis abſurdiùs vtebantur, quàm Veteres Naturales ſuis.

[a] ***Præter eas quæ in Aſtrologia traduntur, à motu ſunt liberæ.*** Res, circa quas Aſtrologia verſatur, non ſunt purè Mathematicæ. Diſputat enim Aſtrologus, nõ de numero, magnitudine, & figura abſolutè, & abſtractè, ſed de numero, magnitudine, & figura orbium cœleſtium, & aliis huiuſmodi, quæ in ſua conſideratione includunt materiam ſenſibilem, per principia tamẽ purè mathematica. Quia verò eadem ratio eſt de rebus, in quibus verſatur perſpectiua, Muſica, & quæcumque ſunt aliæ ſcientiæ mediæ inter naturalem & Mathematicas, eaſdem quoque hoc loco per eandem particulam excluſas intellige.

[b b] *Quo tamen modo futurus ſit motus, finito, ac infinito pari, & impari.* Tria reprehendit Ariſtotel. in opinione Pythagoreorum. Primùm quòd re vera non ponant *Reprehendũtur Pythagorici tribus de cauſſis.*

 cauſſas

cauſſas motus, ac generationis rerum, quod tamen conantur facere. Dicunt enim numeros eſſe principia rerum naturalium, numeri autem nullius ſunt motus auctores, atque adeo nec par, & impar, quæ illi ponebant numerorum principia.

cc *Præterea, ſiue quis illis concedat, ex his exiſtere magnitudinem, ſiue hoc ipſum oſtendatur, quo tamẽ pacto corpora alia leuia, alia grauia erunt.* Alterum, quod reprehendit, huiuſmodi eſt, Quòd dixerint magnitudines conſtare ex numeris. Ex hoc enim etiamſi concedatur, non poſſunt illi oſtendere, cur alia corpora naturalia grauia ſint, alia leuia, & alias, atque alias facultates habeant, cùm principia omnia, ex quibus ipſi accommodate ad naturas rerum ſe diſſerere exiſtimant, non magis corporibus naturalibus accommodentur, quàm Mathematicis, quæ tamen, nec leuia, nec grauia ſunt, nec aliis naturalibus facultatibus prædita. Ita fit, vt cùm illi enitantur tradere cognitionem rerum naturalium, nihil tamen de illis dicant, quatenus à Mathematicis diſtinguuntur. Quo loco aduerte in exemplaribus Græcis verba eſſe commutata, habent enim, *non magis de Mathematicis corporibus, quàm de ſenſibilibus dicunt.* Non eſſe autem eo pacto legendum, ſed *non magis de ſenſibilibus, quàm de Mathematicis, &c.* & ſenſus ipſe, víſque argumenti, & Alexandri, cæterorúmque expoſitorum enarratio ſatis indicant. Quibus rebus adductus Beſſario, ſic correxit, *Nil magis, quàm de Mathematicis, de ſenſibilibus dicunt*, quæ tamen correctio minus expeditam orationem facit.

ἔτι cc δὲ εἴτε δοίη τις αὐτοῖς ἐκ τούτων εἶναι μέγεθος, εἴτε δειχθείη τοῦτο, ὅμως τίνα τρόπον ἔσται τὰ μὲν κοῦφα, τὰ δὲ βάρος ἔχοντα τῶν σωμάτων: ἐξ ὧν γὰρ ὑποτίθενται καὶ λέγουσιν, οὐθὲν μᾶλλον * περὶ τῶν αἰσθητῶν, ἢ περὶ τῶν μαθηματικῶν λέγουσι σωμάτων. διὸ περὶ πυρὸς, ἢ γῆς, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων σωμάτων, οὐδ' ὁτιοῦν εἰρήκασιν, ἅτε οὐθὲν περὶ τῶν αἰσθητῶν, οἶμαι, λέγοντες ἴδιον. ¶ ἔτι δὲ dd πῶς δεῖ λαβεῖν αἴτια μὲν εἶναι τὰ τοῦ ἀριθμοῦ πάθη, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ὄντων, καὶ γιγνομένων, καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ νῦν, ἀριθμὸν δὲ ἄλλον μηδένα εἶναι παρὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐξ οὗ συνέστηκεν ὁ κόσμος: ¶ ὅταν ee γὰρ ἐν τῳδὶ μὲν τῷ μέρει δόξα καὶ καιρὸς αὐτοῖς ᾖ, μικρὸν δὲ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν ἀδικία, καὶ διάκρισις, ἢ μῖξις, ἀπόδειξιν * δὲ λέγουσιν, ὅτι τούτων μὲν ἓν ἕκαστον ἀριθμός ἐστι. συμβαίνει ff δὲ κατὰ τὸν τόπον τοῦτον ἤδη πλῆθος εἶναι τῶν συνισταμένων μεγεθῶν, διὰ τὸ τὰ πάθη ταῦτα ἀκολουθεῖν τοῖς τόποις ἑκάστοις, πότερον gg οὗν οὗτος ὁ αὐτός ἐστιν ἀριθμὸς ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὃν δεῖ λαβεῖν, ὅτι τούτων ἕκαστόν ἐστι, ἢ παρὰ τοῦτον ἄλλος; ¶ ὁ μὲν γὰρ Πλάτων ἕτερον εἶναι φησι.

Καὶ τοι

* *Mẽbra hæc in Græcis codicibus ſunt commutata.*

Text.22.

Text.23.

* *Alias* δὲ *λέγουσι.*

Text.23.

dd *Ad hæc, quonam pacto accipiendum eſt, affectiones numeri, & numerum ipſum cauſſas eſſe eorum, quæ & à principio, & nunc in cœlo ſunt, ac fiunt, numerum autem nullum eſſe, &c.* Tertium, quod reprehendit, eſt: Quòd ſecum ipſi pugnare videantur. Dicunt enim numeros, & numerorum affectiones eſſe cauſſas rerum, ex quibus hæc corporea rerum vniuerſitas conſtat, quam Ariſtoteles nunc [a] cœlum, nunc etiam [b] mundum appellat, rurſúſque aiunt, res ipſas eſſe numeros: ex quibus efficitur, vt dicere videantur, eaſdem res eſſe cauſſas ſui, quod repugnantiam quamdam inuoluit. Quocirca docet Ariſtoteles conſultiùs hac ex parte Platonem feciſſe, qui duo numerorum genera poſuerit, alios in rebus ſenſibilibus, alios extra res ſenſibiles, quos dicebat intelligibiles, & cauſſas ſenſibilium, facile enim ſe hac numerorum diſtinctione ab ea repugnantia liberauit.

Plato duo numerorum genera poſuit, ſenſibile vnũ, intelligibile alterum.

[a] *Vt 1. de Cœlo c.9. text.95.*
[b] *Vt initio libri de Mundo ad Alexādrũ.*

ee Cum

Digitized by Google

[e e] *Cum enim hac in parte, eorum ſententia, opinio, ac tempus exiſtat, paulò autem ſuprà vel infrà iniuria, & diſiunctio, aut permixtio, demonſtrationem ex eo.* Pythagorici cuique loco vniuerſi certum numerum, aut numeri partem accommodabant. *Qua ratione Pythagorici cuique loco numeros accõmodabant.*

Com. 54. Medio quidem, vt inquit Alexandr. vnitatem, quod ea ſit prima, proximè autem poſt medium collocabant dualitatem, atque ita quò magis à medio recedebatur, eò dicebant numerum fieri maiorem. Hi tamen loci, ſeu partes mundi, vt eos vocat Ariſtotel. non ſunt intelligendi ſecundum ſitum, ſed ſecundum ordinem dignitatis quamquam non opus eſt in hac inutili, & multis iam ſeculis obſoleta Philoſophandi ratione diuinare. Itaque alia in parte, ſiue loco ponebant opinionem, cui accommodabant dualitatem, quòd ea, quæ opinamur, in vtramque partem cadere poſſe exiſtimemus, in alia tempus, quod ſeptenarium appellabant, ob aliquam ex iis cauſſis, quæ ad caput quintũ traditæ ſunt, ídque eodem modo in cæteris facere conabantur. Quos autem numeros iniuriæ, diſiunctioni, & permixtioni Pythagorici tribuebant, haud certò ſcimus.

Præterea [c c] ſiue quis illis concedat, ex his exiſtere magnitudinem, ſiue hoc ipſum oſtendatur, quo tamen pacto corpora alia leuia, alia grauia erunt? Ea enim, ex quibus poſitis diſſerunt, non magis de ſenſibilibus, quàm de Mathematicis corporibus dicunt. Itaque de igne, terra, & cæteris huiuſmodi corporibus nihil omnino locuti ſunt, vt qui nihil proprium (quod arbitror) de ſenſibilibus tradiderint.

Text. 22. *¶ Ad hac [d d] quonam pacto accipiendum eſt affectiones numeri, & numerum ipſum cauſſas eſſe eorum, quæ & à principio, & nunc in cælo ſunt, ac fiunt, numerum autem nullum eſſe alium præter hunc, ex quo Mundus conſtat?*

Text. 23. *¶ Cùm [e e] enim hac in parte, eorum ſententia, opinio, ac tempus exiſtat, paulò autem ſuprà vel infrà iniuria, & diſiunctio, aut permixtio, demonſtrationem ex eo tandem afferunt, quia vnumquodque horum eſt numerus. Accidat [f f] autem circa hunc locum, vt iam exiſtat multitudo conſtitutarum magnitudinum; quia huiuſmodi affectiones ſingulos ſequantur locos. Eſt [g g] ne igitur idem hic numerus, qui eſt in cœlo, quem accipere oportet vnumquodque horum eſſe, an præter hunc alius?*

Text. 24. *¶ Etenim Plato alium eſſe dicit.*

Atqui

GRAECI codices deprauati ſunt hoc loco, nec ſententiam concludunt. Cuius erroris cauſſa cùm ea videatur eſſe, quod librarij pro ἀπόδειξιν δὲ λέγουσι, ſcripſerint ἀπόδειξιν ἢ λέγουσι (fuit enim id facillimum) priorem lectionem eò libentius reſtituimus, quòd minima hac mutatione res tota reſarciatur. *Correctio cõtextus.*

[f f] *Accidit autem circa hunc locum, vt iam exiſtat multitudo conſtitutarum magnitudinum, quia huiuſmodi affectiones ſingulos ſequantur locos.* Hoc eſt, quia quò magis receditur ab vnitate, eò numerus eſt amplior, numeri autem, hoc eſt eſſentiæ rerum ſequuntur locos, ſiue ordinem vniuerſi, vt placet Pythagoricis, inde euenit, vt in hoc infimo loco, in quo ſunt ea, quæ gignuntur, & intereunt, iam dentur magnitudines, in quibus maxima compoſitio cernatur. Hinc planiùs colliges, vnitatem apud Pythagoricos non accommodari medio vniuerſi, ſed primæ cauſſæ, vt rei ſimpliciſſimæ, niſi primam cauſſam medium appellauerint, quòd æquè omnibus propinqua ſit ſuæ virtutis efficacia. *Prima cauſſa apud Pythagoricos vnitatem aptari.*

[g g] *Eſt ne igitur idem hic numerus, qui eſt in cœlo, quem ne igitur idem hic numerus.* Quaſi dicat, Datur ne igitur ſolus numerus exiſtens in rebus, ex quibus cœlum, ſiue Mundus corporeus conſtat, quem intelligere oportet ſecundum Pythagoricos eſſe idem cum rebus corporatis, an verò duplex, vnus concretus hiſce rebus, & alius ab eis ſeparatus?

 [h h] *Atqui*

hh *Atqui numeros ille, & hæc ipſa eſſe, & cauſſas horum exiſtimat.* Accepto videlicet numerorum nomine, quatenus de vtroque genere Numerorum dicitur.

Excutitur Platonis de ideis opinio.

ii *Qui vero ideas ponunt, primùm quidem, cùm vellent harum rerum cauſſas ſumere.* Examinat opinionem Platonis de ideis, ac primùm in ea reprehendit, quòd eius auctor in ea aſſerenda non ſatis conſuluerit iis, qui ſcientiam rerum ſenſibilium aſſequi ſtudent, propter quam tamen ille ideas induxit.

Καί τοι hh κἀκεῖνος ἀριθμοὺς οἴεται καὶ ταῦτα εἶναι, καὶ τὰς τούτων αἰτίας, ἀλλὰ τοὺς μὲν νοητοὺς αἰτίους, τούτους δὲ αἰσθητούς. περὶ μὲν οὖν τῶν Πυθαγορείων, ἀφείσθω τὸ νῦν, ἱκανὸν γὰρ αὐτῶν ἅψασθαι τοσοῦτον.

Οἱ ii δὲ τὰς ἰδέας * τιθέμενοι, πρῶτον μὲν ζητοῦντες τωνδὶ τῶν ὄντων λαβεῖν τὰς αἰτίας, ἕτερα τούτοις ἴσα τὸν ἀριθμὸν ἐκόμισαν, ὥσπερ εἴ τις ἀριθμῆσαι βουλόμενος, ἐλαττόνων μὲν ὄντων, οἴοιτο μὴ δυνήσεσθαι, πλείω δὲ ποιήσας, ἀριθμοίη. σχεδὸν γὰρ ἴσα, ἢ οὐκ ἐλάττω τὰ εἴδη ἐστὶ τούτων. ¶ περὶ ὧν ζητοῦντες τὰς αἰτίας, ἐκ τούτων ἐπ᾽ ἐκεῖνα προῆλθον καθ᾽ ἕκαστον γὰρ ὁμώνυμόν τί ἐστι, καὶ παρὰ τὰς οὐσίας τῶν τε ἄλλων ἐστὶν ἓν ἐπὶ πολλῶν, καὶ ἐπὶ τοῖσδε, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀϊδίοις. ¶ ἔτι kk δὲ καὶ καθ᾽ οὓς τρόπους δείκνυται, ὅτι ἔστι τὰ εἴδη, κατ᾽ οὐδένα φαίνεται τούτων. ἐξ ἐνίων μὲν γὰρ οὐκ ἀνάγκη γίγνεσθαι συλλογισμόν, ἐξ ἐνίων δὲ καὶ οὐχ ὧν ll οἰόμεθα, τούτων εἴδη γίγνεται κατά mm τε γὰρ τοὺς λόγους τοὺς ἐκ τῶν ἐπιστημῶν, εἴδη ἔσται πάντων, ὅσων ἐπιστῆμαί εἰσι. καὶ κατὰ τὸ ἓν ἐπὶ πολλῶν, καὶ ἀποφάσεων. κατὰ nn δὲ τὸ νοεῖν τι φθαρέντων, τῶν φθαρτῶν. φάντασμα γάρ τι τούτων ἐστίν.

Text. 25.
* Quidam inſerunt verbum αἰτίας.
Text. 26.
Text. 27.

Εἶτι oo δὲ

Nam cùm Plato ad comparandam ſcientiam rerum ſenſibilium penè tot ideas ponat, quot ſunt rerum ſpecies, aut etiam plures, nihil aliud facere videtur, quàm augere difficultatem ſciendi, ideæ namque, vt ex dictis Platonis colligitur, nihil differunt à naturis ſpecificis, quæ ſunt in indiuiduis niſi immobilitate, & æternitate, vt hoc loco Alexander annotat, & ipſe Ariſtoteles ſæpe docet. Cùm ergo ad comparandã ſciẽtiam naturarum, quæ ſunt in indiuiduis, Plato adiiciat ideas, perinde facit, ac ſi quis non valens numerare ingẽtem aliquam ſummam pecuniæ, vt id commodius faciat, eam augeat. Ait autem Ariſtoteles Ideas ex ſententia Platonis eſſe pene æquales, his (nẽpe noſtris ſpeciebus infimis) quia Plato non omnium earum rerum ideas eſſe cenſuit, vt ſuprà diximus. Addit verò (aut non pauciores) id eſt, aut etiam plures, quia ex quibuſdam rationibus Platonis ſequitur, dari etiam ideas generum, quanquam ille eas non poſuit.

Alex. cõ. 55. Ariſt. c. ſuperiori text. 6. & lib. 3. c. 2. text. 7. & 1. Eth. ca. 6. & aliis locis.

Cap. ſuperiori

Rationes quibus innitebatur, generatim improbãtur.

kk *Deinde quibus modis formæ eſſe oſtenduntur, eorum nullo exiſtere videntur.* Reprehendit deinde in poſitione idearum rationes, quibus illæ à Platone aſſeruntur. Aitque earum quaſdam non colligere dandas eſſe ideas, alias verò non ſolùm id non colligere, ſed etiam efficere, vt ſi quis illis fidem habeat, earum etiam rerum, quarum Plato ideas eſſe negabat, ideas ponere cogatur.

Ariſt. modeſtia.

ll *Eſſe arbitramur.* Vtitur Ariſtoteles in examine huius opinionis huiuſmodi verbis, Arbitramur, Dicimus, & ſimilibus, quaſi diſcipulus adhuc Platonis, & qui eius placita ſequatur, vt dum illius ſententiam impugnat, ſuam quoque videatur impugnare. Ita enim putat, facilius poſſe aliis perſuaderi, hanc diſputationem à ſe non inuidiæ, aut oſtentationis cauſſa, ſed veritatis ſtudio, ſuſceptam eſſe.

mm *Namque ex iis.* Duo genera rationum tangit hoc loco Ariſtoteles, quibus Plato probabat ideas eſſe aliud earum, quæ ducuntur ex natura ſcientiarum,

Digitized by Google

tiarum, aliud earum, quæ ex participatione vnius à pluribus: quæ duo rationum genera, vocat Ariſtoteles paulò pòſt rationes accuratiſſimas, quòd præcipuæ ſunt inter omnes, quibus Plato vtebatur, aut quia plurimi fiebant à Platone. Priorum vis in hoc poſita erat. Cùm ſcientiæ non agant, niſi de immutabilibus, ſiue iis, quæ aliter ſe habere non poſſunt, ea autem omnia, quæ exiſtunt in ſenſibilibus: ſint mutabilia, neceſſariò dandæ ſunt ideæ earum ſeparatæ, de quibus habeatur ſcientia. Poſteriores huc tendebant. Cùm omne vnum, quod à multis participatur, neceſſariò debeat eſſe ſeparatũ ab illis (alioqui iam non eſſet vnum, ſed multa) homo autem ſit vnum quid, & participetur ab omnibus indiuiduis hominibus (ſiquidem de omnibus, & nomine eodem, & eadem omnino ratione prædicatur) efficitur, vt homo communis, & ſpecificus neceſſariò ſit ſeparatus ab omnibus indiuiduis hominibus, eodemque modo cæteræ ſpecificæ naturæ à ſuis indiuiduis. Itaque ex prioribus rationibus, ſi aliquid efficiunt, docet Ariſtoteles colligi dandas eſſe ideas omniũ rerum, quarum datur ſcientia, quod tamen Plato negabat, vt ſuprà diximus, & ipſe Ariſtotel. paulò pòſt docebit. Ex poſterioribus verò ait, colligi dandas eſſe contra Platonis ſententiam ideas negationum, cùm negatio hominis, exempli cauſſa, ſit vnum quid, & à multis participetur, vt à leone, & ab equo, & à cæteris, quæ non ſunt homines.

Duo genera rationũ quibus Plato vtebatur ad probandas ideas eſſe.

Quid ex prioribus colligatur.

Cap. præced.

Quid ex poſterioribus.

Atqui [h h] *numeros ille, & hæc ipſa eſſe, & cauſſas horum exiſtimat, eos tamen, qui intelligibiles ſunt cauſſas eſſe putat, hos verò eſſe ſenſibiles. Sed Pythagoricos quidem nunc omittamus: ſatis eſt enim eos hactenus tetigiſſe.*

Text. 25. *Qui* [i i] *verò ideas ponunt primùm quidem, cùm vellent harum rerum cauſſas ſumere, alia his numero æqualia induxerunt, quemadmodum ſi quis numerare volens: ſi pauciora quidem ſint ſe non poſſe putet, cùm autem plura fecerit, tum demum numeret. Ferè enim æquales aut non pauciores ſunt*

Tex. 26. *formæ ijs rebus, ¶ quarum cauſſas exquirentes, ab his ad illas progreſſi ſunt. Eſt enim in ſingulis aliquid eiuſdem nominis: & præter ſubſtantias aliorum in multis vnum eſt, & in hiſce rebus, &*

Text. 27. *in ſempiternis. ¶ Deinde* [k k] *quibus modis formæ eſſe oſtenduntur, eorum nullo exiſtere videntur. Ex quibuſdam enim non neceſſe eſt ratiocinationem fieri: ex quibuſdam autem eorum etiam formæ efficiuntur, quorum nullas eſſe* [l l] *arbitramur. Namque* [m m] *ex ijs rationibus, quæ ex ſcientiis ducuntur, eorum omnium formæ erunt, quorum ſcientiæ ſunt, quin etiam ex ijs, quæ ſumuntur ex vno in multis negationum quoque erunt. Ex* [n n] *eo autem, quòd intelligimus aliquid eorum, quæ corrupta ſunt etiam corruptibilium. Eſt enim hoc res quædam imaginatione percepta.*

Præterea [o o]

[n n] *Ex eo autem.* Alias rationes adducebat Plato ex intelligentia notionéve communis quidditatis, ſiue ex ſpecie intelligibili, qua in nobis repræſentatur quidditas, & eſſentia rei, quæ definitione explicatur. Quarum vim in hoc argumento ponebat. Cùm per ſpeciem ſiue imaginem hominis intelligamus hominem, quouis particulari interempto, id autem quod intelligitur, non ſit non ens, ſed verum ens, neceſſe eſt fateri eiuſmodi ſpeciem, ac ſimilitudinem eſſe hominis ſeparati à ſingulis, & non pereuntis vnquam. Huiuſmodi ergo rationes docet Ariſtoteles ſi quid colligunt, æquè probare dandas eſſe ideas proprias ipſorum particularium corruptibilium, quandoquidem per imaginem Socratis, quæ mortuo Socrate permanet in imaginatione Platonis, adhuc Plato Socratem intelligit.

Tertiũ genus rationũ Platonis.

Quid efficiant.

QVOD ad verbum attinet, & ſi φάντασμα accipi poteſt, & pro phantaſmate, quod phantaſiæ ineſt, & pro re, quæ eiuſmodi phantaſmate vt

propria

propria imagine repræſentatur, hoc tamen loco neceſſariò ſumitur pro re, non pro imagine.

Infirmantur priores.

o o *Præterea.* Hoc loco, vt paulò antè diximus, ſignificat Ariſtot. rationes eas, quas Plato ſumebat ex natura ſcientiarum, & ex participatione vnius à pluribus. Quamquam ergo ex prioribus earum iam oſtenderat ſequi, omnium rerum, quarum eſſet ſcientia, Ideas quoque concedendas eſſe, quod Plato negabat, tamen quia nullam ex iis, quarum Ideas eſſe non putabat, in exemplum attulerat, affert nunc ea, quæ ſunt ad aliquid: horum enim cum ſint entia, poteſt haberi ſcientia, & tamen Plato non ponebat Ideas Relationum. Præterea, etſi ex poſteriobus oſtenderat colligi dandas eſſe Ideas negationū, tamē quia facilè Plato reſponderet, nullam negationem poſſe participari ab entibus cùm non ſit eus: affert denuò hoc incommodū, quod ex illis ſequatur, dandum eſſe tertium hominem, hoc eſt aliam Ideam, quæ communiter participetur ab Idea hominum, & à ſingulis etiam hominibus, quādoquidem de vtriſque communiter prædicatur homo, qui & ens eſt, & vnum quid.

Relationū nō ſunt Ideæ ſecundum Platonem.

Refelluntur poſteriores.

Ἔτι o o δὲ αἱ ἀκριβέστατοι τῶν λόγων, οἱ μὲν τῶν πρός τι ποιοῦσιν ἰδέας, ὧν P P οὔ φασιν εἶναι γένος καθ' αὑτό· οἱ δὲ τὸν τρίτον ἄνθρωπον λέγουσιν. ὅλως q q τε ἀναιροῦσιν οἱ περὶ τῶν εἰδῶν λόγοι, ἃ μᾶλλον εἶναι βούλονται οἱ λέγοντες εἴδη καὶ τὰς ἰδέας εἶναι; συμβαίνει γὰρ μὴ εἶναι τὴν δυάδα πρώτην, ἀλλὰ r r τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὸ πρός τι τοῦ καθ' αὑτὸ, καὶ ſ ſ πάνθ' ὅσα τινὲς ἀκολουθήσαντες ταῖς περὶ τῶν ἰδεῶν δόξαις, ἠναντιώθησαν ταῖς ἀρχαῖς. ¶ Ἔτι t t δὲ κατὰ μὲν τὴν ὑπόληψιν, καθ' ἣν εἶναί φασι τὰς ἰδέας, οὐ μόνον τῶν οὐσιῶν ἔσονται εἴδη, ἀλλὰ πολλῶν καὶ ἑτέρων. καὶ γὰρ τὸ νόημα ἓν οὐ μόνον περὶ τὰς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν u u ἄλλων οὐσιῶν ἐστι, καὶ ἐπιστῆμαι οὐ μόνον τῆς οὐσίας εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων, καὶ ἄλλα δὲ μυρία συμβαίνει τοιαῦτα. ¶ Κατὰ δὲ τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὰς δόξας τὰς περὶ αὐτῶν, εἰ ἔστι μεθεκτὰ εἴδη, τῶν οὐσιῶν ἀναγκαῖον ἰδέας εἶναι μόνον. οὐ γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχονται, ἀλλὰ δεῖ ταύτῃ ἑκάστου μετέχειν, ᾗ μὴ καθ' ὑποκειμένου λέγεται. λέγω δ' οἷον, εἴ τι αὐτοῦ τοῦ διπλασίου μετέχει, τοῦτο, καὶ ἀϊδίου μετέχει, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. συμβέβηκε γὰρ τῷ διπλασίῳ ἀϊδίῳ εἶναι, ὡς ἔσται οὐσία τὰ εἴδη. ταῦτα x x δ' ἐν, ταῦθα οὐσίαν σημαίνει. κἀκεῖ. ἢ τί ἔσται τὸ εἶναι φάναι τι παρὰ ταῦτα τὸ ἓν ἐπὶ πολλῶν; καὶ y y εἰ

Text. 28.

Text. 29.

Text. 30.

Nullū genus relatorū poni à Platone ſeparatum.

P P *Quorum non dicunt.* Nullum genus relatorū dicebat Plato eſſe per ſe, hoc eſt, ſeparatum ab indiuiduis. Quo loco Ariſtotel. nomine Generis intelligit quamcumque rem vniuerſalem, vt ſæpe alibi.

Vt 3. lib. huius operis cap. 13. text. 10.

q q *Atque omnino rationes ea.* Apud Platonem dualitas erat materiale principium, non ſolùm rerum ſenſibilium: ſed etiam ipſarum Idearum, vt ex ſupradictis patet. Ait ergo Ariſtotel. rationes, quibus Plato aſſerebat Ideas eſſe principia, ſi quid efficiunt, colligere dualitatem non eſſe principium, quod tamen Plato magis principium eſſe volebat, quàm Ideas ipſas. Nam ſi de quibus aliquid commune dicitur eorum datur Idea ſeparata, certè huius dualitatis ſenſibilis, & illius ſeparatæ, ſiue intelligibilis, dabitur communis Idea, quo fiet vt dualitas ſeparata, quæ primò ponebatur principium, non ſit principium, ſed potiùs Idea illius principij ſit.

Ideæ ſunt numeri apud Platonem.

r r *Sed numerus.* Quia apud Platonem Ideæ ſunt numeri, efficitur vt non dualitas, ſed numerus, qui eſt omnibus numeris communis, ſit principium, & id quod eſt ad aliquid, magis, quàm id, quòd eſt per ſe, hoc eſt, id, quod ex ſuo genere à ſubiecto pendet, cuiuſmodi eſt reuera numerus, ſit prius ſubſtantiis ſenſibilibus, quarum Ideas Plato dicebat eſſe numeros.

ſ ſ *Et omnia euenisse.* Hoc eſt, & alia incommoda, quibus Platonici euertunt principia, veluti cùm dicunt Ideas habere principia, & tamen eſſe principia: hoc enim haud dubiò rationem principij euertit.

t t *Præterea*

[tt] *Præterea exiſtimatione.* Id reprehendit hoc loco in opinione Idearum, quòd rationes, quibus illæ aſſeruntur, pugnent cum ipſa poſitione Platonis. Nam ex quibuſdam earum, quæ iam tactæ ſunt ex Platone, hoc planè ſequitur, præter alia ſexcenta, non ſolùm ſubſtãtiarum, ſed etiam aliarum rerum eſſe aſſerendas Ideas, vt ex dictis patet. At verò ſi neceſſariæ conſecutionis ratio habeatur, ex ipſa poſitione Platonis omnino colligitur, nullas eſſe Ideas aliarum rerum, ſed ſubſtantiarum tantùm. Nam cum Plato in poſitione Idearum expreſsè dicat, Ideas exiſtere per ſe, & non in alio: neceſſe eſt, vt confiteatur; eas nõ participari per accidens; hoc eſt, vt accidentia, ſed eatenus vnũ quodque indiuiduum eſſe particips cuiuſque Ideæ, quatenus illa non dicitur de ſubiecto inhæſionis. Hac enim ratione perpetuitas Idearũ non eſt Idea ſecũdum Platonẽ, quia eſt accidẽs Idearum, vnde Plato facilè videtur eluſiſſe huiuſmodi ſophiſma: Hoc indiuiduũ corruptibile participat ipſum duplum, id eſt Ideam dupli, ipſum autẽ duplum eſt perpetuum, igitur hoc indiuiduũ corruptibile participat perpetuitatem, & ex cõſequẽte eſt perpetuum, quemadmodum & duplum. Eluditur enim ſophiſma hoc ex eo, quia cum perpetuitas ſit accidens ipſius dupli ſecũdum Platonem, nõ poteſt illa participari ab ipſo duplo, niſi per accidens. Quòd ſi per ſe participaretur, tum demũ rectè ſequeretur ea, quæ ipſum participant, eſſe perpetua, quemadmodum quia per ſe participant duplum, perpetuo ſunt dupla. Quare cum ea, quæ non ſunt ſubſtantiæ, quatenus accidentia ſunt, non poſſint participari niſi accidentaliter, participatio autem Idearum debeat eſſe eſſentialis (hoc enim pacto intelligenda ſunt hoc loco verba *per accidens & per ſe*) efficitur, vt omnes Ideæ ſint ſubſtantiæ, quod Ariſtot. ſingulari numero *Subſtantiæ* ſignificat. Quòd ſi quis obiiciat, etſi ratio hæc probat, accidentium, quatenus reſpiciunt ſubiecta, non poſſe dari Ideas, tamen non id probare, quatenus reſpiciunt ſua inferiora. Reſpondendum eſt, rectè ab Ariſtotele probatum eſſe, non poſſe dari Ideas accidentium. Nam etſi accidentia conferri poſſunt cum ſuis inferioribus, nunquam tamen abſolutè, ac ſecundum ſuas eſſentias, concipi poſſunt ſine ſubſtantia, ac proinde ſine ſubiecto. Ergo quia Ideæ ſecundum Platonem ponebantur, quatenus ſunt eſſentiæ rerum, optimè intulit Ariſtot. ſimpliciter, & abſolutè, non poſſe dari Ideas accidentium.

Rationes Platonis cũ ipſa eius ſententia pugnare.

Cur Idearum perpetuitas nõ ſit Idea ſecũdum Platonẽ.

Occurritur obiectioni.

Accidentium quomodo non ſint Ideæ ſecundum Platonem.

Textus 28. *Præterea [oo] accuratiſſimæ rationum partim ideas faciunt eorum, quæ ſunt ad aliquid, quorum [pp] non dicunt eſſe genus per ſe: partim tertium hominem inducunt. Atque [qq] omnino rationes eæ, quæ pro formis afferuntur, ea tollunt, quæ formarum auctores magis eſſe volunt quàm ideas ipſas. Fit enim, vt dualitas non ſit prima, ſed [rr] numerus & id, quod eſt ad aliquid prius ſit eo, quod eſt per ſe: & ea [ſſ] omnia eueniunt, quibus nonnulli opiniones de ideis ſequuti, principijs ſunt aduerſati.*

Textus 29. *¶ Præterea [tt] exiſtimatione quidem ea, quæ dicimus ideas eſſe, non ſolùm ſubſtantiarũ formæ erũt, ſed multorum etiam aliorum. Nam & notio vna non tantum de ſubſtantijs, ſed etiam de [uu] alijs rebus habetur, & ſcientiæ non modò in ſubſtantia, verùm etiam in alijs verſantur, & alia huiuſmodi eueniunt propè infinita.*

Textus 30. *¶ At ſpectata neceſſitate, ipſiſq́; opinionibus, quæ de eis habentur, ſi formæ participabiles ſunt, ſubſtantiarum tantùm Ideæ ſint neceſſe eſt. Nec enim per accidens participantur, ſed eatenus cuiuſque participatio eſſe debet, quatenus non de ſubiecto dicitur. Exempli cauſſa, ſi quid ipſius dupli particeps eſt, id & ſempiterni eſt particeps, verum per accidens: accidit enim ipſi duplo, vt ſempiternum ſit. Erunt igitur formæ ſubſtantia. At [xx] hæ & hic, & ibi ſubſtantiam ſignificant. alioqui quid erit, ipſum vnum in multis, aliquid præter hæc eſſe dixiſſe? Atque*

[uu] *De alijs rebus* Ad verbum eſt *de alijs ſubſtantijs*. Verùm nomine ſubſtantiarum non ſubſtantias tantùm, ſed quaſuis res ſignificat hoc loco Ariſtotel.

76 *At hæ, & hic.* Quoniam collegit proximis verbis, omnes Ideas eſſe ſubſtantias, cùm tamen colligere debuiſſet, Ideas non eſſe niſi ſubſtantiarum (hoc enim ipſi propoſitum erat) docet his verbis, parem eſſe rationem in iis, quæ participant Ideas, atque in ipſis Ideis, quæ participantur. Namque Ideæ, id eſt, nomina Idearum (ſæpe enim hanc loquendi formulam vſurpat) veluti Homo, equus, & alia communia vocabula pari ratione hic, & ibi, hoc eſt in ſenſibilibus, & extra ſenſibilia ſubſtantiam ſignificát. Alioqui, quid erit ipſum vnum in multis aliquid præter hæc eſſe dixiſſe? hoc eſt, Quo enim pacto verũ erit dicere, ideas participari per ſe ab his ſenſibilibus, ſi videlicet cùm ipſę Ideę ſint ſubſtantiæ, hæc tamen ſenſibilia non ſint ſubſtantiæ. Quo loco participatio per ſe ſignificatur illis verbis, *In multis & præter multa.* Nam illud, *In multis,* ſignificat participationem, illud autem, *Præter multa,* ſignificat participationem eſſe per ſe, & non talem, qualis eſt participatio accidentium à ſubſtantiis.

καὶ 77 εἰ μὲν τὸ αὐτὸ εἶδος τῶν ἰδεῶν καὶ τῶν μετεχόντων, ἔσται τι κοινόν. τί γὰρ μᾶλλον ἐπὶ τῶν φθαρτῶν δυάδων, καὶ δυάδων τῶν πολλῶν μὲν, ἀϊδίων δὲ, τὸ δυὰς εἶναι ἓν καὶ ταυτὸν, ἢ ἐπὶ ταύτης, καὶ τῆς τινός; εἰ δὲ μὴ τὸ αὐτὸ εἶδος, ὁμώνυμα ἂν εἴη, καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις καλοίη ἄνθρωπον τόν τε Καλλίαν, καὶ τὸ ξύλον, μηδεμίαν κοινωνίαν ἐπιβλέψας αὐτῶν.

Πάιτων

Deducitur Plato ad incommoda.

77 *Atque ſi eadem ſpecies eſt Idearum.* Docet Platonem, ſi ſequi velit rationes, quibus Ideas eſſe ſtatuit, ad alterum è duobus incommodis deduci, nempe, vt vel fateatur dari ideam communem vnicuique Ideæ, & rebus ſenſibilibus, quæ illam participant, aut certè ideas nullo modo participari à rebus ſenſibilibus, ſed merè æquiuocè ſe habere reſpectu earum, quæ quidem ambo à Platone, vt maxima incommoda negabantur. Dilemma, quo vtitur, huiuſmodi eſt. Aut Ideæ, & quæ illas participant ſunt eiuſdem ſpeciei, aut minimè, ſi ſunt eiuſdem

Dilemma Ariſtotelis.

ſpeciei,

QVOMODO VERA SIT ARISTOTELIS obiectio contra Platonis Ideas.

Obiectio contra Ariſtotelis conſequentionem.

OBIICIAT aliquis, hanc conſequentiam Ariſtotelis eſſe vitioſam. Nam etſi ideæ, & res ſenſibiles, à quibus participantur, non ſint eiuſdem ſpeciei, non tamen continuò ſequitur, eas ſolis nominibus conuenire, cùm poſſint conuenire genericè, aut analogicè, vt homo verus, & imagines, quæ illius imitatione pinguntur. Verùm hæc obiectio haud difficile diluetur, ſi dicas, res ſenſibiles non poſſe ſecundum Platonem, conuenire ſolo genere cum ideis, quas dicuntur participare: hoc enim pacto qui noſſet ideas, non haberet ſpecialem, ac propriam cognitionem eorum, quæ illas participant. Sed neque analogicè, ſi quo enim modo analogicè cùm ideis conuenirent, eo conuenirent potiſſimum, quo exempla conueniunt cum exemplari: at exempla, ſi adæquatè reſpondent exemplaribus, vt vna pictura alteri picturæ, cuius imitatione facta eſt, non dubium eſt, quin conueniant cum exemplaribus ſecundum ſpeciem: ſi autem inadæquatè, quo pacto homo pictus reſpondet homini vero (plura enim ſunt in homine

Dilutio.

Duo genera exemplariũ, & exemplorum.

vero,

ſpeciei, ergo aliqua erit communis Idea vtrorúmque, quandoquidem ea ratione Ideæ aſſeruntur communes indiuiduis eiuſdem ſpeciei, quia illa ſunt eiuſdem ſpeciei. Quòd ſi quis reſpondeat, non eſſe in his parem rationem, ſiquidem omnia indiuidua ſenſibilia ſunt corruptibilia ſecundùm Platonem, Ideæ verò omnes ſunt perpetuæ: docet Ariſtotel nihil momenti habere reſponſionem. Etenim ſecundum Platonem indiuiduæ dualitates Mathematicæ (quas ille etiam ponebat ſeparatas) ſunt ſempiternæ, vt ille dicebat, & tamen vnam, & eandem communem ideam habent cum indiuiduis dualitatibus corruptibilibus. Quare nulla eſt cauſa, cur detur vnum, atque idem, hoc eſt vna communis idea

Occurritur obiectioni.

Atque 71. ſi eadem ſpecies eſt Idearum, & eorum, quæ illas participant, aliquid profectò commune erit. Cur enim magis in dualitatibus ijs, quæ intereunt, & in ijs, quæ multa quidem, ſed ſempiternæ ſunt, dualitas vnum, atque idem eſſe dicetur, quàm in hac, atque aliqua? Si verò non eadem eſt ſpecies, æquiuoca ſanè fuerint, nec ſecus, atque, ſiquis hominis vocabulo Calliam, & lignum appellet, nulla eorum communione ſpectata.

Maximè

in ſingularibus dualitatibus, corruptibilibus, & Mathematicis, id eſt, reſpectu omnium ſingularium dualitatum, tam naturalium, quàm mathematicarum, nec tamen detur in hac dualitate, atque aliqua, hoc eſt reſpectu ſingularis cuiúſque dualitatis naturalis, & ipſius dualitatis, quæ ponebatur idea communis ſingularium dualitatum. Si verò ideæ, & quæ illas participant, non ſunt eiuſdem ſpeciei (quæ eſt altera pars dilemmatis) ſola nomina erunt communia ideis, & iis, à quibus ideæ participantur. quo fiet, vt non alio modo indiuidua ſenſibilia participent ideas, niſi quo pacto lignum dicetur participare hominem, ſi quis nomen hominis, quod de Callia dicitur, etiam ligno velit imponere. Nam quemadmodum ratio ſecundum quam Callias dicitur homo, nullo modo poteſt eſſe communis ligno: ſic etiam rationes idearum, ſecundum quas alia dicitur homo, alia equus, &c. nullo modo poterunt eſſe communes indiuiduis ſenſibilibus quæ iiſdem nominibus appellantur.

---

vero, quàm quæ exemplar eius imitari poſſint, vt ſermo, quem imitatur pſittacus, & ſaltatio, quam imitatur canis, & ciuile regimen, quod imitantur apes, & alia pleraque plura ſunt, quàm quę per exemplar cognoſci poſſint, quàm vna ſpecies exemplorum: Platonis autem ſententia erat, per vnam ideam vnam tantùm ſpeciem exemplorum cognoſci, vt per ideam hominis ſolos homines, per ideam equorum equos, & ſic in cæteris (ideo enim tot ponebat ideas ſubſtantiarum ſenſibilium, quot nos ponimus earum ſpecies) non poſſunt igitur res ſenſibiles ſecundùm Platonem conuenire cum ſuis ideis, ſiue ſolo genere, ſiue analogicè, quo fit, vt ſi cum illis non conueniunt ſpecie, ſolo nomine conueniant, quæ erat conſequentia Ariſtotelica, à nobis probanda.

***

Ideas nihil cõferre reb. ſenſibil b. ad eſſe, aut motum.

z z *Maximè verò omnium quis dubitet, quid tandem formæ conferant ſempiternis ſenſibilibus, &c.* Ex hoc loco magis vrgere incipit Platonem, oſtendens Ideas, quas ille ponebat, propter res ſenſibiles, nihil omnino illis conferre, proinde tanquã prorſus inutiles explodendas eſſe. Quo loco nomine ſempiternorũ ſenſibilium intelligit corpora cœleſtia.

a b *Etenim nec motus, &c.* Summa totius reprehenſionis eſt, quòd Ideæ nihil conferant rebus ſenſibilibus, ſiue ad motum, ſiue ad ſcientiam, ſiue ad eſſe, ſiue vt ſint earum exemplaria, ſiue vt earum eſſentiæ, ſeu denique, vt fiant. Quòd igitur nihil cõferant ad motum, mutationémve illam rerum ſenſibilium, patet ex cap. 6. vbi Ariſt. docuit, Ideas nõ eſſe poſitas à Platone, vt eſſent cauſſæ mutationis earũ, ſed potiùs immobilitatis & quietis.

Text.10.

Nihil ad ſcientiam.

a c *Sed neque ad ſcientiam.* Quòd neque ad ſcientiam rerum ſenſibilium, neque ad earum eſſe conducãt, ex eo probat Ariſtot. quia non exiſtunt in rebus ſenſibilib. Nam quemadmodum res habent eſſe per interna principia, ſic earũ perfecta ſciẽtia, quam plato quærebat, per interna principia habenda eſt.

Tacita Platonicorũ reſpõſio.

a d *At enim hoc fortaſſe.* Diceret aliquis, ideas eſſe in rebus ſẽſibilib. ſed tamen non apparere, quo pacto Anaxagoras dicebat, album colorem eſſe mixtũ in Chao, quaſi principiũ quoddã, & elementum totius illius mixtionis, quam ſententiam de Ideis ſibi perſuaſit Eudoxus Platoni familiaris, & alij quidam Platonici. Hanc igitur reſponſionem, vt quæ facillimè refelli poteſt, relinquit Ariſt. ſua abſurditate refutatã, ex ea enim ſequitur, Ideam, verbi gratia, hominis, aut non eſſe vnam numero: aut partim eſſe in vno indiuiduo, partim in altero, & alia propè infinita incommoda, quorum pleraque affert hoc loco Alex. addẽs fuſiùs de ea re actum eſſe ab Ariſt. in 2. li. de Ideis, quo loco huiuſmodi ſententiam refellit. Is tamen lib. ad nos non peruenit.

Πάντων z z δὲ μάλιστα διαπορήσειεν ἄν τις, τί ποτε συμβάλλεται τὰ εἴδη τοῖς ἀϊδίοις τῶν αἰσθητῶν, ἢ τοῖς γιγνομένοις, καὶ τοῖς φθειρομένοις. οὔτε a b γὰρ κινήσεως, οὔτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς ἐστὶν αἴτια αὐτοῖς. ἀλλὰ a c μὴν οὐδὲ πρὸς τὴν ἐπιστήμην οὐδὲν βοηθεῖ τὴν τῶν ἄλλων. οὔτε γὰρ οὐσία ἐκεῖνα τούτων (ἐν τούτοις γὰρ ἂν ἦν) οὔτε εἰς τὸ εἶναι, μὴ ἐνυπάρχοντά γε τοῖς μετέχουσιν, οὕτω a d μὲν γὰρ ἂν ἴσως αἴτια δόξειεν εἶναι, ὡς τὸ λευκὸν μεμιγμένον τῷ λευκῷ, ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος λίαν εὐκίνητος ὃν Ἀναξαγόρας μὲν πρῶτος, Εὔδοξος δὲ ὕστερος, καὶ ἄλλοι τινὲς ἔλεγον. ῥᾴδιον γὰρ συναγαγεῖν πολλά, καὶ ἀδύνατα πρὸς τὴν τοιαύτην δόξαν. ἀλλὰ a e μὴν οὐδὲ ἐκ τῶν εἰδῶν ἐστὶ τἆλλα, κατ' οὐδένα τρόπον τῶν εἰωθότων λέγεσθαι. ¶ τὸ a f δὲ λέγειν παραδείγματα αὐτὰ εἶναι, καὶ μετέχειν αὐτῶν τἆλλα, κενολογεῖν ἐστί, καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς. τί a g γάρ ἐστι τὸ ἐργαζόμενον πρὸς τὰς ἰδέας ἀποβλέπον, ἐνδέχεται γὰρ καὶ εἶναι, καὶ γίγνεσθαι ὅμοιον ὁτιοῦν, καὶ μὴ εἰκαζόμενον πρὸς ἐκεῖνο, ὥστε καὶ ὄντος Σωκράτους, καὶ μὴ ὄντος, γένοιτ' ἂν οἷόσπερ Σωκράτης. ὁμοίως δὲ δῆλον, ὅτι κἂν εἰ ἦν ὁ Σωκράτης ἀΐδιος. ἔσται a h τε πλείω παραδείγματα τοῦ αὐτοῦ, ὥστε, καὶ εἴδη, οἷον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον, τὸ δίπουν, ἅμα δὲ καὶ τὸ αὐτοάνθρωπος. ¶ ἔτι a i οὐ μόνον τῶν αἰσθητῶν παραδείγματα τὰ εἴδη, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν, οἷον τὸ γένος, ὡς γένος εἰδῶν, ὥστε τὸ αὐτὸ ἔσται παράδειγμα, καὶ εἰκών. [illegible] ἔτι [illegible]

Text.31.

Text.32.

Text.33.

Modũ, quo ſe contẽdũt Platonici ſenſibilia ſint ex Ideis, nullum eſſe.

a e *Nec verò.* Lib. 5. cap. 24. afferuntur modi, qui in communi ſermone vſurpari ſolent, cùm aliquid ex aliquo eſſe dicitur. Ab his ergo, & alijs, ſi plures ſint, ait Ariſt. prorſus alienum eſſe eum modum, quo Plato dicit ſenſibilia eſſe ex Ideis, proinde ideas nullo pacto ad eſſe rerum ſenſibilium conferre, quod erat tertium reprehenſionis caput.

Ariſt. lib. de Ideis.

Text.29.

a f *Dicere autem exemplaria eas eſſe, reſque cæteras.* Oſtendit ideas non eſſe exemplaria, quorum imitatione res ſenſibiles fiant, idque dicere, nihil aliud eſſe, quàm

inania

Digitized by Google

inania loqui, & iis tranſlationibus poëticis ſimilia, quibus nihil ſubeſt veri.

a g *Quid enim eſt.* Prima ratio eſt, quia nulla res eſt, quæ dum aliquid efficit, intueatur Ideas, vt ad earum ſimilitudinem producat effectum, ſiue enim illæ ſint, ſiue non ſint, poteſt aliquid ſimile ipſis fieri, etiamſi earū imitatione non fiat. Quemadmodum, ſiue Socrates ſit, ſiue non ſit, poteſt Alcibiades generari ſimilis Socratis, tametſi is, qui generat Alcibiadem, non illum producat imitatione Socratis. Nec obeſt huic exemplo, quod Socrates ſit corruptibilis, Idea verò ſempiterna, idem enim accideret ſi Socrates ſempiternus eſſet. Ratio autem cur non ſit opus ideis ſeparatis, quæ agentia particularia intueātur, hæc eſt, quia agētibus per intellectum ſatis eſt imago, & ſpecies rei faciendæ, vt patet in artificib. mechanicis, ipſo etiam Platone conſentiente, qui artefactorum non ponebat Ideas ſeparatas. Agētibus autem per naturam ſatis eſt dirigi, & inclinari à primo agēte per intellectū ad hoc, vel illud faciēdū.

Ideas non eſſe ſenſibilium exemplaria.

Cur non ſit opus Ideis ſeparatis tāquam exēplaribus.

Text 31. *Maximè* z z *verò omnium quis dubitet quid tandem formæ conferāt ſempiternis ſenſibilibus, aut iis, quæ gignūtur, & intereunt? Etenim* a b *nec motus, nec mutationis ullius cauſſæ illis ſunt: ſed* a c *neque ad ſcientiam aliorum quicquā conducunt, cùm non ſint horum ſubſtantia (in his enim eſſent) neque verò ad eſſe, cùm in participantibus non inſint. At* a d *enim hoc fortaſſe modo cauſſa eſſe videbuntur, quo album cum albo mixtum eſt. Verùm hæc ratio, qua primùm Anaxagoras, deinde Eudoxus, & alij quidam vtebantur, nullo negotio refelli poteſt. Eſt enim facile multa, & quæ fieri nequeant, contra hanc opinionē colligere: Nec* a e *verò ullo earum modorum, qui dici conſueuerūt, ex formis ſunt cætera.*

Text.32. ¶ *Dicere* a f *autem exemplaria eas eſſe, reſque cæteras earum eſſe participes, inania loqui eſt, & Poëticis tranſlationibus vti. Quid* a g *enim eſt, quod agat ad Ideas reſpiciens? eſſe enim, ac fieri poteſt quiduis ſimile, etiamſi ad illius imaginem non exprimatur. Itaque ſiue exiſtat Socrates, ſiue non exiſtat, fieri alius poteſt, qualis eſt Socrates, perſpicuum eſt autem, idem haud dubiè futurum, & ſi Socrates ſempiternus eſſet. Erunt* a h *quoq; plura eiuſdem rei exemplaria, quare & formæ, vt hominis, animal, & bipes, ſimul autem, & ipſe homo.*

Text.33. ¶ *Præterea* a i *formæ non modo ſenſibilium exemplaria erunt, ſed etiam ipſarum formarum, veluti genus, tanquam formarum genus: ex qua re fiet, vt idem ſit exemplar, atque imago. Ad hæc*

a h *Erunt quoque.* Hæc ratio, & quæ ſequitur, non habebantur in quibuſdā Græcis codicibus tēpore Alexand. Sed & qui nunc extāt, non nihil variant, in hac, & ſuperiori ratione. Vtcūque res habeat, ducit Ari. Platonē his verbis ad illud incōmodū, vt ponat eiuſdem rei plures Ideas, cùm ſatis ſit vnam ponere. Ratio verò, quā vtitur hæc eſt. Quia ſi ipſe homo ponitur exemplar huius hominis, quia hic generatur ſimilis naturæ humanæ communi, quam Plato vocabat *ipſum hominem*, pari ratione ipſum animal, & ipſum bipes ponenda erunt exemplaria eiuſdem. Nam hic homo quatenus animal, & quatenus bipes, generatur ſimilis naturis communibus animalis, & bipedis. Quare plura erunt exemplaria eiuſdem rei, & (quod hinc ſequitur) plures ideæ.

Ducitur Plato ad incōmodū pluriū idearū eiuſdē rei.

a i *Præterea.* Huius tertiæ rationis ſenſus eſt. Si auctores idearum ex ſola ſimilitudine indiuiduorum in natura ſpecifica colligunt, ſpecies eſſe exemplaria indiuiduorum, pari ratione colligendum erit, genera eſſe exemplaria ſpecierum, hoc eſt ipſarum ideaū. Sunt enim ſpecies ſimiles in natura generica, quemadmodum indiuidua in natura ſpecifica. Atqui ſpecies, cùm ponantur à Platone ingenitæ non poſſunt habere exemplaria. Siquidem exemplaria non ſunt niſi earum rerum, quæ ipſorum imitatione fiunt, ergo aut Plato ſibi repugnat, aut non alia ratione ſumit exemplar, quàm vt eſt imago (etenim earum quoque rerum, quæ non fiunt, dantur imagines) quod certè non caret nota imperitiæ. Oportebat enim diſtinguere exemplar ab imagine.

Tertia ratio Ariſt.

Ideas non eſſe eſſentias rerum ſenſibilium.

ak *Ad hæc videbitur fieri non poſſe, vt ſubſtantia, & id, cuius eſt ſubſtantia.* Oſtendit Ideas non eſſe eſſentias rerum ſenſibilium: quia eſſentiæ nequeant eſſe ſeparatæ ab iis, quorum ſunt eſſentiæ.

Nec cauſſas, vt ſenſibilia fiant.

al *In Phædone autem hoc modo dicitur, formas, & vt res ſint, & vt fiant, cauſſas eſſe. Atqui exiſtentibus formis res, quæ illarum participes ſunt.* Oſtendit Ideas, non eſſe rebus ſenſibilibus cauſſas, vt fiant, quanquam Plato in Dialogo, qui *Phædo*, ſiue de *Anima* inſcribitur, docuerit Ideas eſſe cauſſas, vt illæ ſint ac fiant. Ratio igitur Ariſt. eſt, quia poſitis Ideis, niſi adſit cauſſa efficiens, vt ignis, aut homo generans, aut quid ſimile, nihil omnino fit ab Ideis, & tamen poſitis cauſſis efficientibus etiam ſine Ideis, fiunt artefacta, vel ipſo Platone auctore, vt ſæpius diximus.

Quid rationes Ariſtotel. efficiant.

ANIMADVERTENDVM eſt autē hoc loco, etſi rationes Ariſtot. concludunt, non eſſe dandas Ideas ſeparatas, quas intueantur particularia agentia naturalia in ſuis actionibus, nō tamen colligere, non eſſe ponendas Ideas, quas intueatur prima cauſſa in agendo. Nam cùm agētia naturalia agant propter finem, nec tamen finem cognoſcant, proportionemq́ue mediorum ad finem, ſed eorum quodque à primo agente dirigatur in finem, neceſſe eſt, vt primum agens agat per intellectum, quo eorum fines cognoſcat, & proportionem mediorum reſpectu finium. Quare cum eiuſmodi fines ſint naturæ ipſæ ſpecificæ, quas agentia particularia per ſe intendunt, cùm nituntur generare ſibi ſimilia, efficitur neceſſario, vt primum agens intueatur naturas ſpecificas, in quibus generantia, & genita ſunt ſimilia inter ſe. Et quia naturæ ſpecificæ ſunt eſſentiales iis rebus, quæ generantur, non opus eſt, vt primum agens intueatur illas, vt ſeparatas à rebus genitis, niſi quatenus eminenter in diuina eſſentia continetur: quo pacto habēt rationem Idearum, ſiue exemplarium, vt patebit lib. 7.

ἔτι ak δόξειεν ἂν ἀδύνατον εἶναι χωρὶς τὴν οὐσίαν, καὶ οὗ ἡ οὐσία. ὥστε πῶς ἂν αἱ ἰδέαι, οὐσίαι τῶν πραγμάτων οὖσαι, χωρὶς εἶεν, ἐν al δὲ τῷ φαίδωνι οὕτω λέγεται, ὡς καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ γίγνεσθαι αἴτια τὰ εἴδη ἐστί. ¶ καίτοι τῶν εἰδῶν ὄντων, ὅμως οὐ γίγνεται τὰ μετέχοντα, ἂν μὴ ᾖ τὸ κινῆσον, καὶ πολλὰ γίγνεται ἕτερα, οἷον οἰκία, καὶ δακτύλιος, ὧν οὔ φαμεν εἴδη εἶναι. ὥστε δῆλον, ὅτι ἐνδέχεται καὶ τἆλλα, καὶ εἶναι, καὶ γίγνεσθαι, καὶ διὰ τοιαύτας αἰτίας, οἵας καὶ τὰ ῥηθέντα νῦν. Textus 34.

Ἔτι am, εἴπερ εἰσὶν ἀριθμοὶ τὰ εἴδη, πῶς αἴτιοι ἔσονται; πότερον, ὅτι ἕτεροι ἀριθμοί εἰσι τὰ ὄντα, οἷον, ὁδὶ μὲν ἄνθρωπος ἀριθμός, ὁδὶ δὲ Σωκράτης, ὁδὶ δὲ Καλλίας, τί οὖν ἐκεῖνοι τούτοις αἴτιοί εἰσιν, οὐδὲ γὰρ εἰ οἱ μὲν ἀΐδιοι, οἱ δὲ μή, οὐδὲν διοίσει. Textus 35. ¶ εἰ δὲ ὅτι λόγοι ἀριθμῶν τἀνταῦθα, οἷον ἡ συμφωνία, δῆλον ὅτι ἔστιν ἕν γέ τι, ὧν εἰσὶ λόγοι, εἰ δή τι τοῦτο ἡ ὕλη, φανερὸν, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀριθμοὶ λόγοι τινὲς ἔσονται ἑτέρου πρὸς ἕτερον. λέγω δὲ, οἷον εἰ ἔστιν ὁ Καλλίας λόγος an ἐν ἀριθμοῖς πυρὸς, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἄλλων τινῶν ὑποκειμένων ἔσται, καὶ ἡ ἰδέα ἀριθμὸς, καὶ αὐτὸ ao ὁ ἄνθρωπος, εἴτε ἀριθμός τις ὢν, εἴτε μὴ, ὅμως ἔσται λόγος ἐν ἀριθμοῖς τινῶν, καὶ οὐκ ἀριθμός. καὶ οὐκ ἔσται τις διὰ ταῦτα ὁ ἀριθμός. Text 36.

Ἔτι

Ideas nō poſſe eſſe numeros.

am *Præterea, ſi formæ ſunt numeri, quo nam pacto cauſſæ erunt?* Hoc loco multis rationibus probare contendit ſpecies Platonicas non poſſe eſſe numeros. Prima ratio hæc eſt. Si ſpecies, ſiue Ideæ ſunt numeri, aut illæ dicuntur cauſſæ rerum ſenſibilium, quia res ſenſibiles ſunt numeri, aut quia ſunt rationes, ſeu proportiones numerorum, ſi ideo quia ſunt numeri, nulla eſt ratio, cur dicantur illarum cauſſæ: neceſſe eſt enim, vt ſint eiuſdem rationis, vt ſi Idea hominis eſt quinarius intelligibilis, Socrates ſit hic quinarius ſenſibilis, & Callias ille: neque enim fieri poteſt, vt numerus Idealis vnius rationis ſit cauſſa numerorum alterius rationis, veluti quinarius ſeptenariorum, aut contrà, niſi quatenus alter

ex altero

ex altero conſtituitur; quo pacto Idea non ponitur cauſſa ſingularium ſenſibilium. Atqui numeri eiuſdem rationis non ſunt alij aliis cauſſæ. Qua enim cauſſandi rationem habeat verbi gratia binarius in binarium? Nec enim refert ſi alius ponatur ſempiternus, alius non item. In iis enim, quæ ſunt eiuſdem rationis, ſi vnũ habet rationem cauſſati, & reliqua cauſſati rationem habere poſſunt, alioqui iam non eſſent eiuſdẽ rationis. Ideæ autem ita apud Platonem ſunt cauſſæ, vt cauſſatæ eſſe nõ poſſint. Ergo nõ poſſunt Ideæ hoc pacto dici numeri, & ſimul cauſſæ rerum ſenſibiliũ. Si verò Ideæ dicãtur cauſſæ rerum ſenſibilium, quia res ſenſibiles ſunt rationes proportionéſve numerorum, quo pacto concentus, qui vocatur diapaſon, dicitur eſſe proportio dupla, certè cũ omnis proportio ſupponat extremã aliqua, quorũ ſit, & in quibus inſit, quomodo proportio concentuum ſupponit ſonos in quibus exiſtit, & proportio mixtorũ, veluti Calliæ, ſupponit elementa, quæ miſcentur: pari ratione dicendum erit, ipſum hominẽ, ſiue ideam hominis, quæ numerus appellatur, & cæteras Ideas, quas hæc ſenſibilia imitantur, non eſſe numeros, ſed proportiones aliquarum rerum, in quibus eiuſmodi proportiones inſint, quæcunque tandem illæ ſint. Ita ergo ſit, vt nulla Idea ſit numerus. Quam concluſionem ſignificant verba illa: *Ac propter hæc non erit numerus quidam*, nempe idealis, quaſi ipſa Idea ſit numerus.

Rerum eiuſdem rationis ſi vnam cauſſam habet & altera.

Ad hæc [a k] *videbitur fieri non poſſe, vt ſubſtantia, & id cuius eſt ſubſtantia, ſeiuncta ſint. Quo igitur modo*
Text. 34. *Ideæ, cùm ſint rerum ſubſtantiæ, ſeparatæ fuerint? In* [a l] *Phædone autem hunc in modum dicitur, formas, & vt res ſint, & vt fiant, cauſſas eſſe. ¶ Atqui exiſtentibus formis res, quæ illarum participes ſunt, nequaquam fiunt, niſi ſit quod moueat: multaq; fiunt alia, vt domus, ac annulus, quorum non dicimus formas eſſe. Quare manifeſtum eſt, alia quoque, & eſſe, & fieri poſſe propter tales etiam cauſſas propter quas, & ea, quæ modo dicta ſunt.*

Text. 35. *Præterea,* [a m] *ſi formæ ſunt numeri, quo nam pacto cauſſæ erunt? an ne quia ea, quæ ſunt, diuerſi ſunt numeri, vt hic quidem numerus, homo: ille verò, Socrates, alius Callias? Cur igitur his illi ſint cauſſa? neque enim quicquam refert, ſi alij ſint ſempiterni, alij*
Text. 36. *minimè. ¶ Quòd ſi id propterea accidit, quia ea, quæ apud nos ſunt, rationes ſint numerorum, velut concentus, vnum aliquid profectò erũt ea, quorum eæ rationes ſunt: Quòd ſi hoc materia eſt, perſpicuum eſt, ipſos etiam numeros rationes quaſdam fore vnius rei ad alteram. Exẽpli cauſſa, ſi Callias eſt numeralis* [a n] *ratio ignis, terræ, aquæ, & aëris, ipſe etiam homo aliorum quorundam ſubiectorum ratio erit, & idea numerus, ipſeq;* [a o] *homo ſiue numerus ſit quiddam, ſiue non ſit, erit tamen ratio numeralis quorundam, non numerus. Ac propter hæc non erit numerus quidam.*

Præterea

an *Numeralis ratio ignis, terræ, aquæ, & aëris.* Græcè eſt ad verbum *ratio in numeris*, hoc eſt, proportio ea quantitatiua, vt vocatur, quæ in numeris cernitur, veluti dupla, ſeſqui altera, &c. Sunt enim, & aliæ proportiones, vt effectus ad cauſſam, potentiæ ad obiectum. Nos tamen perſpicuitatis cauſſa diximus *numeralis ratio* propter adiuncta verba, ignis, terræ, & aëris, cum quibus ſuperiora illa non ſatis aptè cohærent.

ao *Ipſe homo.* Parum refert, quòd hoc loco ſit Græcè αὐτὸ ἄνθρωπος, hoc èſt *ipſum homo*, ſiue *ipſum illud, quod eſt homo* pro eo, quod dictum erat ipſe homo: omnia enim hæc hominem Idealem ſignificant. Certè Alexãder vtroque loco vtitur vocabulo compoſito αὐτανθρώπῳ, hoc, eſt, *ipſi hominis*, vt quidam Latinè reddunt. Preſſius dixeris αὐτάνθρωπον. & *Ipſhominem*. Senſus autem huius membri hic videtur eſſe, Ipſéque homo, ſiue reuera numerus ſit, quidam, vt Plato ait, ſiue non ſit, vt tamen huius rationis, ratio numeralis tantùm, non numerus eſſe concludetur. Ob

tur. Ob eámque fortaſſe cauſſam addit Ariſtotel. *Ac propter hæc &c.* ne videlicet ipſam Platonis ſententiam impugnare videatur, vt quam perſuadeat falſam eſſe, ſed tantùm proponere rationem, quæ ſibi contra eam occurrat.

a p *Præterea ex pluribus numeris vnus ſit numerus, ex formis autem quo pacto vna forma fiat?* Secunda ratio eſt; quia ex multis numeris fit vnus numerus: ex multis autem ſpeciebus, non fit vna ſpecies, ſiue ſpecies ſumantur, vt ponuntur à Platone ſeparatæ; ſiue vt vera ponendæ ſunt. Neque enim multæ ſpecies conſtituunt vnam tertiã, niſi per mixtionem. In mixtione autem, non ſeruantur ſpecies eorum, quæ miſcetur. In ligno enim (exempli cauſſa) non eſt ignis actu, ſed virtute: eodémque modo res habet in cæteris. Quòd ſi quis pro Platone reſpondeat, ex multis quidẽ numeris non fieri vnum numerũ, ſed ex vnitatibus minorum numerorũ, qui ſuo modo cõtinẽtur in maiori numero, quærit Ariſtoteles, quónam pacto vnitates ſe habeant, ſint ne eiuſdẽ ſpeciei, an diuerſæ. Nam ſi ponantur eiuſdem ſpeciei, multa ſequentur abſurda, quæ ipſe quidem hoc loco non affert, ſed 13. libro. Sequitur enim primum, ex quauis multitudine vnitatem fieri Ideam, quod negabat Plato. Cur enim detur Idea, quæ conſtet ſeptem vnitatibus, non autem quæ conſtet vndecim, cùm omnes vnitates ſint eiuſdem ſpeciei? Deinde ſequetur Ideas non differre ſpecie, quia quæ differunt ſola multitudine, & paucitate, non differunt ſpecie. Si verò ponantur diuerſæ ſpeciei, qua quæſo ratione differant ſpecie, cùm ſint paſſionis expertes, atque adeo, formæ, quam patiens ab agente recipit? Omnia enim, quæ differunt ſpecie, differunt forma, aut certè differentia ſpecifica, quæ ſubit vicem formæ. Quo loco aduerte Ariſtotelem (quantùm ex hoc loco licet coniicere) credere, vnitates, ex quibus conſtat numerus, non differre ſpecie inter ſe, ſed ſolo numero, atque ideo numeros, prout ſola multitudine, & paucitate vnitatum conſtant, non differre inter ſe ſpecie, ſed de hac re, & quo pacto apud illum ſpecie differant, in libro quinto diſſerendum eſt.

Cap. 6. 7. & 8.

Quæ differũt ſola multitudine, non differre ſpecie.

Ἔτι δ' a p ἐκ πολλῶν ἀριθμῶν εἷς ἀριθμὸς γίνεται, ἐξ εἰδῶν δὲ ἓν εἶδος, πῶς; εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν a q ἐν τῷ ἀριθμῷ, οἷον ἐν τῇ μυριάδι, πῶς ἔχουσιν αἱ μονάδες; εἴτε γὰρ ὁμοειδεῖς, πολλὰ συμβήσεται ἄτοπα, εἴτε μὴ ὁμοειδεῖς, μήτε a r αἱ αὐταὶ ἀλλήλαις, μήτε αἱ ἄλλαι πᾶσαι πάσαις, τίνι γὰρ διοίσουσιν ἀπαθεῖς, οὔτε a ſ γὰρ εὔλογα ταῦτα, οὔτε ὁμολογούμενα τῇ νοήσει. Text. 37. Text. 38.

Ἔτι a t δ' ἀναγκαῖον ἕτερόν τι γένος ἀριθμοῦ κατασκευάζειν, περὶ ὃ ἡ ἀριθμητική, ¶ καὶ πάντα τὰ μεταξὺ λεγόμενα ὑπό τινων, ἃ πῶς, ἢ ἐκ τίνων ἐστὶν ἀρχῶν, ἢ διὰ τί τὰ μεταξὺ τῶν δεῦρό τ' ἔσται καὶ a u αὐτῶν, ¶ ἔτι a x αἱ μονάδες αἱ ἐν τῇ δυάδι, ἑκατέρα ἔκ τινος προτέρας δυάδος, καίτοι ἀδύνατον. ἔτι a y διὰ τί ἓν ὁ ἀριθμὸς συλλαμβανόμενος. ¶ ἔτι δὲ Textus 39. Tex. 40.

a q *Quæ numerantur.* Vocat vnitates, ea, quæ numerantur, quia omnes numerorum ſpecies ſumuntur ex numeratione vnitatis, nullúſque eſt, cuius ſpecies ſumatur ex numeratione, ſiue repetitione minoris numeri, etiamſi adæquatè ex eo replicato confici poſſit: Iſto enim modo vnus atque idem numerus eſſet multarum ſpecierum, vt decem millenarius, qua enim ratione hic confici poteſt ex millenario decies repetito, eadem ex centenario centies, & ex denario millies, &c. Accedit, quòd idem omninò eſt dicere, decem millia, atque decies millies vnum, mille autem, idem quod vnum millies, eodémque modo res ſe habet in cæteris.

Ex ſolius vnitatis numeratione confici numeri ſpeciem.

a r *Neque ipſæ.* Hoc eſt nec illæ, quæ ad eundem numerum pertinent, nec quæ ad diuerſos: ſupponit enim neminem dicturum, vnitates vnius numeri eſſe eiuſdem ſpeciei inter ſe, ſed differre ſpecie ab vnitatibus alterius. Hoc enim ridiculum eſt, cùm vnitates vnius numeri poſſint ingredi compoſitionem cuiuſcunque alterius numeri.

a ſ *Hæc enim.* Id eſt, quæ à Platone dicuntur, aut pro illo dici poſſunt in hac re, nec rectè colliguntur, nec, ſi explicentur, ſtatim approbantur, quaſi per ſe nota. Rationis

ta. Rationis enim eſt, aliud ex alio colligere, mentis autem ac intelligentiæ non diſcurrentis ex vno in aliud, per ſe notis aſſentiri.

Tertio ratio.

a t *Præterea aliud.* Tertia ratio eſt, ſi ideæ ſunt numeri, cùm Mathematici non agant de ideis (neque enim diſſerunt de eſſentiis rerum ſenſibilium) neceſſe eſt ponere alios numeros ſeparatos, in quibus Arithmetica verſetur, atque adeo magnitudines ſeparatas, in quibus verſetur Geometria, quæ quidem dicuntur à Platone media inter ſenſibilia, & ideas, ſiquidem de iis, quæ ſunt in rebus ſenſibilibus non poteſt ſecundum Platonem haberi ſcientia. At non apparet, quo pacto iſta poſſint per ſe exiſtere, nec quibus principiis conſtent, propria enim & peculiaria principia habere debent, quæ diverſa ſint à principiis aliarum rerum. Nec denique, cur ponenda ſint media inter ſenſibilia, & ideas, quæ dicũtur entia intelligibilia, cũ quidquid eſt, aut ſenſibile ſit, aut intelligibile, non rectè igitur ideæ dicuntur eſſe numeri.

Text. 37. *Præterea a p ex pluribus numeris vnus fit numerus, ex formis autem quo pacto vna forma fiat? Quod ſi non ex numeris, ſed ex ijs, quæ a q numerantur, vt in decem millibus, quònam pacto vnitates ſe habent? Siue enim eiuſdem ſint ſpeciei, multa conſequentur abſurda:* Text. 38. *ſiue non eiuſdem ſpeciei, neque a r ipſa inter ſeſe, neque alia omnes omnibus. ¶ Quo enim differrent, cum paſſionis ſint expertes? Hæc a ſ enim nec rationi conſentanea ſunt, nec cum intelligentia conſentiunt. Præterea a t alíud quoddam genus numeri conſtituere neceſſe erit, in quo Arithmetica verſetur.* Text. 39. *¶ Et omnia, quæ à quibuſdam media dicuntur quæ quónam pacto, aut ex quibus principijs exiſtunt? aut cur eorum,* Textus 40. *quæ apud nos ſunt, & a u illorũ media erunt? ¶ Præterea a x vnitatum, quæ in dualitate ſunt, vtraq; ex alia quadam priori dualitate erit, at hoc fieri nequit. Præterea, a y quamobrẽ numerus collectus vnum eſt? ¶ Ad hæc,*

a u *Et illorum.* Ad verbum pro illorum dicendum erat, *ipſorum,* quo verbo vtitur Plato, cùm de Ideis loquitur, vt cùm vocat *ipſum hominem, ipſum Leonem.* Sed ne videretur fieri reciprocatio in ea, quæ apud nos ſunt, potiùs diximus *illorum* quo etiam verbo conſueuimus remotiora ſignificare.

Quarta ratio.

a x *Præterea vnitatum, quæ in dualitate ſunt, vtraque ex alia quadam priori dualitate erit, &c.* Quarta ratio. Si Ideæ ſunt numeri, illud neceſſariò ſequitur, numeros eſſe principia vnitatum, quod fieri nequit, exempli cauſſa, ipſa dualitas ſeparata erit principium huius, & illius vnitatis, ex quibus conſtat hæc dualitas ſenſibilis. Si enim hæ ſenſibiles vnitates non ſunt principia, vt Plato videtur exiſtimare, cùm Ideas facit principia ſenſibilium, neceſſe eſt, vt ſint ex principiis, quare ſi Ideæ ſunt & numeri & principia rerum ſenſibilium, erit profectò ipſa dualitas, quæ eſt primus numerus principium ſenſibilium vnitatum.

Quinta ratio.

a y *Præterea, quamobrem numerus collectus vnum eſt.* Quinta ratio eſt, ſi Ideæ ſunt numeri, cùm nullus numerus ſit vnum quid, niſi vnitates in vnam ſummam colligantur, & ex ea vnitatem accipiant (alioqui enim, nec illæ cohærent inter ſe, nec ita ſe habent, vt vna ſit forma alterius) id autem, quod colligit, ſit cauſſa efficiens collectionis, neceſſariò concedendum eſt, Ideas habere cauſſam efficientem ſuæ vnitatis, & (quod hinc ſequitur) ſui eſſe, quod negat Plato. Senſus ergo eſt, per quam cauſſam efficientem numerus ille Idealis erit vnum quid? quandoquidem, vt ſit vnum quippiam, collectore, ſeu numerante opus habet. Poteſt quoque hic eſſe ſenſus, Numerus, ſiue vnitates collectæ non habent vnitatem ex ſe, ſed à colligente, Ideæ autem Platonis habent vnitatem ex ſe, ac propriiſſimè, vt ipſe alias docet, non ſunt igitur Ideæ numeri. Vtróuis modo exponas, videtur Ariſtoteles hoc loco ſentire, numerum non habere vnitatem ſpecificam, niſi ab intellectu numerante, vnitatéſve in vnam ſummam colligente, quod libro quinto examinabitur.

Senſus rationis duplex.

De numero quid ſentiat Ariſtot.

Digitized by Google

Sexta ratio. [a z] *Ad hæc, ſi vni.* Poſſet Plato ad quintam rationem reſpondere, vnitates ſenſibiles non cauſſari ab aliqua dualitate ſeparata, ſed ab vnitate ſeparata, ponebat enim vnum ſeparatum, quemadmodum & numeros, quod quidem dicebat eſſe rerum omnium principium. Hanc igitur ob cauſſam fortaſſe adiungit Ariſtoteles hanc ſextam, extremámque rationem. Aut vnitates omnes differunt ſpecie, aut ſunt eiuſdem ſpeciei, qua diſiunctione paulò etiam ſuperiùs vſus fuit. Si differunt ſpecie, ergo opus erat explicare, quænam eſſet illa vnitas, ſiue vnum, quod eſſet rerum principium, quemadmodum, qui poſuerunt plura materialia principia, vt quatuor vulgata elementa, non ſatis eſſe putauerunt, ſi dicerẽt principia rerum naturalium eſſe corpora, niſi quænam corpora eſſent, exponerẽt: poſſent enim alij alias ſpecies corporũ intelligere. Si autem ſunt eędem ſpecie, vt Plato primo aſpectu videtur dicere (perinde enim abſolutè aſſerit vnitatẽ eſſe principium rerum, ac ſi omnes eſſent eiuſdẽ ſpeciei, quemadmodum qui dixerũt primum principium eſſe ignem, aut aquam) non erũt ſanè numeri Ideales eſſentię rerum ſenſibiliũ. Nam res ſenſibiles habent eſſentias diuerſas ſpecie, vt homo, & beſtia, numeri autem, ſi conſtant vnitatibus eiuſdem rationis, non habent eſſentias diuerſas ſpecie, cum non differant niſi multitudine, & paucitate. Non rectè igitur Plato dixit, ideas eſſe numeros.

¶ ἔτι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, [a z] εἴπερ εἰσὶν αἱ μονάδες διάφοροι, ἐχρῆν οὕτω λέγειν, ὥσπερ καὶ ὅσοι τὰ στοιχεῖα τέτταρα, ἢ δύο λέγουσι. καὶ γὰρ τούτων ἕκαστος, οὐ τὸ κοινὸν λέγει στοιχεῖον, οἷον τὸ σῶμα, ἀλλὰ πῦρ, καὶ γῆν, εἴτ' ἔστι τι κοινὸν τὸ σῶμα, εἴτε μή. νῦν δὲ λέγεται, ὡς ὄντος τοῦ ἑνὸς, ὥσπερ πυρὸς, ἢ ὕδατος ὁμοιομεροῦς. εἰ δ' οὕτως, οὐκ ἔσονται οὐσίαι οἱ ἀριθμοί. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι εἴπερ [b c] ἐστί τι ἓν αὐτὸ, καὶ τοῦτό ἐστιν ἀρχὴ, πλεοναχῶς λέγεται τὸ ἕν. ἄλλως γὰρ ἀδύνατον. βουλόμενοι [b d] δὲ τὰς οὐσίας ἀνάγειν εἰς τὰς ἀρχὰς, ¶ μήκη μὲν * τιθέμεν ἐκ μακροῦ καὶ βραχέος, ἔκ τινος μικροῦ καὶ μεγάλου, καὶ ἐπίπεδον ἐκ πλατέος, καὶ στενοῦ, σῶμα δ' ἐκ βαθέος καὶ ταπεινοῦ. ¶ καίτοι πῶς ἕξει, ἢ ἐπίπεδον γραμμὴν, ἢ τὸ στερεὸν γραμμὴν, καὶ ἐπίπεδον, ἄλλο γὰρ γένος τὸ πλατὺ, καὶ τὸ στενὸν, καὶ βαθὺ, καὶ ταπεινόν. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἀριθμὸς ὑπάρχει ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον ἕτερον τούτων, δῆλον, ὅτι οὐδ' [b e] ἄλλο οὐδὲν ὑπάρξει τοῖς κάτω, ἀλλὰ [b f] μὴν οὐδὲ γένος τὸ πλατὺ τοῦ βαθέος, ἦν γὰρ ἂν ἐπίπεδόν τι, τὸ σῶμα. ἔτι [b g] αἱ στιγμαὶ ἐκ τίνος ἐνυπάρξουσι, τούτῳ [b h] μὲν οὖν τῷ γένει, καὶ διεμάχετο Πλάτων, ὡς ὄντι γεωμετρικῷ δόγματι, ἀλλ' ἐκάλει ἀρχὴν γραμμῆς. τοῦτο δὲ πολλάκις ἐτίθει τὰς ἀτόμους γραμμάς. καί τοι ἀνάγκη τούτων εἶναί τι πέρας. ὥστε ἐξ οὗ λόγου γραμμὴ ἐστὶ, καὶ στιγμὴ ἐστί.

Text. 41.

Text. 42. * τίθεται.

Text. 43.

Ὅλως

Similari pro eiuſdem rationis. Quod ad verba attinet, non ait Ariſtoteles, ſi vnitates διάφοροι, hoc eſt, *differunt*, vt intelligatur earum diuerſitas à cæteris omnibus ſed, διάφοροί εἰσι, id eſt, *differentes ſunt*, vt intelligatur diuerſitas, qua ipſæ inter ſe differunt. Illud verò *ſiue corpus commune aliquid ſit, ſiue non ſit*, hũc ſenſum habet. Siue habeat eſſe ſeparatum, ſiue in rebus ſenſibilibus poſitũ. Denique verbum, Similare (quo Theod. Gaza vertit τὸ ὁμοιομερὲς) pro eiuſdem rationis videtur hoc loco vſurpari. Nec dura eſt tranſlatio à toto ſimilium partium integrantium ad totum ſimilium partium ſubiectarum, quemadmodum nec nomen totius, quod primò impoſitum eſt toti integrò, malè tranſlatum, aut extenſum eſt ad totum vniuerſale.

Ariſt. cenſura de vnitatibus Platonis. [b c] *At ſi vnum.* Cenſura eſt Ariſtot. qua iudicat apud Platonem neceſſe eſſe fateri non eſſe vnitates omnes vnius tantum ſpeciei, ſi datur vnitas ſeparata, & per ſe exiſtens, quæ ſit omnium rerum principium. Hoc enim defendi non poteſt, ſi omnes ponantur eiuſdem ſpeciei. At dicere vnitates differre ſpecie inter ſeſe, iam ſuperiùs non placuit Ariſtoteli.

[b d] *Volentes*

Digitized by Google

b d *Volentes autem.* Reprehendit Platonem, quòd cùm vellet reuocare omnia entia ad principia Mathematica, lineámque, ſuperficiem, & corpus, vt diuerſas ſpecies ad diuerſa principia redigeret, docuiſſet punctum eſſe in linea tanquam principium illius formale, eodémque modo lineam in ſuperficie, & ſuperficiem in corpore, quibus principiis informaretur eorum materia, hoc eſt, magnum, & paruum, quæ quidem Plato in linea vocabat peculiari ratione longum, & breue, in ſuperficie latum, & anguſtum, in corpore altum, & humile. At hæc non ita ſe habent. Nam vt numerus non eſt actu in magnitudine, ſed potentia (quemadmodū multitudo, & paucitas, quæ à Platone ponebantur numerorum principia) ita nec punctus eſt actu in media linea) quanquam Ariſt. his verbis non loquitur perſpicuè de puncto) nec linea in media ſuperficie, nec ſuperficies in medio corpore, ſed potentia dumtaxat, vt ipſe de pūctis docuit 8. lib. Phyſ. cap. 8. *Platonis de puncto, linea & ſuperficie ſententia reprehenditur.*

Text.65. Hoc etiam loco ſe facit Ariſtoteles Platonis diſcipulum cum ait, τίθεμεν, id eſt, *ponimus, ſeu facimus*, tametſi non pauca exēplaria habent, τίθενται hoc eſt, *ponunt.*

b e *Nec aliud.* Hoc eſt, nec aliud quicquā priorū ineſſe actu in poſterioribus, tanquā principia poſteriorū, videlicet nec pūctum in linea, nec lineam in ſuperficie, nec ſuperficiem in corpore. Non negat tamē poſſe in illis eſſe, vt terminos in iis, quæ terminantur.

Text.41. ¶ *Ad hæc,* a z *ſi vnitates inter ſe differunt, eodē pacto oportebat rē exponere, quo & ij omnes, qui quatuor, aut duo elementa eſſe inquiunt. Etenim eorum quiſque non id, quod commune eſt, elementum eſſe aſſerit, veluti corpus, ſed ignem, aut terram, ſiue corpus cōmune aliquid ſit, ſiue non ſit. Nunc autem perinde res exponitur, atque ſi vnū ipſum ſimilare ſit, quemadmodum ignis, & aqua. Quòd ſi ita res ſe habet, non erunt ipſi numeri ſubſtantia. Ac* b c *ſi vnum ipſum aliquid eſt, idq́; eſt principium, perſpicuum eſt multis modis vnum dici: aliter enim fieri nequit.*

Text.42. *Volentes* b d *autem ſubſtātias in principia reuocare.* ¶ *longitudines quidē ex longo, & breui * facimus; ex quodam paruo ac magno: planumq́; ex lato, & anguſto, corpus verò ex alto, ac humili.* *Text.43.* ¶ *At quónam pacto, aut planum habebit lineā, aut ſolidum lineam, & planum? Namq́; aliud genus eſt latū, & anguſtum, atque altum, & humile. Quemadmodum igitur neque numerus in illis ineſt, quia multum, & paucū ab his diuerſum eſt, ita patet, neque* b e *aliud quicquam ſuperiorum fore in inferioribus, ſed* b f *neque ipſum latum genus alti eſt, eſſet enim corpus planum quoddam. Præterea,* b g *ex quónam puncta inerunt? Atque* b h *huic quidem generi Plato aduerſabatur etiam, quòd eſſet Geometrarū dogma, ſed principium lineæ appellabat, idq́; ſæpenumero lineas indiuiſibiles eſſe ponebat. Atqui harū extremū aliquid ſit neceſſe eſt. Itaq́; qua ratione linea eſſe cōcluditur, punctū quoq́; eſſe colligitur.*

* *Alias ponunt, ſeu faciunt.*

Ad ſum

b f *Sed neque.* Diceret aliquis, ſuperficiem, cùm ſit ſpecies diuerſa à corpore, non eſſe in illo, vt formam incompletam, ſed vt formam completam nempè vt genus in ſpecie, eodémque modo lineam eſſe in ſuperficie, vt genus ſuperficiei. Refellit tamen Ariſt. hanc reſponſionem hac ratione. Quia omnis ſpecies dicitur eſſe idipſum, quod eſt genus, vt homo eſt id ipſum, quod anima, corpus autem non eſt id ipſum, quod ſuperficies, nec ſuperficies, id ipſum, quod linea, cùm nec nomen ſuperficiei accipiatur vnquam pro corpore, nec nomen lineæ pro ſuperficie. *Reſponſio pro Platone. Refutatio.*

b g *Præterea.* Quia non expreſsè meminit puncti, tametſi illum innuit, cum locutus eſt de compoſitione lineæ ex longo, & breui, quæ ſunt partes lineæ, quas fingimus copulari puncto, impugnat iterū exiſtentiā puncti in linea hac ratione. Quia pūctum, ſi datur, cùm nō ſit primū, ac ſimpliciter Principium, oportebit eius aſſignare principia, vt aſſignantur lineæ & ſuperficiei, quarū altera eſt principium ſuperficiei, altera corporis, at punctum nulla ratione videtur habere principia.

b h *Atque huic quidem.* Reſpondet pro Platone exponens illius ſententiam,

Digitiz

Reſpondet pro Platone Ari.

Aduerſabatur, enim Plato huic generi, hoc eſt, negabat puncta eſſe veras entitates, & quæ in rerum natura exiſterent, dicebátque, ea eſſe dogma quoddam Geometrarum ponentium illa eſſe entia, non quòd ita res ſe haberet, ſed quia id fingere ad geometricas demonſtrationes non parùm conduceret. Proinde Platonem ita appellaſſe punctum principium lineæ, vt ei veram in linea exiſtentiam non tribuerit, vt tribuebat lineæ in ſuperficie, & ſuperficiei in corpore. Sæpe etiam appellaſſe punctum lineam indiuiſibilem, ea forſitan ratione, quòd credatur virtute cōtinere lineam, quam Geometræ fingūt effici ductu puncti. Eam tamen ſententiam Platonis ex eo refellit Ariſtotel. quia cùm linea ſit quædam vera res, & quæ exiſtere valeat in rerum natura, punctum autem, etſi non eſt actu in media linea, ſit tamen finis, ſiue terminus lineæ finitæ, neceſſe eſt, vt qua ratione linea finita dicitur vera entitas, eadem dicēdus ſit & pūctus. Vnde patet rationē proximè propoſitā diſputationis tantum gratia adiectam eſſe ab Ariſtotele, cum illi occurrat. Id quod facit, ne videatur negare puncta omnia: neque enim negat, niſi ea tantùm, quæ creduntur eſſe in media linea. Fortaſſe autem ideo non ſoluit rationem propoſitam, qua pūcta omnia tollere videbatur, quia perſpicuum eſt, non omnia principiata habere principia interna. ſatis enim, ſi externa habeant, cùm non ſunt compoſita.

Refellit reſpōſionem.

Negat ea pūcta, quæ creduntur eſſe in media linea.

Ὅλως b i δὲ ζητούσης τῆς σοφίας περὶ τῶν φανερῶν τὸ αἴτιον, τοῦτο μὲν εἰάκαμεν. οὐθὲν γὰρ λέγομεν περὶ τῆς αἰτίας, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς. τὴν b k δ' οὐσίαν οἰόμενοι λέγειν αὐτῶν, ἑτέρας οὐσίας εἶναί φαμεν, ὅπως δ' ἐκεῖναι τούτων οὐσίαι, διὰ κενῆς λέγομεν. τὸ γὰρ μετέχειν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, οὐθέν ἐστιν. οὐδὲ b l δὴ, ὅπερ ταῖς ἐπιστήμαις ὁρῶμεν ὂν αἴτιον, δι' ὃ καὶ πᾶς νοῦς, καὶ πᾶσα φύσις ποιεῖ, οὐδὲ b m ταύτης τῆς αἰτίας, ἥν φαμεν εἶναι μίαν τῶν ἀρχῶν, οὐδὲν ἅπτεται b n τὰ εἴδη. ἀλλὰ b o γέγονε τὰ μαθήματα τοῖς νῦν ἡ φιλοσοφία, φασκόντων ἄλλων χάριν αὐτὰ δεῖν πραγματεύεσθαι. ¶ ἔτι b p δὲ τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν. ὡς ὕλην μαθηματικωτέραν ἄν τις ὑπολάβοι, καὶ μᾶλλον κατηγορεῖσθαι, καὶ διαφορὰν εἶναι τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ὕλης, οἷον τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν, ὥσπερ καὶ οἱ φυσιολόγοι φασὶ, καὶ ἀραιὸν καὶ τὸ πυκνὸν πρώτας τοῦ ὑποκειμένου φάσκοντες εἶναι διαφορὰς ταύτας. ταῦτα γὰρ ἐστιν ὑπεροχή τις καὶ ἔλλειψις. Text. 44. Text. 45.

περὶ

Reprehendit Platonē, quòd nullum genus cauſſæ rectè tradiderit.

b i *Ad ſummam, cùm ſapientia eorum, &c.* Reprehēdit Platonem, quòd nullum ex quatuor generib. cauſſarum rectè tradiderit. Nam cùm Sapientia, hoc eſt, Philoſophia, quæ cœpit ex admiratione effectorum ſenſibilium ac manifeſtorum ſpecialiúmque, & in eis maxima ex parte verſatur, horum cauſſas frequentiùs inquirat; has Plato prætermiſit, hoc eſt, aut non tradidit, aut non ſpeciales, ac proprias cuiuſque. Quamquam enim poſuit primam efficiētem, non adhibuit tamen ſecundas ac proprias ſpecialium effectorum, quæ in mundo admiratione digna accidunt: in quo eodem vitio dictum eſt ſuperius fuiſſe Anaxagorā. Neque enim ſpecialis efficiendi vis, quam Plato Ideis attribuit, ſatis eſt, niſi alia adſint efficientia, & ad agendum applicentur, vt etiam ex ſupradictis patet. Cap. 4. text. 34.

b k *Cùm autem ſubſtantiam.* Hoc eſt, cùm autem Plato cuiuſque rei ſpecialem cauſſam formalem ſe afferre putaret, non cauſſam formalem, ſed tum aliud genus rerum inuexit, quarum denuò eſſent quærendæ cauſſæ, tum etiam quónam modo illæ eſſent cauſſæ formales fruſtrà, atque incaſſum docuit, quippe cùm conſtet, participationem illam, quam aſtruxit, nihil omnino eſſe.

b l *Neque verò id, quod ſciētiis cauſſam eſſe cernimus: propter quod & mēs omnis.* Docet his verbis Platonem, nec finalem cauſſam tradidiſſe. Ideo autē vocat cauſſam finalem, id, quod ſcientiarum cauſſa eſt, & propter quod omnis mens, & omnis natura agit, quia potiſſima cauſſa cunctarum actionum, ſiue artis, ſiue intellectus, ſiue arte operantis, ſiue etiam natura, eſt cauſſa finalis, vt ipſe docet partim 2. Phyſ. cap. 8. partim 1. Eth. cap. 1. *Platonem finalē cauſſam omiſiſſe.*

b m *Neque*

bm *Neque inquam.* Quia obſcurius aliquanto ſignificauit cauſſam finalem, alia periphraſi vtitur. Ait igitur, ſe loqui de cauſſa, quam in principiis, & cauſſis numerauit, quia ipſe primus docuit, hoc genus cauſſæ eſſe diſtinctum ab efficiente, vt patet ex iis, quę ſuprà dicta ſunt, Quocirca, & nos particulam hanc negatiuam, *οὐδὲ ταύτης τῆς αἰτίας*, hoc eſt, *neque hanc cauſſam*, ita conuertimus, vt eam perſpicuitatis cauſſa fecerimus repetitionem, atque explicationem alterius negatiuæ, quæ præceſſerat, cùm dictum eſt, *neque vero, &c.* *Vtrobique toto ferè cap.* *ca.6. text.10.*

Text.44. *Ad ſummam,* bi *cùm ſapientia eorum quæ manifeſta ſunt, cauſſam inquirat; hanc quidem prætermiſimus. Nihil enim dicimus de cauſſa, vnde principium mutationis exiſtit. Cùm* bk *autem ſubſtãtiam eorum nos exponere exiſtimamus, alias ſubſtantias inducimus, ſed quo pacto illæ horum ſubſtantiæ ſint, inaniter exponimus, cum participatio, quemadmodum antè diximus, nihil ſit. Neque* bl *verò id quod ſcientiis cauſſam eſſe cernimus propter quod & mens omnis, & omnis natura agit, neque,* bm *inquam, cauſſam eam, quam nos principiorum vnum eſſe dicimus, vlla ex parte formæ* bn *tangunt. Verùm* bo *apud eos qui hac ætate ſunt, tota Philoſophia ſumma in mathematicis poſita eſt, cùm interim dicant, ea aliorum gratia tractari oportere.*

Text.45. ¶ *Iam* bp *verò ipſa ſubiecta ſubſtantia, vt materia, magnum inquam, & paruum, mathematica potiùs exiſtimari poteſt, & prædicari magis, differentiáque ſubſtantiæ, ac materia eſſe, quemadmodum & Naturales aiunt, cùm rarum, & denſum hàſce primas ſubiecti differentias eſſe dicunt, ſunt enim hæc exceſſus quidam, & defectus,* *Quòd*

bn *Formæ tãgunt.* Hoc eſt idearum auctores, videtur enim accepiſſe, formarum, hoc eſt, idearũ vocabulum pro ipſo idearum inuentore: quo pacto ſæpe econtrariò nomen inuentoris pro rebus inuentis vſurpatur, veluti Mineruæ pro litteris, & Bacchi pro vino. Aut certè accepit formarum nomen pro doctrina de formis. Quanquam totus hic locus hunc etiam in modum verti poteſt. *Neque verò ad id quod ſcientiis &c. vlla ex parte formæ pertinent*, vel, *formæ vllo modo pertinent*, vt doceat Ariſtoteles, ideas, etſi ponantur eſſe formę, nullo tamen modo poſſe fines conſtitui, quod de eo fine dictũ eſſe intelligẽdum eſt, qui per actionem acquiritur, quòd is non præcedat actionem, ſed ſequatur. Atque huic interpretationi fauet Alexandri expoſitio.

bo *Verùm apud eos.* Docet, cur Plato cauſſam efficientem, & finalem non tradiderit, aitque illum eam ob rem duo hæc cauſſarum genera parùm curaſſe, quia imbutus à principio Mathematicis ſcientiis, etſi illas altioris Philoſophiæ gratia capeſſendas eſſe dicebat, omnia tamen, quæ in reliqua Philoſophia traduntur, Mathematicorum more tractauit. Quò fit, vt cùm in ſolis Mathematicis rebus ſemper videatur philoſophatus, non mirum ſit, quòd efficientem cauſſam, finalémque prætermiſerit, quæ apud Mathematicos non conſiderantur. *Cur Plato Cauſſam efficientem & finalẽ nõ tradiderit.*

bp *Iam verò ipſa ſubiecta ſubſtantia, vt materia, magnum inquam, & paruum, mathematica potiùs exiſtimari poteſt.* Quod denique materialis cauſſa, quam vocat ſubſtantiam ſubiectam, rectè tradita ſit à Platone, duabus rationibus docet. Vna, quia magnum, & paruum, ſiue dualitas indefinita, quàm ille materiam eſſe dicit, magis videtur eſſę materia mathematica, quam naturalis. Altera, quia magnum & paruum potiùs videntur prædicari de materia, vt quædam eius differentiæ accidentales (quemadmodum rarum & denſum apud quoſdam veteres Naturales) quàm, vt ſint ipſa eſſentiæ materia. Quòd autem idem ſit iudicandum de magno, ac de raro: & de paruo ac de denſo: ex eo probatum eſſe vult, quia magno rarum; paruo autem denſum proportione reſpondent: illa enim conſiſtunt in exceſſu magnitudinis, hæc in defectu. *Oſtẽdit cauſſam materialẽ nõ rectè à Platone traditã.*

Platonem, vel pugnantia locutū eſſe, vel totam naturæ contemplationem euertiſſe.

b q *Quod verò.* Oſtendit expoſitione Platonica de magno, & paruo, vel Platonem ſecum pugnaſſe, vel totam rerum naturalium conſiderationem de medio ſuſtuliſſe. Nam ſi motus hæc erunt, hoc eſt, ſi magnum & paruum ponantur à Platone materiale principium motus, cùm ille in ipſis etiam Ideis magnum, & paruum eſſe dicat, Ideæ ſanè mouebuntur, quod cum iis quæ à Platone de Ideis dicuntur, apertiſſimè pugnat. Si verò non ponantur materiale principium motus, nō mouebuntur quidem Ideæ, verùm eo pacto, vnde nam habebunt res ſenſibiles, vt moueri poſſint, hoc eſt, quod nam habebunt principium paſsiuum motus, cùm ſecundum Platonem nullum aliud principiū materiale in eis inſit, quàm magnum & paruum? Ita ſanè fit, vt Plato totam rerum naturalium conſiderationem ſuſtulerit, quæ abſque conſideratione motus haberi non poteſt.

περὶ b q δὲ κινήσεως, εἰ μὲν ἔσται ταῦτα κίνησις, δῆλον ὅτι κινήσεται τὰ εἴδη· εἰ δὲ μή, πόθεν ἦλθεν. ¶ ὅλη γὰρ ἡ περὶ φύσεως ἀνῄρηται σκέψις. καὶ ὃ b r δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι, τὸ δεῖξαι, ὅτι ἓν ἅπαντα, οὐ γίγνεται. τῇ b s γὰρ ἐκθέσει οὐ γίγνεται πάντα ἕν, ἀλλ᾽ αὐτό τι ἕν, ἂν διδῷ τις πάντα. καὶ οὐδὲ τοῦτο, ἐὰν μὴ γένος δώσει τὸ καθόλου εἶναι. τοῦτο b t δ᾽ ἐν ἐνίοις ἀδύνατον. οὐθένα b u δ᾽ ἔχει λόγον, οὐδὲ τὰ μετὰ τοὺς ἀριθμούς, μήκη τε, καὶ ἐπίπεδα, καὶ στερεά, οὔτε ὅπως ἔστιν, ἢ ἔσται, οὔτ᾽ εἴ τινα ἔχει δύναμιν. ταῦτα γὰρ οὔτε εἴδη οἷόν τε εἶναι (οὐ γάρ εἰσιν ἀριθμοί) οὔτε τὰ μεταξὺ (τὰ μαθηματικὰ γὰρ ἐκεῖνα) οὔτε τὰ φθαρτά, ¶ ἀλλὰ πάλιν τέταρτον ἄλλο φαίνεται τοῦτό τι γένος. Text. 46. Text. 47.

ὅλως b x τε τὸ τῶν ὄντων ζητεῖν στοιχεῖα, μὴ διελόντας πολλαχῶς λεγομένων, ἀδύνατον εὑρεῖν, ἄλλως b y τε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ζητοῦντας, ἐξ οἵων ἐστὶ στοιχείων. ἐκ τίνων γὰρ τὸ ποιεῖν, ἢ πάσχειν, ἢ τὸ εὐθύ, οὐκ ἔστι δήπου λαβεῖν, ἀλλ᾽ εἴπερ ἐστί, τῶν οὐσιῶν μόνον ἐνδέχεται. ὥστε τὸ τῶν ὄντων ἁπάντων τὰ στοιχεῖα, ἢ ζητεῖν, ἢ οἴεσθαι ἔχειν, οὐκ ἀληθές. πῶς

b r *Quod item facilè.* Eo proceſsit apud Platonem ratio illa philoſophandi, qua multa particularia in vnam communē naturam colligūtur, veluti multa indiuidua in vnam ſpeciem, & multæ ſpecies in vnū genus, vt putauerit omnia, quæ ſunt, colligi in vnum commune genus, atque hoc pacto exiſtimauerit ſe facilè probaſſe omnia eſſe vnū. Id quod forſitan aſſeruit in gratiam Parmenidis, qui omnia vnum eſſe cenſuit. Ipſum enim Parmenidem facit Plato latiſſimè diſſerentem de vno, ideáſque introducentem in eo dialogo, quem illius nomine inſcripſit. Ait ergo Ariſtotel. ea philoſophandi ratione non effici, omnia eſſe vnum ſimpliciter. Nec enim eo pacto colligi poteſt omnia eſſe vnum quid deſignatum, hoc eſt, vnum numero, quod tamen opus erat, vt omnia ſimpliciter dicerentur vnum, ſed tantùm efficitur, omnia eſſe ipſum quid vnum, hoc eſt, vnum in natura aliqua communi, idque ſi Platoni in rebus omnibus his aſcendendi modus concedatur. Atque hoc vltimum ſignificat Ariſtotel. cùm ait *ſi quis omnia admittat.* Imò verò ne hoc quidem colligitur, niſi ſiquis concedat, ens in commune (quod vocat id quod vniuerſale eſt) eſſe genus, quod tamen concedi non poſſe, ex iis rationibus, quibus ipſe vtetur libro tertio, colligi poteſt, itémque ex iis, quæ docebit initio 4. libr. & aliis locis, cùm oſtendet eſſe analogum.

Perperam à Platone colligi omnia eſſe vnum.

b s *Neque enim expoſitione.* Hoc eſt, nec enim omnia vnum aliquid deſignatum, & ſingulare eſſe colliguntur. Vnde exponere rem, propriè eſt illam ſubiecto exemplo ſenſibili demonſtrare, & expoſitorius ſyllogiſmus dicitur, qui rem ad ſenſum demonſtrat.

Expoſitorius Syllogiſmus quis.

b t *Quod tamen in.* Quaſi dicat, cùm tamen fieri non poſsit, vt ens ſit genus in quibuſdam, ſeu potiùs quorundam, nempe eorum, quorum reſpectu eſt analogum. Addit autem *in quibuſdam*, quia ens, qua ratione eſt vniuocum rebus eiuſdem prædicamenti, nihil prohibet, quin ſit genus. Hoc tamen pacto iam non ſumitur ens in commune, ſed vt idem eſt cum genere ſummo eius prædicamenti. Alius ſenſus totius huius loci eſſe poteſt, & ſyncerior, & verborum contextui acommodatior,

Ens non poſſe eſſe genus, & quo pacto.

Digitized by Google

accommodatior, vt nomine eius, quod vniuerſale eſt, non intelligatur tantùm ens in commune, ſed quoduis vniuerſale, quod de pluribus ſpeciebus prædicatur, quaſi dicat Ariſtotel. ſed neque Plato rectè colligit omnia eſſe vnum in natura aliqua communi, niſi quoduis vniuerſale, quod de multis ſpeciebus dicitur, genus eſſe concedat: quod tamen in quibuſdam eorum fieri nequit, cùm quædam ſint analoga. Et enim analoga, etſi vniuerſalia vtcunque appellantur, non ſunt tamen natura vna communis, in qua inferiora vnum quippiam dici poſsint. Non cenſentur autē hoc loco ſpecies infimæ nomine vniuerſaliū, quia iuxta conſiderationem Philoſophorū, potiùs ſunt infima quædam particularia, cum illi infra ſpecies infimas, non deſcendāt. Vnde fit, vt ſæpe ab Ariſtot. dicantur ſingularia, nec in prædicatis topicis perſpicuè numerentur.

Cur ſpecies infima, non cenſeatur hoc loco nomine vniuerſalium.

Vt 2 poſt. cap. 15. tex. 22. & 1. Phyſ. cap. 1. text. 4.

Quod [b q] verò ad motum attinet, ſi motus hæc erunt, haud dubiè formæ ipſæ mouebuntur: Sin minus, vnde quæſo motus profectus eſt? Omnis enim de natura ſublata eſt conſideratio. Text. 46. *Quod [b r] idem facilè videtur eſſe, omnia, inquam, vnum eſſe demonſtrare, id non efficitur. neque [b ſ] enim expoſitione omnia vnum, fiunt, ſed ipſum quid vnum, ſi quis omnia admittat. ſed neque hoc, niſi id, quod vniuerſale eſt, genus eſſe concedat, quod [b t] tamen in quibuſdam fieri nequit. Nulla [b u] item ratione inducuntur longitudines, plana, & ſolida, quæ poſt numeros eſſe cenſentur, nec apparet quo pacto ea ſint, aut futura ſint, neque ſi quam vim habeant. Hæc enim neque formæ eſſe poſſunt (non enim ſunt numeri) neque corruptioni obnoxia:* Text. 47. *¶ ſed rurſus quartum hoc aliud genus emergit.*

Denique [b x] ſi quis rerum elementa quærat, nec ea, cùm multipliciter dicantur, diſtinguat fieri non poteſt, vt inueniat, præſertim [b y] ſi hoc modo quærat, Ex quibus nam elementis conſtent. Neque enim intelligere vllo modo licet, ex quibus actio, aut paſſio, aut rectitudo conſtet, ſed, ſi licet, in ſolis ſubſtantiis id contingit. itaq; omnium, quæ ſunt, elementa, aut quærere, aut ſe tenere exiſtimare, non verum eſt.

Quo

[b u] *Nulla item ratione inducūtur.* Arguit Platonem, quod quēadmodum poſuit Ideas ſeparatas à rebus ſenſibilibus, ſic etiam poſt ideas poſuerit magnitudines ſeparatas à magnitudinibus Mathematicis, immemor fortaſſe ſui, quæ ſæpè numero dixiſſet, ſola entia Mathematica, id eſt ſola indiuidua magnitudinum Mathematicarum, eſſe media inter ideas, & ſenſibilia, neque vllum eſſe quartum genus rerum. Si enim dantur illæ longitudines, plana, ac ſolida ſeparata ab indiuiduis magnitudinum mathematicarum cùm illa non numerentur inter Ideas, eò quod non ſint numeri ſed poſt numeros, neque item ſint media, cùm non ſint indiuidua mathematicarum magnitudinum, nec denique ſint ſenſibilia, cùm non ſint caduca, & quæ corrumpi poſsint, neceſſe eſt, vt ſint quartum quoddam genus rerum.

Platonum ſecum pugnare.

[b x] *Denique* Arguit Platonē, quòd ante quàm entia diſtingueret principia omniū, quæ ſunt, quæſiuerit, ac ſe inueniſſe putauerit. Quæ enim multipliciter dicuntur, quemadmodū non habent vnā cōmunem naturam, ſic etiā eadē principia habere nō poſſunt: ens autē multipliciter dicitur, vt ex ſequentibus lib. patebit. opus erat igitur, vt prius ens diſtingueretur in varia genera, quā entiū principia traderentur.

Quod antequam res diſtingueret, rerum principia quæſierit.

[b y] *Præſertim.* Huius loci hæc eſt ſententia. Si Plato commune principium efficiens, aut finale omnium rerum, abſque earum diſtinctione quæſiuiſſet, ferēdum id aliquo modo foret, ſed quæſiuiſſe materiale, ac formale (quorum alterū appellauit dualitatem, alterum vnitatem) nulla rerum diſtinctione præmiſſa, multò magis eſt à ratione alienū. Plurima enim ſunt, quæ non conſtant materia, & forma, vt actio & paſſio, rectū, & ſimilia, imo etiam in ſolis ſubſtantiis huiuſmodi principia reperiuntur. Quo loco illud *ſed, ſi licet* non ita intelligendum eſt, quaſi dicat Ariſtoteles *ſed ſi licet intelligere, ex quibus elementis conſtent ea quæ dicta ſunt*, apertiſsimè enim negauerat id fieri poſſe, ſed *ex quibus elementis res conſtent, quæcunque illa ſint,*

b a *Quo*

Quòd rerum omnium ſcientiam natura nobis ingenitã affirmarit.

b z *Quo autem pacto.* Arguit Platonem, quòd dixerit ſcientiam omnium rerum, & (quod hinc ſequitur) omnium principiorum eſſe in nobis inſitam ex participatione idearum. Prima ratio eſt. Quia ſi ita eſſet, nemo quicquam diſceret, cùm tamen experiamur nos diſcere omnia, quæ vnquam ſcimus, idque vel definitione, ſi ſint ſimplicia, vel demonſtratione, ſi ſint complexa: ſiquidem ad definitionem poteſt reuocari diuiſio, quia illam præcurrit, ad demonſtrationem verò inductio, quæ illam ratione principiorum antecedit. Conſecutio verò probatur, quia etſi quicquid diſcimus, per antè cognita intelligimus tamen illud ipſum, quod per illa cognoſcimus, planè ignoramus, antequam eius habeamus demonſtrationem, aut definitionem, aliáve diſciplinæ forma illud percipiamus, vt patet progreſſu Geometriæ, quòd ſanè verum non eſſet, ſi in nobis ab ortu ineſſet omnium rerum ſcientia.

c d *Si quæ eſt omnium.* Scientia, quam Plato congenitam animis noſtris eſſe cenſebat nõ erat harum rerum, & non illarũ, ſed omnium omnino, quandoquidem aiebat, nullam nouã poſtea accedere.

Lect.17. part.8.

c e *Aut aliquibus.* D. Tho. ſic exponit, aut vniuerſalia, aut particularia. Verior tamen videtur expoſitio, ſi dicas idcirco additum eſſe *aut aliqua*, quia nõ omnes ſumptiones demonſtrationum cognoſcuntur ante concluſionem, ſed quædam minores propoſitiones ſimul cognoſcuntur cum concluſionibus, ad quas demonſtrandas adhibentur, vt habes primo Poſt. cap. 1.

πῶς b z δ' ἄν τις καὶ μάθοι τὰ τῶν πάντων στοιχεῖα, δῆλον γὰρ ὡς οὐθὲν οἷόν τε προϋπάρχειν γνωρίζοντα πρότερον. ὥσπερ γὰρ τῷ γεωμετρεῖν μανθάνοντι, ἄλλα μὲν ἐνδέχεται προειδέναι, ὧν δὲ ἡ ἐπιστήμη, καὶ περὶ ὧν μέλλει μανθάνειν, οὐθὲν προγινώσκει, οὕτω, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστ' εἴ τις c d τῶν πάντων ἐστὶν ἐπιστήμη, ὥσπέρ τινές φασι, οὐθὲν ἂν προϋπάρχοι γνωρίζων οὗτος. ¶ καί τοι πᾶσα μάθησις διὰ προγινωσκομένων, ἢ c e πάντων, ἢ τινῶν ἐστι, καὶ ἡ δι' ἀποδείξεως, ἡ δι' ὁρισμῶν. δεῖ γὰρ ἐξ ὧν ὁ ὁρισμὸς προειδέναι, καὶ εἶναι γνώριμα, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δι' ἐπαγωγῆς. Text.48.

¶ ἀλλὰ c f μὴν καὶ εἰ τυγχάνει σύμφυτος οὖσα, θαυμαστὸν πῶς λανθάνομεν ἔχοντες τὴν κρατίστην τῶν ἐπιστημῶν. ἔτι c g πῶς τις γνωριεῖ ἐκ τίνων ἐστὶ, καὶ πῶς ἔσται δῆλον; καὶ γὰρ τοῦτ' ἔχει ἀπορίαν. ἀμφισβητήσειε γὰρ ἄν τις, ὥσπερ καὶ περὶ ἐνίας συλλαβάς, οἱ μὲν γὰρ τὸ σμα ἐκ τοῦ σ καὶ μ καὶ α φασὶν εἶναι, οἱ δέ τινες ἕτερον φθόγγον φασὶν εἶναι. καὶ οὐδένα τῶν γνωρίμων. ἔτι c h δὲ ὧν ἐστιν αἴσθησις, ταῦτα πῶς ἄν τις μὴ ἔχων τὴν αἴσθησιν γνοίη. καί τοι ἔδει, εἴγε πάντων ταῦτα στοιχεῖά ἐστιν, ἐξ ὧν ὥσπερ αἱ σύνθετοι φωναί εἰσιν ἐκ τῶν οἰκείων στοιχείων. Text.49.

Ὅτι c i μὲν οὖν τὰς εἰρημένας ἐν τοῖς φυσικοῖς αἰτίας ζητεῖν ἐοίκασι πάντες, καὶ c k τούτων ἐκτὸς οὐδεμίαν ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν, δῆλον καὶ ἐκ τῶν πρότερον εἰρημένων, ἀλλ' ἀμυδρῶς ταύτας. Text.50.

καὶ c l πρότερον

Rationes ducta à ſcientiæ natura.

c f *Atqui ſi nobis eſt inſita, mirum ſanè eſt, quo pacto nos lateat optima ſcientiarum nos præditos eſſe.* Secunda ratio eſt, quia ſi nobis adeo præſtans ſcientia naturaliter inſita eſſet, non vtique nos lateret, præſertim cùm ſcientiæ, quo certiores ſunt, eò minùs poſſint latere eum, à quo poſſidentur, ſiue illæ congenitæ ſint, vt eſt quodammodo ſcientia principiorum, ſiue labore, & induſtria acquirantur, vt eſt ſcientia concluſionum. Alia tamen ratio eſt de Orthodoxa Fide, iiſque virtutibus, quæ nobis in ſacro fonte diuinitus infunduntur. Neque enim mirum eſt, ſi nos lateant, cùm nec ſint à natura inſitæ, nec à nobis naturaliter acquirantur. Text.2.

Fides Orthodoxa cur nos lateat etiã ſi eam in baptiſmo adepti ſumus.

c g *Præterea quonam pacto quis.* Tertia ratio eſt, quia Ideæ cùm ſint ſola principia formalia rerum ſenſibilium, non poſſunt in nos imprimere notitiam principiorum materialium, quibus res ſenſibiles conſtant, cùm tamen ad perfectam earum cognitionem neceſſaria ſit cognitio non tantùm principiorum formalium, ſed

etiam

etiam materialium, multæ enim ſæpenumero incidunt dubitationes de huiuſmodi principiis, vt exempli cauſſa, ſint ne plura in re de qua diſſerimus, an pauciora. Quod ſimilitudine ex rebus Grammaticis deſumpta explicat. *A ſimili.* Quærunt enim Grammatici num ſyllaba, SMA, quatenus in voce eſt, conſtet tribus ſonis, qui reſpondeant tribus characteribus S, M, & A, quibus illa ſcripto exprimitur, an verò duo illi characteres S, & M (de quibus tãtum dubitari poteſt) ſignificent quendam ſonum, & ſtridorem innominatum. Alij enim Grãmatici hoc, alij illud ſentiunt. Eodem modo dubitari poteſt de niue & cæteris, quæ in ſublimi gignuntur, quod elementis conſtent, omnibus ne quatuor, an tribus, duobúſve, an vero ſint corpora ſimplicia: eodémque modo de mineralibus, & aliis pleriſque rebus, quod Plato idearum inductione docere nõ poteſt, cum illæ formarum tantum, quæ in materiam inducũtur, exemplaria ſint.

Quo [b z] *autem pacto omnium elementa quiſquam diſcat? perſpicuũ eſt enim fieri nullo modo poſſe, vt is antè aliquid cognoſcat. Nam vt is qui geometriam diſcit, alia quidem antè cognoſcere poteſt, ea autem, quorum eſt ſcientia, & quæ ipſi diſcenda ſunt non antè cognoſcit, ita & in cæteris accidit. Quare ſi qua* [c d] *eſt omnium rerum ſcientia, quemadmodum nonnulli aſ-*

Text.48. *ſerunt, nihil profectò is ante cognoſcere poterit.* ¶ *At omnis diſciplina ex antè cognitis, aut omnibus, aut* [c e] *aliquibus efficitur atque aut per demonſtrationem, aut per definitiones. Ea enim, ex quibus definitio conſtat, ante cognoſcantur, perſpectaq́ ſint neceſſe eſt, quod idem accidit in ea diſcendi ratione quæ per in-*

Text.49. *ductionem habetur.* ¶ *Atqui* [c f] *ſi nobis eſt inſita, mirum ſanè eſt, quo pacto nos lateat, optima ſcientiarum nos præditos eſſe. Præterea,* [c g] *quonã pacto quis cognoſcat ea, ex quibus res conſtat, & qua ratione id patebit? Neque enim hoc dubitatione caret. Dubitabit enim fortaſſe aliquis de hac re quemadmodum & de quibuſdam ſyllabis. Namque alij, Sma, ſyllabam ex ſ, m & a, conſtare dicunt: alij verò quidam, alium ſonum eſſe inquiunt, nullumq́ ex ijs, qui noti ſunt. Præterea,* [c h] *quomodo quis ſenſum non habens, ea, quorum eſt ſenſus, cognoſcat? Atqui oportebat, ſi hæc quidem elementa ſunt omnium, ex quibus velut compoſitæ voces ex proprijs elementis exiſtunt.*

Text.50. *Quòd* [c i] *igitur omnes quærere videantur cauſſas eas, quas in Phyſicis expoſuimus, quodq́* [c k] *præter eas, nullã aliã dicere habeamus, vel ex ijs, quæ ante dicta ſunt perſpicuum eſt, niſi quod illi obſcurè eas tetigerũt. Ac*

[c h] *Præterea quomodo.* Quarta ratio eſt, ſi in nobis eſſet naturaliter impreſſa ſcientia omnium rerum ſenſibilium, fateri neceſſariò oporteret, eos, qui ab ortu ſenſu aliquo orbati ſunt, habere ſciẽtiam eorum, quæ illo ſenſu percipiuntur, hoc autem apertè falſum eſt (nec enim cæcus natus quicquã intelligit de coloribus, quatenus colores ſunt, nec ſurdus eodem modo quicquam de vocibus) non eſt igitur dicendum, ſcientiam omnium rerum ſenſibilium eſſe nobis naturaliter impreſſam ex participatione idearum. *Ab ignoratione eorum qui aliquo ſenſu ſunt priuati.* Quod autem ait, *ſi hæc quidem ſunt omnium elementa,* hic intelligendum eſt, *ſi ideæ ſunt eſſentiales cauſſæ omnium rerum ſenſibilium, vt litteræ ſunt cauſſæ earum vocum, quæ pluribus litteris exprimuntur,* tametſi hoc ſit diſcriminis, quod litteræ ſunt internæ vocib. ideæ vero non item rebus ſenſibilibus. *Periodus totius diſputationis de cauſſis.*

Lib.1. cap.3. & 7. [c i] *Quod igitur omnes.* Ex iis, quæ fuſè dixit in referendis, & examinandis aliorum Philoſophorum ſententiis, eum fructum colligit Ariſtot. vt maiorem habeat fidem iis, quæ in Phyſ. de generibus cauſſarum docuit, nec iam neceſſe ſit in hoc opere, quo ſummæ rerum cauſſæ quæruntur, aliud genus cauſſæ inueſtigare. Patet enim ex dictis neminem Philoſophorum aliud genus cauſſæ quæſiuiſſe, aut tradidiſſe. Quin etiam ne illa quidem quatuor ab ipſo in Phyſ. explicata ſatis apertè ab aliis tradita fuiſſe.

Digitized by Google

Plurimi Ariſto. facere omnium Philoſophorum conſenſum.

c k. *Quódque præter.* Vide quàm magnum habeat pondus apud Ariſtotelem argumentum, quod ex opinione omnium Philoſophorum ducitur, tantùm enim valet, vt hac ſola ratione colligat non poſſe ſe aliud cauſſæ genus adiungere.

c l *Ac prius quidem.* Non ſinguli Philoſophi, ſed omnes ſimul omnia cauſſarum genera quodammodo tradiderunt, quodammodo autem, nullum. Obſcurè enim omnia ab illis tradita ſunt, apertè autem & perſpicuè, nullum. Quanquam verbum *prius* ad tempora eorum qui Platonem præceſſerunt, videtur referẽdum, non item ad ætatem Platonis: quod licet colligere ex verbis proximè ſequentibus: neque enim veriſimile eſt, Ariſtotelem comprehendere voluiſſe Philoſophiam Platonis, nomine inchoatæ, ac balbutientis Philoſophiæ. Itaque ſenſus eſt. *Atque ante hanc quidem ætatem, &c* Pro verbo autem οὐδαμῶς quod eſt *Nequaquam, ſiue, nulla ex parte, Nullave ratione,* propterea diximus, *Nulla,* relato hoc verbo ad cauſſam, quia ſenſus hoc pacto, planiùs, ac melius explicatur.

καὶ c l πρότερον μέν τινα ἅπασαι πρότερον εἴρηνται, τρόπον δέ τινα οὐδαμῶς. ¶ ψελλιζομένη γὰρ ἔοικεν ἡ c m πρώτη φιλοσοφία περὶ πάντων, ἅτε νέα τε, καὶ κατ' ἀρχὰς οὖσα, καὶ τὸ πρῶτον ἐπεὶ c n καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὀστοῦν τῷ λόγῳ φησὶν εἶναι, τοῦτο c o δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος, ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως ἀναγκαῖον καὶ c p * σάρκα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον εἶναι τὸν λόγον, ἢ μηδὲ ἕν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ σὰρξ, καὶ ὀστοῦν ἐστι, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, καὶ οὐ διὰ τὴν ὕλην, ἣν ἐκεῖνος λέγει πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα. ἀλλὰ c q καὶ ταῦτα, ἄλλου μὲν λέγοντος, συνέφησεν ἂν ἐξ ἀνάγκης, σαφῶς δὲ οὐκ εἴρηκε. περὶ c r μὲν οὖν τῶν τοιούτων δεδήλωται καὶ πρότερον. ὅσα c ſ δὲ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐπανέλθωμεν πάλιν. τάχα γὰρ ἂν ἐξ αὐτῶν εὐπορήσαιμέν τι πρὸς τὰς ὕστερον ἀπορίας. Text. 51.

* *Alias σαρκός.*

c m *Prima enim Philoſophia.* Hoc eſt, vetus, ſeu potiùs, Veterum ac recens nata. Vtitur autem egregia tranſlatione à pueris, qui quod fari geſtiũt, planè, & apertè exprimere non poſſunt.

c n *Namque & Empedocles.* Hoc vno exẽplo formæ ſubſtãtialis, quã Empedocles obſcurè tetigit, ſeu potiùs innuit, docet Ariſt. nonnumquam Veteres attigiſſe ea, quæ quærebant: ſed quia, quæ vtcũmque inuenerant, nondum perfectè intelligebant, icciricò illa non ſatis explicaſſe. Itaque cùm Empedocles dixit, os ratione eſſe, id eſt, ratione cõſtare, ſiue à ratione habere eſſe proprium, & peculiare, non ab elementis, docet Ariſt. illum tradere voluiſſe formam ſubſtãtialem oſſis, quæ elementis adiuncta, eſſentiam oſſis conſtituit. Rectè enim ſignificatur forma mixti, nomine rationis, nõ modò quia ex forma ſumitur propria, & peculiaris ratio rei naturalis, non ex materia, quę cõmunis eſt diuerſis ſpecie rebus: ſed etiã, quia forma mixti indiget rata quadã ratione, proportionéve elementorũ, ſine qua neque introducitur in materiã, neque in ea cõſeruatur.

c o *Hoc autem quidditas.* Non refertur verbum, *Hoc,* ad os, ſed ad rationem, quam Ariſtot. ſubſtantiuè ſignificat voce neutrius generis, quemadmodum poſt pauca verba, cùm ait, *propter hoc enim, &c.* Dicitur autem ratio, ſiue forma ſubſtantialis, quidditas & ſubſtantia rei, non quia ſit tota rei eſſentia, ſed quia per formam habet res propriam, & peculiarem eſſentiam, quidditatémve.

c p *Et carnem, &c.* Omnes interpretes habent *Carnis* pro *Carnem* & pro *vnumquodque cæterorum* alij dicunt *& vniuſcuiuſque cæterorum,* alij *cæterorúmque ſingulorum,* vt tota ſententia ita concludatur. *Atque eodem modo neceſſe eſt, & carnis, & cuiuſque cæterorum rationem eſſe, aut nullius,* vt Argyropylus & Perionius conuertunt. Duabus autem cauſſis adduci potuerunt, vt ita interpretarentur. Vna, quia quidam Codices pro, σάρκα, quod eſt *carnem,* habent σαρκὸς, id eſt, *carnis*: quæ lectio ſi vera eſt, non dubium, quin Ariſt. ſcripſerit ἑκάστου, vel ἑκάστων, id eſt, *cuiuſque,* vel *ſingulorum* non ἕκαστον, ſiue *vnumquoque*, quod nos habemus. Altera, quia durum videtur admodum dicere, os eſſe rationem, ſiue formam, cùm ſit compoſitum ex materia & forma. Sed primùm, ſi error eſt in verbis iam dictis, ſic etiam neceſſe eſt in particula μηδὲ ἕν, quæ debuit eſſe μηδενὸς, id eſt, *nullius,* multóſque errores ſimul ſuſpicabimur in pauciſſimis verbis, in quibus tamen nulla eſt diſſenſio apud Græcos niſi quòd attinet ad verbum σάρκα, vt diximus. Deinde ſi contextus corrigendus eſſet, potiùs ſubſtituerem τῷ λόγῳ, quod eſt *ratione* pro τὸν λόγον, quod

quod diximus *rationem*: eſt enim perparua mutatio, & reſtitutio verbi, quod facillimè peruerti potuit: idque omninò poſcere videbantur verba præcedentia, cùm Ariſt. ſcribit, Empedoclem dixiſſe, os τῷ λόγῳ εἶναι, non τὸν λόγον εἶναι. Poſtremò, non eſt inuſitatum apud Ariſtotelem, nec proinde durum, vt res naturales dicantur eſſe ſuæ formæ, quemadmodum ante pauciſſima verba dictum erat, rationem, ſiue formam eſſe quidditatem, & ſubſtantiam rei, quod non minùs durum videri debuit Ac ne dubitationi locus vllus ſit reliquus, afferam id, quod Ariſtoteles de re ipſa ſcribit primo libro de partibus animalium capite primo, cùm refert opinionem Empedoclis de forma ſubſtantiali. *Empedocles verò* (inquit) *in eam interdũ incidit ductus ab ipſa veritate, & ſubſtantiam atque naturam rationẽ eſſe fateri compellitur, veluti cùm os quid ſit, tradit, quippe quod non ait, vnum aliquod elementorũ eſſe, neque duo, aut tria, neque verò omnia, ſed rationem mixtionis eorũ. Igitur & carnem, & cæteras huiuſmodi partes hunc eundẽ in modum eſſe apertum eſt.* Quo loco planè ait, carnem eſſe τὸν λόγον, ſiue rationem, eodemque modo reliquas partes animalium, vt nemini mirũ videri debeat, ſi hoc loco eadem phraſi vtatur, præſertim cùm vnaquæque res id meritò appellari poſſit, quod in ipſa eſt optimum, quod idem de homine docet pleriſque locis. Ita patet rectè habere contextum, neque quicquam mutandum eſſe.

Sub fin. cap.

Text. 51.

Ac [c l] ***prius quidem omnes quodammodo tradita erant, quodammodo autem nulla. ¶ Prima*** [c m] ***enim Philoſophia, vt noua adhuc, & parum à ſuo ortu, initiiſque progreſſa, omnia videtur balbutire. Nãque*** [c n] ***& Empedocles ait, os ratione eſſe, hoc*** [c o] ***autem quidditas eſt, & ſubſtantia rei. Atqui eodem modo neceſſe eſt, &*** [c p] ***carnem, & vnumquodque cæterorum rationem eſſe, aut nihil. Propter quod hoc enim & caro eſt, & os, & cæterorum quodque, non autem propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aerem eſſe ait. Verum*** [c q] ***hæc quoque ille, alio diſſerente, neceſſariò conceſſiſſet, tametſi apertè non dixit. Atque*** [c r] ***his ſimilia ſuperius etiam declarata ſunt. Sed*** [c ſ] ***iam ad ea, quæ de his ipſis dubitari poſſunt, reuertantur. ex iis enim fortaſſe ad ea, quæ poſteà diſputabuntur, aliqua nobis facultas ſuppetet.***

Vt lib. 9. Ethic. capit. 4. & 8. lib. 10. cap. 7 & 8.

[c q] *Verum hæc.* Hoc eſt, neceſſariò reſpondiſſet Empedocles, cæteras etiam res habere proprias formas, ſi ab aliquo rogaretur more Socratico, num par ratio eſſet in cæteris, atque in oſſe: annuiſſet enim proculdubio.

[c r] *Atque his ſimilia.* Ait Ariſtoteles, ſe ſuperius etiam περὶ τοιούτων, hoc eſt de talibus ſeu potiùs, talia quædam declaraſſe, quia ſimile quid dixit de Anaxagora, cùm eius ſententiam de natura materiæ explicaret, eámque ad verũ reduci poſſe, doceret.

Hoc cap. tex. 16. & 17.

CVR autem in referendis Philoſophorum opinionibus non meminerit huius ſententiæ Empedoclis, neque item Democriti, quem eodem loco de partibus animalium, primum auctorem eius facit, non alia cauſſa videtur eſſe, niſi quia obſcurè admodum id docuerunt, atque adeò obſcuriùs ſignificarunt, quàm Anaxagoras adumbrauit materiam primam nomine Chaos, ac fortaſſe non ita ſenſerunt vt ipſe eorum verba interpretatur: quod etſi in vtroque ambiguum eſt, magis tamen dubium eſt in Democrito.

Vide etiam 2. Phyſic. ca. 2. tex. 22.

[c ſ] *Sed iam ad ea.* Has dubitationes de cauſſis, ac principiis rerum, proponet Ariſtoteles libro tertio, præmiſſa tamen libello ſequenti tractatione quadam de inueſtigatione veritatis. Quas difficultates ea ratione ſe rurſus à principio allaturum eſſe ait, quia quæ hactenus ex Philoſophorum placitis & contra eorum ſententias propoſita ſunt, magnam partem eorum continent, quæ in quæſtionibus libri tertij afferentur.

Tranſitio ad ea, quæ dicẽda ſunt lib. 3.

⁂

QVOT SINT CAVSARVM GENERA.

QVÆST. I.

Genera cauſſarum partim videri plura, partim pauciora, quàm quæ ab Ariſtotele traduntur.

SECTIO I.

Ordo in cauſſarum tractatione tenẽdus.

Quòd plura ſint cauſſarũ genera, quàm quatuor.

QVONIAM Ariſtoteles in hoc opere duas potiſſimùm inſtituit cauſſarum tractationes: vnam hoc loco, in qua de cauſſarum inuentione diſſerit, alteram libro quinto, in qua naturam cuiuſque generis earum explicat: nos quoque id obſeruabimus, vt hoc loco ea tractemus tantùm, quæ intentionem earum attingunt, dilata in librum quintum explicatione rationis cauſſandi omnium. Ac primùm, non deſunt argumenta, quibus cauſſarum genera videantur plura, quàm quæ ab Ariſt. tradita ſunt. Text.3.

1. PRIMVM eſt, quia principium, & cauſſa mutuò reciprocantur, vt Ariſto. ait libr. 4 huius operis cap. 2. Principiorum autem non quatuor tantùm, ſed quinque ſunt genera, vt idem ipſe docet initio libri 5. quo fit vt quinque etiam cauſſarum genera conſtitui debeant. Cap.1.

2. SECVNDVM, quia inſtrumenta habent veram, & propriam rationem cauſſæ, cum ab eis verè, ac per ſe pendeant effecta, veluti literæ à calamo. Cum igitur illa, nec ſint materia rerum, quæ fiunt, nec forma, nec verò fines, vt apertum eſt, nec denique efficientes cauſſæ, cum cauſſa efficiens ſit ea, à qua actio primum oritur, reliquum eſt, vt aliud genus cauſſæ cenſeri debeant.

Cauſſa exemplaris à quatuor cauſſarũ generibus diſtincta.

3. TERTIVM, Quia cauſſa exemplaris aliud cauſſæ genus videtur eſſe & planè diuerſum ab omnibus quatuor traditis ab Ariſt. Quòd enim non ſit cauſſa materialis, luce clarius eſt. Quòd autem nec vlla ex ceteris tribus ex eo oſtenditur, quia forma dat eſſe per ſe ipſam, hoc eſt, per veram, & realem informationẽ, alioquin efficiẽs, & finis eſſent cauſſæ formales, cum extrinſecus, ſuóque modo conferãt eſſe: efficiens verò eſt principium vnde motus & omnis omnino actio profluit. Denique finis eſt id, cuius gratia aliquid fit: conſtat autem nec exemplar informare materiam per ſe ipſum, realíve coniunctione: nec ab eo motum profluere (præſertim cùm ſæpe ſit res conficta: & minime exiſtens in rerum natura, veluti perfectus Orator, quem ſibi Oratores imitandum proponunt) nec denique gratia illius aliquid fieri, imò verò exemplar aſſumi gratia eius operis perficiendi, quod in finem dirigimus: eſt igitur exemplar quintum genus cauſſæ lõgè diuerſum à quatuor vulgatis. Idque Platonem ſenſiſſe aſſerit Seneca Philoſophus. Epiſt.7.

Quod pauciora ſint, aut prorſus nullũ.

NON deſunt quoque rationes, quibus forſitan quis ſibi perſuadeat aut nullum ex vulgatis quatuor cauſſarum generibus, aut certè pauciora in veris cauſſis eſſe numeranda. Primum. Quia cum materia nullum ex ſe actum habeat, omnis autẽ effectus ſit actuale quiddam, hoc eſt perfectionem aliquam ex ſe habeat, videtur fieri nullo modo

modo poſſe, vt effectus ab ea per ſe pendeat. Forma item quæ definitur eſſe id, quod dat eſſe rei, nulli rei videtur illud dare poſſe. Non materiæ, quæ iam erat, cùm forma introduceretur, non compoſito, cùm potiùs ab ipſo accipiat eſſe, vt ab eo, quod primò fit, ac proinde primò eſt. Ita colligitur ne formam quidem cauſam eſſe. Iam ſi efficiens vera cauſſa eſſet, demonſtrarentur per eam proprietates effectorum, quod tamen non fit, vt patet in demonſtrationibus proprietatum hominis, & aliarum rerum: & meritò quidem, cùm proprietates rerum non profluant ab agentibus, ſed à naturis ſuorum ſubiectorum. Denique cùm id, quod in rerum natura non eſt, vera cauſſa eſſe non poſſit, finiſque cùm res fit, nondum fit, niſi ſecundum quid, videlicet in mente dumtaxat, efficitur, vt finis non ſit dicendus vera cauſſa rei, quæ verè, & ſimpliciter accipit eſſe, præſertim cùm omnis cauſſa ſit principium, finis autem principio opponatur, vt ipſe quoque Ariſtot. fatetur lib. 3. cap. ſecundo. Ita effici videtur vt nihil eorum, quæ creduntur eſſe cauſſæ, in cauſſarum numerum referri debeat.

Non eſſe vere cauſſas quæ dicuntur.

Text. 3. SECVNDO, Quia ſi propriè loquendum eſt, id ſolum dicendum eſt, cauſſa, propter quod res, ſiue effectus eſt, ſolus autem finis eſt id, propter quod res eſt. Nec enim dicimus rem eſſe propter materiam, ſed ex materia, nec propter formam, ſed per formam: nec verò propter efficiens, ſed ab efficiente. Accedit, quòd cum quærimus, propter quid res ſit, aut fiat, eum ſolum iudicamus nobis ſatisfacere, qui finem pro cauſſa reddit. Atque hanc fuiſſe Socratis ſententiam apud Platonem non dubium videtur fore ei, qui Phædonem legerit, quo loco ille diſertis verbis ait ſolum finem cauſſam eſſe, cætera verò, quæ videntur cauſſæ, non cauſſas eſſe, ſed ea, ſine quibus cauſſa non eſt cauſſa, hoc eſt, ſine quibus effectus non fit, eóſque, qui cætera cauſſas vocant, magnæ inertiæ arguit illa eadem ratione, quòd propter quid ad ſolum finem accommodetur, vt ſuprà diximus.

Sect. 2. Cap. 4. TERTIO, Quia alia ex parte, ſiquis ad effectum attendat, ſolum efficiens cauſſam eſſe fatebitur. Cauſſa enim & effectus correlatiua ſunt, effectus autem à ſolo efficiente dicitur, vt eſt apertiſſimum. Atque hanc fuiſſe Stoicorum opinionem ex Laërtio in vita Zenonis *Lib. 7.* Cittici eius ſectæ auctoris, & ex Seneca in epiſtola antè citata perſpicuum eſt. Nam cùm illi duo tantùm principia poſuiſſent, materiam, & efficiens, ſolum efficiens cauſſam eſſe dicebant, cætera verò ſi quæ cauſſæ ſpeciem habere viderentur, non cauſſas appellabant, ſed ea ſine quibus effecta non fierent. Proinde Seneca eiuſdem ſectæ alumus ſic contra Ariſtotelem, & Platonem argumentatur. *Eam, quæ ab eis ponitur, cauſſarum turbam, aut nimium multa, aut nimium pauca comprehendere: Etenim ſi cauſſas vocant ea, ſine quibus res effici non poteſt, debuiſſe quoque numerare in cauſſis, locum, tempus, & motum, ſine quibus res nulla fit. Sin autem id, quod verè cauſſa eſt & à quo pendent omnia quæ concurrunt ad effectum ex materia conficiendum, vnam tantùm efficientem ponendam fuiſſe. Nam & formam ab efficiente conferri, & finem nihil eſſe aliud quàm ipſum propoſitum agentis, denique exemplar eſſe quoddam inſtrumentum, quo agens vtitur, quemadmodum & lima, aut ſcalpro.* Quam eandem ſententiam

Seneca contra Ariſtotelē & Platonem argumentum.

tiam videtur ſequi Cicero in Topicis ad Trebatium, cùm tractat locum efficientium. Nam etſi duo cauſarũ genera conſtituit, alterum tamen vocat earum, ſine quibus res non ſit (in quibus numerat materiam, tempus, locum & ſimilia) alterum verò efficientium. Quin etiam Socrates apud Platonẽ, in eo dialogo, qui de Pulchro, vel Hippias maior inſcribitur perſuadet Hippiæ, cauſſam & efficiens idem eſſe.

QVARTO, quia ſi cauſſa eſt prior effectu, & à qua ipſe effectus pẽdet, ſuperioráque duo argumenta ratione aliqua diſſoluantur, vt plura cauſſarũ genera, quàm vnum eſſe fateamur, tria tantũ videbuntur conſtituenda, finis, efficiens, & materia. Hæc enim ſola præcedunt effectũ, effectusque ipſe ab his dũtaxat pendet. Nã forma eſt illud ipſum, quod incipit eſſe, ac proinde eſt idem, quod effectus ipſe. Nihil enim noui producitur in materia, niſi forma, nec quicquã producitur naturaliter, niſi ſuppoſita materia, vnde & Ariſtoteles quaſi ab ipſa veritate coactus non ſemel videtur docere, formã eſſe totã rei quidditatẽ. Quòd ſi forma eſt tota quidditas rei, quo pacto cauſſa illius fuerit, niſi quis abſurdiſſimè concedat, idem eſſe cauſſam ſui? nec verò dubiũ eſſe debet de fine, nũ præcedat effectum. Semper enim finis effectum præcedit, ſi nõ ille cuius obtinendi gratia efficiens agit, certè ille, in cuius gratiã agit, præcedit enim propoſito ſolo, & intentione agentis, ſed vera & & reali exiſtentia, cùm ſemper agens in gratiam ſui agat, aut in gratiam ſuperioris agentis, quo pacto peruerſi homines propter ſe tantum, vt propter finem vltimum, probi autem, propter Deum operãtur. Atque in hac ſententia videntur fuiſſe veteres Naturales, qui ſolùm principium, ac cauſſam materialem creduntur poſuiſſe: neque enim videtur negaſſe efficientem, aut finalem, propter quam agens agit, præſertim cùm perſpicuè motum cognouerint, quo planè videbant res à rebus moueri, nec id temerè, ſed alicuius boni gratia. Quin etiam eorũ nonnulli ſummam cauſſam efficientem eſſe dixerunt, aut vnam vt Anaxogoras Mentem, aut plures, vt Empedocles concordiam, & diſcordiam, quanquam plus operæ in cauſſa materiali ponebant, quòd præcipuè cauſſas internas, & ſubſtantiales rerum quærerent.

Ad ſolum Metaphyſicum ſpectare tractationem de cauſſis.

SECTIO II.

IN hac quæſtione illud primum occurrit diſcutiendum, ſit ne proprium primi Philoſophi de cauſſis agere. Nec enim id videtur aſſerendum.

Argumentũ primum pro parte negatiua. PRIMVM, quia omnes artifices, qui ex cauſſis rem demõſtrant, de cauſſis agant neceſſe eſt, ne ignorẽt quæ ad demõſtrandum aſſumunt.

2\. DEINDE, quia Dialecticus docere non poteſt, quo pacto ex cauſſis res demonſtranda ſit niſi cauſſas diſtinctè, & accuratè cognoſcat, alioqui haud rectè examinabit omnium demonſtrationum genera.

3\. *Solum Phyſicum videri inueniſſe omnia cauſſarũ genera.* POSTREMO, quia agere de cauſſis potius videtur eſſe proprium munus Philoſophi naturalis: ipſe enim ſolus inuenit materiam ex mutatione, in qua totus verſatur, ipſe ex operatione inueſtigauit formam quæ eſt mutationis terminus, ac proinde reperit finem: ipſe notauit efficientem

efficientem cauſſam quæ à fine mouetur, quod animaduerteret materiam à ſe ipſa mutari non poſſe. Nec verò quamlibet efficientem inuenit, ſed primam etiam, quæ omnis materię expers eſt, quam vocauit primum motorem. Atque hæc omnia præſtare potuit habitu Phyſico, præſertim cùm ex intentione primi motoris, aliarúmque ſubſtantiarum materiæ expertium, viam primæ Philoſophiæ aperuerit. Accedit, quòd omnis cauſſa in ſua ratione includit motum mutationémve, aut certè actionem, quæ ſola ratione à motu diſtinguitur, quemadmodum & paſsio. Nam de materia nihil videtur dubij, ac proinde nec de forma, cuius natura per materiam declaratur. Efficiens verò definitur eſſe id, vnde motus oritur, &, principium mutationis in alio, vt aliud eſt, quod patebit lib. 5. Finis denique eſt id, cuius gratia cætera fiunt, Quo fit, vt cùm ſolus Phyſicus in motu, mutationéque verſetur, ad eum ſolum pertineat tractatio de cauſsis. Præterea, cùm Metaphyſica non agat de rebus quæ materiam includunt, neque item de formis, quæ dant eſſe rebus, ſed de formis per ſe ſubſiſtentibus, quæ non cauſſæ formales rerum, ſed efficientes, & finales, res autem Phyſico ſubiectæ omnia cauſſarum genera ſibi vendicent, cur non potiùs ad Phyſicum, quàm ad Metaphyſicum cauſſarum tractatio pertinebit? Denique vel ex eo id perſpicuum videtur, quod Ariſtot. lib. 5. in quo accuratiùs de cauſsis agit, nihil aliud ſcribit, quàm quod tradiderat in Phyſicis, tranſlatio inde de verbo penè ad verbum integro capite 3. lib. 2. in quo de cauſsis egerat, vt non ex officio primi Philoſophi ea ſcripſiſſe, ſed à Phyſico mutuatus fuiſſe videri poſsit. *Cap. 2. à tex. 2. à tex. 27.*

DICENDVM eſt tamen, proprium re vera eſſe Metaphyſici, de cauſsis, vt cauſſæ ſunt, agere, neque id ad alium artificem ſpectare. Primùm quia cauſſa, & effectus ſunt primæ, & adæquatæ differẽtiæ entis, de primis autem eiuſmodi differentiis nõ dubium eſt, quin ſolus Metaphyſicus agere poſsit, trãſcendit enim hoc genus diuiſionum entis ſubiecta omnia cæterarum ſcientiarum. Deinde, quia cauſſa, vt cauſſa eſt, nõ includit in ſua ratione vllã materiam, ſiue ſenſibilẽ, quæ cernitur in rebus naturalibus, ſiue intelligibilẽ, quæ in Mathematicis: vt paulò pòſt patebit. Poſtremò, quia ſi qua eſſet cauſſa, quæ à primo Philoſopho tractari non poſſet, maximè eſſet materia, at materiam à Metaphyſico cognoſcendam eſſe neceſſariò vel ex eo patet, quia alioqui non poſſet ille ſubiectum naturali Philoſopho tradere, eiúſque regionem, vt ſic dicam, ab aliarum regionibus diſtinguere, quod tamen, vt primus artifex facere debet, nec item cognoſceret potentiam paſsiuam, vt paſsiua eſt, cùm potentia ſit analogum quippiam, cuius primũ, potiſsimúmque ſignificatum, & quod cæteræ paſsiuæ potentiæ participant, eſt pura potentia, ſiue (quod idem eſt) materia prima, quæ omnia oſtendimus ad cap. 2. huius libri. Dixi *de cauſſis, vt cauſſæ ſunt,* quia de cauſsis, vt ſunt coniunctæ cum motu, aut ſub alia ſpeciali ratione pertinente ad ſubiectum alicuius particularis ſcientiæ, non dubium eſt, quin eadem ipſa particularis ſcientia agere poſsit, ac debeat. Atque hæc eſt communis Philoſophorum ſententia. Tametſi propter quædam argumenta, quibus oppoſitum ſuadebatur, non deſint, qui à tractatione

Concluſio affirmatiua probatur.

1. Ex primis differentiis entis.

2. Ex ipſa ratione cauſſæ.

3. A minori.

Q. 1. ſect. 2.

Explicatur concluſio.

tractatione primi Philoſophi parum conſideratè reiiciant materiam primam, vt eſt prima materia, non autem, vt eſt pura potentia, quaſi aliud ſit pura potentia, aliud materia prima: alij verò non minùs hallucinantur credentes tractationẽ de cauſſis, vt cauſſæ ſunt, ſimpliciter quidem ad Phyſicum ſpectare, ad Metaphyſicum verò quodammodo.

Quo pacto particulares artifices de cauſſis agant.

AD primum igitur argumentum pro parte oppoſita adductum dicendum eſt, artifices, qui ex cauſſis demonſtrant, de iis tantùm cauſſis agere, quæ pertinent ad ea rerum genera, in quibus peculiari ratione verſantur, non de cauſſis in commune.

Quo pacto Dialecticus.

AD ſecundum dicendum, agere quidem Dialecticum de cauſſis in commune, deque omnibus cauſſarum generibus, verum eas non ab illo tractari, quatenus cauſſæ ſunt eſſendi, ſed quatenus ſunt ad demonſtrandum idoneæ, neque item earum genera à Dialectico conſtitui, ſed à primo Philoſopho conſtituta accipi, & in Dialectica arte ſupponi: atque hac cognitione mutuò accepta examinari à Dialectico demonſtrationes, tametſi ad eam rem non ſatis eſt cognitio cauſſarum, vt cauſſæ ſunt, niſi etiam à particularibus artificibus particularium cauſſarum cognitionem petat.

Quo pacto Phyſicus.

AD tertium dicendum eſt, conſiderare quidem Phyſicum omnia cauſſarum genera, eaque omnia habitu Phyſico, & inuenire, & tractactare potuiſſe, cùm res Phyſicæ omnia cauſſarum genera ſibi vendicent: non tamen ad eum pertinere de iis cauſſis ſine conſideratione motus agere, interim hoc pacto cauſſæ explicari debeát ab eo artifice, qui de cauſsis, vt cauſſæ ſunt, tractationem inſtituit, vna excepta materia, quæ Phyſico, & Metaphyſico communis eſt. Quapropter falſum eſt, quod additur, omnes cauſſas includere in ſua ratione mutationẽ, Ariſtotelémve ita exiſtimaſſe. Dantur enim cauſæ rerum materiæ expertium, ad quarum rationem nulla mutatio pertinet. Quamquam verò Ariſtotel. vix vnquam, niſi per motum, & mutationem cauſſas explicat, quòd maxima ex parte loquatur de cauſsis rerum naturalium, quæ nobis ſunt familiares, ex iis tamen definitionibus eliciendas vult, & abſtrahendas eas, quæ mutationem non includunt. Quod facillimum eſt, ſubſtituto nomine actionis in locum motus, & mutationis, ſumptáque actione in commune, prout omnes operationes complectitur. Iam illud, quòd res Phyſicæ plures cauſſas ſibi vendicant, quàm Metaphyſicæ, nihil eſt ad rem. Metaphyſicus enim cùm ſit primus artifex, & communis omnium ſcientiarum, vt ita dicã, Architectus, non tantum de cauſsis rerum materiæ expertium, ſed omnium omnino rerum, quoad eius dignitas, & officium permittit, agere debet.

De his lib. 12.

Cur Ariſtoteles ſoleat cauſſas per motum definire.

Cur ea quæ in Phyſicis, de cauſſis dixerat, ad verbum penè in hoc opere repetat.

DENIQVE parum refert, quòd Ariſtotel. ex Phyſicis ad verbum deſumpſerit caput illud libri quinti, in quo de cauſſis agit. Id enim duabus de cauſsis videtur feciſſe. vna, quia nondum planè, & perſpicuè à rebus naturalibus ad diuinas tranſitum fecerat, hoc enim differebat in librum duodecimum: altera, quia nullo penè negotio ex cognitione cauſſarum, quæ cum motu coniunctæ ſunt, cognitio cauſſarum in commune colligi poteſt, vt dictum eſt.

Quid

Digitized by Google

Quid cauſſa, & qua ratione ſpectetur cum Philoſophi agunt de cauſſis, vt cauſſæ ſunt.

SECTIO III.

Vt videre licet in enarrationibus tertij c. 2. lib. Phy. & ſecundi c. l. 5. huius operis.

Nomen cauſſa analogum.

PROXIMVM eſt, vt diſquiramus, quid ſit cauſſa, ſi tamen facilè id explicari poteſt, cùm cauſſæ nomen ſit analogũ vt philoſophis placet, nec vna omnino ratione definiri queat. Et quidem quid cauſſa ſit, nec ab Ariſt. vſquam, nec ab alio Græcorum (quod ſciam) in commune expoſitum eſt. Circumferri autem ſolet ex libro de cauſſis hæc cauſſæ definitio. *Cauſſa eſt id, ad quod aliud ſequitur.* Vel, vt alij referunt, *Id, ad cuius eſſe aliud ſequitur.* Quanquam verò vtraque definitio idem valet, neutra tamen in libro citato legitur, aut ſatis videtur rem declarare. Siue enim verbo, *ſequitur*, intelligatur neceſſaria cõſecutio vt vox ipſa ſonat, ſiue neceſſaria cõnexio rerum: effectis etiam cõueniet definitio, atque eò veriùs, quòd ex quolibet effectu, abſque adiectione vlla ſequantur cauſſæ omnes à quibus ille pendet, nec tamen ex qualibet cauſſa ſequatur effectus, niſi adiunctis cęteris cauſſis, & applicatis, ac remotis iis quæ impedire poſſunt.

Cauſſa quid.

Cõmunis cauſſa definitio excutitur.

ACCEDIT, quòd effectus cauſſæ finalis, qui eſt actio, aut medium ad finem deſtinatum, non ſequitur eſſe reale finis, quod ſimpliciter verbo, *eſſendi*, intelligitur, ſed eſſe conceptum, ſiue intentionale, vt vocant, quod eſt eſſe ſecundum quid.

SI tamen in verbo, *ſequitur*, intelligamus naturalem depẽdentiam, & eſſe ſumatur, vt commune eſt eſſe reali, & intentionali, rectè habebit definitio. Quidquid enim tale eſt, vt ab eius eſſe, ſiue reali, ſiue intentionali aliquid aliud ſuapte natura pendeat, cauſſa illius eſt: etiam ſi eo poſito non continuo illud ſequatur, ſed poſitis cæteris omnibus, à quibus pendet, & ſublatis impedimentis.

Cauſſa quid.

LICET igitur cauſſam hunc in modum clariùs deſcribere. *Cauſſa eſt id à quo aliquid per ſe pẽdet.* Cùm dicitur, *à quo aliquid pendet*, ſatis declaratur, aliud eſſe cauſſam, aliud effectũ. Id enim, quod ab aliquo pendet, neceſſe eſt vt ſit diuerſæ numero eſſentiæ ab eo, à quo pendet: quo pacto nulla res ad ſe ipſam affecta eſſe poteſt. Hinc fit, vt nec Pater in diuinis ſit cauſſa filij, nec Pater & Filius cauſſę Spiritus ſancti. quia omnium diuinarũ perſonarũ vna, & eadem eſt numero eſſe nati. Vnde intelliges, cùm D. Aug. in lib. 83. q. ſcribit, *Deũ ſua ſempiterna ſapiẽtia cauſſam eſſe ſempiternam*, nomẽ cauſſę pro principio more Gręcorũ vſurpari. Addita eſt particula, *per ſe*, vt reiiciãtur cauſſę per accidẽs, cuius generis eſt priuatio, quæ nõ niſi ratione materiæ, cui accidit, poteſt dici cauſſa rerũ naturaliũ: itemq; ea omnia, quę vocãtur cauſſæ ſine quibus nõ, vt locus, & tẽpus, quia non ſunt re vera cauſſæ, ſed alia ratione ad rẽ efficiendã neceſſaria. Ab his enim etſi aliquo modo effecta pendent, per ſe tamen, ac directè non pendẽt. Atque hoc ipſum videntur communiter cõcipere, quicũque cõmunẽ cauſſæ notionẽ animo informãt. Eſt tamẽ definitio hæc analoga, etiã ratione vltimi verbi. Neq; enim res eodem modo pẽdent à ſuis cauſſis, ſed diſcrepãtibus admodũ, ac primo diuerſis, & à quib⁹ vna, & eadẽ omnino ratio depẽdendi abſtrahi nõ poteſt.

Quaſt. 16.

Pater cur filij cauſſa in diuinis non ſit: nec Pater & Filius Spiritus ſancti. Explicatur locus Auguſt.

Priuationum cauſſa.

Definitionem earum analogam eſſe.

POSSET quoque cauſſa deſcribi eſſe *id, propter quod res eſt*, quemadmodum Ariſtoteles innuit primo Phyſic. cap. 7. cùm numerũ cauſarum colligit. Sed quia verbum *propter quod*, ſeu, quo interrogatiuè dicitur *propter quid* ſi in tota latitudine ſuæ ſignificationis ſumatur obſcurum eſt, ſi autem accipiatur, vt primo aſpectu ſumẽdum videtur, ſolam finalem cauſſam deſignat; mittenda nunc eſt ea deſcriptio. Illud tamen animaduertendum eſt, tribus modis poſſe cauſſam accipi. Vno, pro re, quæ denominatur cauſſa, omnino tamen abſolutè accepta, vt pro ſole, aut homine. Altero, relatiuè, hoc eſt, quatenus ſignificat relationem ad effectum; quo pacto eſt ſimul natura cum effectu. Tertio, quatenus ab ea pendet effectus, qui modus medius eſt inter duos traditos: atque hoc pacto non dubium eſt, quin cauſſa ſit prior effectu. Hæc cùm ita ſint, non deſcribitur hoc loco cauſſa primo modo, nec item ſecundo, ſed tertio. Primo enim non comparatur cauſſa cum effectu, vt patet. Secundo comparatur quidem, ſed vt ſimul natura cum illo, quemadmodum cætera relatiua cum ſuis correlatiuis. Ac tertio & comparatur cum effectu & ſumitur, vt eſt prior natura effectu, quę eſt propria cauſſæ conſideratio, & de qua præcipua eſt cura apud Philoſophos. Ita patet, quid ſit cauſſa, & quo pacto apud Philoſophos ſumatur, cùm de cauſſis agunt. Quę conſideratio præcipuum fundamentum eſt eius diſputationis, quæ à nobis libro quinto de rationibus cauſſandi, ſiue cauſalitatibus, vt vocant, inſtituenda eſt.

A text. 61.

Tribus modis accipitur cauſſa.

Quomodo hic accipiatur.

Quatuor eſſe cauſſarum genera, non plura, paucioráve.

SECTIO IIII.

IAM quatuor eſſe cauſſarum genera, non plura, nec pauciora; nec verò alia, quàm quæ ab Ariſt. traduntur: his argumentis probari poteſt.

Probatur cauſarũ eſſe quatuor genera 1. Ex eo quod pleraque effecta indigeant his omnibus cauſſis & nulla pluribus.

PRIMVM, quia pleraque effecta indigent his omnibus, & nulla indigent pluribus. Nam quòd omnis effectus indigeat efficiente cauſſa, per ſe notum eſt, aut facillimè ex eo probatur, quia nihil poteſt eſſe effectus ſui, cauſſa verò efficiens, niſi caſu, & fortuitò agat gratia alicuius boni agit. Omnis igitur effectus, qui non temere fit duabus cauſſis externis per ſe, indiget efficiente, ac finali. Iam ſic effectus omnis aut fit ex nihilo, aut ex aliquo: ſi ex nihilo, euenire poteſt, vt nulla interna cauſſa indigeat, erit enim forſitan res ſimplex, cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & vt nonnulli volunt corpora cœleſtia: ſi ex aliquo; cùm illud non ſit tota res, quæ fit (alioqui fieret ex ſe ipſa) neceſſe eſt vt fiat ex aliquo antè exiſtente addito alio, quo compleatur, & abſoluatur, id autem quod antè exiſtit, & recipit aliud ad complementum effectus, dicitur materia, id verò, quod illi ad complementum, & abſolutionem rei adiungitur, vocatur forma: igitur ſi fiat ex aliquo, præter duas iam dictas cauſſas externas, duabus quoque internis per ſe indigebit, materia, & forma. Cùm igitur nullus ſit effectus, qui pluribus cauſſis indigeat (quæ enim propoſitæ ſunt effectum omnem abſoluunt) iis autem, quæ non temere ex aliquo fiunt, omnibus

bus his cauſſis opus ſit: planè intelligitur, cauſarum genera nec plura, nec pauciora ponenda eſſe.

DEINDE, id ipſum concluditur hac ratione. Quò res ſint compoſitiores: eò pluribus cauſſis indigent (compoſitis enim rebus neceſſariæ ſunt cauſſæ, internæ quibus ſimplices non egent) res autem naturales, præſertim quæ gignuntur, & intereunt, ſunt omnium maximè compoſitæ, igitur non plura erunt genera cauſſarum, quàm quæ in illis cernuntur, atqui res naturales, quæ gignuntur, & intereunt, non indigent niſi materia, ex qua fiant, forma, per quam perficiantur, agente, à quo forma inducatur, & fine quo agens ad agendum alliciatur, ſeu cuius gratia operetur, non ſunt igitur plura cauſarum genera, quàm quatuor tradita. Atque hac de cauſſa videtur Ariſtot. non ad alias res quàm ad naturales attendiſſe in colligendis omnibus cauſarum generibus. nouerat enim, ex his quaſi compoſitioribus, & quæ ex pluribus pendent, plures cauſſas quàm ex cæteris colligi poſſe. 2.

Ex ijs cauſſis, quæ in rebus naturalibus reperiuntur.

Cur Ariſt. ex ſolis rebus naturalibus cauſarum genera collegerit.

IDEM quoque licet oſtendere ex definitionibus materiæ, formæ, efficientis, & finis, adhibitis argumentis iis, quibus Ariſtot. ad eandem concluſionem probandam vtitur. Quod enim hæc quatuor ſint verè, ac propriè cauſſæ, ex deſcriptione cauſſæ, expenſis ſingularum definitionibus perſpicuum erit. Materia enim definitur eſſe *primum ſubiectum ex quo aliquid ita fit, vt non per accidens inſit,* quod habes 1. phyſ. cap. 9. Si ergo materia, non per accidens concurrit ad effectum, luce clarius eſt effectum pendere per ſe à materia, atque ideo materiam eſſe veram eius cauſſam. Forma deinde, eodem auctore 5. lib. huius operis cap. 2. & 2. Ph. c. 3. atque aliis pleriſque locis, definitur *eſſe ratio quidditatis, hoc eſt, id à quo primo res habet ſpeciem, & quidditatem, & ab alijs diſtinctionem.* Quis autem non videat pendere per ſe rem ab eo, à quo primo habet ſpeciem, & diſtinctionem? Efficiens porrò eiſdem locis definitur eſſe, *id vnde eſt primum mutationis principium, ſeu,* vt generaliùs loquamur, *actionis*, hoc eſt, *id à quo primo actio oritur.* Si igitur ab agente primùm oritur actio, non dubium eſt, quin ab eo per ſe pẽdeat effectus: ſublata enim prima actionis origine, ne intelligi quidem poteſt, quomodo aliquid fiat per ſe. Denique finis paſſim dicitur *id eſſe, cuius gratia aliquid fit.* Si ergo id, quod fit, non temerè fiat, conſtat illud per ſe pendere à fine. nihil enim eſt aliud non temerè fieri quàm fieri alicuius gratia. Ita patet, materiam, formam, efficiens, & finem verè, ac propriè cauſſas eſſe.

Ex definitionibus ſingulorum generum. Materia quid.

Textus 82.

Froma.

5. Metaphyſ. text. 2. & 2. Phy. text. 26.

Efficiens.

Vt 2. Phy. c. 3. text. 29. & 2. de Anima c. 4. à text. 305. & lib. 1. Met. c. 3. & lib. 5 c. 2. text. 2. text. 68 text. 50.

Cur non plura cauſſarum genera. Duæ Ariſtotelis rationes.

Quod autem cauſſarum genera non ſint plura, duobus argumentis probat Ariſtot. Vno in phyſicis lib. ſecundo cap. 7. altero, extremis penè verbis huius libri. Priori loco. Quia ea ſola quæruntur, cum quęſtio Propter quid proponitur. Aut enim quæritur materia, vt ſi quis petat propter quid mixta diſſoluantur: is enim ſatisfacit, qui reſpondet. Quia conſtant quatuor elementis, quæ ſunt mixtorum materiæ. Aut quæritur forma, vt ſi quis roget, propter quid homo ſit propenſus ad ſcientiam: is enim aptè reddit cauſſam, qui reſpondet. Quia eſt præditus animo rationis participe. Aut quæritur efficiens, vt ſi quis interroget, propter quid ex aquoſis locis eleuentur vapores.

Digitized by Google

eius enim rei cauſſa eſt vis ſolis, & aſtrorum. Aut demũ quæritur finis, vt ſi quis petat, propter quid ſol modo ad auſtrum declinet, modo ad Boream, hæc enim viciſſitudo ea de cauſſa conſtituta eſt, vt temperetur annus ex hyeme, & æſtate, vere, & autumno. Cùm igitur quæſtio propter quid aliam cauſſam nullam quærat, conſequens eſt, vt hæc tantùm cauſſarum genera ponenda ſint.

Collectio omnium generũ ex ſingulis.

POSTERIORI autem loco, idem ex eo probat Ariſt. quòd nemo Philoſophorum, ſeu veterum, ſeu recentiorum, ſummo etiam ſtudio in quærendis cauſſis poſito, aliud præterea cauſſæ genus inuenit. Quod argumentum non leuis eſt momenti in philoſophia, præſertim cùm ea, quæ quæruntur, ſunt communia, & quorum cognitio ex rebus paſſim occurrentibus elici poſſit, cuiuſmodi ſunt ipſa cauſſarum genera: etſi pleræque particulares cauſſæ poſſunt omnibus eſſe ignotæ, vt eſt, multorum ſententia, cauſſa marini fluxus, & refluxus.

POTEST denique idem cauſſarum numerus colligi ex vnoquoque genere earum. Si enim ponamus dari materiam, cùm illa ex ſeſe moueri nequeat, oportebit dari agens aliquod, à quo moueatur, & formam, quæ per motum inducatur; & finem, cuius gratia agens ad agendum innitetur. Eodem modo ſi ponamus dari formam, vel etiam ſolum motum, qui ex inchoata forma planè colligetur & materia, in qua ſit forma, & efficiens, à quo illa inducatur, & finis, cuius gratia efficiens alliciatur ad eam inducendam. Quod idem ex cæteris facile eſt colligere. Hanc autem rationem inueſtigandi cauſſas fuiſſe apud Veteres, ipſe Ariſt. teſtatur c. 3. huius libri, quo loco ſcribit, *illos ex inuentione materiæ progreſſos fuiſſe ad inueſtigationem efficientis.* Atque hæc ſatis erũt, ad cauſſarum numerum colligẽdum. Nec vllus eſt grauium Philoſophorum, ſi rectè eorum ſententiæ expendantur, qui plura cauſſarum genera eſſe credat, vt ex ſolutione argumentorum patebit.

Solutio argumentorum, quibus oſtendi videbatur, plura eſſe cauſſarum genera, quàm quatuor.

SECTIO V.

Conferuntur inter ſe principiũ, & cauſſa.
Text. 3.

AD PRIMVM igitur eorum, quibus plura cauſſarũ genera oſtendi videbantur, dicẽdum eſt, latiùs patere principium, quàm cauſſam. Priuatio enim numeratur in principiis rerum naturalium, nec tamen eſt earum cauſſa. De qua re initio libri quinti. Quod autẽ Ariſt. lib. 4. c. 2. *ait, principium & cauſſam reciprocari inter ſeſe*, de cauſſa non propriè tantùm, ſed communiter etiam dicta, vt ſæpe vulgò accipi ſolet, intelligendum eſt, quo etiam pacto loquitur de cauſſa lib. 12. ca. 2. *cùm priuationem non ſolùm principium, ſed etiam cauſſam appellat.* Quòd ſi quis ſolutionem ex eo reprehendat, quòd Ariſtoteles initio libri quinti, vbi propriè loquitur de principiis, planè dicat tot modis dici cauſſas, quot principia; occurrendum eſt, neceſſariò id intelligendum eſſe negatiuè, quaſi dicat, non pluribus dici cauſſam, quàm principium: alioqui inepta eſſet ratio, quæ iis verbis concluditur, vt eodem loco patebit.

Text. 2.
Obiectio.
Text. 1.
Dilutio.

A II

Ad ſecundum dicendum, cùm cauſſa diuiditur in quatuor vulgata genera, non accipi nomen cauſſæ in tota latitudine ſuæ ſignificationis, ſed pro cauſſa principali, & quæ digna eſt, cui effectus tribuatur. Cæteræ enim potiùs concauſſæ, quàm cauſſæ videtur dicendæ, etſi eis cõueniat tradita cauſſæ definitio. Ita fit, vt mirũ non ſit, ſi inſtrumentis conueniat definitio cauſſæ tanquàm iis, à quibus effectiuè, ac per ſe pendet effectus, nec tamen eiſdem conueniat definitio cauſſæ efficientis ab Ariſtot. tradita, qua ſolius principalis efficientis natura declaratur. Reuocantur tamen inſtrumenta ad cauſſam efficientem principalem, quia illi ad agendum ſubſeruiunt.

Cauſſa quo pacto in diuiſione cauſſarum accipiatur.

2. lib. Phy. c. 3. text. 29.

Ad quod genus cauſſæ reuocentur inſtrumenta.

Ad tertium dicat fortaſſe aliquis, cauſſam exemplarem non eſſe veram, & per ſe cauſſam, ſed per accidẽs: tum quia accidit effectui, vt fiat ad imitationem exemplaris, vt patet in picturis, & ſculpturis, quæ aliarum imitatione fiunt, cùm aliàs fieri poſsint inuentione, tum etiam, quia in rebus naturalibus non datur cauſſa exemplaris, cùm interim dictum ſit à nobis, omnia cauſſarum genera in naturalibus reperiri. Reiicienda tamen prorſus eſt huiuſmodi reſponſio. Omnis enim effectus, qui fit à cauſſa agente per intellectum, pendet per ſe ab aliquo exemplari. Nec refert, quòd accidat picturæ, ſculpturæ, aliiſque rebus artefactis, vt ſint imitationes aliorum artefactorum. Artefacta enim, quæ opifices extrinſecùs imitantur, non ſunt verè, & ſuapte natura exemplaria, vt rectè probatum eſt, *ſed ipſe communis, vniuerſaliſq́, conceptus rei faciẽdæ per artem: non tamen quatenus illam repræſentat, ſed quatenus ſubit vicem naturæ communis obiectæ, quo pacto eſt imitabilis ab artifice.* In hac enim imitabilitate, vt ſic dicam, ratio exemplaris conſiſtit. Poſſent quoque naturalia ipſa, quatenus concipiuntur vt imitabilia ab arte noſtra, ſuo modo dici exemplaria artificialium. Ars enim noſtra per ſe, ac ſuapte propenſione imitatur naturam. Nec dubium eſt, quin natura eminenter contineat, quicquid arte noſtra effici poteſt, cùm & mens noſtra, cui rerum artificialium effectio tribuitur, forma naturalis ſit, & nihil arte humana fiat, niſi cum actiua naturalia, vt dici ſolet, applicantur paſsiuis. Non ſine cauſſa autem addidimus verbum, *noſtra,* cum diximus, artem imitari naturam. Nam ſi de arte diuina ſit ſermo, potius natura imitatur artem. Cùm autem diximus, omnia cauſſarum genera in rebus naturalibus reperiri, non ita id intelleximus, quaſi crederemus, omnes cauſſarum ſpecies in eo rerum genere ſpectari: ſed tantum omnia cauſſarum genera modóſve cauſſandi generales: fatemur autem cauſſam exemplarem pertinere ad aliquod ex quatuor vulgaribus generibus, ad finalem ſcilicet, efficientem, formalem, aut materialem: quæ genera omnia reperiuntur in rebus naturalibus. Quanquam cum naturalia omnia reducantur ad artem diuinam, nihil erit incommodi, ſi dicamus, dari etiam cauſſas exemplares in naturalibus, ſeu potius naturalium, à quibus cauſsis magis pendent per ſe res naturales, quàm à naturalibus artificialès. Itaque non eſt cur negemus, cauſſam exemplarem eſſe veram, ac per ſe cauſſam.

Exemplar eſſe verã cauſſam.

Exemplaria quid propriè ſint.

De hac re li. 5. & 7.

Diſcrimẽ inter noſtrã artem, & diuinam.

Quo pacto cauſſæ omnes in rebus naturalibus reperiantur.

Exemplarem cauſſam non eſſe reuocandam ad finalem.

Ervnt igitur fortaſſe qui dicant, cauſſam exemplarem reuocari ad finalem, quod agens per intellectum ad eam reſpiciens ope-

Digitized by Google

retur, hoc eſt, illam agendo nitatur aſſequi. Verùm id dici non poteſt. Primum, quia omnis finis iſto modo erit exemplar, veluti externa forma domus, & vſus etiam illius, quod falſum eſt. Deinde, quia agens per intellectum nõ nititur actione ſua aſſequi exemplar ipſum, ſed abſequi ſimilitudinem exemplaris. Poſtremò, quia ratio exemplaris conſiſtit in imitatione paſſiua, ſeu imitabilitate, ratio autem finis non item. *Alex. libr. 5. com. 3. id videtur ſentire.*

d. 2. q. 2. d. 36. a. 1. SCOT. in primum ſentent. d. 2. & 36. exiſtimat cauſſam exemplarem reduci ad efficientem, quem hac in re non pauci ſequuntur. Eorum ratio eſt, quia quod præſtat forma naturalis agentibus naturalibus id præſtat forma intellectualis (quam vocamus exemplar, ſiue ideam) agentibus per intellectum. Vtraque enim eſt ratio agendi ipſi agenti, vtraque determinat actionem ad ſpeciem certi effectus, & vtriuſque ratione agens aſſimilat ſibi id, quod patitur, atque vniuocum ſibi effectum producit, vt Ariſt. luculenter docet lib. 7. cap. 9. Cùm igitur forma naturalis, vt eſt in agente, & ad effectum agentis concurrit, reducatur ad cauſſam efficientem naturalem (nec enim eſt id, quod principaliter efficit, ſed ratio efficiendi) ſequitur planè exemplar reduci ad cauſſam efficientem per intellectum. Quod idem dicunt Ariſtotelem innuiſſe 2. Phyſ. lib. cap. 3. & 5. huius operis cap. 2. cùm docuit *ſecundum cauſſarum genus eſſe formam, atque exemplar.* ſignificauit enim, vt inquiunt, id ipſum, quod eſt forma reſpectu agentis, eſſe principium efficiendi reſpectu effectus agentis, naturale quidem, ſi ſit forma naturalis; intelligibile autem, ſi ſit exemplar. *Scoti de cauſſa exemplari opinio.* *Text. 28.* *Text. 2.*

Stoicorum de eadē re opinio. ALIA ratione reuocant Stoici exemplar ad cauſſam efficientē. Dicunt enim cauſſam efficientē perinde vti exemplari, atque alio quouis inſtrumento, vt ſuprà ex Seneca Stoico retulimus. Itaque cēſent exemplar non reuocari ad agens, vt formã agētis, ſed vt illius inſtrumentum. *Sect. 1.*

Impugnatur vtraque opinio. NEVTRA tamen ſententia placet. Credimus enim exemplar, quatenus exemplar eſt, non reuocari ad efficientem. Id quod ex his licet oſtendere. Primùm, quia exemplar quatenus exemplar eſt, non habet quicquam efficientiæ in effectum, ſed conſiſtit in quadam imitatione paſſiua, neque concurrit ad actionem vt influens, ſed vt extrinſecus, quodámodo terminans: forma autem agentis, & inſtrumenta, quibus efficiens ad agendum vtitur, aliquid efficientiæ, & influxus habent in effectum: forma quidem, quia potentiæ, quibus agens ad agendum vtitur, ab illa fluunt, & illius virtute agunt, inſtrumenta verò, quia mota mouent, actionémque ipſam agentis exequuntur. Deinde, quia cùm artifex agit reſpiciens ad exemplar, principium, quo agit, eſt ars ipſa, inſtrumenta vero ſunt, quæ ab agente mouentur, & ad agendum applicantur: at exemplar neque eſt ars ipſa, ſed primarium eius obiectum quod ab arte ſupponitur, quemadmodum & finis artis, neque ab agente mouetur, ſed potiùs illud quodammodo mouet, non tamen, vt appetibile, quo pacto mouet finis, ſed vt imitabile, quæ eſt diuerſa mouendi ratio. Poſtremò, quia Plato qui primus exemplarem cauſſam videtur inueniſſe, eam vocauit *Ideam, formam, & ſpeciem*: Ariſtoteles vero perſpicuè illam in genere cauſſæ formalis poſuit, vt patet ex locis proximè citatis. Neque vllam vim habet reſponſio illa, Iccirco *Diſcrimen inter artem, inſtrumenta, & exemplar.* *Quid Plato & Ariſtoteles de exemplari exiſti-*

Digitized by Google

eo exemplaris nomen adiectum fuiſſe ab Ariſtotele, vt exponeret, formam, quatenus eſt in agente, eſſe exmplar rei, quæ generatur. Eodem enim modo dicere potuiſſet *Alio modo, forma, atque finis.* forma enim, vt eſt in eo, quod generatur, eſt finis generãtis, quo fit, vt potiùs dicendũ ſit, Ariſtotelem, & formã realem nomine formæ, & intelligibilem, ſiue obiectiuã nomine exẽplaris in genere cauſſæ formalis cõplexũ fuiſſe. *marint. Dilutio reſponſionis.* *Soluitur Scotiſtarum ratio.*

Ad rationem igitur eorum, qui Scotum ſequuntur, ex eis, quæ dicta ſunt, reſpondendum eſt, exemplar non eſſe principium efficiendi, quaſi ab eo, vt tale eſt, influxus oriatur, ſed eſſe id, ad quod agens agendo reſpicit, nec verò effectiuè determinare actionem ad ſpeciem, aut aſſimilare patiens agenti, ſed imitatione paſſiua, ſiue vt imitabile. Vnde etiam patet, quàm inanis ſit Stoicorum ratio. Non enim agens vtitur inſtrumento, niſi illud moueat, eique vim aliquam agendi communicet, aut ſaltem per illud vim propriam agendi exerceat. *Stoicorũ argumentũ diſſoluitur. Aliorum ſententia.*

Svnt denique, qui etſi exemplar in cauſsis formalibus numerant, non directò tamen, ſed reductitiè ad hoc cauſſæ genus pertinere putent, quemadmodum & inſtrumentum ad genus cauſſæ efficientis, id duabus potiſsimum rationibus ſibi perſuadent: Vna, quia exemplar non per ſe ipſum dat eſſe, ſed per formam inductam ab agente: altera quia non dat eſſe intrinſecus, ſed extrinſecus.

Idem D. Tho. 5. Metaph. ſect. 2. & Caiet. p. 1. q. 44. art. 3.

Crediderim tamen, exemplar (ſi tamen non per accidens, ſed per ſe ſit exemplar, directò potiùs ad genus cauſſæ formalis, quàm reductitiè pertinere. Primùm, quia eſt vna ex cauſsis principalibus, quæ ad effectum concurrunt. Nec enim dat eſſe ratione alicuius prioris formæ. Quin, ſi forma informans ſiue realis, & exemplaris inter ſe cõferantur, & altera ad alteram reducenda ſit, tanquam ſecundaria ad principalem, non dubium eſt, quin realem ad exemplarem reducere oporteat. Re tamen vera, neutra ad alteram reuocanda eſt, quia rationes cauſſandi vtriuſque ſunt inter ſe diuerſæ niſi eo pacto velis realem formam ad exemplarem reducere, quo inferiora genera cauſſarum reuocantur ad ſuperiora, vt materia ad formam, & forma, atque efficiens ad finem, qui cauſſarum omnium quodammodo eſt cauſſa. Deinde, quia omnes quotquot Philoſophi, ac Theologi de veris ideis loquuntur, aſſerunt, ideas eſſe principales formas, & quarum imitatione formæ reales inducantur in materiam: exemplaria verò, quæ per ſe, & ſuapte natura talia ſunt, nihil aliud ſunt, quàm veræ ideæ, tametſi non tales, quales Plato exiſtimabat. Poſtremò, quia ratio quidditatis, quæ eſt definitio formalis cauſſæ, nòn modò formam realem, atque informantem, ſed etiam intelligibilem, ſiue exemplarem complectitur. Eſt enim Idea *principalis quædam, ac prototypa ratio eſſentia rei, cuius eſt idea*: forma verò informans ideo dicitur ratio quidditatis, quia additione ſui ad materiam abſoluit, ac complet quidditatem rei & in cauſſa eſt, vt illa ad certam ſpeciem pertineat. Atque hanc ob rem videtur Ariſt. dixiſſe, *forma, atque exemplar*, vt duo cauſſarum genera ſpecialia ſub formali cauſſa directò comprehenderet. Alioqui inſtrumenta etiã cum efficiente principali coniungenda erant, quod non fecit. *Autoris ſententia. Exemplar nõ reductitiè, ſed directo ad cauſſam formalem pertinere.* *Ideas eſſe principales formas.* *Ratio quidditatis quid.*

Nec rationes pro parte oppoſita quicquam efficiunt. Prior enim falſum *Soluuntur*

rationes ſuperioris opinionis.

falſum illud aſſumit,exemplar non dare eſſe per ſeſe, ſed per formam inductam ab agente. Dat enim eſſe per ſe ipſum in ſuo genere, id eſt vt exemplar. Vnde naſcitur,vt etiam det eſſe per formam inductam ab agente, tanquam per ſui participatam ſimilitudinem. Alioqui efficiẽs non ageret per ſe,quia agit per inſtrumenta.

Quarũ cauſſarum rationes poſſint cõuenire Deo.

POSTERIOR autem nihil concludit, niſi velis efficientem cauſſam,& finalẽ non eſſe principales:quia cauſſant extrinſecus, quod dici non poſſe,vel ex eo patet,quia Deus eſt finis efficiens & exemplar rerum omnium,nec tamẽ poteſt eſſe formalis intrinſeca , aut materialis, eo quòd ratio cauſandi extrinſecus nullã ex genere ſuo habet imperfectionem adiunctam,à qua tamen cauſſæ internæ exolui nõ poſſunt, cum neceſſariò ſint partes entis per ſe,ac proinde in completa entia.

AD argumentum igitur principale,cuius ſoluendi cauſſa hæc omnia præmiſimus,dicendum eſt, nihil illud concludere contra ea, quæ dicta ſunt.Si enim nititur oſtendere , non eſſe exemplar cauſſam formalem internam,rectè quidem id probat , ſed tamen non probat,non eſſe formalem. Si verò contendit , non eſſe omnino cauſſam formalem,vitioſè ſumit definitionem formæ internæ ad id concludendum, cùm [illegible]menda eſſet definitio formæ in commune,quæ externam quoque complecteretur,qualis eſt ratio quidditatis,vt diximus.

Obiectio.

QVOD ſi quis vrgeat,cum exemplaris cauſſa ſit directò, & non reductitiè,cauſſa formalis,adhuc effici ex dictis,quinque eſſe cauſſarum genera,finalem,efficientem,exemplarem, formalem internam,& materialem:

Dilutio.

Occurrendum eſt,ſi genera cauſſarum ſumantur in commune non eſſe niſi quatuor, cùm exemplaris,& formalis interna,ſub formali contineantur.Si verò ſumantur in ſpecie,non mirum eſſe , ſi plures tradi poſſint.Nam & finis diuiditur in finem cuius, & cui , tanquã in diuerſas ſpecies finium.Et cauſſa efficiens in efficientem ex aliquo, & ex nihilo,vt in diuerſas efficientium ſpecies.Eodem modo ait Ariſt. in Topicis, *quatuor eſſe prædicata dialectica* , quæ tamen ſi in ſpecie ſumantur,plura eſſe inuenientur.

Lib.1.cap.3.

Conciliantur dicta Plat. & Ariſtotel. de cauſſa exemplari.

Vnde colliges nihil diſſidij eſſe hac in re inter Platonem & Ariſtot.quòd Plato cauſſam exemplarem quoddam per ſe cauſſæ genus fecerit. Nec verò quicquam pugnare cum iis,quæ dicta ſunt , Henricum Gandauenſem ex veteribus Scholaſticis egregium auctorem,qui quolib.9.ſcribit : quinque eſſe cauſſarum genera adiuncto exemplari:ſed potius ea ratione fauere , quatenus facit exemplar principale quoddam genus , neque illud ad cauſſam efficientem,aut ad formalem internam reuocat.

Quæſt.1.

Solutio argumentorum quibus oſtendi videbatur , nullum ex traditis cauſſarum generibus eſſe veram cauſſam:aut certè pauciora eſſe quàm quatuor vulgata.

SECTIO VI.

Materia ideo cauſſa , quia pura potentia.

AD PRIMVM verò argumentum eorum , quæ aut nullum ex traditis generibus cauſſarum , aut certè pauciora in veris , ac per ſe cauſsis eſſe contendebant , dicendum eſt : quod quidem ad materiam attinet , tantùm abeſſe , vt ei officiat

ciat purę potentiæ ratio: quo minus cauſſa eſſe poſſit, vt potiùs alia ratione interna rei cauſſa eſſe nequeat, vt poſtea oſtendemus: tametſi non eſt negandum, habere eam propriũ eſſe actuale exiſtentiæ. Quod verò attinet ad formam, dicimus proprium munus formæ, vt cauſſa eſt, in eo poſitum eſſe vt det eſſe eſſentiæ ipſi compoſito, quod certè eſſe ab eo non accipit: quanquam ne eſſe quidem exiſtentiæ accipit forma à compoſito, ſed vel ab efficiente ſolo, ſi non educatur de potentia materiæ, vel ab efficiente, & materia, ſi de eius potentia educatur. Quod autem dicitur, cauſſam efficientem non adhiberi in demonſtrationibus, in quibus effectorum proprietates demonſtrantur: idque ex eo accidere, quòd proprietates effectorum non profluant ex cauſis efficientibus, ſed ex naturis ſubiectorum: etſi probat cauſſam efficientem non eſſe cauſſam internam: non tamẽ oſtendit non eſſe cauſſam. Nam quia cauſſæ internæ ſatis ſunt ad demonſtrandas rerum proprietates, ideò fit, vt externæ non aſſumantur: tametſi verum non eſt, nunquam adhiberi externas, ſed rariùs adhiberi. Quin etiam perfectiores ſunt demonſtrationes, in quibus adhibentur omnes, vt ſi homo demonſtretur habere intellectum, quia conditus eſt à Deo ex animo, & corpore, vt bene, beatéque viuat. Denique falſum eſt, id, quod in rerum natura non eſt, non eſſe veram cauſſam. Cauſſa enim, quæ concurrit ad effectum vt deſiderata, ex ipſo ſuo cauſandi genere non requirit realem exiſtentiam: imò verò in pleriſque requirit non exiſtentiam, vt in ſanitate recuperanda, quæ concurrit ad curationem: vt deſiderata, & expetita. Si enim iam exiſteret, non adhiberetur corpori curatio. Nec verò Ariſt. ait, finem eſſe oppoſitum principio abſolutè, ſed principio, vnde motus oritur, quod eſt cauſſa efficiens, cui finis dicitur oppoſitus, non oppoſitione repugnantiæ, ſub relationis à quo, & ad quod.

Cur rariùs fiat demõſtratio per cauſſam efficientem?

Perfecta demonſtratio.

AD ſecundum dicendum eſt, ſi verba *propter quid* latè ſumantur, nullum ex quatuor generibus cauſſarum traditis à vera ratione cauſſæ eſſe excludendum, neque id negari in Phædone: ſi verò ſumatur preſsè, ac propriè, pro eo, quod eſt, cuius gratia, (hæc enim eſt propria illorum verborum ſignificatio) non dubium eſſe, quin ſolus finis dicendus ſit cauſſa: atque hoc voluiſſe Platonem in loco citato.

AD tertium dicendum, eſt, ſi cauſſa ſumatur, vt refertur ad effectum ſpectato effectu iuxta nominis originem, quæ etymologia dicitur: cùm effectus dicatur ab efficiente, non dubium eſſe, quin ſolùm efficiens dicendum ſit cauſſa, vt probatum eſt: At effectus non ſemper ea ratione ſpectatur, quemadmodum, nec lapis ſemper cõſideratur, quaſi lædens pedem, vnde lapidis nomen fortaſſe ducitur, ſed raro, & apud Grammaticos, qui verborum etymologias perſequuntur: Cùm ergo Stoici ſolum efficiẽs cauſſam appellauerunt, forſitan cauſſam ſpectarunt, vt refertur ad effectum, iuxta originem vocabuli conſideratum: cætera enim, quæ cauſſæ dici ſolẽt, non efficiũt rẽ, ſed ad eam efficiendã ſunt neceſſaria. Aut potius dicito, illos id ſolũ cenſuiſſe dignũ cauſę nomine, vnde actio primùm oritur, quaſi cauſæ nomen idem apud eos valeat atque auctoris, quod certè in alia cauſarũ genera conuenit.

A ſolo efficiẽte dictum eſſe effectum.

Cur Stoici ſolum efficiens cauſſam appellauerunt.

SENECA tamen, & Cicero, qui ea in re Stoicorum ſententiam ſequutus eſt, quædam non recte adiiciunt, quale eſt illud. *Cætera quæ dicuntur cauſſæ, pendere ab efficiente*, quod falſum eſt in pleriſque finibus & exemplaribus. Et illud, *Nihil aliud eſſe finem, quàm propoſitum agentis*. niſi ab eis propoſitum ſumatur pro re, quam ſibi agens proponit. Et illud, *Exemplar eſſe inſtrumentum:* Et illud, *Materiam non magis cauſſam eſſe quàm tempus, locum & cætera, ſine quibus res non fit.*

Reprehēduntur dicta quadam Senecæ, & Ciceronis de cauſſis.

AD quartum dicendum, Platonem quidem in Timæo ea ſola cenſuiſſe digna nomine cauſſæ, quæ tempore præcedunt effectū aut præcedere poſſunt: atque idcirco ſola tria cauſarum genera eo loco enumeraſſe, efficientem, exemplarem, & materialem: Satis tamen eſt, ſi præcedant natura, effectúſque ipſe ab eis per ſe pendeat, quo pacto compoſitum pendet à forma informante, tanquam à digniori cauſſa interna. Neque verò forma fit propriè, ſed compoſitum ex materia, & forma. Nam etſi forma cum ipſo compoſito incipit eſſe: id tamen ſolum propriè fieri dicitur naturaliter, cuius altera pars exiſtebat, altera vi agentis adiecta eſt, vt habes libro ſeptimo huius operis cap. 8. *Text. 26.*

Cur Plato in Timæo, nec formā informantem, nec finē numerauerit in cauſſis.

NEC vero Ariſt. cùm docere videtur, formam eſſe totam rei quidditatem, aliud quicquam videtur ſignificare, quàm quod ſpecies, quæ ſæpe appellatur forma, ſit totum id, quod definitione explicatur; aut, formam, ex qua res naturalis conſtituitur, eſſe id, ex cuius perfectione deſumuntur omnia prædicata, quæ in definitione continentur, ſeu (quod eodem redit) ex quo omnis perfectio rei prouenit. Sed quo tandem pacto Ariſt. eo loco ſit intelligendus, in eius libri explicatione *Ad cap. 10.* diligentiùs expendetur. Opinio autem illa veterum Naturalium, qui præter efficientem, & finalem (quas tanquam externas parum videntur curaſſe) ſolùm materialem poſuerunt, ſententia eſt balbutientium adhuc Philoſophorum, & quaſi in tenebris attrectantium: tametſi, nec illi prorſus negarunt cauſam formalem, ſed formalem ſubſtantialem. Videbant enim planè res moueri, & alias formas accidentarias abiicere, alias acquirere, per quas tandem adulta iam Philoſophia, magíſque rerum perita ſubſtantiales formæ à poſteriori cognitæ ſunt. De quibus quidem, ſint ne in rerum natura, an non, primúmque de materia prima ſtabilienda, de qua non minor eſt quæſtio, hoc loco nobis diſputandum eſt.

Ariſtotelis ſententia de forma.

Veteres non omnino cauſſam formalē negaſſe.

SIT NE REVERA IN REBVS naturalibus materia prima.

QVÆST. II.

Qua ratione nulla ſit difficultas in aſſerenda materia prima.

SECTIO I.

Ordo ſeruandus in diſputatione de materia, & formæ inuentione.

MATERIÆ primæ ac formæ ſubſtantialis inuentio, quæ in tota Philoſophia permagni momenti eſt, & in qua philoſophi plurimum deſudarunt, cōmodiùs à nobis expedietur, ſi primùm de materia prima, quatenus ea facilè inueniri potuit;

Digitized by Google

potuit; deinde de formæ ſubſtantialis inuentione diſſeramus; poſtremò inuenta forma ſubſtantiali, ex ea colligamus, cuius naturæ ſit materia prima, quatenus capax eſt formæ ſubſtantialis. Sunt enim hæc adeo connexa inter ſeſe, vt perfecta inuentio primæ materiæ, ſine inuentione formæ ſubſtantialis omnino abſolui nequeat.

Duplex materia prima cõſideratur.

MATERIA prima duobus modis ſpectari poteſt. Vno ſub communi nomine materiæ primæ, qua definitur eſſe *Subiectum non factum ex alio & ex quo fiant cætera*, qua vſus eſt Ariſt. primo Phyſ. libro cap. vltimo. *Text.82.* Altero, ſecundum propriam & peculiarem rationem, hoc eſt, comparatione ſubſtantialis formæ: Eodem modo dicere ſolemus vltimum finem, ſiue fœlicitatem poſſe conſiderari, vel ſub communi, imperfectáque explicatione vltimi finis, vt ſi dicatur *eſſe ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*, quo pacto à Boëtio in libris de conſolatione Philoſophica definitur; aut ſecundum peculiarem rationem eius *Lib.3 proſa 2.* vitæ, in qua ea bonorum aggregatio cernitur. Quemadmodum igitur vltimus finis in commune facilè percipitur, ab omnibúſque expeti oſtenditur, & tamen adeo difficile eſt oſtendere, quibus in rebus conſiſtat, vt nulla in quæſtione fortaſſe maior fuerit apud Philoſophos controuerſia; ita cùm nullo negotio intelligere omnes poſſint, quid ſit materia prima iuxta vulgarem illam materiæ primæ rationem, nec difficile ſit, eam ſic ſpectatam in rerum natura eſſe oſtendere, tamen percipere omnino ad quod genus formarum ipſa primùm referatur, quæque tandem ſit eius eſſentia, adeo difficile cognitu fuit, vt vix tandem à Platone, & Ariſtot. poſt tot, tantorúmque Philoſophorum ſtudia explicatum ſit.

Difficile eſſe materiæ primæ eſſentiam percipere.

Oſtẽditur dari materiã primã ex motu. 1.

ESSE igitur materiam primam in rerum natura, his ferme rationibus oſtendi ſolet, Primùm, quia motus ſenſu ipſo per ſe notus eſt, motus autẽ omnis à cõtrario in cõtrarium fieri cernitur, quorum alterum paulatim introducitur, alterũ expellitur: cùm igitur contrarium, quod introducitur, in eo, quod expellitur, recipi nõ poſſit, tum quia ſibi mutuo repugnant, tum etiam quia in fine motus, contrarium quod expellebatur, ſæpe omnino eſſe deſiit, dandum neceſſariò eſt in quouis motu commune aliquod ſubiectum vtriuſque cõtrarij, quod paulatim al- *2. Ex ipſo agente & patiẽte.* terum abiiciat, alterũ accipiat: quod ſubiectum materiam appellamus.

DEINDE, quia motus & omnino omnis mutatio actio quædam, eſt, & vel ſenſu cognoſcitur, ab agente aliquo proficiſci, & in certo aliquo patiente recipi, neque enim quoduis in quoduis agere aptum eſt, vt eſt etiam experientia compertum; at agens nititur efficere patiens ſibi ſimile, vt cernimus in actione, qua ignis agit in lignum; ergo datur in omni patiente res aliqua ſubiecta, quæ ante actionem ſit diſſimilis agenti, in fine autem ſimilis per inductam ab eo ſui ſimilitudinem, quam eandem materiam vocamus.

Ab incõmodis compluribus.

TERTIO quia ex nihilo nihil fit naturaliter: oportet igitur fieri ex *3. Ex eo, quia ex nihilo nihil fit naturaliter. 4.* aliquo ante exiſtente, ex quo id quod fit conſtet, quemadmodum accidit in iis, quæ conficiuntur arte: illud autem non poteſt eſſe forma: eſt igitur id cui forma adiungitur, & in quod introducitur, quod dicimus materiam. Poſtremò, quia vel id, à quo forma eius, quod antè

erat, expellebatur, & eius quod eſſe incipit, inducebatur, permanſit idem in fine actionis, aut periit:at non periit, tum quia periiſſet quoque forma introducta, fruſtráque agens egiſſet; tum etiam quia iam totus effectus eſſe incepiſſet, & non ex aliquo factus, quod eſt contra hypotheſim; tum denique quia aut agens naturale ex nihilo produceret ea, quæ naturaliter fiunt, aut ea in fine actionis à ſeipſis, aut à ſolo Deo per creationem eſſe inciperent, agentiáque ipſa naturalia ſolam vim corrumpendi, imo verò annihilandi haberent, aut certè ſuperuacanea eſſent, quæ omnia ſunt abſurdiſſima: datur igitur commune ſubiectum, quod abiecta priori forma permaneat ſub poſteriori: quod ſubiectum vocamus materiam.

Prædictas rationes, ſi in ſe ſpectětur, non ſatis eſſe ad inſtitutum probandum.

VERVM hæ rationes, ſi nihil aliud addatur, non oſtendunt dari materiam primam, etiam ſub communi illo conceptu ſubiecti, quod non ex alio ſubiecto factum ſit: quod tamen probandum erat, quodque rudis illa priſcorum Philoſophia, vt rem parum difficilem cognitu, facilè aſſecuta eſt. Minus quoque inſtitutum probant argumenta ea, quæ à nonnullis adhibentur ex ratione motus, & omnino accidentis, nempè, Quia neceſſe ſit vt motui, cùm ſit actus rei mobilis, & cuilibet accidenti ſubiectum aliquod ſubſit. Hæc enim, & ſimilia, quāquam rectè probant, dari in omni motu, omnique prorſus actione ſubiectum aliquod, non tamen oſtendunt dari ſubiectum, quod ex alio priori factum non ſit.

Quo pacto à quibuſdā probatio cōplebatur.

SVNT, qui hoc pacto probationem complendam exiſtiment. Datur neceſſario ſubiectum aliquod in omni actione, aut igitur illud eſt factum ex alio, & illud ex alio, & ita deinceps in infinitum, aut deueniendum eſt ad primum, quod ex alio non ſit factum, non eſt autem progrediendum in infinitum: igitur in omni actione datur primum aliquod ſubiectum, quod non ſit factum ex alio & ex conſequenti prima aliqua materia. Quod autem non ſit progrediendum in infinitum in ſubiectis, quorum alia ex aliis facta ſint, probant ex formis, quę non ſunt infinitæ in eadem materia.

Refutatio. *Text. 5.*

SED hoc complementum probationis non placet. Primum, quia Ariſt. lib. ſeq. c. 2. cùm oſtendit non dari in eadem re materias infinitas, quarum aliæ ex aliis genitæ ſint, ſupponit dari materiam primam, & ea poſita oſtendit non dari infinitas procedendo ad alias atque alias ſecundas: quæ ſunt ſecundaria ſubiecta, vnde fit vt manifeſtius eſſe putauerit dari primam materiam, quàm vt impugnatione infinitarum probandū eſſe exiſtimaret. Deinde, quia in oſtendenda etiā eodem loco finitione formarum naturaliū, eadem hypotheſi, primæ materiæ vtitur, ex qua re efficitur, vt notius quoque eſſe exiſtimauerit, dari aliquam primam materiam, quàm non dari formarum infinitionem.

Vera inſtituti cōfirmatio ex mutua rerum tranſmutatione.

ALIA igitur ratione cōplenda eſt probatio quàm ex finitione vel materiarum, vel formarum; nempè ex mutua tranſmutatione rerum omnium, quæ in hoc inferiori mundo continentur, quam Veteres nonnulli putabant ad celeſtia etiam corpora extendi. Nam ſi omnia mutuò ex ſe inuicem, ſaltem mediatè, generantur (quod partim experientia compertum eſt, partim ex contrarietate qualitatum ratione

colligitur vt inferius contra Empedoclem patebit) datur haud dubiè commune aliquod ſubiectum omnium tranſmutationum, ſiue mutationum, quibus aliquid ex alio fiat: alioqui non quodlibet mediatè, aut immediatè gigneretur ex quolibet. At ſi datur cõmune aliquod ſubiectum omnium tranſmutationum, illud ipſum non poteſt eſſe factum ex alio ſubiecto, iam enim non ſubiiceretur omnibus tranſmutationibus, igitur, ſi in omni tranſmutatione datur commune aliquod ſubiectum, & omnia apud nos mutuo tranſmutantur, neceſſariò efficitur, dandum eſſe primum aliquod ſubiectum non factum ex alio, & ex conſequenti materiam aliquam primam ſecundum communem illam materiæ primæ rationem, ex qua gignantur omnia, ſiue ea ſit ens omnino potentiale, nihilque perfectionis ex ſe habens, vt Plato, & Ariſtoteles cenſuerunt, ſiue actuale, & modo aliquo ex ſe perfectum, vt crediderunt veteres Naturales, quorum iam opiniones à nobis breuiter recenſendæ & impugnandæ ſunt, initio facto ab iis, qui vnum tantùm ſubſtantiale principium, aut potius nullum poſuerunt.

Quid ſenſerint de prima materia ij qui vnum tantùm ſubſtantiale principium, aut nullum poſuerunt.

SECTIO II.

Vulgus terrã rerum omniũ materiam aſſerere.

AC vulgus quidem vt Ariſt. ait paulò poſt principiũ huius capitis, exiſtimat, *terram eſſe omnium primam materiam primum, quia putat omnia, quæ gignũtur, & intereũt, ex ea effici, tandemque in eãdem reſolui. Item quia in medio locata ſit, quaſi omnium commune elementum. Tum etiam, quia viuentia omnia quocumq; in elemento degant, alat, ac foueat. Vnde & Alma mater vocatur:* Denique, quia ex ſe ſe videatur ſtabilitatẽ habere, cũ cætera moueantur, vnde & Veſtam vocatã eſſe quidã ſcribit, quaſi vi ſua ſtantẽ. *Stat*, inquit, *vt terra ſua vi ſtãdo Veſta vocatur.* Hæc poſteriora ſunt apud Arnobium lib. 3. contra Gentes: *Terram*, inquit, *quidam è nobis, quòd cũctis ſufficiat animantibus victum Matrem eſſe dixerunt magnam: eandem hanc alij, quod ſalutarium ſeminum frugem gerat: Cererem eſſe pronunciant: nonnulli autem Veſtam, quod in Mundo ſtet ſola cæteris eius partibus mobilitate in perpetua conſtitutis.* Philoſophi tamen longè aliter ſentiunt. Nullus enim eorum, qui vnum tantùm rerum naturalium materiale principium poſuerunt, cenſuit terram eſſe primam omnium materiam, vt ait Ariſtoteles in loco citato: in quam ſententiam omnes venerũt propter nimiam terræ compactionem, & denſitatem, aliáſque huiuſmodi qualitates, ob quas illa inepta eſt, vt figuras, ac formas omnes facilè induat. Nec refert, quod Heſiodus ſcripſit, *terram eſſe primum omnium materiale principium:* id enim non alia ratione videtur feciſſe, niſi vt tanquam Poëta ad communem vulgi ſenſum ſe accomdaret.

Ouidius 6. Faſtorum. infra medium librj.

Aliter ſentire omnes Philoſophos.

Text. 14.

In Theogonia.

Lege Arnob. hoc lib. cap. 3. Auguſt. 8. de ciuit. Dei cap. 2. Euſeb. 14.

PRIMA igitur Philoſophorum opinio de materia prima fuit Thaletis Mileſij, qui primus auctor, & quaſi parens habetur naturalis Philoſophiæ, & Simplicij ſententia in primum Phyſ. librum omnibus veteribus Phyſicis, antecelluit. Is poſuit, aquam eſſe materiam,

Thales Mileſius primus auctor naturalis Philoſophia aquam principiũ materiale primus aſſeruit.

 ex

ex qua omnia primum fierent, quam ſententiam Orpheum, Muſæum & alios eius ætatis Poëtas, ac Theologos carminibus adumbraſſe, cùm Oceanum, & Thetin parentes omnium rerum fecerunt, ſtygiamque paludem primam eſſe, atque antiquiſſimam cecinerunt, nonnulli autumant, tametſi alij volunt, Oceani, & Thetidis nominibus ſignificari apud eos rerum omnium inſtabilitatem. Et quanquam Socrates apud Platonem in Theæteto hoc pacto intelligit Homerum idem dicẽtem, Plutarchus tamen primo de placitis Philoſophorum ait illum ſententiæ Thaletis auctorem fuiſſe.

de præpar. Euang. cap. 5. Clementium. Alex. 1. libr. Stro. Laer. 2. lib. in Thalete & Cicer. in Lucullo, & alijs locis. Cap. 3.

Cur aquã fecerit cõmune rerum principium.

QVID verò Thaletem impulerit, vt eam ſententiam ſiue approbaret, ſiue primus induceret, non ſatis conſtat. Forſitan id fecit, quia aqua facillimè omnium videatur ſeſe quibuſuis formis, ac figuris accipiendis accommodare, quod proprium munus videtur eſſe primæ materiæ. Quocirca vt terra quamlibet figuram facile induat, aqua ei miſceri ſolet. Acceſſerunt fortaſſe argumenta illa, quæ Ariſtoteles commemorat cap. 3. Quòd terra priſcorum Poëtarum teſtimonio ſuper aquam, exiſtat. Quòd omnium alimentũ ſit humidum, Quòd calidum ipſum ex humido alatur, Quod animalia humido viuãt, arẽte ſenecta intereant, denique, Quòd ſemina humidæ naturæ ſint omnia.

Nõ rectè quoſdam opinionẽ Thaletis interpretari.

Non deſunt porrò, qui Thaletem dicant ſignificaſſe nomine aquæ ipſam veræ materiæ primæ naturam, admonitum fortaſſe loco illo ſacrorum librorum, in quo ſcriptum eſt, *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, hoc eſt, quaſi incubabat primæ materiæ, vt ex ea varias rerũ formas educeret, quam eandem materiã dicunt veneratos eſſe quondam Ægyptios colendo Serapidis ſimulachro, quod apud eos aquã repræſentabat. Parum tamen id, aut nihil probabilitatis habet. Primùm, quia Thales, & qui eum ſequuti ſunt, non vtebantur ænigmatis, vt Pythagorici, ſed propriis verbis, & apertis. Deinde, quia plerique Thaletis ſucceſſores in ea ſententia ei repugnarunt, damnãtes, quod valde ſenſibilem poſuiſſet primam materiam, quod tamen non feciſſent, ſi apud illum puram quandam potentiam nomine aquæ ſignificari intellexiſſent. Poſtremo, quia, etſi Thales diu in Ægypto philoſophatus eſt, vnde potuit aliquam diuinarum literarum cognitionẽ accipere, multáque ex Ægyptiorum philoſophia intelligere, tamen aquarum nomine initio ſacrorum librorum non intelligitur pura potentia materiæ, ſed vulgata elementa, quod in res alias tranſmutari poſſint, quẽadmodum nec Ægyptij, naturam primæ materiæ ſub effigie Serapidis colebant, ſed aquam ipſam propter beneficium inundationis Nili, quo eorum regio irrigatur.

Gen. 1.

Anaximenẽ, aerem rerum materiã ſtatuiſſe. idẽ ſenſiſſe Diogenẽ Apolloniatẽ.

ANaximenes autem Mileſius, quem [a] initio huius operis diximus tertium fuiſſe à Thalete in familia Ionica, altero ſe veluti gradu attollens à terra, fecit aërem primam omnium materiam, quem etiam dixit eſſe infinitum. Eandem ſententiam ſecutus eſt Diogenes Apolloniates huius diſcipulus. Nam etſi Nicolaus Damaſcenus teſte Simplicio in primum Phyſ. ſcribit illum non aërem, ſed medium quid inter aërem, & ignem poſuiſſe, ipſe tamen Simplicius teſtatur ſe legiſſe eius commentarium De natura, in quo diſertis verbis aërem

a Cap. 4. Pro opinione Anaximenis lege Ari. hoc li. c. 3. Laer. li. 2 in Anaximene, Aug. Euſ. & Cic. locis citatis Plutarq. Primo de pla.

citis Philoſophorum cap. 3. In Diogene Plut. c. 3. Auguſt. cap. 2. Ita Laer. l. 2. in Archileo rem primam materiam conſtituit, quemadmodum Ariſtoteles refert cap. 3. & Laertius lib. nono. Plutarchus quoque primo de placitis Philoſophorum, & Augu. 8. de ciuit. Dei in eadem ſententia dicunt fuiſſe Socratis præceptorem Archelaum, qui Phyſici cognomine appellatus eſt, vel quia primus Phyſicam Athenas inuexit, vel quia vltimus eorum, qui ante Socratem extiterunt, naturalem coluit Philoſophiam, Socrate deinde moralem introducente, tametſi Simplicius Archelaũ Anaxagoræ ſectatorem fuiſſe aſſerit. *Archelaus cur Phyſicus dictus.*

a Vide Ariſt. Cle. Ale. Cic. locis citatis, Laer. lib. 9. in Heracl. Euſ. 14. de præp. Euang. cap. 1. & 5.

CAVSSÆ, quæ Anaximenẽ inducere potuerunt, vt aërem faceret primam materiam, hæ fortaſſe fuerunt. Primum, quòd aër longè faciliùs quàm aqua, omnibus ſe formis, & receptaculis accommodet. Deinde, quòd facillimè omnium recipiat externas impreſſiones, ſiue calidi, ſiue frigidi, ſiue odoris huius, aut illius &c. Tertiò, quia vita in calido, & humido poſita eſt, quæ ſimul in aëre cernuntur. Quartò quia præcipuum animalium nutrimentum aër videtur eſſe, & quo continenter plurima indigeant. Poſtremò, quia in ſeminibus ſpiritus dominantur, ſpiritus autem & aër mutuo cognomento dicuntur, vt Plutarchus ait, aut certè ſpiritus eſt aëris naturæ proximus. *Cauſſæ, quibus inductus fuerit Anaximenes.*

VErùm, [a] quia Hippaſus Metapontinus, & Heraclitus Epheſius, excelſi animi vir, & terrena omnia adeo contemnens, vt (quod [b] Laërtius ex Antiſthenes refert) regnum etiam fratri cõceſſerit, cùm animaduerterent ignem eſſe omnium tenuiſſimum, ac ſubtiliſſimum, illum potiùs, quàm quiduis aliud, materiale principium eſſe cenſuerunt: quos Ariſtot. ea ratione ſuperioribus prætulit ad initium huius capitis, quòd alij feciſſent materialia principia res craſſiores, & quæ minus aptæ eſſent, vt ex eis cætera omnia conſtarent, & in eas tandem reſoluerentur, quod eſt primi principij materialis proprium. Quorum ſententiam tribuit Stoicis Cotta Ciceronianus in tertio de Natura Deorum, & alij nonnulli. *Hippaſum & Heraclitum ignem rerum materiam feciſſe. Præferuntur cæteris.* *b Laer. l. 9. in Hera.* *Text. 13.*

POTVERVNT autem hi auctores ignis tenuitatem & ſubtilitatem eo argumento colligere, quòd aërem quoque ipſum penetret, & ſupremum ſemper appetat locum. Quocirca Plato in Timæo, & Ariſt. hoc cap. aſſerunt, ignem eſſe minimarum partium, atque ad penetrandum omnium aptiſſimum. Accedit, quòd ignis eſt fons caloris, vita autem in calido præcipuè cõſiſtit, vitaléſque functiones calore in primis indigent. Hinc colligebat Heraclitus, omnia tandem aliquando in ignem reſolutum iri, vnde, vt quidam volunt, aſſiduæ illius lachrymæ. Quanquam verius videtur, quod alij narrant, id ab eo fieri ſolitum, quod humana ſtudia deploraret. *Quibus rationibus adduci potuerunt.* *Text. 13.* *Heracliti lachrymæ.*

AT verò cum materia prima non videatur eſſe quicquam ſenſibile, ſed potius aliquid, quod in ſenſibilibus quaſi primum eorum fundamentum lateat: conſultius alij fore putauerunt, ſi ponerent medium aliquid inter vulgata elementa quod formarum omnium, quæ ab agentibus naturalibus inducuntur, commune ſubiectum eſſet, alij quiddam interiectum inter aquam, & aërem, cuius ſententiæ meminit Ariſtot. hoc capite. alij verò inter aërem, & ignem, quorum placitum refert primo Phyſ. cap. 4. Nemo enim poſuit medium *Sententia eorum, qui materiam fecerunt medium quid inter elementa.* *Text. 14. Text. 32.*

dium inter terram,& aquam,quòd terræ ſimilitudo, & cognatio non videantur congruere cum primo rerum omnium principio. Quinam illi fuerint,qui medium inter aquam, & aërem conſtituerint, quod quidem aqua eſſet ſubtilius,aëre verò craſſius,non conſtat:certè Anaximander Mileſius Thaletis & diſcipulus, & primus in ſchola ſucceſſor,medium poſuit inter aërem,& ignem,quod idem cenſuit eſſe infinitum, vt nunquam deeſſet materia,ex qua alia, atque alia entia perpetuò fierent. Atque hic primus inuexit nomen principij,vt teſtatur Simplicius,& caput Ionicæ familiæ apud Laërtium, & alios quoſdam habetur,ea fortaſſe de cauſſa,quòd Thales nihil de recōditiori Philoſophia,ſed pauca duntaxat de nautica Aſtrologia ſcriptum reliquerit.

Anaximander inter aerem & ignē.

Cur caput Ionica familia à quibuſdam habeatur.

In præfatione vitarum.

Cur materia credita ſit medium quid inter elementa.

Hi autem primum ea ratione ducti videntur, quia, vt dictum iam eſt, materia non videtur ponenda quicquam ſenſibile, ſed omnium ſenſibilium accidentium commune ſubiectum, cùm tamē quodlibet ex vulgatis elementis ſit peculiare quoddam ſenſibile. Deinde, quia commune ſubiectum transmutationis habere non debet certam aliquam contrarietatem ſibi connaturalem, ne diſſolui poſſit à contrario, atque ita non ſit primum ſubiectum, in quod reſoluantur omnia.Ita putabant ſatius eſſe ponere medium aliquid, quod ſenſu non perciperetur, & ab omni naturali contrarietate eſſet liberum,vt omnibus tranſmutationibus perpetuò ſubeſſet, quàm vllum ex notis, & vulgatis elemētis. Atque ſubodorati quidem ſunt hi meliùs,quàm ſuperiores, materiæ primæ naturam,& meritò laudantur ab Ariſtot. 1. Phyſ.c.6.eo nomine,quòd materiam primam non fecerint ſubiectum alicui contrarietati addictum, vt ij, quibus placuit,vnum ex notis elementis primam materiam conſtituere. Sect. 1. Tex.54.

Cur hi Philoſophi ab Ariſt. commendentur. Eorū ſententia refutatio.

1. Verum,ne hi quidem attigerunt veram materiæ primæ naturā. Primùm, quia materia prima, quidquid ea ſit, æquè indifferens ex ſe eſt ad omnes formas, quo fit vt non magis ponenda ſit media inter
2. aquā,& aërem quàm inter alia quælibet entia naturalia. Deinde, quia non in ordine entium naturalium, ſed extra collocanda eſt, ſeu po-
3. tiùs ad illa reducenda, cùm ſit eorum omnium commune fundamentum. Tertiò, quia vtrouis modo materia ponatur media, datur ea aliquid ſubtilius,vt pote, aut aër aut ignis, ſi dicatur media inter aquam,& aërem,aut ſaltem ignis,ſi locetur inter aërem, & ignem, at ſubtilius aliquid primo ſubiecto, ex quo cætera conſtent, dari nequaquam poteſt vt iis obiiciebatur, qui aquam, aut aërem primum
4. ſubiectum poſuerunt. Quartò,quia nullum tale medium eſſe, ſiue experimento,ſiue ratione oſtenditur. Quòd ſi vnum mediū fingatur,nec certis argumentis eſſe comprobetur,cur non æquè licebit fingere plu-
5. ra? At de iis iam erit quæſtio, quodnam eorum prima ſit materia. Poſtremò quia hi,quemadmodum & ſuperiores rarefactione,& condenſatione, vulgata elementa diſtinguebant. Putabant enim rarefacto medio illo ſuperiora elementa fieri, condenſato autem inferiora: hoc autem non eſt ſatis ad rerum eſſentias diſtinguendas, quia res eadem poteſt eſſe nunc rarior, nunc denſior. Nec certè illi occurrere poterant,tantam interdum (vti ſe res habet) rarefactionem aut condenſationem

Hactenus enumeratis quo pacto elementa diſtinxerint.

by Google

ſationem eſſe poſſe, vt iam eſſentia eadem ſubeſſe nequeat, cum aliam mutationem natura priorem non agnoſcerent, qua rei eſſentia mutaretur, nec aliam formam priorem quantitate, cuius ſola maiore, aut minore extenſione raritatem, & denſitatem metiebantur.

QVOD verò Anaximander addebat, medium huiuſmodi eſſe infinitum, ne generatio vnquam deficeret, nihil habet vel tenuiſſimæ probabilitatis. Nam ſi omni ex parte infinitum foret, omnia repleret, nec mundo huic noſtro locum relinqueret: aut certè ſi locum etiam hunc occuparet, ex eáque eius parte, quæ apud nos eſſet, viciſſim fierent omnia, quæ fieri cernuntur, ſuperuacaneum foret, quicquid eius extra hunc mundum exiſteret, quoniam hæc vna pars ſatis eſſet ad generationum perpetuitatem. Si vero non omnia occuparet, ſed tantum exempli cauſſa, Orientē verſus infinitè porrigeretur, atque ex ea quaſi maſſa decerperetur noua materia ad cuiuſque rei generationē, oporteret ſanè eam portionem ad nos trahi, & tantæ magnitudinis aliam annihilari apud nos, ne duo corpora eſſen tin eodem loco, quæ ridicula ſunt, & contra ſenſum, ac rationem, pręſertim cum perſpiciamus, materiā, quæ fuit in re corrupta, eandem ſuccedere in genita. Contra quam ſententiam diſputat Ariſt. lib. 3. Phyſi. cap. 5. [a] & primo de Cœlo cap. 5. [b] 6. & 7. & 1. de generatione cap. 3. [c] & lib. 2. cap. 10. [d] & 11. Sed contra totum hoc Phyloſophorum genus, qui vnum ex elemētis vulgatis, aut medium aliquid inter ea materiale principium rerum naturalium fecerunt, fusè diſputat Ariſtoteles, cum locis citatis, tum præcipuè poſteriori libro de generatione cap. 1. [e] 4. [f] & 5.

Contra Anaximandrum.

a à text. 34.
b à text. 33.
c à text. 16.
d à text. 56.
e à text. 8.
f à text. 24.

Sententia eorum, qui vnum potius eſſe omnia, quàm vno ſubſtantiali principio conſtare crediderunt.

SECTIO III.

HÆC cùm videantur conſideraſſe Xenophanes Colophonius eiuſque auditor Parmenides Eleates, & huius diſcipulus Meliſſus Samius (ſi rectè quidem Ariſtoteles eorū ſententiam refert) dicendum cenſuerunt, res omnes naturales, quæ putantur eſſe diuerſarum ſpecierū, eiuſdem eſſe rationis, & eſſentiæ. Nam ſi elementa non differunt, niſi raritate, & denſitate, aliiſque accidentibus, quæ iſta conſequuntur, mixta autē nihil aliud ſunt quàm variæ elemētorum coniunctiones, profectò res omnes naturales vnius, & eiuſdem rationis ſint neceſſe eſt. Si enim ita ſe res habet, nihil aliud ſub accidentibus reperiri poteſt, quàm vnum atque idem ſubiectum, quod modo his modo illis ſubſit, neque alia ratione differunt mixta ab elementis, quàm vt aqua tepida à frigida, & calida, ſi ex vtraque coacta ſit. Quoniam autem iidem non putabant accidentia in entib. eſſe numeranda, vt quæ per ſe ſe exiſtere non poſſunt, inde factū eſt, vt vnum tantum ens eſſe dicerent. Quidquid enim eſt præter ens, eſt non ens, pariq́ue ratione quidquid eſt præter vnum, eſt non vnum: quam rationem Parmenidi aſcribit Ariſtoteles ca. 5. Iam verò cùm indicarent, ens ipſum ex alio fieri non poſſe, ne ens ex non ente fieri cōcederent inge-

Xenophanis, Parmenidis, & Meliſſi ſententia.

Hoc lib. ca. 5. & 1. Phyſ. à t. 2. & tex. 13.

Quid de accidentibus ſēſerint.

nitū illud,& nullo modo factum eſſe cēſebant. Quin etiam cum accidentia, vt dictum eſt, in entibus non numerarent immobile omnino facere coacti ſunt. Id quod rectè efficiebatur, cum omni mutatione, acquiratur eſſe aliquod, aut amittatur. Addebant quoque ſemper fuiſſe, ac fore, quia vt id, quod eſt factum habet principium, ita quod non eſt factum, non habet principium, & pari ratione nec finem: tametſi hanc rationem, quæ Meliſſo aſcribitur, reprehēdit Ariſtoteles 1. Phyſ. cap. 2. & 3. atque alibi ſæpius, quod non innitatur aptæ alicui concludendi formulæ.

Text. 10. 22. & 25.

Qua in re diſſentiant Parmenides, & Meliſſus.

Ex Ariſt. 1. Phy. c. 6. text. 64.

Hoc tantum diſſentire videbatur à Parmenide Meliſſus, quod cum ille dixiſſet, ipſum ens eſſe finitum, Meliſſus infinitum aſſeruit: quamquam re vera nihil fuit diſſidij, ſi alter, vt plerique volunt, dixit eſſe finitum quaſi perfectum (hæc enim eſt vna eius verbi ſignificatio) alter infinitum, quaſi nullius differentiæ termino concluſum, quod erat neceſſe, ſi nullum diuidebat genus ſub quo alia ſpecies ſubſtantiæ comprætenderetur. Hinc Ariſtoteles videtur adductus cap. 5. vt diceret. Parmenidem ſpectaſſe in hoc diſcrimine conditionem formæ, cuius eſt finire, ac terminare: Meliſſum vero materiæ cui infinitio, & indeterminatio tribuitur.

Qua rerum principia conſtituerint.

Qvamqvam vero hi tres omnia entia vnum tantum eſſe dixerunt, conſulentes intellectum, qui ſolus poteſt diſcrimen inter eſſentias rerum cognoſcere, non negabant tamen eſſe plura iudicio ſenſuum. Vnde factum eſt, vt quemadmodum hoc pacto non negarunt diſtinctionem rerum, ita nec earum principia. Conſtituit enim Parmenides calidum, & frigidum, ſiue ignem, & terram, vt ait Ariſt. cap. 5. principia rerum naturalium quatenus ille ſenſibus iudicantur diſtinctæ, idque forſitam ea ratione, quod duo hæc ſint maximè ſenſibilia, quod idem de Xenophane & Meliſſo credere par eſt. Quæ ſi verè de his Philoſophis referuntur, ſatis conſtat, non putaſſe eos dari reuera principia interna rerum naturalium, ſed ſola ſenſuum æſtimatione.

Quo pacto à quibuſdā horū opinio intelligatur.

Vt Simplic. & Philop. primo Phyſic. in ca. 2. Plotinus Enneade 5. lib. 1. ca. 8. Beſſario 2. lib. cōtr. calumn. Plato. cap. vlt. ex Nicol. Dam. & Alexan.

** Initio libri.*

At dicunt plerique intellexiſſe hos tres nomine entis ſolum ens materiæ expers, quia id ſolum verè ſit, dixiſſe vero entia materialia non verè eſſe, quia omnia caduca eſſe putarent, potiuſque eſſe vmbras eorum, quæ ſunt, quàm res veras, ac ſolidas. Quod egregia ſimilitudine depingit Plat. 7. lib. de Republica.* Ac de Xenophane certū eſt vnum illud ens quod ſolum eſſe dicebat, Deum appellaſſe, vt ipſe quoque Ariſt. teſtatur cap. 5. Extant etiam Parmenidis carmina, quibus planè videtur diſtinguere ens mortale, ab immortali. Sic enim loquitur de immortali: *Entis enim non ſunt primordia primi*, Poſtea verò tranſiens ad mortalia ſic ſcribit. *Hactenus & veri mentem intemerataque verba, Nunc res mortales, carmen quoque ſumite fallax:* Quo loco ſubiicit, ignem, & terram, ſiue lumen, & tenebras eſſe principia rerum ſenſibilium quibus forſitan ſignificauit formam, & materiam. Atque hæc eadem placuiſſe Meliſſo, non putant eſſe parum probabile.

Merito ab Ariſt. ref.

Qvidqvid tamen ij ſenſerint, meritò Ariſtoteles ad ſe pertinere putauit, vt quæ ab eis dicta ſunt refelleret: etenim Xenophanes, vt Ariſtoteles refert eodem loco, apertè ſignificat nomine Vnius

totum

totum cœlum, id eſt, totam rerum vniuerſitatem, non eas tantùm, quæ ſunt materiæ expertes. Deinde res materiæ expertes non ſunt vnum tantum ens, ſed multa, at hi omnes dicunt vnum tantum eſſe ens. Quo fit, vt non ſit ſatis reducere quæſtionem ad res materiæ expertes, vt eorum ſententia vera eſſe comprobetur.

QVOD ſi intelligunt nomine entis ſolum ens independens, ac incommutabile, quod eſt ſolus Deus, rectè quidem dicũt vnum tantum eſſe ens: Etenim & in ſcripturis ſacris ſibi vendicat Deus nomen entis, quaſi proprium, cum ait, *Sic dices filiis Iſrael. Qui eſt, miſit me ad vos.* At non idem eſt aſſerere, vnum tantum eſſe ens, atque omnia, quæ ſub primi Philoſophi, ſapientiſque diſputationem cadunt (hoc enim pacto coguntur illi interpretari verbum omnia) eſſe vnũ ens tantum. Nam etſi rectè dicunt Theologi omnia eſſe in Deo, ſiue quia perfectiſſimè in eo continentur omnium perfectiones, ſiue quia omnia ſunt in eius poteſtate, omnia tamen eſſe ipſum Deum, nullo modo dici poteſt. Itaque ne abſurdius aliquid tanti viri dixiſſe credantur, Parmenides præſertim, cui Plato plurimum defert multis in locis,[a] ita eorum ſententiam interpretatur Ariſt. cap. 5. huius lib.[b] quaſi dicere velint, totam rerum vniuerſitatem (rerum inquam, per ſe exiſtentium quæ Ariſtoteles aliquando[c] vocat propriè entia) eſſe vnius, atque eiuſdem naturæ rationiſve, ſi earum eſſentia ſpectetur, non attributa ex accidentibus deſumpta, quæ ſunt varia & multiplicia. Et quamquam veteres Phyſici, quos hactenus retulimus, idem creduntur exiſtimaſſe, vt patet ex initio huius capitis, hoc tamen intereſt, quod illi, quia Phyſicè loquuti ſunt, ſenſibile, id eſſe, voluerunt, vel medium inter ſenſibilia: hi autem more Metaphyſico nihil ſenſibile deſignarunt, ſed commune prædicatum ſubſtantiale, quatenus naturæ ordine prius eſt omni accidente, qua certè in re minus reprehendendi ſunt, quàm ſuperiores. Si enim ſubſtantia rerum omnium eiuſdem rationis eſt: nõ erat vtique illa deſignanda certa vlla qualitate ſenſibili, quæ nõ ſit omnibus communis. Atque de hoc ente, quod omnia accidentia naturę ordine præcedit, intelligi poteſt illud Parmenidis: *Non eſſe primi entis vlla primordia, ſiue principia. Eſſe item illud immortale & verum, cætera autem mortalia, & ea ratione fallacia, quod non ſemper exiſtant, ſed variè in illo mutentur.* Quòd ſi hæc non minus aliena videbuntur ab horum Philoſophorum ſententia, quàm ab ipſa veritate, certè noſtri inſtituti non eſt ea, quæ ab illis dicta ſunt, ab errore vendicare, quod & per ſeſe laborioſum eſt, cum pugnantia ſcribere videantur, & cùm à pleriſque tentatum ſit, à nemine hactenus præſtitum videmus. Denique quæ eorum dicta in hoc libro, aliiſque locis ab Auctore referuntur nequaquam ab eo conficta, aut per calumniam impoſita credimus (erant enim plurimi, qui penè recenti memoria talia ſcribenti Ariſtoteli, atque adeo viua voce docenti obſiſtere poſſent) ſed vere ex eorum libris accepta, atque vt partim falſa, partim quæ poſſent in errorem inducere, ab eo propoſita, & impugnata, vt non mirum ſit, ſi haud grauatè tantum Philoſophum in eorum reprehenſione ſequamur.

CONVENIVNT igitur ij omnes, quorum ſentẽtias adhuc retulimus

Deus nomen entis ſibi propriè vendicat Exod. 3.

Omnia ſunt in Deo, ſed ipſa non ſunt Deus.

Nulla ratione dici poteſt omnia eſſe vnum ens.

Qua ratione rectius hi quã ſuperiores loquuti ſunt.

Exponuntur Parmenidis verba.

Qua in re cõ

[a] *Vt in Parmenide, Theæteto, & Sophiſta.*
[b] *ante textum primum.*
[c] *1. Phy. cap. 3. text. 29. Text. 11.*

menũt Philoſophi hactenus recenſiti.

mus. Primum quidem, quatenus nullam ſubſtantialem diſtinctionem rerum naturalium admittunt. Deinde, quatenus nullam (quod conſequens eſt) ſubſtantialem generationem, aut corruptionem eſſe volunt. Tertio, quatenus ſubſtantiam rerum omnium perpetuam faciunt.

Qua in re diſſentiant. — *Sect. 2.*

DIFFERVNT autem primum, quatenus priores componunt entia naturalia ex ſubiecta illa ſubſtantia, & aliis atque aliis accidentibus, nec eſſentialem diſtinctionem videntur negare, cùm veram entium multitudinem non modo numeralem, ſed etiam ſpecificam inducant: poſteriores vero, quaſi ſapientiores, cùm nullum ens naturale ex ſubſtantia & accidentibus conſtituãt, nullúmque accidens in entibus numerandum putent, nullam quoque eſſentialem rerum naturalium diſtinctionem eſſe colligunt. Deinde quatenus priores non negant verum motum, quod tamen negant poſteriores, & ſi non inficiantur motum ad ſenſum, ſeu, vt ita dicam, phantaſticum. Tertio, quatenus priores concedunt, vnum illud eſſe verum principium rerum naturalium, poſteriores verò dicunt non eſſe principium, ſed eſſe res ipſas naturales. Quocirca merito poſteriores non ſemel excluduntur apud Ariſtotelem ab ea diſputatione, qua principia rerum naturalium quæruntur. Ex his ſatis intelligi poteſt, quàm multa, quamque grauia incommoda eorum omnium ſententias ſequantur, quorum illud eſt caput, quod omnem ſubſtantiam vnius atque eiuſdem rationis faciant, quod quàm ſit abſurdum, cùm ipſum per ſe ſatis patet, tum multo planius patebit inferiùs.

Vt 1. Phy c. 2. text 8. & c. 5. huius li. Contra omnes enumeratos Philoſophos.

Opiniones eorum qui plura principia materialia inducunt.

SECTIO IIII.

ALII, vt quædam incommoda ex iis, quæ dicta ſunt, declinarent, partim aliam extremam viam ingreſſi ſunt, inducentes infinita principia materialia, partim mediã tenuerunt, approbantes potiùs plura finita. Atque vt ab iis, qui longiùs à veritate aberrarũt, initium ſumamus, Leucippus Eleates, eiuſque familiaris Democritus Abderites, vt Ariſt. eum vocat 3. lib. de Cœlo, ca. 4. ſeu, vt alij volunt Mileſius, infinita principia materialia poſuerunt: infinita, inquam, indiuidua corpuſcula, quæ pro varia ratione figurę, ordinis, ac ſitus varia entia naturalia conſtituerent, nec tamen ea ex ſolis huiuſmodi corpuſculis, ſeu atomis conſtare cenſuerunt, ſed ex inani etiam. Ita non ſolum plenum, ſed inane quoque materialia principia fecerunt, vt ait Ariſt. c. 4. & aliis pleriſque locis. Addebant quoque nõ modo atomos, ex quibus quamque rem effici putabant, infinitas eſſe, ſed etiam mundos infinitos, fierique omnia, & diſſolui neceſſitate naturæ, dum atomi per infinita ſpatia volitantes in orbem voluerentur, eóque modo agitatæ modo in vnum corpus cogerentur, modo coactæ diſſiparentur, atque hoc pacto res naturales generari, & corrumpi. Quorum opinio, quam Ariſt. [a] multis locis refert, Epicuro placuit, addito atomis pondere, [b] vt moueri poſſent. Eam Lucretius Latinus Poëta, eiúſque ſectæ alumnus latè explicat, eandémque

Democriti, & Leucippi ſententia de atomis.

Laer. in Democrito.
Text. 57.
Sub finem.
a Vt 1. Phy. c. 2. text. 6. & 3. Meta. c. 5. tex. 19. & 3. de Cœlo c. 7. tex. 56. & li. 1. de gen c. 1. text. 1. & alibi ſæpe.
b Euſeb. de præpa. Euãn. lib. 14. ca 5. & aliis.

Epicurus addit atomis põdus.

eandémque ſequutus eſt Metrodorus Chius,& alij nonnulli.

In iis eſt Laer li 9. in Democrito, & alibi.

VERVM, etſi Democrito multiplex eruditio,& rerum naturalium non vulgaris cognitio à pleriſque Veteribus tribuitur: hæc tamen eius de atomis ſententia non minùs ridicula eſt, quàm ipſe ſolitus erat omnia ridere. Atque vt ea incommoda omittam, quæ omnibus patent, qualia ſunt illa, quòd atomorum figuris, ordine,& poſitione tantam rerum varietatem efficit, quòd fortuito concurſu pulcherrimum & conſtantiſſimum huius mundi ordinem conſtituit, quod caſu eundem diſſoluendum putat: quod ex altero genere principij materialis, quod inane vocat,& non ens eſſe affirmat, non minùs entia naturalia, quàm ex ente conſtare dicit: certè eſſentialis differentia ſubſtantiarum nulla ab eo inducitur, quod ſuperioribus eueniſſe docebamus, tametſi aliquando Ariſtoteles illi attribuit, quod ſubſtantialem formam, ex qua ſumitur eſſentialis ſubſtantiarum differentia, neſcio qua ratione ſubodoratus ſit. Nam cum inane nihil fiat, atomi verò ſola figura, ſitus, & ordinis varietate, ac proinde accidentario diſcrimine differant, quî fieri poteſt, vt vlla eſſentialis differentia ſubſtãtiarum eorum vario concurſu efficiatur? Accedit, quòd alio modo generat entia ex atomis initio mundi, alio poſt eius conſtitutionem, tunc per concurſum temerarium, nunc per ſecretionem atomorum aliarum rerum ex aliis, quàm cum nec ſenſus, nec ratio percipiat optimè refellitur ab Ariſt. tertio de Cœlo,& aliis locis.

Refutatio.

Vt 2. Phyſ. c. 2 tex. 22. & 1. de partib. animal. c. 1.

à text 57. Anaxagoræ opinio.

ANAXAGORAS verò Clazomenius Anaximenis auditor, nec modo generis ſplendore, ſed animi quoque gloria clariſſimus (vniuerſum enim patrimonium, quod erat ampliſſimum, ſuis ſponte reliquit, vt ſcribit Laert.) primus fortaſſe fuit, qui eſſentiale ſubſtantiarum diſcrimen conſtituit. Eius ſententia fuit, gigni omnia ex atomis ſimilis naturæ, quæ ante in Chao latitarent, vt carnem ex infinitis carunculis indiuiduis latitantibus in cibo,& os ex infinitis oſſiculis, atque ita cætera. Itaque hoc pacto duo præcipua, quæ ſuperiores prætermiſſent, ſe aſſerere exiſtimauit, eſſentialem ſubſtãtiarum differentiam, earumque generationem, quam eductionem latentium principiorum eſſe voluit. *Inexplicatiſſimum enim* (inquit Plutar.) *Illud videbatur, quonam modo ex eo quod nuſquam eſſet, poſſet quid oriri, aut rurſum in id, quod nullibi eſſet, interire: proinde ex ſimilibus particulis gignebat omnia, & rurſum in eadem diſſolnebat.* Adhibuit quoque primus primam cauſam efficientem omnis expertem materiæ, quæ omnia ex omnibus educeret, vt quæ libera eſſet & ſoluta omnis compoſitionis lege. Ac laudat quidem illum Ariſt. hoc ipſo capite, quod Chao inducendo atque educendis ex eo rebus latitantibus naturam materiæ optimè omnium adumbrarit, eumque Empedocli, qui & poſterior ætate fuit, & principia rerum melius tenere potuit, hac ipſa ratione videtur præferre cap 3.

Libr. 2 in Anaxagora.

Refutatio.

1. de placitis Philoſop. c. 3.

Qua ratione ductus fuerit.

à text. 16.

QVAE tamen & huius ſententiam incommoda ſequantur, ex his patebit. Primùm, quia cum videamus in his inferioribus eſſe mutuam omnium rerum tranſmutationem, efficitur, Anaxagoræ ſententia, vt omnium particulæ ſint in ſingulis rebus, quod non ſolum ex eo fieri nequit, quia efficerent magnitudinem infinitam (oportet enim conce-

Impugnatio 1.

dere minimas illas particulas eſſe certæ magnitudinis, neque dici indiuiſibiles, niſi quia naturaliter diuidi nequeant) ſed etiam, quia non omnia ſunt apta, vt cum omnibus miſceantur.

Non explicari ab eo quomodo diſsimilaria gignantur.

2. DEINDE, quia etſi Anaxagoras iſto modo vtcumque explicat, quo pacto ſimilaria gignantur: non explicat tamen quomodo gignantur diſſimilaria, vt equus, aut homo, niſi dicere velis, diſſimilaria nihil aliud eſſe, quàm diuerſorum ſimilarium cõiunctiones, quod & falſum eſſe infrà oſtendetur, & quo pacto fiat, ab eo non exponitur.

3. TERTIO, quia ſi principia ſimiliarium ſunt infinita, ignotá nobis ſit neceſſe eſt eorum natura, quandoquidem non alia ab Anaxagora ponuntur interna eorum principia, quo fit, vt diſſimilaria quoque nenecesſariò ignorentur, ſi nihil ſunt aliud, quàm ſimilarium diuerſorum copulationes.

Impugnatur latentium particularũ eductio.

IAM quo pacto latentes particulæ educuntur ex iis rebus, ex quibus res aliæ fieri cernuntur? à centro-ne ad circumferentiam extrahuntur? neque enim alia ratione videtur id poſſe fieri, præſertim cum
4. non ſemper fiat ſeparatio, & quaſi euaporatio particularum rei, quæ generantur ab ea, ex qua generari cernitur. Quòd ſi tum res fieri dicitur ex alia, cùm eius particulæ in alia latentes, ad partes exteriores veniunt, cur non potiùs natura rei genitæ ex internis particulis, quàm ex iis, quæ exteriùs apparent, conſtitui iudicabitur? Ita potiùs generatio, quam ponit, erit corruptio, & corruptio generatio.

Generationem non tollit.

5. DENIQVE neque iſto modo tuetur Anaxagoras generationem, & corruptionem rerum naturalium. Nam, vt demus aliquid poſſe fieri eductione illa particularum, qualiſcumque ea ſit: non differt ſanè quicquam ea generatio à congregatione, veluti cùm aqua tota fit ex multis guttulis, quod ſanè non eſt fieri aquam, ſed fieri maiorem aquã. Quod idem modo contrario dicendum eſt de corruptione. Itaque, niſi intelligat Anaxagoras, nomine infinitarum partium ſimilarium, materiam ipſam, vt Ariſtoteles illum conatur interpretari hoc capite, idque quatenus materia eſt diuiſibilis in infinitum, partéſque tum demum videntur educi, cùm materia actuatur forma rei ſimiliaris (vt educi particulas nihil ſit aliud, quàm materiam exhiberi conſpiciendam ſub certa forma) inanis omnino eſt eius ſententia, & tamen ſi hoc pacto rem intellexit, idem illi dicendum fuit de generatione diſsimilarium, quæ non gignuntur ſola congregatione diuerſorum ſimilarium, ſed eductione formæ alterius cuiuſdam naturæ à formis ſimilarium ex eiuſdem materiæ poteſtate.

Anaxagoram interpretatur Ariſtoteles. — *à text. 16.*

Empedoclis ſententia. — *Lib. 8. in Empedocle.*

EMPEDOCLES verò Agrigentinus, inſignis Philoſophus, & regni etiam oblati contemptione clarus, vt ex Xantho refert Laërtius: non infinita principia, vt ſuperiores, ſed finita potiùs ponenda cenſuit neque quicquam tamen voluit eſſe prius quattuor vulgaris elementis: ſed ea ipſa verè eſſe primordia rerum omnium, quæ fiunt. Cùm enim iunior eſſet Anaxagora, eiuſque ſententiam de generatione ex particulis ſimilis naturæ cum toto nequaquam probaſſet, ea forſitan ratione, quod naturam rei, quæ verè generatur, oportet nõ ante exiſtere, conceſsit ille quidẽ generari mixta ex elemẽtis, etiam ea, quę ſimilaria

ria ſunt, vt carnem & oſſa: at ipſa iam elementa non generari ex prioribus principiis materialibus, vt putabat Anaxagoras. Nec enim ſatis eſſe indiuiduas earum particulas, vt ex eis gignerētur elementa, cum ſint eiuſdem naturæ cum totis: potiuſque earum aggregatione maius aliquid fieri, vt diximus, quàm vt ex ea reſultet noua aliqua natura.

ATQVE laudandus quidem eſt Empedocles hac ex parte, quòd generationem ex ſimilaribus improbarit, quodque alias ipſa veritate impulſus formam ſubſtantialem mixtorum adiunxerit, ſi Ariſtoteles rectè coniicit ad finem huius cap.[a] & aliis pleriſque locis.[b] Verùm reprehendendus, quod aſſeruerit quattuor vulgata elementa eſſe ſimplicia corpora, & nullo modo compoſita, niſi ex partibus ſimilaribus. Neque enim negari poteſt, ea mutuò in ſe inuicē tranſmutari, vt aquā in aërem, & viciſſim aërem in aquam, atque ita cætera. Quod ſi vereamur: ne hac in re ſenſus nos fallant, ratio planè idem demonſtrat. Cùm enim ea ſibi mutuò contrariis qualitatibus repugnent: ſeſeque mutuò alterent, & è naturali ſtatu viciſſim depellant, neceſſariò efficitur, vt eorum natura ſit caduca, & minimè perpetua. Tendit enim planè ea pugna in interitum eius, quod vincitur. Hinc contrario argumento, commutatoque conſequente in antecedens, colligimus in cœlo non eſſe alterationem, quæ contrariis qualitatibus fiat, quod longiſſimo experimento compertum ſit, non eſſe illud vlla ex parte corruptioni obnoxium. Hinc quoque docet Ariſt. hoc ipſo capite, & aliis locis, ſuſtuliſſe Empedoclem de medio, non modo generationem & corruptionem elementorum, ſed eorum etiam alterationem, quippe quæ ad interitum rei, quæ alteratur, ſuaptè natura dirigitur. Si enim interitus non datur, neque alteratio concedenda eſt, niſi quis abſurdiſsimè dicat appetitum naturalem elementorum in agendo eſſe fruſtrà inditum, & qui expleri nequeat.

[a] Text. 5. [b] Vt 2. Phy. text. 22. & 1. de partib. Animal. c. 1.

Impugnatur Empedocles.

Ex alteratione paſsiua colligi corruptionem.

Text. 15 & 8. lib. de generatio. à tex 56.

Quidnam Pythagorici & Platonici materiam primam eſſe putauerint.

SECTIO V.

PYTHAGOREORVM ſententia vt Ariſt. docet ca. 5. ea fuit, vt putarent primam materiā eſſe numeros, ſeu potius vnitates. Aſſueti enim ſciētiis Mathematicis, quę apud eos, Auctore Pythagora, primum diſcendæ erant, ea quæ in rebus Mathematicis principia ſunt, omnium principia eſſe colligebant, tantum valet conſuetudo doctrinæ, qua quis primum imbuitur. Ita cùm in Mathematicis nihil ſit prius vnitate, eiuſque multiplicatione numerus exiſtat qui & ipſe natura prior eſt, quam magnitudo; concludebant illi, magnitudinem quoque & alia quæ deinceps reperiuntur in rerū natura, ex vnitatibus conſtare, vt materia, cunctáque eſſe numeros ſecundū ſubſtantiam ſubiectam, intimámque cuiuſque rei eſſentiam, Proinde vnitatem ex ipſa vi conſtituendi numeros nomine vno Parimparem appellabāt: quod addita imparibus efficeret pares: paribus autem impares, vt capite eodem cum Alexandro expoſuimus. Eadémque ratione illam appellabant finitam, quod conſtitueret numeros impares ad vnionem perfectio

Pythagoreorum ſententia.

Vnitas Parimpar.

perfectionémque aptiores, quæ finitiones, ſiue abſolutionis nomine ſignificantur, infinitam vero, quòd conſtitueret pares, qui aptiores ſunt ad diuiſionem, & diſſolutionem, quæ tendunt in infinitum. Deinde res omnes, quemadmodum & numeros, ad denarium reducebant, quod cæteri numeri apud omnes nationes ex denario ſemel, aut ſæpius accepto, & ex aliqua denarij parte conſtituantur. Denique ipſum denarium ad quaternarium reuocabant, quod conſtitueretur ex vno, duobus, tribus & quatuor, ſanctiſſimúmque iuſiurandum per quaternarium fieri putabant, vt Plutarchus refert primo de placitis Philoſophorum: Ex quibus colligebant, proprietates rerum nihil aliud eſſe, quàm proprietates numerorum ex ipſorumque numerorum natura prouenire rebus, vt hãc aut illam proprietatem habeant, & vt hoc, vel illud agant, aut patiantur.

Denarij præſtantia. *Quaternarij dignitas.* *Cap. 3.*

Refellitur Pythagoreorum ſententia.

QVAE ſententia, ſi prima ſpecie ſpectetur faciillimè refellitur. Primum, quia vt vnitas ſequitur entitatem vnam, ita numerus multas entitates, quod autem ſequitur naturam rei, ad eius conſtitutionem
1 pertinere non poteſt.

2 DEINDE, quia ſi numeri, ſiue vnitates, ſunt materia, & ſubſtantia rerum, atque eodem modo conſtituunt naturalia, quo Mathematica, non diſtinguentur vtique naturalia à Mathematicis.

3 TERTIO, quia, vt Ariſtoteles hoc cap. argumentatur, non erit in rebus naturalibus principium motus. *Numeri enim*, inquit, *nullius motus ſunt cauſſa, cum in immobilibus etiam reperiantur.* Tolletur igitur motus ipſe, generatióque omnis, & corruptio. *Text. 21.*

4 QVARTO, quia, vt idem adiungit, nulla cauſſa, hoc pacto reddi poterit, cur alia corpora grauia ſint, alia leuia, & alia hoc, alia illud agãt, aut patiantur: cùm eodem modo naturalia ex vnitatibus, atque Mathematica conſtituant, in quibus nihil tale demonſtrari poteſt.

5 QVINTO, quia, vt idem eodem loco concludit, fieri non poteſt, vt numeri ſint & res ipſę naturales, & cauſſæ earum, cum nihil ſit cauſa ſui, quorum tamen vtrumque iidem affirmant. Qua in re præfert Ariſtoteles ſententiam Platonis opinioni Pythagoreorum, quòd duo genera numerorum poſuerit, alterum ſeparatum à rebus naturalibus & per ſe exiſtentem, alterum in rebus ipſis naturalibus, qui etſi non eſſet, fingi tamẽ poteſt effectus illius ſeparati, cùm interim Pythagorici eum tantum ponant, qui eſt in rebus naturalibus, imo vero, qui ſit res ipſæ naturales. *Text. 22.*

Duo numerorum genera à Platone poſita *Text. 24.*

6 SEXTO, illud addi poteſt, Si numeri ſunt ſubſtantiæ rerum naturalium, non eſſe earum generationem quidquam aliud, quã generationem numerorum, quare cùm numeri collectione, aut numeratione fiãt, vt Ariſtoteles hoc capite docuit, nihil aliud fore rerum naturalium generationem, quàm collectionem quandam, aut numerationem.

7 POSTREMO, quia videmus res naturales mutuo tranſmutari ſeruata pręciſè eadem materia: ex vna autem numero non poteſt fieri alius numerus ſeruatis præciſè iiſdẽ vnitatibus, ſed addita, aut detracta vna, vel pluribus. Ita fit, vt non ſolum non tradant veram materiam, ſed minus etiam, quàm ſuperiores, materiæ rationem attingant. *Text. 40.*

SVNT

SVNT qui dicant longe aliter intelligendos eſſe Pythagoricos, imò vero ab eis veram non ſolum materiæ, ſed etiam formæ naturam tradi quemadmodum ab Ariſtot. tradita eſt: nec Platonem, quem volunt vtramque penitus attigiſſe, aut earum cognitionem inueniſſe per ſeſe, aut ab aliis; quàm à Pythagoricis accepiſſe. Aiunt enim, Timæum Locrenſem Pythagoricum Philoſophum, quem ille in Timæo ſequutus eſt, formæ ac materiæ naturam cognouiſſe: neque aliud Pythagoricos myſterio paris, & imparis eatenus occultaſſe, quàm veram vtriuſque principij naturam: materiæ quidem, nomine paris, quod ſit cauſſa diuiſionis rerum, & diſſolutionis: formæ vero nomine imparis, quod ſit cauſſa vnionis, & conſeruationis. Hinc tam multa, & tam præclara de materia, & forma doceri à Platone in eo opere ſub perſona Timæi. De materia, quod ſit *obſcura quædam ſpecies, receptaculum, mater, informe gremium, quod nullam ſibi propriam ſpeciem habeat, & à propria potentia numquam recedat, quódque per ſe ipſam comprehendi non poſſit*, & alia ſimilia. De forma, *quod ſit vera, exiſtentium ſimulachrum miro modo à verè exiſtentibus figuratum, diuinæ ac intelligibilis naturæ participatio, ſeu participata ſimilitudo*. Et huiuſmodi alia.

Quo pacto de quorũdam ſententia ſint intelligẽdi Pythagorici.

In Timæo fol. 6.

Aliquot Platonis dicta de materia.

De forma.

QVAMQVAM verò de Pythagoricis, quod ferè intelligi nolint, parum curandum putamus, libenter tamen hac in re duos Philoſophorum principes Platonem, & Ariſtotelem conciliabimus. Accipimus igitur, quæ Plato ſub perſona Timæi tradit. Primum quidem materiam eſſe vnum quid omnibus tranſmutationibus ſubiectum, non plura, finita, aut infinita, vt ij Phyſici docuerunt, quorum ſententias ſecundo loco retulimus. Deinde verò, non eſſe eam corpus aliquod vnum ſenſibile ex quatuor vulgatis elementis, aut aliquid inter ea interiectum, in quod alia re vera tranſmutentur, quódque in alia tranſmutetur, quod pronunciatum, & ex ſuperiori perſpicuè colligitur, & à Timæo his verbis oſtenditur. *Principio id corpus quod modo aquam nominauimus, quando in ſolidã concreſcit materiam, lapis, & terra fieri videtur, quando verò liqueſcit, & diffluit ſpiritus atque aër. Item aër exuſtus, ignis efficitur, ignis extinctus, & corpulentior factus aërem creat. Rurſus craſſior factus aër in nebulas, nubeſq; concreſcit, his etiam magis compreſſis pluuia defluunt. Ex aqua rurſus terra, lapideſq; gignuntur. Atque ita videmus hæc omnia circuitu quodam ſibi inuicem vires, fomentaq; generationis viciſſim tribuere. Quæ cum numquam eadem appareant permanere quiſnam ſine rubore redargutionisq; ſuſpitione poterit, iſtorum aliquid vnum potius, quàm aliud certo, ac firmiter appellare?* Hæc Platonicus Timæus. Poſtremò eamdem materiam non habere ex ſeſe formam vllam, quæ impedimento eſſe poſſit formis introducendis. Id quod egregiis ſimilitudinibus declarat Timæus. *Qui vnguenta*, inquit, *ſuauiter redolentia confecturi ſunt humidam materiam, quam certo condire odore volunt, ita præparant, vt odorem nullum proprium habeat; & qui materijs mollibus impreſſioniq; cedentibus figuras imprimere aliquas volunt, nullam omnino priorem in eis figuram apparere patiuntur, ſed exactiſſima quadam leuigatione eas poliunt. Ita illud, quod in omnibus paſſim cæterorum omnium ſimulacris rectè figurandum eſt, his omnibus formis natura ſua carere neceſſe eſt.*

Primum pronunciatum.

Sect. 4.

Secundum.

Verba Timæi.

Tertium.

Similitudines Timæi.

Ex dictis à Platone quid colligatur de Materia

VERVM ex his tribus pronunciatis, etſi rectè ſequitur materiam eſſe ſubiectum quoddam commune omnibus formis, quæ per tranſmutationem inducuntur, quod veteres Naturales cùm tradere conarentur, re vera non tradiderunt, non videtur tamen colligi, tale ſubiectum eſſe puram potentiam, qua in re poſita eſt primæ materiæ natura. Datis enim propoſitis pronunciatis nihil prohibet, quominus materia ſit ſubſtantia compoſita ex forma, non accepta per tranſmutationem, cuiuſmodi eſſe dicitur à quibuſdam corpus conſtans materia, & forma quadam corporeitatis inſeparabili, aut certè ita ſimplex vt ſit completa, & perfecta quale à pleriſque ponitur corpus cœleſte.

Dubitatur de ſententia Platonis in natura materiæ ſtatuenda.

NVM verò Plato vlterius progreſſus ſit ad ipſam puram materiæ potentiam ſtatuendam, non ſatis nonnullis videtur perſpicuum. Nam ex iis materiæ conditionibus, quas paulò antè ex eodem Timæi loco commemorauimus, colligi, videtur, illum puram entis, vt ita dicam potentialitatem attigiſſe, & tamen aliis ex verbis eiuſdem oppoſitum videtur effici. Ait enim eodem loco, *materiam eſſe hoc aliquid, ignem vero, aquam, & vnumquodque aliorum elementorum non eſſe hoc aliquid, ſed tale.* Quod ſi materia prima eſt hoc aliquid, ergo eſt res quædam perfecta in genere ſubſtantiæ, & non pura potentia. Nec enim quæuis ſubſtantia dicitur hoc aliquid, ſed ea, quæ per ſeſe, & ſeparatim cohærere poteſt, cuiuſmodi ſunt primæ ſuſtantiæ, vt hic angelus, hic homo, hic lapis, & formæ, quæ per ſe exiſtunt: vt anima rationis particeps, & ſecundum Platonem, Ideę. Qua in re Ariſtoteles. Platoni videtur repugnare, cum ſcribit lib. 7. cap. 3. *materiam non eſſe hoc aliquid.* Et 2. lib. de anima. c. 1. cùm docet, *non materiã, ſed compoſitum eſſe per ſe hoc aliquid, idque ratione formæ, qua hoc aliquid abſoluitur, ſi compoſitum eſt.* Nam & ipſas formas, quæ per ſe cohærere poſſunt, hoc aliquid eſſe diximus.

Materia non eſt hoc aliquid.

Textus 6. Textus 2.

Conciliantur Platonis & Ariſtotelis dicta de materia.

Niſi detur forma ſubſtãtialis materiã non eſſe purã potentiam.

SI quis tamen rectè attendat, nõ eſt in re ipſa diſſidium inter Ariſtotelem & Platonem, ſed in vſurpatione verborum. Placuit enim Platoni id potius vocare hoc aliquid, quod ſemper idem permanet, ſuccedentibus in eo aliis, atque aliis formis, quàm quod per ſeſe, ac ſeparatim cohærere poteſt. Ad quod fortſitan ea etiam ratione inductus eſt, quod diſtinctio numeralis ſub ſpecie in rebus naturalibus materiæ tribuatur, vt apud ipſum quoque Ariſtotelem pleriſque locis cernere eſt.

5. Metaphyſ. ca. 6. text. 12. & 7. li. c. 10. text. 3. & 12. lib. ca. 8. text. 49.

Quid forma ſubſtantialis.

SED quia oſtendi nequit, materiam eſſe puram potentiam niſi prius conſtiterit, ſit ne in rerum natura ſubſtantialis forma, quæ verè informet & non tantum aſſiſtat (ſi enim huiuſmodi forma non datur fieri non poteſt, vt materia ſit pura potentia) diſquiramus iam, num inter materiam primam, & accidentia (quicquid tandem ſit materia prima) detur ne forma aliqua, quæ accidentia omnia naturæ ordine antecedat, atque ad prædicamentum ſubſtantiæ tamquam vera pars ſubſtantiæ reductiuè pertineat. Hoc enim eſt, quod nomine formæ ſubſtantialis intelligimus.

SINT

Digitized by Google

SINT NE INTER MATERIAM primam & accidentia ponendæ formæ ſubſtantiales.

QVÆSTIO III.

Non videri ponendas. SECTIO I.

FORMAM nullam rerum naturalium inter materiam primam, & accidentia ponendam eſſe, his argumentis probari poteſt.

PRIMVM, quia in elementis nulla forma prior accidentibus videtur eſſe, vel ipſo Ariſtotele auctore qui 2. libro de generatione cap. 2. aſſerit, primas quattuor qualitates eſſe primas elementorum differentias: idque planè ſibi perſuadent Alexander Aphrodiſienſis li. 12. huius operis; Philoponus in 2. de generatione, & Galenus 1. de elementis, niſi quod nonnunquam appellant eiuſmodi qualitates ſubſtantias, quod ſint primæ elementorum formæ, eaque conſtituant. Quod ſi primæ formæ elementorum accidentia ſunt, & mixtorum quoque primæ erunt, quippe cùm mixta nihil aliud eſſe videantur, quàm variæ elementorum coniunctiones. *Text. 7.* *Comm. 12.* *Comm. 7.*

DEINDE, quia cùm à nobis de numero & diuerſitate entium ambigitur, non ſunt aſſerenda plura, vbi pauciora ſunt ſatis: natura enim vt nihil omittit neceſſarium, ita nihil addit ſuperuacaneum: at omnia, ad quæ præſtanda ponuntur ſubſtantiales formæ præſtari abundè videntur ab accidentibus: non ſunt igitur ponendæ formæ ſubſtantiales. Aſſumptio hunc in modum probatur. Tria ſunt, quorum cauſa quis dicat neceſſariò ponendas eſſe formas ſubſtantiales: eſſe rerum naturalium, earum diſtinctio, & operatio: at formæ, quæ ſunt principia eſſendi, eædem ſunt principia diſtinctionis, & operationis, vt patet in calore, qui & dat eſſe calidi, & diſtinctionem à frigido, & vim calefaciendi: ergo cum ad diſtinctionem, & operationem rerum naturalium ſatis ſint accidentia: reliquum erit, vt ſatis quoque ſint ad earum eſſe: quo fit, vt ad nihil horum inducendæ ſint formæ ſubſtantiales. Satis verò eſſe Accidentia ad rerum naturalium diſtinctionem, vel ex eo perſpicitur, quòd ipſarum formarum ſubſtantialium diſtinctio ab iis, qui eas eſſe cenſent ex diſtinctione accidentium colligitur. Item, quia niſi Accidentia ſatis eſſent ad res naturales diſtinguendas, cùm formæ ſubſtantiales non ponantur ſenſibiles, ſed intelligibiles, numquam ſpecifica rerum naturalium diſtinctio à nobis cognoſceretur. Satis autem eadem eſse, vt ipſorum ope res naturales ſuas operationes exerceant: primum quidem inductione patet. Nulla enim eſt operatio, quæ non referatur ad aliquam agendi facultatem: at omnes facultates, ſiue potentias accidentia eſse conſtat, cùm ad ſecundum genus qualitatis pertineant. Deinde, quia formarum ſubſtantialium aſsertores nullam earum dicunt agere poſse, niſi per aliquod accidens, vt vel ex hoc patet agendi munus primo tribuendum eſse formis acciden- *Naturam, neque omittere neceſſaria, neque addere ſuperuacanea.* *Formas ſubſtantiales non poni ſenſibiles.* *Nullã formã ſubſtantialem immediatè agere.*

 talibus,

talibus,per quas ſubſtantialibus conuenire dicitur.Ita patet omnia, ad quæ præſtanda ponuntur ſubſtantiales formæ, perfici poſſe per accidentia,vnde fit,vt ſubſtantiales ſint ſuperuacaneæ.

3. Postremo. quia ſubſtantiæ naturales,imò & creatæ omnes vel ex eo ſubſtantiæ dicuntur,quia ſubſtant accidentibus, hoc eſt,accidentia ſuſtinent,vel quia per ſe exiſtunt:formæ autem ſubſtantiales,ſi dantur, *Sect. 2.* cùm indigeant ſuſtentaculo materiæ,vna excepta rationali, neque vnquam per ſe exiſtere poſſunt,neque accidentia ſuſtinere niſi per accidens,& quatenus innixæ ſubiecto, quo etiam pacto quantitas ſuſtinet qualitates corporeas,nullo igitur modo formæ naturales ſunt ſubſtantiæ, excepta humana, quæ ita eſt forma naturalis,vt ſit etiam de genere earum quæ per ſe ſubſiſtunt.

Formarum ſubſtantialium aſſertio ex ipſa rerum naturalium conſtitutione.

SECTIO II.

Concluſio. Dicendvm eſt tamen omnino cum Ariſt.& Platone, quos tota fermè Philoſophorum poſteritas ſecuta eſt, in quauis re naturali, earum ſaltem,quæ gignuntur, & intereunt,dari formam aliquam ſubſtantialem,quæ antecedat naturæ ordinem non modo accidentia omnia, aduentitia,ſed etiam propria, & congenita.In qua ſententia, quod ad mixtorum formas attinet, ſæpe ſuſpicatur, ſeu potiùs quodammodo *Ad finem ca.* vaticinatur Ariſtot. fuiſſe priùs Empedoclem, cùm de forma oſſis locutus eſt,vt ſuperiùs retulimus, & ante Empedoclem,Democritus,tametſi non ſatis conſtat, num Ariſtoteles ſolam inuentionem formæ ſubſtantialis mixtorum, an elementorum etiam tribuat Democrito. Quod vero attinet ad ipſorum elementorum formas, eandem ſententiam primo referunt plerique ad Timæum, de quo ſuperiori quæſtione mentionem fecimus,& nonnulli ad ipſum Pythagoram eius fami- *Sect. 4.* liæ caput.Sed quidquid ea in re dicendum ſit,certum eſt,Platonem in ea ſententia fuiſſe,quam Ariſt.amplexus eſt.

Confirmatio prima. Potest igitur propoſita concluſio multis ex capitibus oſtendi. Primùm ex ipſa rerũ naturaliũ conſtitutione hoc pacto. Res naturales non ſunt materia ipſa prima dumtaxat, ſed aliquid aliud includunt: alioqui omnes eſſent eiuſdem rationis,& eſſentiæ,nullumque eſſet earum internum principium,nulla generatio, aut corruptio, nulla proprietatum diſtinctio,quæ eſſentialem diſtinctionem ſequitur:proinde quęlibet;aut omnes omnino proprietates haberet,aut nullam:at illud, quod præterea includunt,nobilius eſt,quàm materia prima,cùm ab eo 4. proueniat non modò ipſarum diſtinctio,& generationis abſolutio,ſed etiam omnis agendi facultas,proprietatum varietas,& perfectionis ordo,ergo ſi materia prima ſubſtantia eſt, quod omnes tanquam notiſſimum ſupponunt:multo magis id quod additur ad complendam rerum naturalium conſtitutionem,ſubſtantia erit:completur autem per formam,datur ergo forma ſubſtantialis.

Obiectio. Neqve iam hîc occurri poteſt, eſſe quidem res naturales diuerſarum eſſentiarum, & habere diuerſas proprietates, ac agendi potentias, vt

tias, vt eſt ſenſu per ſe notum,& tamen non eſſe compoſitas ex materia,& formis ſubſtantialibus , ſed eſſe ſubſtantias ſimplices,vt quidam dicunt de corporibus cœleſtibus, id enim ſi dixeris,mirificè tibi repugnabis.Primùm,quia iam confeſſus eras, materiam primam eſſe communem omnibus, nam ſi communis eſt,aut omnes erunt ſola materia prima,ſicque nulla erit eſſentiarum , proprietatum,aut facultatum diſtinctio,aut nulla earum erit ſubſtãtia ſimplex.Deinde,quia iam admiſeras(quod etiam vel ſenſibus ipſis perſpicuum eſt)dari in his inferioribus mutuam omnium rerum naturalium generationem , neque enim id fieri poſſet,ſi res naturales eſſent naturæ ſimplices,qua ratione dicimus,albedinem non fieri ex nigredine,ſed album ex nigro. *Diluitur.*

PRÆTEREA, res naturales ſunt in genere ſubſtantiæ : exiſtunt enim per ſeſe,& cætera omnia materialia ſubſtinent,ac per propria genera,& differentias definiuntur,imò etiam,vt pleriſque placet,verius definiuntur,magiſque propriè habent genera,& differentias,quàm res ſimplices, ac denique omnes Philoſophi dicunt , ſe quærere principia ſubſtantiarum,cùm rerum naturalium principia quærunt,vt Ariſt.non ſemel ſcribit : atqui eſſentialis perfectio , cuiuſque rei ad idem genus pertinet, in quo res ipſa ponitur , materia autem prima, non eſt perfectio , & abſolutio rerum naturalium , ſed earum inchoatio, & quaſi fundamentum:ergo aliquid præter materiam,quo abſoluatur,& compleatur rerum naturalium conſtitutio, pertinet ad genus ſubſtantiæ tanquam pars ſubſtantiæ , quod nos formam dicimus ſubſtantialem: alioqui neque ipſæ res naturales in genere ſubſtantiæ eſſent,quod eſt contra hypotheſim. Nulla enim res ſine propria perfectione eſſentiali magis quàm ſine propria eſſentia, aut eſſe in genere vllo,aut intelligi poteſt.

Verius magiſque propriè definiri res compoſitas.

Vt lib. 7. c. 1. text. 5. & lib. 12. c. 1. text. 1. 2. & 3.

NEQVE occurras,formas rerum naturalium eſſe indirectè in genere ſubſtantiæ:directè autem in generibus accidentium,vt quas accidentia eſſe exiſtimes.Id enim dici non poteſt. Nam quicquid ſiue directè,ſiue indirectè ad genus ſubſtantiæ pertinet,vniuerſa accidentium genera præcedat neceſſe eſt , alioqui iam ſubſtantiæ prædicamentum non præcederet naturæ ordine omnia accidentium prædicamenta. Quocirca præclare illud ab Ariſt.dictum eſt 1.Phyſ.lib.cap.6.*Non cõſtare ſubſtantiam ex non ſubſtantiis.* *Occurritur obiectioni.* *Text. 52.*

QVOD ſi dicas , formas rerum naturalium eſſe & ſubſtantias , & accidentia , quemadmodum albedo & qualitas eſt , & multorum ſententia , relatio ſimilitudinis, aperta erit reſponſionis contradictio. Cùm enim negabis formam ſubſtantialem , formam ſubſtantialem aſtrues. Neque enim res vlla in duobus veris generibus poni poteſt, niſi ratione duplicis eſſentiæ. Quare ſi accidentia ratione alicuius eſſentiæ ad prædicamentum ſubſtantiæ pertinere dicas,vt quæ ſint partes formales rerum naturalium , iam profectò concedes formas ſubſtantiales , niſi quod dices , eſse eaſdem re cum accidentibus. Potiùs ergò à principio fateri debuiſti , dari formas ſubſtantiales diuerſas: non modo ratione,& natura , ſed etiam re ipſa , ab omnibus accidentibus , ſaltem abſolutis. Hoc enim rationi longè magis conſentaneum *Diſſoluitur altera.*

Subſtantiam nulli eſſe accidens.

eſt. Hinc eſt illud quod ſapienter quoque Ariſt. eodem lib. præmiſerat: *Quod propriè eſt* (id eſt ſubſtantia) *nulli ſit accidens*, quod planè intelligit de ſubſtantiis non modo directè poſitis in genere ſubſtantiæ qualia ſunt genera: ſed etiam de indirectè, cuiuſmodi ſunt differentiæ, quas item eodem loco commemorat. Atque loquitur ſaltem de accidente abſoluto, vt interim omittamus totum relationũ genus, propter nonnullas quæ proximè in ſubſtantia fundantur. *1. Phyſ. ca. 3. Text. 26.*

Subſtantiam non generari per ſe ex ſubſtantia completa.

Postremo, aut materia prima eſt ſubſtantia completa & perfecta in genere ſubſtantiæ, aut pars ſubſtantiæ, & quæ natura ſua complementum deſideret, vt ex ea fiat ſubſtantia completa. Si completa, ergo nihil eorum, quæ accedunt per mutationem, efficit ſubſtantiam, ſed ſubſtantiam tantam, aut talem. Subſtantia enim completa non expetit complementum, ac proinde, nec aliud quidquam ſui generis, ſed aliorum, alioqui non eſſet completa. At ſi eſt incompleta, per aliquid ſubſtantiale complenda eſt. Igitur cùm hoc fieri nequeat, niſi per formam ſubſtantialem: neceſſariò efficitur, dandam eſſe formam ſubſtantialem.

Ex vnitate cuiuſque rei naturalis.

SECTIO III.

Deinde oſtenditur aſſertio ex vnitate cuiuſque rei naturalis. Oportet enim fateri: earumquamque eſſe vnius eſſentiæ, cum vnaquæque ſit vnum ens ſimpliciter, non multa ſimpliciter, atqui rerum naturalium eſſentiæ conſtant ex materia, & aliquibus formis adiectis, nec conſtant ex materia, & accidentibus, ergo ex materia & formis ſubſtantialibus. Quod verò non conſtent ex materia & accidentibus, his argumentis apertum eſt. Primum, quia materia ſi non perficitur in genere ſubſtantiæ per formam ſubſtantialem, nõ dubium eſt, quin ſit ens completum, vt veteres Phyſici exiſtimarunt, quod idem de accidentibus certum eſt, cum propriè & directò ad cætera genera pertineant, at ex pluribus entibus completis, non conſtituitur vlla vera eſſentia & natura, quantumcumque illa in ordinem redigantur, & coaptentur, non conſtant igitur rerum naturalium eſſentiæ ex materia & accidentibus. Aſſumptio ex eo probatur, quia ſi ſemel admittatur conſtitutio verarum eſſentiarum ex entibus completis, licebit cuique nullo negotio quamplurimas rerum eſſentias conficere, multis eorum coniunctis & ordine collocatis: erũtque iſto modo milites in exercitu partes vnius cuiuſdam eſſentiæ, omnes item cœli, imò & omnia, quæ ſunt in rerum natura, cùm ſint optimo ordine diſpoſita, erunt partes vnius cuiuſdam entitatis, atque adeo Deus ipſe Opt. & Max. quod ne ferre quidem aures poſſunt.

Res naturales non cõſtare ex materia & accidentibus.

Ex entibus completis nullam veram eſſentiam conflare.

Varia incommoda.

Deinde, quia ſi eſſentiæ rerum naturalium conſtant materia & accidentibus aut quælibet accidentia ſunt ſatis ad earum conſtitutionem, aut requiruntur certa & determinata. Si ſatis ſunt quælibet, ergo non dantur certæ ſpecies rerum naturalium, ſed quolibet momento ſunt aliæ, atque aliæ, cùm alia, atque alia accidentia continenter accedant & decedant, imò etiam tollitur de medio omnis motus: neceſſe enim erit, vt fatearis, omnem mutationem eſſe generationem.

Digitized by Google

rationem, aut corruptionem ſubſtantialem. Si verò requiruntur certa & determinata, vt inſeparabilia (hæc enim forſitan iudicabis aptiora) primùm quæro, quænam dicas inſeparabilia: nulla enim talia ſunt reſpectu materiæ, cùm ea ſit indifferens ad omnia, niſi fortè quantitas interminata, ex qua tamen cum materia nulla rerum naturalium varietas confici poteſt: quo fit, vt ſi nulla datur ſubſtantialis forma, cuius reſpectu quædam dicantur inſeparabilia, nulla omnino inſeparabilia ſint, ex quibus rerum naturalium eſſentiæ conſtituantur: cùm interim data forma ſubſtantiali, nihil iam ſit opus accidentibus inſeparabilibus ad rerum naturalium conſtitutionem.

Tolli aliqua de medio accidentia inſeparabilia, excepta quantitate.

DEINDE cum in eadem re multa reperiantur accidentia, aut illa ordinem habent inter ſe aliquem, vt aliud ſit primum, aliud ſecundum, & ita deinceps: aut nullum: ſi nullum: ergo eſſentia quæ ex eis cum materia conſtabit, non erit vna, niſi per accidens, & ratione ſubiecti, quæ vnitas non eſt ſatis, vt ex ea colligas vnam eſſentiam ex formis, & ſubiecto conflatam: ſi vero ordinem habeant, & eſſentia vel ab vltimo vel à ſolo primo ſit vna, iterum redis ad negata. Sola enim quantitas interminata eſt primum accidens: vltimum autem continenter variatur, niſi loquaris de inſeparabilibus, quæ nulla eſſe conſtitit reſpectu materiæ præter quantitatem. Quod ſi dicas, aliqua alia præter quantitatem eſſe inſeparabilia, non reſpectu ſolius materiæ, ſed materiæ cum certis accidentibus ſeparabilibus coniunctæ, nihil ad rem erit reſponſio, ſi iam ſupponis aliquod ens compoſitum ex materia, & prioribus illis accidentibus, quippe cum nos adhuc de prima compoſitione diſputemus. Si verò nullum ens ex prioribus conſtitutum eſſe ſupponis, & tamen aſſeris aliquod ens conſtitui ex materia & accidente, quod ſequitur coniunctionem priorem: cùm coniunctio illa prior variabilis ſit (eſt enim ſeparabilium) accidens quoque, quod illam coniunctionem ſequetur, variabile erit, ac proinde eſſentia, quæ ex eo conſtituetur, neque vllum habebit fixum perfectionis gradum. Quare ſatius fuerat dixiſſe, ex materia, & prioribus illis accidentibus conſtitui eſſentiam rei naturalis, quod tamen fieri non poſſe probatum erat.

Reſponſionis cuiuſdam impugnatio.

QVÆRO autem ſpeciatim de elementis, ex quibus nam accidentibus cum materia coniunctis conſtent? vt verbi cauſſa ignis: Nam ſi ignis conſtat ex materia & calore actuali, aut ſiccitate, aut denique raritate, cùm hæc magis & minùs accipiant, erit quoque ignis, modo magis ignis, modo minùs, quod dici non poteſt. Si vero ex virtuali quodam calore, aut alia inſenſibili forma, quam dicas non intendi, nec remitti, eam nos, ſi vnica ponatur in quolibet, meritò dicimus formam ſubſtantialem, vt patebit inferiùs. Poſtremo, quia ſi ex materia, & accidentibus, ſiue vno ſiue pluribus conſtat aliqua vera eſſentia: cum omnis vera eſſentia ſit ſubſtantia, vel accidens: erit quoque eiuſmodi eſſentia ſubſtantia, vel accidens: atqui non erit accidens, quippe quæ & in ſubiecto non inerit & ex ſubſtantia conſtabit, neque item ſubſtantia, vt quæ conſtabit ex accidente, & ab eo ſpeciem accipiet, tamquam à propria forma: nulla igitur eſſentia ex materia, & accidente,

Oſtēditur idē in elementis.

Ex materia, & accidentibus nullā veram eſſentiam conſtare.

dente,

dente,aut accidentib.conſtare poteſt,aut certè oportebit contra communem omnium ſententiam, & ipſam quoque rationem ponere medium quoddam genus inter ſubſtãtiam,& accidens, quod nec ſit ſubſtantia,nec accidens,ſed quippiam ex vtroque conſtitutum. Quod ſi verum eſt,hoc ſolum genus rerum naturalium ponendum erit,quippe ad quod materiam,& accidentia reducere oportebit,tamquam partes ad totũ,nulláque iam materialis ſubſtantia,aut accidens erit ens completum:quæ omnia ſunt abſurdiſſima,& cùm inter ſeſe,tum etiam dictis repugnantia.

Nullum eſſe genus mediũ inter ſubſtantiam,& accidens.

Ex naturali conſeruatione rerum naturalium.

SECTIO IIII.

TERTIO loco idem oſtendi poteſt, ex naturali conſeruatione rerum naturalium. Cernimus enim qualitates contrarias ad certã quamdam temperiem redactas naturaliter in mixtis conſeruari:eius autem ſtabilitatis, & vt ita dicam naturalitatis cauſſa, non ſunt ipſæ qualitates, quippe cùm natura ſua repugnent mutuò:non itẽ materia prima,cùm ſit indifferẽs ad quamlibet earum ſtatũ:nec denique cauſſæ externæ dumtaxat:neque enim is ſtatus eſſet à natura rei:igitur aliqua interna cauſa danda eſt,ratione cuius illæ naturaliter vnitæ ſint,& ſtabili conſenſione connexæ, quod aliud eſſe nequit, quàm forma ſubſtantialis aut natura aliqua ex ea conſtans:cæteræ enim qualitates materiales poſteriores ſunt primis quatuor cõtrariis, aut ex forma ſubſtantiali, eiúſve cum materia coniunctione profluunt.

Naturalẽ tẽperiẽ qualitatum contrariũ in mistis non poſſe niſi à formis ſubſtãtialibus proficici.

Deinde (quod magis vrget) videmus primas qualitates contrarias ita in quibuſdam rebus eſſe temperatas, vt tamen aliæ magno intenſionis exceſſu alias ſuperent, quod planè cernere licet in ſtirpibus : in his enim parum admodum caloris ineſt,& in pleriſque parum humoris,ac longè minus,quàm in animalibus. In reliquis autẽ mixtis apertum eſt, ſiccitatem, & interdum frigus multo intenſiora eſſe contrariis qualitatibus : cumque ea inæqualitas breuioris durationis cauſſa eſſe debuiſſet:videmus tamen harum rerum plurimas natura ſua multò diutiùs conſeruari, quàm in quibus maior temperies cernitur. Ab vna igitur aliqua natura id prouenit, quæ primis contrariis qualitatibus prior ſit, & (quod hinc ſequitur) ab aliqua ſubſtantiali forma, cui eiuſmodi qualitatum ſtatus congruat.

Cur plurima res naturales in quibus magna eſt qualitatum inæqualitas diutius conſeruentur.

Poſtremo, quia morbus aduerſatur naturali ſtatui animalium, ſanitas vero eidem conueniens eſt:hiſque affectionibus aliæ quædam in cæteris rebus quæ gignuntur,& intereunt,proportione reſpondent, ſub quarum altera res non ita diu, neque ita bene, atque ſub contraria conſeruatur : at hæ contrariæ affectiones ex varietate quatuor primarum qualitatum naſcuntur : igitur natura aliqua latet ſub primis quatuor qualitatibus, cui affectio altera conſentanea ſit, diſſentanea altera,præſertim cùm ſint admodum variæ in diuerſis rebus, & quæ vni congruit, alteri aduerſa ſit. Cùm igitur ea natura nec ſit

ſola

ſola materia, nec materia cum quantitate, aut qualitate aliqua priori primis quatuor, quæ nulla eſt, non dubium eſt, quin conſtet ex materia, & forma ſubſtantiali.

Ex actione rerum naturalium.

SECTIO V.

QVARTO loco id confirmatur ex operationibus rerum naturalium, tum propriis potentiarum, tum etiam iis, quæ ipſi naturæ rei naturalis tribuuntur. Ex iis quidem, quæ ſunt potentiarum propriæ. Quia experimur, res naturales, ita ſæpe occupatas eſſe in operatione vnius facultatis, vt ſimul exercere nequeāt operationes aliarum, præſentibus etiam obiectis, & agendi materia ſatis præparata, veluti cùm quis ita intentus eſt in rem, quam oculis cernit, aut animo voluit, vt alta etiam voce clamantem non audiat, & ſæpe etiam nihil aliud, aut agere, aut ſentire poſſit: interdúmque ita ſit totus in ea re occupatus, vt neque calor ipſe ſtomachi quicquā penè operis faciat. In actione etiā, & Paſſione corporū inanimatorū ſæpe fit, vt agens in externo contrario ſuperando ita occupetur, vt interim non poſſit eam ſui partem, quæ à cōtrario vincitur, ſimul tueri, donec externum contrarium ita ſuperet, vt ſuis iam partibus in priſtinum ſtatum reſtituendis dare operam poſſit, id quod Phyſici ex finitate virtutis, & applicationis cuiúſque agentis docent mirandum non eſſe. Hoc autem quid aliud eſt, quam dari in vnaquaque re naturali materiam, atque formam aliquam omnibus facultatibus priorem, iiſque omnibus mira quadam ratione præſidentem, & per eas operantem, cuius vires & applicatio, cum finitæ ſint, ſi per vnam facultatem alicui operi valde ſe applicet, ſæpe nequeat per eamdem, aut etiā per alias, in aliud opus incumbere? Neque vero id, quod in viuentibus cerni diximus, ita attribuendum eſt concurſui ſpirituum neceſſariorum ad operationes facultatum, vt non præcipuè referendum ſit ad primam formam, & quaſi dominam, quæ præcipuum eſt agendi principium. Nam, etſi neceſſe eſt, vt cum illi frequētes confluunt ad vnum membrum, alia deſerant, tamen, niſi fōrma vna detur omnibus facultatibus natura prior, & quæ in ſuo ordine prima cōcurrat ad omnes rei actiones, ratio ſępe reddi non poterit, cur eiuſmodi ſpiritus & quaſi actionum miniſtri, non æquè ſubſeruiant omnibus potentiis, ſed alia membra deſerant, vt aliis accurrant.

Quod res naturales ita in actione vnius facultatis occupentur, vt aliarum operationes non exerceāt, formæ eſſe tribuendum.

Ex iis vero actionibus, quæ ipſi rei naturæ tribuuntur, cùm ea ſint in duplici genere (aut enim ſunt propriæ, vt quæ alio ſubiecto exerceantur, veluti cum ignis ignem generat, aut impropriæ & quæ verius dicantur conſecutiones quædam naturales, & quaſi emanationes eorum, quæ reſultant in eo ſubiecto, cui actio tribuitur, veluti cùm aqua ſeſe ad natiuum frigoris ſtatum reuocat) ſunt qui ex prioribus hoc pacto rem confirment. Accidentia non poſſunt ſubſtantiam generare, niſi virtute ſubſtantiæ, ſeu, quod idem eſt, vt inſtrumenta ſubſtantiæ: ſunt enim inferioris naturæ, cùm interim omne principale agens, ſi naturæ ſit diuerſæ, nobilius eſſe debeat, non tantum eo quod patitur,

Duo actionū genera in rebus naturalibus.

Argumētum quorūdam ad rem propoſitam confirmandam.

Digitized by Google

ſed etiam ipſo effectu:atqui videmus equū generari ab equo,&ignem ab igne:nec principale agens in huiuſmodi actionibus poteſt eſſe materia:ergo danda eſt in vnaquaque re naturali forma ſubſtantialis.

Reiectio. VERVM hæc argumentatio ſumit,quod probandum erat, nempe, equum, ignem, & cætera, quæ ab agentibus naturalibus gignuntur, habere aliquid ſubſtantiæ præter materiam. Niſi enim hoc ponatur, de quo tamen nunc agimus, nihil concluditur. Quamquam hæc argumentatio ſi inuertatur, non parum apta eſt ad perſuadendum, formam ſubſtantialem eſſe primum agendi principium in generatione, de qua re à nobis lib.7.agendum erit.

POTIVS ergo ex improprijs actionibus probanda eſt concluſio hunc in modum.Actio,qua aqua calida,remoto calefaciente,aut conſeruante calorem,ſeſe ad natiuum frigus reuocat,& cęteræ res naturales,cùm à naturali ſtatu deiectæ ſunt,virtute propria illum recuperát, præſertim in rebus ſimilaribus(in his enim non eſt ea partiū diſſimilitudo,quæ requiritur,vt alia in aliam agere poſſit) ea in quā, actio non eſt ab accidente vllo:non item à materia;& tamen eſt à re agente in ſe ipſa eo actionis genere:igitur eſt à natura aliqua ſubſtantiali ſubiecta, &,quod hinc ſequitur ab aliqua forma ſubſtantiali,ex qua cum materia natura ea conſtituta ſit.Quod à materia eſſe non poſſit,neque item à quantitate,luce clarius eſt. Quòd verò non ſit ab vllo alio accidente, ſatis in vno aquæ exemplo oſtendi poteſt hoc pacto. Actio illa eſt frigefactio, igitur ſi eſt ab vllo accidente, erit à frigore,quod in aqua calida relictū eſt: at illud multò remiſſius interdū eſt,quam calor introductus:nō eſt etiam à priori aliqua qualitate,cùm non dentur in aqua aliæ primis quatuor contrariis priores:igitur non eſt ab vllo accidéte.

Aquam non reduci ad priſtinum frigus ab vllo accidente.

Quorundam ea de re opinionis impugnatio. NON deſunt tamen,qui dicant,cùm aqua calefit,ſemper in aliquibus particulis relinqui ſummam frigiditatem à quibus cęteræ remoto calefaciente & conſeruante calorem, reducantur ad natiuum frigoris ſtatum: quod idem de cæteris elementis comparatione propriarum qualitatum dicendum putant.Hæc tamen opinio,ſi impugnatione digna eſt, facilè refellitur. Aduerſatur enim primùm experientiæ, quæ mater eſt Philoſophiæ. Nam etſi eius auctores aiunt,non ſentiri à nobis eam frigiditatem,propter admixtionem caloris aliarū partium, tamé ſi ea vera eſſet,numquam iudicaremus aquam eſſe calidam, ſed ad ſummum tepidam.Partes enim quas dicunt retinere ſummam frigiditatem, tam multæ eſſe debebunt, quàm ſunt illæ, quæ calorem accipiunt, & cum illis omnino permixtæ, alioqui ſi portio aliqua notabilis nullas haberet admixtas,iam illa à cæteris ſeparata non poſſet ſe ad naturalem frigiditatem reuocare,quod inauditum eſt. Deinde,pugnat cum ratione,quòd aſſerant quaſdam particulas aquę pati ab igne,alias non pati,ne eas quidem,quę propinquiores ſunt neceſſariò,quàm alię pleræque, quæ calorem corripiunt: quod nihil eſt aliud, quàm facere aquam diſſimilare corpus,& quod partes integrantes diuerſæ naturæ habeat. Poſtremò,pugnant cum ſenſu,& ratione ſimul quòd iſto modo ſequatur, numquam corruptum iri aquam, retinentibus ſemper aliquibus particulis ſummum frigus: aut ſi tamdem in omnibus

Experientia mater Philoſophiæ.

remitti

remittitur frigus, vt aqua corrũpatur; fore, vt remoto calefaciẽte, antequàm corruptio abſoluatur, iam eam ſe ad priſtinum frigus reducere non poſſit, quia iam non habeat particulas vllas, in quibus non ſit remiſſum frigus. Id quod eò magis pugnat cum experientia, quòd vſu compertum eſt, ſolere aquam ad ignem applicari, vt probè calefacta celeriùs congeletur, quod Ariſtoteles ſcripſit primo libro Meteorologicorum. *Aquam calefactam celeriùs gelari.*

Cap. 12. ALII, cum planè perſpiciant non poſſe elementa reuocari ad ſtatum naturalem ſuarum qualitatum à qualitate vlla eiuſdem rationis, quæ in ipſis integra adhuc exiſtat, alias quaſdam comminiſcũtur qualitates, quarum virtute id fieri poſſit. Dicũt enim, præter quatuor primas ſenſibiles, quas ideo vocant actuales, quòd per eas ſubiecta actu denominentur calida, frigida, &c. dari alias quatuor inſenſibiles eiuſdem nominis, niſi quòd eas appellant virtuales, quòd vim habeant ad priores illas reſtituendas in priſtinum ſtatum, nec tamen per ſe ipſas ſint ſatis ad denominanda ſubiecta calida, aut frigida, &c. proinde aſſerunt, eas nec contrarias eſſe inter ſeſe, nec remitti vnquam poſſe; ſed integras ſemper permanere, vt elementis, cùm depulſa fuerint à proprio ſtatu, ſubuenire poſſint. Id verò duobus potiſſimùm argumentis probant. Vno, quia ſubſtantia creata numquam agit niſi interuentu alicuius accidentis, quod inſtrumenti vicem ſubeat: elementa autem non poſſunt ſeſe reuocare ad priſtinum ſtatum per qualitates actuales, quo fit vt omnino ſit opus virtualibus. Altero, quia in mixtis planè dantur virtuales qualitates, vt in pipere vis calefaciendi, cùm interim piper tactu ſit frigidum: nec rationi conſentaneum eſt, vt eiuſmodi qualitates elementis deſint, præſertim vt ſibi ipſis opitulari poſſint. Quòd ſi res ſe ita habet, non eſt cur à nobis recurrendum ſit ad formas ſubſtantiales, quod enim in elementis oſtenditur, idem in aliis rebus oſtenſum eſſe exiſtimandum eſt. *Sententia ponẽtium in elementis qualitates quatuor virtuales.* *Confirmatio.*

SED neque huiuſmodi ſententia quidquam habet probabilitatis. Primùm, quia ſuperuacaneũ eſt ponere plura, vbi pauciora ſufficiunt: hi autem ponere coguntur in quolibet elemento plures qualitates virtuales, quę pluribus actualibus reſpondeant, cùm tamen forma vna ſubſtantialis cuiuſque ſatis eſſe poſſit ad pręſtandum id, propter quod illarum multitudo inducitur. Si igitur ob hanc rem virtuales qualitates ponuntur, ſatius erit ponere formas ſubſtantiales. *Refutatio 1.*

DEINDE, quia accidentia nõ ſunt ad agendum neceſſaria in rebus creatis, niſi cum actio eſt propria: in hoc enim actionũ genere neceſſarium id eſſe experimẽto didicimus, nõ in iis, quę ſunt emanationes, & conſequẽtiæ potiùs naturales, quàm actiones: alioqui in quauis re eſſent infinita accidentia propria: Cùm enim hæc oriãtur ex natura eius rei, cuius ſunt propria: ſi natura rei ei quaſi parere non poſſet, niſi per aliquod accidens velut per inſtrumẽtum, non daretur ſanè primũ accidens proprium: quandoquidem proprium non ſequitur neceſſariò id, quod commune eſt. Ita fieret, vt in quauis re eſſent infinita accidẽtia. Atque hac ratione vtrumque argumentum aduerſæ partis euertitur. *In quibus actionibus res naturales accidentibus ad agendum indigeant.*

Tertio, quia qualitates virtuales mixtorũ, ex quibus poſterius argu-

Qualitates virtuales mixtorũ nõ agere in ſubiecta propria.

mentũ ducitur;non agũt in propria ſubiecta,ſed in aliena,vt vis piperis in ventriculum. Sunt etiam eadẽ quatuor primis qualitatibus poſteriores,cum ex primarum varia cõmixtione oriãtur,aut ſi quæ non ſunt huiuſmodi, vt facultas ridendi, & forſitan vis magnetis ad trahendum ad ſe ferrum,eæ oriuntur ex formis ſubſtantialibus, tametſi probabile eſt, alias interdum oriri aliarum interuentu. Denique earum pleræque intenduntur, & remittuntur. Quare non rectè ex iis qualitatibus virtuales qualitates elementorum colliguntur,quæ & in propria ſubiecta agant, & primas quattuor vulgatas antecedant, nec ex formis ſubſtantialibus oriantur,& eiuſmodi ſint, vt nec intendantur,nec remittantur.

4. POSTREMO, quia cum hæ à ſuis auctoribus plures ponantur in ſingulis elementis, aliquid adhuc priùs in vnoquoque ponẽdum erit, cuius ratione hæ certæ, & non illæ in hac materia naturaliter coniunctæ ſint: quod quidem ſi virtualem aliam qualitatem eſſe dixeris, quemadmodum nonnulli Medici virtutem quamdam in animalibus ponunt,quam ipſi regitiuam appellant,quaſi cæteris præſidentem:aut certè non plures virtutes in ſingulis eſſe malueris, ſed vnam tantùm, quæ plurium munus gerat:ea certè à nobis,ſi prima erit,ſubſtantialis, non accidentalis forma dicitur, quam conſequentur in ſingulis elementis binæ ex primis quattuor ſenſibilibus,& aliæ quędam his conſentaneæ,vt leuitas,grauitas,perſpicuitas,opacitas,& ſi quæ ſunt aliæ huiuſmodi,in mixtis autem aliæ,atque aliæ pro ratione, & natura cuiuſque. Atque hæ eadem actione propria introducuntur, qua formæ ſubſtantiales, eò quòd conſequutione quadam oriantur ex eſſentiis rerum,quę gignuntur. Vnde efficitur,vt ſi eius natura ſint,quæ intenſionem & remiſſionem admittant, quandocumque à proprio ſtatu deiiciuntur, earumdem naturarum vi (niſi quid impediat) iterum ad eumdem reuocentur per modũ internæ cuiuſdam emanationis. Quare neceſſariò concedendæ ſunt formæ ſubſtantiales, nec tanquam aſſiſtentes ſolum, quo pacto ſubſtantiæ ſeparatæ dicuntur formæ corporum cœleſtium,ſed verè informantes,vnámque naturam, & eſſentiam cum materia conſtituentes.

A Medicis quibuſdã poni in animãtibus virtutẽ quamdã regitiuam.

Qualitates rebus cõnaturales eadẽ actione propria produci, qua formæ ſubſtãtiales.

CONFIRMAT autem aſſertionem hanc orthodoxa fides, cum docet. Primum animam humanam eſſe immortalem, exiſtentémque poſt ſeparationem à corpore,vnde ſequitur eſſe ſubſtantiam. Deinde, eſſe veram ac eſſentialem hominis formam. Cum igitur homo cum cæteris animalibus,& animalia cum viuentibus,& viuentia cum non viuentibus genere conueniant, efficitur, vt quemadmodum ſpecies humana completur per formam ſubſtantialem, ita compleantur cætera entia naturalia.

Dari formas ſubſtantiales argumento ex doctrina fidei probatur.

In Conc. Later. ſub Leone 10. ſeſſ. 8. In Con. Viennẽſi ſub Cle. quinto & habetur Clem. vnica de ſumma Tri. §. 2. & in Conc. Lateran. ſub Leone X. loco citato.

HANC vero eſſe Ariſtotelis ſententiam perſpicuum eſt ex plurimis locis, præcipuè ex ſecundo lib. de anima, cap. 1. vbi docet, tria reperiri in prædicamento ſubſtantiæ, *materiam, formam, & compoſitum, ipſum vero compoſitum, quod propriè eſt hoc aliquid à forma habere, vt ſit hoc aliquid, & per ſe poſſit exiſtere.* Itémque ex lib. 7. huius operis cap. 4. quo loco ait: *formam & compoſitum non ſolum eſſe ſubſtantias, ſed magis*

Eſſe Ariſtotelis apertã ſententiam.

Text. 2.
Text. 7.
Text. 14.

etiam

etiam quàm materiam. Quod idem intelliges ex lib. 12. cap. 2. vbi vocat *formam hoc aliquid, quod per eam compoſitum ſit hoc aliquid.* Vnde & formam ſæpius ait eſſe *magis naturam quàm materiam, quaſi præcipuum rerum naturalium principium,* vt 2. Phyſicorum cap. 1. & initio librorum de partibus animalium.

Text. 12. *Cap. 1.*

DE Platone quoque non eſt quod dubitemus. Primùm, quia facit, *Ideas per ſe ſubſiſtẽtes, docetq́; formas rerũ naturalium eſſe quaſdam idearum participationes: reſq́; naturales propter huiuſmodi formas participatas eſſe eiuſdem rationis cùm ideis, nec ideas differre ab iis, quæ apud nos ſunt niſi æternitate:* vt Ariſt. ſæpe ait. Deinde, quia non ponit: *Ideas accidentium, ſed ſubſtantiarum.* Res autem naturales, illius ſententia non imitantur ideas ratione materiæ, ſed ratione formæ. Poſtremò, quia encomia, quibus Plato commendat formas participatas, non bene cõgruunt in accidentia, quale eſt illud quod ſuperiùs ex Timæo retulimus: *Formas eſſe verè exiſtentiũ ſimulachra.* Nec obeſt quod idem eo loco ſcribit: *nullum elementũ fieri hoc aliquid per formam, ſed quale aliquid,* quibus verbis elementorũ formas planè videtur in qualitatib. non in ſubſtãtiis numerare. Id enim propterea facit, quod formæ elementorũ, cùm ita informantes ſint, vt non etiam per ſe ac ſeparatim exiſtere poſſint, potius apud ſe nomine ſubſtantialium qualitatum, quàm formarũ, ſiue ſpecierum (quibus ipſe nominib. ideas appellat) dignæ videantur. Itaque in modo loquendi tantùm diſſentio eſt hac in re inter Platonem & Ariſtotelem: niſi quod Plato non omnes formas ſubſtantiales exiſtimat verè informare materiã, quemadmodũ Ariſtoteles: putat enim Plato animas omniũ animantium eſſe aſſiſtentes non informantes: at Ariſtoteles planè docet eſſe verè actus, & perfectiones, ſiue Entelechias, vt vocat, ipſam etiam humanã; nec vllam in corpore eſſe, vt Gubernatorem in naui, ſed vt partem formalem in tota eſſentia.

Idẽ exiſtimaſſe Platonem. *1. Ethic. c. 6.* *Q. 2. Sect. 5.* *Explicatur locus Platonis de formis elementorum.* *Qua ratione conueniãt, & diſſentiãt Plato & Ariſtoteles in forma rũ ſubſtantialiũ aſſertione.*

CVM autẽ rationes eæ, quib. ad aſtruendã formã ſuſtantialem vſi ſumus, iis principiis ac dogmatis innitãtur, quæ ſæpe vſurpãtur apud vtrũque Philoſophũ: pręſertim apud Ariſtotelem: non dubiũ videtur, quin illi aut eiſdem omnibus, aut præcipuis, & aliis fortaſſe quę ſe nobis in præſentia non obtulerunt, hanc ſententiam ſibi perſuaſerint.

Solutio argumentorum quæ initio propoſita ſunt.

SECTIO VI.

AD primum igitur argumẽtum eorum, quæ initio pro altera quæſtionis parte propoſita ſunt, dicendũ eſt Ariſtotelem appellare primas quattuor qualitates, primas elementorum differentias, vel quia ſumit eas loco formarum ſubſtantialium ſub iis latentium, quod ſæpe fit, vel quia accipit elementa, quatenus ſenſibilia ſunt, actiua & paſſiua, & ad mutuam tranſmutationem, ac mixtionem idonea, vt eo loco dicunt Interpretes. Quamquam verò elementorum formæ ſubſtantiæ ſunt, non ingrediuntur tamen actu mixtorum compoſitionem, ſed virtute, vt libr. 8. oſtendemus. Quod autem attinet ad Alexandrum, & alios

Cur Ariſtoteles qualitates primas vocet primas elemẽtorũ differentias. *Explicantur Alexãdri & aliorũ dicta.*

auctores citatos, etſi dici ſolet fuiſſe eos in ea ſententia, quam verba præ ſe ferunt: non video tamẽ cur non eodẽ modo, atque Ariſtoteles, intelligi poſſint. Sed neque Galenus aliter forſitan exiſtimat, tametſi videatur non modo elementorũ formas, ſed viuentiũ quoque credere accidentia. Scribit ille quidem hoc modo in priori libro de elementis. *Hæc rurſus* (aër, ſcilicet ignis, aqua, & terra) *non ex aliis corporibus, ſed ex materia & qualitatib. conſtant*, & infrà. *Perſpicuum exiſtit, quod humiditas, ſiccitas, ac frigiditas, vnamquamque ſubſtantiam conſtituant.* De anima vero iraſcibili, & concupiſcibili humana, quam errore magno putauit eſſe mortalem, ſic ſcriptum reliquit in eo tractatu, cui titulus eſt. *Quod animi mores corporum temperaturas ſequantur; Satius dixeris mortalem animæ partem corporis eſſe temperiem.* quem ſenſum, vt verba ſonãt, impugnant plurimi, & inter eos Diuus Thomas ſecundo libro contra gentes. ſed quamquam parum refert, quid ſenſerit hac in re Galenus, tamen cùm Medicus fuerit, nõ alia ratione de animali forſitã diſſeruit, quàm quatenus in corpore animalis vis agendi & patiendi ſpectatur. Poſtquam enim dixit: *Humiditas, &c. vnamquamque ſubſtantiam conſtituũt.* Statim ſubiecit. *Rectè igitur Hippocrates non hominis tantũ, ſed aliorũ omniũ naturas, ex calido, humido, frigido, & ſicco conſtare inquit: hæc enim inuicẽ agunt manifeſtè, vt omnium eſt confeſſione receptum*, dixerátque ſuperius de igne. *Nam quod caliditas ſumma materiæ adueniens ignẽ conſtituat omnes Philoſophi conſenſerunt.* Satis autem patet, non omnes conſenſiſſe in hac re, niſi quatenus ignis actiuus, & paſſiuus eſt. In altero vero opere poſtquam dixit *mortem animæ, &c.* mox ſubiecit, *hoc enim ſupra commonſtrauimus.* Docuerat autem ſuperiùs, eſſentiam animæ non quidem prorſus temperiem corporis eſſe, ſed quodammodo temperamentũ quattuor qualitatum, hoc eſt, ſequi illarum temperamentum, quo diſſoluto, eſſe deſinat id, quod ad initium cap. 5. videtur explicare his verbis. *Monſtrauimus*, inquit, *animæ ſubſtantiam pro temperatura ratione conſiſtentem à naturali corpore effici, niſi quis eam, ſicuti Plato, incorpoream eſſe ſubiecerit, quæ exiſtere extra corpus valeat.* In cap. autem tertio dixerat, ex animæ eſſentia facultates eius ſequi, & in cap. 4. quæritur de Andronico, quod dixerit eam fortaſſe eſſe vim quãdam, *cùm potius ipſa*, inquit, *ſit compos multarũ virium: laudatq; Ariſtotelem quod rectè dixerit eſſe ſubſtantiam, non aliud quicquã tamen præter tẽperiem*, hoc eſt, quod vmquam à temperie ſeparatum ſit. Hæc fortaſſe fuit Galeni ſententia, niſi clariùs alibi oppoſitũ ſcripſit. Quæ etſi falſa eſt, quatenus mortalem poſuit hominis animam, tamen eatenus vtilis eſt, huic diſputationi quatenus eam ſubſtantiam eſſe putauit, & ab accidentibus diuerſam.

Quid Galenus falsò de anima humana ſenſerit.

Quo pacto in iis, quæ cõtra propoſitã ſententiã videntur facere, rectè intelligi poſſit.

Cap. 2.

Ad ſecundum dicendum eſt, nec ad eſſentiale eſſe rerum naturalium, nec ad earum eſſentialem diſtinctionem, nec denique ad earum operationes (quaſdam præſertim) ſatis eſſe accidentia cum materia, vt patet ex dictis: cognoſci tamen à poſteriori illarum diſtinctionem eſſentialem per accidentia, & omnes proprias earũ actiones per eadem tamquam per inſtrumenta exerceri, non eas quas naturales conſequutiones, & quaſi emanationes appellauimus.

Ad tertium dicendum eſt, propriam rationem ſubſtantiæ, non in ſubſtan

Digitized by Google

ſubſtando poſitam eſſe, ſed in per ſe exiſtendo. Verùm, rationem hanc ſimpliciter, & abſolutè iis tantùm ſubſtantiis conuenire, quæ naturaliter per ſe ipſæ ac ſeparatim cohærere poſſunt, cæteris autem, quatenus ſunt earum partes: atque hoc pacto omnes formas rerum naturalium eſſe ſubſtantias, & eò magis quàm materiam, quod formis ſubſtantialibus, vt ſubſtantiales ſunt, nō repugnat naturaliter exiſtere per ſeſe, ac ſeparatim, quod tamen propterea materiæ quia nullam omnino operationem ſine forma habere poteſt. *In quo conſiſtat propria ratio ſubſtantiæ.*

Ex forma ſubſtantiali colligi, materiam primam eſſe puram potentiam.

SECTIO VII.

STABILITA igitur ſubſtantiali forma verè informante, facilè ex ea colligi poteſt, materiam primam eſſe puram potentiam: ſi tamen priùs exponamus, quid Philoſophi nomine puræ potentiæ intelligant. *Quid à Philoſophis nomine puræ potentiæ intelligatur.*

AC PRIMVM quidem puræ potentiæ vocabulo meritò omnes intelligunt potentiam paſsiuam. Actiua enim non modò potentia eſt, ſed vis etiam, ſiue virtus quædam. Intelligunt deinde eam potentiam, quæ nec ſit actus, nec compoſitum aliquid ex actu, & potentia, atque hoc eſt eſſe puram potentiam, non ſolum, vt hæc verba excludunt omnem actiuitatem, ſiue efficientiam: ſed etiam omnem actum, quāquam ſi omnem actum excludunt, omnem quoque efficientiam excludant neceſſe eſt.

CVM igitur duplex ſit actus, ſiue forma, & perfectio: alter per ſe exiſtens, ſiue non informans, cuiuſmodi ſunt Deus, & ſubſtantiæ ſeparatæ: alter informans, & perficiens per ſe ipſum formaliter, ſiue is ſit completum quid in ſuo genere, vt accidentia, quæ per ſe ponuntur in prædicamentis, ſiue incompletum, vt forma ſubſtantialis, quæ materiæ additur ad complendam eſſentiam rerum naturalium: tum demum apertum erit, materiam primam eſſe puram potentiam, cùm conſtabit, eam nec eſſe actum per ſe exiſtentem, nec perficientem, nec denique ex potentia & actu perficiente conſtitutam. Repugnat enim manifeſtè, ex potentia & actu per ſe exiſtente, vt à nobis expoſitū eſt, quicquam conſtitui, cùm eum ſolum vocauerimus per ſe exiſtentem, qui non eſt informans. *Duplex genus actus ſeu forma.*

In 2. ſent. d. 12 q. 1. NVNC verò, vt oſtendamus, materiam primam eſſe purā potentiā, neceſſe præterea eſt oſtendere, non eſſe eam actum entitatiuum, vt Scotus eſſe putat. Nullus enim re vera eſt actus entitatiuus, qui nec ſit per ſe exiſtens, nec informans. Nec verò ille rectè philoſophatur, cum accipit actum entitatiuum pro re actu exiſtente. Primum, quia abutitur verbo entitatiui. Actus enim entitatiuus, is ſolus dicendus eſt, qui ad entitatem pertinet: at entitas natura ſua exiſtentiam antecedit in rebus creatis, in quibus ſolis dari poteſt diſtinctio actus & potentiæ. Deinde, quia materia prima, etſi, antequam exiſteret, erat in potentia obiectiua, vt ait Scotus: vbi autem primum extitit per creationem, tum primùm eſſe cœpit ſub actu exiſtentiæ, *Impugnatur actus entitatiuus Scoti.*

num

numquam tamen per creationem conſequuta eſt, vt eſſet formaliter ipſe actus exiſtentiæ, aut compoſitum aliquid ex potentia & actu exiſtentiæ, quare nec conſequuta eſt, vt eſſet actus entitatiuus (vt Scotus loquitur) nec compoſitum quicquam ex potentia vlla, & eiuſmodi actu entitatiuo. Verùm contra Scotum lib. 8. dabitur latior diſputandi locus.

Materiã non eſſe actum informantẽ neque ex informãte actu & potentia conſtare.

QVOD igitur materia prima nec ſit actus informans, nec conſtet ex potentia & actu informante, manifeſtius eſt, quàm vt ex forma ſubſtantiali probari ſit neceſſe, vt enim ſubſtantialis forma non daretur, id tamen facilè ex eo probares, quia neutro modo materia prima eſſet materia prima, ſiue primum ſubiectum, id enim potius primum ſubiectum eſſet, primáque materia, cui ipſa ineſſet, vel ex quo vt ex potentia ſubiectóque ſui actus conſtaret. Quod verò nec ſit actus per ſe exiſtens, id iam ex forma ſubſtantiali multis argumentis oſtenditur.

Nõ eſſe actũ per ſe exiſtentem.

PRIMVM, quia ſi eſt actus per ſe exiſtens, non dubium eſt, quin ſit ſubſtantia completa: ſi autem eſt ſubiectum formæ ſubſtantialis veráque par eſſentiæ ſubſtantialis compoſiti: perſpicuum quoque eſt, eſſe ſubſtantiam incompletam, quæ planè repugnant. Quocirca nemo vnquam Philoſophorum eam fecit ſubſtantiam completam, ſimúlque ſubiectum formæ ſubſtantialis.

Actum per ſe exiſtentem natura, ſua perfectiorem eſſe informãte.

DEINDE, quia quiuis actus per ſe exiſtens, eſt perfectior quouis informante, cùm omnis informatio imperfectionem aliquam adiunctam habeat, qua tamen caret ex genere ſuo actus, ſiue forma per ſe exiſtens. Vnde fit, vt actus per ſe exiſtens dicatur formaliter de Deo, actus verò informans non item. Cùm igitur omnis actus per ſe exiſtens natura ſua perfectior ſit quouis informante; forma autem ſubſtantialis informans, ſi datur, perfectior ſit, quàm materia prima, vt perſpicuum eſt, & omnes concedunt: efficitur, vt data forma ſubſtantiali, qua materia prima formetur: nullo pacto dici poſſit, materiam primam eſſe actum per ſe exiſtentem.

Actum per ſe exiſtentem nõ eſſe quantitatis capacem.

TERTIO, quia actus per ſe exiſtens non eſt quantitatis capax, ſed eſt ſubſtantia ſeparata ab omni materia, tum ſenſibili, tum intelligibili, quæ nomine quantitatis ſignificatur: ſubiectum autem formæ ſubſtantialis, ſi ea datur, eſt capax quantitatis, & ſenſibilium qualitatum, ſine quibus naturalis mutatio eſſe non poteſt, vt apertiſſimum eſt, ab omnibus ſupponitur: non eſt igitur materia prima actus per ſe exiſtẽs.

Refellitur quorundã reſponſio.

Nec obeſt, quod quidam aiunt, cœlum eſt actum per ſe exiſtentem & tamen eſſe quantum, & ſenſibilibus qualitatibus præditum: pugnant enim hæc inter ſeſe, & qui hæc ſimul approbant planè ſibi præcludunt viam probandi, ſubſtantias ſeparatas eſſe quantitatis expertes.

Plotini præclara ſententia.

Quicquid enim habet molem, habet materiam, vt libro quarto Enneadis ſecundæ ſcribit Plotinus nobiliſsimus Platonicus, & in re planè Peripateticus. Ex quo pronunciato, quaſi ab omnibus recepto, ſic argumentatur: *Aut elementa ſunt forma, aut materia, aut conſtans materia, & forma, non forma quia habent molem, non materia, quia corrumpuntur: conſtant igitur materia, & forma.*

QVARTO

Digitized by Google

QVARTO, quia actus per ſe exiſtens non dicit alium ordinem ad actum, quo informari poſſit, quàm accidentalem, nec id quidem vniuerſè & in toto genere entium, ſed in rebus creatis tantùm: id autem omne, quod informatur ſubſtantiali forma ad conſtituendam eſſentiam tertiæ cuiuſdam ſubſtantiæ, dicit ordinem eſſentialem ad hoc genus formarum: igitur ſi materia informatur ſubſtantiali forma, non eſt vtique actus per ſe exiſtens. Quò fit, vt nemo eorum, qui dixerunt, corpus cœleſte eſſe actum per ſe exiſtentem, ſibi in mentem inducere potuerit, eſſe illud ſubſtantiali forma informante prędirum, ſed tantùm aſſiſtente.

Omnem actũ ſubſtantialem propriam operationem habere.

QVINTO, quia ſi materia prima eſſet actus per ſe exiſtens, haberet proprias operationes (omnis enim actus ſubſtantialis proprias operationes habeat neceſſe eſt, cùm id concedamus quàmplurimis accidentalibus) eoque magis ſibi vindicaret proprias operationes, quod non eſſet tantùm formale principium agendi, ſed agens ipſum principale, ac ſuppoſitum, cui actio tribueretur: at ſi datur forma ſubſtantialis, nulla iam relinquitur actio, quæ eiuſmodi actui per ſe exiſtenti tribuatur (omnes enim, quas nouimus, aut in accidentia referimus, aut in formas ſubſtantiales, vt ex iis, quæ ſuperiùs diximus, perſpicuum eſt (ergo ſi dantur formæ ſuſtantiales, quibus materia prima informetur: fieri non poteſt, vt ea ſit actus per ſe exiſtens. Niſi quis ita inſaniat, vt dicat, materiam primam eſſe principale agens per formas omnes, ſiue ſubſtantiales, ſiue accidentarias; quo pacto ei tribuentur omnes operationes, vt ſuppoſito agenti etiam eæ, quæ ad intellectum, & voluntatem pertinent. Quòd qui dixerit, parum aberit, quominus aſſentiatur iis Hæreticis, & Philoſophis, ſeu potiùs Philomythis, qui dixerunt materiam primam eſſe Deum omnibus videlicet formis onuſtum, & per alias, atque alias, alia, atque alia agentem, imò etiam (quod fateri eadem ratione cogentur) omnia patientem, & pleraque alia eorum ingenio, & inuentione digniſſima.

Sect. 5.

Lege Plotinũ Enne. 2. lib. 4. cap. 1. Albert. phy. tract. 5. c. 13. & D. Tho. 1. p. q. 3. ar. 8. & 1. cont. gen. cap. 17.

Inſana opinio quorumdam Hæreticorum & Philoſophorũ de materia prima.

POSTREMO, quia omnes quotquot poſuerunt actum per ſe exiſtentem, ſiue in cœlis, ſiue in his inferioribus negauerunt in eiſdem rebus formas ſubſtantiales; & omnes, qui in hoc, aut illo rerum genere admiſerunt formas ſubſtantiales, negauerunt eas recipi in actibus per ſe exiſtentibus. Communi ergo conſenſione ac intelligentia conſtat, ſi dantur formæ ſubſtantiales informantes, fieri non poſſe, vt materia prima ſit actus per ſe exiſtens, ita patet ex ipſa formarum ſubſtantialium aſſertione colligi, materiam primam eſſe puram potentiam.

Ariſtotelem & Platonem re vera exiſtimaſſe: materiam primam eſſe puram potentiam.

SECTIO V.

Ex Ariſtotele materiam eſſe purã potentiã.

ARISTOTELEM verò idem de materia prima exiſtimaſſe, cùm ex aliis pleriſque locis intelligitur, tum præcipuè ex primo Phy. cap. 7. vbi de ea ſic pronunciat. *Materiam primam* (*Text. 69.*)

Digitized by Google

perinde ſe habere in toto genere rerum naturalium, atque lignum in toto genere artificialium: patet autem, lignum neque eſſe actum, formamve artificialem, ſiue per ſe exiſtentem, ſiue informantem: neque aliud quicquam ex actu artificioſo conſtans. Item, *materiam primam eſſe informe quiddam*; id autem quod vel eſt forma, vel ex forma compoſitum non dicitur ſimpliciter informe. Denique, *materiam primam non eſſe ens quaſi hoc aliquid*, hoc eſt, non eſſe ens vt actum per ſe exiſtentem, aut aliquid conſtans actu. Ex primo etiam de Generatione cap. 3. Text. 11. quo loco docet, *materiam primam non eſſe ens actu, ſed potentia, ſiue potentiale, & cuius eſſentia in ipſo poſſe conſiſtat.* Denique ex 7. libro *huius* Text. 8. *operis* capite tertio, vbi ſic ſcribit, *Dico autem materiam, quæ per ſcipſam neque quid, neque quantum, neque aliud quicquam dicitur eorum, quibus ens definitur*: quod idem in eodem ſenſu aliis pleriſque in locis aſſerit. Quo pronunciato docet, materiam primam ſecundum ſuam eſſentiam nullo modo eſſe ens actuale, ſed potentiale, & receptiuum, non modo actuum accidentalium, ſed etiam ſubſtantialium. Hinc eſt illud Auen-rois initio lib. de ſubſtantia orbis, *Materiam primam ſubſtantiari per poſſe*: & illud eiuſdem 5. Phyſicorum. *In eſſe materia non admiſceri omnino actum.* Cap. 1. Comm. 8.

In eadem ſententia fuiſſe Platonem.

De Platone vero idem credere par eſt, vt patet ex iis, quæ ſuprà à nobis de materia prima ex Timæo relata ſunt. Difficilè enim niſi de pura potentia intelligi poſſunt. Quamquam verò Plato primo aſpectu non admodum firma ratione id videatur ex eo probaſſe. Quia oportet receptiuum eſſe ex ſe expers eorum omnium, quæ recipere poteſt vt ibidem diximus (id quod forſitan in cauſſa fuit, vt Auen-rois in explanatione libri duodecimi huius operis crediderit, neminé ante Ariſtotelem materiam primam cognouiſſe) eſt tamen optima ratio, ſuppoſita forma ſubſtantiali: materia enim, quæ ſubſtantialem formam ſuſceptura eſt, pura potentia eſſe debet in genere ſubſtantiæ, atque adeo in toto genere entium, & (quod hinc ſequitur) ens nullo modo actuale, quam rationem ex Timæo refert, atque approbat Ariſtoteles tertio libro de Cœlo, cap. 8. eadémque aliis pleriſque locis vtitur. Intellige autem rationem hoc pacto. Quicquid receptiuum eſt formarum alicuius generis, ſiue per tranſmutationem, ſiue quocumque alio modo, oportet vt, nec ſit forma eius generis, neque ex ea conſtet, quod pronunciatum eſt per ſe notum: atqui materia prima eſt receptiua formarum non modo accidentalium, ſed etiam ſubſtãtialium: igitur neque eſt forma vlla, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis, neque ex vlla earum conſtat, ac proinde eſt pura potentia. Quæſt. 2. Sect. 5. Comm. 5. Text. 67.

Vis rationis, qua Plato materiam primam potentiam facit.

Exponitur ratio Platonis, & Ariſtotelis.

Occurritur quorumdam obiectioni.

Svnt tamen, qui capere non poſſint, quo pacto materia prima ſit pura potentia, niſi ſit nihil. Quod enim, inquiunt, non eſt actu, nihil eſt. Verumtamen multis modis peccant. Primùm, quòd credant puritatem aliquid detrahere de ratione potentiæ. Nam vt actus non ideo non eſt actus, quia eſt purus actus, ita potentia non ideo non erit potentia, quia ſit pura potentia. Quod ſi adhuc potentia eſt, & ex conſequenti aliquid, ergo non eſt nihil. Deinde, quod exiſtiment ſimpliciter verum eſſe, id, quod non eſt actu, nihil eſſe, cùm tamen omnia,

nia, quæ præterierunt, aut futura ſunt, aliquid ſint (neque enim ſunt commentitia) & tamen non ſint actu. Poſtremo, quia putant eum, qui aſſerit materiam primam eſſe puram potentiam, eo ipſo negare illam eſſe actu, quaſi idem ſit eſſe actu ſiue actu exiſtere, atque eſſe actum, aut conſtans actu, quod iam impugnatum eſt. Non negamus ergo materiam primam eſſe actu, cùm dicimus eſſe puram potentiam, ſed tantummodo negamus eſſe actum, atque rem, quæ actum includat. Quin etiam credimus, eam ſibi vendicare peculiarem exiſtentiæ actum, vt libro 8. oſtendere conabimur, qui tamen actus accidentarius illi eſt, nec ſufficiens, vt per eum ſit intrinſecus, ſiue eſſentialiter ens actuale.

Materiam eſſe actu, licet, actus non ſit, neque ex eo conſtet.

Redditur ratio multorum, quæ de materia, & forma dici ſolent.

SECTIO IX.

EX his facilè reddi poteſt ratio multorum, quæ de materia prima, & forma ſubſtantiali dicuntur. Nam quia materia prima eſt pura potentia, ac proinde ita remota ab actu puro, qui maximè ens eſt, vt nihil remotius fingi poſſit. Iccirco à D. Auguſtino merito vocatur *Propè nihil*. Eadem ratione dicitur *Fundamentum naturæ* quia pura potentia in omni actione naturæ ſupponitur. Nihil enim eſt, quod naturales cauſſæ ex nihilo faciant, ſed compoſita ſubſtantialia faciunt ex pura potentia, accidentalia vero ex ſubſtantialibus compoſitis. Haud diſſimile eſt illud Plotini libro quarto Enneadis 2. *Profundum vniuſcuiuſque, eſt materia.* Niſi, quod docet Plotinus iis verbis, in Mundo etiam intelligibili ſubſtantiis ve ſeparatis eſſe materiam, tamenſi longè diuerſæ rationis, quod quo pacto intelligat, alibi forſitan explicabimus.

11. lib. Confeſſ. ca. 7.

Cap 5.

Cur dicatur propè nihil.

Cur natura fundamentū.

Materia profundum cuiuſque rei naturalis.

DICITVR *Chaos ſiue confuſio*, quia in pura potentia nihil diſtinctum eſſe poteſt, cùm omnis diſtinctio fiat per actum: Vnde eſt illud veterum Scholaſticorum, *In natura fundamento nihil eſt diſtinctum.*

Refertur ab Alenſi 8. Metaphyſ. cap. 1. ad textum. 4.

Cur Chaos ſiue confuſio.

DICITVR *ſylua*, quia ſi ſecundum ſe conſideretur, ita eſt in potentia ad omnes formas naturales, vt ſylua adhuc intacta ad omnes artificiales. Hinc nata eſt diſtinctio, quam Themiſtius, & [a] Simplicius [b] in caput ſeptimum primi Phyſicorū ex Boëtio referunt, vt materia reſpectu formarū, quas nōdum habet, dicatur ὕλη, quod Latinè eſt tū *ſyluatum materia*, ὑποκείμενον autē, *ſiue ſubiectū* cōparatione earū, quas habet.

[a] In textum 61.
[b] Comm. 57.

Cur ſylua.

DICITVR apud Ariſtotelem, [c] & Platonem [d] *Mater*, quia principium paſſiuum, atque ita fœcundum, vt ex illius potentia formæ omnes quæ ſunt purè naturales educi poſſint, quod dixerim propter humanam, quæ quatenus per ſeſe cohærere poteſt, modum eſſendi formarum naturalium excedit, & ſeparatarum conditionem participat.

[c] 1. Phy. cap. 9. text. 80.
[d] In Timæo.

Cur Mater.

Humana forma excedit modum eſſendi formarum naturalium.

DICITVR item apud vtrumque *Per ſe ignota*, quia non niſi per formam cognoſcitur non ſolùm poſitiuè, vt cùm intelligitur omnium capax, ſed etiam priuatiuè, hoc eſt, quatenus percipitur nullam includere.

Apud Ariſt. 7. Metap. ca. 10. text. 35. et 1. Phy. cap. 7. text. 69. Apud Platonem in Timæo fol. 6.

Cur per ſe ignota.

QVA etiā ratione à quibuſdā Veteribus appellatur *Tenebræ*, quia vt tenebræ tum dicuntur cerni, cùm in rebus obiectis lumine capacibus

Cur tenebræ.

Apud Platonem vero in Timaeo fol. 6. In his eſt D. Thom. 1. p. q. 15. art. 3. ad tertium. In Timaeo fol. 6.

nullum cernitur lumen: ita materia tum demum percipitur, cùm in Ente ad formas accipiendas idoneo nulla omnino forma, ſiue actus intelligitur. Ex hac materiæ conditione fit, vt apud Platonem nulla ponatur idea, quæ ſit propria materiæ, eo quòd per ideas formarum cognoſcatur, quod idem plerique noſtrorum Theologorum ſentiunt, cum de veris ideis loquuntur. Fit etiam, vt rectè dicat Timæus Pythagoricus apud Platonem. *Materiam adulterina quadam ratione vix eſſe opinabilem.* Quærentes enim materiam, in formas neceſſario incidimus, illamque nos directo percipere exiſtimantes, non illam in ſe, ſed in formis intelligimus: quę cognitio quodammodo adulterina eſt, & non germana, præſertim cùm negatione formarum omnium eam percipere conamur: nihil enim ex ea ratiocinatione nobis videmur reliquum facere, lege Plotinum in loco paulo antè citato, Themiſtium 3. de Anima caput. 44. ſuæ paraphraſis, & Simplicium de hac re fuſiùs diſſerentem ad caput ſeptimum primi Phyſicorum, quo loco eam quoque verborum Platonis expoſitionem adhibet Simplicius, vt dicat, *propterea materiam primam cognoſci adulterina, & non germana ratiocinatione, quia intelligitur per analogiam ad materiam artefactorum*, vt Ariſtoteles ibidem docet: quod ipſum ſcribit Simplicius, accepiſſe Ariſtotelem ex libro quodam Timæi, quemadmodum Plato illud de adulterina cognitione.

Cur eius cognitio dicatur adulterina.

Plot. Ennead. 2. c. 10. & 12. lib. 4. Simplicius co. 75.

Textus. 69.

DICITVR autem adulterina cognitio materiæ primæ ea, quæ fit per analogiam, ſiue proportionem ad materiam artefactorum, quia etſi vtraque ſit poſitiuè, & priuatiuè, (vtraque enim materia intelligatur capax ſuarum formarum, & nullam earum includere) tamen cùm denudamus materiam artefactorū ab omni forma artificioſa, aliquam aliam formam relinquimus, vt ligni, aut æris, quod non accidit, cum denudamus materiam primam ab omni forma naturali. Ita dum dicimus, materiam primam perinde ſe habere ad formas naturales vt materiam artefactorum ad artificiales, quodammodo decipimur. Dico autem, *quodammodo*, quia nulla eſt deceptio, ſi res probè intelligatur. Nam quemadmodum denudantes materiam artefactorum à formis, ſiue actibus artificioſis, relinquimus ens naturale, quod eſt pura potentia in genere artificialium, ita ſpoliantes materiam primam formis omnibus, ſiue actibus naturalibus, relinquimus ens quoddam, quod eſt pura potentia ſimpliciter. Atque ideo Plato non dixit abſolutè, *cognoſci materiam adulterina ratione*, quo pacto abſolutè dicimus, falſum nummum eſſe adulterinum: ſed dixit, *adulterina quadam*, id eſt, quodammodo adulterina, quod decipere videatur. Eſt enim alioqui eius cognitio per formam vera & germana, cum forma ſubſtantialis ſit proprius eius quaſi vultus, vt per eam verè cognoſci poſſit, ac debeat.

Cur turpis, & maleſica dixit.

1. Phyſic. 9. text. 81. Ibidem text. 92. 1. Phy. c. 9. tex. 81. Vt Metaphy. ca. 2.

DICITVR quoque materia prima inferiorum apud Ariſtotelem *Turpis*, non ea ratione ſola, quia eſt informis ex ſeſe: nam & ſuperiorum materia informis ex ſe eſt, nec tamen dicitur turpis, ſed quia neceſſario coniuncta eſt cum priuatione plurimarum formarum, ad quas habet naturalem propenſionem. Poſſet quoque ratione huius turpi-

turpitudinis dici *Maleſica* (quod epithetum Ariſtoteles priuationi tribuit) quia, vt potiatur formis, quibus eſt priuata, molitur per accidens abiectionem eius, quod habet, qua de cauſſa *Principium non eſſendi ſiue corruptionis* dicitur libro ſeptimo huius operis, cap. 7. & aliis pleriſque locis. Atque hoc nobis ſit vltimum materiæ primæ attributum, quod ipſum naſcitur ex pura eius potentialitate reſpectu formarum ſeparabilium.

Cur principium corruptionis.

1.text.3. & 2. Phyſ.c.3.tex. 28. & 5. Metaph.c 7.text. 21. & lib.8.c. 4.text 12. & 2. Phyſ. c. 7. text. 74. tertio. Phy.c.7. text 67. & 4. lib.c.4.tex.35. & 1. de Gen. c.7 tex.55. & 1. de Ani. c. 5.text.90.

Cur forma appelletur ſpecies.

De forma quoque ſubſtantiali multa dici ſolent, quæ iis, quę de ea expoſita ſunt, cóſentanea eſſe quiuis intelligat. Ac primùm, quod non raro appelletur *Species*, vel ex eo naſcitur, quod omnis rerum naturalium pulchritudo ab ea exiſtat: vnde & materia illa dicitur appetere, vt turpe appetit pulchrum: vel quòd materiam alioqui inuiſibilem, ſpeciandam, vt ita dicam, ſiue ſpectandam exhibeat: vel quia addita materiæ ſpeciem compleat.

Cur ratio & quidditas.

Dicitvr quoque *Ratio*, quia ab ea præcipuè ſumitur rerum naturalium definitio: qua etiam de cauſſa nonnumquam appellatur *quidditas, & ratio quidditatis*.

Cur finis, ac terminus.

Dicitvr *Finis ac terminus*, vel quia ipſa primò determinat materiæ infinitatem, & indifferentiam: vel quia eſt finis, ac formalis terminus generationis.

Cur diuina ſimilitudo, ac proles.

Dicitvr apud Platonem* *Verè exiſtentium ſimulacrum, Diuinæ naturæ participata ſimilitudo*, ac denique *Diuina quædam proles* quia eſt incompleta quædam imitatio ſubſtantiarum ſeparatarum, habens quidem vires proprias ad agendum, nec ſolius paſſionis capax, vt materia, ſed tamen pars naturalis compoſiti cum ipſa materia. Quamquam potius compoſitum appellandum eſſet prolis nomine, quia ſolū compoſitum propriè fit, vt Ariſtoteles [a] docet.

** In Timæo.*

Cur ἐντελέχεια.

Dicitvr ἐντελέχεια ficto ab Ariſt. vocabulo, vt Græci omnes [b] volunt. Quod verbum exiſtimant nonnulli Recentiores [c] ideo Latine redditum à Cicerone, *Continuatam, & perennem motionem*, quod putauerit nomen ἐνδελεχείας vſurpatum fuiſſe ab Ariſtotele more Attico pro ἐντελεχείας, mutato δ in τ ἀπὸ τοῦ ἐνδελεχῶς, quod eſt *continuum*. At neque verbum ἐντελεχείας, quo tam ſæpe vtitur Ariſtoteles, ita exponitur vnquam à Græcis interpretibus, quaſi ab eo vſurpetur pro verbo ἐνδελεχείας, quod tamen facere debuiſſent, neque ea verbi interpretatio formam vllam ſubſtantialem, ſed in ſolam operationem conuenit. Quòd ſi Cicero accepit Motionem pro vi mouente (quod credere par eſt) eámque dixit *continuatam & perennem*, quod permanens ſit: ne hoc quidem modo placet interpretatio, tum quia obſcurior eſt, tum etiam quia falſa, aut impropria, cum anima non ſit vis mouens, ſed quaſi finis virium mouentium.

a Lib. 7.c. 8. tex.27.

b In iis ſunt. Alexan. Themiſt. Philop. & Simp. 2. & 3. Phyſ. & 2. de anima; & Gre. Nyſſ. 2. de Philoſophi a c. 4.

c Hos refert Vi. Comerc. in diſceptatione de A. nima rationali.

Eqvidem libenter interpretarer ἐντελέχειαν *perfectum habitum*, ſiue *habitum perfectionis*, quaſi κατά τι ἐντελὲς ἕξιν, quæ eſt vltima interpretatio Simplicij 2. libro Phyſicorum & Themiſtij 2. de Anima, iuxta quam Hermolaus Barbarus nomen *Perfecti habitus* facere conatus eſt. Nam cum habitus vocabulo ſæpe apud Ariſtotelem ſignificetur quæuis forma permanens, *perfecti habitus* vocabulo rectè

Simpl. coll. 2. Themiſt. l. 2. Hermol. ibid.

 ſignifica

Variè apud Aristotelem dici, ἐντελέχεια.

ſignificabitur perfectum genus formarum permanentium, quod eſt ſubſtantialium. Sed video ſecundo de anima capite primo, ἐντελέχειαν bifariam dici, vno modo vt ſcientiam, altero vt contemplationem, ſiue vt actum ſciendi. Vnde videtur perſpicuum, hoc vocabulo apud Ariſtotelem non tantum formas ſubſtantiales, ſed etiam accidentarias, atque adeo operationes ipſas ſignificari. Ac facilè quidem diluetur hæc obiectio, ſi quis approbet Alberti, Caietani, & aliorum quorumdam ſententiam dicentium, nomine Entelechiæ, vt ſcientiæ, intelligi eo loco formas ſubſtantiales, quæ aliquando vacant à propriis quibuſdam operationibus, quemadmodum & habitus ſcientiæ à propriis actibus: nomine autem Entelechiæ, vt contemplationis, intelligi eas, quæ perpetuò ſuis operationibus additæ ſunt vt velit Ariſtoteles conſtituere diſcrimen inter animam, & reliquas formas ſubſtantiales, quòd cæteræ quaſi miniſtræ perpetuo obſequio mancipatæ ſint: animæ verò omnes, cùm altiorem naturam habeant, à quibuſdam propriis actionibus interdum vacare ſoleant, veluti intellectiua ab actu intelligendi, ſenſitiua à ſentiendi, & vegetatiua à gignendi, & augendi. Sed cùm Ariſtoteles ſæpe alibi operationes ipſas ἐντελεχείας appellet, atque adeo motum in commune definiat ἐντελέχειαν τοῦ δυνάμει ὄντος, hoc eſt, *eius, quod eſt potentia*, perſpicuum eſt, non iam ſatis eſſe prædictiam diſtinctionem ad diluendam obiectionem, vímque nominis explicandam, & ſi fortiſtan ad rem, de qua ibi agitur, apta videri poſſit.

Vt 1. de generat. cap. 6. text. 55.

Ad initium 2. de Anima.

Alia interpretatio latius patens.

DICENDVM igitur, nihil aliud ſignificari ab Ariſtotele nomine ἐντελεχείας, quam *perfectionem, habitum* (ἀπὸ τοῦ τὸ ἐντελὲς ἔχειν) quaſi dicas, formam inhærentem, aut quaſi inhærentem, & quæcunque illa ſit, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, aut etiam inchoata, quo nomine tam ſæpè vtitur Ariſtoteles, vt damnet formas ſeparatas, quas Plato induxit. Atque hoc modo intelligi poſſunt interpretationes Simplicij, & Themiſtij allatæ, vt habitus nomine non vtantur ad ſignificandam formam permanentem, ſed ipſam, vt dicam, habitionem perfectionis, formæve cuiuſcunque. Quæ eadem eſt interpretatio Philoponi ex Alexandro ad caput primum ſecundi de Anima ſic ſcribentis *Forma autem* (permanentem intellige) *& Entelechia,* inquit, *hæc fuerit differentia, quòd omnis quidem forma ſit Entelechia, non autem omnis Entelechia forma: quæ enim ab habitu eſt operatio Entelechia quidem, nō etiam forma eſt. Quare plus eſt Entelechia, quam forma.* Verùm, quia forma ſubſtantialis eſt præcipua rerum naturalium perfectio, cùm ſit prima, & eſſentialis; non immeritò Peripatetici ſæpe accipiunt nomen ἐντελεχείας pro ſola ſubſtantiali forma: præſertim cùm in eam quoque præcipuè conueniat altera nominis interpretatio à Philopono allata, qua Entelechia dicitur ab eo, quod eſt ἓν & τέλειον, & συνέχειν, hoc eſt *ab vno, & perfecto, & eo, quod continet.* Vnitas enim, perfectio, & munus continendi materiam ſubſtantiali formæ præcipuè tribuitur.

Ad text. 5.

Cur forma dicatur lux.

DENIQVE, vt cætera mittam attributa, ſola forma ſubſtantialis à pleriſque veteribus vocari *lux*, quod omnia exornet, ac diſtinguat. Quòd, lumine ſuo ipſa videatur, ad eiuſque notititiam cæterorum

rum omnium perfecta cognitio reuocetur. Quòd, vt nihil eſt oculis aſpectu lucis carius: ita in rebus naturalibus nihil ſit intellectui cognitione ſubſtantialis formæ optabilius. Quòd, vt nihil ex iis, quæ ſenſibus percipiuntur, hæc inferiora à ſupernis corporibus luce præſtantius accipiunt: ita vt pura potentia à puro actu, aliiſque mediis cauſſis, nihil melius formis ſubſtantialibus. Quòd, vt colores varia lucis participatione diſtinguuntur, peculiaréſque proprietates, ac facultates ſibi vendicant; ita res naturales varia participatione formarum ſubſtantialium pulcherrimum ordinem vniuerſi huius aſpectabilis conſtituant. Inde gradus perfectionis, & præſtantiæ naturalis cuiuſque rei; inde tam multæ virtutes extant, tam varia inſtrumenta, & operationes. Itaque quemadmodum tota natura materiam primam ſupponit, vt in ea, atque ex ea omnia faciat, quæ naturali facultate fieri poſſunt: ita tota videtur intenta in vno formarum ſubſtantialium genere propagando, conſeruando, eiúſque multiplici vi exercenda, & communicanda.

Cur hic actũ ſit de inuētione ſolius materia ac formæ internæ.

ATQVE hæc de inuentione duarum cauſſarum internarum, materiæ primæ & formæ ſubſtantialis. De forma autem extrinſeca, quam diximus exemplar, Detur ne re vera comparatione rerum omnium, quæ fiunt, & quo pacto detur, commodius libro ſeptimo. Denique de cauſſæ efficientis, & finalis inuentione, nihil eſt neceſſe diſputare, cùm eas eſſe conſtet: tametſi de cauſſandi ratione, ac modo, cùm earum, tum cæterarum triũ, aliiſque permultis, quæ ad perfectam earum cognitionem deſiderantur, ſuis locis agendum eſt.

FINIS PRIMI LIBRI.

Deo Ieſu Chriſto æterni Dei æterno Filio laus & gloria; Amen.

Digitized by Google

COMMENTARII

PETRI FONSECÆ SOCIETATIS IESV:

IN SECVNDVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

PROOEMIVM.

Sententia Alexādri de ordine huius libri ad reliquos Ariſtotelis.

HVNC librum, qui apud Græcos, A τὸ ἔλαττον, ſiue *Primus minor* inſcribitur, ſuſpicatur Alexander, tum initio explanationis, tum etiam ad finem libri non pertinere ad hunc locum, quòd vltima verba ſuperioris videātur cohærere cum initio ſequētis, quem nos tertium dicimus. Additque, potius videri præfationē toti Philoſophiæ contemplatrici communem, quòd in eo de contemplatione veritatis in vniuerſum diſſeratur. Non deſunt quoque ex recentioribus, qui illum inter primum, & ſecundū Phyſicorum, quaſi exordium ſecundi inſerendum velint, contrariamque enarratorū Ariſtotelis ſententiam communem Græcorum, & Latinorum errorem appellare non vereantur: id, quod ex collatione extremæ particulæ huius libelli cum fine primi Phyſicorum, & toto ſecundò eius operis libro planè ſe colligere exiſtimāt. Com. 1. & 2.

Iacobus Sadoletus, & Frāciſcus Beatus hoc loco.

Alia de eadē re opinio.

Hoc loco inſerendum eſſe hunc librum.

NON eſt tamen, cur libellum ab hoc loco, præſertim contra communem Græcorum, & Latinorum ſententiam, remouendum putemus. Nam etſi finis ſuperioris libri poſtulat initium tertij, tamen quia in tertio

CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

Cur veritatis cognitio partim facilis ſit partim difficilis.

V*Eritatis* [a] *contemplatio.* In priori parte huius cap. quæ totam primam totius libri continet, docet Ariſtot. primùm veritatis contemplationem, partim eſſe hominibus difficilem, partim facilem. Quòd quadam ex parte ſit difficilis, duobus confirmat indiciis. Vno, quia nemo vnquam pro rei dignitate eam aſſequi potuit. Altero, quia ſi quis intelligere voluerit, quid vnuſquiſque Philoſophorum per ſeipſum ad veritatis cognitionē contulerit, planè comperiet, ſingulos, aut nihil, aut parum cōtuliſſe. Quòd verò altera ex parte ſit facilis, totidem ſuadet argumentis. Vno, quia nemo eſt, qui etiam per ſeſe à vero prorſus aberrauerit, nullamq; veræ cognitionis particulam attigerit

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

ΑΛΦΑ ΤΟ ΕΛΑΤΤΟΝ.

Ὅτι ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία πῇ μὲν χαλεπὴ πῇ δὲ ῥᾳδία.

ΚΕΦΑΛ. Α.

Textus 1.

ΗΠερὶ [a] τῆς ἀληθείας θεωρία, πῇ μὲν χαλεπὴ, πῇ δὲ ῥᾳδία. σημεῖον δὲ, τὸ μήτε ἀξίως μηδένα δύνασθαι τυχεῖν αὐτῆς, μήτε πάντας ἀποτυγχάνειν, ἀλλ᾽ ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως: καὶ καθ᾽ ἕνα μὲν ἢ μηδὲν, ἢ μικρὸν

in tertio plurimæ erant proponendę atque agitandæ quæſtiones, quibus pro vtraque parte tractandis aperitur via ad inueniendam veritatem earum rerum, quæ ad hanc ſcientiam ſpectant, rationi conſentaneum fuit, vt hoc loco inſereretur breuis aliqua tractatio de modo inueſtigandæ veritatis. Et quamquam huiuſmodi tractatio ad totam contemplatricem Philoſophiam pertineat, tamen ob id ipſum, quia

Cõmunem veritatis tractationẽ maximè ad primũ Philoſophum pertinere.

Text.3.

communis eſt, nec priuatim ad Philoſophum naturalem, aut Mathematicum ſpectare poteſt, ſoli primo Philoſopho iure adſcribenda eſt, præſertim cùm veritatis cognitio ad illum maximè pertineat, vt Ariſt. docet 1.c. huius libri. Cùm igitur tractatio hæc neceſſariò ad primum Philoſophum ſpectet, nec alius occurrat locus, in quo commodiùs tradi potuerit, non eſt cur quiſquam dubitet, num hoc loco ab Ariſt. inſerta ſit. Prætereà, cùm omnis veritas, quæ pendet ex cauſſis, ex cognitione earum intelligi debeat, vanúmque ſit omne Philoſophorum ſtudium in ea exquirenda, ſi cauſſarum progreſſus ſit infinitus, vt qui numquam abſolui poſſit, neceſſe fuit, vt antequàm proponerentur eæ quæſtiones de primis cauſſis ac principiis, quæ in tertio aſſerendæ, & vtrámque in partem diſputandæ erant, planè conſtaret, non re vera dentur primæ cauſſæ ac principia, an potiùs in his detur infinitus progreſſus, in qua re explicanda maior pars huius libelli cõſumitur. Quæ autem afferũtur ab iis, qui eũ ſecundi Phyſicorum exordium faciunt, ex enarratione extremę partis tertij capitis facilè refelletur. Cauſſa verò cur Græci hunc librũ non ſecundum Metaphyſicorũ, ſed primum minorẽ inſcribant, hæc videtur fuiſſe, quia cùm ſit admodũ breuis, potiùs videri poteſt appendix quædam primi, quàm integer ſecundus.

Cur hic liber primus minor à Græcis dicatur.

Sũma rerum, quæ hoc libro tractantur.

Denique tres ſunt huius libelli partes, in quarũ prima docet Ariſt. quo pacto ſe habeant homines in veritate cognoſcenda. In ſecunda oſtendit, ad hanc ſententiam maximè ſpectare veritatis cõtemplationem, quo loco quæſtio illa de cauſſarũ infinitione tractatur. In tertia, quæ extremo capite continetur, tradit modum, qui tenendus eſt in veritate rerum inueſtiganda, id quod præcipuè in hoc libello quæritur.

---

attigerit. Altero, quia ſaltem congeſtis in vnum omnium Philoſophorum inuentis, ſatis magna videri poteſt veræ cognitionis ſumma.

[b] *De natura aliquid dicit. & ſinguli quidem aut nihil, aut parum ad eam cõferunt, &c.* Non eſt ſumendum hoc loco Naturæ nomen pro interno principio rerũ naturalium, ſed pro eſſentia rei, cui in primis cognoſcendæ dat operam ſcientia contemplatiua. Eodem modo ſumitur Naturæ nomen apud eos, *qui Philoſophiam diuidunt in natura obſcuritatem,*

Naturæ nomen quid hoc loco ſignificet.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SECVNDVS.

Veritatis contemplationem partim facilem partim difficilem & arduam exiſtere.

CAPVT PRIMVM.

Text.1.

VEritatis [a] *contemplatio partim difficilis, eſt, partim facilis. Indicio autem illud eſt, quòd neque eam pro dignitate quiſquã aſſequi poteſt, neque ab ea omnes aberrãt, ſed vnuſquiſq́; de* [b] *natura aliquid dicit: & ſinguli quidẽ aut nihil, aut*

in deſſe

in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam, atque mores.

Explicatur prouerbium, Ecquis aberret ab oſtio?

[c] *Quocirca ſe ita res habere.* Docet quænam in tota Philoſophia ſint cognitu facilia, quæ item difficilia. Id, quod oſtendit prouerbio illo, *Ecquis aberret ab oſtio?* quod in facilibus rebus vſurpari ſolet, &, vt Alexander ait, ſumptum eſt à ſagittariis, qui etſi tenue ſignum non facilè attingunt, à lato tamen, cuiuſmodi eſt oſtium, non aberrant. At D. Thom. vult, prouerbium deſumptum eſſe ex cognitione domus, cuius etſi interiora non omnibus patent, ianua tamen cunctis eſt nota. Quæ eadem expoſitio eſt Auen-rois, Vtramuis ſimilitudinem in prouerbio intelligas, ſignificat Ariſtoteles, communiſſima principia facilè intelligi, quia ſunt per ſe notiſſima, cætera verò pronunciata, quæ velut partes ſubillis continentur, difficilè, vel quia non ſunt per ſe nota, vel quia eorum per ſe nota veritas minùs perſpicua eſt. Neque enim verba illa *non poſſe* ſignificāt impoſſibilitatem, ſed difficultatem, quaſi dictum ſit, difficilè poſſe. Vel dicito cum Alenſi, in iis verbis repetendam eſſe particulam *pro dignitate* quæ ſuperiùs poſita eſt. Idem enim ſenſus redit. Scotus & alij nonnulli dicunt, cùm Ariſtoteles ait, difficultatem ex eo oſtēdi, quòd non facile totum, & partem intelligamus, ſenſum eſſe, totam difficultatem in eo eſſe poſitam, quòd non facilè intelligamus, quo pacto totum, quod proponitur, reſoluatur in partes, aut ex partibus propoſitis componatur totum. Alexander etiam multis modis exponit hunc locum. Sed prima expoſitio magis eſt ad rem, cum qua congruit Alexandri penultima.

Cōmuniſſima principia facilè cognoſci, ex iis verò deductas cōcluſiones difficilè.

ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῇ, ἐκ πάντων δὲ συναθροιζομένων γίνεσθαί τι μέγεθος· ὥς [c] εἴπερ ἔοικεν ἔχειν, καθάπερ τυγχάνομεν παροιμιαζόμενοι, τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι; ταύτῃ μὲν ἂν εἴη ῥᾳδία· τὸ δ' ὅλον τ' ἔχειν, καὶ μέρος μὴ δύνασθαι, δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐτῆς. ἴσως [d] δὲ καὶ τῆς χαλεπότητος οὔσης κατὰ δύο τρόπους, οὐκ ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐν ἡμῖν τὸ αἴτιον αὐτῆς. ὥσπερ [e] γὰρ καὶ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων.

Οὐ [F] μόνον δὲ χάριν ἔχειν δίκαιον τούτοις, ὧν ἄν τις κοινωνῆσαι ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔτι ἐπιπολαιότερον ἀποφηναμένοις, καὶ γὰρ οὗτοι συμβάλλονταί τι, τὴν γὰρ ἕξιν προήσκησαν ἡμῶν. εἰ [h] μὲν γὰρ Τιμόθεος *Textus 2.*

Non deſunt, qui ſuſpicentur, librariorum vitio irrepſiſſe in hunc locum θύρας pro θήρας, vt prouerbium ſit, *Ecquis aberret à fera?* Sed primùm, omnes Codices legunt θύρας. Deinde nullus eſt interpretum, qui de hac lectione dubitet. Poſtremò, non ita facilè eſt feram ex inſidiis, & (vt ſæpe fit) ex incommodo loco configere, vt prouerbio ſignificandum fuerit, turpiſſimum eſſe à toto eius corpore aberrare, cui prouerbio hi volunt locum eſſe datum ex eo, quòd Peleus (vt eſt apud Pindarum) aberrans à fera, quam petebat, Eurytionem ſibi cariſſimum interemit. Quod verò Alexander ductum eſſe prouerbium à ſagittariis affirmat (quæ eſt altera eorum coniectura) potiùs ita intelligendum eſt, vt is ineptiſſimus eſſe ſignificetur, qui cùm ſe ad ſignum exercet, à toto aberrat ingreſſu, & quaſi oſtio eius tecti, quod tutari ſolet aggerem, cui ſcopus affixus eſt. *Chil. 1. cēt. 6.*

Vnde præcipue oriatur difficultas in veritate cognoſcenda.

[d] *Fortaſſe autem.* Proponit quamdam diuiſionem, ex qua colligit, vnde oriatur difficultas, quam in cognitione veritatis experimur, atque: cùm difficultas (intellige omnem) vel ex potentia, vel ex materia, circa quam potentia verſatur, oriri poſſit (hoc enim ſignificant verba illa, *Cùm difficultas duobus modis accidat*) difficultatem eam, quam in cognitione veritatis experimur, non ex rebus ipſis, ſed ex imbecillitate intellectus noſtri præcipuè naſci; ſic enim intelligendus eſt contextus, quamquam alij aliter hunc locum interpretantur; de qua re ad finem cap. diſputandum eſt. Quod autem ad verba attinet dictio *fortaſſe* non afficit priorem orationis partem, vt ſit ſenſus *cum difficultas duobus fortaſſe modis accidat,* vt quidam legunt, ſed poſteriorem, vt hæc ſit ſententia. *Fortaſſe non in nobis:* Adhibet autem Ariſtot. more ſuo dubitandi notam, vel quia res non eſt vulgaris, ac facilis, *Quæſt. 1. Sectio 2.* *Vt Scotus.*

facilis,vel vt ſignificet, ita difficultatem veritatis cognoſcendæ tribuendam eſſe imbecillitati intellectus noſtri, vt tenuitatis etiam quarumdam rerum aſcribi poſſit.

e *Nam quemadmodum veſpertilionum oculi ſe habent ad lumen diurnum.* Probat inſtitutum Veſpertilionum ſimilitudine,quæ quo pacto intelligenda ſit,ad finem cap. docebimus.

f *Æquum eſt autem vt non ſolum ijs habeatur gratia.* Poſtquàm expoſuit, quàm ſit difficilis cognitio veritatis, cauſamque difficultatis ex noſtri intellectus imbecillitate præcipuè naſci docuit, oſtendit, quantum recentiores in hac re veteribus debeant. Omnes enim ſuperiores Philoſophi aliquid adiumenti in veritate rerum cognoſcenda poſterioribus attulerunt, ſiue quia tradiderunt veras aliquas ſententias,ac dignas, quæ à poſterioribus approbarentur, ſiue quia cùm veritatem non penitus attigiſſent, ipſa tamen inchoata,& imperfecta rerum tractatione recentiorum ingenia excitarunt, & acuerunt. Priorem iuuãdi modum vocat D. Thom. directum, poſteriorem indirectum. Quo loco docemur non cõtinuò faſtidire priſcos Philoſophos,qui minus rectè, & accuratè de rebus diſſeruerunt, quin potiùs euoluenda eſſe eorum ſcripta, & ex illis alias ſententias ſeligendas, alias modeſtè,atque adeo cum animi gratitudine relinquendas, quòd nobis occaſionem exhibuerint melius aliquid inueniendi. Nam vt ij, qui omnia ſuo Marte aſſequi ſe poſſe exiſtimant, arrogantiæ nomine meritò damnantur: ita ingrati animi vitio non iniuria notantur,qui ea initia, quæ ab antiquioribus acceperunt,parui facienda ducunt, præſertim cùm *principium*, vt eſt in prouerbio, *maxima ſit totius pars*, eóque inuento facilè addantur, & coaptentur reliqua, quod idem pleriſque locis [a] docet.

Quanta vtilitatis ſit Antiquorum lectio 10.

Priſci philoſophi non cõtemnendi.

aut parum ad eam conferunt, ſed tamen ex omnibus in vnum congeſtis magnitudo quædam exiſtit. Quocirca, c *ſi ita res habere videtur, vt prouerbio illo dicimus,* Ecquis ab oſtio aberret? *hac quidem ex parte facilis ea profectò fuerit: quòd autem & totum, & partem habere non poſſumus, id eius difficultatem declarat. Fortaſſe* d *autem, cùm difficultas duobus modis accidat, non in rebus,ſed in nobis illius cauſa ſita eſt. Nam* e *quemadmodum veſpertilionum oculi ſe habent ad lumen diurnum,ita & animæ noſtræ mens ad ea,quæ natura ſunt omnium manifeſtiſſima.*

Text.2. *Æquum* f *eſt autem, vt non ſolùm ijs habeatur gratia, quorum quis placita ſequatur, ſed ijs etiam, qui craſſiore Minerua quicquam ſtatuerunt. Nam & hi aliquid conferunt, cum* g *habitum noſtrum antè excoluerint. Si* h *enim Timotheus*

[a] 2. Elenc. c. vltimo 1. de cælo c.5.text. 33. 1. Ethic. cap.7.

[b] Cõment.4.

HIS ex verbis colligit Alexander, [b] ipſa nimirum veritate coactus argumentum ſumi poſſe, librum hunc rectè poſt ſuperiorem proximum locari, *Nam cum in ſuperiori*, inquit, *Veterum ſententias de primis principijs commemoraſſet Ariſtoteles, & eas nonnullis rationibus oppugnaſſet: hoc in libro negat, ſi contra quorundam opiniones fuerit diſputatum, protinus illos eſſe reijciendos, quaſi nihil ad propoſitam quæſtionem contulerint, &c.*

Argumẽtum pro vera ſententia de ordine huius libri.

g *Cum habitum noſtrum antè excoluerint.* Habitum accipit pro facultate animæ. Solet enim ſæpe accidentia ita diſtinguere, vt omnia, quæ inhærent per modum naturæ, appellet habitus, quæ autem ſeparati poſſunt, affectus nominet. Vel ſenſus huius loci eſt: Cùm nobis artem noſtram antè excoluerint, aut præparauerint.

Mos Ariſtotelicus.

h *Si enim Timotheus non fuiſſet, haud multum haberemus Muſicæ: quod ſi Phrynis non extitiſſet, nec Timotheus.* Confirmat id, quod dixerat de ſcientiis contemplantibus, ſimilitudine artium, quæ ad aliquid agendum inuentæ ſunt. Floruit autem hic Timotheus auctore Suida, tempore Philippi Regis Macedonum, & Alexandri filij, quem ferunt aliquando Timotheo arduum Mineruæ modulum cantante, adeo permotum, vt inter audiendum ad arma concitaretur, diceretque, regia

Timotheus Muſicus quis.

Digitized by Google

Phrynis Muſicus.

carmina talia eſſe debere. Phrynis verò primus apud Athenienſes cithara ceciniſſe dicitur.

i *De veritate aliquid pronunciarunt* De veritate dicere ſeu, vt verbum, ἀποφήνασθαι melius exprimatur, *De veritate aliquid pronunciare*, idem eſtatque, De natura aliquid dicere, quibus verbis ſuperiùs vſus fuerat ad ſignificandum inſtitutum ſcientiæ contemplatricis. Niſi quòd verba hæc poſteriora clariora ſunt, cùm finis contemplatricis ſcientiæ ſit veritas, vt mox dicitur.

k *Rectè autem.* In hac altera libri parte, quæ totum etiam ſequens caput cõplectitur, oſtendit Ariſtoteles, hanc diſciplinam eſſe ſcientiam maximè cõtemplatricem veritatis. Vtitur autem per ἀντονομασίαν, ſiue excellentiã nomine *Philoſophiæ*, pro *Metaphyſica*, vt quidam volunt, aut, quod magis crediderim, pro *Contemplatiua ſcientia*, quo pacto ſæpe Ariſtotelẽ Philoſophi nomine, & Virgilium Poëtæ vocabulo ſignificamus.

Quid hoc loco nomine Philoſophiæ intelligatur.

ALEXANDER non legit, *veritatis contemplatricem ſcientiam:* ſed tantùm *veritatis ſcientiam*, ſed idem eſt ſenſus, cùm ſcientia, cuius finis eſt veritas contemplatiua ſit, vt ſtatim ſubditur. Quã quam eò magis placet noſtra lectio, quod Ariſtoteles videatur hoc loco cauſſam reddere, cur initio capitis Philoſophiam contemplatiuam, veritatis contemplationem appellauerit. Verbum enim καλέσαι, quod eſt, *Appellaſſe*, magis ad id, quod ipſe dixerat, quàm ad communem vſum eius appellationis videtur referendum. Vertimus tamen verbo paſſiuo *appellatam eſſe* vt magis integrum cuique ſit, hunc appellandi modum (ſi malit) ad communem Philoſophorum vſum referre.

Τιμόθεος μὴ ἐγένετο, πολλὴν ἂν μελοποιίαν οὐκ εἴχομεν· εἰ δὲ μὴ Φρῦνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν περὶ i τῆς ἀληθείας ἀποφηναμένων. παρὰ μὲν γὰρ ἐνίων παρειλήφαμεν τινὰς δόξας, οἱ δὲ τοῦ γενέσθαι τούτους αἴτιοι γεγόνασιν.

Ὀρθῶς k δὲ ἔχει, καὶ τὸ καλέσαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικήν. θεωρητικῆς l μὲν γὰρ τέλος ἀλήθεια, πρακτικῆς δ' ἔργον. καὶ m γὰρ ἐὰν τὸ πῶς ἔχει σκοπῶσι, * οὐ τὸ αἴτιον καθ' αὑτὸ ἀλλὰ πρός τι, καὶ νῦν θεωροῦσιν οἱ πρακτικοί. Text. 3. ** fortè ὁ μὲν.*

¶ οὐκ n ἴσμεν δὲ τὸ ἀληθὲς ἄνευ τῆς αἰτίας. ἕκαστον o δὲ μάλιστα αὐτὸ τῶν ἄλλων, καθ' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει τὸ συνώνυμον. οἷον τὸ πῦρ θερμότατον: καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ αἴτιον τοῦτο τῆς θερμότητος. ὥστε καὶ ἀληθέστατον τὸ τοῖς ὑστέροις αἴτιον τοῦ ἀληθέσιν εἶναι. Text. 4.

διὸ p τὰς

l *Contemplatricis enim finis, veritas eſt; Practicæ autem, opus.* Nomine Contemplatricis, & Practicæ non intelligit Philoſophiam, ſed ſcientiam: acceperat enim Philoſophiæ nomen pro contemplatiua ſcientia, quo pacto Philoſophia in contemplatiuam, & practicam diuidi non poteſt. Probat igitur propoſitam concluſionem hac tacita ratiocinatione. Ea ſcientia, quæ gratia cognitionis conſiderat cauſſas veriſſimas, maximè verſatur in contemplatione veritatis, hoc autem ipſum præſtat hæc diſciplina, verſatur igitur maximè in veritatis contemplatione. Maiorem probat ex diuerſitate finium Theoreticæ, ſiue contemplatiuæ ſcientiæ, & Practicæ. Finis enim contemplatiuæ eſt ipſa cognitio veritatis per cauſſam, finis autem practicæ eſt opus, hoc eſt, actio aliqua ab intellectu directa, &, vt ita dicam, regulata, aut aliquid aliud, quod per eiuſmodi actionem confectum relinquatur. Ex qua re perſpicuè ſequitur, eam, quæ gratia cognitionis conſiderat cauſſas veriſſimas, maximè verſari in contemplatione veritatis, cùm ad nihil aliud conſiderationem veritatis referat, nec ex verioribus cauſſis poſſit rem expendere. Minor autem partim perſpicua eſt, ex primo libro capite ſecundo, partim probatur hoc loco. Nam, quòd hæc ſcientia cognitionis gratia cauſſas conſideret, ex eo loco perſpicuum eſt: hac enim ratione probauit Ariſtoteles, eam eſſe Theoreticam. Quòd verò conſideret cauſſas veriſſimas, hac ratione probatur. Ea ſunt veriſſima, quæ ſunt cauſſæ cæteris,

Quid Cõtemplatiua, & Practica.

Oſtenditur Metaphyſicã eſſe ſcientiam maximè contemplatiuam.

Ex 1. poſt. c. 2. text. 5.

cæteris, vt ſint vera, iuxta illud commune Dialecticorum proloquium, *Id maximè tale eſt, quod eſt cæteris cauſſa, vt ſint talia*, cauſſæ autem, quas hæc ſcientia conſiderat, ſunt cæteris cauſſæ, vt ſint vera (ſunt enim primæ cauſſæ, vt patet ex eodem loco) ſunt igitur cauſſæ veriſſimæ.

Quæ entia dicantur veriſſima.

m *Nam etſi Practici conſiderant, quo pacto res, &c.* Docet Ariſtoteles, etſi aliquando practici artifices conſiderant veritatem per cauſſam, tamen etiam tum longè intereſſe inter eorum finem, & contemplantium. Neque enim illam conſiderant per ſe, hoc eſt, vt eſt cauſſa veritatis, atque vt refertur in perpetuum tempus, quaſi is ſit præcipuus finis artis practicæ, quemadmodum contemplantis, ſed *ad aliquid, & nunc* (vt eſt Græcè ad verbũ.) Id eſt, quatenus ad actionem dirigitur, & vt certi temporis, aliorúmque adiũctorum huiuſmodi, circũſtantiarúmve, quæ in actione cernuntur, cõſiderationi innititur. Itaque, ſiue rem conſiderent per cauſam, ſiue quouis alio modo, non eſt eorum finis præcipuus in arte, ipſa veritatis cognitio, ſed opus. Quod egregiè Ariſt. ſecundo Ethic. cap. ſecũdo, quod attinet ad Moralem ſcientiam, his penè verbis docet: *Non enim, vt ſciamus, quid ſit virtus, ſed vt boni efficiamur de virtute agimus.*

Diuerſo modo à Practico artifice, & à cõtemplante, veritatis cauſam conſiderari.

Timothæus non fuiſſet, haud multum haberemus Muſica: quòd ſi Phrynis non extitiſſet, nec Timotheus. Eodem modo res habet in iis, qui de [i] *veritate aliquid pronunciarunt. A quibuſdam enim nonnullas ſententias accepimus, alij verò, vt hi eſſent, auctores fuerunt.*

Text. 3. *Rectè* [k] *autem & illud habet, Philoſophiam, veritatis contemplatricem ſcientiam appellatam eſſe. Contemplatricis* [l] *enim finis, veritas eſt; Practicæ autem, opus. Nam* [m] *etſi Practici conſiderant, quo pacto res habeat, non tamen contemplantur cauſſam ipſam per ſeſe, ſed ad aliquid, & pro certo tempore.*

Text. 4. ¶ *Neſcimus* [n] *porrò verum ſine cauſſa. Vnumquodque* [o] *autem maximè tale eſt præ cæteris, cuius cauſſa cæteris, & nomine & ratione idem conuenit. ſic ignis eſt calidiſſimus, quòd cæteris caloris cauſſa ſit. Quare & illud eſt veriſſimum quod eſt poſterioribus cauſſa, vt ſint vera.*

n *Neſcimus porrò.* Loquitur de vero, ſeu veritate, in qua cognoſcenda terminatur, & abſoluitur perfectio ſcientiarum. Neque enim earum perfectio conſiſtit in cognoſcenda veritate principiorum, nec item in cognoſcenda veritate concluſionum per demonſtrationem, qua tantùm oſtendatur, quòd res ſit, ſed per eam, qua oſtenditur propter quid ſit, quæ ſanè ex cauſſa prima, & immediata procedit, vt patet ex primo Poſt. cap. ſecundo. Adiecta autem ſunt hæc verba ab Ariſt. vt magis explicaretur finis contemplantis ſcientiæ. Nam nec naturalis ſciendi appetitus, cui implendo præcipuè ſtudent ſcientiæ contemplatrices ſatiatur cognitione veritatis principiorum, aut concluſionum per effecta, cauſſáſve remotas.

Scientiarum perfectionem quo pacto cõſequamur.

o *Vnumquodque autem maximè.* Explicatiùs ponitur hoc pronunciatum hoc loco, quàm primo Poſt. cap. 2. vbi dicitur, *ſemper illud eſſe magis tale, propter quod vnumquodque tale eſt*, quod certè non eſt verum, niſi cùm cauſſa eſt capax eiuſdem nominis & rationis, vt hoc loco exponitur, ſiue ratio ſit verè ac propriè vniuoca, vt in calore, quod exemplum mox ſubiicitur, ſiue Analogica, vt in veritate, propter quam exemplum adducitur. Proinde nos poſt Argyropylum ita vertimus τὸ συνώνυμον, quod vniuocum attributum ſignificat, vt faciliùs in hoc pronunciato Analoga intelligi poſſint. Nam etſi illa apud Græcos ſæpè comprehenduntur nomine, τῶν συνωνύμων, non tamen apud Latinos nomine vniuocorum, cùm tamen ea quæ Analogicè conueniunt, ſæpe apud vtroſque dicantur ratione eadem conuenire, ſi non eadem ſimpliciter, certè attributione, aut proportione eadem, vt patebit libro quarto. Porrò loco verbi αὐτό, quòd eſt *Ipſum*, nos *Tale*, ſubſtituimus quod ſenſum meliùs, & planiùs exprimat. Quo autem pacto veritas magis conueniat iis, quæ ſunt cauſſa veritatis aliorum, & quo pacto ſit Analoga, libro quarto, patebit. Denique, ſi quis obiiciat,

Explicatur pronũciatum illud, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

non rectè hoc loco dici, ignem eſſe omnium calidiſſimum, cùm ferrum ignitum videatur calidius, quàm flamma, reſpondendum eſſe, falſum id eſt, non tantum quia ignis natura calidus eſt, ferrum verò ex accidente, ſed quia intenſior eſt calor ignis, etſi in ferro ignito propter materiæ denſitatem maior ſit caloris copia, cuius cauſſa intenſius calidum videtur ſenſui, quàm flamma.

p *Hanc ob rem principia.* Concluſio eſt eius rationis, qua minorem propoſitionem tacitę ratiocinationis probari diximus. In qua concluſione meritò Ariſtotel. vocat primas cauſſas principia eorum, quæ ſemper ſunt, quia non ſolùm ſunt cauſſæ eorum, quæ gignuntur, & intereunt, ſed etiam ſempiternorum, vt Mundi, cœlorum, & ſubſtantiarum ſeparatarum, quæ Ariſtol. putauit ab omni æternitate extitiſſe. Non eſt autem Ariſt. hac cóclusione complexus materiam primam, non ſolùm; quia non eſt prima cauſſa ſimpliciter, cùm nõ ſit cauſſa ſubſtantiarum ſeparatarum, nec quorumdam ſententia corporum cœleſtium, ſed etiam, quia non eſt maximè ens, ſed potius, quæ infimum entitatis gradum teneat. Reliquum eſt igitur, vt ſolam primam cauſſam finalem, efficientem, & formalem externam quæ eſt exemplar rerum omnium, vocarit principia veriſſima, quod ſanè veriſſimum eſt, cùm ratio harum cauſſarum in ſolum Deum Opt. Max.

διὸ P τὰς τῶν ἀεὶ ὄντων ἀρχὰς ἀναγκαῖον ἀεὶ εἶναι ἀληθεστάτας. οὐ q γάρ ποτε ἀληθεῖς, οὐδ' ἐκείναις αἴτιόν τι ἐστὶ τοῦ εἶναι, ἀλλ' r ἐκεῖναι τοῖς ἄλλοις. ὥσθ' f ἕκαστον, ὡς ἔχει τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας.

Quid Ariſtoteles nomine principij.

OBIECTIONES QVÆDAM ADVERSVS EA QVÆ IN HOC capite tradita ſunt, & ad eas reſponſiones.

Obiectio prima.

SVNT tamen nonnulla quæ Ariſtoteli hoc loco obiici poſſint. Primum, quòd non conſtãter de veritate loquutus eſſe videatur. Nam cùm in toto huius rationis diſcurſu eodẽ modo veritatem accipere debuiſſet, tamen poſtquam in diſtinguendis finibus ſcientię Theoreticæ, & Practicæ, loquutus eſt de veritate complexa quæ in compoſitione, & diuiſione prædicati cum ſubiecto cernitur (hæc enim eſt, quæ directo ſub ſcientiam cadit) videtur feciſſe tranſitum ad veritatem ſimplicem, quæ eſt proprietas entis.

2. ALTERVM eſt, quòd non rectè exiſtimauerit ea, quæ non ſemper ſunt, non ſemper eſſe vera. Nam cùm omnia entia perpetuò ſint entia (ſiquidem neceſſariò ſunt entia) perpetuò etiam ſint vera neceſſe eſt.

3. TERTIVM, quòd non rectè dixerit, res alias eſſe aliis veriores. Veritas enim eſt adæquatio rei, & intellectus; adæquatio autem, cùm in qua

Digitized by Google

Max. cadere poſsit. Alia quoque ratione excludi poſſunt & materia, & forma in formans (quæ quidem ne rebus quidem iis, quarum cauſſæ ſunt, veriores dici poſſunt) quia non ſunt entia completa, ſed partes eorum entium, quorum ſunt cauſſæ internæ.

verisſimè rerum intelligat.

ᑫ *Neque enim interdum.* Quia proxima concluſione, non ſolùm aſſeruit, primas cauſſas eſſe veras, ſed etiam veriſsimas, vtrumque probat in verbis ſequentibus.

ʳ *Sed cæteris illa.* Ex hoc loco perſpicuum eſt (vt animaduertit D. Thomas) ſempiterna apud Ariſtotelem non ſolùm habere cauſſam ſui motus, ſed etiam ſui eſſe, ſunt enim qui hoc poſterius Ariſtotelem negaſſe velint. De qua re latè differēdum eſt libro duodecimo.

Etiam ſempiterna iuxta Ariſtotelis doctrinam cauſſam habere ſui eſſe. Conſectarium.

Hanc ᵖ ob rem principia eorum, quæ ſemper ſunt, veriſſima ſemper ſint neceſſe eſt. neque ᑫ enim interdum vera ſunt, neque illis, vt ſint, cauſſa eſt quicquam, ſed ʳ cæteris illa. Quocirca, ˢ vt vnumquodque eſt, ita & verum eſt.

ˢ *Quocirca vt vnūquodque.* Colligit huiuſmodi conſectariū. Quo pacto vnaquæque res eſt, ita & vera eſſe. Nam cùm ex dictis conſtet, ea, quæ ſemper ſunt, ſemper eſſe vera, quæ autem non ſemper ſunt, non ſemper eſſe vera, & quæ habent cauſſam ſui eſſe, habere cauſſam ſuæ veritatis, quæ denique non habent cauſſam ſui eſſe, ſed ipſa potiùs ſunt cauſſæ, vt cætera ſint, ex ſe ipſis eſſe vera, atque adeo veriſsima planè ſequitur à poſteriori, quo pacto vnūquodque eſt, eodem & verum eſſe. Dico autem, à poſteriori, quia potiùs ex hoc illa omnia à priori demonſtrari poſſunt, vt paululum animaduertēti perſpicuum erit. Obſerua autē non rectè verba οὕτως καὶ τῆς ἀληθείας verti à quibuſdam, *Sic & veritatis particeps eſt.* Prima enim cauſſa, vt non participat eſſe, ita neque veritatis, ſed eſt primum eſſe, primáque veritas à cæteris omnibus participata. Poſſet quoque verti conſectariū, hoc pacto, Quantum quidque habet ipſius eſſe, tantum & veritatis habet.

Prima cauſſa nō participat eſſe, nec veritatis, ſed eſt primum eſſe, & prima veritas.

Refellitur quorundā interpretatio.

in quadam æqualitate conſiſtat, non admittit gradus, vt alia ſint magis æqualia, alia minùs.

SED prima obiectio facilè diluetur, ſi dicas, Ariſtotelem, cùm diſtinxit fines ſcientiæ Theoreticæ & Practicæ, non accepiſſe veritatem pro ea tantùm, quæ in compoſitione, & diuiſione cernitur, ſed pro ſimplici etiam. Finis enim contemplatiuæ ſcientiæ eſt, non ſolùm cognoſcere veritatem complexam, quæ pertinet ad principia, & concluſiones, ſed etiam ſimplicem, quæ pertinet ad terminos, ex quibus principia, & concluſiones conſtant. Omnis enim huiuſmodi veritas cadit aliquo ſub ſcientiam, quatenus neceſſaria eſt ad ſcientiam comparandam. Quamuis ergo Ariſtot. poſt illam diſtinctionem finium de ſola ſimplici loqueretur, nullum credendus eſſet feciſſe tranſitum ab vno veritatis genere ad aliud.

Prima obiectionis dilutio.

Finem contēplatiuæ ſcientiæ complecti & ſimplicis, & complexæ veritatis cognitionem.

AT ne illud quidem verum eſt, Ariſtotelem poſt prædictam diſtinctionem, ita de ſimplici loquutum fuiſſe, vt non poſsint omnia, quæ ab illo dicta ſunt, complexæ etiam accommodari, tametſi nos ſolam ſimplicem deinceps cum D. Thom. & Alexād. proſequuti ſumus, tum quòd ea, quæ ab Ariſt. dicuntur, magis conueniunt in ſimplicem, tum etiam, quia in capite ſequenti, quod ex fine huius occaſionem accipit de ſolis principiis incomplexis, ſiue cauſſis, quibus ſola ſimplex veritas conuenit, diſſeritur. Si quis autem hoc loco quærat, vtra ſit prior, & maior (vt ita dicam) ſiue perfectior veritas, ſimplex ne an complexa: reſpondendum eſt, etſi comparatio non fit propriè, niſi in eadem ſpecie vt Ariſtoteles in ſeptimo Phyſicorum, capite quarto, tamen

Scotus hoc loco tex. 29.

Simplicē perfectiorem eſſe complexam.

Digitized by Google

tamen veritatem ſimplicem eſſe priorem, & perfectiorem complexa, cùm veritas pronunciatorum, quæ ſola eſt complexa, ex veritate terminorum pendeat argumento quoque illud eſt, quòd veritas prima ſimplex, que de ſolo Deo Opt. Max. dicitur, eſt prior omnibus aliis veritatibus, atque adeo veritate complexa primi, communiſſimique pronunciati.

Alenſis hoc loco.

Veritas prima ſimplex prior eſt omnibus. aliis.

Dilutio ſecũda.

2\. SECVNDA obiectio, veritatis ſimplicis diſtinctione diſſoluitur: Nam quemadmodum ens duobus modis ſumitur: vno, vt eſſe poteſt altero, vt eſt actu (quamquam hæc diſtinctio ſecundum Ariſtotelem non habet locum in ſempiternis) ſic etiam neceſſe eſt, vt ſimplex veritas duobus modis accipiatur: vno pro adæquatione, ſiue imitatione, qua res, vt ſunt poſſibiles, reſpondent conceptui diuino, altero, pro adæquatione, qua illi reſpondent, vt actu exiſtunt. Ad obiectionem igitur dicito, res, quæ non ſemper ſunt etſi ſemper ſint veræ priori modo, non eſſe tamen ſemper veras poſteriori.

3\. TERTIAM denique hunc in modum dilues. Cùm dicimus, veritatem, quæ eſt, entis proprietas, eſſe adæquationem rei, & intellectus, adæquationis nomen latè accipiendum eſſe, nempe, vt complectitur adæquatationem propriè dictam (quæ in perfecta æqualitate conſiſtit, & nullos admittit gradus) & imitationem, quæ impropriè adæquatio appellatur. Res enim dicuntur veræ, quia priori, aut poſteriori modo adæquantur intellectui diuino, hoc eſt conceptui, quem Deus de rebus habet: exempli cauſſa, Bucephalus ideo dicitur verus equus, quia adæquatur conceptui, quem Deus habet de perfecto equo: ideo autem dicitur verum ens: quia quoquo modo, ac participatiuè, imperfectéque reſpondet conceptui, quem Deus habet de perfecto ente, quod eſt ipſa diuina eſſentia. Cum igitur dicimus, res alias eſſe aliis veriores, hoc eſt veriora entia, ſolámque primam cauſam eſſe ens veriſsimum, id propterea dicimus, quia ſolus Deus perfectè adæquatur conceptui, quem ipſe habet de perfecto ente, cætera autem plus minúſve imitantur illud, & (quod conſequens eſt) plus minúſve aſsimilantur conceptui, quem Deus de perfecto ente habet. Quæ enim perfectiora ſunt, perfectius illi reſpondent, quæ autem minùs perfecta, minùs etiam perfectè. Verùm de hac re fuſius agendum eſt libro quarto.

***

IN

Digitized by Google

IN REBVS NE, AN IN NOBIS potius ſit cauſſa eius difficultatis, quæ in cognitione veritatis accidit.

QVÆST. I.

Duæ extremæ ſententiæ in hac quæſtione.

SECTIO I.

ADEO difficilem eſſe veritatis cognitionem, non modo indefeſſo Philoſophorum ſtudio, ſed etiam quotidiano experimento comprobatum eſt, vt non defuerint, qui dicerēt, nihil veri ab hominibus poſſe comprehendi. Verùm de cauſſa huius ſiue difficultatis, ſiue (vt illi quidem credebant) impoſſibilitatis, non omnes idem ſentiunt. Alij enim totam ad res ipſas: alij ad nos totam: alij partim ad res, partim ad nos referendam putāt.

De hac re partim in proœmio huius operis c.4. actum eſt, partim agetur lib.4.

Ac primam quidem opinionem primùm ſequutus videtur Heraclitus Epheſius hac ratione. In rebus nihil omnino eſt ſtabile, nihil fixum, & immutabile, igitur in rebus ipſis poſita eſt tota difficultas percipiendæ veritatis.

Primum argumētum eorū qui totam veri cognoſcēdi difficultatē ad res ipſas referunt.

2. EADEM ſententia his argumentis confirmari poteſt. Perinde ſe habet intellectus noſter ad ſimilitudines rerum intelligibilium, vt ſe habet materia prima ad formas rerum naturalium, vt docet Ariſt. tertio de Anima, cap. 4. at materia prima non habet ex ſe vllam difficultatem ad recipiendam quamcumque formam rei naturalis, cùm ſit pura potentia ad omnes: ergo neque intellectus noſter ad recipiendam vllam ſimilitudinem rei intelligibilis, (quod eſt conſequens) ad vllius veritatis perceptionem.

Text.5.

3. PRÆTEREA, ſi vlla cauſſa eius difficultatis nobis aſcribenda eſſet, id maximè accideret reſpectu earum rerum, quæ ſunt excellentis naturæ, vt perſpicuum eſt: at hoc non eſt dicendum: ergo nec illud. Minor probatur. Quia ſi qua eſt ratio, cur ita dicendum eſſet potiſſimùm; quia, vt veſpertiliones non poſſunt ferre lumen diei, ita intellectus noſter non poteſt ferre lucem illarum; hoc enim pacto videtur intelligenda ſimilitudo, qua Ariſt. vtitur in contextu, quæque, vt aptiſſima, ab omnibus approbari ſolet; at hoc, ſi quis animaduertat, falſum eſt, neque enim intellectus noſter eſt in organo corporeo, vt lædi poſſit excellentia rei intelligibilis, quemadmodum videndi facultas, quia in oculis ineſt, læditur excellentia rei viſibilis: quin potiùs, quo res intelligibilis eſt illuſtrior, eo intellectus in ea percipienda magis reficitur, ac recreatur, & ad alia percipienda aptior redditur, vt ipſe quoque Ariſtot. aſſerit in citato loco tertij de anima: nulla eſt igitur ratio, cur difficultas percipiendi res ex ſe illuſtriſſimas, ſit noſtro intellectui tribuenda.

Digitized by Google

Alia ſententia ſuperiori omnino cõtraria.

SECVNDAM ſententiam, quæ ſuperiori omnino oppoſita eſt, amplectitur Scotus hoc loco, & alij eius Sectatores. Credunt enim, totam eam difficultatem reiiciendam eſſe in imbecillitatem noſtri intellectus. Quod tribus potiſsimùm argumentis apud Scotum confirmatur. *Text.7.* *Scotus, Maior Antonius Andreas: omnes hoc loco quæſt.2.*

1. PRIMVM eſt, Si qua res ex ſe eſſet cognitu difficilis, ea eſſet talis reſpectu cuiuſcumque intellectus (vt enim natura rei non variatur comparatione diuerſorum intellectuum, ita nec conditiones, quæ rei naturam ſequuntur) atqui nulla res eſt cognitu difficilis reſpectu intellectus diuini, igitur nulla res eſt ex ſe cognitu difficilis.

2. SECVNDVM. Id quod per ſe tale eſt, non eſt ex ſe difficile tale, v.g. quia homo eſt per ſe riſus capax, non eſt ex ſe, ac ex natura ſua difficile riſus capax, & ita res habet in cæteris, atqui nulla res eſt, quæ non ſit per ſe cognoſcibilis, igitur nulla eſt, quæ ex ſe ſit cognitu difficilis. Minor probatur, quia vnaquæque res eſt per ſe ens, vt autem eſt ens, ſic etiam & vera, quemadmodum ad calcem capitis dictum eſt, eſſe autem cognoſcibile aut idem eſt, quod verum eſſe, aut illud per ſe, ac immediatè conſequitur, igitur nulla res eſt, quæ non ſit per ſe cognoſcibilis.

3. TERTIVM. Agens minoris virtutis, æquè facile producit effectum ſibi proportionatum, atque agens maioris virtutis, non minùs enim facile calor duorum graduū producit duos gradus caloris, quàm calor decem graduum producit decem, eodémque modo res ſe habet in cæteris diſparibus agentibus, ſi conferuntur cum effectibus ſuæ virtuti reſpondentibus: at nulla res eſt quæ ex ſe non poſſit obiectiuè parere certam cognitionem ſuæ entitati proportionatam: ergo nulla omnino eſt, quæ ex ſe ſit cognitu difficilis. Concedit ergo Scotus, res minoris entitatis efficere in nobis cognitionem minus præſtantem: cæterum quod difficilius ex ſe cognoſcantur, quàm præſtantiores, hoc ille contendit nullo modo concedendum eſſe.

QVARTO loco confirmari poteſt hæc opinio ex iis, quæ hoc cap. dicuntur, ſic enim plane ſcriptum eſt. *Non in rebus, ſed in nobis illius cauſſa ſita eſt* nempe difficultatis. Quibus verbis nihil clarius ex Ariſt. pro hac ſententia videtur afferri poſſe. *Text.1.*

Approbatio mediæ ſententiæ, & quædam ad eius explicationem vtilia.

SECTIO II.

Approbatur media ſententia.

TERTIAM ſententiam, quæ media eſt amplectitur D. Thom. itémque Mag. Alb. Auen-rois, Ægid. Rom. & reliqui fermè Peripatetici. Quin etiam Sceptici, & Academicorum ij, qui cum Scepticis ab omni pronunciato aſſenſum cohibent, partim eius rei cauſam ad nos, partim ad res ipſas referunt. Hanc igitur ſententiam nos, vt longe probabiliorem, & Ariſtotelicæ doctrinæ magis conſentaneam ſequemur. *D. Thom. hoc loco lect. 1. p. 6. Mag. Albertus cap. 1. Alexand. Com. 3. Auer. com. 1. Iandū. quæſt. 3. &c.*

Omnia à noſtro intellectu vtrumque cognoſci poſſe.

VT autem quo pactò ea ſit vera, nonnullis concluſionibus aperiamus

mus (neque enim ſatis ab his auctoribus videtur explicata) animaduertendum eſt in primis, nullum eſſe genus rerum, quod à nobis etiam dum in corpore mortali degimus, aliquo modo intelligi non poſſit. Id quod ex eo accidit, quia obiectum adæquatum cuiuſcumque intellectus eſt ens, quod ſuo ambitu omnia complectitur.

Tria rerũ genera, quæ à nobis non æque facilè, aut difficilè percipiũtur. Quæstionem præcipuè intelligendam de rebus primi, & ſecundi generis.

DEINDE animaduertendum eſt, tria eſſe rerum genera, quæ à nobis non æquè facilè aut æquè difficile intelliguntur. Primùm eſt earum, quæ ſunt excellentis admodum naturæ, atque hæ ſunt ſubſtantiæ omnes materiæ expertes, & earum qualitates. Alterum earum, quæ ſunt admodum tenuis entitatis, vt materia prima, Relationes, & entia rationis, quæ dici ſolent minimæ entitatis. Tertium verò earum, quæ ſunt mediæ inter has ſubſtantiæ, nimirum ſenſibiles, & earum accidentia abſoluta.

POSTREMO animaduertendum eſt, quæſtionem hanc propter cognitionem rerum primi & ſecundi generis præcipuè propoſitam eſſe: illæ enim ferè ſunt, quæ nobis non paruam in tota Philoſophia difficultatem exhibent. Nam quæ ad tertium genus pertinent, cùm noſtris ſenſibus niſi familiares, facilè, aut non admodum difficilè à nobis percipiuntur.

Obiectio.

QVOD ſi quis obiiciat, ſi ea, quæ diximus, vera ſunt, difficiliorem cognitu fore materiam primam, quæ ad ſecundum genus pertinet, quàm res naturales, quæ ad tertium ſpectant, quod falſum videtur, cùm res naturales per materiam primam, & formam ſubſtantialem cognoſcantur, tanquam per propria principia: Rectè occurres ſi dicas, cognitione quidem diſtincta, ſiue diffinitiua difficiliores cognitu eſſe res naturales, quàm materiam primam, idque probare argumentum, quandoquidem cognitio rei per propria principia diſtincta eſt, ac diffinitiua. At cognitione confuſa ſiue ſimplici, qua à nobis tota res primum cognoſcitur, faciliores cognitu eſſe res naturales, quã materiam primam, quia ſunt obiecta intellectui noſtro accommodatiora. In hac autem quæſtione non eſt ſermo de difficultate cognitionis diſtinctæ, ſed confuſæ ſiue ſimplicis. Nam cùm Philoſophi abſolute de difficultate cognitionis loquuntur, de ea quæ naturæ ordine prior eſt intelligendi ſunt. Alioqui abſolutè dicendum eſſet, ſpecies infimas rerum naturalium eſſe nobis cognitu difficillimas, quia vt earum naturæ ſunt maxime compoſitæ, ſic earum diſtincta cognitio difficillima eſt.

Diſſolutio.

Hoc loco agi de difficultate cognitionis confuſa, non diſtincta.

Vt D. Thom. hoc loco lect. 1. par. 6. & Iandunus q. 3.

Motum & tempus cognitione confuſa faciliimè, diſtincta verò difficilè cognoſci.

Quo fit, vt non admodum placeat eorum ſententia, qui dicunt motum, & tempus pertinere ad tertium genus. Nam etſi illa ſunt non parum difficilia cognitu cognitione diſtincta, tamen perfacile cognoſcuntur confuſa, ac ſimplici. Id quod patet ex communi ſententia Philoſophorũ paſſim dicentium, motum eſſe per ſe notum, itemque ex eo, quod Ariſtoteles non ſemel veriſſimè affirmat, *principia rerum naturalium motus adminiculo inuenta, ac cognita eſſe:* Tempus autem, etſi diffinitiua cognitione difficile cognoſcitur, ſimplici tamen ita notum eſt, vt nemo ſit, cui illius notio impreſſa non ſit. Vnde eſt illud Auguſtini vndecimo libro cõfeſſionum: *Quid tempore familiarius commemoramus, quid notius intelligimus? quid eſt ergo tempus? ſi nemo ex me quærat, ſcio, ſi*

Cap. 14.

Auguſtini dictũ de tẽpore.

quærenti explicare velim, neſcio. Sunt tamē hæc ſucceſſiua ſimplici etiam cognitione minùs facilia cognitu, quàm quātitates, & qualitates ſenſibiles permanētes, quia ratione eius, ꝙ nondū acquiſitū eſt in motu, aliquid admittūt nō entis, & potētialitatis, quę ſunt obſcuritatis cauſſę.

Reiicitur quorūdam opinio. MINVS etiā placet id, quod quidā aſſerunt, res materiales eſſe numerandas inter ea, quæ ex ſeſe difficilè à nobis cognoſci poſſunt, quòd indigeāt abſtractione à materia ſenſibili, vt à nobis directò percipiantur. Si enim ita ſe res habet, quaſnā dicemus ex ſeſe facilè à nobis cognoſci? Nam & ipſa ſenſibilia accidentia indigent abſtractione à materia ſenſibili, vt directè intelligantur, ſi nomen materiæ ſenſibilis ſumatur pro ſingulari, ſiue ſignata: quod ſi ſumatur pro quauis materia ſenſibili, falſum eſt, res materiales non poſſe intelligi, niſi à ſenſibili materia abſtrahantur: ſiquidem neceſſariò in earum conceptu includitur materia ſenſibilis. *Iauellus q. 2. ex commētatore.*

Vera quæſtionis explicatio.

SECTIO III.

Prima cōcluſio.

Quæ in re primo difficultas & facilitas reperiātur.

HIS poſitis, ſit huius ſententiæ prima concluſio. *Difficultas, quæ in cognitione rerum primi generis accidit, ex ſola imperfectione noſtri intellectus naſcitur.* Hæc concluſio facile probatur, hac conſideratione præmiſſa. Difficultas, quemadmodum & oppoſita facilitas, primo cernitur in actione, & ex actione deriuatur ad alia, quæ difficilia dicuntur: cætera enim, ideo dicuntur facilia, aut difficilia, quia facilè aut difficilè fiunt, aut intelliguntur aut explicantur &c. loquor autem de actione latè, vt complectar actiones immanentes, quæ non propriè dicuntur actiones, ſed operationes. Cùm igitur omnis actio ab aliquo agente oriatur, & circa aliquam materiam verſetur, neceſſario efficitur, vt omnis difficultas proueniat vel ex ineptitudine agentis, vel ex ineptitudine materiæ, vel vtriuſque, quo pacto difficultas, quæ ſæpè accidit in conbuſtione ligni, vel prouenit ex debilitate ignis, vel ex diſpoſitione ligni, vel ex vtraque: nam ſi quæ ſunt aliæ difficultatis cauſſæ, vt medij, & inſtrumentorum, facile ad has reuocabuntur. Ita fit, vt duæ ſint generales cauſſæ cuiuſque difficultatis. Atque hoc eſt, quod docet Ariſtot. verbis illis, *Cum difficultas duobus modis accidat.* Neque enim ille hac oratione ſolas radices eius difficultatis, quæ accidit in cognitione veritatis, videtur complecti, ſed ex his quaſi generalibus cauſſis cuiuſque difficultatis colligere, quid dicendum ſit, de cauſſa difficultatis in veritatis cognitione.

Duæ cauſſæ difficultatis in rebus cognoſcendis.

A ſufficiente partium enumeratione.

HOC igitur poſito, facilè probatur propoſita concluſio in hunc modum. Omnis difficultas, quam experimur in cognitione rerum primi generis, vel ex eo naſcitur, quòd illæ ſint parum intelligibiles, vel quia intellectus noſter eſt parum aptus ad eas intelligendas, vel ex vtroque: at non naſcitur ex eo, quòd illæ ſint parum intelligibiles: igitur ex eo tantum, quod intellectus noſter parum eſt aptus, vt eas intelligat. Maior ex dictis patet. Minor probatur. Res primi generis

neris cum cæteris comparatæ, ſunt, maximè entia, ac proinde maximè vera; ergo ſunt maximè intelligibiles. Quantum enim vnaquæque res habet entitatis, tantum habet veritatis, & (quod hinc ſequitur) intelligibilitatis: ſiquidem obiectum intellectus eſt ens, veritas autem, quæ eſt proprietas entis, eſt ratio ſub qua entia cadunt ſub intellectum.

Exemplo lucis, & viſus.

PRÆTEREA, vt ſe habet lux ad viſum, ſic ſe habet ens ad intellectum, quæ autem ſunt maximè lucida, ſunt maximè viſibilia: ergo quæ ſunt maximè entia, ſunt maximè intelligibilia: eiuſmodi autem ſunt res primi generis cum cæteris collatæ, ſubſtantiæ, inquam, cum ſubſtãtiis, & accidentia cum accidentibus ergo ſunt maximè intelligibiles: quare non ex eo naſcitur difficultas, quam experimur in earum cognitione, quod illæ ſint parum intelligibiles, quod erat probãdum. Hæc concluſio adhibitáque probatio, ſi quis animum aduertat, planè eſt Ariſt. in contextu, qua in re nulla penè eſt diſſenſio.

Obiectio.

QVOD ſi quis obiiciat, perfectionem rerum primi generis eſſe in cauſſa, vt non facilè, niſi ab intellectibus ſeparatis perſpiciantur, ergo

Dilutio.

non eſſe negandum, eſſe illas etiam ex ſeſe cognitu difficiles: neganda eſt conſequentia, etſi Albertus in primum librum eam admittere videatur. Perfectio enim rerum, ex ſe non obſtat cognitioni, cùm res omnes per actum, perfectionémve cognoſcantur. Alia ratio eſt de imperfectione, vt ex ſequenti concluſione patebit. Atque idem re vera ſenſiſſe Albertum, ipſe exponit hoc loco.

Alber. 1. libr. tract. 1 cap. 1.

Alb. hic ca. 1.

Secunda concluſio.

SECVNDA concluſio. *Difficultas, quæ accidit in cognitione rerum ſecundi generis, partim naſcitur ex earum imperfectione, partim ex imperfectione intellectus noſtri.* Hæc concluſio probatur primùm ex fundamento ſuperioris hoc pacto. Non ſolum res ipſæ ſecundi generis ſunt parum intelligibiles, ſed intellectus etiam noſter parum aptus, vt eas intelligat: igitur ex vtraque parte naſcitur difficultas, quam experimur in earum cognitione. Prior pars antecedentis ex dictis patet. Res enim ſecundi generis habent infimum gradum entitatis, ac veritatis, ſi cum cæteris conferantur, & perinde ſe habent ad intellectum, vt ſe habent ad viſum ea, quæ minimam habent lucis participationem. Poſterior ſic probatur. Intellectus noſter in hac vita (ſic enim de eo loquimur) eſt parum aptus ad intelligenda ea, quæ ſunt à ſenſibus remota, eo quòd à ſenſibus in intelligendo pendeat; at huiuſmodi quoque ſunt entia ſecundi generis, ſeu minimæ entitatis, eſt igitur intellectus noſter parum aptus ad ea intelligenda. Præterea, perfectio intellectus eſt, qui facilè intelligit, & res mediocris, & minimæ perfectionis, quàm qui mediocris tantùm, quemadmodum perfectior eſſet aſpectus qui facile intueretur, ac diſcerneret res & diurna, & nocturna luce illuſtratas (cuiuſmodi forſitan fuerit in aliquo animali) quàm qui diurna tantum, qualis eſt noſter aſpectus: at intellectus noſter res tantum mediocris perfectionis facilè intelligit, igitur minori quoque eius perfectioni aſcribendum eſt, quòd difficile intelligat res ſecundi generis. Ad hæc, Res, quæ propter paruitatem minimum habent viſibilitatis gradum, indigent viſu

Idem Boet. in lib. de duabus naturis.

Ex natura ipſarũ rerum, & intellectus.

perſpicaciſſimo iuxta illud Ariſt. *ſi viſibile minuatur, neceſſe eſt, vt facultas videndi augeatur.* quod habes in lib. de ſenſu, & ſenſili. ergo pari ratione res minimæ entitatis indigent intellectu acutiſſimo, at intellectus noſter non eſt huiuſmodi, cùm teneat infimum gradum in intellectibus: igitur ex imperfectione quoque eius naſcitur: vt res ſecundi generis non facilè percipiat. Ita patet poſterior pars minoris.

Alia ratio. SECVNDO probatur concluſio hac ratione. Vt res ſecundi generis facilè à nobis perciperentur: nihil obſtaret earum imperfectio, ſi intellectus noſter eſſet perfectior, quippe cum facilè intelligantur à perfectoribus intellectibus: nec item impediret quicquam imperfectio intellectus noſtri, ſi illæ eſſent aliquantò perfectiores, nempe, vt illæ quas medias appellauimus: igitur quod difficilè à nobis cognoſcatur, partim naſcitur ex imperfectione ipſarum, partim ex imperfectione intellectus noſtri. Id quod apta ſimilitudine explicari poteſt. *Explicatio ex re ſimili.* Quod enim ſenes difficilè cernere valeant res parum viſibiles, partim oritur ex defectu lucis, aut magnitudinis rerum obiectarum, partim ex ſenſus infirmitate. Nam ſi res parum viſibiles non eſſent obſcuræ, aut exiguæ magnitudinis, facilè ab illis cernerentur, ſi aſpectus etiam ipſorum eſſet integer, qualis eſt in iuuenibus, idem quoque accideret: quod igitur illi difficilè cernere valeant res, quæ re vera ſunt parum viſibiles, partim oritur ex imperfectione rerum, partim ex imperfectione facultatis videndi.

AC poſterior quidem pars propoſitæ concluſionis primo aſpectu non videtur eſſe eorum, quos pro tertia ſententia citauimus, quandoquidem illi non alia ratione probant, res minimæ entitatis eſſe nobis cognitu difficiles, niſi quia ſunt ex ſe parum cognoſcibiles. Verum quia loquuntur de cauſſa præcipua, quam dubium non eſt ſitam eſſe in ipſa rerum imperfectione, non eſt, quod illos nobis vlla ex parte aduerſari in hac concluſione putemus.

QVOD autem ad Ariſtotelem attinet, nihil de hoc genere rerum expreſſum habemus in contextu, niſi quod particula illa, *Fortaſſe*, non nihil de eo innuit, vt in explanatione cõtextus diximus, & tota cõcluſio ex generali illa diuiſione cauſſarum difficultatis, quam ipſe attulit, optime colligitur, quod facilè eſt ex dictis intelligere.

Tertia concluſio. TERTIA concluſio. *Si abſolutè, ac ſimpliciter, hoc eſt, nulla facta diſtinctione rerum, loquendum eſt, difficultas quæ in earum cognitione accidit ex imperfectione noſtri intellectus, præcipuè naſcitur.* Hæc concluſio tribus argumentis confirmari poteſt. Vno, quia imperfectio intellectus noſtri in cauſſa eſt, cur difficile intelligamus non ſolum res primi generis, ſed etiam ſecundi, vt patet ex prima, & ſecunda concluſionibus: imperfectio autem rerum non eſt in cauſſa, vt difficile intelligamus, niſi res ſecundi generis, vt ex vtraque etiam concluſione perſpicuum eſt. Altero, quia etſi imperfectio rerum efficit, quominus illæ ſint parum intelligibiles, non eſt tamen in cauſſa, cur ſint difficile intelligibiles, niſi reſpectu intellectus noſtri: alioqui ab intellectibus quoque ſubſtantiarum ſeparatarum non facilè perciperentur. Tertio, quia illud præcipuè reddendum eſt pro cauſſa huiuſce difficultatis, quod efficit

efficit, vt res cognitu digniſſimas (de his enim præcipue habenda eſt ratio) difficilè cognoſcamus: at hoc nihil eſt aliud, quàm imperfectio intellectus noſtri ita ſe habentis ad preclariſſima entia, vt oculi nocturnarum volucrum ad lumen diurnum.

HANC verò concluſionem, & vltimam eius probationem deſumpſimus ex Ariſt. in contextu. Illud enim pronunciatum. *Non in rebus, ſed in nobis difficultatis eſt cauſſa*, noſtram concluſionem continet: neque enim intelligendum eſt de quauis cauſſa, ſed de cauſſa præcipua, vt D. Tho. annotauit, & dictio *Fortaſſe* innuit. Verba autem ſequentia continent eam probationem, quam nos in concluſione confirmanda tertiã fecimus: facilè enim in eam rationis formam redigi poſſunt.

SVNT tamen, qui in concluſione Ariſtotelis, & in eius probatione nobis aduerſentur. Dicunt enim, in pronuntiato illo, *Non in rebus* &c. non eſſe ſermonem de difficultate, quæ accidit in cognitione rerum abſolutè, ſed tantum earum, quæ ad hanc ſcientiam ſpectant, neque nomine cauſſæ intelligendam eſſe ſolam præcipuam cauſſam, ſed quãcunque, vt ſit ſenſus. Cauſſam difficultatis, quæ accidit in rebus Metaphyſicis cognoſcendis, nullo pacto rebus, ſed nobis tantum adſcribendam eſſe, præſertim cùm probatio, quæ ſequitur ex veſpertilionum ſimilitudine, ad ſolas res Metaphyſicas accommodetur. *Sentẽtia quorundam.*

HORVM tamen ſententia nõ eſt probanda. Primùm, quia eius difficultatis cauſſam reddit Ariſt. in eo pronũciato, de quo loquutus fuerat à principio capitis (neque enim vſque ad eum locum propoſitum mutauerat) ſatis autẽ patet, illum à principio capitis locutum fuiſſe abſolutè ac generaliter de difficultate, quæ accidit in cognitione rerũ, nõ autem reſtrictè de ea quæ cernitur in cognitione rerũ Metaphyſicarũ. Deinde, quia etſi id daremus, falſum eſt tamẽ, difficultatẽ, quæ accidit in cognitione rerum Metaphyſicarum, prouenire ex ſola intellectus noſtri imperfectione, & non aliquando ex imperfectione etiam ipſarũ rerum. Complures enim ſunt res minimæ entitatis, quæ à Metaphyſicis tractantur, vt potentia & actus in commune, quæ dicuntur de materia prima, & accidentibus, itémque genera ſuprema, potiſſimũ verò prædicamentum relationis, quæ omnia à nullo artifice, præterquam à Metaphyſico explicantur. Ita patet, nec pronunciatum Ariſtotelis, nec eius probationẽ reſtrictè, ac præcisè, ſed latè de præcipua cauſſa difficultatis, quæ in rerum cognitione accidit, accipiendam eſſe. *Refutatio.* *Res plurimas minimma entitatis à Metaphyſico tractari.*

Soluuntur argumenta oppoſitarum opinionum.

SECTIO IIII.

AD primum argumentum, quod ex Heracliti prima ſententia confirmabatur, dicendum eſt. Primum: non omnia eſſe fluxa & inſtabilia, imò ne omnia quidem ſenſibilia: corpora enim cœleſtia, ſubſtantiæ ſeparatæ, animus item noſter, nulli corruptioni ſunt obnoxia. Deinde, nec res corruptioni ſubiectas quouis modo eſſe inſtabiles & caducas. Quãuis enim tales ſunt quod attinet ad indiuidua, tamẽ naturæ ipſę vniuerſales ex ſe ſtabiles *Quo pacto intelligendum ſit, nõ eſſe ſciẽtiam de ijs, quæ aliter haberi poſſint.*

Digitized by Google

biles ſunt,ſeu potius non ſunt inſtabiles, niſi ratione indiuiduorum: quæ ſtabilitas earum negatiua ſatis eſt,vt de illis ſcientia haberi poſſit. Quamquam & illud dici poteſt, cùm Philoſophi aiunt, ſcientiam non eſſe niſi de iis rebus, quæ aliter ſe habere non poſſunt, nomine huiuſmodi rerum præcipuè intelligi inuariabiles earum connexiones,quæ non minus in rebus corruptibilibus, quàm in perpetuis reperiuntur,nec enim minus inuariabile eſt, quod ignis natura ſua ſit aptus, vt comburat,quàm ſubſtantia ſeparata,vt intelligat. Addi & illud poteſt,rerum inſtabilium ſaltem illud ſciri poſſe, quòd inſtabiles ſint,vt vel hinc intelligas, non rectè nonnullos veterum ex earum inconſtantia collegiſſe,nihil omnino ſciri poſſe.

Explicatur cõparatio intellectus noſtri cum materia prima.

AD ſecundum dicendum eſt, comparationẽ illam intellectus noſtri cum materia prima quam facit Ariſtot.tertio libro de Anima, non eſſe intelligendam reſpectu omnium ſpecierum intelligibilium, ſed tantùm comparatione earum, quæ elici poſſunt ex phantaſmatibus, eas verò res,quarum iſtæ ſunt ſimilitudines, ferè omnes facilè à nobis intelligi. Secus eſt dicendum de iis, quarum ſimilitudines ex phantaſmatibus elicere non poſſumus,cuiuſmodi ſunt res primi generis. In his enim intelligendis magno opus eſt diſcurſu,& diſquiſitione. Dixi autem, *ferè omnes illas facilè à nobis intelligi*, non autem omnes abſolutè,quia ſubſtantia genus ſummum,etſi per propriam ſpeciem à nobis intelligi poſſe videtur, tamen eſt valdè difficilis cognitu, vt patet ex difficultate, quæ fuit apud Philoſophos in inueſtigandis ſubſtantiis immaterialibus, quarum cognitio dedit anſam abſtrahendi ſubſtantiam genus ſummum à ſubſtantia corporea.

Difficilè à nobis percipi genus ſummum ſubſtantiæ.

Aliorum ſolutio.

ALII ſoluunt argumentum hoc pacto, Intellectum noſtrum,vt receptiuum, & paſſiuum actus intelligendi, eſſe puram potentiam,nullámque pati difficultatem in eo actu accipiendo, atque hac ex parte eſſe ſimilem materiæ primæ: at verò, vt elicitiuum actus, quemadmodum non eſt pura potentia, ſed vis quædam illius productiua, ita non eſſe ſimilem materiæ primæ,ſed formæ, ac proinde non æquè facilè poſſe omnia intelligere propter defectum propriæ virtutis actiuæ,aut etiam propter imperfectionem obiecti cum illo concurrentis ad intelligendi actum.

Cur res ſuapte natura perfectiſſima difficilè in hac vita ab intellectu noſtro percipiantur. In quo ſenſu intelligi debeat veſpertilionum ſimilitudo ab Ariſtot. allata.

AD tertium conceſſa maiore,neganda eſt minor, neque enim intellectus noſter ideo in hac vita difficilè intelligit res ex ſe illuſtriſſimas, quia lædatur earum luce, vt rectè probat argumentum, ſed quia habet parum proportionis, ſiue ordinis ad eas intelligendas: id quod accidit, quia elicere non poteſt earum ſpecies, ſiue ſimilitudines ex rebus ſenſibilibus, quæ res ſolæ per ſenſus illi directo renunciantur. Cùm autem Ariſt. ad explicandam hanc difficultatem affert ſimilitudinem veſpertilionum, non illa vtitur ea ex parte, qua nocturnæ volucres læduntur excellentia diurni luminis, ſed quatenus habent parum proportionis, ſiue ordinis ad percipiendas res tanta luce præditas,quemadmodum ex toto animalium genere, homo difficillimè percipit quampluſimos odores, non quòd eorum vehementia lædatur cùm odores, quos difficilè percipit ſint parum vehementes:

Digitized by Google

vehementes, ſed quia habet odoratum omnium obtuſiſſimum.

Ad primum verò Scoti neganda eſt maior illa propoſitio, Si qua res ex ſe eſſet difficilis cognitu, ea eſſet eiuſmodi reſpectu cuiuſcumque intellectus. Duobus enim modis intelligi poteſt, rem eſſe ex ſe cognitu difficilem. Vno, quia illi per ſe conueniat, vt difficilè cognoſcatur, quo pacto quælibet res dici poteſt ex ſe vera, quia cuilibet conuenit per ſe, vt ſit vera. Altero, quia ex natura illius proueniat, vt aut omnino, aut non facilè, niſi à perfectis intellectibus cognoſcatur, quo pacto difficilè eſſe dicimus, mortuum ab inferis excitare, itémque lignum viride comburi, illud quidem, quia ex natura ipſius operis naſcitur, vt non niſi à diuina potentia fieri poſſit, hoc autem, quia ipſa natura ligni viridis in cauſſa eſt, vt non facilè comburatur, niſi à vehementi igne, aut ab aliqua potentiori virtute. Vtroque autem modo maior propoſitio eſt falſa. Priori quidem, quia eſſe difficile cognitu, non poteſt per ſe conuenire rebus minimæ entitatis, niſi forſitan reſpectu intellectus noſtri. Ex quo fit, vt illa non multo ſecus falſa ſit, quam ſi diceres, ſi colori per ſe conueniret eſſe ſenſibilem reſpectu vnus ſenſus, idipſum ei conueniret reſpectu cuiuſcumque alterius ſenſus. Poſteriori autem, quia ſi maior propoſitio eo pacto eſſet vera liceret etiam dicere, Si mortuum ab inferis excitare eſſet ex ſe difficile factu, à potentia etiam diuina difficilè id fieret, Itémque, ſi lignum viride ex ſe eſſet difficilè combuſtu, difficilè etiam combureretur ab igne quantumcumque vehementi, quæ omnino falſa ſunt, & dictis repugnantia. Dicebamus enim iuxta poſteriorem vſurpationem verborum ex ſe, ideò vere dici, difficile ex ſe eſſe mortuum ab inferis excitare, & lignum viride comburi, quia illud fieri non poteſt niſi diuina virtute. Hoc autem non fit facilè, niſi ab igne vehementi, aut à potentiori virtute. Ita patet, falſam eſſe maiorem propoſitionem in vtroque ſenſu. Ad probationem autem dicendum eſt, aliud eſſe aſſerere, huiuſmodi res eſſe parum cognoſcibiles, quod quidem illis proprium eſt: quemadmodum & eſſe parum entia, & parum vera, aliud vero eſſe difficile cognoſcibiles, quod non eſt illis proprium. Præterea aliud eſt huiuſmodi res eſſe per ſe difficiles cognitu abſolutè: quod negamus, aliud verò ex tenuitate naturæ earum naſci, vt non niſi à perfectis intellectibus facilè percipiantur, quod affirmamus. Si ergo eſſe difficilè cognitu abſolutè ſumptum ita conueniret rebus minimæ entitatis, vt eſſet illarum proprietas rectè concluderet Scotus maiorem propoſitionem, quemadmodum rectè concludes ſi ita argumenteris, Res minimæ entitatis ſunt per ſe parum cognoſcibiles: ergo reſpectu cuiuſcumque intellectus ſunt parum cognoſciles, ſeu (vt locutio longiùs abſit à calumnia) parum habentes cognoſcibilitatis, quemadmodum & entitatis, ac veritatis. Nunc autem, non aſſeramus, illas eſſe per ſe difficiles cognitu, ſed ex ſe, vitioſa eſt collectio Scoti, quemadmodum in propoſito exemplo ligni viridis licet intelligere. Quod ſi difficile cognitu non accipiatur abſolutè, ſed reſpectu noſtri intellectus (quo pacto admittere poſſemus eſſe illud

N'utro modo argumentum concludere.

Digitized by Google

quodammodo proprietatem rerum minimæ entitatis) multò apertius eſt vitium conſequentiæ.

AD ſecundum dicendum eſt, nihil aliud ea ratione colligi, quàm quòd hoc prædicatum, cognoſcibile eſſe, non difficilè conueniat vlli rei, eo quòd nulla omnino res ſit, quæ non ſit per ſe, & ex ſua eſſentia cognoſcibilis, quod nos libenter damus. Hoc tamen dato, non conficit ratio inſtitutum. Nec enim dicimus, aptitudinem ad terminandum actum cognoſcendi difficilè conuenire rebus, quæ appellantur minimæ entitatis; ſed actum cognoſcendi alicuius intellectus difficilè, circa eas elicit.

AD tertium dicendum eſt, veram eſſe maiorem propoſitionem, ſi ponamus ea, quæ patiuntur, eſſe æqua proportione diſpoſita reſpectu agentium. Eodémque modo ſi res omnes conferantur cum intellectibus æqua proportione diſpoſitis ad ipſarum, cognitionem nullam eſſe, quæ ſit cognitu difficilis, vt concludit argumentum. Nunc autem non ita ſe res habet, cùm res minimæ entitatis cum intellectu noſtro conferuntur, longè enim minus diſpoſitus eſt intellectus noſter ad notitiam huiuſmodi rerum, quàm aliarum maioris entitatis.

AD quartum iam dictum eſt, Ariſtotelem in verbis citatis non loqui de cauſſa difficultatis abſolutè, ſed de præcipua, vt in probanda tertia concluſione diximus.

POSSIMVS NE IN HAC VITA ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè intelligere.

QVÆSTIO II.

Quæſtionis explanatio.

SECTIO I.

Ariſtotelē intelligendū eſſe de cognitione quidditatiua.

QVÆSTIONEM hanc mouit Ariſt. tertio de Anima ad fin. cap. 7. vbi de intellectu ſic ſcribit. *Num autem ipſe non ſeparatus à magnitudine ſeperatarum rerum aliquam intelligere poſſit, conſiderandum eſt poſtea.* Nec dubium eſt quin tota ambiguitas apud eum ſit de cognitione quidditatiua: nam de ea, qua vtcumque res intelligitur, nihil eſt, cur dubitauerit, cum ſubſtantias ſeparatas in rerum natura eſſe oſtenderit, nec admodum difficile ſit, ſubſtantiam ſine materia, apprehenſo ente per ſe exiſtente, & addita negatione corporis, concipere, quod idem apertum eſt ex frequenti apud Philoſophos de hoc rerum genere diſputatione. Verùm quid ſit cognitio quidditatiua, & quo pacto hoc loco accipi debeat, dubitabit fortaſſe aliquis.

Quid cognitio quidditatiua apud Scotum.

SCOTVS primo ſent. d. 3. eam cognitionem appellat quidditatiuam, qua prædicatum aliquod quidditatiuum rei cognoſcitur, etſi non omnia cognoſcantur. D. autem Thom. 1. p. q. 88. & ſæpe alibi eam ſolam cenſet dignam hoc nomine, qua omnia quidditatiua rei prædicata

dicata percipiuntur. Proinde cum alter affirmat, ſubſtantias ſeparatas poſſe à nobis in hac vita quidditatiuè cognoſci, alter negat, nihil eſt inter eos diſſidij, vt ipſi quoque D. Thom. ſectatores, fatentur. Nobis tamen magis placet modus loquendi D. Thomæ, Nam vt quidditas rei complectitur omnia, quæ de ea quidditatiuè dicuntur, ita ea ſola meritò dicitur quidditatiua, qua cognoſcuntur omnia quidditatiua rei prædicata, genera, inquam omnia & differentię, quę ad illius conſtitutionem pertinẽt, & ſi quid eſt aliud, quod de ea eſſentiali prędicatione dicatur. Sumimus enim quidditatiuam prædicationem pro eſſentiali.

Vt Caietan. in lib. de ente & eſſentia c. 6. q. 14. & 1. p. q. 88. art. 2. & Ferrar. 3. contra gen. ca. 5.

Probatur modus loquendi D. Thomæ.

Illvd tamen attende, non idem eſſe rem quidditatiuè intelligere, atque eam comprehendere. Nam etſi omnis comprehenſiua cognitio quidditatiua eſt, non tamen omnis quidditatiua comprehenſiua, quippe cùm id ſolùm dicatur comprehendi, quod cognoſcitur, quantùm cognoſcibile eſt, fierique poſſit, vt omnia quidditatiua rei prædicata cognoſcamus, nec tamen eius poteſtatem omnino capiamus, & vt ſic dicam, penetremus, quo pacto, etſi beati omnes diuinam eſſentiam quidditatiuè cognoſcunt, nullus tamen creatus intellectus eam comprehendit, quòd eius virtutẽ non omnino penetrent, hoc eſt, non omnia percipiant, ad quæ eius vis, & poteſtas extenditur, quod etiam in rebus creatis intelligendis accidere poteſt. Dixi *quantum ex ſe cognoſcibile eſt*, quia ſi cognitionis perfectionem non ex natura rei cognitæ, ſed ex facultate cognoſcentis metiamur, nullam omnino rem creatam ab intellectu creato comprehendi dicemus, quippe cùm nulla perfectiſſimè, niſi à Diuino intellectu cognoſci poſſit, ſpectata perfectione virtutis intellectiuæ, quæ in Deo infinita eſt, non autem ſolius rei intelligibilis, quæ finita eſt & limitata. Itaque de quidditatiua cognitione, ſiue comprehenſiua ſit, ſiue non ſit, propoſitam quæſtionem intelligendam volumus.

Quid interſit inter quidditatiuã re cognitionẽ eiuſdemque comprehenſionem. Deum à Beatis quidditatiuè coſg. nõ itẽ comprehendi.

Hanc verò quæſtionem nullibi definitam eſſe ab Ariſt. aſſerit Auen-Rois in 3. lib. de anima ad cap. 7. Idémque in libello de Animæ beatitudine ſcribit euoluiſſe ſe totum Ariſtotelem, nec ſolutionem eius reperiſſe. Alij volunt definitam verbis pauciſſimis, partim lib. 9. huius operis cap. 12. vbi Ariſt. ait, *ignorationem ſubſtãtiarum ſimplicium, ſiue immaterialium non eſſe in nobis velut cæcitatem, quaſi ita nobis ſit impoſſibile percipere ſubſtantias ſeparatas vt eſt cæco percipere colores*, partim lib. 12. cap. 7. cum ait, *primam cauſſam à qua totum cælum, totáque natura pendet, vitam optimam degere, qualem nos breui tempore, eámque eſſe cognitionem, & intelligentiam eius, quod eſt optimum, naturæ videlicet Diuinæ*. Neque enim veriſimile videtur, loqui Ariſtotelem iis in locis de quauis cognitione, ſed de perfecta, quæ quidem inter ſimplices, ſiue non enunciatiuas, ſola quidditatiua eſt.

Comm. 3. 6. Cap. 3.

Text. 22.

Text. 3.

Quid Peripatetici ſentiant de mẽte Ariſtotelis in hac quæſtione.

Alii volunt, determinatã hoc loco partẽ eius oppoſitam cùm dicitur, animæ noſtræ mentem ita ſe habere ad ea, quæ manifeſtiſſima ſunt natura ſua, vt ſe habent oculi veſpertilionũ ad lumen diei. Quod ſi ita ſenſit Ariſtoteles, ergo quemadmodũ huiuſmodi volucres non poſſunt lumen diurnum perfectè intueri, tametſi illud vtcumque eſſe cognoſcunt, & ſentiũt, ita eius ſentẽtia dicendũ eſt, animã noſtrã, dum

eſt in corpore non poſſe perfectè, ac quidditatiuè percipere ſubſtantias ſeparatas, alioqui ex ſe illuſtriſſimas, etſi eas vtcũque cognoſcat, atque in rerum natura eſſe intelligat.

Nullibi hanc quæſtionẽ ab Ariſtotele ſatis explicatã fuiſſe.

Ac illud quidem veriſſimum eſt, nullibi quæſtionis huius tractationem ab Ariſtotele latè, & vt res poſcebat, ſcriptam reperiri, quo pacto vera & Auen-rois ſententia, cæterum ſit ne illa breuiter aut etiam obiter alicubi ab eo definita, quidque re vera in ea dicendum videatur, hoc loco expendendum eſt.

Quibus potiſſimùm argumentis pars affirmatiua videatur vera, & quibus auctoribus ea placuerit.

SECTIO II.

Argumẽtum primum pro parte affirmatiua quæſtion.

SVBSTANTIAS ſeparatas in hac vita à nobis quidditatiuè intelligi poſſe, his argumentis videtur oſtendi.

NVLLA forma naturalis impeditur à propria operatione propter coniunctionẽ cũ propria materia (eſt enim is maximè naturalis eius ſtatus, etiã ſi alioqui extra materiã exiſtere poteſt) anima autẽ noſtra eſt forma naturalis, atq; in propriis eius operationib. præcipuè numerari debet cognitio ſubſtãtiarũ ſeparatarũ, cùm in ea potiſſimùm humana fœlicitas cõſiſtat, vt oſtẽdit Ariſ. 2. Ethi. c. 7. fœlicitas vero cõſiſtere non poteſt in cognitione imperfecta, cùm ſit perfecta operatio, poteſt igitur anima noſtra in hac vita perfectè, ac quidditatiuè cognoſcere ſubſtantias ſeparatas.

DEINDE, Quicquid continetur ſub obiecto adæquato cuiuſque potentiæ, cadit naturaliter ſub illam, & eò magis quò magis participat obiecti rationẽ, atqui ſubſtãtiæ ſeparatę cõtinentur ſub ente, quod eſt adæquatum obiectum intellectus noſtri, atque ita continentur, vt maximè participent rationem entis: Poſſunt igitur à nobis, ſaltem remotis impedimentis (quod in huiuſmodi pronunciatis intelligi ſolet) naturaliter intelligi, atq; adeò dum anima eſt in corpore. Neque enim corpus inter impedimenta operationum animæ numerandum eſt, cùm ſit proprium animæ ſubiectum.

TERTIO, cognitio noſtra fit per ſimilitudinem, ſubſtantiæ autem ſeparatæ ſunt ſimiliores animæ humanæ, quàm quæuis res aliæ, igitur ſi anima noſtra, dum eſt in corpore, poteſt quidditatiuè res alias percipere, potiori ratione poterit ſubſtãtias ſeparatas. Nec obeſt, quòd nomine ſimilitudinis, per quam fit cognitio, non videatur intelligenda

Quo pacto cognitio fiat per ſimilitudinẽ.

realis ſimilitudo ſeu naturalis, ſed intentionalis, vt vocant, quæ eiuſmodi ſubſtantiarũ ſimilitudo nec eſt congenita intellectui noſtro, nec per ſenſus accipi poteſt. Nã etſi cõmune illud Philoſophorũ pronunciatum pręcipuè intelligi debet de ſimilitudine intẽtionali, ſemper tamen ſimilitudo aliqua realis ſupponitur. hac enim de cauſſa organa ſenſuũ conuenientiam quandam habẽt cum obiectis, vt oculi cũ perſpicuo illuminato, aures cum aëre ſonãte, reſque ipſæ naturaliter non repræſentantur per ſpecies intelligibiles, niſi quatenus ſunt quodámodo immateriales, locóque ac tẽpori haud per ſe ſubiectæ. Quanquam

verò

Digitized by Google

verò ſubſtantiæ ſeparatæ non per ſe cadunt ſub ſenſum, nihil tamen impedire videtur, quo minus earum ſpecies intelligibiles in hac vita acquirere poſſimus. Vt enim ſubſtantiarum materialium, quęquidem non per ſe cadunt ſub ſenſum, ſpecies intelligibiles acquirimus adminiculo accidentium ipſarum (agunt enim accidentia virtute eius ſubſtantiæ, cuius ſunt accidentia) ita licet ſubſtantiæ ſeparatæ non cadant ſub ſenſum, ex earum tamen operationibus, quæ ſenſibus notæ ſunt, poſſunt in nobis generari ſpecies intelligibiles, quibus illæ quidditatiuè cognoſcantur, veluti ex motu cœli, & ex ordine ac adminiſtratione totius huius mundi ſenſibilis.

4. QVARTO, Quia ſi noſter intellectus non poſſet in hac vita ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè intelligere, fruſtrà in nobis eſſet appetitus à natura inditus ad earum eſſentias cognoſcẽdas, fruſtrà quoque Deus feciſſet Vniuerſum hoc ſpectabile, vt eius adminiculo cum ipſa, tum cæteræ ſubſtantiæ materiæ expertes à nobis cognoſcerentur, intelligere enim effecta diuina, præſtãtiſſimique illius generis ſubſtãtiarum, non eſt Deũ ipſum in ſe, cæteráſque illas beatas mẽtes percipere.

5. QVINTO, quia formæ, quæ exiſtunt in materia ſenſibili, vt à nobis ſyncere intelligantur, indigent abſtractione aliqua ab eiuſmodi materia, ergo quæ non exiſtunt in materia ſenſibili, imò neque in intelligibili nulla omnino abſtractione indigebunt. Quare non ſolùm à nobis percipi, ſed etiam facilimè potuerunt, ſaltem remotis impedimentis, ſi quæ fuerint.

6. SEXTO, Quia cùm materialia agant in intellectum poſſibilem, & in eum imprimãt ſui ſimilitudines virtute intellectus agentis, multo id magis facere poterũt immaterialia, cum ſint aptiora ad agẽdum, vt quæ ſunt præſtantioris magiſque actualis naturæ. Quòd ſi ſui ſimilitudines in intellectum noſtrum imprimere poſſunt immaterialia, ergo & quidditatiuè intelligi.

Auctores qui hanc quæſtionis partem ſequuntur.

Hanc verò quæſtionis partẽ amplexus eſt Auen-rois poſt Auempace, Themiſtiũ, & Alexandrũ, vt ipſe Auen-rois ait in tertiũ de anima ad caput ſeptimũ, quo loco intelliges huiuſmodi Philoſophos nõnullis earũ rationũ, quæ à nobis propoſitæ ſunt, in hanc ſententiã adductos fuiſſe. *Comm. 36.* Additque Auen-Rois hoc loco huiuſmodi argumẽtum, *Quia ſi ſubſtãtiæ,* inquit, *ſeparatæ à nobis quidditatiuè intelligi nõ poſſent, otioſe egiſſet natura, quippe quæ feciſſet res ex ſe intelligibiles non eſſe intellectas ab alio, quemadmodum ſi feciſſet ſolem non comprehenſum ab aliquo aſpectu.* *Comm. 1.*

Refutatio argumẽti Auẽ-Rois.

VERVM quicquid ſupperiora valeant, hæc certè argumẽtatio valde ridicula eſt, vt eam meritò vocat Diuus Thomas mitiùs alioqui agere ſolitus cum iis, quorum argumenta refellit. *Hoc loco Lect. 1. & 6.* Nam etſi ſubſtantiæ ſeparatæ à nobis quidditatiuè non intelligantur, non continuò tamen ſequitur, illas eſſe fruſtrà. Neque enim earum finis eſt, vt à nobis intelligantur, quod tamen oſtendere opus eſſet, vt hac ratione fruſtrà eſſe dicerentur. Fruſtrà enim dicitur eſſe id, quod finem, propter quem eſt, non aſſequitur. Deinde, quia ſi earum quidditates non intelliguntur à nobis, intelliguntur tamen ab aliis ſubſtantiis ſeparatis, quemadmodum ſol, etſi non directò cernitur à noctua, cernitur tamen ab aquila.

Digitized by Google

Quo pacto Deus cognoſci à nobis poſſit.

SECTIO III.

Multa Dei attributa eſſentialia poſſe à nobis in hac vita cognoſci.

QVOD igitur attinet ad Deum Opt. Max. illud in primis certũ ſit, poſſe nos in hac vita multa prædicata eſſentialia illius intelligere, vt quòd ſit ens, actus, ſubſtantia, viuens, æternus, iuſtus, ſapiens, & vt ſemel dicam, quælibet alia prædicata poſitiua, & abſoluta, quæ de eo non per translationem, ſed propriè, & formaliter dicuntur. Neque enim hæc diuinæ naturæ accidunt, ſed ſunt ipſa natura Diuina, ſi tamen recta intelligentia Deo tribuantur, hoc eſt, non ſub ea omnino ratione, qua abſtrahuntur à particularibus rebus creatis, ſed ſub alia excellentiori, aut communiori. Nam ſi tribuantur ſub eadem, falsò tribuentur, cùm ſola vniuoca abſtrahi poſſint, Deus autem nulla ratione vniuoca reali cum creaturis conueniat, vt patebit libr. 4.

Haberi poſſe propriũm de Deo conceptum.

In 1. d. 3. & 22. & in prologo lege item Capreolum in 1. d. 2 q. 1. cõcluſione. 7. & 8.

ILLVD deinde concedendum eſt, quod à Theologis tradi ſolet, poſſe de Deo haberi, etiam in hac vita, conceptum proprium, & peculiarem, quique in rem aliam conuenire nequeat, cuiuſmodi ſunt conceptus entis infiniti ſimpliciter, actus puri cauſſæ primæ, & alij ſimiles.

DENIQVE dicendum, Huiuſmodi conceptus proprios non eſſe quidditatiuos. Neque enim per eos concipimus Deum, vt in ipſo eſt, ſed vt repræſentatur in creaturis, tamquam in ſuis effectis, quæ repræſentatio imperfecta eſt, neque ipſam Diuinam perfectionem exprimere poteſt. Hinc enim fit, vt quamquam recurrant cum diuina natura, atque ad eam terminentur, confusè tamen per eos Diuinam naturam intelligamus, quemadmodum Beatitudo confusè, & imperfectè intelligitur vulgata illa Boëtij definitione, qua concipitur *ſtatus quidam bonorum omnium aggregatione pe fectus*, ignorata interim re aut rebus, in quibus is ſtatus conſiſtit.

Quatuor cõceptuum genera, quæ de Deo haberi poſſunt.
Purè negatiuos, relatiuos & mixtos nõ eſſe quidditatiuos.

Ex D. Tho. 1. p. q. 13. art. 2. & doctoribus in 1. d. 22.

HÆC tamen vt melius teneas, Aduerte, conceptus, quos de Deo habere poſſimus, aut eſſe purè negatiuos, vt immortalis, ſimplicis, infiniti, independentis: aut purè relatiuos, vt creatoris, gubernatoris, efficientis, exemplaris: aut purè poſitiuos, & abſolutos vt entis, actus, ſapientiæ, ſapientis, iuſti: aut ex his mixtos. Ac purè negatiuos non eſſe quidditatiuos luce clarius eſt, cùm per eos non concipiamus formaliter eſſe aliquod diuinum, ſed hoc vel illud non eſſe, vt non eſſe mortale, non eſſe compoſitum &c. De purè quoque relatiuis facillimè idem intelliges, relationes enim quibus Deus refertur ad creaturas, etſi æquè conueniunt omnibus Diuinis perſonis, quemadmodum & illæ, quibus ipſe ad ſe ipſum refertur: vt identitatis, cõprehenſionis, & aliæ ſimiles, ſunt tamen relationes rationis: illæ verò, quibus Diuinæ perſonæ ad ſe mutuò referuntur ſecundum originem, etſi ſunt reales non ſunt tamen omnibus perſonis communes, quod tamen neceſſe foret, vt earum conceptus eſſet quidditatiuus Deo. Quòd ſi reſpondeas, huiuſmodi relationes dicere formaliter perfectionem, ne iſto quidẽ modo efficies, vt illæ quidditatiuè de diuina natura dicantur: quatenus à prædi

Reſponſionis cuiuſdam refutatio.

itized by Google

prædicatis abſolutis diſtinguũtur, quo tamẽ modo nunc de diuinis relationibus loquimur, omnes enim vnam, atque eam perfectionem dicunt, etiam noſtro intelligendi modo quæ perfectio abſolutum prædicatum eſt, non relatiuum. Accedit, quòd omnes relationes ſupponunt abſolutum aliquid, in quo fundentur, quidditas autem Diuina nihil ſupponit, cùm ſit prima entitas quò fit vt conceptus relatiuus non poſſit eſſe quidditatiuus non modò diuinæ eſſentiæ, ſed ne vllius quidem ſubſtantiæ. Ex his patet, conceptus mixtos non eſſe quidditatiuos, quòd vel conſtent negatiuis, vel relatiuis, vel vtriſque.

IAM purè poſitiui abſoluti, ſi ſint eorum attributorum, quæ propriè de Deo dicuntur, etſi re vera eſſentiale aliquid Diuinæ naturæ repræſentant, nullus tamen (ſi modò naturaliter eliciatur) eſt quidditatiuus, eo pacto, quo in hac quæſtione quidditatiui nomen accipiendũ diximus: addidimus, *ſi ſint eorum attributorum, quæ propriè de Deo dicuntur*, quia conceptus eorum, quæ de Deo dicuntur impropriè, ſeu figuratè, vt cùm Deus dicitur ſedere, loqui, & ſimilia. ſæpe numero ſunt relatiui. Neque enim cùm hæc de Deo affirmantur, illum re vera ſedere, aut loqui concipimus, ſed eſſe ſedenti, aut loquenti ſimilem, ſeu, vt melius loquamur, habere ſe more ſedentis, aut loquentis, niſi quis ſtatim conuolet ad attributum aliquod abſolutum, quod innuatur, vt ſi ſedentis nomine continuò intelligas conſtantem.

Quid concipiamus, cum eorum, quæ de Deo figuratè dicuntur, conceptum formamus.

QVOD igitur nullus purè poſitiuus, & abſolutus ex iis, quos naturæ viribus elicere poſſumus, ſit quidditatiuus (hoc enim nondum probatum eſt) ex eo patet quia ſi quis eorum quidditatiuus eſſet, non alius eſſe videretur, quam is, quo conciperemus omnia prædicata poſitiua, & abſoluta, quæ formaliter, & propriè Deo, conueniunt: hæc enim omnia, & ſola pertinent ad quidditatem Diuinam: at naturæ viribus nec poſſumus omnia huiuſmodi prædicata intellectu capere, nec item vel vnum eorum concipere eadem omnino ratione, qua eſt in Deo, igitur nullus eſt quidditatiuus. Prior pars minoris ponatur modò, quæ probanda eſt lib. vbi verius eſſe patebit, huiuſmodi prædicata (quæ eadem vocari ſolent perfectiones ſimpliciter) eſſe numero infinita, ſi tamen ſumantur, vt à nobis naturaliter concipiuntur. Quod ideo addiderim, quia ſi ſpectentur, vt ſunt in ſeipſis, non ſunt infinita numero, ſed vnica, & ſimpliciſſima eſſentia Diuina. Id quod huiuſmodi exemplo explicari poteſt. Nam quemadmodum volucres, quæ directè intuẽtur, lucem ſolis, vt eſt in ſeipſa, vnicam viſionem habent, quæ autem eãdem aſpiciunt, vt participatur in corporibus à ſole illuminantis, coguntur multos videndi actus elicere, ita quiſquis Diuinæ eſſentiæ conſpectu ſupernaturali numero fruitur, vnum de eſſentia Diuina conceptum format, qui autem eadem cognoſcere enituntur vt relucet in creatutis, coguntur in infinitum diſcurrere per varia attributa Diuina à rebus creatis participata, quandoquidem dari non poteſt creatura vlla, vt certus creaturarum numerus, in quo Diuina perfectio perfectè repræſentetur. Poſterior pars minoris ex eo probatur, quia vnumquodque illorum prædicatorum, vt eſt in Deo, eſt infinitæ perfectionis ſimpliciter, ſeu potiùs omnia eiuſmodi prædicata

Cur purè poſitiuus non ſit quidditatiuus.

Quia prædicata ad diuinã quidditatẽ pertineant.

Quo pacto diuinæ perfectiones, vt à nobis concipiuntur ſint infinita.

dicata

Infinitum & virtutē finitā non poſſe ſimul naturaliter attingi.

dicata ſunt vnica perfectio infinita ſimpliciter, vt lib. 12. patebit: finita autem virtus intellectus noſtri non poteſt ſimul viribus naturæ attingere infinitum, quicquid de ſupernaturali & ſucceſſiua cognitionibus infiniti dicendum ſit, de quibus nonnihil cap. ſeq.

De ſignificatione nominum, quæ Deo ſunt propria.

SECTIO IIII.

Argumētum contra ſuperiorem concluſionem inductum ex diuinis nominibus.

SED eſt, quod aliquis contrà obiiciat hunc in modum. Hoc nomen Deus: quod eſt Græcè Θεὸς etſi dictum eſt à ſpectando, quod dicitur θεᾶσθαι aut à currendo, quod eſt θεῖν à cognitione, inquam, aut prouidentia qua omnia contuetur, & adminiſtrat, tamen impoſitum eſt ad ipſam Diuinam eſſentiam purè & ſyncere ſignificādam, quemadmodum lapis, etſi dictus eſt hoc nomine ab actione lædendi pedem, impoſitum eſt tamen ad ſignificandam ipſam lapidis ſubſtantiam: atqui nomina nihil ſignificant niſi medio conceptu, non eſt igitur negandum, dari in nobis conceptum, qui ad ipſam diuinam eſſentiam formaliter, ſiue vt talis eſt, terminetur: is autem neceſſario eſt quidditatiuus, datur igitur in nobis conceptus Diuinæ eſſentiæ quidditatiuus. Idem clarius concludi videtur ex tetragrammato Dei nomine יהוה *IEHOVA* quod proferre Hebræis religio erat. Neque enim illud ab actione vlla diuina ducitur, ſed ab ipſo diuino eſſe, cur etiam ſignificando impoſitum eſt. Vnde patet ſaltem apud eos, qui huiuſmodi nomina impoſuerunt, aut eorum germanam ſignificationem percipiunt, dari conceptū quidditatiuum Diuinæ eſſentiæ.

Aliorum reſponſio.

SVNT, qui reſpondeant, eſſe quidem nomina diuina impoſita ad ſignificandam ipſam diuinam eſſentiam purè, ſed tamen iis auditis nunquam eam, nobis purè ac ſyncerè concipi, ſed ſemper eius conceptum eſſe complexum, vt entis infiniti, ſubſtantiæ independentis, perfectionis ſummæ &c. eſtque huiuſmodi ſententia opinioni Scoti conſentanea, qui primo ſen. 22. ſcribit, *diſtinctiùs, hoc eſt determinatiùs, & puriùs poſſe nomina ſignificare, quàm poſſit intellectus noſter in hac vita cōcipere, quo pacto ait omnia ſubſtantiarum nomina, etſi ſyncerè ſubſtantiam ſignificent, tamen ijs auditis ſemper à nobis formari conceptum complexum, quòd ſubſtantias per ſe, ac ſeparatim in hac vita concipere non poſſimus, ſed per negationes, relationes, & alia accidentia; affértque ſimilitudinem hanc in aliis rebus, veluti ſi quis Hebraicè neſciens imponere nomina ad ſignificādos characteres Hebraicos, neque enim is noſcet eorum vim, & pronunciationem, niſi complexo & confuſe conceptu, hac nimirum periphraſi.* Hoc nomen quod impono charactari א, ſignificat pronunciationem quandam, quam nouit Hæbræus, hoc verò, quo yolo nominari characterem ב, ſignificat aliam quamdam, quam idem nouit, atque ita in cæteris. Ita igitur nomina diuina impoſita eſſe ad ſignificandam determinatè ac purè diuinam eſſentiā ſed tamen nūquam, eā ſyncerè à nobis concipi, ſed audito nomine Dei ſemper miſceri in eius conceptu negationem, aut relationem, aut modum intrinſecum eſſendi, quo pacto conceptus

Scotus in 1. d. 22. q. 1. & Gabr. ibidem, & Ocham.

dum intrinſecum eſſendi, quo pacto conceptus non eſt vnus, ſed mixtus: tametſi inter conceptus, quos habemus de diuina natura, nullum eſſe ait, qui magis ad purum accedat, quàm conceptum entis infiniti ſimpliciter, ſiue immenſi: eo quòd hæc nomina ſumi poſſint, vt ſignificant modum intrinſecum eſſendi naturæ diuinę. Exemplo autem eſſe conceptum albedinis intenſæ, quippe quem neceſſe ſit fateri magis accedere ad ſimplicem, quàm quo concipimus albedinem, adiuncto quouis alio, propterea quòd intenſio, ſiue latitudo gradualis, ſit modus intrinſecus eſſendi eius qualitatis.

VERVM hæc ſententia non eſt approbanda. Primùm, quia etſi quodlibet nomen ſuapte natura aptius eſt ad hoc, quàm ad illud ſignificandum, nullum eſt tamen, quod ſuapte natura id ſignificet, ad quod ſignificandum imponitur: alioqui non imponeretur: ſed humana, vt diuina interdum lege ſtatuitur, quid audito hoc, aut illo concipere debeamus: ergo ſi imponitur Diuinæ eſſentiæ purè, & ſincerè ſignificandæ: dubium non eſt, quin eſſentia Dei purè & ſincerè concipi à nobis poſſit. *Refutatio ... ipſa nominum natura.*

DEINDE, quia ea de cauſa ſunt nomina rebus impoſita, vt homines ſuos conceptus ſibi mutuò aperirent, & communicarent, igitur ſi in nobis non datur conceptus purus Diuinæ naturæ, nullum eſt nomen, quod ad huiuſmodi conceptum communicandum impoſitum ſit: at concedunt eſſe impoſitum: ergo datur conceptus purus Diuinæ naturæ, qui aliis communicari poſſit. *A nominum impoſitione.*

TERTIO, quia intellectus noſter ponit diſcrimen inter id, cui ſignificando impoſitum eſt nomen Dei, & ſignificata huiuſmodi orationum, Entis independentis, Actus puri, & cæterarum huiuſmodi: alius igitur conceptus reſpondet nomini Dei: alij verò his, & aliis quaſi deſcriptionibus Dei. *A diſcrimine inter nomen Dei, & eius deſcriptiones.*

QVARTO, quia ſignificatio nominis non differt à ſignificatione conceptus, niſi vt ſignificatio ex impoſitione, à ſignificatione naturali: alioqui in idem tendunt nomen, & conceptus, niſi quòd conceptus id facit immediatè: nomen autem medio conceptu: ergo ſi quid purè, & ſyncerè ſignificatur nomine, id ipſum purè repręſentatur conceptu, atque adeò longè meliùs, cùm immediatè, & ex natura ſua ſignificet. *A nominis, & conceptus ſignificatione.*

QVINTO, quia nomen Dei eſt incomplexum, vt omnes concedunt: non reſpondet igitur huic nomini, niſi ſimplex conceptus, quandoquidem complexio, & incomplexio nominum ex cóceptu pendet, vt patet apud Dialecticos. At dicunt, Quod hoc nomine audito non formemus ſimplicem conceptum, cauſam non eſſe ipſam eius ſignificationem, ſed imbecillitatem noſtri intellectus, qui non poteſt ſyncerè concipere, quod ſyncere ſignificatur. Quaſi verò nominis ſignificatio ſit quicquam aliud, quàm rei ſignificatæ mediante conceptu repræſentatio: aut nomina Diuina ſint Deo impoſita, vt illis vtantur ij ſoli, qui diuinam eſſentiam intuentur, quos tantùm hi auctores exiſtimant, poſſe ſyncerè diuinam naturam concipere. *Ex eo, quòd nomen Deus eſt incomplexum.*

SEXTO, quia qui nomen Dei audiunt, verámque eius vocis ſignificationem intelligunt, eumdem omnes conceptum formant: vnico *Ex cõmuni cõcipiẽdi modo.*

enim nomini vnicam ſignificationem habenti,vnus tantùm cõceptus reſpondeat neceſſe eſt,ſi eſt verus ac germanus:ac conceptus complexi Diuinæ naturæ proprij, non ſunt vnus tantùm, ſed multi & varij: igitur conceptus,qui propoſito nomini reſpondet,non eſt complexus, ſed quædam Diuinæ naturæ ſimplex notio. Quod ſi quis contendat, huic nomini certum aliquem conceptum reſpondere complexum,atque illum dicat eſſe v.g. entis independentis: præterquam quòd nulla ratione id defendet(cur enim non potiùs ſit entis infiniti,actus puri,aut alicuius alterius complexionis)illud quoque incommodum admitttere cogetur, propoſitionem hanc, *Deus eſt ens independens*, eſſe omnino identicam: ſi enim ita ſe res habet,idem omnino conceptus reſpondebit ſubiecto, qui prædicato: quod nemo niſi abſurdiſſimè conceſſerit,cùm à poſteriori demonſtretur,imò etiam à priori ex infinitate Diuinę naturæ. Nõ igitur ſynceriùs ſignificatur res per nomen, quàm per conceptum; ſed eadem eſt vtriúſque ſignificatio, quod ad ſynceritatem attinet, reſpectu eius rei, ad quam præcipuè ſignificandam impoſitum eſt nomen. Dico autem,præcipuè, quia nomen non eſt primò impoſitum ad ſignificandum conceptum, ſed rem ipſam, iuxta illud Ariſtotelis initio Elenchorum, *Quia res* (inquit) *in diſputationem afferre non poſſumus nominibus pro rebus vt ſignis vtimur.*

A quodã incommodo.

Eandẽ eſſe nominis,& conceptus ſignificationẽ quoad ſynceritatem.

Explicatur magis vera ſẽtentia de Dei nomine, & conceptu.

Dictvm eſt igitur,conceptum,qui reſpondet huic nomini Deus, & aliis omnibus, quæ ipſi diuinæ naturę impoſita ſunt,non eſſe complexum,etiam in hac vita,ſed ſimplicem,& qui nec conceptum negationis, nec relationis includat, tametſi à nobis neceſſariò explicetur per negationem aliquam,aut relationem, quæ ſit Diuinæ naturæ propria:nec probandum eſſe,quod Scotus ait, puriùs ſignificare nomina, quàm conceptus,qui nominibus reſpondent. Cæterum eiuſmodi conceptum,quem de Deo habemus,etſi eſt proprius Diuinæ naturæ,non eſſet tamen quidditatiuum, quia non illam repræſentat diſtinctè, ſed confusè,non quidem ea ratione ſola,quia ſimplex ſit (etenim conceptus beatorum ſimplex quoque eſt, & tamen eſt quidditatiuus; quod per illum omnes Diuinæ perfectiones clarè, ac perſpicuè cognoſcantur cognita vnica, & ſimpliciſſima Dei eſſentia) ſed quia per eum nec concipimus omnia Diuina attributa, quæ, vt dictum eſt,continentur in Diuina eſſentia, nec ipſe reſultat ex perceptione omnium diuinorum attributorum. Nam hoc etiam poſteriori modo,ſi poſſibilis eſſet, ducere poſſemus illum eſſe quidditatiuum, quo pacto quidditatiuus eſt is ſimplex conceptus hominis,qui naſcitur ex conceptu definitiuo humanæ naturæ. Poſtquam enim definitiuè aliquid cognoſcimus,tum demum poſſumus formare conceptum ſimplicem totius eſſentiæ,qui ſuo modo ſit quidditatiuus. Neque enim is iam differet ab eo quidditatiuo,de quo hactenus loquuti ſumus,vt prorſus non quidditatiuus à quidditatiuo, ſed vt quidditatiuus ſecundarius & conſequutiuus à quidditatiuo primario,& qui magis propriè quidditatiuus appellatur. Vnde collige,imperfectiorem eſſe conceptum ſimplicem definiti, antè quàm definiatur,quàm poſt definitionem, quemadmodum imperfectior eſt ſenſus concluſionis ante quàm ea demonſtretur, quàm

Conceptũ beatorum de Deo ſimplicem & quidditatiuũ eſſe.

Duplex genus cõceptus quiddi tatiui.

poſt

poſt demonſtrationem: poteſtque prior conceptus quodammodo appellari quid nominis, quia ex ipſa nominis ſignificatione naſcitur: poſterior autem quid rei, quod reſultet ex diſtincta cognitione quidditatis rei.

Ad id autem, quod Scotus ait de nominibus ſubſtantiarum, dicendum eſt, quemadmodum ſubſtantiæ ſyncerè nominibus ſignificantur, ita poſſe ſyncerè concipi etiam ſi per certa, quæ ſubſtantiæ non ſunt: veniatur in ſimplicem ſubſtantiæ latentis conceptum, eodémque modo dicendum eſt de nominibus characterum Hebraicorum impoſitis ab eo, quia Hebraicè neſcit, ſeu potiùs de nominibus vocum earum ſimplicium quæ de characteribus ſignificantur: ſi enim ille ſyncerè eas voces ſignificare inſtituit, ſyncerè quoque concipit, tametſi confusè: imponit enim primum vocabulum primæ voci ſimplici Hebraicæ linguæ, quæcumque illa ſit: ſecundum verò ſecundæ, & ita cæteræ deinceps, quemadmodum imponimus nomina rebus abſentibus, quas nunquam vidimus, vt tartaro, aut cœlo Empyreo. *Solutio argumẽtorũ Scoti.*

Ex his collige, conceptum Dei ſimplicem, ſiue incomplexum, quem in hac vita de natura Diuina habere poſſumus: non eſſe difficilem. Audita enim qualibet velut deſcriptione Dei, cuiuſmodi ſunt illæ, *Ens infinitum ſimpliciter, Cauſa prima, Id, quo maius cogitari nequit*, & ſimiles aliæ, & Philoſophis, & Theologis traditæ, nullo negotio poſſumus formare ſimplicem conceptum ipſius latentis ſubſtantiæ, vt in aliis rebus facimus: eum verò, qui eſt quaſi definitiuus, ſiue quo Deus cognoſcitur ex omnibus perfectionibus, quas formaliter continet, non modò eſſe difficilem nobis, ſed etiam impoſſibilem naturaliter. *Simplicẽ Dei conceptũ facilẽ eſſe, quidditatiuam verò impoſſibilem naturaliter.* Qua ratione meritò dictum eſt à veteribus, potiùs à nobis in hac vita cognoſci de Deo, quid non ſit, quàm quid ſit, Vt enim cognoſcamus quid Deus non ſit, negatione nimirum aliqua, quæ propria ſit diuinæ eſſentiæ (de hac enim ſola credendum eſt loquutos fuiſſe veteres, cùm de aliis negationibus nulla omnino ſit difficultas) ſatis eſt vnica negatio dependentię: aut aliæ ſimiles, quæ omnia creata, & creabilia excludat. *Cur de Deo in hac vita potiùs quid non ſit quàm quid ſit, cognoſcamus.* Vt autem cognoſcamus quid Deus, percurrere oportet omnia Diuina attributa, quæ infinita & numero, & perfectione eſſe diximus: tametſi non deſint, qui numero infinita eſſe velint. Atque eodem videtur ſpectare illud Ciceronis libro primo de Natura Deorum, *Rogas me* (inquit) *quid, aut qualis ſit Deus, auctore vtar Simonide, de quo cùm quæſiſſet hoc idem Tyrannus Hieron. deliberandi cauſa diem poſtulauit: cùm idem ex eo poſtridiè quæreret, biduum petiuit, cùm ſæpiùs, duplicaret numerum dierum, admiranſq; Hieron. quæreret, cur id faceret, quia* (inquit) *quantò diutiùs cogito, tantò mihi res videtur obſcurior.* *Dictũ Simonidis de Deo.* Rectè autem dixit, *obſcurior*; quia cognitis vtcumque quibuſlibet attributis ſemper ſuperſunt infinita cognoſcenda, atque inſuper nullum omnino eſt, quod percipi poſſit, vt in Deo eſt, ſed vt eſt Deo & creaturis analogicè commune.

Digitized by Google

Quo pacto cæteræ ſubſtantiæ ſeparatæ à nobis cognoſcantur.

SECTIO V.

Prima aſſertio.

QVOD verò attinet ad cæteras ſubſtātias ſeparatas: Prima aſſertio ſit: *Multo pauciora quidditatiua prædicata de illis, quàm de Deo à nobis in hac vita cognoſci.* Id quod ex eo probatur, quia quidditatiua Dei prędicata ſunt infinita, quorum nos etiā plurima cognoſcimus, vt ex dictis apertum eſt, de cæteris autem ſubſtantiis ſeparatis duo tantùm genera ſub ente nouimus, ſubſtantiā, inquā, & ſubſtantiā incorporeā, cùm ſub his nullum aliud præterea, determinatè percipiamus, vt paulò poſt patebit.

Secunda Aſſertio.

Secunda Aſſertio ſit, *Aliqua earū quidditatiua prædicata multò meliùs, quàm quidditatiua Dei prædicata percipi.* Hæc aſſertio ex eo primùm patet, quia aliqua earum quidditatiua prædicata ſunt, pluribꝫ rebus, vniuocè communia, nempe earum genera, & differentiæ: Dei autem nullum quidditatiuum prædicatum vniuocum eſt, ſed omnia ſunt analoga, quæ vt minorem vnitatem habent, ita minùs benè à nobis perſpiciuntur. Deinde, quia aliqua earum quidditatiua prędicata ſunt finita, & limitata ad certum genus: quidditatiua autem Dei prędicata omnia ſunt indifferentia ad naturam finitam, & infinitam. Dixi, *Aliqua earum quidditatiua,* non autem *omnia*, quia nonnulla etiam ſunt communia Deo, & creaturis, vt ens, ſubſtantia, incorporeum, & ſubſtantia incorporea, ſeu ſpiritus, ſi modò in commune ſumātur, qua ratione ſunt ad naturam finitam, & infinitam indifferentia.

Nullū quidditatiuū Dei prædicatum certo generi additum eſſe.

Tertia Aſſertio.

Tertia Aſſertio: *Et quidditatiuis prædicatis ſubſtantiarum ſeparatarum ſolam ſubſtātiam quidditatiuè à nobis in hac vita cognoſci poſſe.* Hæc aſſertio ex eo probatur, quia cōceptus entis, & cæterorū, quę Deo & creaturis ſunt cōmunia, ſi cōfuſus quidē ſit, & ſolum quid nominis, vt à quibuſdam appellatur, perſpicuū eſt non eſſe quidditatiuū: ſi verò ſit diſtinctus, vt pote, quod determinatè percipiantur naturæ omnes, quæ immediatè iis nominibꝫ ſignificantur (neque enim naturā aliquam vnam communē ſignificare poſſunt, cùm analoga ſint omnia) non poteſt ille à nobis haberi non modò naturaliter, ſed ne ſupernaturaliter quidem: Eſt enim propriū Dei, naturam ſuā, & omnium ſimplicium entitatū póſſibilium, quæ eiuſmodi nominibꝫ ſignificātur, percipere. Nec verò ſubſtantiā incorpoream, quatenùs incorporea eſt, aut vllum inferius prædicatū quidditatiuè cognoſcere hic poſſumus. Subſtātia enim incorporea, vt talis eſt, nec cōtinetur formaliter in eſſentia ſubſtantiarum corporearū, cùm de illis non prædicetur eſſentialiter: nec itē eminenter hoc eſt altiùs, & excellentius, quo pacto effecta cōtinentur in ſuis cauſis efficiētibꝫ æquiuocis, ſiue ſuperioris ordinis, cùm ſubſtantiæ corporeæ non ſint ſuperiores, & perfectiores incorporeis: nec denique participatiuè participatione adæquata, quo pacto cauſa continetur in effectu adæquato, qui quę totā cauſæ virtutem quaſi exhaurit, quippe cùm effecta ſubſtantiarum incorporearum non reperiantur adæquatè in rebus corporeis, multa enim agere poſſunt incorporeæ ſubſtantiæ

A ſolo Deo haberi poſſe quidditatiuū cōceptū entis.

Cur ſubſtantia incorporea qua talis eſt, non poſſit à nobis quidditatiuè cognoſci.

extra

extra res corporeas ſenſibiles. Cùm igitur ſubſtantia incorporea non poſſit à nobis quidditatiuè cognoſci per corporeas, niſi aliquo ex tribus modis in eis cótineatur: efficitur, vt nó cognoſcatur à nobis quidditatiuè, vt incorporea eſt, præſertim ſi completa ſit, de qua tantùm loquimur. Quod addiderim propter formam humanam, de qua paulò poſt nonnihil dicendum.

Cur nullum prædicatum ſub incorporea ſubſtantia.

Nullum autem earum quidditatiuum prædicatum ſub incorporea ſubſtantia cognoſci à nobis poſſe in hac vita, duobus argumentis patet. Vno, quia fieri non poteſt, vt inferior natura quidditatiuè cognoſcatur, cùm ſuperior quidditatiuè non cognoſcitur: id quod facilè colliges ex quidditatiuæ cognitionis explicatione initio propoſita. *Sectio 1.* Altero, quia quę non poſſunt determinatè cognoſci in hac vita minùs poterunt quidditatiuè: prędicata verò, quæ ſub incorporea ſubſtátia continentur, non poſſe determinatè cognoſci, ex eo oſtenditur, quia nihil peculiare de ſubſtantiis incorporeis colligere poſſumus in hac vita, niſi ex earum effectis: nullum autem eorũ cognoſcimus, aut cognoſcere poſſumus naturaliter, quod nos ducat in certam aliquã ſpeciem, aut indiuiduum ſubſtantiæ incorporeæ, omnia enim proueniunt ab earum potentia intellectiua, appetitiua, & motiua, quæ quidem omnibus ſubſtantiis ſeparatis communes ſunt, nullamque peculiarem naturam ſiue ſpecificã ſub incorporea ſubſtantia, ſiue indiuidualem nobis deſignant: niſi quod Ariſtoteles ex motu orbium cœleſtium ab illis profecto quadraginta ſeptẽ eſſe ſubſtátias ſeparatas colligit lib. 12. *Cap. 8. à text. 41.* non tamen determinatè hanc, & illam &c. quas etiam eaſdem confusè docet ſpecie diſtingui, vt eo loco patebit, non oſtendens, qua differentia vnaquæque ſpecies earum ab aliis diſtinguatur.

Dari poſſe quidditatiuã cognitionẽ generis ſummi prædicamenti ſubſtantiæ.

Ex his apertum eſt, ſi quod ſubſtátiarum ſeparatarum quidditatiuum prædicatum, quod vniuocum ſit, naturámque vnam ſignificet, quidditatiuè cognoſci à nobis poteſt in hac vita, illud eſſe ſolũ genus ſummum prædicamenti ſubſtantiæ. Quòd autem illud reuera à nobis quidditatiuè cognoſcatur, aut cognoſci poſſit, ex eo primùm patet, quia alioqui nullam quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum corporalium, & ſenſibilium habere poſſemus, cùm tamen Phyſicus ſupponat quidditatiuam cognitionem entis naturalis inuentam à primo Philoſopho, & deficiendi præcepta maximè propter ſubſtantias ſenſibiles, & corporeas tradita ſint. Deinde, quia definitiones omnium, ſiue ſubſtantiarum, ſiue accidentium reſoluuntur vltimò in ſubſtantiam genus ſummum, tanquam in primum omnium fundamentum, cùm ſubſtantiæ omnes per illud, accidentia autem per ſubſtantias definiantur. Hinc enim fit, vt ſi quicquam, ſiue ſubſtantiarum, ſiue accidentium quidditatiuè cognoſcimus, neceſſariò cócedendum ſit, ſubſtantiam genus ſummum quidditatiuè à nobis percipi. Non loquor autem de ſola ea quidditatiua cognitione, quæ per genus, & differentiam habetur, ſed de ea, qua nihil eſſentiale rei nó intelligitur, etiam ſi rei natura ſit ſimpliciter ſimplex, qualis eſt generum ſummorum, ac differentiarum omnium: & cognitio etiam ipſa ſit ſimplex.

Omniũ ſubſtátiarum, & accidẽtiũ definitiones reſolui in ſubſtantiam genus ſummum.

Ex his planè infertur, non poſſe ſubſtantias ſeparatas quiddi-

Digitized by Google

Conſectariũ. tatiuè à nobis in hac vita cognoſci, de qua re quæſtio inſtituta erat. Nec dubium eſſe debet, quin ea ab Ariſtotele hoc loco ſimilitudine veſpertilionum breuiter explicata ſit, modò ſimilitudo intelligatur, vt eam in ſuperiori quæſtione expoſuimus.

Dilutio quorundam obiectorum contra tertiam Aſſertionem.

SECTIO VI.

Quo pacto Scotus probet, poſſe ens à nobis quidditatiuè cognoſci. Quo pacto, ſubſtantiã genus ſummum non poſſe.

SED contra hanc tertiam Aſſertionem ſe offert primùm ſententia Scoti qui aſſerit, ens commune Deo, & creaturis ſubſtantiis, & accidentibus, cognoſci à nobis quidditatiuè. Quod ex eo probat, quia eſt aliquid ſimpliciter ſimplex, quodque non poſſit partim cognoſci, partim ignorari. Item, quia eſt vniuocum rebus omnibus, ac proinde abſtrahi poteſt à qualibet earum quidditatiuè cognita. In 3. q. 1.

DEINDE illud obiicitur, quod adiungit idem auctor, ſubſtantiam genus ſummum non poſſe à nobis in hac vita quidditatatiuè cognoſci. Id, quòd ex eo oſtẽdere conatur, quia nõ datur in hac vita ſpecies vlla intelligibilis, quæ ſit propria ſubſtantiæ. (vt ipſe putat,) ſed ſolius accidentis ſenſibilis, à quo ſolo ſenſus noſtri immutantur. *Nam ſi in nobis,* inquit, *gigneretur ſpecies ſubſtantiæ, non gigneretur vtique ſpecies panis cùm in hoſtia conſecrata percipimus propria panis accidentia, vt pote quibus iam non ſubeſt panis ſubſtantia: quo fieret, vt naturaliter cognoſcere poſſemus, non eſſe iam ibi ſubſtantiam panis, quo pacto cognoſcimus, non eſſe lumen in aëre, cum aſpectus noſter apertis oculis non immutatur à lumine.*

Ex ea cognitione, quam habemus de forma humana.

TERTIO, ſic obiici poteſt. Forma humana cognoſcitur à nobis quidditatiuè, alioqui non cognoſceremus quidditatiuè naturam humanam, quam tamen vel maximè videmur quidditatiuè cognoſcere, vt patet ex ipſa hominis definitione, quam paſſim in ore habemus, & in exemplum quidditatiuarum aſſerimus, igitur non eſt cur cæteras ſubſtantias incorporeas, quatenùs incorporeæ ſunt, cognoſcere non poſſimus. Quòd ſi dicas, non eſſe parem rationem, eo quòd nihil ſit nobis ipſis familiarius & notius: contrà verò nihil à conſortio humano remotius, quàm ſubſtantiæ ſeparatæ: ſic poteſt contra obiici, Nihil iam hoc pacto habere momenti ea argumenta, quæ deſumpta ſunt ex immaterialitate ſubſtantiarum ſeparatarum, quando præcipua pars hominis, etſi immaterialis eſt, quidditatiue tamen cognoſcitur. Quare, aut negandum eſſe formam humanam cognoſci à nobis quidditatiuè, aut concedendum, omnes omnino formas immateriales, etſi ſeparatæ ſint, poſſe à nobis in hac vita quidditatiuè cognoſci.

Solutio Argumentorũ, quæ contra tertiã aſſertionẽ propoſita erant.

AD primum tamen negandum eſt, nomine entis ſignificari aliquid ſimpliciter ſimplex, quod ſit omnibus entibus commune, ſed dicendum, ſignificari immediatè infinita ſimpliciter ſimplicia, vt Deum, genera ſumma, & omnes per ſe differentias: proinde fieri non poſſe, vt ens à nobis quidditatiuè cognoſcatur: niſi hæc omnia cognoſcamus, quod tamen fieri nequit, non modò in hac vita, ſed ne in futura quidem. Præterea, etſi ſimpliciter ſimplicia non poſſunt,

par

partim cognoſci, partim ignorari, tamen non continuò ſequitur, ea, quandocumque cognoſcuntur, quidditatiuè cognoſci. Nam, etſi hoc verum eſt, cùm cognoſcuntur per intrinſeca, non eſt tamen verum, cùm per extrinſeca, & quæ illis accidunt. Negandum quoque eſt eſſe ens, vniuocum, ſiue ſumatur, vt commune Deo, & creaturis, ſiue vt ſubſtantiis, & accidentibus, quod faciendum eſſe patebit, lib. 4. Ex qua re efficitur, falſum quoque eſſe quod Scotus ait, poſſe ens abſtrahi, à quauis re quidditatiuè cognita. Id enim, quod vniuocum, & differentiis quibuſdam ad partes ſubiectas, contractum non eſt, abſtrahi vt vniuerſale à particularibus non poteſt.

Ens neque Deo, & creatis, neque ſubſtantiis, accidentibus vniuocum eſſe.

In his eſt Dur. in 2. d. 3. q. 6. & in d. 49 q. 2. & alij nonnulli.

Ad ſecundum dicendum eſt primùm quidem, non deeſſe Philoſophos qui ad intelligendum ſpecies intelligibiles neceſſarias eſſe negent: proinde eam rationem non ab omnibus approbandam. Deinde, multa eſſe quæ per ſpecies aliorum intelligi poſſe dicantur, vt quorumdam ſentētia, proprietates per ſpecies earum rerum, quarum ſunt proprietates. Atque hoc pacto dicet fortaſſe aliquis, quemadmodum ſubſtantia per accidentia, tanquam per inſtrumenta gignitur, ita quoque per ſpecies intelligibiles accidentium poſſe quidditatiuè cognoſci. Denique vt admittamus nullam ſubſtantiam quidditatiuè cognoſci, niſi per ſpeciem intelligibilem ſubſtantiæ propriam: negandum tamen eſt ſolas ſpecies intelligibiles ſenſibilium imprimi in noſtrum intellectum in hac vita. Nam cùm accidentia ſenſibilia agant in nos non modò virtute propria, ſed etiam virtute ſubſtantiæ, conſequens, vt eorum actione gignantur in nobis non modò ſpecies intelligibiles eorum propriæ, verùm etiam ſubſtantiarum quarum ſunt accidentia, quod libr. 7. apertiùs intelliges, quo loco argumentum deſumptum ex abſentia ſubſtantiæ in hoſtia conſecrata pleniùs diſſoluemus. Nunc illud breuiter dicimus, non eſſe negandi, gigni in nobis, ea ſenſibus præcepta, ſpeciem intelligibilem panis, ſi antè genita non ſit: agunt enim accidentia illa virtute præcedentis ſubſtantiæ panis. Atque hinc fit, vt qui ſequuntur ſenſuum iudicium, & intellectum, à ſenſibus dictum, iudicent eſſe ſub iis accidentibus ſubſtantiam panis. Eiuſmodi autem iudicium, etſi temerarium non eſt, ſi ſola natura conſulatur, eſt tamen ea ratione deceptioni obnoxium, qui potentia Diuina fieri poteſt, vt accidentibus panis non ſubſit panis ſubſtantia. Itaque, vt de rei præſentia verè iudicemus, non ſatis eſt ſpecies intelligibiles illius, ſed neceſſaria quoque eſt eius exiſtentia.

In intellectu noſtro nō modò accidentiū, ſed ſubſtātiarum etiā ſpecies intelligibiles reperiri.

Senſuum iudicium ex accidentibus panis in hoſtia conſecrata ſubſtātiam panis in ea eſſe iudicātis falſum.

Ad tertium, ſi id quidem verum eſſet, quod nonnulli aiunt, in forma humana, quatenùs humana eſt, eſſe duos caſus eſſentialis perfectionis, eamque ſecundùm alterum eſſe actum corporis: ſecundum alterum verò ſeparabilem à corpore, facilè reſponderi poſſet cognoſci eam à nobis in hac vita quidditatiuè, quatenus non eſt actus corporis, nempe cognitis adæquatè eius operationibus, quas in corpore exercere poteſt, non autem quatenùs eſt à corpore ſeparabilis, quòd eas operationes, quas extra corpus exercet nondum cognoſcamus. Verùm ſententia hæc nulla ratione probanda eſt. Primùm quia anima noſtra, vt ſpe

Sententia quorundā de duplici gradu eſſentiali humana forma.

Impugnatio.

vt ſpecie diſtinguitur à cæteris, quæ ſub eodem immediato genere continentur, vnum tantùm gradum eſſentialem generi adiungit, differentiam nimirum ipſam ſpecificam: in differentia autem ſpecifica, cùm ſit ſimpliciter ſimplex, fingi nullo modo poſſunt diuerſi gradus eſſentiales, ſed nonnumquam accidentarij ſecundum magis & minùs, atque hoc in iis dumtaxat formis, quæ magis & minùs ſuſcipiunt, vt in calore aut in albedine. Deinde, quia quemadmodum hoc pacto anima noſtra ſecundum aliquid ſui eſſet forma corporis, ita ſecundum aliquid ſui (etiam dum eſſet in corpore) non eſſet actus corporis, ac proinde à corpore ſeparata: quod ne fingi quidem poteſt. Tertiò, quia, quemadmodum exiſtimant illa non poſſe eſſe actum corporis ſecundum eum gradum, quo eſt ſeparabilis à corpore, ita neceſſariò fateri debent, non poſſe eſſe ſeparatam ſecundum eum, quo eſt actus corporis: alioquin ſuperuacaneus eſſet alter gradus, quem ponunt: quare fieri non poteſt, vt anima ſeparetur à corpore, niſi huiuſmodi gradum eſſentialem in ipſa ſeparatione amittat, id eſt, aliquid propriæ ſubſtantiæ, imò verò totum illud, quo erat actus corporis, quod certè nihil eſt aliud, quam formam humanam prorſus mortalem facere. nullo igitur modo audienda eſt opinio hæc: tametſi eius auctores minimè videntur aduertere, quæ abſurda eam conſequantur.

Abſurda, quæ hanc opinionem cõſequãtur.

Opinio Caiet. de cognitione quidditatiua animæ rationalis.

De Ente & eſſent. cap. 6. q. 14.

CAIETANVS in loco ſuperiùs citato videntur aſſerere, poſſe omnino à nobis in hac vita formam humanam quidditatiuè cognoſci, quòd propria eius virtus, quæ in intelligendo poſita eſt, percipi à nobis poſſit: & forſitan addidiſſet, ſi ea de re fuſius egiſſet, modum intelligendi, quem illa habere poteſt à corpore ſeparata, eſſe accidentariũ: proinde, etſi illum in hac vita non experiamur, nihil tamen impedire, quominus quidditatiuè illam intelligamus: præſertim cùm cognoſcamus, operationes intellectus ex ſuo genere non pendere à corpore, & poſſe ſine adminiculo phantaſmatum exerceri, idque in hac vita nonnumquam experiantur ij, qui rerum excellentium conſiderationi dediti ſunt, vt ſupra diximus, cùm phantaſmatum vſum per accidens concurrere in percipiendis naturis vniuerſalibus aſſeruimus, Ægidius quoque Romanus in hunc librũ, etſi negat, poſſe ſubſtantias ſeparatas in hac vita à nobis quidditatiuè cognoſci: id tamẽ videtur cõcedere de anima intellectiua: quia, etſi nec de actu intelligendi, nec de intellectu ipſo habeamus phantaſmata, *ſunt tamen*, inquit, *actus intelligendi, & intellectus ipſe proportionati rebus, de quibus habentur phantaſmata*: quod ſatis eſſe cenſet, vt eorum quidditatiuam cognitionem habere poſſimus. Cohærere autem videbitur hæc opinio cum ea D. Thom. qua putat, animam ſeparatam à corpore, nec diſtinctiùs, nec meliùs intelligere naturaliter, quàm cùm exiſtit in corpore. Si enim ita res habet, profectò cùm idem eodem loco fateatur animam cuiuſque ſeparatam poſſe quidditatiuè ſeipſam intelligere, potiori ratione id videbitur dicendum de ea adhuc exiſtente in corpore.

Capit. 2. q. 3. Sect. 6. Ægi. hoc loco q. 15.

Eadem opinio Ægidij Romani.

1. p. q. 89. ar. 1.

Dubitatur de propoſita opinione.

HÆC tamen ſententia nõ parum dubia eſt. Primùm, quia cùm tam multa controuerſa ſint apud Philoſophos & veteres, & recentiores de ipſa animæ ſubſtantia, de eius origine, & duratione, nec eius quidditati-

ditatiua cognitio tanta adhibita diligentia adhuc ſit planè comperta: veriſimile non videtur, haberi poſſe naturaliter in hac vita quidditatiuam eius cognitionem. Alia ratio de ea eſt, cùm ſeparata erit à corpore, intelliget enim, atque adeò experietur, ſe eſſe ſubſtantiam, hoc eſt, per ſe potentem cohærere ſine corpore, & alia omnia, quæ ad quidditatiuam ſui cognitionem pertinent. Deinde, quia etſi in hac vita vtcunque cognoſcimus, & aliqua ex parte experimur, poſſe aliquando animam noſtram ſine phantaſmatibus intelligere, non omnino tamen, eum intelligendi modum percipimus, quem anima extra corpus habitura ſit, præſertim intelligendis rebus materiæ expertibus: non percepta autem omnino virtute intellectus, non poſſumus quoque animam ipſam quidditatiuè intelligere. Poſtremò, quia non videmur habere poſſe quidditatiuam ſubſtantiarum cognitionem in hac vita, niſi quarum habemus ſpecies intelligibiles: animæ autem noſtræ, vt intellectiua eſt, non poſſumus in hac vita ſpeciem intelligibilem habere, & cum ipſa nec ſenſibilis ſit, vt eius phantaſmata habere poſſimus; neque eius ſpecifica differentia contineatur in ſubſtantia vlla ſenſibili tanquam ſuperius in inferiori, vt per eius ſpeciem repræſentari poſſit.

Non omnino percipit in hac vita modum intelligendi animæ ſeparatæ.

Fortaſſe igitur dicendum, non poſſe cognoſci animam noſtram à nobis quidditatiuè in hac vita, quatenus intellectiua eſt; neque incómodum eſſe aſſerere, naturam humanam, quatenus humana eſt, non poſſe à nobis quidditatiuè percipi, dum anima eſt in corpore, quia nec tota vis formæ intellectiuę percipiatur. Alia ratio eſt de cæteris formis ſubſtantialibus, quæ cùm operari non valeant extra corpus, non eſt cur non poſſimus totam earũ virtutem in hac vita percipere. Atque idem videtur ſentiri D. Thom. cùm docet animam noſtram cognoſcere ſe in hac vita per ſpecies aliarum rerum: poſt ſeparationem verò per ſuam eſſentiam, & ſine ſpecie, quo pacto cæteræ ſubſtantiæ ſeparatæ ſeipſas intelligunt. Quod verò idem ait, *non diſtinctius, nec melius animam extra corpus, quàm in corpore intelligere*: de rebus tantùm ſenſibilibus dictum eſſe, accipiendum eſt: tametſi ne id quidem videtur vſque quaque aſſerendum. Minùs autem id, quod addit, *non poſſe animam ſeparatam intelligere naturaliter vllam ſeparatarum ſubſtantiarum vſque ad vltimas differentias, ſeu, quod idem eſt, quidditatiuè.* Si enim illi infunduntur naturaliter ſpecies, quibus intelligat ſubſtantias ſeparatas, cur non per eas intelliget ſpecificam earum diſtinctionem, præſertim cùm ſpecies illæ talis naturæ ſint, vt per eas indiuidua etiam percipi poſſint, vt ipſe ait? An quia intellectus noſter non eſt ſpeciebus illis proportionatus, vt inquit? at ſi eſt proportionatus, vt eas naturaliter accipiat, cur non etiam, vt per eas intelligat? Itaque, etſi hæc nobis nunc occulta ſunt, veriſimilius tamen fortaſſe videbitur, poſſe animam ſeparatam, non modò ſeipſam, ſed alias etiam ſubſtantias ſeparatas, ſaltem complures quidditatiuè intelligere: id, quod & ratio ſuadet, & Philoſophi communi conſenſu dicunt. Quòd ſi tunc anima ſubſtantias etiam ſeparatas quidditatiuè cognoſcere poteſt, quas nunc quidditatiuè nõ percipit; cur non multa quoque alia entia ſenſibilia diſtinctius intelligat? Hæc de propoſita dubitatione ſe obtulerunt hoc loco. Quicquid tamen

Cur anima humana videatur in hac vita quidditatiue percipi non poſſe.

1 p. 89. art. 2.

Cur aliæ formæ poſſint.

Nonnulla de cognitione animæ ſeparatæ.

Eodem loco artic. 2.

Magis probatur opinio, qua in anima ſeparata quidditatiuã ſubſtantiarũ ſeparatarũ cognitionem cõcedit.

tamen de ea omnino dicendum ſit (de qua libro duodecimo commodiùs diſputari poteſt) longè profectò alia ratio eſt de ſubſtantiis ſeparatis, quæ nequeunt eſſe formæ corporum, atque de anima humana, quæ & vera forma corporis humani eſt, &eſſentialis pars humanæ naturæ, & cuius denique opera omnia, ſi non exercere, ſaltem percipere in hac vita forſitan poſſimus.

Solutio argumentorum affirmatiuæ partis.

SECTIO VII.

AD primum igitur pro parte negatiua propoſitum argumentum dicendum eſt, nullam formam naturalem, quia cōiuncta ſit cum propria materia, impediri à propria operatione, quæ ab ea, vt à forma naturali profluat, ſed potiùs iuuari: at cognitionem quidditatiuam ſubſtātiarum ſeparatarum non eſſe propriam operationem animæ noſtræ, vt forma naturalis eſt, ſed vt participat conditionem ſubſtantiarum ſeparatarum, quę numerantur in formis naturalibus. Neque verò felicitatem humanam, præcipuè conſiſtere in cognitione illarum quidditatiua: ſed in ea, quam naturaliter in hac vita aſſequi poſſumus. Sed neque illam fœlicitatem naturalem, quam anima extra corpus habet, qua ſanctorum Patrum animæ ante paſſionem Chriſti fruebantur. Neque enim quidditatiua Dei cognitio poſſibilis eſt naturaliter, etiam poſt ſeparationem animæ à corpore, vt dictum eſt. Quòd autem fœlicitas humana ponitur perfecta hominis operatio, de perfecta poſſibili ſecundum naturam, non de perfecta abſolutè, aut extraordinario Dei munere intelligitur.

Qua in re cōſiſtat felicitas humana contemplatiua.

Sectio 3.

Ad ſecundum diſtinguit Caiet. obiectum adæquatum, in adæquatum extenſiuè & intenſiuè; adæquatum extenſiuè ait eſſe illud, ad cuius omnes, ac ſolas partes ſubiectas potentia, quomodocumque extendi poteſt, quo pacto luminoſum dici poteſt obiectum viſus noctuę, quòd ſolem quoque ipſum aliquo modo percipere valeat. Atque hoc pacto ens eſt obiectum adæquatum intellectus noſtri: namque omnia entia vtcumque poſſumus intelligere, etiam, Deum ipſum: & ſola ea, quæ ſunt, ſub intellectum cadere poſſunt. Adæquatum intenſiuè appellat illud, quod omnia & ſola ea complectitur, in quæ potentia perfectè ferri poteſt, quo pacto obiectum viſus noctuę eſt lumen nocturnum, vel tale, quale eſt nocturnum: quòd noctua illud omne, ac ſolum perfectè intueri poſſit. Atque hoc pacto ens corporeum, ſiue ſenſibile eſt adæquatum obiectum intellectus noſtri corpori adhuc vniti, quod omnia ac ſola entia ſenſibilia perfectè intelligere poſſimus. Poteſt in eodem ſenſu diſtingui adæquatum obiectum in adæquatum vtcumque, & adæquatum conuenienter ad naturā & modum potentiæ: quo pacto, luminoſum eſt vtcumque adæquatum obiectum ſenſus nocturnarum volucrum: nocturnum autem, aut nocturno ſimile, adæquatum conuenienter earum videndi facultati. Quicquid ergo continetur ſub obiecto adæquato potentiæ, eo modo ſub illam naturaliter cadit, quo illud eſt adæquatum. At ſubſtantiæ ſeparatæ, etſi cadunt ſub obiectum quomodocumque adæquatum intellectus tantùm: non cadunt tamē ſub

Duplex obiectū adæquatū intellectus, quidque adæquatum extenſiuè.

Caiet. 1. part. q. 11. art. 2.

Quid intēſiuè adæquatū.

Eadē diuiſio adæquati obiecti aliis verbis tradita.

Digitized by Google

ſub adæquatum conuenienter ad naturam, & modum intellectus corpori adhuc coniuncti. quo fit, vt mirum non ſit, ſi quidditatiuè à nobis intelligi nequeant. Id autem, quod additur: Quod magis participat obiecti rationem, id magis cadere ſub potentiam non eſt verum vniuersè, remotis etiam impedimentis: niſi potentia accipiatur indefinitè, aut pro perfectiſſima: vt ſit ſenſus. Cui magis ratio rei obiectę, conuenit, id magis cadit ſub aliquam potentiam earum, quæ circa illam verſantur, aut certè ſub perfectiſſimam. Quo pacto Deus, cui maximè conuenit ratio entis, maximè cadit ſub intellectum aliquem, vtpote ſub diuinum: & ſol, qui maximè participat rationem viſibilis, maximè cadit ſub aliquem aſpectum, cuiuſmodi eſt aſpectus aquilæ.

Quo pacto intelligi debeat, id magis ſub potentiam cadere, quod obiecti rationem magis participat.

Ad tertium dicendum, & ſi aliqua realis ſimilitudo interdum requiritur in ſubiecto potentię, tamen pronuntiatum illud Philoſophorum abſolutè ac ſimpliciter ſumptum, de intentionali intelligendum eſſe, vt verum ſit. A nonnullis enim, qui omnia in omnibus eſſe volebant, perperam de reali intellectum & vſurpatum eſt. Cauſa verò, ob quam ſpecies intelligibiles ſubſtantiarum ſeparatarum acquirere non poſſumus, hæc eſt, quia nulla accidentia ſenſibilia illis inhærent, vt virtute ſubſtantiarum ſubiectarum noſtros ſenſus moueant, phantaſmatáque earum in nos imprimant, quorum actione ſpecies earum intelligibiles gignantur.

Cur in hac vita ſubſtãtiarũ ſeparatarũ ſpecies intelligibiles habere non poſſumus.

Ad quartum dicendum eſt, non eſſe in nobis appetitum naturalem ſubſtantias ſeparatas in hac vita quidditatiuè cognoſcendas, tametſi eſt ad cognoſcendas in futuro animæ ſtatu, quatenus anima ſeparata naturaliter poteſt. Nec verò Deum fruſtra nobis exhibuiſſe hoc ſenſibile ſpectaculum cauſa cognoſcendarum rerum illius excellentis generis naturæ expertium. Quamquam enim hæc diuinarum illarum ſubſtantiarum effecta intelligere, non eſt intelligere Deum, & cæteras ſubſtantias ſeparatas: tamen huius generis cognitionem per intelligentiam illius inferioris nanciſcimur.

Ad quintum dicendum eſt, ea, quæ ſunt omnino abſtracta à materia, non ideo à nobis quidditatiuè intelligi non poſſe, quia non ſint magis intelligibilia, quam materialia, quippe cum hæc, vt intelligantur à nobis, abſtractione aliqua opus habeant: ſed quia non poſſunt per ſe mouere ſenſus noſtros, per quos in hanc vita omnem cognitionem comparamus. Mouent enim nos ad ſui cognitionem, per ſua effecta duntaxat, eáque inadæquata, & quæ imperfectè, & incompletè ipſarum virtutem repræſentant.

Quarum ſimilitudinũ ſit capax intellectus noſter in hac vita.

Ad ſextum dicendum eſt, entia immaterialia (etſi ſunt magis actiua, & potentiora, quàm materialia) non poſſe in nos imprimere ſpecies intelligibiles, non ſolùm quia intellectus noſter alligatus adhuc corpori non eſt naturaliter capax earum ſimilitudinum intelligibilium, quas per ſenſus haurire non poteſt: ſed fortaſſe etiam, quia ſpecies intelligibiles rerum immaterialium non imprimuntur ab obiectis, ſed more proprietatum profluunt ab ipſis ſubſtantiis incorporeis, quibus inhærent, quo pacto profluet ab anima, cùm primùm à corpore ſeparabitur. Quo fit, vt eiuſmodi ſpecierum productio ſoli conditori

Digitized by Google

immaterialium ſubſtantiarum tribuenda ſit, quo pacto reliquarum proprietatum generatio tribuitur cauſæ efficienti naturæ ſubiectæ. De qua re fuſiùs agendum libro 12.

Quorundam Ethnicorum commentum.

Ad ea verò, quæ ex libro nono & duodecimo adducta ſunt, dicendum eſt, non eſſe in iis libris ſermonem de cognitione quidditatiua, ſed de ea, quam loco quidditatiuę in hac vita habere poſſumus: quamquam Auen-rois, & alij nonnulli oppoſitum exiſtimarũt, deluſi commento illo copulationis intellectus poſſibilis ſpeculatiuis ſciẽtiis iam præditi (ſiue, vt ipſi appellant, intellectus adepti) cum intellectu agente ſeparato, quam putant viris doctiſſimis, & virtutibus heroicis ornatis poſſe contingere: contra quos ſuo loco diſſerendum eſt. Atque hæc de propoſita quæſtione dicta ſint quæ ex iis, quæ de ſubſtantiis ſeparatis. lib. 12. diſputabuntur, planiora fient.

CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

Inſtitutũ Ariſtotelis in hoc capite.

At vero [a] *quoddam.* Quoniam Ariſt. in poſteriori parte ſuperioris capitis ex eo probauit, cognitionem veritatis maximè pertinere ad hanc ſcientiam, quia ſcientia hæc verſatur circa primas cauſſas, vt docuerat capite 2. primi libri: neque id hactenus oſtenderat, quod vtroque loco ſupponitur, dari videlicet primas cauſas, ſeu, quod eodem redit cauſarũ numerũ non eſſe infinitum: id ipſum iam demõſtrat hoc capite. Quod quidẽ in hoc libello, qui de modo inueſtigãdę veritatis inſtitutꝰ eſt, neceſſariò faciendum eſſe, in præfatione monuimus. Proponit ergo initio capitis duas cõcluſiones quæ eodem ordine in progreſſu probãdæ ſunt. Vna eſt, Numerũ cauſæ nõ eſſe infinitum. Altera ipſa cauſarum genera non eſſe infinita. Itaq; neceſſariò dandam eſſe primam cauſam, & principiũ, tum in quolibet genere cauſarum, ſiue progreſſione recta, vt ait: tum etiam in diuerſis generibus, quod eſt, non eſſe infinitas ſpecie, ſiue ſecundum ſpeciem, vt ipſe loquitur.

Eius ſententia in quæſtione de cauſarũ infinitione.

Ὅτι ἐστὶν ἀρχή τις.

ΚΕΦ. Β′.

Textus.

Ἀλλὰ [a] μὴν ὅτι γ' ἐστὶν ἀρχή τις, καὶ οὐκ ἄπειρα τὰ αἴτια τῶν ὄντων, οὔτ' εἰς εὐθυωρίαν, οὔτε κατ' εἶδος, δῆλον. οὔτε [b] γὰρ ὡς ἐξ ὕλης, τὸ δ' ἐκ τοῦδε δυνατὸν ἰέναι εἰς ἄπειρον· οἷον σάρκα μὲν ἐκ γῆς, γῆν δ' ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀέρα δ' ἐκ πυρός, καὶ τοῦτο μὴ ἵστασθαι· οὔτε ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. οἷον τὸν μὲν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ ἀέρος κινηθῆναι, τοῦτον δ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸν δὲ ἥλιον ὑπὸ τοῦ νείκους, καὶ τούτου μηδὲν εἶναι πέρας. ὁμοίως δὲ οὐδὲ τὸ οὗ ἕνεκα εἰς ἄπειρον οἷόν τε ἰέναι· βάδισιν μὲν ὑγιείας ἕνεκα, ταύτην δ' εὐδαιμονίας, τὴν δ' εὐδαιμονίαν ἄλλου· καὶ οὕτως ἀεὶ ἄλλο ἄλλου ἕνεκεν εἶναι. ¶ καὶ ἐπὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ὡσαύτως.

Sic exponunt Alex. com. 9. & D. Thom. lect. 2. par. 2. quod latè, & optimè exponit Alenſis, quicquid alij interpretes velint.

Text. 6.

Τῶν [c] γὰρ μέσων ὧν ἐστιν ἔξω τι ἔσχατον καὶ [d] πρότερον, ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πρότερον αἴτιον τῶν

Cur Ariſtoteles omiſerit exempla cauſæ formalis.

[b] *Neque enim fieri poteſt.* Proponit diſtinctè priorem concluſionem adhibitis exemplis ad ſingula cauſarum genera, præterquam ad formalem, quam hic more ſuo vocat, *Quod quid erat eſſe*, ſiue, *Quod quicque eſt*. Ideo autẽ huius generis exempla prætermiſit, quia in formis phyſicis, non facilè occurrit, quo pacto quis fingere poſſit,

poſſit dari eiuſdem rei infinitas formas ſubordinatas, ac exiſtẽtes in eadẽ re, cùm certum ſit dari in vnaquaque ſupremam, & præcipuam, à qua res ſumit ſpeciem, & denominationem. In formis autem, quæ vocari ſolent metaphyſicæ, nempe in prædicatis eſſentialibus, & apertiſſima erant exempla, & ipſe latè oſtenderat primo poſt, capite decimoctauo.

Alexandri ſententia.

[c] *Ex mediis enim.* Alexander ait, Ariſtotelem hoc loco vti demõſtratione vniuerſali, vt probet, ſurſum verſus, hoc eſt, facto progreſſu à cauſa proxima effectui ad cauſas ſuperiores, ac remotiores, in nullo genere cauſarum poſſe dari infinitas.

Dari aliquod rerum principium.

Cap. II.

D. Tho. lect. 3. p. 1. Mag. Alb cap. 6. Auerr. comm 6. Textus 5.

At [a] verò quoddam eſſe principium nec infinitas eſſe rerum cauſſas, ſiue progreſſione recta, ſiue ſpecie perſpicuũ eſt. Neque [b] enim fieri poteſt, vt hoc ex hoc tanquam, ex materia in infinitũ abeat, veluti caro ex terra, terra ex aëre, aër ex igne: atque huius progreſſionis nullus ſit ſtatus. Neque id, vnde eſt principium motus: vt ſi, homo ab aëre moueatur, hic à ſole, ſol à cõtentione, & huius progreſſus nullus ſit finis. Eodem modo, neque id cuius gratia, in infinitum ire poteſt: vt deambulatio quidem bonæ valetudinis cauſa ſit, hæc autem fœlicitatis, fœlicitas verò alterius rei, atque hac ratione ſemper alterum alterius ſit gratia. ¶ Similiter res habet in eo, quòd quidque eſt.

Text. 6.

Ex [c] mediis enim, extra quæ aliquid extremum eſt aliquid [d] prius, id quod prius eſt, eorum, quæ ſunt poſt illud, cauſa ſit neceſſe eſt. Si

Et quidem, ſi verba contextus ſola ſpectentur non dubium eſt quin ad omnia cauſarum genera accommodari poſſint. Verùm, quia Ariſt. initio etiã ſequentis argumentationis vtitur verbis generalibus, & tamen ea argumẽtatio planè pertinet ad cauſam materialem, vt patebit: crediderim potiùs, Ariſtotelem in hac prima ratione nomen cauſarũ pro ſolis efficiẽtibus accepiſſe, vt D. Thom. Magnus Alb. & Auẽrois exiſtimant: præſertim cùm in toto cap. nulla ſit alia ratio, qua cõcluſio propoſita in cauſis efficientibus oſtẽdatur, vt oſtenditur in aliis generibus cauſarum. Ratio igitur hæc eſt. Si daretur infinitus progreſſus in cauſis efficientibus, facto initio ab vltima, quę proximè cum effectu cohæret, omnes ſuperiores eſſent mediæ, ſi omnes ſuperiores eſſent mediæ, nulla eſſet prima, ſi nulla eſſet prima, nulla earum eſſet cauſa, ne ipſa quidem vltima, quæ proximè cohæret cum effectu, igitur ſi datur huiuſmodi progreſſus infinitus in cauſis, nulla prorſus eſt cauſa efficiens, quod communi hypotheſi, & Aduerſarij eam propriæ poſitioni repugnat. Ponit enim Ariſtoteles cum Aduerſario, dari extremam cauſam proximè cohærentem cum effectu, & ipſe etiam Aduerſarius ex propria ſententia aſſerit, dari infinitas ſuperiores illa, quorũ vtrumque hac concluſione euertitur. Ac prima quidẽ conditionalis perſpicuè ponitur in contextu, ſed tamen non probatur, quia ſatis aperta eſt. Secunda verò, quia multò eſt planior, nec probatur nec exprimitur. At tertia & exprimitur, & probatur ſimilitudine trium cauſarum ſubordinatarum, quarum vltima cohæret cum effectu. Oſtẽdit enim, ſublata prima, quæ eſt cauſa reliquarum, vt ait, hoc eſt, à qua reliquæ in cauſando pendent, reliquas nihil poſſe efficere. Verum, quia diceret aliquis, non eſſe parem rationem in cauſa vna media, atque in infinitis mediis, occurrit Ariſtoteles, nihil referre, ſitne vna cauſa media, an plures, finitæ, an infinitæ. Modò enim ſint mediæ, neceſſe eſt, vt ſublata prima omnes deſinant eſſe cauſæ, ac proinde ipſa vltima, quæ ex mediis pendet.

Vera interpretatio.

Ratio Ariſtotelis in cauſis efficientibus.

Obiectionis dilutio.

[d] *Aliquid prius.* Etſi verba Græca eodem modo habent, tamen Beſſario, & Perionius, loco verbi (*Prius*) ſcribunt (*Primum*) ſed in idem redit vtraque

lectio, quod enim eſt prius omnibus mediis, id neceſſariò primum eſt.

e *Quodnam ex tribus cauſa ſit.* Subaudi, *Reliquarum duarum.* Quare cùm poſtea ſubditur *cùm vltimum nullius ſit cauſa*, verbum *nullius*, pro *Neutrius.* hoc eſt, nec primi, nec medij, accipiendum eſt. Quamquam illud *nullius*, pro Nullius cauſæ accipi poteſt, quemadmodum poſt verba *cauſa ſit*, poteſt ſubaudiri, Reliquarum cauſarum. Quòd ſi velis nomine vltimi, & extremi, in tota hac ratione effectum intelligere, & nomine medij omnes cauſas, præter primam: eadē erit vis demonſtrationis.

i *Certe infinitorum.* Hoc eſt, in infinitis, ſiue rebus actu diſtinctis, quales ponerentur cauſæ efficientes infinitæ: ſiue coniunctis in aliquo toto, vt ſunt partes proportionales in magnitudine, & vnitates in numero: omnes partes, hoc eſt, omnia quæ ſunt illa multitudine vſque ad præſentem, id eſt, vſque ad vltimā cauſam, quæ ſenſu patet, primámque partem proportionalem à qua incipit, is, qui illas percurrit, eā vnitatem quæ deſignaretur in numero, ſi daretur infinitus omne, inquit, eadem ratione mediæ erunt.

τῶν μετ' αὐτό, εἰ γὰρ εἰπεῖν ἡμᾶς δέοι, τι. e τῶν τριῶν αἴτιον, τὸ πρῶτον ἐροῦμεν οὐ γὰρ δὴ τόγε ἔσχατον. οὐδένος γὰρ τόγε τελευταῖον. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ μέσον, ἑνὸς γὰρ οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἓν, ἢ πλείω εἶναι, οὐδ' ἄπειρα, ἢ πεπερασμένα. τῶν f δὲ ἀπείρων τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ ὅλως τοῦ ἀπείρου πάντα τὰ μόρια μέσα ὁμοίως μέχρι τοῦ νῦν. ὥστ' εἴπερ μηδέν ἐστι τὸ πρῶτον, ὅλως αἴτιον οὐδέν ἐστιν.

Ἀλλὰ g μὴν οὐδὲ ἐπὶ τὸ κάτω οἷόν τε ἐστὶν ἐπ' ἄπειρον ἰέναι τοῦ ἄνω ἔχοντος ἀρχήν, ὥστ' ἐκ πυρὸς μὲν ὕδωρ, ἐκ δὲ τούτου γῆν, καὶ οὕτως ἀεὶ ἄλλο τι γίνεσθαι γένος. Διχῶς h γὰρ γίνεται τόδε ἐκ τοῦδε (μὴ ὡς τόδε λέγεται μετὰ τόδε, οἷον ἐξ ἰσθμίων ὀλύμπια) ἢ ἐκ παιδὸς ἀνὴρ μεταβάλλοντος, ἢ ἐξ ὕδατος ἀήρ. ὡς i μὲν οὖν ἐκ παιδὸς ἄνδρα γίγνεσθαι φαμὲν, ὡς ἐκ τοῦ γιγνομένου τὸ γεγονὸς, ἢ ἐκ τοῦ ἐπιτελουμένου, τὸ τελεσμένον. ἀεὶ k γὰρ ἐστι μεταξύ τι, ὥσπερ τοῦ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι γένεσις οὕτως. καὶ τὸ γιγνόμενον τοῦ ὄντος, καὶ μὴ ὄντος. ἔστι δὲ ὁ μανθάνων γιγνόμενος ἐπιστήμων, καὶ τοῦτ' ἐστιν ὃ λέγεται ὅτι γίνεται ἐκ μανθάνοντος ἐπιστήμων: τὸ l δὲ ὡς ἐξ ἀέρος ὕδωρ φθειρομένου θατέρου. διὸ l ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἀνακάμπτει πρὸς ἄλληλα, οὐδὲ γίνεται ἐξ ἀνδρὸς παῖς οὐ.

Text.7. Comm.1.

Lect.3.p.2.

Probatur D. Thoma, & aliorum interpretatio.

g *At verò, neque deorſum.* Hoc etiam loco ait Alexāder Ariſt. vti generali demonſtratione in omnibus generibus cauſarum vt probet deorſum verſus, hoc eſt, poſita prima cauſa, non dari infra illam, ſeu (quod idem eſt) inter illam, & effectum, infinitas. Placet tamen magis ſententia D. Thom. & aliorum dicentium, non agi hoc loco, niſi de cauſa materiali, non quidem ea ratione, qua D. Thom. in priori expoſitione huius loci ait, verbo (*Deorſum*) ſignificari cauſam materialem, eò quòd proprium ſit materiæ ſubiici efficienti, & eſſe illo inferiorem: vera enim interpretatio eius verbi eſt ea, quam ex Alexandro attulimus, vt patet ex contextu, in quam ipſe etiam D. Thomas paulò poſt magis inclinat: ſed quia exempla, & probatio Ariſtotelis ad ſolas materiales cauſas accommodantur.

Duplex modus quo aliquid ex aliquo fit.

h *Duobus enim modis.* Vt oſtendat propoſitum, hanc præmittit diuiſionem: Duobus modis aliquid ex aliquo fieri, excluſo illo, quo ſolus ordo temporis deſignatur, tamquam improprio, & qui nihil attinet ad eos, quibus aliquid ex aliquo, tamquam ex materia fieri dicitur, quo pacto apud Græcos, ludi Olympici dicebantur fieri ex Iſthmiis, id eſt, poſt Iſthmios, & nos fortaſſe dicere poſſemus, Paſcha fieri ex Quadrageſima. Nam & Latinè dicitur, *Ex eo die*, & *Ex eo tempore*, hoc vel illud factum eſſe, pro, *Poſt eum diem*, & *Poſt id tempus*. Prior modus eſt, quo aliquid fieri dicitur ex eo, quod perficitur, totúmque manet in eo, quod fit, abie-

Primus.

Secundus.

Digitized by Google

ſit, abiecta imperfectione, vt cum dicimus, virum fieri ex puero. Poſterior eſt, quo aliquid dicitur fieri ex eo, quod corrumpitur: nec permanet totum in eo, quod ex ipſo fit. quo pacto dicimus aerem fieri ex aqua, eo quod aqua in generatione aëris corrumpatur, nec maneat in aëre, niſi ratione materiæ primæ. Atque id quidem, ex quo aliquid fieri dicitur priori modo, appellari poteſt materia tranſiens, quod neceſſariò eſt materia ſecunda. Materia enim prima nūquā eſſe deſinit: Itaque puer poteſt dici priori modo materia viri, & diſcens, ſcientis: aqua verò poſteriori modo materia aëris, qui ex aqua generatur.

[i] *Ac vt ex puero.* Ponit hoc diſcrimen inter mēbra propoſitæ diuiſionis. Quòd id ex quo aliquid fiebat priori modo, ſit medium naturaliter ordinatū ad id, quod abſoluta & peracta generatione factum eſt, vt puer ad virum, & propterea maneat in compoſitione eius, quod factum eſt, vt imperfectum in perfectione: id autem, ex quo aliquid fiebat poſteriori modo, non ſit medium naturaliter ordinatum ad id, quod peracta generatione confectū eſt, ſed potiùs, vt terminus, à quo recedebatur, quo pacto aqua ſe habet ad aerem; atque ea de cauſa non maneat ſimpliciter in compoſitione eius, quod fit: quamquam quodammodo maneat, ratione materiæ. Quòd autem id, ex quo aliquid fiebat priori modo, ſit medium naturaliter ordinatum ad id quod peracta generatione confectum relinquitur, ex eo oſtendit Ariſtoteles, quia vt generatio eſt medium inter eſſe ſimpliciter, & non eſſe ſimpliciter (quod enim, generatur, quamdiu ita generatur, vt nondum genitū, ſit id certè neque omnino iam eſt, neque prorſus nondum eſt, ſed partim eſt, partim non eſt, vt patet in generatione domus) ſic etiam id, quod fit priori modo (quod Ariſtot. vt placet Alexandro explicationis cauſa vocat id, quod perficiebatur, ſeu perficitur) eſt medium inter id quod eſt abſolutum, atque perfectum, & id, quod nullo modo eſt: quaſi ita accipiens perfectionem, vt nondum planè illam ſit aſſequutum.

Quo pacto differant.

Generationē eſſe medium inter eſſe ſimpliciter & nō eſſe ſimpliciter.

Si enim nos dicere oporteat, quod [e] *nam ex tribus cauſſa ſit: primum dicemus. Neque enim extremum ſanè, cùm vltimum nullius ſit cauſſa: Sed neque medium, cùm ſit vnius cauſa. Nihil enim intereſt, vnum ne, an plura ſint, infinita: certè* [f] *infinitorum hoc pacto, & omnino infiniti partes omnes vſque ad præſentem, ratione eadem media ſunt. Quare ſi nihil eſt primum, nulla omnino cauſa eſt.*

Text. 7. *At* [g] *verò neque deorſum verſus, cùm ſuperiora principium habent, infinitus progreſſus eſſe poteſt, ita vt ex igne aqua, ex aqua terra, eodémque modo ſemper aliud quoddam genus fiat. Duobus* [h] *enim modis hoc fit ex hoc (non vt poſt hoc fieri dicitur, veluti ex Iſthmiis ludis Olympici) aut, vt vir ex puero mutationem ſubeunt: aut aër ex aqua. Ac* [i] *vt ex puero quidem virum fieri dicimus, tamquam ex eo, quod fiebat, id quod factum eſt, aut ex eo, quod perficiebatur, id quod perfectum eſt. Semper enim quemadmodum generatio inter eſſe & non eſſe, ita id, quod fit, inter id, quod eſt, & quod non eſt, medium eſt quiddam. Qui autem diſcit, fit ſciens, idque eſt, quod dicitur, ex diſcente fieri ſcientem, vt* [k] *ex aëre verò aquam fieri, altero corruptionem ſubeunte, intelligitur. Quocirca* [l] *non reciprocantur illa mutuò, nec fit ex viro puer.* Com. 12. *Etenim*

[k] *Vt ex aere verò.* Conijcere quoque hoc loco poſſumus, vt ſuperiori libro, cùm opinio Democriti, & Leucippi de plano, & vacuo explicaretur, Ariſtolem ſcribendi incuria, aut feſtinatione verba commutaſſe. Debuit enim dicere potiùs (*vt ex aqua verò aerem fieri*) hoc enim exemplum acceperat in diuiſione, quod nunc exponendum erat, poſt illius, viri ex puero explicationem Non mutauimus tamē verba, quia eadem omnino ratio eſt in vtraque generatione aquæ nimirum ex aere, & aëris ex aqua.

[l] *Quocirca non.* Ex ſuperiori diſcrimine hoc alterum colligit Ariſtoteles. In iis, quorum

Digitized by Google

quorum alterum ex altero priori modo fieri dicitur, non dari reflexionem, vt quemadmodum vir fit ex puero, ſic viciſſim, puer fiat ex viro, & quemadmodum ſciens fit ex diſcente, ſic diſcens fiat ex ſciente, qui enim ſcit aliquid, illud ipſum, dum ſcit, addiſcere non poteſt. In iis autē, quorū alterum ex altero poſteriori modo fit, poſſe dari reflexionem, perinde enim aqua generatur ex aëre vt aër ex aqua. Ratio verò huius diſcriminis eſt quia in iis, quæ generantur ex aliquo priori modo, datur præfinitus ordo à natura, in iis autem quę poſteriori, non item. De qua re Ariſt. fuſiùs agit lib.8.c.5.

Aliud diſcrimen inter vtrumque modum.

Ratio diſcriminis.

οὐ m γὰρ γίνεται ἐκ τῆς γενέσεως τὸ γιγνόμενον, ἀλλ᾽ ἔστι μετὰ τὴν γένεσιν. οὕτω γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκ τοῦ πρωΐ, ὅτι μετὰ τοῦτο. διὸ οὐδὲ τὸ πρωῒ ἐξ ἡμέρας. θάτερα δὲ ἀνακάμπτει. ἀμφοτέρως n δὲ ἀδύνατον εἰς ἄπειρον ἰέναι. τῶν μὲν γὰρ ὄντων μεταξύ, ἀνάγκη τέλος εἶναι· τὰ δὲ εἰς ἄλληλα ἀνακάμπτει. ἡ γὰρ θατέρου φθορὰ, θατέρου ἐστὶ γένεσις. ἅμα o δὲ καὶ ἀδύνατον τὸ πρῶτον ἀΐδιον ὂν φθαρῆναι. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄπειρος ἡ γένεσις ἐπὶ τὸ ἄνω, ἀνάγκη, ἐξ οὗ φθαρέντος πρώτου τι ἐγένετο, μὴ ἀΐδιον εἶναι: τοῦτο δὲ ἀδύνατον.

Ἔτι p δὲ τὸ οὗ ἕνεκα, τέλος. τοιοῦτον δὲ, ὃ μὴ ἄλλου ἕνεκα, ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκείνου, ὥστ᾽ εἰ μὲν ἔσται τοιοῦτον τὸ ἔσχατον, οὐκ ἔσται ἄπειρον. εἰ q δὲ μηθὲν τοιοῦτον, οὐκ ἔσται τὸ οὗ ἕνεκα. ἀλλ᾽ οἱ τὸ ἄπειρον ποιοῦντες, λανθάνουσιν ἐξαιροῦντες τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν. καίτοι r οὐθεὶς ἂν ἐγχειρήσειεν οὐδὲν πράττειν, μὴ μέλλων ἐπὶ πέρας ἥξειν· Text.9.

¶ οὐ

Text.14. m *Etenim neque.* Quia ex ſimilitudine naturalis ordinis, quē habet generatio ad eſſe explicauerat ordinem, quem habet materia priori modo ſumpta ad id, quod ex ea generatur: oſtendit nunc in eadē generatione quaſi in re ſimili. In iis, quorum alterum ex altero priori modo gignitur non dari reflexionem: quia id, quod fit, non dicatur fieri ex generatione, tanquam ex eo, quod præcedit ſolo ordine temporis (quo pacto ſuprà dictum eſt, ludos Iſthmios præcedere Olympicos) ſed eſſe poſt illam ordine naturæ ac perfectionis, quo pacto dicimus diem fieri ex diluculo. Neque enim diluculum ſolo temporis ordine præcedit diem, ſed naturæ etiam, cùm ipſo diei lumine perficiatur. Differt enim, non aliter diluculum à die, quam vt inchoata communicatio luminis ſolaris ab ea, quæ iam perfecta eſt, & velut puer à viro.

Non eſſe progreſſum infinitum in cauſis materialibus, initio ſumpto à prima materia.

n *Neutro autem modo.* Iam oſtendit in cauſis materialibus non dari progreſſum in infinitum. Ratio hæc eſt. Duobus modis aliquid fit ex altero, vt materia, quod ex dictis patet: neutro autem poteſt dari progreſſus infinitus: facto initio enumerationis ab aliqua prima materia, quæ ſit aliarum fundamentum, vt ſupponimus: ergo nullo. Prior pars minoris probatur quia inter ea, quorum alterum ex altero poſteriori modo generatur, datur reflexio, ſeu reditus ad eandem ſpeciem, vbi autē datur reditus ad eandē ſpeciē, non datur is progreſſus infinitus, de quo hic agimus. Neque enim loquimur de materiis ſolo numero diſtinctis, ſed ſpecie etiam.

Quo pactó res fiat ex materia prima.

o *Simul autem fieri poteſt.* Docet vtro ex duobus propoſitis modis aliquid fiat ex materia prima, quod hactenus non apertè expoſuerat. Agit ergo, nihil ex ea fieri poſteriori modo, ſeu (quod idem eſt) ea corrupta, ſed priori, ſiue ea ſeruata, quod hac ratione videtur probare: Id, ex quo primo corrupto hoc eſt per ſe corrupto, aliquid generatur, non eſt perpetuum, materia prima eſt perpetua igitur nihil generatur ex materia per ſe corrupta. Dictū eſt in Maiore (*Id ex quo per ſe corrupto*) quia nihil prohibet, aliquid per accidens corruptū eſſe ſempiternum, veluti Cœlum quod corrumpitur ratione ſingularum reuolutionum. Ideo autem infertur in concluſione, nihil generari ex materia per ſe corrupta, quo pacto intelligebatur ex aere generari aquam: quia non dubium eſt, quin omnia, quæ ex materia fiunt, generentur ex ea per accidens corrupta, nempe ratione priuationis adiunctæ. Ita patet maior propoſitio. Minorem verò ex eo videtur Ariſtotel. probare, quia generationes materiæ non ſunt infinitæ ſurſum verſus, quaſi omnis materia, ex qua aliquid generatur, generetur ex alia materia, quæ ordine naturæ ſit prior: ſed datur aliqua prima, vt ſupponebatur, quæ quidem ex alia non generatur, cùm ſubſtet omnibus generationibus, velut omnium tranſmutationum commune ſubiectum Locus tamen hic perturbatior eſt, nec ſatis aptam connexionem Com.14.

habet.

Digitized by Google

habet. Quinetiam credit Alexand. Ariſtotelem aliquid retiouiſſe. Proinde non mirum eſt, ſi à nemine ſatis aptè videatur exponi. Quod ad verba attinet, particula, *Neceſſario efficitur, vt id ex quo primo, &c.* ſic exponenda eſt. Neceſſariò efficitur, vt ſi quis primam illam materiam, quæ ſupponitur, per ſe corrumpi dicat, eadem ratione fateatur, illam non eſſe perpetuam: quod certè fieri non poteſt, cum ponatur commune ſubiectum omnium generationum. Ita igitur patet, res fieri ex materia prima non poſteriori modo, ſed priori, quod erat oſtendendum.

Cur obſcurè auctores hunc locum interpretentur.

Etenim [m] *neque id quod fit, ex generatione fit, ſed poſt generationem eſt: hic enim pacto dies fit ex diluculo, quod poſt illud exiſtat: qua de cauſa neq; ex die fit diluculum. In alijs verò datur reciprocatio. Neutro* [n] *autem modo fieri poteſt, vt progreſſus ſit infinitus. Aliorum enim cùm media ſint, finis ſit neceſſe eſt: alia verò reciprocantur mutuò, quippe cùm alterius corruptio, alterius ſit generatio. Simul* [o] *autem fieri non poteſt, vt primum ipſum cùm perpetuum ſit, corrumpatur. Nam cùm generatio ſuperiora verſus infinita non ſit, neceſſario ſequitur, id ex quo primo corruptio aliquid gignitur, perpetuum non eſſe, quod fieri nequit.*

Textus 8. Lect. 4. p. 2.

Præterea [p] *id cuius gratia finis eſt: eiuſmodi eſt autem id, quod non eſt alterius gratia, ſed alia illius cauſa ſunt. Quare ſi id erit vltimum, non erit infinitio: ſin autem nihil tale fuerit, non erit id, cuius gratia. Sed* [q] *qui infinitionẽ inducunt, non animaduertunt, ſe boni naturã de medio tollere. Atqui* [r] *nemo agere quicquam aggrederetur, non peruenturus ad extremum,*

Non eſſe progreſſum infinitum finibus, ac primum ex prima ratione finis.

[p] *Præterea id cuius.* Oſtendit, non dari progreſſum infinitũ in cauſis finalibus. Primò quidem hac ratione. Aut datur vltimus finis, aut minimè, ſi datur igitur non proceditur in infinitum in finibus, ſi nõ datur, nullus omnino erit finis, at hoc & experientiæ & ſuppoſitioni Aduerſarij repugnat, ergo & illud. Secunda conditionalis eodẽ modo probari poteſt; quo probatum eſt in cauſis efficiẽtibus, Si nulla ſit prima, nullam omnino fore efficiẽtem; Vltimus enim finis perinde ſe habet ad reliquos fines, vt ſe habet prima cauſa efficiens ad cæteras efficientes.

[q] *Sed qui infinitionem.* Secunda ratio eſt. Quia qui infinitionem in finibus inducunt, naturam boni, etſi id minimè aduertant, de medio tollunt, quam tollere extremæ amentiæ eſt. Vt loquitur D. Thom. & Alenſis ſententia in eo poſita eſt, quod eadem ſit ratio boni & finis, poſita autem infinitione finium neceſſariò tollitur ratio finis; cùm ſublato extremo, finis quoque tollatur neceſſariò: eſt enim omnis finis extremum. At cum ratio boni latiùs pateat quàm finis, vt alio loco apertum erit, dici poteſt, ideo naturam boni tolli, ſublata ratione finis, quia bonum, aut expetitur propter ſe, quo pacto eſt finis, aut propter aliud, quo pacto eſt medium, ſublato autem eo, quod expetitur propter ſe, tollitur etiam illud, quod expetitur propter aliud: hoc enim gratia illius expetitur, vt perſpicuum eſt. Quòd ſi quis obiiciat, latiùs patere expetibile, ſeu amabile propter ſe, quàm finem, diuina enim bonitas neceſſariũ eſt amabilis propter ſe; nec tamen neceſſario eſt finis, cum nec reſpectu ſui cauſa finalis eſſe poſſit, nec reſpectu creaturarum ſit finis, neceſſariò (quandoquidem liberè velit creaturas eſſe) occurrendum eſt, incommodo, quod Ariſt. obiicit, non inferri ſublato fine actu, ſed ſublato fine potentia, ſiue; vt clarius dicam, eo quod poteſt eſſe finis: hoc enim ſi tollatur, tollitur omne bonum per ſe, & (quod hinc ſequi dicebamus) omne bonum propter aliud. Diuina autem bonitas etſi potuit eſſe non finis actu creaturarum, tamen ſemper fuit natura ſua apta, vt eſſet earum ſupremus finis.

Ex natura boni.

Cur ſublata ratione finis, natura boni euertatur.

Obiectio.

Dilutio.

[r] *Atqui nemo.* Tertia ratio eſt. Quia nemo quicquam agere aggrederetur, niſi ſperaret ſe aliquando ad extremum peruenturum. Hoc idem habes primo Ethic. cap. 2.

Et ipſo efficiente, quod gratia finis operatur.

Ex incōmodo.

[r] *Neque verò in his.* Quarta ratio eſt, Quia ſi in hoc genere cauſarum daretur infinitio, nemo vteretur mente in his, hoc eſt, in rebus agendis, de quibus proximè loquebantur. Semper enim, qui conſideratè & non temerè aut naturæ impetu agit, extremum aliquid concipit, cuius gratia operetur, extremum autem cuius gratia aliquid fit, procul dubio cauſa finalis eſt.

Non dari infinitionem in cauſis formalibus.

[s] *At verò nec quidditas.* Oſtendit non dari infinitionem in cauſis formalibus, ac primùm quidem in prædicatis eſſentialibus, quæ more metaphyſico dicuntur formę, deinde in formis phyſicis. Ait igitur, neque quidditatem rei in aliam, atque aliā ſuperiorem & latiùs patentem reuocari poſſe, ita vt aſcendendo ad ſuperiora genera nullus vmquam ſit futurus terminus, ſed omnia genera definiātur per alia ſuperiora genera. Quod probat tribus rationibus. Primum, quia ſemper definiti obiectiua, ſiue quidditas, & eſſentia rei, quò eſt ſuperior, eò eſt magis, hoc eſt, prior eſſendi cauſa: quò verò inferior, eò minus, id eſt, poſterior cauſa eſſendi, & à pluribus pendens, quo fit, vt ſi non detur aliqua prima, quia nulla ſit ſuperior, omnes inferiores funditus corruant, vt ſuprà in cauſis efficientibus oſtenſum eſt. Quod ad verba attinet, illud (*ratione abundatem.*) idem valet, quod latiùs patentem & quæ pluribus in definiendo accommodari poſſit, cuiuſmodi ſunt omnes definitiones ſuperiorum collatæ cum definitionibus inferiorum.

Probatio ex ratione quidditatis.

¶ οὐδ' [r] ἂν εἴη νοῦς ἐν τοῖς τοιούτοις. ἕνεκα γάρ τινος ἀεὶ πράττει ὅ γε νοῦν ἔχων. τοῦτο γάρ ἐστι πέρας. τὸ γὰρ τέλος, πέρας ἐστίν.

Ἀλλὰ [s] μὴν οὐδὲ τὸ τί ἦν εἶναι ἐνδέχεται ἀνάγεσθαι εἰς ἄλλον ὁρισμὸν πλεονάζοντα τῷ λόγῳ. ἀεί τε γάρ ἐστιν ὁ ἔμπροσθεν μᾶλλον, ὁ δ' ὕστερος οὐκ ἔστιν. οὗ δὲ τὸ πρῶτον μὴ ἔστιν, οὐδὲ τὸ ἐχόμενον ἔστιν. ¶ ἔτι [t] τὸ ἐπίστασθαι ἀναιροῦσιν οἱ οὕτω λέγοντες. οὐ γὰρ οἷόν τε εἰδέναι, πρὶν εἰς τὰ ἄτομα ἐλθεῖν. καὶ [x] τὸ γιγνώσκειν οὐκ ἔστι. τὰ γὰρ οὕτως ἄπειρα πῶς ἐνδέχεται νοεῖν; οὐ [y] γὰρ ὅμοιον ἐπὶ τῆς γραμμῆς, ἣ κατὰ τὰς διαιρέσεις μὲν οὐχ ἵσταται· νοῆσαι δ' οὐκ ἔστι μὴ στήσαντα. διόπερ [z] οὐκ ἀριθμήσει τὰς τομὰς ὁ τὴν ἄπειρον διεξιών. ἀλλὰ [&] καὶ τὴν ὕλην ἐν κινουμένῳ νοεῖν ἀνάγκη· καὶ ἀπείρῳ οὐδὲν ἔστιν εἶναι·

εἰ δ

Ex natura ſcientiæ.

[t] *Tollent item.* Secunda ratio eſt, Quia qui infinita eſſentialia prædicata eſſe dicunt ſcientiam de medio tollunt: ſiquidem ſcientia definitiua, & ex conſequenti, demonſtratiua haberi non poteſt, antequàm aſcendendo, & eſſentiam rei in ſimpliciores naturas reſoluendo, veniatur ad indiuiduas, & quæ in alias ſimpliciores reſolui nequeant. Alij aliter exponunt rationem hanc, ſed hæc explicatio apertior eſt, & quæ magis cum verbis contextus videatur congruere.

Ex natura cognitionis.

[x] *Cognitio quoque ipſa.* Tertia ratio eſt, Quia ſi formæ rerum eſſent infinitæ, non poſſet haberi illarum cognitio, quippe cum infinita percurri, ac percipi nequeant. Differt hæc ratio à ſuperiori. Primum quia illa habet vim ex natura reſolutionis: hæc vniuersè ipſa cognitionis natura, cognitio enim non ſolum reſoluendo, ſed etiam componendo comparatur. Deinde, quia illa non impugnat directò, niſi infinitionem, quæ fingi poſſet aſcendendo in prædicatis eſſentialibus: hæc autem infinitionem omnium omnino eiuſmodi prædicatorum quomodocumque ſe habentium, vt ſi quis dicat, de eadem re prædicari infinitas differentias eſſentiales, aut ſpecies, quæ ex oppoſito idem genus diuidunt, aut oppoſita genera, & minimè ſubalternata, vt ſi quis dicat calorem eſſe diſpoſitionem, potentiam patibilem qualitatem, & cætera huiuſmodi in infinitum, poſtremò, quia illa ſolis formis metaphyſico more componentibus accommodatur, hæc autem phyſicis etiam. Nec enim minus euerteretur cognitio rerum, ſi formæ phyſicæ in eadem re eſſent infinitæ, quàm ſi prædicata eſſentialia.

Qvibus formis propoſita ratio accommodetur.

Obiectio.

[y] *Neque enim ſimile.* Obiicere aliquis, nihil obſtare, quò minus res aliqua infinitis formis conſtet, & tamen intelligatur à nobis, cùm linea, etſi conſtat infinitis partibus, optimè tamen percipiatur. Cui tacitæ obiectioni reſpondet Ariſtoteles, non eſſe parem rationem in formis, atque in partibus lineæ. Formæ enim

Dilutio.

neceſſariò

neceſſariò debent eſſe actu diſtinctæ, cùm diuerſis formis diuerſæ conueniant proprietates, partes autem lineæ, etſi ſunt infinitę non ſunt tamen actu diſtinctæ, ſed potentia dumtaxat, quo etiam pacto intelligēdum eſt eſſe eas infinitas. Vnde, fit, vt ſi partes etiam lineæ ſumantur quatenus ſunt actu diſtinctæ per diuiſionem, aut deſignationem (ea nimirum ratione, quia diuiſio, & deſignatio à nobis comprehendi poſſunt) numquam tota linea per eas intelligatur, quia ſemper aliæ minores in infinitum relinquentur ſumendæ: ſed catenus tantum per eiuſmodi partes intelligatur linea, quatenus peruenerint diuiſiones, aut deſignationes, at in his, certū eſt non poſſe dari ſtatum. Ex his patet, eſſentialia prædicata eſſe apud Ariſtotelē diſtincta pluſquam ratione, & cogitatione, nempe diſtinctione formali, vt alij nonnulli: quippe cùm nō ſint diſtincta ſola deſignatione, aut cogitatione, quemad modum partes lineæ. Nec puto D. Thomā, aut eius grauiores ſectatores, aliud ſentire, cùm dicunt illa diſtingui ſola ratione: quandoquidem nomine rationis non intelligunt rationē ratiocinantem, ſiue diſtinguentem, ſed ratiocinatam, vt quidam eorum loquuntur, ſiue obiectiuè diſtinctam.

Prædicata eſſentialia eſſe apud Ariſtotelē pluſquam ratione diſtincta.

Eandem eſſe D. Thomæ ſententiam.

¶ *Neque verò* [t] *in his menti locus relinquitur: ſemper enim alicuius rei gratia agit, qui mentem habet: hoc enim extremum eſt, quandoquidem finis extremum.*

At verò, [t] *nec quidditas in aliam definitionem ratione abundantem reduci poteſt. Semper enim prior definitio magis eſt, poſterior verò non eſt. Cuius autem primum non eſt, neque quod ſequatur, eſt.* ¶ *Tollunt* [u] *item funditus ſcientiam ij, qui hoc pacto dicunt. Neque enim fieri poteſt, vt priùs quicquam ſciatur, quam ad indiuidua peruenum ſit. Cognitio* [x] *quoque ipſa euertitur. Quæ enim hoc pacto infinita ſunt, quomodo intelligi poſſunt? Neque* [y] *enim ſimile accidit in linea, in qua quidem diuidenda non ſtatur, intelligere autem non poterit, qui non conſiſtat. Quocirca* [z] *non numerabit diuiſiones, qui infinitam percurrit. Sed* [aa] *& materia in eo, quod mouetur, intelligatur neceſſe eſt. Infiniti etiam nullum eſt eſſe.*

Quod

[z] ***Quocirca non numerabit*** Senſus eſt: Hinc fit, vt qui per lineam infinitè diuiduam diuidendo progreditur, numquam numerum, ſeu potiùs multitudinem diuiſionum abſoluturus ſit: ſeu, quod eodem redit, numquam diuiſiones omnes numeraturus.

[aa] ***Sed & materia.*** Subiicit quartam rationem, quæ formis phyſicis accommodatur: quod Magnus etiam Albertus exiſtimat. Poteſt autem ea, quantùm ex verbis obſcuriſſimis coniicere poſſumus, hunc in modum intelligi. Materia neceſſariò intelligitur in omni re, quæ mouetur ſeu mutatur: igitur, quæ mutatur ad formam ſubſtantialem, eſt ſecundum ſe infinita, ſiue indeterminata, nam cùm omnis determinatio fiat per aliquam formam: forma autem ſubſtantialis ſit prima omnium formarum, quæ in materia ineſſe poſſunt, efficitur, vt materia, quatenus ſuapte natura præcedit formam ſubſtantialem, ſit infinita, ſiue indeterminata: huiuſmodi autem rei infinitæ nullum eſt eſſe actuale, cùm ſit pura potentia, non habet igitur materia ex ſe vllum eſſe actuale, atqui materia non eſt re ipſa deſtituta omni eſſe actuali, cùm ſemper ſit pars alicuius indiuidui certæ ſpeciei prædicamenti ſubſtantiæ, quæ habet eſſe actuale limitatum, & circumſcriptum: igitur eſſe actuale, quod materia alioquin infinita & indeterminata habet in rerum natura, infinitum non eſt, ſed finibus certæ alicuius ſpeciei ſubſtantiæ definitum, & limitatum: eſt enim eſſe materiæ humanæ, aut equinæ, aut quod ad aliquam aliam ſpeciem rei naturalis pertineat. Cùm igitur materia habeat tale eſſe à formis ſubſtantialibus, quibus ſubeſt, efficitur, vt formæ ſubſtantiales non ſint infinitæ in eadem materia. Hæc extrema conſequentia, quæ cum aliis pluribus pronunciatis ſubaudienda eſt in contextu ex eo etiam probari poteſt, quia quod infinitum eſt, non poteſt per ſeipſum formaliter limitare, & finire id, quod ex ſe infinitum eſt, & illi-

Quarta ratio ex formis Phyſicis petita.

Omnem determinationē fieri per aliquam formam.

Quod infinitū eſt, nō poſſe per ſe ipſum formaliter finire.

d by Google

miratum; cùm ipſum ſit illimitatum, &, vt ita dicam, interminatum: quamquam id effectiuè præſtare poſſit per aliquam formam à ſe introductá; quo pacto Deus Opt. Max. etſi infinitus eſt, finit tamen, ac terminat materiam. Sed hæc ratio, quæ propter expoſitionem contextus longior aliquantò eſt, hoc modo in pauca contrahi poteſt. Materia eſt infinita, & interminata ex ſe, & tamen non exiſtit in rerum natura niſi finita, & terminata per formas ſubſtantiales: igitur formę ſubſtantiales non ſunt infinitæ in eadem materia, ſiquidē infinitio materialis non poteſt finiri per infinitionem formalē. Animaduertꝭ autem hoc loco, aliter infinitionem conuenire primo efficienti, aliter materiæ primæ. Nam primum efficiens ideo eſt infinitum, quia perfectiſſimum, materia verò, quia imperfectiſſima. Illud enim, quia eſt actus purus, ſiue pura perfectio, habet eſſe actuale illimitatum: hæc autem, quia eſt pura potentia, hoc eſt, omni perfectione carens, habet eſſe potentia illimitatum.

Confertur in pauciora eadem ratio.

Primum efficiens & materia prima diuerſa ratione ſunt infinita.

εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἄπειρόν γ' ἐστι τὸ ἀπείρῳ εἶναι.

Ἀλλὰ μὴν, καὶ εἰ ἄπειρά γ' ἦσαν πλήθει τὰ εἴδη τῶν αἰτίων, οὐκ ἂν ἦν οὐδ' οὕτω τὸ γινώσκειν. τότε γὰρ εἰδέναι οἰόμεθα, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν. τὸ δ' ἄπειρον κατὰ τὴν πρόσθεσιν οὐκ ἔστιν ἐν πεπερασμένῳ διεξελθεῖν. *Text. 13.*

Quod

NVM EIVSDEM REI DARI poſsint infinitæ cauſæ.

QVÆSTIO I.

Quòd videantur dari poſſe in omnibus cauſarum generibus.

SECTIO I.

OCcasio, quia hoc loco Ariſtoteles hanc quæſtionem tractandam ſuſcepit, initio huius capitis expoſita eſt. Cur autem diſputatio de cauſarū infinitate ad hanc ſcientiam pertineat, ex eo patet, quia tractatio de cauſis abſolutè ad aliam ſcientiam pertinere non poteſt, vt oſtendimus ad calcem ſuperioris libri. Quocirca demonſtrationes, quibus Ariſtot. in hoc capit. vtitur, vniuerſaliores ſunt iis, quibus vſus eſt. 7. & 8. Phyſ. non ſolùm, quia omnia cauſarū genera complectuntur (in Phyſicis enim de ſola infinitate efficiētium diſputatum eſt) ſed etiam, quia in Phyſicis non diſſeritur, niſi de efficiētibus per motum, hic autem de efficientibus abſolutè.

Vniuerſalius Met. de cauſis agere, quàm Phyſicum.

Impugnatur ratio Ariſtot. in cauſis efficientibus.

Cap. vlt. § 1. Se. 2.

7. quidam. c. 1. à text. 3. d. 8. autem. cap. 5. à text 33.

QVOD igitur nihil repugnet, quo minùs eiuſdem rei infinitę ſint cauſæ, impugnatione earum rationum, quibus Ariſtot. in hoc capit. oppoſitum probat, oſtendi poteſt. A nemine enim meliores afferuntur: Ac

Digitized by Google

Quòd verò attinet ad verba, Illud [*quod ſi non ita eſt*] hunc ſenſum habet. Quòd ſi materia non caret eſſe actuali, vt re vera non caret, quatenus eſt pars rei naturalis (*infiniti eſſe infinitum, non eſt*) hoc eſt, eius eſſe non eſt infinitum, tametſi ipſa ſecundum ſe ponebatur infinita, & interminata. Ideo autem diximus (*Infiniti eſſe*) pro eo, quòd Græcè eſt, τῷ ἀπείρῳ εἶναι, Id eſt, *infinito eſſe*; quia valdè familiare Ariſt. eſt, vt hac in re vtatur dandi caſu pro gignendi, cum paſſim ſcribat, *Homini eſſe*, pro, *Hominis eſſe*, *Equo eſſe*, pro, *Equi eſſe*. Hoc autem, etſi Latina etiam conſuetudo ferret, adiuncto verbo *Eſt*, & relato Pronomine (dicere enim poſſemus. *Eſſe, quod infinito eſt*, pro, *Eſſe, infiniti*, quemadmodū dicimus, *Facultas dicendi quæ Ciceroni eſt*, pro eo quod dicitur, *Facultas dicendi Ciceronis*) ſimpliciter tamen & ſine adiunctione id non admittit. Proinde boni interpretes in conuertenda hac Ariſt. phraſi gignendi caſu potiùs, quam dandi vti ſolent. Quod propter nouitios ſemel admonuiſſe ſit ſatis.

Quòd ſi non ita eſt, profectò infiniti eſſe, infinitum non eſt.

Atqui [b] ***ſi etiam cauſarum ſpecies infinitæ eſſent, neque hoc pacto eſſet cognitio; tunc enim nos ſcire putamus, cùm cauſas cognoſcimus: id autem, quod additione infinitum eſt, tempore finito percurri nequit.***

[b] *Atqui ſi etiam cauſſarum.* Hactenus probauit non dari infinitas cauſas progreſſione recta, ſeu in eodem genere cauſæ: nunc probat, neque in diuerſis generibus infinitas concedi poſſe. Probatio verò apertior eſt quàm vt expoſitione indigeat. Multò enim magis aduerſatur cognitioni per cauſam infinitio cauſarum diuerſorum generum quæ hic vocantur ſpecies, quàm diuerſarum ſpecierū eiuſdem generis, quæ hactenus impugnata eſt.

---

tur. Ac primùm quidem quod vitioſè probet, non poſſe dari infinitionem efficientium, ex eo primùm videtur oſtendi, quia ratio, qua vtitur, ſi quicquam efficit planè videtur concludere infinitos equos, qui iuxta eius ſententiam de Mundi æternitate præceſſerunt Bucephalum Alexandri, non fuiſſe cauſas efficientes illius: quod tamē falſum eſt, cùm quicquid eſt cauſa efficiens cauſæ, ſit etiā cauſa efficiens cauſati, tametſi mediatè. Quòd autem id concludat, ex ipſa argumentatione intelliges, quæ ſic habet: ſi cauſæ eſſent infinitę omnes, præter vltimā, eſſent mediæ: ſi omnes eſſent mediæ, nulla eſſet prima: ſi nulla eſſet prima, nulla eſſet prorſus cauſa: igitur ſi eſſent infinitæ cauſæ, nulla omnino cauſa eſſet. An non hæc ratio, ſi vllam vim habet, apertè concludit, non fuiſſe Bucephalum progenitum ab infinitis equis.

Secundò, quia prima illa cōditionalis: Si cauſæ eſſent infinitæ, omnes eſſent mediæ, videtur planè falſa: contra enim dicendū videbatur, nempe ſi eſſent infinitæ, nulla eſſet media: quippe cum nihil dicatur medium, niſi quod inter extrema continetur. 2.

Tertiò, quia tertia illa conditionalis, Si nulla eſſet prima cauſa, nulla eſſet prorſus cauſa, vitioſè aſſumi videtur. Quis enim non videat eſſe in hac re petitionem principij? ſiquidem de hoc ipſo erat contentio, Num cauſæ dari poſſint, quæ aliquid efficiant abſque prima: hoc enim affirmat Aduerſarius, quo cum Ariſt. ſe fingit diſputare, ipſe autem Ariſtoteles infirmare contendit. 3.

Impugnatur probatio in cauſis materialibus.

Quòd autem non rectè probet, non poſſe dari infinitionem materialium cauſarum ex eo primùm patet, quia ad eius rei probationem

ſupponit, dari antequam primam materiam: deinceps verò expendit, num infrà illam dentur infinitæ. Id autem quod ſupponit, nec ſenſu eſt eſt per ſe notum, vt patet, nec verò intellectu, cùm de natura materiæ primæ permagna ſit contentio inter Philoſophos.

2. SECVNDO, quia cùm eſſet probaturus, infra primam materiam non dari infinitas, accepit pro materiis res, quæ non ſunt re vera materiæ, vt puerum pro materia viri, & aquam pro materia aëris.

3. TERTIO, quia etſi demus, puerum eſſe materiam viri, tamen nulla videtur conſecutio illa, qua vtitur, Generatio, qua vir fit ex puero terminatur ad virum: vbi autem datur terminus non proceditur in infinitum: igitur in materiis viri non proceditur in infinitum. Cernimus enim lineam terminari ad punctum, cùm tamen puncta, & partes proportionales lineæ verſus eumdem terminum procedant in infinitum. Nec obeſt, quod puncta, & partes proportionales ſint entia incōpleta, ſed potiùs eſt ad rē, cùm materia quoque ſit ens incompletū. Quò fit, vt nihil repugnet: dari infrà primam infinitas in eodem compoſito.

Contra rationes allatas in cauſis finalibus.

I AM verò rationes eas, quibus Ariſtoteles probat, non poſſe dari infinitionem in cauſis finalibus, nihil efficere, primùm probatur ex eo quia propoſitio illa, quam aſſumit, Si datur vltimus finis, non procedi-

1. tur in infinitum in finibus, & ratione, & experientia videtur falſa. Ratione quidem, quia vt ſe habent principia in rebus cognoſcendis: ita ſe habent fines in rebus agendis, quod docet Ariſt. 2. Phyſ. c. vltimo: atqui à primis principiis ad concluſiones datur progreſſus infinitum, vt patet apud Mathematicos, qui ex aliis concluſionibus ad alias, atque alias, ſine vllo termino procedunt, aut certè procedere poſſunt: ergo à fine vltimo ad alios fines non vltimos poteſt dari progreſſus in infinitum. Experientia verò ex eo patet, quia pecuniæ cupidus propter vltimum finem, quem in pecuniis conſtituit, nullis vnquam ſatiatur pecuniis, ſed alias ſemper atque alias quæritat: vnde eſt illud Solonis apud Ariſt. 1. Politicorum libro, *Finis opum poſitus nō eſt mortalibus vllus.*

Text. 8. *Cap. 2.*

2. SECVNDO, Quia propoſitio illa ſequens, qua vtitur, Si non datur finis vltimus, nullus omnino datur finis, videtur falſa. Neque enim ita finis proximus pendet ex vltimo, vt proxima cauſa efficiens pendet ex prima. Multi enim appetunt fines proximos non propter vltimum, vt ij qui nihil de beata vita cogitant: imò etiam ſunt, qui data opera aliquid appetunt, quo ſibi aditum ad beatam vitam apertiſſimè præcludunt, veluti ij, qui ferro, aut laqueo vitam ſibi adimere conantur.

3. TERTIO, quia ne illud quidem, quod ſequitur, verum eſſe videtur, Qui infinitionem in finibus admittunt, boni naturam de medio tollunt. Nam etſi infinitio finitum rationem finis euertat, non continuò tamen euertit rationem boni, cùm rationem boni latiùs pateat: quàm ratio finis. Facultates enim, ac membra corporis humani, ſunt bona hominis, nec tamen ſunt fines hominis.

Infirmantur rationes pro cauſis formalibus adductæ.

DENIQVE nec rationes eas, quibus probat, non dari infinitionem in cauſis formalibus quicquam efficere, ea ratione primùm videtur,

1. Quia cùm probaturus ſit, non dari eiuſdē rei infinitas formas ſubſtantiales, quæ materiā informent, hoc tantùm probat non dari infinita eſſentialia.

ſentialia prædicata: ex qua re non colligitur inſtitutum: niſi fortè quis dicat, quot ſunt prædicata eſſentialia cuiuſque rei naturalis tot eſſe in ea formas ſubſtantiales, quibus materia informetur, quod falſum eſt, vt 8. lib. patebit.

SECVNDO, quia maior eſt diſtinctio inter partes proportionales eiuſdem lineæ, quàm inter prædicata eſſentialia eiuſdem rei, cùm illa differant re ipſa. hæc minimè: cùm igitur illæ ſint infinitæ, quod prohibet, quominùs hæc infinita ſint: Nec obſtant rationes, quibus Ariſt. probat, ſi daretur infinitio in huiuſmodi prædicatis, nullam futuram ſcientiam earum rerum, quæ illis conſtarent: nihil enim impedit, quo minùs habeatur ſcientia de linea, etiam ſi in ea dentur infinitæ partes. Nec item vt natura rei diſtinctè percipiatur, neceſſe eſt omnia illius prædicata eſſentialia diſtinctè intelligere, cùm videamus Phyſicum, & alios artifices palàm fateri, ſe tenere naturam animalis, hominis, candoris, & cæterarum ſpecierum, ſi quamque per genus proximum differentiam proximam cognitam habeant.

TERTIO, quia etſi formæ Phyſicæ eſſent infinitæ in eadem re, non ſequeretur materiam habere per eas eſſe infinitum, & illimitatum, vt Ariſt. ſe putat colligere extrema ratione, quia infinitionem formarum impugnat. Nam ſi in eadem re eſſent infinitæ formæ animalium, adhuc compoſitum ex materia, & huiuſmodi formis eſſet finitum, & limitatum, ſi non ad certam ſpeciem, quia ibi non daretur vltima forma ſaltem ad certum genus, adhuc enim eſſet animal. Ita videtur ſatis cõfirmatum, nihil obeſſe, quominùs eiuſdem rei infinitæ cauſæ eſſe poſſint, quando argumenta Ariſtotelis, quæ maximè ad id confirmandum valere creduntur, id non efficiunt.

De cauſis per ſe, & per accidens: itémque de eſſentialiter & accidentaliter ſubordinatis.

SECTIO II.

NON eſt tamen cur hæc argumenta nos moueant, quominùs cum Ariſt. ac cæteris Philoſophis ſentiamus, nullius rei poſſe dari infinitas cauſas, ſiue in eodem genere, ſiue in diuerſis: dummodo nomine cauſarum eiuſdem generis intelligamus cauſas per ſe, eſſentialiter ſubordinatas: alioqui nihil impediet infinitas. Quod vt planum fiat, explicandũ eſt priùs, quænam ſint cauſæ per ſe, ac per accidens: quæ item eſſentialiter, quæ accidentaliter ſubordinatæ. *In quibus cauſis vera ſit Ariſtotelis ſententia.*

CAVSÆ *per ſe ſunt, quæ ſecundum naturas proprias, & non ſecundum aliquid, quod eis accidat, ſunt cauſæ.* Hoc pacto ſtatuarius eſt cauſa ſtatuæ, quia quatenus ſtatuarius eſt, ſtatim efficit. *Cauſæ per ſe quid ſint.*

CAVSÆ per accidens ſunt, *quæ vel non per ſe ipſas, ſed per aliquid, quod ipſis accidit, ſunt cauſæ: vel dicuntur cauſæ comparatione eorum, quæ accidunt ſuis per ſe effectibus.* Priori modo dicimus Phidiam fuiſſe cauſam efficientem Mineruæ: neque enim illam confecit, quatenus Phidias erat, ſed quatenus ei accidebat ſtatuarium eſſe. Poſteriori modo ſtatuarius eſt in cauſa candidi, ſi accidat ſtatuæ, vt ſit candida. *Cauſæ per accidens.*

dida: Atque in cauſſarum comparatione ſat eſt vnam tantùm cauſam accipere, vt expendatur, ſit ne per ſe, an per accidens. At vt pateat, ſint ne eſſentialiter, an accidentaliter ſubordinatæ, neceſſe eſt, vt ſumantur plures quod ex earum explicatione patebit.

Cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ.

Cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ (quæ etiam dicuntur per ſe ordinatæ) *ſunt, qualibet dua cauſæ eiuſdem generis, qua ita ſunt affecta inter ſe, vt altera ex natura ſua pendeat ab altera in cauſando:* quo pacto *ſol & homo generant hominem* vt ait Ariſt. 2. Phyſ. cap. 2. homo enim in generando ex natura ſua pendet à ſole concurrente ad generationem. Atque hoc pacto intelligendum eſt, quod idem hoc loco ait, cauſam ſuperiorem ſiue priorem, eſſe cauſam inferioris ſiue poſterioris cauſæ. Nec enim ſolùm id intelligendum eſt quo ad conſeruationem cauſæ inferioris à ſuperiori, vt quidam Theologi affirmant, ſed etiam quoad ipſam actionem inferioris cauſæ, quæ non exercetur ſine concurſu ſuperioris, vt Ariſtoteles expoſuit in generatione hominis à ſole & homine: tametſi lib. 5. expendemus, rectè ne an perperam Ariſtoteles hominem Soli in generando homine eſſentialiter ſubordinauerit, & quo pacto ſuperiores cauſæ cum inferioribus concurrant ad eundem effectum, pertinet enim hæc quæſtio ad tractationem de rationibus cauſandi: quę eo loco expediẽda eſt. Dixit (*eiuſdem generis*) quia materia nõ dicitur eſſentialiter ſubordinata formæ, nec forma efficiẽti, nec omnino vnum genus cauſæ alteri, etiam ſi quis dicat vnum pendere ab altero in cauſando: quod tamen non propriè dicitur, ſed potius vnum indigere altero, tanquam eo, ſine quo cauſare non poſſit. Vnumquodque enim genus cauſæ ſufficiens eſt ad ſuam cauſandi rationem, ſiue cauſalitatem, vt vocant, etiam ſi effectum habere non poſſit, ad quem non aliæ cauſæ ſimul concurrant. At in eodem genere, non dubium eſt, quin aliæ cauſæ verè pendeant ab aliis, quoad ipſam cauſandi rationem, vt cauſæ ſecundæ efficientes à prima cauſa efficiente, & fines medij à fine vltimo. Addidi (*ex natura ſua.*) quia duo homines impellentes aliquid, quod neuter per ſe mouere poſſet, pendent à ſe inuicem in impellendo, nec tamen ſunt eſſentialiter ſubordinati, quia vis impellendi vnius non pendet ex natura ſua à vi impellendi alterius, cùm vtriuſque vires ſint eiuſdem ſpeciei inter ſe, & perinde concurrant, acſi eſſent partes vnius cauſæ potẽtioris eiuſdem ſpeciei cum qualibet ipſarum. Adieci demum (*In cauſando.*) quia non ſatis eſt ad cauſarum ſubordinationem, ſi vna alio modo pendeat ab altera, voluti eo modo, quo filius pendet à patre & ab auo: ſed opus eſt, vt ea, quæ alteri ſubordinata eſt (quam vocauimus inferiorem) pendeat à ſuperiori in cauſando, hoc eſt, indigeat actuali concurſu illius ad ipſum cauſandi actum.

Quo pacto cauſa inferior à ſuperiori pendeat.

Vnum genus cauſæ nõ pendere ab alio genere quoad ſuam cauſandi rationem.

Scot. 1. ſent. d. 2. q. 2. *Text. 26.* *Tex. 10.* *Durand. 2. d. 1. q. 5.*

Cauſa accidẽtaliter ſubordinata.

Cauſæ accidentaliter ſubordinatæ (quæ & per accidens ſubordinatæ appellantur) *ſunt qualibet dua cauſæ eiuſdem generis, qua ita ſunt affecta inter ſe, vt altera pendeat aliquo modo ab altera, non tamen in cauſando:* quo pacto pater Socratis, eiúſque auus dicuntur cauſæ Socratis, quòd pater Socratis, etſi non generat Socratem, niſi genitus à ſuis parentibus: tamen in generando Socrate, ab illis non pendet.

Ex

Digitized by Google

Ex his collige tria diſcrimina inter cauſas eſſentialiter,& accidentaliter ſubordinatas. Primum eſt, quòd accidentaliter ſubordinatæ poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei, vt perſpicuum eſt, eſſentialiter autem ſubordinatæ, minimè, quippe cùm in eſſentialiter ſubordinatis,altera ex natura ſua pendeat ab altera in cauſando,quæ dependentia non datur in rebus eiuſdem ſpeciei. Sunt enim natura ſua partes in cauſandi facultate. Quòd ſi quis obiiciat,fines eſſentialiter ſubordinatos poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei, vt ſi quis expetat frumentum, vt ex eo ſato accipiat aliud:occurrẽdum eſt, rem vnã non ſemper expeti propter aliam, qui alia ſit ſuapte natura melior, ſed quia apprehenditur vt melior. Fundamentum enim relationis cauſæ finalis non eſt natura rerum, quatenus res ſunt, ſed quatenus bonæ ſunt, aut apprehenduntur vt bonæ. Inter duas autem res eiuſdem ſpeciei,nihil impedit,quo minùs altera apprehendatur vt melior, etiamſi ſit æqualis perfectionis, aut etiam minoris,nec ſolùm poteſt apprehendi,vt melior,ſed etiam vt digna,propter quam altera expetatur,quæ eſt ratio bonitatis differentis ſpecie. Bonum enim quod expetitur,vt tale eſt propter ſe, differt ſpecie à bono,quod expetitur propter aliud.

Primũ diſcrimẽ inter cauſas eſſentialiter,& accidẽtaliter ſubordinatas.
Obiectio.
Dilutio.

ALTERVM diſcrimẽ eſt,in eſſentialiter ſubordinatis,neceſſe eſſe, vt ratio cauſandi ſuperioris ſit nobilior,& perfectior,quã inferioris,cũ inferior à ſuperiori pendeat in cauſando, in accidentaliter autẽ ſubordinatis id non eſſe neceſſariũ,cùm in eis non detur tanta dependẽtia.

Bonum propter ſe differre ſpecie à bono propter aliud.
Secundum diſcrimen.

TERTIVM eſt,omnes eſſentialiter ſubordinatas ſimul exiſtere eo pacto,quo concurrunt ad eumdem effectum. Hoc enim planè neceſſarium eſt,cùm inferior in ipſo cauſandi actu pendeat à ſuperiori, quod tamen non eſt opus in accidentaliter ſubordinatis. Dixi (*eo modo quo concurrunt,*) quia cùm fines eſſentialiter ſubordinati concurrunt ad eumdem effectum, non eſt neceſſaria eorum exiſtentia realis, ſed obiectiua tantùm,hoc eſt,vt ambo ſimul apprehendantur.

Tertium.

In quibus cauſis dari poſſit infinitio, in quibus non item.

SECTIO III.

Vide Auicennã 8 ſua Metaph.c.1. &c.

EX dictis facilè colligi poſſunt tres concluſiones,quibus quęſtio expediatur. Prima ſit, *Non ſolùm in cauſis per accidens dari infinitionem,ſed etiam Ariſt.ſententia in cauſis per ſe,accidentaliter tamen ſubordinatis.* Prior pars ex eo probatur,quia & cauſę,& effectui accidunt infinita, vt infinitæ negationes, & infinitæ relationes, ſimilitudinis,& diſſimilitudinis,ſi non reales, certè rationis:ex quo fit vt hoc ſtatuario conficiente hanc ſtatuam,poſſimus dicere, hic homo conficit ſtatuam,hic expers Grammaticę,hic ſimilis Platoni,hic diſſimilis Socrati,& ita deinceps in infinitũ,atque ex altera parte, hic Statuarius conficit hoc ligneum, hoc non album, hoc ſimile Cæſari,hoc diſſimile Neroni, atque ita in infinitum,quod idem in aliis cauſarum, & effectorum generibus facile eſt exemplis exponere. Poſterior pars ea ratione patet, quia Ariſt. putauit mundum,quod ea etiam,quæ gignuntur, & intereunt, fuiſſe ab æterno, hoc ipſo ordine, quem nunc

Prima concluſio.

d by Google

cernimus:quod ſi verũ eſſet,nõ dubiũ eſt,quin hic equus eſſet effectus per ſe reſpectu infinitorũ equorũ,quibus eſſet accidẽtaliter ſubordinatus:quanquam id nos ne fieri quidem potuiſſe oſtendemus libro 12.

Lege Scot. in 1.d.2.q.2. & alios hoc loco.

Secunda,præcipuaque concluſio.

SECVNDA concluſio, & in hac quæſtione præcipua, huiuſmodi ſit, *In cauſis per ſe, eſſentialiterq́, ſubordinatis non poſſe dari infinitionem.* Hæc concluſio probari poteſt, tum generaliter in omnibus cauſis eiuſdem generis,tum etiam in ſingulis generibus ſpeciatim. Generaliter quidem,Primò,quia cauſę eſſentialiter ſubordinatę non cauſant, niſi ſimul exiſtant,vt explicatum eſt:infinita autem ſimul exiſtere nequeunt, quod plerique exiſtimant demonſtratum tertio Phyſicorum libro, ſaltem quoad corporea, nóſque vniuersè conabimur oſtendere libro xj.huius operis. Hac tamen ratione non eſt hic vſus Ariſtoteles, quia fingit ſibi Aduerſarium negantem primas cauſas,nec crędentem abſurdum eſſe,dari ſimul infinitas eiuſdem effectus.

Quia infinita nequeũt ſimul exiſtere.

Quia neque à nobis cognoſci.

SECVNDO, quia ſi eſſent infinitæ,nulla res à nobis cognoſci poſſet, ſaltem perfectè, cùm perfecta rerum cognitio ex cognitione omnium cauſarum eſſentialiter ſubordinatarum pendeat. Atque hac ratione vſus eſt Ariſtot.in refutanda infinitione cauſarum formalium,& earum, quæ ſunt diuerſorum generum. Quæ etſi parum valeat apud Scepticos, & quoſdam Academicos, qui certam rerum ſcientiam, nedum perfectam, & abſolutam, hominibus negant, ex eorum tamen refutatione,quam fortaſſe libro 4.inſtituemus, patebit quã ſit efficax.

Ratione Ariſtotelica, qua explicatur.

TERTIÒ, ratione ea,qua Ariſt. vtitur in cauſis efficientibus. Valet enim in omnes cauſas eſſentialiter ſubordinatas, vt in expoſitione contextus diximus. Cõtinet autem ea ratio non commune argumentum, & quod poſſit aliis pleriſque rebus accommodari,vt duæ ſuperiores, ſed ex propriis ductum,hoc eſt,ex ipſa cauſandi ratione,ſi modò hoc pacto explicetur.Si cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ eſſent infinitæ,omnes præter vltimam eſſent mediæ,hoc eſt, haberent aliam ſuperiorem,& aliam inferiorẽ,vt patet,ſi autem omnes præter vltimam eſſent mediæ, nulla ex tota ſerie eſſet prima, id eſt, non habens aliam ſuperiorem, vt perſpicuum eſt, ſi verò nulla ex tota ſerie eſſet prima, nulla omnino earum eſſet cauſa : igitur ſi cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ eſſent infinitæ,nulla earũ eſſet cauſa,quod repugnat hypotheſi. Tertia conditionalis,quæ ſola indiget probatione,oſtenditur ex ſimilitudine trium cauſarum eſſentialiter ſubordinatarum, hoc penè modo. Ideo in tribus cauſis eſſentialiter ſubordinatis ſublata prima, reliquæ nihil cauſare poſſunt, quia pendent ab illa in cauſando at omnes cauſæ mediæ ſimul ſumptæ neceſſariò pendent in cauſando ab alia ſuperiori, etiamſi ponantur infinitæ:igitur ſi non datur aliqua ſuperior omnibus mediis (quæ quidem non poteſt eſſe alia, niſi prima) nulla omnino erit cauſa media,& quod eſt conſequens, neque vltimã, quæ pendet à mediis,ac proinde neque vlla omnino.

Obiectio prior.

SED obiiciet aliquis, non eſſe parem rationem in tribus cauſis eſſentialiter ſubordinatis,ſublata prima,atque in infinitis.Nam in tribus ſublata prima, efficitur, vt quæ erat media, iam non ſit media, cùm iam non habeat ſuperiorem, ſic enim diximus ſumendam eſſe hoc loco

loco cauſam mediam:in infinitis autem omnes habent ſuperiorẽ:quo fit,vt etiamſi in eis non detur cauſa prima, adhuc tamẽ omnes,præter vltimam,ſint cauſæ mediæ,ac proinde cauſæ. Præterea obiiciat, vltimam conſequentiam eſſe vitioſam. Nam cùm hoc ſolùm inferendum eſſet,igitur ſi nulla earum habet ſuperiorem,nulla earum eſt cauſa,illatum eſt:Igitur ſi omnes collectiuè non habent ſuperiorem,nulla earũ eſt cauſa,quod ſanè longè aliud eſt, nec videtur ex præmiſſis effici. *Poſterior.*

VERVM ad priorem obiectionem dicendum eſt,in tribus cauſis eſſentialiter ſubordinatis, non ea ratione ſola ſecundam amittere rationem cauſandi,quia tollitur ſuperior,ſed quia tollitur ea ſuperior,quæ ex ſe habet vim cauſandi,quam inferioribus cõmunicat,quę certè alia eſſe non poteſt,niſi prima.In infinitis autem,licet omnes habeant ſuperiorem cauſam ex hypotheſi Aduerſarij,tamen nec earum vlla,nec omnes ſimul habent ſuperiorem,quæ ex ſe ſola cauſandi vim habeat, & cuius concurſu cæteræ vtantur in cauſando.Quò fit,vt nulla earum dici poſſit cauſa media,etiamſi ponatur habere ſuperiorem. *Prioris ſolutio.*

AD poſteriorem dicendum eſt, vtroque modo eſſe bonam conſequentiam.Quod enim hac in re diuiſim colligitur,cõiunctim quoque colligi poteſt,ſi non ratione formæ colligendi,certè ratione materiæ, vt Scotus aduertit hoc loco. Nam cùm quælibet cauſa media, quatenus media, ſit dependens ab alia ſuperiori, neceſſariò efficitur,vt tota collectio cauſarum mediarum,quantacunque illa ſit,dependeat ab alia ſuperiori,vt rectè idem Scot.ait ad primum ſententiarum librum.*Tota enim*(inquit)*vniuerſitas dependentium dependet, & à nullo illius vniuerſitatis.*Idem porrò Ariſtotelem ſenſiſſe in propoſita conſequentia planum eſt,cùm dicat;nihil referre vnum ne ſit medium,an plura,finita,an infinita:modò enim ſit medium,neceſſariò indigere alio ſuperiori,quod medium non ſit,& ex quo pendeat in cauſando.Ita patet,rectè probatam eſſe ab Ariſt.tertiam conditionalem. *Poſterioris.* *Scotus hoc loco.q.6.* *Scot.1. diſt.2. quæſt 2.*

Quartò probatur concluſio ratione ea, qua Caietanus in primam partem D.Thomæ vtitur,hunc ferè in modum. *Cauſa proxima, ſiue cohærens cum effectu, habet cauſalitatem completam, quod patet ex ipſo effectu, quem cauſat,alioqui nihil cauſaret:non poteſt autem habere cauſalitatem completam, ſi pendeat in cauſando ab alia ſuperiori, & illa ab alia: & illa iterum ab alia,atque ita res habeat deinceps ſine vllo complemento:oportet igitur dare aliquam cauſam ſuperiorem, qua cauſalitas proxima cauſa compleatur, quæ quidem erit prima neceſſariò. Ita ſit, vt cauſa eſſentialiter ſubordinata non poſſint eſſe infinita.* Hæc tamen ratio,ſi rectè perpendatur, non differt à ſuperiori, ſed illam explicat. *Caiet.1. p. q. 2.art.3.* *Ratio Caietani.*

Quintò,quia effecta,quæ cernimus,ſunt definita, & limitata, definitus autem, & limitatus effectus, quo pacto à concurſibus infinitis proueniat,ne fingi quidem poteſt.Quod,vt meliùs intelligas,aduerte, longè aliam rationem eſſe de concurſu cauſæ infinitæ, atque de concurſu infinitarum. Infinitæ enim cauſæ, qualem fatemur eſſe Deum Opt.Max. finitus eſt concurſus,quia limitatus ſecundum diuinam voluntatem : ac cauſæ infinitæ ſimul,non poſſent finitè concurrere, etſi liberè concurrerent:vnaquæque enim certo aliquo, & deſignato con- *A limitatione effectus.*

d by Google

curſu cauſaret:concurſus autẽ conſtans ex infinitis concurſibus,iiſque certis & deſignatis infinitus eſſet neceſſariò. Verum hæc ratio contra eos locum habet,qui exiſtimauerint,cauſas eſſentialiter ſubordinatas concurrere,ad eumdem effectum eo modo,quo multi trahentes, aut impellentes idem ſaxum concurrunt ad tractum eumdem,aut impulſum,niſi quod in his nullus eſt ordo prioris, & poſterioris in concurrendo, quem tamen non omnino negabunt in eſſentialiter ſubordinatis. Valet autem contra hos propoſita ratio, quia totus concurſus huiuſmodi cauſarum partialium conflatur ex cõcurſibus ſingularum, conatus enim,exempli cauſa,trium æquè pellentium idem ſaxum, efficiunt conatum quemdam integrum, qualem adhibere poterit is, qui triplo fuerit ſingulis robuſtior ad pellendum. Ita patet concluſio in omnibus cauſis eiuſdem generis.

Contra quas vim habeat propoſita ratio.

Probatur eadem ſecunda aſſertio in ſingulis cauſarum generibus ſpeciatim, & additur tertia.

SECTIO IIII.

Probatio eiuſdem concl. ex Scot. Dur. & aliis.

Sot. 1. d. 2. q. 2. Du. ibid. q. 3. Ant. Triõb. hoc loco. q. 4.

IN efficientibus autẽ priuatim hoc pacto eam probant Scotus,Durãdus,& alij quidã;Quia,vt inquiunt,ſi cauſæ efficientes eſſentialiter ſubordinatæ:eſſent numero infinitę,aliqua earũ eſſet infinitè perfecta. Nam cùm in ordine efficientiũ eſſentialiter ſubordinatorũ,quò cauſæ ſunt ſuperiores,eò ſint perfectiores:neceſſariò efficeretur,dari in aliqua ſuperiori infinitã perfectionẽ:omnes.n.ſimul exiſterent(alioqui non eſſent eſſentialiter ſubordinatæ)nec vlla perfectio cauſæ efficiẽtis daretur,qua non daretur actu maior in tali multitudine. Quo cõcluſio ſic argumentãtur. Aut illa infinitè perfecta eſſet prima,aut media,nõ eſſet autẽ media,quia hoc pacto nõ eſſet infinitè perfecta(haberet.n.ſuperiorem,quę neceſſariò eſſet perfectior)eſſet igitur prima:quò fieret vt non darentur infinitæ. Hæc tamen ratio facilè ab aduerſario eludetur. Negabit enim fore, vt detur aliqua infinitè perfecta. Neque enim id rectè ſequitur,ſed potiùs nullam fore infinitè perfectã, cùm ponatur, qualibet cauſa efficiẽte data,dari aliam ſuperiorem,ac proinde perfectiorẽ. Idem vitium eſt in hac argumentatione: Si vlna ponatur diuiſa verſus dexterã in partes proportionales,quò partes erũt remotiores à prima,eò erũt minores:ergo dabitur in eis aliqua,quę ſit minima,potiùs enim ſequitur,nullam fore minimã. Qui enim ponit factã diuiſionem in partes proportionales,nullam cõcedit diuiſionẽ factã,qua vlterior aliqua facta non ſit. Poterit tamẽ res aliter probari ex perfectione cauſarũ efficientiũ. Vt ſi dicas, neceſſariò dandam eſſe infinitam in aliqua ſuperiori,vt omnes,quæ ſunt finitæ perfectionis, pendeant ab ea tamquam ab independenti:vel alia ſimili argumentatione: quemadmodum probari poteſt,in prædicta diuiſione vlnę dandam eſſe neceſſariò minimam partẽ,non illo quidem argumẽto quod propoſitum eſt, ſed quia terminus dexter vlnæ non poteſt inhærere niſi minimæ parti:alioqui non eſſet peracta diuiſio,quod eſt contra hypotheſim.

Examinatur propoſita ratio.

Quo pacto probatio ex perfectione duci poſſit.

PROBA

Ex diſcrimine principalis, & instrumẽtalis cauſæ.

Probari igitur poteſt concluſio in cauſis efficientib. hoc pacto. Si cauſſæ efficientes eſſentialiter ſubordinatæ eſſent infinitæ, omnes eſſent inſtrumentales: implicat autem contradictionem omnes eſſe inſtrumentales (vt argumẽtatur Alenſis hoc loco) non ſunt igitur infinitæ. Quòd autem omnes eſſent inſtrumentales ex eo patet, quia nulla eſſet principalis, opponũtur enim immediatè principalis, & inſtrumentalis. Quòd verò implicet contradictioné, omnes eſſe inſtrumentales, ex eo probatur, quia ſi omnes eſſent inſtrumentales, nulla eſſet principalis, ſi autem nulla principalis, nulla quoque eſſet inſtrumentalis, quandoquidẽ inſtrumentalis cauſa eſt, quæ agit mota à principali, ſeu virtute principalis. Aduerte tamen non ſumi in hac argumentatione cauſam inſtrumentalem pro ſola inſtrumentali propriè dicta, ſed pro omni ea, quæ indiget concurſu ſuperioris ad agendum. Vnde cùm cauſa inſtrumẽtalis hoc pacto ſumpta idem ſit quod cauſa media, & cauſa principalis idem quod cauſa prima: non alia erit diſtinctio inter rationem hanc, & argumentationem Ariſtotelis, quàm quòd Ariſtotelica extructa ſit in propriis terminis: hæc autem ducatur ex multitudine propriè dictarum inſtrumentalium.

Ex finitione formaliũ, & finalium.

Item hoc modo, Si efficiẽtes eſſent infinitæ, formales quoque & finales infinitæ eſſent: hoc autẽ falſum eſſe paulò poſt ſeparatim oſtendetur: ergo & illud falſum eſt. Conſequutio ex eo cõſtat, quia quò efficiẽtes ſunt ſuperiores, eò plures formas introducere poſſunt: atq; adeo vniuerſalioris naturæ ſunt effectiuæ: eodemque modo cõmuniorem finẽ propriũ ſpectant, qua ratione cœlum plures formas introducit, quàm ignis, & Dux in communiorem finem intẽdit, quàm miles.

In cauſis materialibus ex ipſa natura materiæ prima & ſecunda.

In materialibus verò cauſis hoc pacto poteſt concluſio probari. Si dantur infinitæ materiæ eſſentialiter ſuborbinatæ, ac proinde in eodem compoſito, aliæ ex aliis in eo conſtituendo dependentes: aut illæ ſunt primæ, aut ſecundæ: non poſſunt autẽ eſſe primæ, nec item ſecundæ: non ſunt igitur infinitæ. Prior pars aſſumptionis ex eo patet, quia eſſentialis ſubordinatio materiæ ea ratione dari poteſt, quatenus vna conſtat ex alia vt ſubiecto, quo pacto mixtum, quod eſt materia viuentis, conſtat ex elementis: hæc autem compoſitio non poteſt dari in materia prima, cùm illi repugnet compoſitio ex priori materia: igitur ſi dantur infinitæ materiæ in eodem compoſito, nulla earum eſt prima: quo fit, vt conuerſa argumẽtatione, ſi datur materia prima, non dẽtur primæ materiæ infinitæ. Poſterior pars aſſumptionis ex eo probatur, quia ſecundæ materiæ, quæ ſunt cõpoſita ipſa ex prioribus formis, reſpectu compoſitorum ex poſterioribus, non poſſunt eſſe infinitæ, niſi formæ ſint infinitæ: ergo ſi formæ non poſſunt eſſe infinitæ, vt probauimus, nec materiæ erunt infinitæ.

Ex generatione rerum.

Præterea, in rebus corruptibilibus, quæ plus difficultatis in hac quæſtione exhibere videntur, non dantur generationes infinitę ſecundum ſpeciem, ſed ſemper fit reditus ad eandem ſpeciem, vt experientia patet: igitur non proceditur infinitè in materiis, vt aliæ ex aliis fiãt, & in alias reſoluantur, nec tandem conſiſtatur in aliqua, quæ nec ex alia fiat, nec in aliã reſoluatur, cùm enim diuerſæ materiæ, quę eædem

ſint

ſint eſſentialiter ſubordinatæ, debeant inter ſeſe differre, ac proinde generationes eæ, quibus aliæ ex aliis fiant: neceſſariò ſequitur non dari eiuſmodi materias infinitas, ſi non dantur infinitæ generationes ſecundum ſpeciem. Denique idem hac ratione probatur, Quia cùm neceſſariò danda ſit forma ſubſtantialis (quod probatum eſt ad finem ſuperioris lib.) neceſſarium efficitur, dandam eſſe materiam primam, vt patet eodem loco: data autem materia prima: itémque vltima, in quã fere ſenſu ipſo cernimus induci vltimam formam, à qua res dominatur (ſi tamen multæ dantur formæ in eadem re, & non vna potiùs) numerus materiarum neceſſariò finitus eſt. Ita fit, vt non dentur infinitæ materiæ in eodem compoſito.

Cap.7.q.9.3. à Sect.2.

Ex inuẽtione materiæ primæ.

In cauſis formalib.

IAM in formis hoc pacto oſtenditur concluſio. Nomine formarum eſſentialiter ſubordinatarum, aut intelliguntur formæ phyſicæ, quæ ſunt re ipſa diſtinctæ inter ſe, quo pacto quidam exiſtimant animam, & formam mixti, & corporeitatis, vt vocant, eſſe eſſentialiter ſubordinatas, quòd anima pendeat in informando à forma mixti, & forma mixti à forma corporeitatis: aut intelliguntur gradus, vt ita dicam eſſentiales eiuſdem formæ, iuxta quos diſtinguuntur eſſentialia prædicata eiuſdem rei, quæ dicuntur formæ metaphyſicæ: neutro autem modo poſſunt formæ eſſe infinitæ: igitur nullo. Aſſumptio probatur primùm quia vtrouis modo eſſent infinitæ formæ in eadem re, non dubium eſt, quin res, quæ ex illis conſtarent, eſſent infinitæ perfectionis: omnes enim formæ ſubſtantiales (de his enim in hac quæſtione loquimur) ſiue priori, ſiue poſteriori modo ſumantur, ſunt perfectiones quædam certæ, ac definitæ: quæ ſi infinitæ ſint, efficiẽt perfectionem infinitam. Deinde, quia darentur in eadem re infinitæ proprietates omnes enim ſubſtantiales formæ ſiue Phyſicè ſumantur, ſiue Metaphyſicè, habent peculiares proprietates, quæ quidem in nulla re cernuntur infinitæ, ſed certæ numero, ac deſignatæ. Poſtremò, quod quidem attinet ad formas phyſicas, hoc pacto idem probatur, Datur prima in quodlibet compoſito nempè quæ immediatè inhæret materiæ primæ, datur item vltima à qua res dominatur, & accipit ſpeciem: igitur non dantur infinitæ. Quod verò attinet ad prædicata eſſentialia, hoc modo. Primùm quidem, quia ſi eſſent infinita, non poſſet tradi definitio omnino explicita, aut demonſtratio, quæ ex hoc genere definitionum cõficeretur: neque enim res vlla, quæ genus habeat, omnino explicitè definiri poteſt, niſi per genus remotiſſimum, & omnes interiectas differentias: at poſitis infinitis prædicatis eſſentialibus nullum inueniri poteſt genus remotiſſimum, nulláque differentiarum certa, & definita ſumma colligi. Deinde verò hac ratione. Nomen ſubſtantiæ, quatenus dicitur de ſubſtantiis completis, & incompletis, ac finitis (mittamus enim ſermonem de Deo, in quo nulla eſt dictarum formarum diſtinctio) aut ſignificat immediatè vnam aliquam naturam, aut plures: non poteſt autem ſignificare immediatè vnam tantùm omnibus ſubſtantiis communem: quandoquidem iſto modo non darentur vllæ omnino differentiæ ſubſtan tiarum, quæ etiam eſſent ſubſtantiæ: oportet enim naturam illam diuidi per differentias, vt cætera omnia vniuoca, ac pro

Omnibus formis tam phyſicis, quàm metaphyſicis peculiares proprietates, reſpondere.

Explicita omnino definitio.

Nomen ſubſtantiæ quid nã immediate ſignificat.

Google

ac proinde non dici eſſentialiter de vlla differentia ſubſtantiæ, quandoquidem nihil poteſt eſſentialiter dici de differentia,per quā diuiditur,vt patebit libro quarto:ſignificat ergo immediatè plures naturas. Atqui non ſignificat immediatè omnes ſubſtātias:eſt enim, perſpicuū nomina cōmunia ſignificare immediatè naturas communes, mediatè verò particularia omnia,& ſingularia,quę ſub cōmunibus eſſentialiter continentur:nec item ſignificat ſolas differentias ſubſtantiarū, tū quia hoc pacto de nulla re diceretur in quæſtione quid eſt, tum quia etiā differentiæ ipſæ per ſeſe,& ſine aliquo quaſi ſubiecto,quod per eas diuidatur,nullam ſubſtantiam ſiue ſpecificam, ſiue indiuidualem conſtituunt:ergo ſignificat immediatè non ſolùm differentias omnes tam ſpecificas,quàm indiuiduantes,vt quæ nulli naturæ vniuocæ eſſentialiter ſubduntur : ſed etiam vnum aliquod genus ſummum, aut plura ſub quo, aut ſub quibus cætera genera omnia immediatè ſignificata contineantur. Cùm igitur perſpicuum ſit,dari ſpecies infimas ſubſtantiarum : dato autem ſiue vno : ſiue pluribus generibus ſummis earum ſpecierum nec differentiæ diuidentes,nec genera media,quæ vſque ad ſpeciem infimam interiecta ſunt, infinita eſſe poſſint, efficitur, vt formæ ſubſtantiales hoc pacto ſumptæ,infinitæ eſſe nequeant.Eadem ratione vti poſſumus ad probandum, nec in cæteris prædicamentis dari infinitionem prædicatorum eſſentialium.

Genus nō dici eſſentialiter de differentiis diuidentibus.

Denique in cauſis finalibus ſic poteſt concluſio confirmari. Primùm,quia aut omnes fines,quia actu intenduntur, expetūtur propter aliquem vltimum,aut ſinguli propter ſe:ſi ſinguli propter ſe,igitur nō ſunt eſſentialiter ſubordinati,ſi omnes propter aliquem vltimum, ergo non dato vltimo,nullus eſt finis:ex quo efficitur, vt fines non ſint infiniti. Deinde,quia ſi fines eſſentialiter ſubordinati, eſſent infiniti, tolleretur de medio natura boni,vt Ariſt. ait, quòd nos quo pacto intelligendum ſit,in expoſitione contextus oſtēdimus:cùm ergo ſit abſurdiſſimum tollere de medio naturam boni, abſurdiſſimum quoque erit finium infinitatem inducere.Tertiò, quia ſi darentur infiniti fines eſſentialiter ſubordinati,nulla eſſet deliberatio,quæ ſemper incipit ab vltimo aliquo fine:quare neque electio,neque actio agentis per intellectum,&(quod hinc ſequitur)neque agentis naturalis.Namque omne agens naturale agit directum,& quaſi impulſum ab agente per intellectum. Poſtremò, Quia ſi in finibus daretur infinitio, non poſſet deſignari certa menſura propenſionis appetitus in ea,quæ appetuntur propter finem,ſolus enim finis vltimus, propter quem quiſque operatur,dici poteſt regula,& quaſi menſura eiuſmodi propenſionis, quandoquidem medij omnes propter vltimum expetuntur.

In cauſis finalibus ex ipſa ratione finis.

Ex natura boni.

Ex actione, tum libera,tū naturali.

Ex quantitate appetitionis.

ITA patet ſecunda concluſio cùm in omnibus cauſis eiuſdem generis ſimul,tum ſingulorum generum priuatim. Quæ eadem concluſio omnibus Philoſophis communis eſt. Quamquam enim non deerunt,qui dicerent, dari in rerum natura actu infinita entia completa,vt Democritus infinitos Mundos: nec deſunt etiam nunc qui res infinitas ſimul exiſtentes, abſoluta Dei poteſtate dari poſſe contendant:nullus tamen adhuc ita inſaniuit,vt diceret rem eandem ab infinitis

Ita Ochamus in 2.d.1.Greg. Arimin. in 1. d.44.q.4.& alij.

Cōſenſus Philoſophorum in ſecunda concluſio.

by G

nitis cauſis,eſſentialiter ſubordinatis pendere,aut pendere poſſe.

Nō colligi ex dictis vnū tātum eſſe primam cauſam rerum omniū.

Illvd tamen prætereundum non eſt,ex hac concluſione, ſi nihil aliud addatur,non continuò ſequi,dari vnam primam cauſam efficientem,aut finalem,à qua tota rerum vniuerſitas pendeat,ſed in omni ſerie cauſarum efficientium eſſentialiter ſubordinatarum dari vnam primam efficientem,eodémque modo rem habere in cauſis finalibus, ſiue omnes huiuſmodi cauſarum ſeries reducantur ad vnum caput, ſiue ad diuerſa, quemadmodum nec, ſi omnes ſpecies eiuſdem ſeriei prædicamentalis reducuntur ad aliquod ſummum genus, continuò ſequitur, omnes omnino ſpecies rerum reuocari ad vnum commune genus omnium. Id quod dixerim, ne putes demonſtrari hoc capite,vnum eſſe Deum auctorem, ac finem vniuerſi.eius enim aſſertionis confirmatio maioris negotij eſt, quamquam hoc loco non infirma iaciuntur fundamenta ad eam confirmandam, de qua diſſerendum extremo capiti libri. 12. Eodem pacto non docetur hoc loco,vnam eſſe primam materiam,aut formam,ſed in omni ſerie materiarum, & formarum eſſentialiter ſubordinatarum dari primam eius generis cauſam.Quin etiam demonſtrari non poteſt,vnam eſſe numero primam materiam, aut primam formam, etiamſi formæ nomine exemplar intelligas. Diſtinctio enim rerum eam demonſtrationem non admittit.

Tertia cōcluſio.

Tertia concluſio ſit, *In diuerſis quoque generibus cauſarum nō poſſe dari infinitionem.* Hanc concluſionem ea ratione probat Ariſtot. hoc loco,quia ſi genera cauſarum eſſent infinita,nempè materialis,formalis,efficiens,finalis,& aliud atque aliud ſine vllo ſtatu, nemo eſſet, qui poſſet ſcientiam rerum aſſequi,quippe cùm ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere:infinita autem in tempore finito percurri nequeant. Probari etiam poteſt eadem concluſio ex impoſſibilitate infinitionis rerum, quemadmodum ſuperior.Deinde, quia etſi ipſa genera cauſarum non ſunt eſſentialiter ſubordinata inter ſe,tamen nullum genus earum poteſt quicquam cauſare,non concurrentibus cæteris generibus. Quare quemadmodum in cauſſis eſſentialiter ſubordinatis cauſæ inferiores nihil poſſunt cauſare,niſi detur ſtatus in ſuperioribus,ita vnum genus cauſæ non poteſt cauſare ſuum effectum,niſi ponatur ſtatus in cæteris generibus. Accedunt tertio loco eæ rationes, quibus ad finem ſuperioris libri vſi ſumus,vt oſtenderemus,quatuor eſſe cauſarum genera, non plura,nec pauciora.Poſtremò hæc ipſa eſt omnium philoſophorum ſententia:ſiquidem nullus eorum aliud genus cauſæ inuenit præter quatuor ab Ariſt.tradita,vt ipſe eodem loco docet.

Quo pacto inter ſeſe affecta ſint quatuor genera cauſarum.

Cap. 7. q. 1. Sect. 4. Text. 50.

Dilutio eorum,quæ pro infinitate efficientium propoſita ſunt.

SECTIO V.

Ad rationem Ariſtotelis.

AD primum igitur argumentum eorum, quibus colligebatur, infinitionem cauſarum efficientium non eſſe impoſſibilem, dicendū eſt,rationem illā Ariſt.non euertere infinitionē cauſarum

Digitized by Google

ſarum accidentaliter ſubordinatarum, ſed eſſentialiter. Quòd ſi quis eam accidentaliter etiam ſubordinatis accommodare velit, neganda eſt tertia conditionalis, ſiquidem in ordine huiuſmodi cauſarum poſteriores non pendent à prioribus in cauſando, ac proinde nec tota eorum multitudo eſt dependens ab aliqua priore eius ordinis, cùm nulla earũ cauſet virtute pręcedentis,ſed ſua:quãuis & ſingulę,& omnes ſimul pendeant ab aliqua ſuperioris generis,vt omnes equi à ſole. Quod tamen non ideo dicimus,quia credamus, generationes rerũ ab æterno eſſe potuiſſe: ſed vt oſtendamus,rationem Ariſt.non euertere infinitionem eorum,quæ ipſe ſucceſsiuè putauit fuiſſe ab æterno. 2.

Quid dicatur medium.

A D ſecundum dicendum eſt,non ſemper id dici medium,quod inter duo extrema continetur, ſed interdum etiam quicquid inter duo quælibet collocatum eſt,quamuis illa extrema non ſunt:quemadmodum dicimus, ſignum Arietis eſſe medium inter ſigna Piſcium, & Tauri, & quaſuis cuiuſque circuli partes appellamus media reſpectu aliarum,tametſi earum nullæ ſunt extremæ. Hoc igitur pacto perſpicuum eſt,veram eſſe primam conditionalem.

Defenditur ratio Ariſt.

A D tertium dicendum eſt,non eſſe Ariſtotelem ea in re notandum vitio petitionis principij. Nam nec contentio eius cum aduerſario, quem ipſe ſibi fingit,verſatur in illa conditionali,ſaltem formaliter,& expreſsè,ſed in ea quæſtione,Num dentur infinitæ cauſæ eiuſdem rei. Nec item Ariſtoteles eam conditionalem gratis ſumit, ſed contra renitentem lectorem accuratè probat, ſimilitudine trium cauſarum eſſentialiter ſubordinatarum,vt diximus. Quin etiam in ipſo orationis contextu probatio antecedit eiuſmodi conditionalem.

Dilutio eorum,quæ adducta ſunt pro infinitione cauſarum materialium.

SECTIO VI.

Alb. c.7. D. Thom. lect. 3. p.1.

Cur Ariſtoteles aliter in effi cientibus, aliter in materialibus cauſis progreſſus fuerit.

AD primum autem eorum, quæ propoſita ſunt pro infinitione cauſarum materialium,dicẽdum eſt cum Commentatore,quem Alber.Magnus,& D.Thom ſequuntur,aliter progreſſum fuiſſe Ariſtotelem in refellenda infinitione cauſarum efficientium:aliter in materialium. Nam,quia in cauſis efficientibus perſpicuum erat dari vltimam,ſiue proximam effectui:quęſitum eſt,an ſurſum verſus daretur progreſſus infinitus. Contrà verò, quia in cauſis materialibus omnes ſupponebant,dari aliquod primum principium,quod eſſet baſis ac fundamentum cæterorum: quæſitum eſt, num poſt illud darentur infinita ſubiecta, quæ ex primo illo penderent. Quamquam verò nec ſenſu, nec intellectu per ſe notum eſt, dari materiam primam, tamen ita facilè id concluditur,ſumpta materia prima ſecundum communem, vulgatámque eius rationem (quod ad finem ſuperioris libri oſtendimus) vt meritò ab omnibus Philoſophis ſupponantur.

Cap.7.q.2. Sect.1.

A D ſecundum dicendum eſt, infra materiam primam, hoc eſt, ſi progrediaris ab illa ad vltimum compoſitum, non dari plures materias primas, quemadmodum cùm progredimur ab vnitate ad binarium, & ternarium dantur aliæ vnitates, & plures deinceps ad alios

Perfectioribus imperfectiora paucioribus materijs ſecundis indigere.

ſequentes numeros: ſed tamen dari poſſe plures, vel pauciores materias ſecundas, pro ratione perfectionis cuiuſque rei generalis. Res enim, quæ ſunt perfectiores, pluribus materiis ſecundis indigent: quæ verò imperfectiores, paucioribus. Exempli cauſa, mixtum indiget elementis ad materialem ſui compoſitionem: & homo, vt docet Ariſt. 2. de generatione animalium cap. 3. priùs viuit vita plantæ, deinde animalis, tandémque hominis: ex qua re fit, vt à materia prima vſque ad hominis complementum multas numerare liceat materias ſecundas, compoſitáve ſubſtantialia interiecta, ſiue eorum formæ maneant formaliter in homine, vt quidam volunt, ſiue ſola virtute, quemadmodum res habet. hunc ergo progreſſum ſignificauit Ariſt. exemplo illo pueri & ſenis: non quòd in ea tranſmutatione ſit vera generatio, ſed quia perinde ſe habet, vt generationes illæ, quibus imperfectioribus formis adduntur perfectiores, manentibus prioribus, ſi non formaliter, certè virtute. Manent enim in viro pueri qualitates, abiecta imperfectione, vt patet in figura, robore, ſcientia, & ſimilibus. Quod autem Ariſt. addit, aquam eſſe materiam aëris, & reliqua omnia, quæ dicuntur corrumpi, & non manere in genito, eſſe materias eorum, quæ gignuntur: ad complementum doctrinæ adiectum eſt. Nec enim huiuſmodi materiæ ſunt eſſentialiter ſubordinatæ, vt elementa, mixtum, embryon, cùm nec formaliter, nec virtute concurrant ad conſtitutionem eiuſdem compoſiti. Sed tamen Ariſtoteles, quia loquebatur de materia immanente, eſſentialitérque ſubordinata, ſimul loqui voluit de oppoſita, quæ dicitur tranſiens, quo pacto aqua dicitur materia aëris: vt in eo etiam genere, amplioris doctrinæ gratia, oſtenderet, non dari infinitionem ſecundum ſpeciem.

Mutationes, quæ tendũt in deterius, cur non dicuntur generationes.

SI quis autem quærat, cur Ariſtoteles, cùm agit de materiis immanentibus, non ſit loquutus de progreſſu earum, quando aliquid tendit in deteriores formas, vt cùm ex viuente fit cadauer: dicendum eſt, cauſam eius rei fuiſſe, quia mutationes huiuſmodi non ſolent appellari generationes, ſed potiùs corruptiones, cùm potiùs denominentur ab exſpoliatione præſtantioris formæ, quàm ab introductione, aut permanentia deterioris. Exempli cauſa, mutatio hominis in cadauer potiùs dicitur corruptio, quàm generatio, quia per eam abiicitur rationalis anima, quæ præſtantior forma eſt, quàm cadaueris, quæ introducitur, aut corporeitatis, quæ manet iuxta ſententiam eorum, qui volunt dari in morte viuentium corruptionem ſine generatione.

Vt Scot. in 4. d. 11. q. 3.

AD tertium, quicquid de punctis, & partibus proportionalibus lineæ dicendum ſit, ſint ne infinita actu in eadem, vt multi dicunt, an verò potentia tantùm, de qua re lib. 5. diſputabimus, reſpondendendum eſt, non eſſe parem rationem in materia ſecunda, atque in illis: eſt enim materia ſecunda ens actu & completum: ſiue forma, quam includit, maneat formaliter in compoſito, quod ex illa fit: ſiue ſola virtute.

Dilu

Dilutio argumentorum, quibus finalium cauſarum infinitio oſtendi videbatur.

SECTIO VII.

IAM ad primum eorum, quæ infinitionẽ cauſarum finalium oſtendere videbantur, dicendum eſt, propoſitionem illam, ſi datur vltimus finis, non datur proceſſus infinitus in finibus, eſſe veriſſimam in finibus eſſentialiter ſubordinatis, neque oppoſitũ probari. Nam, etſi demus, quemadmodum ex principiis mathematicis proceditur in infinitum ad alias, atque alias concluſiones, ita etiam ex fine vltimo procedi poſſe in infinitũ ad alios, atque alios fines medios propter illum expetendos, vt in cupido pecuniarum patet, tamẽ non ex eo ſequitur, dari infinitos fines eſſentialiter ſubordinatos reſpectu eiuſdem actionis, imò verò oppoſitum ex eadem ſimilitudine colligi poteſt. Vt enim nulla datur concluſio, quæ ex infinitis principiis pendeat, ita nullus datur finis, qui propter infinitos expetatur: quod tamen concludendum erat, vt ſubordinatio infinitorum finium oſtenderetur. *Quid colligatur ex ſimilitudine finium cum principiis mathematicis.*

AD ſecundum dicendum eſt, neque in propoſitione illa neque in toto diſcurſu de finibus ſermonem eſſe de vltimo fine ſimpliciter, qui eſt Beatitudo, ſed de vltimo fine eorum, quæ ſubordinatè expetuntur in quauis actione, quamuis non ſit vltimus ſimpliciter, vt, ſi cibum expetam propter vitæ conſeruationem, nihil de vlteriore fine cogitans, vitæ conſeruatio erit vltimus finis eius eſſentialis ſubordinationis. Tametſi verũ eſt, in omni appetitione noſtra appeti fœlicitatem, aut aliquam eius particulam, vt ita loquar. Nam qui ſibi vim inferre volunt, id ea de cauſa expetunt, vt à præſentibus moleſtiis liberentur, quæ eſt quædam beatitudinis conditio, etſi planè ſciunt, ſe ab integra beatitudinis ratione ea via aberrare. *In omni appetitione aliquid fœlicitatis appeti.*

Ad tertium dicendum eſt, etſi bonum, qua ratione bonum eſt, latiùs pateat, quàm ratio finis: adhuc tamen ſublata ratione finis, tolli de medio rationem boni, vt in expoſitione contextus diximus.

Dilutio eorum, quæ infinitionem formarum dari poſſe contendebant.

SECTIO VIII.

DENIQVE, vt diſſoluamus ea, quæ pro infinitione cauſarum formalium propoſita ſunt: dicendũ eſt ad primũ, non ideo Ariſtotelẽ probaſſe in prædicatis eſſentialibus, quod probaturus erat in formis naturalibus, quia quot ſunt differẽtiæ eſſentiales conſtitutiuæ rerum naturalium, tot ſint formæ naturales earum realiter diſtinctæ inter ſe, vt putat Ioannes Gandauenſis, contra quem libro 8. diſputandum eſt, ſed iccirco id feciſſe, quia re vera non dantur plures formæ ſubſtantiales in eadem re, & tamen in eadem forma dantur plures gradus eſſentiales, ſecundum quos ſumuntur omnes eſſentiales differentiæ, quæ rem conſtituunt. Nam ex primo gradu formæ humanæ ſumitur in homine eſſe corporei, *Gradus metaphyſici.* *Hæc li. q. 10.*

Digitized by Google

ex ſecundo autem, aut potiùs tertio, vel quarto ſumitur eſſe viuentis, & ita deinceps. Vnde autem ſumatur eſſe ſubſtantiæ, quod D. Thom. hic videtur velle, ſumi ex primo gradu formæ, libro 5. expendemus. *Lect. 4. & 5.*

Prædicatorũ eſſentialiũ diſtinctio. Ad Secundum dicendum eſt, etſi partes lineæ diſtinguntur realiter, non diſtingui tamen actu, ſed potentia dumtaxat: at prædicata eſſentialia, etſi nec actu, nec potentia diſtinguuntur realiter, diſtingui tamen formaliter, ſiue ex natura rei, idque non potētia ſolùm, ſed actu; plus enim perfectionis eſſentialis includunt inferiora, quàm ſuperiora, quòd patet ex eorũ definitionibus, & proprietatibus. Quapropter, etſi lineæ natura diſtinctè cognoſcitur, non diſtinctè cognitis omnibus eius partibus: tamen nullius ſpeciei natura diſtinctè intelligi poteſt, niſi omnia eius prædicata eſſentialia diſtinctè perſpiciantur. Nullus enim Philoſophus putat, ſe diſtinctè cognoſcere ſpeciem diſtinctione pertinente ad ſuam ſcientiam: niſi ſciat reſoluere definitionem illius, vſque ad ſupremũ eius genus, quod ad eamdem ſcientiam ſpectet, etſi breuitatis gratia per genus proximum, & differentiam proximam ſæpe illa definiat.

Prædicata eſſentialia, num eſſentialiter ſubordinata. Quæres tamē obiter hoc loco, Num prædicata eſſentialia eiuſdem rei ſint eſſentialiter ſubordinata inter ſe? Nec enim videntur eſſentialiter ſubordinata, ſi vera ſunt illa, quæ ſuprà diximus, Omnes ſuperiores cauſas eſſentialiter ſubordinatas differre ſpecie ab inferioribus: itemque, Rationem cauſandi ſuperiorum perfectiorē eſſe ratione cauſandi inferiorum: quorum neutrum prædicatis eſſentialibus videtur poſſe accommodari. Nam neque ſuperiora videntur differre ſpecie ab inferioribus, cùm de illis eſſentialiter dicantur: nec ratio cauſandi eorum perfectior videtur eſſe, quàm ratio cauſandi inferiorum, quippe cum ſuperiora ſint imperfectiora inferioribus. Hoc eodem poſteriori argumento effici videtur, materiā ſecundā nō eſſe eſſentialiter ſubordinatam materiæ primæ. Nam cùm materia prima ſit imperfectior, neceſſariò videtur ſequi, eius cauſandi rationem eſſe imperfectiorem. *Sect. 2.*

Reſpondetur dubitationi. Ad hanc dubitationem dicēdum eſt, inferiora eſſe eſſentialiter ſubordinata ſuperioribus & materiā ſecundam materiæ primæ: imò verò nomen eſſentialiter ſubordinationis forſitan ex ſubordinatione eſſentialium prædicatorum, abuſiuè quædam, accommodatum fuiſſe cauſis efficientibus, & finalibus, quæ per Catachreſin dicuntur eſſentialiter ſubordinatæ: neque enim ſuperiores fines, aut efficientia ad eſſentiam inferiorum pertinent.

Solutio primæ obiectionis. Prior autem obiectio hunc in modum diluenda eſt. Superiora non differre ſpecie ab inferioribus quaſi ex oppoſito diuidant genus aliquod, aut pertineant ad oppoſita genera, veluti homo, & equus, homo & candor (id enim rectè probatum eſt) ſed ea ratione differre ſpecie, quòd non ſint eadem ſpecies: differunt enim, vt ſpecies ſuperiores ab ſpeciebus inferioribus, quod ſatis eſt, vt poſſint eſſe eſſentialiter ſubordinata. *Eſſentialis ſubordinatio.* Vel dic, ſatis eſſe ad eſſentialem ſubordinationem, quòd non ſint indiuidua eiuſdem ſpeciei infimæ: hanc enim ſolam identitatem intelleximus excludi à cauſis eſſentialiter ſubordinatis, cùm diximus, eas non poſſe eſſe eiuſdem ſpeciei.

Ad

Ad poſteriorẽ dicito, ſuperiora, etſi ſunt imperfectiora inferioribus, tamen rationẽ cauſandi eorum eſſe perfectiorẽ. perfectiùs enim, id eſt independẽter, dant eſſe ſuperiora, quàm inferiora. Eodẽ modo reſpõdendũ eſt ad id, quod obiiciebatur contra rationem cauſandi materiæ primæ. Nam etiam ſi materia prima eſt imperfectior, quàm ſecũda: tamen ratio cauſandi illius, in genere cauſalitatis materialis, perfectior eſt, ac minùs depẽdens, quàm ratio cauſandi materiæ ſecũdæ, vt apertiſſimum eſt. Itaque in cauſis internis eſſentialiter ſubordinatis nihil repugnant hæc, minùs perfectam eſſe rem, quæ dicitur cauſa, & perfectiùs cauſare, ſiue minùs dependenter: cùm interim in cauſis efficientibus eſſentialiter ſubordinatis ſemper res, quæ perfectiùs cauſant (ſi modò id efficiant, vt principales cauſæ, & non inſtrumenta tantũ) ſint perfectiores, quod idem accidit in finibus, qui ex natura ſua ſubordinati ſunt. Alia enim ratio eſt iis, quos ſibi appetitus proponit, quippe qui non rarò expetit res meliores propter deteriores. *Solutio ſecunda.* *Comparatio cauſarũ eſſentialiter ſubordinatarum in perfectione.*

Ad tertium argumentum dicendum eſt, quicquid eſt in genere, neceſſariò eſſe id aliqua eius ſpecie. Genus enim, non potentia quidem diuina ſeparari poteſt à ſuis ſpeciebus. Proinde ſi datis infinitis formis animalium in eadem materia, compoſitum ex illis non pertineret ad aliquam ſpeciem animalium, ne ad ipſum quidem genus pertineret. Quamquã vt Ariſt. ratione illa id, quod vult, efficiat, ſatis eſt, ſi oſtendat, tale compoſitum ad nullam ſpeciem poſſe pertinere. Patet enim, nullum ens naturale in rerum natura eſſe poſſe, quod ad aliquam ſpeciem non pertineat. *Genus & ſpecies.*

NVM INFINITA TEMPORE FINITO COGNOSCI POSINT.

QVÆSTIO SECVNDA.

Qua in re præcipuè poſita ſit huius quæſtionis difficultas.

SECTIO PRIMA.

CVM non ſemel hoc capite poſitum ſit, infinita non poſſe cognoſci, idque non videatur per ſe notum, ſed res de qua controuerſia eſſe meritò poſſit: operæpretium erit id explicare, atque approbare hoc loco, altiùs principio repetito.

Infiniti nomen trib. modis accipi poteſt. Vno, vt ſignificat negationem finitionis, ſeu limitationis: quo pacto infinitum facillimè intelligitur: etenim cùm negationes cognoſcantur per ea, quæ negãtur: finitio verò ſiue limitatio omnibus ſit non ſolùm nota, ſed etiam obuia: non dubium eſt, quin per eam nullo negotio intelligamus negationem finitionis, ac proinde infinitum, vt eſt affectum ea negatione. *Prima infiniti ſignificatio.*

Altero, vt ſignificat id, quod infinitum eſt, non tamen qua ratione infinitum eſt, ſiue illimitatum, quo pacto intelligimus, tem- *Secunda.*

Digitized by Google

pus infinitum ſub communi ratione temporis ſpacium infinitum, ſub communi ratione ſpacij, magnitudinem infinitã, ſi dari poteſt, vel ſub ratione magnitudinis, vel, ſi non ſit omni ex parte infinita, ſecundum eam dimenſionem, qua finita eſt: & infinita multitudo rerum, ſiue ſpecie, ſiue numero differentium, ſub cõceptu generis earum, aut ſpeciei.

Tertia.

Difficultas quæſtionis.

TERTIO, vt ſignificat id, quod infinitum eſt, qua ratione infinitũ eſt, ſiue infinitio ſit modus eſſendi rei infinitæ, vt ait Scotus, ſiue quiduis aliud, quod proprium fundamentum ſit eius negationis, quam in prima ſignificatione expoſuimus. Atque in hac vſurpatione infiniti tota eſt quæſtionis difficultas: non quidem collata re infinita cum infinito intellectu, qui eſt ſolus Diuinus, ſed cùm finito, ſiue creato: Neque verò accepta cognitione pro imperfecta, & confuſa: non enim dubium eſt, quin infinitum ab intellectu creato hoc pacto cognoſci poſſit: ſed pro perfecta, & diſtincta.

Quodl. 5. 5. De primo. & quodlib. 6. 5. Reſtat nunc.

Infinitum intenſiuè.

VERVM, quia duplex eſt infinitum, vnum intenſiuè, vt dici ſolet, alterum extenſiuè: id, quod intenſiuè infinitum eſt, cùm maximam rei perfectionem ſignificet, nemo negauerit, eſſe natura ſua maximè aptũ, vt intelligatur: ſimpliciter quidem, ſi ſit infinitum ſimpliciter, in hoc autem aut illo genere: ſi ſit infinitum in certo aliquo genere. Quantò enim quidque perfectius eſt, tantò magis ens, magíſque intelligibile ex ſeſe: cæterum an huiuſmodi infinitum poſſit à nobis clarè, ac perſpicuè cognoſci, quæſtio eſt. Ac de eo quidem, quod eſt infinitum ſimpliciter, de Deo, inquam, opt. Max. non defuerunt, qui dicerent, nulla potentia fieri poſſe, vt in ſeipſo ab intellectu creato perſpicuè cognoſcatur, in quibus numerantur Hæretici ij, qui exiſtimabant beatitudinem cœleſtem à Deo promiſſam non in familiari illo, quem ſperamus, Diuinæ naturæ intuitu, ſed cuiuſdam creati fulgoris ab ea manantis, poſitam eſſe. Quem errorem ante aliquot ſecula damnauit Sancta Dei Eccleſia, quæ columna eſt & firmamentum veritatis. Nam etſi Deus à nullo intellectu creato clarè cognoſci poteſt viribus naturæ: nec etiam poteſtate Diuina comprehendi, vt ſacra item oracula nos docent: videri tamen clarè, ac perſpicuè poteſt ab ijs, quorum mentes Diuina bonitas ſupra naturæ modum illuſtrauerit, & ad quamdam Diuinæ naturæ participationẽ exuerit: de qua re Theologi eſt differere. Quòd ſi non repugnat, infinitum ſimpliciter ab intellectu creato perſpicuè cognoſci, longè minùs repugnabit, cognoſci infinitum in certo genere, ſi modò illud dari poſſit, vt albedinem infinitè intenſam in genere colorum, & calorẽ infinitè intenſum in genere tangibilium qualitatũ.

Hæreſis negãtiũ poſſe Deũ à nobis clarè cognoſci.

Breuis impugnatio.

Armenij & alij quidam apud D. Bernard. epi. 190. Turre-crem. de poteſtate Eccleſ. c. 35. & Alfonſus à Caſtro aduerſus hær. verbo Beatitudo. Vide ibi decretum Inno. 3. & Benedicti 11. Leg. ult. Concil. Florent.

Triplex infinitum extẽſiuè.

INFINITVM extenſiuè triplex eſt: Magnitudine, vt corpus, aut ſpacium infinitum: Succeſſione, vt motus, aut tempus infinitum: & Multitudine, vt infinitæ ſpecies, aut indiuidua. Sed cum diſtincta cognitio infiniti ſiue magnitudine, ſiue ſucceſſione, haberi nequeat, niſi eiuſmodi infinitum cognoſcatur quoad omnes partes, in quas diuidi poteſt (quæ eſt comprehenſiua) vel ſaltem, quoad omnes certæ alicuius extenſionis, vt ſi in tempore infinito intelligantur diſtinctè omnes dies, & in linea infinita omnes palmi: tota huius generis infinitorum difficultas ad infinitum multitudine reducitur: de quo proinde ſolo

ſatis erit, ſi in hac quæſtione diſſeramus. Verùm, quia dubium non eſt, quin poſsit infinitum multitudine in tempore infinito percurri, atque cognoſci, quo pacto Ariſtoteles fateatur, neceſſe eſt, ſubſtantias cœlorum motrices infinitas ſuorum orbium conuerſiones cognouiſſe: de ſola cognitione infiniti multitudine in tempore finito, quo pacto idẽ extremis verbis huius capitis illam dari poſſe negat, futura eſt diſputatio quemadmodum de ea ſola à nobis eſt quæſtio propoſita.

Tempore infinito poſſe cognoſci infinitum.

Quibus argumentis videantur infinita in tempore finito poſſe cognoſci.

SECTIO II.

Primum argumentum.

QVOD ergo huiuſmodi infinitum in tempore finito cognoſci poſsit, his argumentis oſtendi videtur. Primùm, quia materia, itémque magnitudo, cùm ſint entia creata, non dubium eſt, quin ab aliquo intellectu creato in tempore finito non modò quidditatiuè intelligi, ſed etiam comprehendi poſsint: alioqui pares eſſent Creatori hac in re: at materia comprehendi non poteſt, niſi intelligantur formæ omnes, ad quas habet potentiam (hoc eſt enim omnino penetrare, vt ſic dicam, poteſtatem materiæ) magnitudo etiam non videtur poſſe comprehendi, niſi intelligantur omnes omnino partes, ex quibus conſtat, & in quas diuidi poteſt: igitur cùm & formæ, ad quas materia eſt in potentia, & partes item magnitudinis infinitæ ſint: negandum non eſt, intellectum creatum in tempore finito poſſe intelligere infinita.

2. DEINDE, quia Angeli comprehendunt ſuam potentiam actiuam; ij ſaltem, qui ſuperiores ſunt, & præſtantioris naturæ, vim, & actiuam potentiam inferiorum: omnes item comprehendunt actiuam potentiam animæ noſtræ, & corporum cœleſtium: atqui huiuſmodi actiuæ potentiæ comprehendi nequeunt, niſi intelligantur omnia effecta, quę ab eis produci poſſunt, quę ſunt infinita: id autem niſi fiat tempore finito, numquam tales potentiæ comprehenſæ erunt: poſſunt igitur Angeli tempore finito intelligere infinita.

3. TERTIO, quia iidem intelligunt, atque comprehendunt vim, & naturam ſpecierum intelligibilium, quæ ipſis cõcreatæ ſunt: Cùm igitur hæ ſpecies eius conditionis ſint: vt non ſolùm repræſentent naturas ſpecificas, ſed etiam indiuidua omnia, quæ ſub ſpeciebus continentur, non dubium eſt, quin Angeli, finito in tempore, infinita cognoſcant.

4. QVARTO, quia poſſunt iidem, ſi velint, per inſtantiam horæ, non quidem immediata (quæ nulla ſunt,) ſed per mediata, intelligere ſucceſſiuè partes proportionales cuiuſcunque propoſitæ magnitudinis finitæ: at huiuſmodi partes infinitæ ſunt: poſſunt ergo Angeli tempore finito intelligere infinita. Nec verò vllum impedimentum eſt, quòd poſſis obiicere, ſiue ex parte ipſorum Angelorum, cùm ij, ſaltem aliqua mora interpoſita, quantumcumque ea parua ſit, elicere poſsint alium intelligendi actum, ſiue ex parte temporis, aut magnitudinis, cùm vtrumque conſtet partibus proportionalibus infinitis.

POSTRE

d by Google

5. POSTREMO, quia non Angeli modò, ſed & homines etiam poſſunt in tempore finito infinita percipere. Quiſquis enim ante ſpeculum mouetur, coniectis oculis in imaginem ſui, quæ in ſpeculo apparet, is dum mouetur, ſiue ad illud, ſiue ab illo, ſiue circa illud, videre omnes ſui imagines, quæ in ſpeculum imprimuntur: nulla prætermiſſa (ponamus enim non interrumpi viſionem) at illæ imagines ſunt infinitæ; videt igitur tempore finito infinita, atque adeo intelligit, ſi modò ad id attendat mente, quod oculis intuetur. Aſſumptio ex eo patet, quia imago, quæ imprimitur ex vno puncto ſpacij, nec eſt eadem cum imagine impreſſa ex alio puncto: nec item eſt pars illius, ſed noua quædam prorſus, ac omnino diuerſa. Si enim demus, moueri hominem recta ad ſpeculum, & ſumamus duo puncta ſpacij, vnum poſt aliud, ſecundum ordinem motus: non dubium erit, quin imago genita ex remotiori minor ſit, quàm quæ ex propinquiori generatur: at minor non poteſt fieri maior, ſiue extenſior nulla parte addita, niſi partes incipiant eſſe in alia, atque alia parte ſubiecti, quod eſt impoſsibile: imago item minor, non poteſt fieri pars maioris per adadditionem nouarum partium circumcirca (alioqui appareret in ſpeculo ex propinquiori puncto imago quædam compoſita ex vultu minore, qui ante apparebat, & eiuſmodi additione circum minorem, quod pugnat cum experientia) eſt igitur imago, quæ generatur ex priori puncto, prorſus diuerſa ab ea, quæ generatur ex poſteriori. Atque idem eodem ferè modo oſtendi poteſt, ſi motus fiat à ſpeculo, aut circa ſpeculum. Cùm igitur puncta ſpatij, quæ percurrit is, qui mouetur, ſint infinita, efficitur neceſſariò, imagines eſſe infinitas, ac proinde videri, & intelligi etiam à nobis tempore finito infinita.

Reſponſionis impugnatio.

QVOD ſi dicas, videri quidem à nobis, & intelligi infinita, non tamen diſtingui. Primùm quidem oportebit, te nouam expoſitionem pronunciato Ariſtotelis adhibere. Ait enim abſolutè, *non poſſe infinita finito tempore percurri*. Deinde eo conceſſo, ſaltem non videtur negandum, diſtingui poſſe ab Angelis, cùm imagines ipſæ (ſi re vera in ſpeculum imprimuntur) diſtinctæ ſint, & earum quæque ſit ens completum, neque alia immediatè ſuccedat alij, quemadmodum, nec punctus immediatus eſt puncto, nec momentum momento. Poſtremò difficilimum quoque creditu videtur, fieri naturaliter multitudinem ſucceſsiuam entium diſtinctorum inter ſeſe, & tamen non poſſe intelligi, & diſtingui ſucceſsiuè ab vllo intellectu creato.

Non poſſe infinita in ſe ipſis cognoſci.

SECTIO III.

Duplex cognitio diſtincta.

VT igitur quæſtio expediatur, duo antè animaduertenda ſunt. Vnum eſt, nomine diſtinctæ cognitionis infinitorum intelligi poſſe, vel eam, qua infinita cognoſcuntur in ſeipſis: quod genus cognitionis dicitur cognitio rerum in proprio genere: vel eam,

Digitized by Google

eam, qua cognoſcuntur in alio cognito, quo pacto Beati cognoſcunt plurima in eſſentia diuina.

ALTERVM eſt, vt infinita à nobis finito in tempore cognoſcantur, duobus modis poſſe accidere, vno ſucceſſiuè, altero ſimul, hoc eſt, non percepto vno poſt aliud, ſiue id fiat in toto aliquo tempore, ſiue in aliquo tantùm eius momento.

HIS poſitis ſit prima concluſio: *Infinita non poſſe tempore finito ſiue in ſe ipſis, ſiue in alio, ſucceſſiuè cognoſci.* Hæc concluſio ex eo primum patet, quia hoc pacto daretur primum cognitum, & vltimum cognitum: vbi autem datur primum & vltimum, non dantur infinita. Prior propoſitio ex eo patet, quia cùm multa ſucceſſiuè, ac tempore finito cognoſcuntur: quemadmodum cognitio intrinſecus incipit in primo cognito, ita intrinſecus deſinit in vltimo cognito, alioqui non deſineret, ſed in infinitum tenderet. Nec obiicias contra poſteriorem propoſitionem, dari in linea primum, & vltimum punctum, & in hora primum & vltimum momentum: & tamen ea puncta, & momenta, quæ interiecta ſunt, eſſe infinita. Non videntur enim indiuiſibilia eſſe actu in medio continuo, ſed poteſtate tantùm, vt ſæpè ait Ariſt. de qua re quinto libro agendum, Aduerſarius autem inter primam, & vltimam cognitionem fingit infinitas cognitiones actu. *Prima concluſio probatur.* 1. *Obiectionis dilutio.*

2. DEINDE, ſi infinita hoc pacto cognoſcerentur, abſoluto tandem tempore præſcripto iam numerabilia numerata eſſent: hoc autem contradictionem inuoluit: ergo & illud. Propoſitio ex eo perſpicua fit, quia vt primò cognoſcimus Socratem, ſecundò Platonem, tertiò Ariſtotelem, eodémque ordine procedimus intelligendo alium, atque alium hominem, ita poſſumus primò cognoſcere Socratem, vt primum, ſecundò Platonem, vt ſecundum, tertiò Ariſtotelem, vt tertium, eodémque ordine cæteros: hoc autem nihil aliud eſt, quàm numerare, igitur ſi totam ſummam eorum, quæ hoc pacto intelligimus, abſoluamus: iam à nobis omnia erunt numerata: numerari enim, & numeratum eſſe non alia ratione differunt, quàm vt numeratio paſſiua in fieri, & in facto eſſe. Quare cùm infinita, vt infinita ſunt, innumerabilia ſint, efficitur neceſſariò, vt ſi tempore finito ſucceſſiuè intelligi poſſunt, cùm tandem ad finem eius temporis peruentum fuerit, iam innumerabilia numerata ſint. *Infinita ſuapte natura innumerabilia.*

3. TERTIO, ſi infinita ſucceſſiuè cognoſci poſſent in tempore finito, poſſent vtique cognoſci per partes proportionales temporis, aut per inſtantia, quibus illæ inchoantur, aut finiũtur (etenim per æquales partes temporis finiti, aut per inſtantia, quibus æquales terminantur, fieri nullo modo poteſt, cùm infinita ſint, & minùs probabile eſt, poſſe intelligi per omnia omnino inſtantia, quàm per ea, quæ proportionaliter diſtant inter ſeſe) at hoc conceſſo iam daretur pars temporis, quæ eadem eſſet diuiſibilis & indiuiſibilis, vltima & non vltima, quæ contradictionem implicant: non poſſunt igitur infinita finito tempore ſucceſſiuè cognoſci. Aſſumptio ex eo probatur, quia quemadmodum ſi daretur in rerum natura columna re ipſa diuiſa in partes proportionales verſus baſim, neceſſariò pars illa, cui ineſſet ſuperficies, qua co-

lumna contigua eſt baſi, eſſet diuiſibilis & indiuiſibilis, vltima,& non vltima,diuiſibilis quidem,quia pars proportionalis, indiuiſibilis,quia alioqui nondum eſſet peracta diuiſio : vltima verò, quia indiuiſibilis: non vltima : quia diuiſibilis : ita prorſus accideret, ſi non eſſet re ipſa, ſed ſola deſignatione diuiſa : at tempus diuiditur deſignatione per actus intelligendi:igitur, ſi quis in tempore finito percurreret intellectu infinita per partes proportionales temporis, aut per inſtantia,quibus illæ terminantur:iam daretur pars quædam illius diuiſibilis,& indiuiſibilis,vltima,& non vltima:ea videlicet, cuius finis eſſet inſtans, quo tempus illud finitum finiretur.

Quo pacto tẽpus diuidatur.

4\. *Infinitum extenſiuè quid.* — Textus 36.

POSTREMO probatur eadem concluſio , ex ipſa ratione infiniti ab Ariſt.tradita 3.Phyſ.cap.7.ait enim, *infinitum extenſiuè* (de hoc enim ſolo ille eo loco,& nos in hac diſputatione loquimur) *eſſe id,cuius ſemper aliud extra , ratione quantitatis , accipi poteſt :* hoc eſt , in quo ſumpta quauis quantitatis parte,ſemper alia reſtat accipiẽda. Si hoc igitur infinitum eſt,cõſtat manifeſtè,non poſſe eius partes finito tempore percurri,alioqui nulla iam pars accipiẽda ſupereſſet,ac proinde infinitum non eſſe infinitum.Eodem pertinet id,quod idem eodem loco ſubdit, *infinitum potiùs rationem partis, quàm totius ſubire.* Infinitæ enim quantitatis quicquid aut eſt in rerum natura,aut concipitur,pars eſt reſpectu ipſius infiniti:nec tamen ipſum infinitum propriè habet rationem totius, quia numquam abſolui poteſt, ſiue quo ad exiſtentiam,ſiue quo ad intelligentiam:ſi tamen ſucceſſiuè eſſe, ac intelligi incipiat : Quod addiderim,quia non accipiendo,non dubium eſt, quin abſolui poſſit, vt motus , & cogitationes Angelorum : ſi Mundus ab æterno fuiſſet: quamquam ne hoc quidem modo infinitum finiretur , aut ſucceſſiuè intelligeretur,quatenus infinitum,ſed quatenus finitum,hoc eſt, verſus eam partem , qua eſſet infinitum & terminatum. Eodem quoque pertinere poteſt id, quod idem ſcribit primo Phyſicorum libro cap.4. *Infinitum,quà infinitum eſt,ignotum eſſe.* Intelligenda eſt enim in eo pronunciato ignoratio oppoſita cognitioni accommodatæ ad naturam huiuſmodi infiniti, quæ cognitio eſt ſucceſſiua, diſcurrens ex parte in partem.Atque in hac concluſione conueniunt grauiſſimi quique Philoſophi & Theologi,addentes,non modo à finito intellectu,ſed ne ab infinito quidem poſſe infinita hoc pacto cognoſci etiam ſi daremus, infinitum intellectum poſſe rem vnam poſt aliam cognoſcere.

Infinitum hoc partis rationẽ habere. — Textus 66.

Quo pacto poſſit abſolui.

Quo pacto ſit ignotum. — D.Thom.1.p. q 68.artic. 2. & alibi ſæpè. Scot.in 1. d.3. q.2.& alij.

Secunda concluſio.

SECVNDA concluſio ſit: *Infinita in ſeipſis non poſſe ſimul diſtinctè cognoſci ab intellectu creato.* Concluſio hæc facilè ex eo probatur, quia vt quotidiano experimento didicimus,quò pluribus rebus ſimul in ſe,ſiue immediatè cognoſcendis intellectus noſter intentus eſt , eò minùs perfectè,ac diſtinctè ſingulas percipit,quod idem priùs in ſenſibus accidere videmus.Sed & in aliis potentiis,ſiue conſeruatiuis,vt in mandandis rebus memoriæ, aut retinendis, ſiue motiuis , vt in trahendis, aut pellendis corporibus: ſiue alio modo actiuis,vt in digerendo cibo: ſemper plura ſimul, quàm pauciora minùs perfectè expediuntur. Et optima quidem ratione,eſt enim cuiuſque potentię,vt certa natura,ita certus quidam , ac præſcriptus agendi ſimul , aut patiendi terminus

Cur potentia pluribus intẽta imperfectius ſingula perficiant.

natura

naturalis, quem naturæ viribus excedere non poteſt. Ergo, ſi infinita intellectui creato obiiciantur, etſi illa modo aliquo cognoſcet (iam enim ſępe diximus, nihil eſſe, quòd à nobis modo aliquo intelligi non poſſit) imperfectiſſimè ſanè, & confuſiſſimè ea cognoſcet. Atque hæc cõcluſio non de intellectu noſtro tãtùm, ſed de angelico etiam: & propoſita, & probata eſt, De diuino alia eſt ratio. Nam etſi diuinus propter ſuam perfectionem non intelligit plura immediatè, ſiue in ſeipſis, ſed in ipſa diuina eſſentia cognita, tamen ſi plura immediatè intelligeret, nihil impediret, quò minùs eo pacto infinita perciperet. *Cognitio diuina qualis.*

NIHIL eſt autem contra concluſionem hanc, ſi voluntas creata feratur ſimul in infinita, vt ſi quis cupiat viuere annos infinitos. Nec enim hoc argumento colliges, intellectum noſtrum poſſe concipere ſimul infinita, niſi confuſè, quippe cùm ea etiam appetitio confuſa ſit. Namque fieri non poteſt, vt voluntas quicquam appetat diſtinctè, niſi præeunte diſtincta cognitione aliqua intellectus. *Infinita poſſe cõfuſè concipi, & appeti.*

AT obiicies, Angeli, ſi creati eſſent ab æterno, poſſent modò recordari diſtinctè infinitorum annorum præteritorum, quo diſtinctè, & ſingulatim nouiſſent, ergo aliquis intellectus creatus poteſt ſimul percipere infinita in ſe ipſis. Sed occurrendum eſt, fieri quidem potuiſſe, vt ſucceſſiuè cognouiſſent infinitos annos præteritos, ſi Mũdus, ſaltem quoad incorruptibilia, ab æterno eſſe potuit: non tamen vt omnium ſimul diſtinctè recordarentur: hoc enim arguit illimitationem actus intelligendi, quæ non datur intellectu creato: illud autem ſolius durationis, quæ cum natura rerum incorruptibilium congruit. *Obiectio.* *Dilutio.*

EX his duabus concluſionibus patet, infinita in ſeipſis à nullo intellectu poſſe diſtinctè intelligi. Etenim ſucceſſiuè, ne à Diuino qui intellectu percipi poſſunt: vt patet ex prima concluſione: ſimul autem, etſi nihil repugnaret percipi à diuino ex parte rerum infinitarum ſimul acceptarum, repugnat tamen ex parte perfectionis diuini intellectus, cuius immediatum obiectum neceſſariò eſt ſola diuina eſſentia, idque, quia in ea perfectiſſimè cõtinentur cętera omnia, quod de nullo obiecto creato dici poteſt. Itaque omni multitudini infinitæ repugnat percipi in ſeipſa verùm percipi ſucceſſiuè repugnat ex parte ipſius infinitionis, ſimul autem, non ex parte infinitionis, ſed ex parte intellectus, finiti quidem, propter eius imperfectionem: infiniti autem, propter eius perfectionem. Atque iuxta huius conſectarij ſenſum poteſt modo aliquo exponi pronunciatum illud Ariſtotelis, *Infinitum, vt infinitum eſt, ignotum eſſe.* eſt enim verum, ſi ſermo ſit de cognitione infinitæ multitudinis in ſeipſa, tametſi melius exponitur iuxta ſenſum ſolius primę concluſionis, vt factum eſt ſuperiùs. *A nullo intellectu infinita à ſeipſis poſſe diſtinctè cognoſci.* *Nota hæc.* *Exponitur dictum Ariſtotelis alio modo quàm ſuprà.*

Quo pacto infinita, in alio cognoſci poſſint.

SECTIO IIII.

TERTIA concluſio ſit, *Etſi intellectus creatus, etiam in alia re naturaliter cognita, non poteſt ſimul infinita percipere naturaliter: nihil tamen videri repugnare, quin poſſit ſupernaturali Dei munere.* *Tertia concluſio.*

X. 2. HANC.

Duplex cognitio in alio.

HANC concluſionẽ vt meliùs, & faciliùs intelligas, aduerte duobus modis rem vnã poſſe cognoſci in alia, ſeu, quod idẽ eſt, per aliam. Vno, vt per aliam cognitã, quo pacto cognoſcimus Cæſarẽ per imaginem illius, cauſas per effecta, viciſſimque effecta per cauſas, & vnum oppoſitum per alterum. Altero, per aliam non cognitam, quo pacto videmus colores per ſpecies ſenſibiles diffuſas in aëre, ac impreſſas in oculis, & cognoſcimus res corporeas per phantaſmata, ac ſpecies intelligibiles, earum, & per ipſam denique intelligendi facultatem. Quæ quidem accipienda volumus formaliter, quaſi dixerimus, Vno modo, per aliam cognitam, quia cognita eſt, ac ratio cognoſcendi aliam: altero, per aliam, quæ non ſit ratio cognoſcendi aliam, ac proinde non neceſſariò cognoſcenda, vt per eam cognoſcatur alia. Nam etſi plerique nouimus ſpecies ſenſibiles, & intelligibiles, & ipſum etiam intellectum, per quem alia cognoſcimus: non ideo tamen alia per iſta cognoſcimus, quia iſta cognoſcamus. Quod vel ex eo perſpicuũ eſt, quia multi ſunt, qui ignorent, aut etiam negent ſpecies ſenſibiles, & intelligibiles: nec defuerunt, qui intellectum à ſenſu non diſtinxerint, cùm tamen iuxta veram ſententiam, omnes per iſtas res naturales ſentiamus, ac intelligamus. Hac igitur de cauſa non diximus in concluſione: *In alia re abſolutè, ſed in alia re cognita.*

Quo pacto vtraque accipienda.

Non poſſe naturaliter à creatura vlla ſimul, & diſtinctè cognoſci infinita.

Prior igitur concluſionis pars ex eo aperta eſt, quia infinitorum diſtincta, & non ſucceſſiua cognitio (vtcumque infinita ſumãtur, ſiue vt in ſe cognita, ſiue vt in alio) ſemper excedit proportionem naturę finitæ naturaliter operantis. Et quidem, ſi infinita ſumantur in ſeipſis: perſpicuum, id eſt, ex ſecunda concluſione. Si verò, vt in alia re naturaliter cognita (qui ſenſus eſt huius concluſionis proprius) ex eo facilè probatur, quia experimento didicimus, minùs diſtinctè percipi naturaliter quancumque rerum multitudinem, cùm percipitur in alia re naturaliter cognita, quã cum percipitur in ſeipſa: quo pacto Medici diſtinctiùs percipiunt multitudinẽ effectorum huius, vel illius medicamenti, cùm effecta ipſa immediatè cognoſcunt, quam cùm illa cognoſcunt in medicamento, etiam poſtquã eius vim ex variis euentis perceperũt: atqui ex eadem ſecunda concluſione patet, diſtinctã cognitionem infinitorum in ſe ipſis excedere proportionem naturæ finitæ naturaliter operantis: ergo magis illam excedit diſtincta cognitio infinitorum in alia re naturaliter cognita. Quocirca nemo eſt, ſiue ex Philoſophis, ſiue ex Theologis, qui dixerit, poſſe nos, aut aliam creaturam intellectualem, naturaliter, ac ſimul perſpicere infinita, etiã in alio naturaliter cognito. Ita non opus eſt, priorem partem cõcluſionis aliter probare, de qua eſt communis omnium cõſenſio. Nec Theologi, qui aiunt cognoſcere Chriſtum infinita per ſciẽtiam infuſam, quæ eſt ſcientia rerum in proprio genere (omnia, inquã, quæ ſunt in potentia creaturarũ, quas Deus condidit, & omnia omnino, quæ ſunt, fuerunt, ac erunt) id aſſerunt de ſcientia actuali, quaſi per eam ſcientiam cognoſcat actu infinita: ſed de habituali, vt poſſit, cùm voluerit, quidlibet eorum actu intelligere.

Scientia Chriſti infuſa qualis.

Adamus in 3. Sent. q. 10. apud Capr. in eodem 3. d. 14. q. 2. art. 2. & Scot. eadem d. & q. & alij apud eundem.

Sententia eorũ, qui putant

De Poſteriori autem diſſenſio eſt inter Theologos, ſunt enim, qui aſſerant, ne in diuina quidem eſſentia perſpicuè cognita poſſe intellectum

ctum creatum infinita ſimul cognoſcere. Primum, quia eiuſmodi cognitio, ſi eſſet finitæ perfectionis, eſſet confuſiua, ſi verò eſſet diſtincta, eſſet infinitè perfecta (maior enim perfectio requiritur, vt plura ſimul diſtinctè cognoſcantur, quàm vt pauciora) at horum alterum repugnat hypotheſi, alterum conditioni creaturæ.

neque in Verbo poſſe infinita cognoſci. Primum huius ſententiæ argumentum.

DEINDE, quia abſurdum eſt aſſerere, plura ſimul à creatura intelligi, quàm Deus ſimul creare poſſit: conſtat autem, Deum non poſſe ſimul creare infinita.

POSTREMO, quia cùm infinitio extenſiua ſupponat intenſiuam: eſſet hoc pacto virtus intelligēdi creata intenſiuè infinita, ac proinde æquaretur virtuti Diuinæ. Ita cōcludunt, nullum intellectum creatum poſſe ſimul cognoſcere infinita, etiam in eſſentia Diuina, ſed habitu dumtaxat, quem animæ Chriſti conceſſum eſſe aiunt, eo quod poſſit cognoſcere in diuina eſſentia quicquid voluerit, etiam ſi id in rerum natura, nec ſit, nec fuerit, nec futurum ſit vnquam. Quo autem modo illa cognoſcat habitu infinita, Scotus [a] ſic exponit, vt putet ipſum eius actum viuendi Diuinam eſſentiam cenſeri quaſi habitum, reſpectu cognitionis creaturarum in illa: quippe cùm ea viſio ſufficiens ſit ad cognoſcenda quælibet entia pro libito. Nonnulli [b] tamen exiſtimant animam Chriſti id facere poſſe per habitum quemdam ad id infuſum à Deo cum ipſa Diuinæ eſſentiæ beatifica viſione.

Cognitio habitualis animæ Chriſti.

Opinio eorum qui affirmant quēlibet Beatū omnia poſſibilia cognoſcere, in Verbo. Primum eorū argumentum.

[a] *Scot. in 3. d. 14 q. 2.*
[b] *Marſil. in 2. q. 10. art. 2. & Bon. in 3. d. 14. 2. p. d. q. 3.*
[c] *Dur. in 4. d. 49. q. 3. & Godofred. quod. 6. qu. 3. apud Capreolum in 4. d. 49. q. 6. art 2. & alij apud Dur. in loco cit. Idem aſſerūt de anima Chriſti Alex. Alenſis 3. p. q. 13. mēbr. 7. & Alber. Mag. in 3. diſt. 24. art. 8.*

ALII [c] verò contrà omnino ſcientes, exiſtimant, quemlibet intellectum creatum cognoſcere actu, ac ſimul in diuina eſſentia omnia quomodocumque poſſibilia, ſaltem quoad eorum quidditates & naturas, etiam ſingulares, ac proinde infinita. Primùm, quia omnia hæc naturaliter, & neceſſario relucent in Diuina eſſentia, vnde fit, vt eſſentia Diuina clarè cognita non poſſint illa ignorari.

DEINDE, quia alioqui non eſſet Beatitudo illa, *ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*, quippe in qua non eſſet rerum omnium cognitio & præceptio.

POSTREMO, quia maius eſt videre eſſentiam infinitam ſimpliciter, quàm infinitum numerum creaturarum: quare cùm illa videatur à Beatis, & hanc quoque videri concedendum eſſe. Quòd ſi quis obiiciat, quemlibet Beatum, eorum ſententia, cognoſcere quicquid Deus facere poteſt, igitur Diuinam eſſentiam à quolibet Beato comprehendi: negant conſequentiam, eò quòd ex ea ſola cognitione creaturarum omnium colligatur comprehenſio diuinæ eſſentiæ, qua creaturæ omnes ita cognoſcantur, vt meliùs cognoſci nequeant: quo pacto non dubium eſt, quin creaturarum poſſibilium vniuerſitas à ſolo Diuino intellectu cognoſcatur.

D. Thom. 3. contra Gent. c. 60. & Ferrarienſ. ibid. idem aſſerit D. Thom. de anima Chriſti 3. p. q. 10. ar. 2. & 3. & quodl. 3. q. 2. ar. 3. & Capr. in 3. d. 14. q. 2. art. 1. & alij multi ſectatores. D. Tho.

Media ſententia, quæ & approbatur.

ALII denique, quorum opinio nobis probabilior videtur, mediam quamdam viam tenent, aſſerentes, non poſſe quidem intellectum creatum cognoſcere omnia omnino, quæ in Diuina eſſentia relucent: nihil tamen repugnare, quo minùs poſſit cognoſcere aliqua infinita. Priorem partem ex eo probant, quia infinitas extenſiua cognitionis omnium omnino rerum arguit infinitatem cognitionis intenſiuam ſimpliciter, quæ ſoli Deo conuenit, quod latè oſtendemus

Digitized by Google

lib. 12. Poſteriorem verò, quæ eſt poſterior pars concluſionis noſtræ, ex eo colligunt, quia cognoſcere in Diuina eſſentia aliqua infinita, & non omnia omnino, veluti infinita indiuidua naturalia poſſibilia, & infinitas hominũ cogitationes futuras (quorum illud pleriſque Theologis tribuitur cuilibet Beato, hoc autem animæ Chriſti) non infert cognitionem ita perfectam, vt perfectior dari non poſſit, & quæ iam ſit propria Deo, quippe cum perfectior ſit ea, qua plura infinita cognoſcuntur, & infinitè perfectior, qua omnia omnino poſſibilia.

Cognitio animæ Christi, & Beatorum.

ADDE hanc rationem. Plus eſt diſtinctè cognoſcere infinitam eſſentiam, quàm infinitam aliquã multitudinem particularem rerũ finitarum, at intellectus creatus poteſt ſupernaturali cognitione, diſtinctè ſiue quidditatiuè cognoſcere eſſentiam infinitam: ergo & infinitam aliquam multitudinem particularem rerum finitarum. Dico autem *particularem*, quia cognitio omnium omninò, quæ à Deo effici poſſunt, dari non poteſt ſine comprehenſione Diuinæ eſſentiæ.

Cognitionis infinitorum in ſe & in Diuina eſſentia diſcrimen.

QVOCIRCA primum argumentum primæ opinionis ita diſſoluendum eſt, vt dicamus, etſi ex cognitione infinitorum in ſe ipſis, rectè ſequitur, cognitionem intellectus creati, quæ circa ea verſetur, fore confuſiſſimam, aut verò infinitè perfecta: neutrũ tamen ſequi ex cognitione infinitorum in eſſentia Diuina finitè cognita. Eadem enim ipſa cognitio diuinæ eſſentiæ terminari non poteſt ſecundaria ratione ad aliqua infinita pro menſura luminis gloriæ, veluti ad infinita animalia, quæ ſunt in poteſtate naturalium cauſarum: nec diſtincta cognitio illius impediet diſtinctam horum cognitionem, ſed potius erit ratio, cur hæc diſtinctè percipientur. Hoc enim intereſt inter excellens ſenſibile, & excellens intelligibile, quòd illud, cum percipitur, ſæpe lædit ſenſum & aliarum rerum perceptionem impedit: hoc autem non ſolùm non lædit intellectum, neque impedimento eſt, quominùs alia percipiat, ſed etiam quantò eſt excellentiùs, perfectiuſque percipitur, tantò plurium rerum, ac excellentiorem cognitionem ſecum affert: ita eſt, vt ſæpe eadem cognitione, qua illud percipitur, multa eius effecta ſimul diſtinctè intelligantur. Quod ſi hoc accidit in naturali cognitione, non eſt cur negandum ſit, Beatos cognitione ſupernaturali, ac diſtincta infinitæ eſſentiæ infinitam aliquam multitudinem in ea relucentem diſtinctè percipere. Ita fit, vt cognitio ſupernaturalis, infinitæ multitudinis, in Diuina eſſentia finitè cognita, nec debeat eſſe confuſiſſima, nec infinitè perfecta, quod tamen ſequeretur ex cognitione naturali infinitorum, ſiue in ſe ipſis, ſiue in alia re naturaliter cognita, vt ex dictis patet.

Non omnia, quæ ſimul cognoſci poſſunt, ſimul etiam creari poſſe.

SECVNDVM hoc pacto diſſoluitur: Non eſſe mirum, ſi creatura in Deo cognito plura ſimul cognoſcere valeat, quàm à Deo ſimul creari poſſint, cùm & maius, ſiue perfectius aliquid cognoſcamus, quàm à Deo poſſit effici, ipſum nimirum Deum: & ſimul concipiamus, quæ à Deo ſimul produci nequeunt, propter rei ipſius repugnantiam, veluti motum, tempus, & ſi quæ ſunt alia eſſentialiter ſucceſſiua. Itaque tota repugnantia in effectu eſt, aut in modo efficiendi, cùm tamen nulla ſit in cognitione, aut modo cognoſcendi. Accedit, quòd

by Google

quòd creatio multorum diuidit: cognitio autem eorum in vno non diuidit,ſed vnit,at infinita in ſe ipſis dari non poſſunt: in virtute autem cauſæ primæ,quæ vna eſt,poſſunt.

TERTIVM denique ex dictis diluitur. Dictum eſt enim nõ omnem infinitatem extẽſionis ſupponere infinitatem intenſionis, ſed eam ſolam,quæ omnia omnino poſſibilia complectitur. Adde,peccari etiam in eo,quòd iudicatur omnem infinitatem intenſiuam æquari infinitati Diuinæ. Nam,etſi calor eſſet infinitè intenſus:adhuc tamen nõ eſſet ita infinitus,vt cum infinitate Diuina æquari poſſet. Quod idem diceretur de infinitate actus intelligendi intellectus creati, ſi infinitè intenſus eliceretur. Quod autem addunt,poſſe omnes rerum quidditates, quæ in Diuina eſſentia relucent, habitu cognoſci ab intellectu creato,etſi nobis non placet,tamen quia noſtræ concluſioni nihil officit,aliis nunc diſcutiendum relinquimus.

Non omnem infinitatẽ intenſiuã æquari Diuinæ.

PRIMVM verò ſecundæ opinionis (quamquã ea nihil propoſitæ cõcluſioni aduerſatur) facilè diluetur,ſi dicas, Et ſi omnes rerũ quidditates,etiã ſingulares,naturaliter,ac neceſſariò relucẽt in Diuina eſſentia:non cõtinuò tamen ſequi,cognoſci eas omnes à quouis intellectu, qui Diuinã eſſentiã intueatur,ſed ab eo ſolo,qui illã videat tanta perſpicuitate,quanta ipſa cognoſci poteſt, quod eſt proprium intellectus Diuini. Itaque pro mẽſura luminis Diuinitus cõceſſi,vt quiſque clariùs intuetur Diuinam eſſentiã,ita plures quidditates creabiles cognoſcit: niſi quod eas tantùm,quæ actu exiſtũt,cognoſcit notitia intuitiua. Nũ autẽ omnes actu exiſtentes cognoſcat notitia intuitiua, cæteras verò abſtractiua,ſiue ſimplicis intelligẽtiæ,vt vocatur,alibi exponendũ eſt.

Cognitionem Beatorum in Verbo ad plura,vel pauciora extẽdi pro ratione luminis gloriæ.

SECVNDVM autem quàm parum habeat virium, apertum eſt. Neque enim dici poteſt, deeſſe quicquam ſtatui humanorum bonorum aggregatione perfecto, ſi ei aliquid deſit quod non in humanis bonis,ſed in diuinis numerandum ſit,cuiuſmodi eſt cognitio omnium omnino quidditatum poſſibilium.

Beatitudo.

TERTIVM denique facilè dilues,ſi dicas, etſi maius eſt, videre Diuinam eſſentiam,quàm omnes omnino res creabiles, ſi eæ cognoſceretur in ſe ipſis:non maius tamen eſſe videre Diuinam eſſentiam, quàm videre omnes in ipſa Diuina eſſentia, cum vtrumque fiat eodem actu,eóque infinito,& Diuinæ naturæ proprio.

Solutio argumentorum,quibus infinita in ſeipſis finito tempore videbantur poſſe cognoſci. SECTIO V.

SVPEREST igitur,vt diſſoluamus argumenta ea,quibus infinita in ſeipſis finito tempore videbantur poſſe cognoſci: ad quorum primũ dicendum eſt,quidditatem quidem potentiæ paſſiuæ ex ordine ad actũ adæquatũ intelligendã eſſe,ac proinde quidditatem materiæ primæ ex ordine ad formã ſubſtantialem in cõmuni: materiæ verò cœli,ex ordine ad formã ſubſtantialem inſeparabilẽ,denique materiæ horũ inferiorũ ex ordine ad formã ſeparabilem: at nũ ea cõprehendi poſſit,ex ordine ad potentiã actiuam,& introductiuam formarũ intelligendũ eſſe, Ac ſi materia quidẽ conferatur cũ abſoluta

Potentia paſſiua cognitio.

Materia qua ratione comprehendatur.

Digitized by Google

Dei potentia, nõ dubiũ eſt, quin ſit naturaliter incõprehẽſibilis ab intellectu creato, propterea quòd virtus diuina poteſt in ea introducere, non modò infinitas ſpecie formas, ſed etiam in infinitum perfectiores. Si verò conferatur cum potentia actiua naturali (quæ comparatio in ſola materia horum inferiorum habet locum) veluti cum virtute Solis, aut etiam omnium ſecundarum cauſarum naturalium ſimul: dicendum eſt, eam poſſe comprehendi naturaliter ab intellectu creato, etiam noſtro, quia formis, quæ à cauſis naturalibus introduci poſſunt certus præfixus eſt terminus, ſiue ſingulorum agentium vim ſpectes, ſiue omnium ſimul concurrentium. Eodem penè modo reſpondendũ eſt ad id, quod de magnitudine proponebatur. Nam etſi diuiſiones, quibus magnitudo diuina poteſtate diuidi poteſt, naturaliter percipi nequeunt ab intellectu creato, ſiue ſimul, ſiue ita ſucceſſiuè, vt earum cognitio abſoluatur: eæ tamen, in quas diuidi poteſt per cauſas naturales, poſſunt, id, quod propterea euenit, quia omnibus rebus naturalibus certus paruitatis terminus præfinitus eſt.

Magnitudo quo pacto.

Obiect. SED, vt ad Materiam reuertamur, obiiciat aliquis, non poſſe eã naturaliter comprehendi: non ſolùm quia formæ ſingulares, quas naturaliter recipere poteſt, ſunt infinitæ numero: ſed etiam quia ſpecies ipſæ rerum naturalium poſſunt in infinitum augeri per cauſas naturales: veluti in mixtis inanimatis per varia genera compoſitionum, quas quotidie humana induſtria excogitat, quibus applicando actiua paſſiuis, ſæpè nouæ rerum ſpecies oriuntur, quæ numquam anteà extiterunt: in ſtirpibus item adhibita ſerendi, & inſerendi arte, cuius vſu nouas ſpecies genita videmus: ac denique in animalibus propter commixtionem diuerſarum ſpecierum, vnde tam multiformes partus accidunt in Africa, conuenientibus feris propter aquæ penuriam ad paucos amnes, vt inde exiſtimet Ariſtoteles in ſecundo libro de generatione animalium originem habuiſſe prouerbium illud, *Semper noui aliquid Africam afferre*, quam Ariſtotelis ſententiam tranſtulit Plinius in octauum librum Naturalis Hiſtoriæ. Quòd ſi formæ, quæ naturaliter introduci poſſunt, infinitæ ſunt, præſertim ſpecie, perſpicuum, eſt, materiam horum inferiorum eſſe naturaliter incomprehenſibilem ab intellectu creato. *Cap. 5.* *Lege cap. 16.*

Aphricam ſemper noui aliquid afferre prouerbiũ vnde natum.

Solutio. AD hanc obiectionem, quod quidem attinet ad formas ſingulares, dicendum eſt, earum cognitionem non eſſe neceſſariam ad comprehenſionem materiæ. Nam vt intentio agentium naturalium (primo excepto) non fertur in productionem ſingularis vllius determinati: ita ad comprehenſionem eorum non requiritur vllius certi ſingularis perceptio, nedum infinitorum: quare neque ad comprehenſionem materiæ. Quod verò attinet ad formas ſpecificas, communis Philoſophorum ſententia eſt, eas, quæ naturaliter introduci poſſunt, eſſe finitas. Vnde eſt illud Platonis à Porphyrio relatum in Iſagoge, *non eſſe Philoſopho deſcendendum à ſpeciebus infimis ad indiuidua, quòd illa finita, hac infinita ſint, & ſub ſcientiam cadere non poſſint*, quod idem cùm Ariſtoteles, tum cæteri Philoſophi paſſim in ore habent. Item illud, quod omnes aiunt, circulo quodam eaſdem ſpecies rerum per genera *Ca. de Specie.*

Formæ non infinitæ ſecũdum ſpeciem.

Digitized by Google

nerationem reuerti, non item eadem indiuidua. Et, quod hoc ipſo capite docet Ariſtoteles in eo loco, in quo tranſeuntes, etiam materias, finitas eſſe probat, *Non progredi rectà in infinitum generationes ſecundum ſpeciem, ſed identidem fieri earumdem repetitionem.* Cuius rei argumento eſt finita virtus naturalium cauſarum earúmque determinatio in agendo. Quo poſito, haud dubiè dicent Philoſophi generationes illas, quas obiecimus, etſi videntur procedere in infinitum ſecundum ſpeciem, ſuum tamen habere terminum: vt ſi in aliquibus tandem animal genitum per commixtionem diuerſarum ſpecierum ſequatur naturam ſpecificam agentis: & compoſitum ex diuerſis ſpecie componentibus, tandem aliquando non coaleſcat in tertiam ſpeciem. Quod ſi hoc difficilè quis ſibi perſuadeat, nec credat Philoſophos loqui, niſi de ordinariis ſpeciebus, cùm aiunt eſſe finitas, dicendum illi erit, ad comprehenſionem naturalem materiæ ſatis eſſe ſi cognoſcantur omnes formæ ſubſtantiales præſtantiſſimæ cuiúſque generis infimi, quandoquidem hæ continent, non modò eminenter cæteras, quæ idem genus diuidunt, ſed etiam formaliter omnia formarum ſubſtantialium genera: ac denique introductio ſingulorum eſt ſimillima introductioni cęterarum ſui generis, quod ex ſimilitudine generationum patet, vt canis, & lupi. Quòd ſi obiicias, ergo ſatis erit cognoſcere formam humanam, quæ eſt omnium perfectiſſima, & eminenter continet cęteras negandum illis id erit: forma enim humana, nec continet formaliter omnia ſubſtantialium formarum genera, nec eius introductio eſt ſimilis omnium aliarum introductionibus, quemadmodum nec generatio humana generationibus aliarum omnium rerum naturalium, vt ignis, aut aquæ: nec omnium etiam animalium, vt ouiparorum, &c. Quocirca ſatis putat Philoſophus naturalis ſe explicare vim materiæ, ſi modos ſpecialium generationum tradat, etſi ſub eundem cadant multæ, aut forſitan infinitæ. Quod ſi hanc materiæ cognitionem non libenter appellaueris comprehenſiuam, dicent quęſtionem eſſe de nomine, tametſi affirmatiuam partem approbandam iudicabunt, cùm in ea non ſit ſermo de omnino comprehenſiua cognitione, ſed de comprehenſiua naturali, ſiue quam viribus naturæ conſequi poſſumus.

Obiectionis dilutio. *Forma humana non cõtinet formaliter omnia formarum genera.*

AD ſecundum dicendum eſt, Primum quidem, comprehenſionem naturalem potentiæ actiuæ creatæ non requirere perceptionem omnium indiuiduorum, imo ne vnius quidem determinatè, vt dictum eſt de comprehenſione naturali materiæ. Deinde, ſi quis admittat multiplicatione ſpecierum in infinitum per cauſas naturales: ſatis forè ad comprehenſionem agentium naturalium, ſi percipiantur perfectiſſimæ omnes ſpecies infimorum generum, quæ ab eis effici poſſunt: vt dictum eſt de materia. Quod ſi obiicias, ergo agentia naturalia eſſe infinitæ perfectionis, ſi poſſunt introducere formas ſubſtantiales infinitas ſecundum ſpeciem, neganda erit conſequentia. Neque enim poſſunt formæ ſubſtantiales ita in infinitum augeri ſecundum ſpeciem, iuxta hanc ſententiam, vt earum perfectio in infinitum poſſit eſſe maior. Nam in animantibus genitis à diuerſis ſpecie, ſemper

De cõprehenſione potentiæ actiuæ naturalis. *Obiectio 1.* *Dilutio.*

Digitized by Google

genitum degenerat à perfectiori, vt mulus ab equo. In cæteris autem, etſi ex duabus ſpecibus poteſt generari perfectior, vt in pleriſque vnguentis & medicamentis patet: non procedet tamen hoc in infinitum: quia virtus cœli, cui eorum generatio tribuenda videbitur, certa & præfinita eſt, neque ex quacunque rerum coniunctione tertiam efficiet ſpeciem. Quod potiori ratione dicendum erit de cæteris agentibus inferioribus ſi eorum virtute fiat generatio vnius ex multis. Itaque ordo perfectionis huiuſmodi formarum, ſi dabitur in infinitum, ſimilis erit ordini partium proportionalium, quæ continentur in qualibet finita magnitudine: nó autem ordini numerorum, qui ita progrediuntur in infinitum, vt excedant quamcunque datam multitudinem.

Obiectio 2. SI illud quoque obiicias, quod paulò antè dictum erat, virtutem agentium naturalium eſſe certam, & determinatam: ergo non poſſe producere in infinitum diuerſas ſpecie formas: duobus modis pro ea ſententia reſponderi poteſt. *Prima ſolutio.* Primùm virtutem agentium naturalium eſſe certam & determinatam, quoad vltimum potentiæ, vt dici ſolet, ſiue quoad perfectiſſimum effectum cuiuſque, vt virtus canis ad generandum canem: at infra perfectiſſimum effectum, nihil repugnare varietatem infinitam, vt in caloris etiam effectu cernere eſt quoad graduum varietatem. *Poſterior.* Deinde ſingula quidem agentia per ſeſe, & reſpectu determinatæ materiæ ſecundæ, aut adiuncto certo alio, & determinato agente determinatum effectum habere: at cum alia atque alia materia, aut alio atque alio agente coniuncta poſſe habere alia atque alia effecta: quo pacto ſol cum equo & equa generat equum: cum equa & aſino, mulum: atque hoc pacto iuxta hanc ſententiam poſſe dari proceſſum in infinitum.

Species intelligibiles Angelorum. AD tertium dicẽdum eſt, vt ſpecies intelligibiles Angelorum comprehendantur, ſatis eſſe, ſi percipiantur naturæ generales, & ſpeciales, quas repræſentant, in quibus per ſe ſcientia conſiſtit: harum autem naturarum in nulla eiuſmodi ſpecie repræſentari infinitas. Eas enim ſolas generales, & ſpeciales naturas referunt (plures tamen vel pauciores pro cuiuſque ſpeciei præſtantia) ex quibus mundus à Deo conſtitutus eſt, quas paulò antè ordinarias appellauimus. Nam vt ex his cæteræ multiplicari poſſunt, ſiue ad certum numerum, ſiue in infinitum: ita & intelligi poſſunt per ſpecies quibus hæ repræſentantur. Neque verò ad comprehenſionem repræſentãtium requiritur perceptio eorum omnium, quæ quomodocumque repræſentantur (hoc enim pacto nullum repræſentans comprehendi poſſet ab intellectu creato) ſed eorum tantum, ad quæ illa immediatè repreſentáda vim habent: Quo autem modo huiuſmodi ſpecies repræſentent infinita indiuidua, & quo pacto indiuidua per eas intelligantur, & quæ contra hoc ſpecierum genus obiicit Scotus, ſuo loco patebit.

Cur partes omnes proportionales, continue ſucceſsiue ab Angelo cognoſci nequeant. AD quartum dicendum eſt fieri non poſſe, vt Angelus intelligat ſucceſſiuè omnes partes proportionales columnæ, & per inſtantia, quibus copulantur partes horæ proportionales, primùm, quia ſequeretur deſignatas eſſe in fine horæ partes proportionales columnæ: intelligere

telligere enim ſucceſſiuè atque ordine partes cuiuſque magnitudinis percurrere eas mente atque deſignare eſt: hoc autem ſi fieret à capite ad baſim, iam deſignata eſſet vltima pars, vt ſuperius oſtenſum eſt. Deinde, quia eadem incommoda accidunt ex deſignatione atque ex reali diuiſione: aut ſi non eadem omnia, ſaltem Angelus, qui poſſet eas partes deſignare, poſſet etiam deſignãdo, realiter diuidere: data autem reali diuiſione prædicta, iam in aliqua vna dumtaxat earum ineſſet prædicta ſuperficies, nec enim in pluribus ineſſet, quia omnes iam eſſent à ſe inuicem realiter diuiſæ. Ex qua re, quæ incommoda ſequantur, ad primam cõcluſionem dictum eſt. Tertiò, quia aut inter eam intellectionem, quàm Angelus eliceret in fine horæ, & omnes alias intellectiones pręcedentes mediaret aliquid temporis, aut nihil. Si nihil: ergo intellectiones eiuſmodi non proceſſiſſent per inſtãtia inter ſe diſtantia, vt ſupponebatur: ſi aliquid: ergo illud eſſet diuiſibile, & indiuiſibile: diuiſibile, quia pars horę: indiuiſibile, quia alioqui iam eſſet actu diuiſum per alias intellectiones Angeli, quæ tamen nullæ eſſe potuerunt. Inuoluit enim cõtradictionem intercedere aliquam potuiſſe inter eam, quæ eliceretur in vltimo inſtanti horæ, & omnes præcedentes. Poſtremò, quia ſi id facere poſſet Angelus per inſtantia proportionaliter diſtantia, poſſet quoque per omnia: ſunt enim mediata omnia, nec ex parte aut Angeli aut temporis vllum eſſet impedimentum: at ſi quemadmodũ id mente fieret, ita columna re ipſa diuideretur (quod ſimul Angelus æquè poſſet facere) iam columna eſſet re ipſa diuiſa in omnes omnino ſui partes quę eædem omnes abſoluta hora eſſent diuiſibiles, & indiuiſibiles: igitur fieri non poteſt, vt Angelus ſucceſſiuè intelligat infinita per inſtãtia proportionaliter diſtantia tẽporis finiti.

Ad vltimum ponamus, eiuſmodi imagines eſſe qualitates viſibiles, & quæ immediatè licet minùs principaliter, terminent aſpectum, quod argumentum ponere videtur: Hoc ſi quis probet, hunc in modum, reſpondeat neceſſe eſt: ſi illæ ſunt infinitæ, rectè occurſum eſſe, hominem pergentem ad ſpeculum cognoſcere infinita: ſed tamen non ea diſtinguere, ſeu, quod idem eſt, non ea cognoſcere, vt infinita: quod ſuperſtitioſe ſic exprimerent quidam recentiores Dialectici, Infinita quidem illum cognoſcere, ſed non cognoſcere infinita. Propoſitio enim Ariſtotelica, qua pronunciatur, non poſſe infinita finito tempore cognoſci, de diſtincta cognitione planè intelligenda eſt, vt patet ex ipſa quæſtionis initio. Sed quid de Angelis? An non illi eas imagines diſtinctè cognoſcere poterunt, cùm ad intelligendum non egeant adminiculo ſenſuum? Quod ſi dicas, infinitas quidem imagines generari in ſpeculo obiecto, ſed tamen ne ab Angelis quidem eas omnes poſſe diſtinctè intelligi propterea incommoda, quæ in confirmatione primæ concluſionis propoſita ſunt: Primum obſtat id, quod additur in argumentatione, difficillimum eſſe creditu, fieri, naturaliter multitudinem aliquam ſucceſſiuam diſtinctorum entium, nec eam ab vllo intellectu creato ſucceſſiuè percipi, ac diſtingui poſſe. Deinde obſtat libertas, qua Angelus in quolibet temporis momento, intelligere poteſt quoduis corporeum

Exponitur propoſitio Ariſtotelis.

Reſponſio.

Impugnatio.

poreum accidens, quod tunc exiſtat, ac proinde imaginem vultus in eo momẽto impreſſam in ſpeculum. Quod ſi velit intelligere omnes, quæ gignuntur in omnibus momentis horæ cõtinua proportione diſtantibus: nihil iam erit, quod impediat. Iam enim conſtabit, nihil id repugnare ex parte effectus, cum ponantur infinitæ imagines, ſucceſſiuè genitæ in ſpeculo, finito temporis ſpacio. Tertiò quia incommoda, ob quæ infinita finito tẽpore ſucceſſiuè intelligi non poſſe oſtendimus, eadem eueniunt, ſi infinitæ imagines eodem modo gignantur: quod facilè intelliges, ſi ad primam & ſecundam argumentationem vel leuiter attendas: tertiam verò hoc pacto imaginibus accommodes, ſi in quolibet momento eius temporis generetur noua omnino imago, fore, vt illius temporis detur pars vltima, & non vltima diuiſibilis & indiuiſibilis. Nam cùm momẽta non ſint immediata inter ſeſe, neceſſariò fit, vt inter generationem vltimæ imaginis, quæ generabitur in vltimo inſtanti eius temporis, & generationes aliarum omnium mediet pars aliqua temporis, quæ eadem & diuiſibilis erit, quia pars, & indiuiſibilis, quia nullum complectetur momentum, ponimus enim in omnibus iis, quæ vltimum præceſſerunt, genitam fuiſſe aliquam imaginem, & quærimus partem interiectam inter vltimum, & reliqua omnia, quæ pars nullum omnino momentum complectatur neceſſe eſt. Ita fiet, vt eadem quoque pars, & ſit vltima, quia in alias minores diuidi non poteſt, & non vltima, quia poteſt, cùm ſit pars temporis. Poſtremò, quia ſi eæ imagines ſucceſſiuè infinitæ eſſent, ſucceſſiuè quoque à Deo, à quo præcipuè penderent intelligi poſſent, poſito eo quod fieri nequit, Deum intelligere poſſe ſucceſſiuè: at dictũ à nobis erat, ne à Deo quidem poſſe intelligi infinita ſucceſſiuè, & incipiendo, etiam ſi diuinus intellectus ſucceſſiuè intelligere poſſe fingatur.

Nõ poſſe ſucceſſiuè tẽpore finito infinitas rerũ ſimilitudines produci.

Cognitionem diuinam ſucceſſiuam eſſe non poſſe.

Alia ſolutio.

Dicendum eſt igitur iuxta hypoteſin initio reſponſionis factam, imagines eo pacto in ſpeculo genitas, non eſſe infinitas, ſed vnam dumtaxat: quæ continua generatione fit maior, cùm quis ad ſpeculum accedit, Nam cùm motus accidentis ponatur continuus: neceſſariò efficitur, vt generatio quoque imaginis ſit continua, & non interrupta: quod autem continuum eſt, non eſt multa, ſed vnum. Præterea viſio eius imaginis eſt vna: ergo & imago vna. Quare non generantur aliæ, atque aliæ imagines in aliis, atque aliis momentis eius temporis, ſed quæ primo illius momento genita eſt, eadem in toto, & in ſingulis eius partibus augetur, ac proinde in cæteris omnibus momentis aucta eſt. Nec tamen ea ita augetur, vt eædem partes, quæ antè erant incipiant eſſe in alia parte ſubiecti, in qua non erant, aut maior imago componatur ex minore. Fluit enim imago illa, cum mouemur; ſtat, cùm ſtamus, neque quicquam eius, quod in vno momento exiſtit permanet in alio, ſi locum mutemus. Idem accidit, cùm corpus continuè & mouetur loco, & augetur. Nam exiſtentia continua in loco, quem continenter acquirit, eſt vna numero duntaxat, quæ toto tempore fit longior ſucceſſione, & maior occupatione ſpatij, nec poteſt eſſe multæ numero, niſi vel reali diuiſione per quietes

interrum

interrumpentes motum, vel deſignatione per diſtinctos deſignandi actus: at neque quietes interrumpentes, neque actus deſignantes poſſunt eſſe infiniti, vt ex dictis patet: non acquirit igitur corpus, quod eo pacto mouetur, exiſtentias in loco infinitas, quare neque in ſpeculo gignuntur infinitæ imagines. Verùm prædicta imaginum ſuppoſitio magis popularis eſt, quàm Philoſophica. Probát enim Perſpectiui nullam imaginem videri in ſpeculo, ſed aſpectum immediatè terminari per radios reflexos ad rem ipſam obiectam ſpeculo. Vſi tamen ſumus ea ſuppoſitione, quia etſi vera eſſet, nihil incommodi accideret, contra concluſionem argumento impugnatam.

In ſpeculo non imaginem rei, ſed rem ipſam immediatè videri.

Abſolutè igitur, & vt res habet, dicendum eſt, cùm quis in ſpeculum mouetur, idcirco in illo videri continenter augeri imaginem vultus, quia baſis trianguli viſualis, quæ eſt in vultu ipſo, continenter fit propinquior angulo viſuali oppoſito, qui eſt in potentia viſiua, in qua triangulus viſualis reflexus terminatur; ac proinde linea diuidens eiuſmodi triangulum in duas dimidietates, hoc eſt, in partem directam, & reflexam (quæ linea eſt in ſuperficie ſpeculi) continenter fit maior. Num autem radij viſuales facientes eiuſmodi triangulum, ſint ſpecies ipſæ viſibiles, quæ progrediantur à vultu, & reflectantur ad oculos, an aliquid aliud: & quo pacto iidem radij in ſpeculum directè incidant, & reflectantur ad oculos, ac denique num in prædicto motu aliqua qualitas ſucceſſiuè fiat extenſior in ſpeculo: alio fortaſſe loco exponemus. Illud nũc ſatis ſit, ſi qualitas aliqua ibi ſucceſſiuè ſit extenſior, idem de ea dicendum eſſe, atque dictum eſt de imagine, quam videmur videre in ſpeculo.

Vera argumẽti ſolutio.

CAPITIS TERTII EXPLANATIO.

Vis conſuetudinis in diſciplinis capeſcẽdis.

D Iſcendi autem rationes. In hoc capite, quod eſt tertia huius libelli pars, docet Ariſtoteles quinam modus tenendus ſit in inueſtigatione veritatis. Quoniam verò conſuetudo ſæpè in cauſa eſt, vt plerique certiores rationes flagitent, quàm patiatur natura rerum, de quibus agitur, aut infirmioribus cõtenti ſint, quàm earum certitudo poſtulet, oſtendit Ariſtotel. initio capitis, quantam vim habeat conſuetudo in perdiſcendis diſciplinis, vt inde pateat quantum impedimenti eis perdiſcendis afferri poſſit, ſi aliter atque res poſtulet, ſcientiæ tractentur: cum enim ferè ſolum docendi modum probat quiſque, quo ipſe longo tempore diſcere conſueuit. Vnde fit, vt quæ ab antiqua diſcendi conſuetudine noſtra videntur abhorrere, ea tanquã peregrina & parum ſimilia iis, quæ ante didicimus, facilè repudiemus. Cauſam verò huius rei eam eſſe ait, quia quod cõſuetum eſt, id nobis notius eſt. Quocirca cùm nemo diſcat, niſi ex ſibi notioribus, ea ſola accipit quiſque tamquam notiora ſibi, idque putat ſe abſque periculo errandi fidem habere poſſe quibus ex longo tempore aſſuetus eſt. Diximus autem. *Diſcendi rationes*, pro eo, quod

Conſueta notiora eſſe.

ΚΕΦ. Γ.

Αἱ [a] δ' ἀκροάσεις κατὰ τὰ ἔθη συμβαίνουσιν. ὡς γὰρ εἰώθαμεν, οὕτως ἀξιοῦμεν λέγεσθαι· καὶ τὰ παρὰ ταῦτα, οὐχ ὅμοια φαίνεται, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσυνήθειαν ἀγνωστότερα, καὶ ξενικώτερα. τὸ γὰρ σύνηθες γνωριμώτερον. ἡλίκην δὲ ἰσχὺν ἔχει τὸ σύνηθες, οἱ νόμοι δηλοῦσιν, ἐν οἷς τὰ μυθώδη καὶ παιδαριώδη μεῖζον ἰσχύει τοῦ γινώσκειν περὶ αὐτῶν διὰ τὸ ἔθος. ¶ οἱ [b] μὲν οὖν, ἐὰν μὴ μαθηματικῶς λέγῃ τις, οὐκ ἀποδέχονται τῶν λεγόντων· οἱ δ' ἂν μὴ παραδειγματικῶς· οἱ δὲ μάρτυρα ἀξιοῦσιν ἐπάγεσθαι ποιητήν. καὶ οἱ μὲν πάντα ἀκριβῶς· τοὺς δὲ λυπεῖ τὸ ἀκριβές, ἢ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνείρειν, ἢ διὰ τὴν μικρολογίαν. ἔχει γάρ τι τὸ ἀκριβὲς τοιοῦτον. ὥστε καθάπερ ἐπὶ τῶν συμβολαίων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἀνελεύθερον εἶναί τισι δοκεῖ. διὸ [c] δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον. ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην, καὶ τρόπον ἐπιστήμης. ἔστι δ' οὐδέτερον ῥᾴδιον λαβεῖν. ¶ τὴν [d] δ' ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν

Text.14. *Text.15.* *Text.16.*

ἀκροάσεως nomen quid hoc loco ſignificet.

Græcè eſt, *ἀκροάσεις*, id eſt, *auſcultationes*, ſiue *auditus*, quia nomen *ἀκροάσεως* non ſumitur hoc loco quemadmodum in inſcriptione librorum de Phyſica auſcultatione, in eáque diuiſione librorum Ariſtotelis, qua alij dicuntur auſcultatorij, alij exoterici. Complectitur enim Ariſtoteles in hoc capite verbo *ἀκροάσεως* omnia diſcendi genera, etiam parum accurata, cuiuſmodi eſt ratio diſcendi per exempla teſtimonia, &c.

Plus aliquando cõſuetudinem veri

Hoc loco com. 20.

[b] *Quantum porrò vim.* Quantam vim habeat conſuetudo, ex eo etiam confirmat, quia nonnunquam plus poteſt conſuetudo, quàm aperta veritas. Multa enim planè fabuloſa & puerilia tradebantur in legibus, & ſtatutis Ethnicorum, quibus contra apertam veritatem propterea habebatur fides, quòd populus iis audiendis aſſuetus eſſet, vt quòd homines eſſent ex ſatis dentibus procreati, ac proinde pro terra matre pugnare oporteret, quod exemplum eſt apud Alexan. forſitam ſcriptum reperit in antiquis legibus alicuius Reipublicæ.*

** Fortaſſe tamen nomine τῶν νόμων intelligit Ariſt. veteres quaſdam cantilenas. lege illum in Probl. Sect.19.q 28.*

...rte doce...

[c] *Quidam igitur niſi.* Exponit quàm variè homines doceri velint propter varium diſcendi modum, cui aſſueuerunt. Nam qui in Mathematicis longo tempore verſati ſunt, non alium probandi modum, quàm Mathematicum admittunt. Qui verò per exempla diſcere conſueuerunt, exemplis quoque omnia ſibi explanari volunt. Iam qui in Poëtis ætatem triuerunt, niſi quis teſtem Poëtam producat, ferè audire contemnunt. Sunt qui omnia ſibi accuratè, ac perfectè explicari

cari

cari cupiant, quod eo pacto diſcere aſſueuerint. Alios, qui parum res diſcutere, & rudi Minerua tranſigere ſolent, omne accuratum, ac ſubtile docendi genus offendit. Quoniam verò *conſuetudo* vt aiunt, *altera natura eſt*, nihilque ab vno per conſuetudinē fit, quod alteri per naturam contingere non poſſit, perſpicuum eſt: variam quoque hominum conſtitutionem, & peculiarem cuiuſque naturam in cauſa eſſe poſſe, vt alij aliter doceri velint. Nam qui ſunt tenacis imaginationis, parúmque eleuatum intellectū habent & parum liberū à phātaſmatibus, omnia ſibi more Mathematico tradi poſtulāt. Qui verò ratiocinandi facultate non admodū valent, exēplis delectantur. Qui autē ſuo iudicio quaſi parum perſpicaci diffidunt, omnia aliorū teſtimonio cōfirmari volunt Iam qui ingenio pollent, non niſi ſubtili & accurato docendi genere gaudēt: niſi res ſint eiuſmodi, vt nō admodum certas demonſtrationes patiantur: etenim ad defectū ingenij pertinet omnia accuratè, ac ſubtiliter doceri poſſe exiſtimare Demum, qui ſubtile docendi genus aſſequi non poſſunt, aut vt in contractibus & contentionibus, ſic in diſciplinis illiberale eſſe putant, minutiſsima quæque perſequi & quaſi ad calculos reuocare, ac rudi Minerua omnia ſibi exponenda cenſent. Ita fit, vt quemadmodum conſuetudo, ſic etiam naturæ particularis conſtitutio ſæpe in cauſa ſit, vt res quarum ſcientia quæritur, aliter atque debeant, tractentur.

Conſuetudo altera natura.

CAPVT III.

Diſcendi [a] autem rationes conſuetudinibus reſpondent: vt enim ſoliti ſumus, ita rem exponendam eſſe cenſemus: & quæ præter hæc dicuntur, haud ſimilia vidētur nobis, ſed propter inſolentiam ignotiora, magiſq́ peregrina. Quod enim conſuetum eſt, id notius eſt. Quantam [b] porro vim habeat conſuetudo, leges declarant, in quibus fabuloſa, & puerilia plus valent, propterea quòd eis aſſueti ſumus, quàm quæ de iis rebus cognitio habetur. ¶ Quidam [c] igitur, niſi Mathematicorum more quis doceat, neminem dicentem admittunt: Alij, niſi exemplis vtaris, nihil approbant: Alij Poetam teſtem producendū volunt. Ac alij quidē omnia accurratè docēda exiſtimāt: alijs ipſa exquiſita docendi ratio moleſta eſt, ſiue quòd rem complecti nequeant, ſiue quòd eam diligentiam nimiam eſſe iudicent. Habet enim tale quiddam, id quod accuratum eſt. Vnde fit, vt quemadmodum in contractibus, ita in diſputationibus illiberale quibuſdā id eſſe videatur. Quapropter [d] inſtitutus eſſe quiſque debet, quo pacto ſingula approbanda ſint: quoniam abſurdum eſt ſcientiam ſimul, & ſcientiæ modum quærere: præſertim cum neutrum aſſequi facile ſit. ¶ Mathematicorum [e] autem accurata docendi ratio non in

Textus 15. Alex. com. 21. D. Tho. lect. 5. p. 4. Alber. c. 13 Aue. cōm. 15.

Textus. 16.

[a] *Quocirca inſtitutus.* Tradit duo documenta, quibus non modò occurrit vtrique impedimento conſuetudinis, & particularis naturæ, ſed etiam docet quo pacto veritas in diuerſis ſcientiis ſit inueſtiganda, quod ipſi præcipuè propoſitum erat in hoc libro. Eorum alterum generale eſt, ſpeciale alterum. Generale eſt, vt ante omnes alias ſcientias quæratur modus ſciendi, hoc eſt, diſciplina ea, quæ modū ſciendi tradit. Ita his verbis docet Ariſtoteles, ante omnia dādam eſſe operam Dialecticæ, ſiue Logicæ, vt Alex. D. Thom. Mag. Alb. & Comment. exponunt. Hæc enim docet, quibus rebus, quæ probandi ratio, ac tractatio conueniat, vt patet ex libris Analyticis, & Topicis Num autem Ariſt. cùm diſtinguit Dialecticam à ſcientia, velit eam à numero ſcientiarum excludere, an verò ſolùm diſtinguere ab his ſcientiis, quæ ita ſunt ſcientiæ, vt non etiam tradant modum ſciendi paulò pòſt expendemus.

Ante alias ſcientias modum ſciendi, quærendū eſſe.

[e] *Mathematicorum autem.* Speciale documentum eſt. Initio cuiuſque ſcientiæ percipiendas eſſe res, in quibus illa verſatur, quæ ſi materiæ ſenſibilis, ac proinde mutabilitatis expertes fuerint, & à nobis, vt eiuſmodi ſunt, conſiderari potuerint, veluti eæ, quæ à Mathematicis tractantur: tum demum poſcendæ à nobis erunt accuratæ demonſtrationes. Sin autem materiæ, ac mutabilitatis participes, vt

Initio cuiuſq; ſciētiæ eſſe cognoſcenda ea, in quibus ide verſatur.

pes, vt

pes, vt forſitan res omnes naturales: tunc minus certas ac perfectas demonſtrationes flagitabimus. Quòd ſi immutabiles quidem fuerint, & tamen non per ſeipſas, ſed per eas, quæ mutabiles ſunt, neceſſariò à nobis cognoſcendæ fuerint, cuiuſmodi ſunt res metaphyſicæ: aliquantò minus exquiſitas rationes expectabimus lege pro iis quæ hoc loco ab Ariſtotele dicuntur, caput tertium primum Ethicorum. Dixi, *Materia ſenſibilis*. quia intelligibilis materia, qua cõſtant res Mathematicę, vt non eſt cauſa mutabilitatis & inconſtantiæ, ita non impedit accuratam & exquiſitam demonſtrandi rationem.

ἐν ἅπασιν ἀπαιτητέον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην, διόπερ οὐ φυσικὸς ὁ τρόπος· ἅπασα γὰρ ἴσως ἡ φύσις ἔχει ὕλην. διὸ σκεπτέον πρῶτον τί ἐστιν ἡ φύσις. οὕτω γὰρ καὶ περὶ τίνος ἡ φυσικὴ δῆλον ἔσται, καὶ εἰ μιᾶς ἐπιστήμης ἢ πλειόνων τὰ αἴτια, καὶ τὰς ἀρχὰς θεωρῆσαί ἐστιν.

An in Cœleſtibus corporibus materia ſit, & qualis ſecundum Ariſtotelem: & num de intellectu noſtro locus ſit intelligendus.

Materia cœli qualis.

ILLVD tamen aduerte, Ariſtotelem, cùm ait fortaſſe omnem naturam, hoc eſt, res omnes naturales materiam habere, non dubitare quin materia ſit in cœleſtibus corporibus, quippe qui in capite ſuperiori [a] apertè dixerit, in omni re, quæ mouetur, neceſſariò intelligendam eſſe materiam: & lib. 12. c. 2. [b] aliiſque locis planè fateatur in cœlis eſſe materiã: ſed ea de cauſa videri vti particula *fortaſſe*: quia materia cœlorum diuerſa eſt à materia rerum corruptibilium, vt ipſe perſpicuè docet vltimo ex citatis locis, & lib. 8. vbi ait, *in perpetuis ſubſtantiis naturalibus fortaſſe non eſſe materiam, aut non talem qualis eſt in rebus caducis & mortalibus*. Id quod vel ideo dicit, quia materia cœlorum, etſi eſt pura potentia, eſt tamen diuerſa à materia rerum corruptibilium, vt eſt ſententia D. [c] Thom. & aliorum complurium: vel quia eſt ſubſtantia ſimplex actualis, & vt putat [d] Auen-rois, Albertus, aliique nonnulli, potentia ad Vbi duntaxat, atque æquiuocè dicta materia, quo pacto intelligendum eſt Alexan. hoc loco, [e] cum ait, Ariſtotel. verbo *fortaſſe*, ſignificare *non eſſe in cœlo materiam*, ſignificauit enim, vt ipſe credit, non eſſe materiam primam ſiue puram potentiam, non autem nullam omnino. Si enim cœlos materiæ ſenſibilis expertes eſſe docuiſſet, profectò Mathematicorum accuratam docendi rationem in eis expectandam eſſe exiſtimaſſet, cùm tamen proximè ſcripſerit, Mathematicorum demonſtrandi modum non eſſe naturalem. Auen-rois exiſtimat idcirco Ariſtotelem adhibuiſſe verbum *fortaſſe*, vt innueret, excipiendum eſſe intellectum noſtrum, quem ille putat eſſe formam per ſe ſubſiſtentem, ac proinde non habentem materiam in qua ſit. Hæc tamen expoſitio præterquam quod grauiſsimum errorem ſupponit, ideo etiam non placet, quia non dubium eſt, quin Ariſtotel. hoc loco Naturæ nomine intelligat res naturales, quemadmodum libr. 12. cap. 7. cùm ait, *Ab hoc principio, tum cœlum, tum natura pendet*. Namque res naturales ſunt, quæ materiam habere dicuntur, non formæ ipſæ, quæ magis dicuntur eſſe in materia, quàm habere materiam. At intellectus non eſt naturalis, cùm non ſit mobilis. Sed neque ſi nomine naturæ formam phyſicam intelligeret

Lex. 12. c. 4.

Reijcitur prima Auenrois interpretatio.

[a] *Text. 12.*
[b] *Text. 10. & 1. de Cœl. c. 9. text. 95. & alibi Scot. hoc loco idem ſentit.*
[c] *D. Tho. hic lect. 5. p. 5. & 1. par. q. 66. ar. 5. & Caie. ibi. & Capr. 2. diſt. 9. concluſ. 2.*
[d] *Auenr. hoc loco com. 16. Alber. c. 13.*
[e] *Com. 21.*

Digitized by Google

telligere,expoſitio eſſet ad rem.Intellectuş enim is, qui Auẽ-rois ſententia non eſt in materia, non cenſetur ab eo forma phyſica. Aliam etiam comminiſcitur Auen-rois expoſitionem,vt nomine Naturę intelligantur res omnes: quo forſitam modo Ariſt.in loco citato intelligẽdus eſt,& nos dicimus hoc vel illud eſſe in rerum natura.i.in rebus ſiue in tota rerum vniuerſitate. Verũ obſtat, quòd res mathematicæ planè,& vt ipſe proximè ſenſerat, carẽt materia ſẽſibili,de qua ſola hic eſt ſermo quicquid dicendum ſit de cæteris rebus.Ariſt. autem nonnumquã adhibet particulam *fortaſſe.* non quia dubitet omnino de pronunciato,ſed aut modeſtię cauſa,aut quia eo loco non agit ex inſtituto de re propoſita. Itaque ſola prima expoſitio amplectenda eſt.

3. de anima tom. 5.

Reÿcitur ſecunda.

non in omnibus poſtulanda eſt, ſed in iis quæ materiam non habent. Quo fit, vt is modus naturalis non ſit. Fortaſſe enim omnis natura materiam habet. Quocirca conſiderandum eſt primùm, quid ſit natura: hoc enim pacto, & in qua re naturalis philoſophia verſetur: & vniuſne ſcientia, an plurium ſit,cauſſas, & principia contemplari, perſpicuum erit.

Initio com. in 2. Met.

t *Quocirca conſiderandum.* Ex hoc potiſſimùm loco Franciſcus Beatus, Sadoleto Cardinali patrono cùm aliis argumentis, tum præcipuè duobus probat, libellum hunc exordium eſſe ſecundi lib.Phyſ.Vnum eſt,quia,quæ hic proponuntur explicanda,non tractantur in hoc opere,ſed in 2.Phyſ.Hic enim dicitur agendũ eſſe primùm de natura,de qua tamen non agitur in hoc opere, niſi poſt duos ſequentes libros,cùm alia quamplurima explicantur attributa communia, quæ in quintum librum gratia explicandæ eorum analogiæ congeſta ſunt, ſecundus autem Phyſicorum per omnia huic exordio reſpondet.Alterum eſt,finis libri primi huius operis nullam habet connexionem cum initio huius,ſed optimè conuenit cum initio ſequentis libri,quem nos per errorem tertium appellamus,fini autem primi Phyſ. optime reſpondet principium huius:extrema enim verba primi Phyſ.hæc ſunt. (*Rurſus autem alio principio ſumpto dicamus*) ſecundus autem Phyſicorum,niſi hoc quaſi proœmium præponatur,non exorditur ab alio principio,ſed à quadam diuiſione rerum naturaliũ à non naturalibus, vt plane ſit mutilus,niſi hoc velut exordium præponatur.

Primum argumentũ pro opinione Frãciſci Beati de ordine huius libri ad reliquos Ariſtotelis.

An hic liber ad initium primi Phyſicorum pertineat.

Hoc loco lect. 5. p. 5.

Refellitur hæc opinio,& eius argumẽta ſoluuntur.

VERVM hi auctores primùm quidem,& omnibus Græcis & Latinis repugnant,quod non ideo minùs incommodum eſſe putandum eſt, quòd ipſi apertè id fateantur.Deinde, nihil propoſitis argumentationibus concludunt.Ad priorem enim dicendũ eſt cum D. Thoma.Ariſtotelem non docere his verbis,quomodo procedendum ſit in hoc opere,ſed in naturali Philoſophia, in qua proximè dixerat,non eſſe requirendam illam accuratã docendi rationem,quam patiuntur res mathematicæ.Modum autem naturalem in tribus ait conſiſtere.Primum eſt,vt ante omnia intelligatur, quid ſit Natura, quod Ariſt.initio ſecundi Phyſ.colligit ex differentia naturalium ab artificibus, Secundum, vt ex ratione naturæ oſtendatur, quatenus Philoſophus naturalis ſe poſſit extendere, ſiue quas res proprias tractare debeat, quas Mathematico, & primo Philoſopho relinquere, quod fit ſecundo

Modus procedendi in Philoſophia naturali tenendus.

cap. 1. à tex. 1.

à text. 16.

cap.eiuſdem lib. Tertium, vt ex collocatione cauſarum inter ſeſe diſquirat, omnes'ne ad ſe pertineant, an ad primum Philoſophum omnes, an verò quædam ad ſe, aliæ ad illum, quod fit eodem lib. cap. 7. in quo Ariſt. docet, eas tandem cauſas, quæ ita mouent, vt non moueantur ipſæ, non pertinere ad Philoſophum naturalem, plenè nimirum ac omnino, quaſi de quibus ipſe attributa omnia diſquirere atque oſtendere poſſit. *à text. 70.*

Obiectio prima. Q V O D ſi quis obiiciat, ergo primum librum Phyſ. nõ pertinere ad Philoſophiam naturalem, quòd antecedat cognitionem Naturæ, à qua inchoandum hic dicitur in ea ſcientia. Deinde, multam eſſe hanc libri tractationem, ſi ea pertinet ad hoc opus, cùm non tradat, quo pacto procedendum ſit in Metaphyſica: hunc in modum occurrendum eſt. primum Phyſicorum librum, etſi pertinet ad Phyſicam, multa tamen *Solutio prima* accipere ex Metaphyſica: incipit enim à generali diuiſione principiorum in vnum & multa, & multorum in finita & infinita, &c. Secundũ autem librum ſtatim exordiri à diſtinctione rerum naturalium ab artificioſis, quæ propria & peculiaris eſt Phyſico. At hoc loco ſermonem eſſe de proceſſu omnino Phyſico. Quod ſi in hoc libello non traditur modus procedendi in Metaphyſica: ſatis tamen eſſe, ſi tradatur, quo pacto inchoanda ab eo ſit tractatio, quæ propriè ſit Metaphiſica, nempe à cauſis, quæ excedunt tractationem Phyſicam, quod fit libro. 12. in quo ex motu ſempiterno colliguntur cauſæ mouentes immobiles, quæ ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, de quibus deinceps tametſi breuiter agitur. Itaque pauca dicturo Ariſt. de ſubſtantiiis ſeparatis, ſatis fuit, pauca etiam hoc loco inſinuaſſe de tranſitu à rebus mobilibus ad immobiles.

Modus in prima Philoſophia tenendus. Q V O D ſi verba illa, *Quid ſit natura*, non propriè ſumantur, ſed vt ſit ſenſus, Quæ & quales ſint res naturales, quemadmodum. Naturæ nomen proximè acceptum erat: dici poteſt cum Alex. in ſecunda expoſitione huius loci, docere Ariſtotelem in hac vltima capitis particula, eum modum inueſtigandi veritatem tenendum eſſe in reliqua Philoſophia contemplatiua, vt priùs diſſeratur de rebus naturalibus, quàm de diuinis & materiæ expertibus. Qui enim fuerit in doctrina rerum naturalium exercitatus, vt Alex. ait, is demum ea, quæ diuinæ Philoſophiæ propria ſunt, aſſequi poterit. Nam, qui de rebus naturalibus, earúmque principiis, & cauſis diſſeruerit, is ſibi viam aperiet ad diſtinguendas res, de quibus agit Philoſophia naturalis, ab iis, quæ ad Metaphyſicam pertinent, quandoquidem ex conſideratione cauſarum mobilium ad cauſas mouentes immobiles perueniet: atque ita intelliget, non omnes cauſas rerum naturalium ſimpliciter, atque abſolutè ad naturalem Philoſophum pertinere, ſed tantùm eas, quæ ita mouent, vt moueantur etiam, quemadmodum habes 2. Phyſ. cap. 7. Quibus rebus comparatis, iam habebit Metaphyſicus propriam materiam, in qua verſetur, res videlicet materiæ expertes, primáſque rerum cauſas. Pro qua re lege finem cap. 1. lib. 6. huius operis. *Com. 21.* *Text. 70. & 71.*

Solutio ſecunda. Rectè primum Phyſicorũ ſine hoc libello cũ ſecũdo cõiũgi, perperã verò, ſi hic inſeratur medius.

A D poſteriorem argumentationem, quod quidem attinet ad connexionem primi libri huius operis cum eo, quem nos tertiũ appellamus,

muſ, ſatis dictum eſt in Præfatione huius libelli. Quod verò attinet ad connexionem 1. Phiſicorum ſecundo, mirum ſanè eſt, cur ſecundus videatur cuiquam mutilus, niſi hoc quaſi caput illi præponatur. Magis certè mihi videretur portentoſum corpus illius libro ſi hoc alterum caput illi iungeretur. Nam neque bene illi aptaretur, cùm ſupponat tractationem cauſarum iam factam, de quarum tamen diſtinctione agitur cap. 3. eius libri. Neque vt ille liber ab alio quaſi principio exordiatur, neceſſe eſt tam ingens, id eſt, tam generale caput apponi, vtpote apertè Metaphyſicum, præſertim cùm habeat egregium, & maximè conueniens Phyſico initium à perſpicua illa, & nemini dubia diſtinctione rerum naturalium ab artificialibus. Neque verò illa verba (*alio principio ſumpto*) quę ſunt in fine primi ſignificant aliud exordiũ operis, quòd faciendũ videatur, ſed aliud quaſi initium tractationis: quod eſt valde familiare Ariſt. non ſolùm cùm librũ alium inchoaturus eſt, ſed in ipſo etiá diſcurſu eiuſdem libri. Ita patet, quid Ariſt. doceat in vltima particula huius capitis, & quàm parũ virium habeat noua horum cenſura: quàm alij quidam recentiores cõſultiùs forſitã ſilentio prętериiſſent, quàm aliis quibuſdam nõ valde diſſimilibus commentationibus refutaſſent. De qua re extrema quęſtione in hoc caput agendũ eſt.

à text. 27.

Ant. Mirãd. 18. lib. de ſingul. cert.

NVM DIALECTICA SIT ſcientia nec ne.

QVÆSTIO I.

Non videri ſcientiam. SECTIO I.

Text. 13.

OCCASIONEM huius diſputationis nobis præbet Ariſt. prope finem huius capitis, cùm ait, abſurdum eſſe, ſcientiam ſimul, & modum ſciendi quærere. omnes enim penè intelligunt eo loco nomine modi ſciendi ſignificari Dialecticam: quæ etſi apud grauiſſimos auctores non ſolùm ſcientiæ nomine, ſed etiam præcipuæ, ac veluti cæterarum parentis digna cenſetur: his tamen verbis planè videtur Ariſtotelis iudicio à numero ſcientiarum excludi. Nam ſi illa propriè dicitur modus ſciendi: cùm modus rei non idem ſit, atque res ipſa, quod in aliis rebus inductione perſpicuum eſt: non erit vtique modus ſciendi ſcientia ipſa: quare nec Dialectica ſcĩetia. Si vero appellatur modus ſciendi, quia tradit modum, quo ſcientia cõparari poſsit: minùs adhuc rationi conſentaneum videtur, vt in numero ſcientiarum ponatur. Si enim ea ſola tradit modum, & rationem ſcientiam comparandi, quĩ fieri poteſt, vt ſit ſcientia, niſi ſit prior ſeipſa.

Vnde ſumpta ſit huius quæſtionis occaſio.

Primũ argumentum eorũ, quibus probatur Dialecticam non eſſe ſcientiam.

IDEM quoque aperte videtur Ariſtoteles docere 4. lib. huius operis caput. 2.[a] & 1. de Poſteriori reſolutione[b] cap. 8. cùm ait, *Dialecticum non habere certum aliquod genus ſubiectum, de quo diſſerat: ſed per omnia rerum genera vagari*, cùm tamen & Ariſtotelis ſententia [c] pleriſque locis, & cæterorum omnium Philoſophorum, omnis ſcientia in re aliqua certa, & definita verſari debeat, confunderentur enim alio-

[a] text. 5. [b] tex. 27. & 1. libro. Rhet. ad Theodect. cap. 1. [c] Vt 2. lib. huius operis c. 1. text. 1. & 11. c. 6. & 1. Poſt. c. 23. text. 45. text. 2.

qui ſcientiæ inter ſeſe, nec vllus earum eſſet ordo, aut diſtinctio.

ID ipſum colliges ex eo, quo tradit 1. Topicorum. c. 1. & 2. quod idem lib. 3. huius operis. c. 1. aſſumitur. *Dialecticos ex ſolis probabilibus diſſerere.* Nam ſi ex ſolis probabilibus diſſerunt, fieri non poteſt, vt Dialectica ſit ſcientia: quippe cùm omnis ſcientia ex neceſſariis rem conficiat, neque id, quo ſcientia tenetur, aliter ſe habere poſſit, vt Ariſt. [a] paſſim ſcribit, & cæteri communi conſenſu approbant.

[a] *Vt 2. Poſt. c. 2. text. 5. & c. 5 t. 7. & alibi ſæpe.*
[b] *Cap. 1.*

4 ACCIDIT plana, & aperta Ariſtotelis ſententia, qui libro primo Rhetoricæ ad Theodectem [b] diſertis verbis ſcribit, *Dialecticam non eſſe ſcientiam, vt nullus iam de hac re ſit dubitandi locus.*

5 AD hæc, ſcientiæ diuiduntur, quemadmodum & res, vt idem docet 3. lib. de Anima c. 8. *Text. 38.* Dialectica autem, ſiue Logica non agit de rebus, ſed de ſermone, ſiue oratione, vt patet ex tota arte Dialectica: non eſt igitur Dialectica ſcientia.

POSTREMO, ſcientia omnis aut eſt contẽplatiua, aut practica, vt c. 1. huius libri: & c. itẽ 2. lib. ſexti docet Ariſtot. omnéſque ſentiũt, *Hoc lib. c. 1. text 3. c. 2. lib. 6. c. 1. text. 1.* Dialectica autem neque in practicis, neque in contemplatiuis numeratur, nãque omnes practicę, niſi ſint Mechanicę, in moribus verſantur: Ethica videlicet, Oeconomia, & Politica: Cõtemplatiuarum autẽ tria tantùm genera tradit Ariſtoteles poſteriori loco, *Text. 2.* Phyſicã, Mathematicã, & Metaphyſicam: non eſt igitur Dialectica inter ſcientias habenda.

De proprio & peculiari fine Dialecticæ, eiuſq; nominibus & natura.

SECTIO II.

De quibus agendum ſit in hac quæſtione.

AT IGITVR, quid hac in re dicendum ſit, planiùs perſpiciamus, tria ante diſcutienda ſunt. Primùm, quiſnã ſit proprius, ac peculiaris finis Dialecticæ, ex quo & ratio nominũ, & naturæ huius artis facilè colligentur. Deinde, quo in ſubiecto, ſiue materia verſetur. Poſtremò, ſit ne admittenda trita & vulgata illa diſtinctio Dialecticæ in docentem & vtentem.

Prima opinio de fine Dialecticæ. *Reijcitur.*

A e ſunt, qui velint, Dialecticæ finem eſſe veri & falſi iudicium. Vnde eſt illud, quod ſæpè Cicero ſcribit, *Dialecticam eſſe ſcientiam, vera & falſa diiudicandi.* *Vt 2. de Oratore.* Attamen hoc omnibus ſcientiis commune eſt, præſertim contemplatiuis, nec poteſt eſſe proprius cuiuſquã finis: niſi fortaſſe primę Philoſophię, quòd ea maximè in cõſideratione veritatis verſetur, vt patet ex c. 1. huius libri. *Text. 3.* Nam quod ad eam diſciplinam falſi iudicium pertineat, ad quam ſpectat veri, haud obſcurum eſt, cùm falſum, niſi ex vero deprehendi nequeat, quemadmodum neque obliquum niſi ex recto.

Secũda opinio

ALII dicunt, finem huius artis eſſe diſputationem de quauis re propoſita ex probabilibus, id quod Ariſt. initio Topicorum videtur ſignificare. *c. 1. 2. Acad. quæſt.* Idem innuitur apud Ciceronem in Academicis, cùm Dialectica dicitur inuenta, *veri & falſi quaſi diſceptatrix,* niſi quòd addit, *& iudex,* quod in impugnatam ſententiam incidit. *Refellitur.* Sed neque hi rectè ſentiunt, Diſſerere enim ex probabilibus, ſi finis proximus eſt Dialecticæ, & non potiùs remotius, non ad totam artem ſpectat, ſed ad quandam eius partem, quæ Topicè dicitur, nos autem quærimus finem tot

nem totius Dialecticæ, ſiue Logicæ, quibus nominibus eandem artem ſignificari certum eſt, vt mox patebit.

Vnde colligatur Dialecticæ finis.

QVISNAM igitur ſit Dialecticæ, ac Logicæ finis, ex imbecillitate rationis humanæ colligendum eſt. Nam cùm hæc ars ad emendanda propria rationis vitia, quæſita atque inuenta ſit, vt eſt communis Philoſophorum ſententia: propria autem rationis vitia in eo cernantur, quòd nec facilè, nec ſine erroris periculo per ea, quæ nouimus, incognita inueſtigemus: efficitur, vt proprius, ac peculiaris Dialecticæ finis ſit, viam & rationem tradere, qua facilè & ſine errore poſſimus ex cognitis incognita intelligere. Dixi, *propria rationis via*, non intellectu, quia intellectus humanus, vt diſtinguitur ab intellectu ſubſtantiarum ſeparatarum, dicitur ratio, propriúmque eius eſt, ex cognitis incognita diſcurſu quodam cognoſcere, cùm illarum intellectus ſimul percipiat in alio id, quod ex illius cognitione pendet.

Quis ille ſit.

Ad initium libri primi ſuorum commentariorum.

Cur hæc ſcientia Dialectica, & Logica dicta ſit.

Prima ſignificatio verbi Diſſerere.

HINC patet primùm, rectè nominatam eſſe hanc artem, & antiquiori vocabulo, Dialecticam, & recentiori, atque à veteribus Peripateticis inuento, vt ait Boëtius ad Topica Ciceronis, Logicam. vtrúmque enim ipſo Cicerone interprete ſignificat *diſſerendi rationem, ſiue artem*: præcipuum autem diſſerendi ſignificatum eſt, incognita ex cognitis aperire. Id, quod hinc facilè intelliges. Diſſerere interdum idem valet, quod ſermone vti, vt apud Platonem in priori Alcibiade: διαλέγεσθαι, inquit, hoc eſt *diſſerere, & ſermone vti, an non idem vocas?* Potiùs enim eo loco dicendum eſt, diſſerere, quàm diſputare: & ſermone vti, quàm ratione vti, vt quidem vertunt. Eodem modo vtitur Ariſt. diſſerendi verbo 4. lib. huius operis. c. 4. cùm ſic ait: *Sublata autem nominum*
Text. 10. *ſignificatione ipſum quoque* διαλέγεσθαι, hoc eſt, *ipſe etiã ſermonis vſus hominum inter ipſos, & vniuſcuiuſque ſecũ ſublatus eſt.* Vnde Dialogus nihil eſt aliud, quàm ſermonis cùm altero collatio. Atque hoc pacto Dialecticæ, & Logicæ vocabula ſignificant Sermocinalem facultatem, quæ vſurpatio, etſi eſt omnium latiſſimè patens, quippe quæ & Rhetoricam etiam, & Grammaticam complectitur: eſt tamen rara admodum, præſertim quod attinet ad nomen Dialecticæ.

Secunda.

INTERDVM verò idem eſt diſſerere, atque probabiliter diſputare, qua ſignificatione vtitur Cotta Ciceronianus extremo tertio de natura Deorum, cùm ait: *Opto redargui me, Balbe, & ea, quæ diſputaui, diſſerere malui, quàm iudicare.* Atque hæc ſignificatio, contrà atque ſuperior eſt omnium frequentiſſima apud Ariſtotelem, Platonem, & cæteros Philoſophos, tametſi omnium aſtrictiſsima, quemadmodum & Dialecticæ, & Logicæ, vt ab eodem verbo in hac ſignificatione dicuntur.

Tertia.

INTERDVM denique ſignificat, incognitum aliquid ex iis, quæ nota ſunt, oratione patefacere, ſiue id fiat argumentatione probabili, ſiue neceſſaria, ſiue etiam definitione, aut diuiſione. Dixi, *oratione*, quia ſi factis notioribus res ignota patefiat, vt cùm vultu, aut lacrymis affectus animi declaratur, non comprehendetur ea manifeſtatio diſſerendi verbo, ſed tantùm ſi fiat oratione, ſiue mentali, ſiue vocali, ſiue ſcripta. Hac ſignificatione vtitur Varro apud Ciceronem in Academi

demicis,cùm de quibuſdam imperitis ſic ait: *Nihil definiunt,nihil patiuntur,nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique*(vt hæc omnia vno diſſerendi verbo complectatur) *artem eſſe diſſerendi putant* cuius ſignificationis minùs quidem frequens eſt vſus apud Ariſtotelem & reliquos,quàm ſecundæ, ſed tamen non rarus. Atque ab hac,quæ media eſt inter duas ſuperiores,& omnium item præcipua,magíſque philoſophica,impoſita ſunt nomina Dialecticæ ac Logicæ toti huic arti, de qua præſens quæſtio inſtituta eſt. *Lib. 1.*

A tertia dici hanc artem Logicam, & Dialecticam.

QVARE cùm finis Dialecticæ ſit viam, & rationem tradere, qua incognita ex cognitis aperiantur: præcipuum autem diſſerendi ſignificatum, magíſque accommodatum ad Philoſophos ſit incognita ex cognitis aperire,perſpicuum relinquitur,optimè nominatam eſſe hác artem ſiue Dialecticam,ſiue Logicam. *æquum eſt enim,* vt ait Ariſtoteles ſecundo de anima, caput. 4. *res omnes à fine appellare.* Atque hoc pacto accipit Ariſtoteles nomem Dialecticæ, primo Rhetoricæ libro, cùm ait, *omnem Syllogiſmorum doctrinam ad totam Dialecticam, aut ad aliquam eius partem ſpectare.* Quamquam multi,& graues enarratores Ariſtotelis:in quibus ſunt Alexander Aphrodiſienſis, & Seuerinus Boëtius numquá ferè appellant totam hanc artem Dialecticam,ſed Logicam: quod tamen vocabulum, quia nuſquam apud Ariſtotelem reperio, minùs libenter vſurpo. libentiùs hac eadem ſignificatione dicam, logicas,tum præpoſitiones, tum quæſtiones, quo pacto Ariſtoteles ſæpe loquitur. *Text. 49. ca. 1.* *Vt 1. Top. c. 9. & 12.*

Res debere à ſuo fine appellari.

PATET etiam,quænam ſit natura huius artis. Nam cùm proprius atque immediatus finis cuiuſque habitus ſit propria eius operatio: omnes autem potentiæ,& habitus per proprias operationes,ſiue actus definiri debeant:proprius denique,atque immediatus finis Dialecticæ artis ſit docere quonam pacto diſſerendum ſit,iuxta tertiam huius verbi ſignificationem:efficitur, vt non meliùs natura eius explicari poſſit,quàm ſi definiatur, *diſſerendi ratio, & doctrina,* non quòd ea ſola diſſerat,cùm id omnibus ſententiis, & artibus liberalibus ſit commune: ſed quòd ſola doceat,quo pacto diſſerédum ſit. Sequitur iam,vt quodnam ſit eius ſubiectum diſquiramus.

Natura ac definitio Dialectica.

Ens rationis non eſſe ſubiectum Dialectica.

SECTIO III.

QVæ ſcientiarum tractatores ſubiectum alicuius artis, aut ſcientiæ quærunt,non ambigunt de ſubiecto,in quo ars ipſa,aut ſcientia inhæreat, quod recentiores inhæſionis ſubiectum vocant. perſpicuum eſt enim,eas omnes in intellectu inhærere,ſed dubitant, quidnam ſit illud,ad quod cognoſcendum, ſiue etiam agendum aut efficiendum tota ſcientiæ cura refertur. Hoc enim in quauis facultate vnum aliquid eſt, cuius cauſſa omnis labor ab Artifice ſuſcipitur, quod Ariſtoteles tum ſubiectum,tum genus ſubiectum,recentiores Philoſophi ſubiectum ſcibile, & ſubiectum attributionis vocant, cuiuſmodi eſt in Philoſophia naturali, Ens mobile, in ſcientia *Vt 1 poſt. c. 7. tex. 22. & ca. 23. text. 42.*

De quo ſubiecto hic ſermo ſit.

ſcientia de moribus, Homo probus, in ædificandi peritia, ædificium. Hæc autem ideo dicuntur ſcientiarum ſubiecta, quòd ſub earum conſiderationem præcipuè cadant.

Prima conditio ad ſubiectum attributionis cuiuſq; ſcientiæ conſtituendum.

VT AVTEM meliùs teneas, quale eſſe debeat cuiúſque ſcientiæ proprium, atque adæquatum ſubiectum, accipe tres concluſiones. Prima eſt, vt ſit vnum quid, ſaltem eo pacto, vt definitione aliquo modo vna explicari poſſit, & proprias affectiones, ſiuè proprietates habere; veluti ens: quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ. Omnis namque ars, omniſque ſcientia accipit vnitatem ex vnitate ſubiecti: in quo verſatur, vt Ariſtoteles 1. Poſte. cap. 23. & cæteri Philoſophi docent, idque curat, vt & naturam ſubiecti, eiuſque partium ſubiectarum, & omnium affectiones tradat.

Text. 43.

2 SECVNDA eſt, vt reliqua omnia, quæ in ſcientia traduntur, ad illud modo aliquo reuocentur (ſiue vt partes conſtituentes, aut ſubiectæ, ſiue vt proprietates, ſiue aliqua quauis ratione) & eius gratia præcipuè conſiderentur, nempè vt illud, & ſecundum ſe, & ſecundum ſuas partes ſubiectas plenè cognoſcatur. Hoc enim pacto nihil horum cenſebitur alienum à ſubiecto totius ſcientiæ: proinde omnia ad vnam, eamdemque ſcientiam pertinebunt.

3 TERTIA eſt, vt ſcientia, quæ circa illud verſatur, ratione eius diſtinguatur à cæteris ſcientiis. Vt enim naturales facultates diſtinguuntur inter ſe ratione diuerſorum obiectorum, veluti aſpectus & auditus, quòd hic circa ſonum, ille circa colorem, verſetur: ſic etiam ſcientiæ ratione diuerſorum ſubiectorum, vt Geometria & Arithmetica, quòd illa de quantitate continua, hæc de diſcreta diſſerat, & ita reliquæ, Atque hæc de ratione ſubiecti cuiúſque artis.

Opinio D. Thom. de ſubiecto Dialecticæ.

Lectione 4. quæſt. 2.

Primũ huius opinionis argumentum.

QVOD verò attinet ad ſubiectum Dialecticæ. D. Thom. in 4. libro huius operis aſſerit eſſe ens rationis, à cuius opinione non videntur diſſentire, qui aiunt eſſe ſecundas intentiones, ſeu vt Auicenna vocat, ſecunda intellecta. Probat ſuam ſententiam D. Thomas ex ipſo Ariſtotele planè dicente eo loco, *Primum Philoſophum, & Dialecticum verſari circa ens*: id, quod alia ratione non credit dici potuiſſe, niſi, quia primus Philoſophus agit de ente, quo ad ea, quæ illi conueniunt in rerum natura, ex quibus habet, vt ens reale ſit. Dialecticus autem quoad ea, quæ illi proueniunt ex operatione intellectus, quæ ſunt attributa rationis, vt eſſe genus, eſſe ſpeciem, & ſimilia.

Cap. 2. text. 5.

2 IDEM alij confirmant inductione eorum, quæ in Logica tractantur, etenim vniuerſale, prędicabile, genus, ſpecies, differentia, & reliqua omnia in entibus rationis, non realibus numerantur: quippe cùm ea ratione, quæ talia ſunt, ab operatione intellectus pendeant.

3 ITEM hac ratione, quia ſi eius ſubiectum eſſet reale, numeraretur vtique Dialectica in ſcientiis realibus, quod inauditum eſt.

Nõ probatur in eo ſẽſu, quo propoſ. fuit.

VERVM hæc ſententia, niſi quis eam in vero ſenſu exponat, facilè refellitur. Primùm, quia Dialecticus non tradit, quæ ſit natura entium rationis, neque earum cauſſas, principia, & affectiones, ſed ſuo modo Metaphyſicus. Quòd ſi dicas, ens rationis non eſſe ſubiectum Dialecticæ ſecundum naturam ſuam ſpectatum, ſed quatenus

rationi

Digitized by Google

Rhetore explicantur: cuiuſmodi ſunt notio generis,& ſpeciei,prædicati,& ſubiecti: adhuc ſuperſunt pleraque, quæ ſub Dialecticam artem non cadant, cuiuſmodi ſunt relatio creatoris,dextri,ſiniſtri,& ſimilia. Quod ſi intelligant ea ſola attributa rationis,quæ conſequuntur res,quatenus mente tractantur: pertinebunt quidem ea omnia modo aliquo ad Dialecticam:ſed tamen nec ſola,nec principaliter, cùm Dialectica principaliter agat de modo tractandi res,quem illa conſequuntur,qui modus non eſt ens rationis.Ita fit,vt ens rationis aut non adæquatè diſtinguat ea, quæ cadunt ſub artem Dialecticam ab iis, quæ cadunt ſub alias artes, quod eſt contra tertiam conditionem ſubiecti: aut certè non præcipuè ſub eam cadat, quod eſt contra ſecundam. Quoniam verò hæc opinio remota admodum videbatur à vera ſententia de ſubiecto Dialecticæ, ideo etiam non commemorauimus inter eas, quas de ſubiecto Dialecticæ initio Inſtitutionum Dialecticarum tetigimus,

Lib.1.cap.3.

Soluuntur argumenta eorũ qui affirmant ens rationis eſſe ſubiectum Dialectica.

AD primum igitur argumentum eorum, quæ pro hac ſententia propoſita ſunt, dicendum non eſſe eo loco ſermonem de Dialectica, quoad doctrinam,ſed quoad vſum,vt paulò poſt intelliges.Deinde non ea ratione ibi diſtingui Dialecticum à primo Philoſopho,quod hic de ente reali,ille de ente rationis agat. Nam & ſophiſtam quoque ait eo loco Ariſtoteles verſari circa ens,cùm tamen non detur ens tertio modo ſumptum:niſi quis dicat, Sophiſtam verſari circa ens fictum,atque ad eam rem vti velit Platone auctore, qui in Dialogo de Ente aſſerit, *Sophiſtam verſari circa non ens:* quod idem videtur eſſe, atque ens fictum:quod tamen nihil eſt ad rem. Ariſtoteles enim ait eo loco, hos tres artifices circa eadem verſari, totúmque eorum diſcrimen ad modum agendi refert,cùm ait,*de eiſdem rebus agere primum Philoſophum demonſtratiuè, ſiue ad veritatem* (vt loquitur) *de quibus Dialecticus quidem pro vtraque parte diſſerit ex probabilibus: Sophiſta verò ad ſpeciem tantum veri Demonſtratoris,aut Dialectici.* Quo autem modo intelligendus ſit Plato,cùm ait, *Sophiſtam verſari circa non ens*, libro ſexto exponemus. Poſtremò, ſi eo loco traditur, Dialecticum verſari circa ens rationis, cùm Dialecticus de eo demonſtratiuè agat, vt docent ij, qui ex pacto Ariſtotelem intelligunt, concedere debebunt, Dialecticum agere de ente ad veritatem,quod tamen Ariſtoteles ſoli primo Philoſopho ibidem tribuit.

Qua ratione differant primus Philoſophus, Dialecticus,& Sophiſta.

AD ſecundum dicendum eſt,agere quidem Dialecticum de genere, ſpecie,& cæteris huiuſmodi,non tamen vt tradat cognitionem relationum rationis,ſed vt doceat cõficere orationes,quibus apte diſſeramus. Quo circa non agit de genere quoad conditiones eſſendi, ſed prædicandi,quæ ſunt propinquiores tractatione modorum diſſerendi, quod idem de cæteris ſimilibus dicendum eſt.

Quo pacto Dialecticus agat de genere & ſpecie.

AD tertium dicito, ſubiectum Dialecticæ eſſe quippiam verum ac reale, ſi pro eo accipiatur, in quo primò illa verſatur,vt mox patebit, ſed tamen non inde fieri, vt ſit ſcientia realis: diſtinctio enim ſcientiarum in reales & non reales deſumpta eſt ex diſtinctione eorum, quæ ſunt, in res & verba: vt ſcientiæ, quæ de rebus agunt, quatenus

Cur Dialectica ſit ſermocinalis ſcientia.

Digitized by Google

diſtinguuntur à verbis,dicantur reales,quę autem de verbis,ſermonéve,apppellentur ſermocinales.Quia igitur Dialectica de ſermone agit, primò quidem de mentali,quo quiſque ſecum quaſi loquitur,ſecundaria verò ratione de vocali & ſcripto,non in realibus,ſed in ſermocinalibus numeranda erit. quamquam etiam dicitur rationalis, non quia de ente rationis agat (iſto enim modo potiùs dicendæ eſſent rationales, Grammatica,& Rhetorica,quæ agunt de ſolo ſermone ſignificatiuo ex inſtituto, quàm Dialectica,quæ primò agit de ſermone ſignificatiuo naturaliter) ſed quia dirigit operationes intellectus noſtri, qui propter naturalem diſcurrendi facultatem ratio appellatur.

Nec demonſtrationem, nec modum ſciendi propriè ſumptum, nec verò argumentationem, aut Syllogiſmum eſſe ſubiectum Dialecticæ, ſi ea in ſe ſpectetur.

SECTIO IIII.

Sententia eorum, qui demonſtrationẽ faciunt ſubiectũ Dialecticæ. Refutatio.

GRAECI auctores Alexander, Ammonius,Simplicius,Philoponus,& alii cenſent,Logicæ ſubiectum eſſe demonſtrationem,quòd Ariſtoteles initio librorum de priori reſolutione(in quo opere latiùs,quàm vmquam de ratione diſſerendi videtur loquutus)planè aſſerat, propoſitum ſibi eſſe de demonſtratione agere; quod idem in fine operis de poſteriori reſolutione ſe præſtitiſſe concludit.Sed hæc opinio,vt eſt omnibus,quæ de Dialecticæ ſubiecto extant, aſtrictiſſima,ita minùs placet,quàm cæteræ, quas recenſebimus:quocirca neque eam nos in Dialecticis Inſtitutionibus tetigimus.De aliis enim pleriſque diſſerendi modis,quàm de demonſtratione,agit ars Dialectica,idque non tantùm propter demonſtrationem, ſed etiam propter alios fines, potiſſimùm verò de Syllogiſmo Dialectico,qui eſt omnium vſurpatiſſimus,& ad omnia vtilis. Neque verò Ariſt.initio Priorum proponit,ideo ſe de demonſtratione diſputaturum,& in fine Poſteriorum idipſum ſe feciſſe aſſerit,quòd demõſtratio ſit adæquatum Dialecticæ ſubiectum, ſed quia principale, quo pacto ſæpe ait in hoc opere,*inſtitutum ſibi eſſe agere de ſubſtantia.*

Initio Prædica. & prim. Prior. cap. 1. te. 1.

Cap. 17. text. 26. Vt initio 12. Met. tex. 1. & alibi ſæpe. Auicenna ca. 2. idẽ Alphar. & Algaz. tex. 5.

Sententia eorum, qui Modum ſciendi.

ARABES quidam,in quibus eſt Auicenna initio ſuæ logicæ,& alii non nulli ex noſtris,faciunt ſubiectum Logicæ Modum ſciendi,ſumpto propriè ſciendi verbo,quod ſubiectum aſſerunt complecti demonſtrationem, & definitionem iuxta duos ſciendi modos,quos aiunt,ſignificaſſe Ariſtotelem primo Poſt. cap. 2.quorum alterum omnes demonſtrationem,eſſe dicunt,alterum plerique definitionem:id, quod Ariſtoteles in hoc opere ad finem ſuperioris libri perſpicuè exponere videtur,cùm ait, *omnem doctrinam, aut demonſtratione, aut definitione effici.*

Refellitur.

Eſſe autem modum ſciendi hoc pacto ſubiectum Logicæ,ex eo videtur perſpicuum,quia Ariſtot.hoc loco nomine modi ſciendi Logicam ſignificat,vt ex obiecto artem, quæ circa illud verſatur. Verùm neque huiuſmodi ſententia omnino placet. Primùm, quia alii modi reperiuntur

riuntur diſſerendi, qui ſub demonſtratione, & definitione non comprehendantur. Deinde, quia intelligere per definitionem, non eſt propriè ſcire, neque Ariſtot. 1. Poſt. nomine modorum ſciendi cognitionem demonſtratiuam, & definitiuam ſignificat, ſed ſcientiam propter quid, & alia duo ſciendi genera: alterum, quo ſciuntur principia, quod eſt nobilius ſcientia propter quid: alterum, quo ſciuntur concluſiones per cauſas remotas, aut effecta, quod eſt minùs præſtans. Quocirca in loco citato ſuperioris libri huius operis, nomine doctrinæ non ſignificatur traditio ſcientiæ, ſed cuiuſuis cognitionis rei per notiora: nomine autem demonſtrationis quælibet argumentatio ad aliquid probandum idonea, vt ſæpe alibi, diuiſio verò ad definitionem videtur reuocanda eo loco, vt in eius expoſitione diximus. Quòd verò hic Dialectica ſignificatur nomine modi ſciendi, non mirum eſt, quia ſæpe numero ſcientiæ, non à ſubiecto adæquato, ſed ab aliqua eius parte ſubiecta cognominantur, vt Theologia hæc naturalis à Deo, aut diuinis ſubſtãtiis, & Aſtronomia ab aſtris.

Vt 1. Rhetor. cap. 1.

Cur Dialectica dicatur modus ſciẽdi.

MAGNVS Albertus partim latiùs, partim preſſiùs tradit ſubiectũ Logicæ: ait enim eſſe argumentationem, quæ & latiùs patet quàm demonſtratio, & non complectitur definitionem. Eadem penè ſententia eſt Scoti, qui exiſtimat eſſe ſyllogiſmum. Et rectè quidem ambo ſentiunt, cùm loquantur de ſubiecto Logicæ, vt ab Ariſtotele tradita eſt in iis libris, qui ad nos peruenerunt. Sola enim argumentatio ex inſtituto traditur ab Ariſtotele, cæteræ autem argumentorum formæ ex ſyllogiſmo vim accipiunt, cùm materiales conſequentiæ ſint, vt in Dialecticis Inſtitutionibus diximus. Quòd autem ſola argumentatio ex inſtituto tradatur ab Ariſtotele, ex eo conſtat, quia liber prædicamentorum nihil eſt aliud, quàm ſeminarium quoddam vocum omnium ſimplicium, ex quibus omnia enunciationum genera confici poſſint, in libris verò de interpretatione agitur de enunciationibus, ex quibus connectantur omnia argumentationum genera, in reliquis autem de ſyllogiſmo, ac omnino de argumentatione, omnibúſque argumentationum formis tum ſimpliciter, & abſolutè, tum etiam contractis ad certam materiam. De diuiſione autem, & definitione non per ſe, ſed obiter, & quatenus argumentationi ſubſeruiunt, diſſerendum putauit, vt in [a] eodem libello diximus, & ipſe [b] Albertus probè explicat. Quocirca in epilogo totius Dialecticæ de ſyllogiſmis, ſe doctrinam tradiſſe planè ſcribit Ariſt. [c] Quod ſi dialectica ſumatur, non qua ratione ab Ariſt. tradita eſt in libris, quos habemus, ſed vt in ſe ipſa ſpectatur, non rectè dicetur ſiue ſyllogiſmus, ſiue argumentatio adæquatum eius ſubiectum, cùm neutrum dicatur de diuiſione, aut definitione, quæ tamen ſunt per ſeſe ſpeciales quædam diſſerendi formulæ. Quod ſi dicas, ſatis eſſe diuiſionem, & definitionem vtcumque ad argumentationem reuocari, vt argumentatio adæquatum ſubiectum dici poſſit, concedes quoque eadem ratione ſubiectum Metaphyſicæ eſſe ſubſtantiam incorpoream, aut verum Deum, quòd cætera, quæ in Metaphyſica traduntur, ad hæc vtcúmque reducantur, cùm tamen Ariſtoteles dicat, nec leuiter con-

Tractatu 2 in Porphy. ca. 4. in Porphy. c. 3.

Sententia eorum, qui Argumentatioñẽ aut Syllogiſmum.

Lib. 1. c. 56. & lib. 6. cap. 3.

Ariſtotelem ſolã argumẽtationẽ ex inſtituto tradidiſſe.

Ca. vlt. lib. 2. Elenchorum

[a] *Eodem lib. &c.*
[b] *In Porphy. tra. 1.*
[c] *Nõ rectè argumentationẽ dici adæquatũ totius.*

Dialectica ſubiectum.

Obiectionis dilutio.

firmet eſſe ens, qua ratione eſt ens. Deinde, quia etſi diuiſio, & definitio, quatenus ſumuntur ad aliquid probandum, reducuntur ad argumẽtationem: non tamen reducuntur, quatenus ſunt per ſe quædam formulæ declarandi ignotum ex notis, præſertim cùm ab ea propriam declarandi vim non accipiant. Poſtremò, quia ea omnia complecti debet ſub ſe ſubiectum cuiuſque artis, de quibus in illa tamquam de particularibus ſubiectis completis, atque perfectis demonſtrationes fiunt proprietatéſque demonſtrantur: huiuſmodi autem planè ſunt diuiſio, & definitio, de quibus multa demonſtrari poſſunt in Dialectica, non tantùm vt de partibus argumentationis, alióve modo ad argumentationem pertinenti, ſed vt de quibuſdam ſpecialibus ac integris diſſerendi generibus.

Quæ debeat ſubiecto cuiuſque artis comprehendi.

Modum diſſerendi, ſiue ſciendi latè ſumptum: eſſe ſubiectum Dialecticæ.

SECTIO V.

Vera ſententia de ſubiecto Dialecticæ.

ERGO ſi Dialectica in hac controuerſia, non vt ab hoc, aut illo auctore traditur, ſed in ſe ipſa ſpectari debet, ex proprio fine artis ſubiectum eius adæquatum colligendum eſt. Proprium enim, & adæquatum cuiuſque diſciplinæ ſubiectum illud eſt, ad quod cognoſcendum, ſiue etiam agendum, aut efficiendum tota artis cura dirigitur. Cùm igitur à nobis ſit conſtitutum, Dialecticæ proprium finem, in quem tota ipſa incumbit, nihil eſſe aliud, quàm formas omnes, ſiue modos diſſerendi ignotúm vt ex notis oratione declarandi tradere: planè efficitur, modum diſſerendi eſſe adæquatum Dialecticæ ſubiectum. Poteſt idem probari ex tribus conditionibus ſubiecti adæquati, quas propoſuimus. *Sect. 3.* In primis enim modus diſſerendi eſt quodammodo vnum quid, & quod definitione aliquo modo vna explicari poſſit. eſt enim oratio, qua ex notis incognitum declaratur. Deinde quicquid traditur in Dialectica, aut eſt modus diſſerendi, vt argumentatio: aut ad illum reuocatur, & gratia illius præcipuè tractatur, vt nomen, verbum, & enunciatio. Denique ratione modorum diſſerendi diſtinguitur Dialectica à cæteris, non quod ipſa ſola diſſerat ſed quod ſola doceat, quo nam pacto diſſerendum ſit, vt in Inſtitutionibus diximus. *Lib. 1. cap. 1.* Quòd ſi diſſerendi modum vocare velis modum ſciendi, latè tam accepto ſciendi verbo pro cognoſcendi ex notioribus, quomodocumque id fiat: non eſt quòd repugnemus, certè Scotus in primum prioris Analyticæ ita accipit modum ſciendi, cùm illud conſtituit ſubiectum Logicæ in ſeſe ſpectatæ. Neque diſcrimen eſt inter modum diſſerendi, & ſciendi hoc pacto, niſi quòd diſſerere ſumitur actiuè, ſcire autem paſſiuè (ſcire enim eſt cognoſcere ex notioribus: *1. Priori q. 2.* diſſerere autem declarare, ſiue efficere, vt cognoſcas) & ſcire eſt terminus cognitionis: diſſerere autem quaſi via ad cognoſcendum. Cur autem diſſerendi modus à quibuſdam dicatur [a] oratio Philoſophica, aliàs etiam [b] oratio ratione concluſa, initio [c] Dialecticarum Inſtitutionum diximus.

Oſtenditur ex conditionibus ſubiecti.

Quo pacto modus ſciendi dici poſſit ſubiectum. Dialecticæ.

[a] à Cice. in oratore ad Brutum.
[b] Acad. 2. edi. libro 1.
[c] Lib. 1. cap. 3.

SED

Dubitatio. Sed quærat aliquis, quæ nam oratio intelligenda ſit, cùm dicimus ſubiectum Dialecticæ eſſe orationem, qua incognitum ex cognitis aperitur: mentalis ne, an vocalis, an ſcripta, an verò oratio in commune, quæ dicitur de his omnibus orationum generibus. Responſio. Ad quam dubitationem breuiter dicendum eſt, intelligendam eſſe orationem in commune, præcipuè tamen mentalem, vt Ariſtoteles ſecundo de interpretatione cap. 4. & primo poſt. cap. 8. & aliis locis innuit.

Primo poſte. ca. 8. text. 25.

Diſcrimẽ inter ſubiecta Dialecticæ, Grammaticæ & Rhetoricæ. Cavsa verò eſt, quia Dialectica cùm ad emendanda rationis vitia conſtituta ſit: in dirigendis propriis actibus rationis præcipuè verſatur, nec ad voces, & ſcripta deſcendit, niſi quatenus hominem inſtituit in ratione agendi cum altero. Atque hæc eſt ſententia D. Thom. cùm aſſerit, verſari Logicam in dirigendis operationibus intellectus. Vnde collige, ſubiectum Dialecticæ duabus rationibus differre à ſubiectis Grammaticæ, ac Rhetoricæ. Vna, quia ſubiecta Grammaticæ, ac Rhetoricæ ſunt orationes externæ dumtaxat: Dialecticæ verò ſubiectum eſt præcipuè oratio interna. Altera, quia in ipſa etiam oratione externa, quæ ab omnibus communiter tractatur, Grammatica ſolam integritatem conſiderat, Rhetorica ſolum ornatum: Dialectica vero ipſam rei ignotæ ex cognitis declarandi vim, quæ eſt quaſi ratio, & mens orationis. Quamquam verò mentalis oratio præcipuè pertinet ad hanc artem, vt Auicenna initio ſuæ Logicæ, & Scotus, ac Caietanus in prædicamenta Ariſtotelis rectè annotarunt: tamen quia externa oratio magis patet, & in diſputatione cum altero prorſus neceſſaria eſt: idcirco ſubiectum Dialecticæ, de quo huius artis tractatores apertè diſſerunt, potiùs conſtitutum eſt. Modus diſſerendi externus, quàm internus, & inter externos vocalis potiùs, quàm ſcriptus, quia vocalis oratio, quàm ſcripta, multò eſt notior, & vſurpatior. Qua de cauſa effectum eſt, vt hæc ars inter ſermocinales numerata ſit.

Initio lib. perihermenias lec. 1.

Idem 1. lib. Inſt. Dialect. cap. 7.

Altera dubitatio. Qværat etiam aliquis, num ſubiectum Dialecticæ ſit vnum quippiam vnitate eſſentiæ, quemadmodum ens naturale, quod eſt ſubiectum Philoſophiæ naturalis, an verò vnitate ordinis dutaxat, quemadmodum exercitus, qui cadit ſub artis militaris conſiderationem. *Reſponſio quorundam.* Cui quæſtioni ſunt, qui reſpondeant, eſſe vnum vnitate eſſentiæ. Aiunt enim definitionem, & quemlibet alium modum diſſerendi ſignificare formaliter vnam quamdam relationem fundatam in tota oratione, atque huiuſmodi relationem eſſe eſſentiam definitionis, ratione cuius oratio quæ definitio dicitur, habet vnitatem eſſentiæ: eodémque pacto rem habere in cæteris modis diſſerendi, ac proinde in modo diſſerendi in commune ſumpto. *Vera reſponſio.* Dicendum eſt tamen, ſuperuacaneum eſſe, ac friuolum, quærere in ſubiectis artiúm huiuſmodi relationes rationis, vt ratione earum ſubiecta habeant vnitatem eſſentiæ, ſublatis enim huiuſmodi vnitatibus adhuc in eiſdem ſubiectis cernitur vnitas, quæ ſatis ſit, vt eorum quodlibet dicatur vnum quippiam. Id quod in domo, in naui, & in exercitu cernere licet. Itaque reſpondendum eſt, modum diſſerendi, habere vnitatem ordinis, cùm ſit oratio quædam artificioſè diſpoſita ad diſſerendum, ſatiſque eſſe eſſe, ſi ſubie-

Digitized by Google

ctum artis ſit vnum quid per ſe ordinatum ad aliquem finem, etiamſi non ſit per ſe compoſitum in vnitatem vnius eſſentiæ.

Dialecticam rectè diſtingui in docentem & vtentem.

SECTIO VI.

Num differēdi vſus ad Dialecticum ſpectet.

IAM illud quærendum eſt, num ſola diſſerendi doctrina, an ipſe etiam diſſerēdi vſus ad Dialecticam ſpectet. Hinc enim intelligi poteſt, rectène, an ſecus diſtingui ſoleat Dialecticai n docentem & vtentem. Ac illud in primis apertum eſt ex dictis, totam diſſerēdi doctrinam ad Dialecticam ſpectare, cùm eius proprius, ac peculiaris finis ſit, docere quo pacto diſſerendum ſit. Illud etiam perſpicuum eſt, aliquem diſſerendi vſum pertinere ad Dialecticam: neque enim aliter Dialecticus, quàm diſſerendo, docere poteſt quo pacto ſit diſſerendum, ſi modò illo Philoſophico more, quod ponimus, diſſerendi formas tradit. Verùm is vſus non diſtinguitur à doctrina diſſerendi, cùm eo ipſo doceatur, quo pacto ſit diſſerendum: ſed is ſolus à doctrina diſtinguitur, quo non traditur ex propriis modus diſſerendi vllus, veluti cùm quomodocumque diſſerimus de rebus naturalibus, aut mathematicis, aut etiam de logicis ex communibus, & vnicuique obuiis. Illud quoque haud obſcurum eſt, non omnem diſſerendi vſum, qui via, & ratione fiat (neque enim agimus de vſu artis experto, ſed de artificioſo) ad Dialecticũ ſpectare. Omnes enim artifices in ſua quiſque materia ex propriis, ac per ſe principiis diſſerunt, vt inductione patet. Alioqui ſi diuiſiones, definitiones, & demonſtrationes, quæ in alijs diſciplinis cernuntur, à Dialectico fierent, vna tantùm Dialectica eſſet ſcientia, quippe ad quam, vt omnis diſſerendi doctrina, ita etiam omnis vſus pertineret.

In quo poſita ſit huius quæſtionis difficultas.

TOTA igitur ambiguitas eſt de vſu diſſerendi, non ex propriis, & per ſe, ſed ex communibus, & quę omnibus ſunt obuia, aut certè exiguo labore inueniuntur, hoc eſt, ex probabilibus, pertineat ne is totus ad Dialecticum: an verò alius ad hunc, alius ad illum artificem pro ratione materię, ex qua diſſeritur, an potius nullius diſciplinę ſit proprius. Quòd enim nullius diſciplinæ ſit proprius, ex eo videtur perſpicuum, quia eorum: quæ omnibus ſunt in promptu, aut facilè à quouis inueniuntur, non debet vſus cenſeri cuiquam proprius. Quòd verò vnaquæque ars diſſerat ex certis quibuſdam probabilibus, ſeu veriſimilibus veluti Phyſica ex iis probabilibus, quæ in rebus naturalibus reperiuntur, Metaphyſica ex iis, quæ in Metaphyſicis, hac ratione ſuadetur: quia ſi ea omnia vni attribuenda eſſent, inopes & penè nullius pretii relinquerentur cæteræ, exceptis Mathematicis: perpaucæ enim reperiũtur demonſtrationes in reliquis diſciplinis. Accedit, quod eiuſdem facultatis eſt, verum, & veriſimile cognoſcere, vt Ariſtotelis ait 1. Rhet. ad Theodectem: quare cùm vera, ſeu neceſſaria in vnaquaque materia ad eum artificem pertineant, qui in ea verſatur: efficitur, idem dicendum eſſe de veriſimilibus, ſeu probabilibus, nec omnium probabilium vnam tantùm diſciplinam eſſe conſtituendam. At verò, quòd ad *Cap. 2.* *Lib. 1. tex. 2.*

ad

Digitized by Google

ad vnam Dialecticam ea omnia pertineant, intelligi poteſt ex Ariſtotele initio Topicorum, aliiſque locis quamplurimis, in quibus ille nemine repugnante docet, *proprium Dialectici eſſe, de quacumque re propoſita ex probabilibus diſſerere.*

In hac igitur controuerſia prior aſſertio ſit, *Vſum diſſerendi ex probabilibus eſſe proprium Dialecticæ.* Quæ aſſertio hunc in modum probatur. Vſus diſſerendi ex probabilibus nec gignit habitum ſcientiæ, neque ex habitu ſcientiæ gigni poteſt. vt enim non generat niſi opinionem, ita naſci non poteſt ex habitu ſcientiæ, quandoquidem actus, quibus generatur habitus, & qui ab eo generantur, eiuſdem ſpeciei ſunt. Ergo ſi vſus diſſerendi ex probabilibus alicui tribuendus eſt, non propter actum, aut habitum eo pacto diſſerendi attribuendum illi erit, ſed propter materiam, ex quá diſſerit: aut propter formam diſſerendi, vt ea ſcientia dicatur diſſerere ex probabilibus, quæ tradit formam diſſerendi ex eiuſmodi materia. Atqui materia probabilis nullius ſcientiæ propria eſt, cùm omnibus pateat, aut certè nullo penè negotio inueniri poſſit: ſola autem Dialectica tradit diſſerendi formam ex veriſimilibus, quemadmodum, & ex neceſſariis, vt ex dictis conſtat: igitur ſoli Dialecticæ tribuendus eſt vſus diſſerendi ex probabilibus. Atque hoc pacto verum eſt id, quod tam ſæpe tradit Ariſt. *proprium eſſe Dialectici, de quauis re propoſita ex probabilibus diſſerere.*

Prima aſſirmatio.

QVOD autem obiiciebatur, vſum diſſerendi ex communibus, nullius diſciplinæ proprium eſſe, concedendum eſt ratione materiæ, non autem ratione formæ. Quod verò addebatur, vnanquamque artem ex certis quibuſdam probabilibus ad ſuam materiam pertinentibus diſſerere, partim negandum, partim concedẽdum eſt. Nam neque probabilia, ſi res ad viuum reſecetur, ad vllam ſcientiam propriam ſpectant: nec eorum artificioſa tractatio ad alium artificem, quam ad Dialecticum pertinere poteſt. Nec verò mirum eſt, ſi non ſatis locupletes ſint plurimæ ſcientiæ, detracta illis omni doctrina probabili: eſt enim nec facile, nec vulgare, propria rerum principia percipere.

Solutio argumentorum.

VERVM, quia Dialectica, quatenus ex probabilibus diſſerit, miniſtra cenſetur ſcientiarum omnium, eaſque omnes pręter quaſdam Mathematicas anteire, illiſque facultate ea, qua pollet, vtramque in partẽ diſputandi, aditum aperire, & viam munire ſolet: non cenſentur alienæ à quaque ſcientia eæ ſententiæ probabiles, quas Dialectica inuenit, quemadmodum nec opes eæ, quæ famulorum opera conquiruntur, alienæ ſunt à facultatibus dominorum. Ita probabiles opiniones, quæ in rebus metaphyſicis miniſterio Dialecticæ comparantur, Metaphyſicæ diſciplinæ cenſentur, quæ in Phyſicis, Phyſicæ, atque ita in cæteris: nec multò ſecus, atque probationes Philoſophiæ humanæ, quæ concluſionibus ſacræ Theologiæ adhibentur, pertinent ad ſacram Theologiam, quòd ſubminiſtrentur ab eius quaſi famulabus. Quod denique additur, eiuſdem facultatis eſſe, verum, & veriſimile cognoſcere, non tam ad veri, & veriſimilis cognitionem, quàm ad regulam cognoſcendi referendum eſt: quaſi dicat Ariſt. facultatem, quæ tradit regulam cognoſcendi verum, eandem etiam tradere cognoſcendi veriſimile,

Dialectica omnium ſciẽtiarum miniſtra.

Explicatur dictum Ariſtotelis.

veriſimile, quas certè regulas, quæ vna & eadem ſunt, ad Dialecticam pertinere perſpicuum eſt.

Secūda aſſertio. POSTERIOR aſſertio ſit, *Optimam & neceſſariā eſſe diſtinctionem Dialecticæ in docentem, & vtentem*, quam D. Thomas, Scotus & alij plerique ſcholaſtici tradunt, nec quicquam ab ea differre illam, qua Græci Dialecticam diuidunt in eam, quæ auulſa eſt à rebus, & in eam, quæ eſt rebus concreta. Prior pars ex dictis aperta eſt. Dialectica enim eatenus dicitur docens, quatenus ex propriis principiis modos differendi tradit. Vtens verò, quatenus ex probabilibus de quacunque re propoſita diſſerit. Poſterior ex eo patet, quia Græci auctores intelligunt nomine Dialecticæ à rebus auulſæ, habitum Dialecticæ, quatenus adhuc verſatur in ipſa diſſerendi doctrina tradenda: tametſi, quia eius præcepta collecta ſunt ex vſu diſſerendi de aliis rebus auulſa videtur dicta. Nomine autem Dialecticæ rebus concretæ intelligunt eam ipſam, non quatenus omnibus diſſerendi modis vtitur, vt plerique non rectè exiſtimant, & iam impugnatum eſt, ſed quatenus vtitur modo probabiliter diſſerendi.

D. Thom. 4. Meta. lect. 4. pa. 2. Scot. hoc loco, & in Porphyr.

Dialectica docēs & vtens.

A rebus auulſa, & rebus concreta.

Conſectarium primum. Ex his primùm patet, Dialecticam, ſiue Logicam docentē & vtentem non eſſe duos habitus, cuius rei ignoratione plerique hallucinantur, ſed vnum, atque eumdem, cuius actus proprius ab ea elicitus, eſt docere, quo pacto ſit diſſerendum, attributus autem, quodammodo imperatus, diſſerere ex probabilibus, quacumque in materia id fiat.

Secundum. DEINDE, Dialecticam eſſe docentem ratione totius artis, cùm tota in docendo verſetur, vtentem verò ratione eius partis, quæ tantùm docet ex probabilibus diſſerere. Quamquam enim tota Dialectica ad vſum refertur, cùm præcepta vbique tradat ad diſſerendum comparata, vſus tamen demonſtratiuæ partis non ad eam pertinet, niſi in propria materia, quem tamen ab ipſa doctrina nihil differre diximus. Hoc ipſum D. Tho. hunc in modum explicat. Demonſtratiuam Logicæ partem ſolam doctrinam continere, Dialecticam verò ſiue Topicam & doctrinam, & vſum.

4. Meta. lect. p. 4. a.

Tertium. POSTREMÒ, ſi Dialectica accipiatur pro ſola Topica diſciplina, quæ magis vſitatè dicitur Dialectica, tum demum eandem totam eſſe, & docentem, & vtentem, officiis diſtinctam à ſeipſa, quemadmodum differentiæ ſpecificæ apud Porphyrium in diuiſiuas, & conſtitutiuas diſtinguntur: tametſi magna eſt alioqui inter has diſtinctiones diſſimilitudo.

Cap. de differentia.

Obiectiones eorum qui negant in Topica diſciplina reperiri vſum & doctrinā. SED obiiciat aliquis hoc loco: Topicam diſciplinam non eſſe demonſtratiuam, quòd in libris Topicis nullæ reperiantur demonſtrationes: ergo non diſtingui Topicam in docentem ſiue demonſtrantem, & vtentem, ſiue diſſerentem ex probabilibus. Id quod vel ex ipſo inſtituto Ariſt. in eo opere videtur abundè oſtendi. ſcribit enim in ipſo quaſi proœmio eius operis, ſe in iis libris nihil accuratè velle tradere, ſed omnia rudi Minerua, quòd ad eam diſciplinam ſatis ſit, ſimplicem quandam, & minùs accuratam rerum Dialecticarum cognitionem habere. Atque his argumentis ducti quidam recentiores exiſtimant inanem eſſe diuiſionem Dialecticæ in docentem, & vtentem,

Lib. 1. c. 1.

Digitized by Google

tem, ſi Dialecticæ nomen ſumatur pro Topica diſciplina. Sed non vident primum, ſiue ea demonſtratiua ſit, ſiue non ſit, poſſe tamen ita ſumi, vt adhuc in eavſus à doctrina diſtinguatur. Neque enim dubium eſt, quin doceat diſſerere, cùm rationem ex probabilibus diſſerendi tradit, etiam ſi quis velit, eam non vti veris demonſtrationibus in ea re, & vtatur præceptis ſic diſſerendi (vſu videlicet à doctrina diſtincto) cum illa rebus aliis accommodat. Sed & Rhetorica, quæ à pleriſque non cenſetur demonſtratiua, eodem modo conſideratur. Quatenus enim tradit præcepta docendi, docens eſt, & à rebus auulſa: qua verò ratione iis vtitur, vtens, & rebus concreta appellari poteſt. Deinde non tam conſiderandum eſt hac in re, quo pacto Dialectica Topica ab Ariſtot. tradita ſit, quàm quo pacto tradi potuit quamquam ex iis, quæ ille docet in Topicis, non paucæ demonſtrationes fieri poſſunt. Iam etiam, multa eorum, quæ demonſtratiuè dici poterant de ratione diſſerendi ex probabilibus, dicta erant in Analyticis, vt, Ex contingentibus non poſſe neceſſaria demonſtrari, & Cum opinione, quam probabilia pariunt, non poſſe ſcientiam cohærere. Poſtremò, non ſi in materia aliqua paucæ repetuntur demonſtrationes, continuò dicendum eſt diſciplinam, quæ in ea verſatur, non eſſe demonſtratiuam. Hoc enim pacto nec Moralis ſcientia demõſtratiua dicenda eſſet, ac proinde nec ſcientia, quòd Ariſt. 1. Ethic. cap. 3. eodem modo ſe de moribus acturum polliceatur, quo initio Topicorum de rebus dialecticis. Ita non efficiunt vllo modo propoſitæ obiectiones, quo minùs etiam Dialectica Topica in docentem, & vtentem diſtingui debeat.

Dilutio.

Rhetorica docens & vtens.

Nũ rectè colligi ex paucitate de mõſtrationũ, ſcientiã aliquã non eſſe demõſtratiuam.

Dialecticam docentem ſiue à rebus auulſam, eſſe verè ſcientiam.

SECTIO VII.

HIs ita conſtitutis, vt veniamus ad id, de quo quæſtio præcipuè inſtituta eſt, partem negantem ſibi perſuadent nonnulli recentiores, quorum opinio iis ferè argumentis, quæ initio propoſita ſunt, probari ſolet. Verùm ea nec placet vllo modo, nec argumenta, quibus confirmatur, quicquam efficiunt, vt paulò pòſt patebit.

Opinio eorũ, qui negant, Dialecticã eſſe ſcientiam.

ALII contrà omnino ſentiunt, Dialecticam non modo eſſe ſcientiam ſcientiarum præſtantiſſimam. Scribit enim Plato ſeptimo libro de Repub. *Dialecticam doctrinarum omnium apicem, ac finem eſſe, cæteraſq́ diſciplinas, etſi propter conſuetudinem ſcientiæ dicuntur: ſi tamen cum Dialectica conferantur, non eſſe ſcientiæ nomine appellandas, ſed alio quodam medio inter vocabula opinionis, & ſcientiæ.* Quod idem videntur Stoici ſenſiſſe, qui primas ſcientiarum Dialecticæ tribuerunt. D. quoque Auguſt. in 3. lib. contra Academicos, itémque ſecundo de Ordine eadem *appellat diſciplinarum diſciplinam.* & Cicer. in lib. de claris oratoribus, *artium maximam, atque omnium lucem*: Ex quibus recentiores quidam Dialectici illud quaſi commune artis huius encomium acceperunt, *Dialecticam eſſe artem artium, & ſcientiam ſcientiarum.* Verùm non omnes hi

Eorũ, qui affirmãt, & eſſe ſcietiam, & omnium præſtantiſſimam.

Cap. 13.

Google

Platonis ſentẽtia de diſtinctione Dialecticæ à prima Philoſophia Plotini.

eadem ratione Dialecticam cæteris artibus anteponunt. Plato enim, vt videre eſt in loco citato, non diſtinxit Dialecticam à prima Philoſophia, niſi quòd tres ſtatus, ſi Ficino credimus, in ea ſcientia diſtinxit, vt à forma quidem ſua, ſiue à facultate veritatis indagandæ diceretur Dialectica: ab exordio autem ſeu differendi præceptis, Logica: à fine verò, hoc eſt, ab ipſa veri inuentione, Theologia primáque Philoſophia. Quamquam Plotinus inter Platonicos præcipuus auctor, etſi non diſtinguit Dialecticam à prima Philoſophia, ait tamen Logicam, & Dialecticam non eſſe eamdem diſciplinam, ſed Logicam eſſe miniſtram Dialecticæ. Quo loco videtur Logicam pro Dialectica docente accepiſſe, vtentem verò Dialecticam confudiſſe cum prima Philoſophia. Quod forſitan duabus de cauſis fecit. Vna, quia tam Dialectica, quàm prima Philoſophia differit de rebus omnibus, vt Ariſt. ipſe docet lib. 4. huius operis. Altera, quia veri inueſtigatio, quæ Dialecticæ tribuitur, ad eundem artificem videtur pertinere, ad quem ſpectat veritatis inuentio: abſurdum eſt enim non eidem tribui inuentionem, cui tribuitur inueſtigatio, & conquiſitio. Alioqui aut primus Philoſophus inuenit, quod non quærit, aut Dialecticus quærit, quod ipſe inuenire nequit. Si ergo Dialectici eſt, verum de quacumque re propoſita differendo inueſtigare: primi autem Philoſophi, idem artifex erit Dialecticus vtens, & primus Philoſophus. Atque acutè quidem iſta Plotinus, & Platonici, aut etiam ipſe Plato, ſi hac ratione adducti ſunt.

Ficinus eundẽ locum, & in Euthydemũ. Enneade 1. li. 3. c. 4. 5 & 6.

Quibus rationibus inducti fuerit. Euſdẽ artificis eſſe aliquid quærere, & inuenire.

Cap. 2. text. 5.

Ariſtotelis ſententia.

Vt loco proximè citato, & alibi ſæpè.

SED longè maturiùs rem conſiderauit Ariſt. Cùm Dialecticam à prima Philoſophia diſtinxit. Nam cùm nullus artifex conſtantior eſſe debeat primo Philoſopho: Dialecticus verò vtẽs vtramque in partem de rebus propoſitis agat, meritò Ariſt. Dialecticam vtentem à prima Philoſophia diſcreuit, non vt ſcientiam vnam ab altera, ſed vt facultatem, & ſcientiæ actum non exercentem à præſtantiſſima omniũ ſcientia. Neque quicquam obeſt, quòd Dialectica inquirat verum, & prima Philoſophia inueniat. Duobus enim modis verum inquiritur. Vno ex propriis rerum principiis, quod faciunt ſcientiæ omnes: altero ex veriſimilibus, quod facit Dialectica vtens contenta etiam inuentione veriſimilium, quibus mens diſponitur, vt ex propriis principiis verum inueniat. Nam neque verum determinatè quærit Dialectica vtens, ſed quod verum ſit, aut quàm ſimillimum vero. Itaque, ij omnes, qui ea de cauſa Dialecticam ſcientiarum præſtantiſſimam eſſe dixerunt, quòd credant eam, à prima Philoſophia ſaltem quoad vſum, non eſſe diſtinguendam, planè hallucinati ſunt. At Diuus Auguſt. non ita Dialecticam cæteris anteponit, quod credat eam eſſe natura ſua præſtantiſsimam ſcientiam, ſed quòd doctrinæ ordine præcedat cæteras. Quo pacto certum eſt, Ciceronem dixiſſe eſſe eam artium maximam, & lucem omnium, vt quæ omnibus modum ſciendi tradat. Id quod ex loco citato, & ex primo de Orat. perſpicuè intelliges. Atque eodem modo volunt iuniores, Dialecticam eſſe artem artium, & ſcientiam ſcientiarum. Quare cùm ij, quia Dialecticam præſtantiſsimam ſcientiarum eſſe dicunt, partim de prima Philoſophia loquantur partim id de

Duplex veri inquiſitio.

Explicãtur dicta Auguſtini, & Ciceronis de Dialectica.

de præſtantia, quæ ad doctrinæ ordinem ſpectat, intelligendum velint: non eſt cur hac ex parte reprehendendi ſint, quòd eam cæteris ſcientiis antepoſuerint.

D. Thom. 4. Metaphyſ. lect. 4. pag. 2. Scot. in prædic. q. 1. Alb. Mag. c. 1. in Porphyr. Auicen. cap. etiā 1. ſua. Logicæ. Ægi. Ro. &c.

Vera opinio eorum qui Dialecticā veram ſcientiam faciunt, non omniū tamē præſtantiſſimam.

ALII denique media ingreſſi via aſſerunt, Dialecticam non eſſe quidem natura ſua ſcientiarum præſtantiſſimam, ſed tamen eſſe verè ac propriè ſcientiam. Cui ſententiæ, quæ ſcholaſticorum veterum, & omnium penè grauium auctorum cōmunis eſt, libenter ſubſcribimus.

AC illam non eſſe natura ſua præſtantiſſimam ſcientiarum, ex eo conſtat, quia nec ex præſtantia ſubiecti, in quo verſatur, nec ex certitudine demonſtrandi id concluditur, ex quorum tamen altero capite, vel vtroque id oſtendendum eſſet, vt Ariſtot. ſapienter docet initio libri de anima. * Nam ſi de præſtantia ſubiectorum agitur, nobilius eſt ſubiectum Philoſophiæ naturalis, cùm ſit ſubſtantia. Si de certitudine demonſtrandi, potior demonſtrandi modus eſt mathematicus.

** c. 1. tex. 1. & 8. Top. c. 2.*

ESSE autem verè ac propriè ſcientiam, his rationibus oſtenditur. Primùm, quia partim comparatur, partim comparari poteſt per veram demonſtrationem, ac propriam: quod inductione patet in libris, quos habemus ex Ariſtot. Exactis enim prædicamentorū, & de Interpret. libris, in quibus ille ferè definitionibus, ac diuiſionibus principia modorum diſſerendi tradit: tam multæ reperiuntur veræ, ac proprię demonſtrationes, vt in conuertendis propoſitionibus, in reuocandis ratiocinationibus imperfectis ad perfectas, in mixtionibus modorum, in medij inuentione, & aliis paſſim locis vtriuſque Analyticæ, vt nemo ſit, qui negare id poſſit. Quòd ſi in libris Topicis, & iis qui de Sophiſtarum reprehenſionibus inſcribuntur, non apertè inueniuntur demonſtrationes, facilè tamen pleraque in demonſtrationis formam redigi poſſunt, & ſi rei materia pauciores patitur, quàm quæ Analyticæ ſubiecta eſt. Poteſt item Dialecticus demonſtrare de modo diſſerendi in commune. Quòd ſit aptus ad docendum: de diuiſione, Quòd confuſione mentem liberet: de definitione, Quòd perfectam naturæ perceptionem pariat: de argumentatione: Quod fidem faciat: de demonſtratione, Quod ſcientiam gignat: de ſyllogiſmo dialectico, Quod opinionē: de pſeudographo, Quod errorē, de ſophiſtico, Quod deceptionem, & alia quàm plurima de aliis rebus dialecticis. Ita perſpicuum eſt, Dialecticam partim comparari demonſtratione, partim ſine ea comparari poſſe. Deinde, *tunc aliquid verè, ac propriè nos ſcire arbitramur, cùm illud per propria principia intelligimus*, quod ſæpè Ariſtot. & cæteri Philoſophi docent: at Dialecticus intelligit omnes diſſerendi modos per propria eorum principia, hoc eſt, per proprias eorum partes, per peculiares definitiones, ac per ſe notas propoſitiones, vt ex vniuerſa Dialectica perſpicuum eſt: non eſt igitur dubium, quin Dialectica ſit verè, ac propriè ſcientia. Tertiò, Dialectica eſt ex iis habitibus, quibus vero aſſentimur: atqui non eſt fides, vt Grammatica, quæ nititur auctoritate: neque item opinio, cùm ſit euidens, & certus habitus: eſt igitur ſcientia: omnis enim habitus, quo aliquid tanquam verum approbamus, aut eſt fides, aut opinio, aut ſcientia, quo nomine compre-

In Dialectica multas & veras demōſtrationes reperiri.

Aliquot demonſtrationes Dialecticæ.

Scire quid.

Habitus, quo vero aſſentimur.

 hendimus.

Digitized by Google

hendimus habitum principiorum, & propriè dictam ſcientiam, quæ ſapientiam complectitur. Cùm igitur Dialectica non ſit habitus principiorum: eſt enim de iis, quæ probatione indigent: efficitur, vt ſit propriè ſcientia: tametſi non eſt ſapientia, quæ rerum omniũ primas cauſas tradit. Quartò actus voluntatis, quatenus ad bene beatéque viuendum referuntur, cadunt ſub aliqua verè, ac propriè dictam ſcientiam diſtinctam à Phyſica, quæ de natura eorum agit, ſub moralem videlicet: actus item motiuarum potentiarum, etſi à Phyſico in tractatione de Anima explicantur, tamen quatenus aliquid arte cõficiunt ad Mechanicas ſcientias ſpectant, vt patet ex pleriſque mechanicis quæſtionibus ab Ariſt. & aliis Philoſophis demonſtratiuè tractatis: igitur, & actus, & intellectus, quatenus ad diſſerendum ſpectant, cadent ſub peculiarem aliquam verè, & propriè dictam ſciẽtiam diſtinctam à ſcientia de anima, quæ de eorum natura diſputat: at hæc nulla eſt alia, quàm Dialectica: eſt igitur Dialectica verè, ac propriè ſcientia. Huius argumenti vim continet commendatio illa Dialecticæ Iamblici ad Sopatrum *Abſurdum*, inquit, *eſſet, cætera quidem omnia ratione iudicare, ipſam verò abſolutiſſimam rationis conſiderationem relinquere, & cùm ratione animalibus aliis antecellamus, eximium iſtud humanæ naturæ bonum poſſidentes, temerè, & obiter eam excolere, rerúmque omnium diſquiſitioni admixtam rationis vim diligere, ipſam verò eius cognitionem, quæ præ cæteris digniſſimam, ac pretioſiſſimam ſcientiam ſui, per ſe conſtituit, (vt teſtatur deſcriptio illa Delphica) velut improbandam reiicere.*

Varias hominis actiones variè conſideratas ad diuerſas ſcientias ſpectare.

Encomium Dialect.

POSTREMO, cùm aliquid vno modo fit rectè, alio non rectè, poteſt reddi cauſa, cur rectè fiat, cur item non rectè, quam cauſam, qui tenuerit, verè, ac propriè eius rei ſcientiam aſſequutus erit: nos autem aliquando rectè diſſerimus, aliàs peruersè, & vitioſè: dantur igitur cauſæ, cur rectè interdum diſſeramus, interdum non rectè: at Dialectica huiuſmodi cauſas tenet, cùm principia omnia diſſerendi tradat: eſt igitur verè, ac propriè ſcientia.

Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.

SECTIO VIII.

Quid nõnulli hoc loco intelligi velint nomine modi ſciendi. Refutatio.

AD PRIMVM igitur argumentum pro negatiua parte initio quæſtionis propoſitum, non deſunt, qui dicant, nomine modi ſcientiæ in hoc capite non innui Dialecticam, ſed ſignificari methodum, ſiue modum procedendi in vnaquaque ſcientia, qui priùs haud dubiè tenendus eſt, quàm earum cuiquam detur opera. Verùm expoſitio non placet. Primùm, quia Ariſt. loquutus fuerat eatenus de modo diſcẽdi ab alio, & admittendi, & approbandi ea, quæ à præceptore traduntur, quod certè non fit niſi argumentis: at omnis argumentandi ratio à ſolo Dialectico traditur.

Deinde, quia & ſi nomine modi ſciendi ſolus procedendi modus ſignificaretur, cùm modus procedendi idem ſit, quod ordo, & diſpoſitio

ſitio doctrinæ, idq; ad vnum etiam Dialecticum ſpectet, vt in Dialecticis Inſtitutionibus diximus: adhuc dicẽdum eſſet ſignificari iis verbis Dialecticam. Niſi quòd cùm hæc poſſit, & in genere tractari, & accommodatè ad diuerſarum ſcientiarum materias, duplicem ait hoc loco Auen-rois ſignificari logicam, generalem vnam, alteram particularem. Quod ſic crediderim intelligendum, vt Logica generalis dicatur tota ipſa ars Logica, quæ ante omnes alias ſcientias tradenda eſt: particularis autem Logica nihil aliud ſit, quàm quædam logicorũ præceptorum accommodatio ad materiam cuiuſquè ſcientiæ, vt quiſque artifex intelligat, quo pacto in ea ſcientia, quam aggreditur, progredi debeat, & ea, quæ dicuntur, admittere: quæ, vt ita dicam, Logica initio cuiuſque ſcientiæ tradi debet, vt fit in procemiis Phyſicorum, & librorum de Anima, itémque ad initium primi Ethic. cap. 3. atque hoc ipſo opere, ac capite.

Com. 15.

Auerrois quid Dialectica generalis & quid particularis nomine ſignificet.

DICENDVM eſt igitur, appellatione modi ſciendi ſignificari Dialecticam, non quod ipſa vocetur modus ſciendi, ſed quia nòmine modi ſciendi, quo ſignificatur Dialecticæ ſubiectum, innuitur ipſa Dialectica. Niſi velis eam vocari modum ſciendi, quo pacto hoc opus appellatur, *Poſt naturalia*, quòd iis verſetur. Quo autem pacto fieri poſſit, vt ipſa ſit ſcientia ea, quæ modum ſcientiam acquirendi tradit, nec tamen ſit prior ſeipſa, inferiùs patebit.

Vera huius loci explicatio.

AD Secundum, tertium, & quartum dicendum eſt, Ariſt. iis in locis non de Dialectica, vt docet, & à rebus auulſa eſt, ſed quatenus eſt vtens, & rebus concreta apertiſſimè loqui: quo pacto Dialectica non fungitur officio ſcientiæ, ſed facultatis, vt eam meritò vocat Ariſtot. 1. Rhet. ad Theod. c. 2. & 4. lib. huius operis, c. 2. Eſt enim ſcientiæ officium, ex certis principiis certas etiam concluſiones tradere, facultatis autem, ſiue potentiæ, poſſe attingere apposita. Vnde quo pacto intellectus, quia facultas quædam eſt, non modò vera, ſed etiam falſa approbare poteſt, voluntas autem eadem ratione, & bona & mala amplecti, cùm tamen ſcientiæ vera tantùm, ac bona approbent, ita Dialectica, quatenus vtramque in partem præceptis probabiliter diſſerendi vtitur, poteſt ex contrariis pronunciatis, quæ diuerſis hominibus probantur, contraria ſuadere, etſi, quatenus ſcientia eſt, certa habeat, & definita dogmata.

Tex. 5.

AD quintum dicendum eſt, Ariſtotelem eo loco de ſcientiis realibus eſſe intelligendum, vbi etiam nomen rerum accipitur pro rebus, vt diſtinguuntur à ſermone. Cùm autem Philoſophi docent, ſciẽtiam eſſe de iis, quæ aliter ſe habere nõ poſſunt: ſic accipiendũ id eſſe, quaſi dicant, omnem ſcientiam haberi de concluſionibus neceſſariis, & quæ falſæ eſſe nequeunt: huiuſmodi autem eſſe concluſiones Dialecticæ. Docet enim Dialectica, primum modum primæ figuræ concludere enunciationem vniuerſè affirmantem: ſecundum verò vniuerſè negantem. & alia huiuſmodi, quæ falſa eſſe non poſſunt. Quocirca, etſi Dialectica agit de ſermone, cuius ſignificatio hominum voluntate mutari poteſt concluſiones tamen, quas tradit, non poſſunt ex veris in falſas commutari. Hinc fit, vt Dialectica eadem ſit apud omnes

Explicantur varia Ariſtotelis dicta.

Dialectica concluſiones eſſe neceſſarias.

nationes, eademque perſeueraret, ſi omnis ſignificatio ſermonis, qua nunc vtimur, aboleretur, & alia omnino inſtitueretur.

Dialecticam, & Rhetoricā eaſdem eſſe apud omnes nationes.

Aug. 2. de doctr. Chriſt. 36.

Idem videtur dicendum de Rhethorica, quæ maxima ex parte certas, ac ratas habet concluſiones, ex natura videlicet rerum profectas, veluti quòd narratio breuis, credibilis, & dilucida eſſe debeat. Niſi quòd hæc ars paucas admodum demonſtrationes patitur, nec per modum ſcientiæ tradi ſolet. Quamquam Ariſt. ad Theodectem accurratiùs reddit rationem eorum, quæ ad Rhetoricam pertinent, quam quiſquam alius. Itaquè hæ duæ artes ita de ſermone agunt, qualecumque ſit idioma, quod ad earum ſubſtantiam attinet, nihil aut perparum referat. Aliter dicendum eſt de Grammatica, quæ vt tota pédet ex hominum voluntate, ſic in aliis idiomatis alias habet concluſiones, quæ item facilè mutabuntur, ſi vſus volet. Quod enim nos, exépli cauſa, dicimus, Ariſtoteles fuit doctior Xenocrate, Græci more ſuo dicunt, fuit doctior Xenocratis id quod nos etiā vſurpare poſſumus, ſi placuerit.

Non idem dicendum eſſe de Grammatica.

SIT NE DIALECTICA CONTEMPLATIUA AN PRACTICA.

QVÆSTIO II.

Neceſſariò dicendam eſſe practicam, vel contemplatiuam.

SECTIO PRIMA.

Primum argumentū vtrumque negantium.

SVNT ex recentioribus, qui velint, hanc artem neque cõtemplatiuam eſſe ſcientiam, neque practicam. Primùm, quia credunt, non eſſe ſcientiam.

SECVNDO, quia dirigit operationes intellectus, qui ſecundum ſe ſpectatus, nec contemplatiuus eſt determinatè, nec practicus.

TERTIO, quia vt Ariſt. docet 1. Topic. c. 9. *Problemata omnia aut ſunt practica, aut contemplatiua, aut quæ ad hac conducunt*, quod tertium genus c. 12. eiuſdem lib. planè vocat *Logica Problemata*. *1. Text. 2.*

POSTREMO, quia Dialectica nec numeratur ab Ariſt. inter practicas, nec inter contemplatiuas, quarum meminit 6. lib. huius operis. Ita concludunt Dialecticam, nec practicam ſcientiam eſſe, nec contemplatiuam, ſed organicam, & adminiculantem practicis & ſpeculatiuis. Atque hanc putant eſſe ſcientiam D. Thomæ, & aliorum quorumdam grauium Auctorum.

Refellitur hæc opinio.

HÆC tamen opinio non placet. Primùm, quia Dialectica eſt verè, & propriè ſcientia, vt probatum eſt, quare & verè & propriè eſt, aut contemplatiua, aut practica. Deinde quia, etſi non eſſet ſcientia, tamen cùm ſit habitus cognitiuus, neceſſariò dicenda eſſet aut practica, aut cõtemplatiua. Nam ſi eius cognitio nõ refertur ad opus, contéplatiua eſt, ſi refertur, eſt practica, vt colligi poteſt ex 1. cap. huius libri. Poſtremò, quia, etſi intellectus ſecundum ſe non eſt determinatè contemplatiuus, aut practicus, tamen eius actus partim ſunt contemplatiui deter *Tex 2.*

Actus intellectus partim practicus, partim contemplatiuus eſſe.

Digitized by Google

determinatè, partim practici, atque adeo vel ſunt in intellectu contemplatiuo, vel in practico. Quare Dialecticæ habitus vel in contemplatiuo intellectu erit, vel in practico vel in vtroque: atque ita vel contemplatiuus, vel practicus, vel vtrumque. vbi enim eſt actus, quo proximè acquiritur habitus, ibidem eſt habitus ipſe.

Solutio argumentorũ propoſita opinionis.

Ex his patet ſolutio primi, & ſecundi argumenti. Ad tertium dicendum eſt, primum membrum diuiſionis problematum, ſiue quæſtionum in loco citato non eſſe quæſtionum practicarum abſolutè, ſed earum tantùm, quæ pertinent ad proſequutionem boni, & fugam mali, quas Ariſt. cap. 12. eiuſdem lib. vocat *Morales*. Non ſequitur autem, problemata logica non eſſe practica, quia non ſint moralia, cùm latiùs pateat practicum, quàm morale. Ad quartum dicendum, non recenſeri eo loco apertè Dialecticam inter contemplatiuas, aut practicas, quia Ariſt. non perſequitur diuiſionem eorum generum vſque ad vltimas ſpecies. Quamquam non deſunt, qui reſpondeant, Ariſtotelẽ eo loco non diuidere ſcientiam abſolutè, ſed realem, vt diſtinguitur à ſermocinalibus quo pacto Dialectica in membris diuidentibus numerari non debuit. Non eſt igitur propter hæc argumenta dicendum, Dialecticam neque contemplatiuam eſſe, neque practicam. Si qui autem graues auctores videntur ſenſiſſe, nec practicam eſſe, nec contemplatiuam, ſed vtriuſque generis miniſtram, intelligendi omnino ſunt de contemplatiuis, & practicis realibus, non vniuerſè de omnibus practicis, & contemplatiuis.

Non rectè à pleriſq; probari contemplatiuam eſſe.

SECTIO II.

Vt Scot. in prologo ſent. q. 4. An. And. lib. 6. Meth. 3. q. Iauel. ibidem q. 7. Son. in q. 6. & plerique alij.

Primum argumẽtum eorum, qui exiſtimant Dialecticam eſſe contemplatiuam ſcientiã.

Alii exiſtimant, eſſe contemplatiuam. Primùm, quia tractet omnia more contemplatiuo. Explicat enim naturam ſyllogiſmi, & aliorum modorum differendi, eorumque principia, partes, & proprietates tradit.

Secvndo, quia alioqui aut eſſet actiua, aut affectiua, vt patet ex lib. 6. huius operis.* at actiuæ omnes pertinent ad mores, affectiuæ autem ſunt Mechanicæ, à quibus non eſt Dialectica.

** cap. 1. tex. 1. Sect. 2. q. 1.*

Tertio, quia, etſi hæc ars referatur ad opus diſſerendi, eius tamen finis proximus non eſt ipſum diſſerendi opus (quod etiam ſuprà dictum eſt,) ſed intelligere quo pacto ſit diſſerendum.

Qvarto, quia practica ſcientia eſt, quæ dirigit praxim, ex qua Practicæ nomen deſumptum eſt: at Dialectica non dirigit praxim, ſed operationes intellectus, quarum nulla eſt praxis. Ita concludunt Scotus, & alij non pauci, Dialecticã non eſſe practicã, ſed cõtemplatiuam.

Solutio argumentorum.

Vervm quicquid de hac ſententia dicendum ſit, argumenta propoſita nihil efficiunt. Non quidem primum, quia practicæ etiam ſcientiæ tradunt naturas rerum, de quibus peculiari ratione agunt, vt Morales naturam virtutum, earúmque partes, principia, & proprietates, neque in ea re diſcrimen eſt inter practicas, & contemplatiuas, vt paulò pòſt patebit. Non ſecundum, quia neque omnes actiuæ etiã reales, ſunt

Digitized by Google

ſunt morales, neque omnes affectiuæ mechanicæ, quod itẽ ex ſequentibus perſpicuum erit, Non tertium, quia etiam finis Moralis ſcientiæ proximus non eſt bene agere, ſed intelligere, quo pacto bene agendum ſit, cùm tamen Moralis ſit practica. Non denique quartum, quia nomine πράξεως comprehendũtur apud Philoſophos non modò operationes voluntatis, ſed etiam intellectus, quatenus voluntatis imperio ſubiectæ ſunt.

Finis ſcientiæ de moribus. Praxis.

Nonnulla de diſcrimine contemplatiuæ ſcientiæ, ac practicæ.

SECTIO III.

Finis contemplatiuæ ſcientiæ, cognitio, practicæ opus.

VT igitur faciliùs intelligas, Dialecticam eſſe practicã, quod [a] aliis meritò placet, nonnulla præmittenda ſunt de diſtinctione practicæ à contemplatiua, vt ab Ariſtot. traditur primo cap. [b] huius libri, cùm ait, *finem contemplatricis ſcientiæ, veritatem eſſe*, hoc eſt, ipſam veritatis cognitionem: *practicæ autem, opus.* Qua in re nonnulla animaduertere oportet. Primùm, nomine finis eo loco non eſſe intelligendum finem, quem ſibi quiſque pro libito ſtatuit (plerique appellant finem ſcientis) ſed eum, ad quem ſcientia ipſa ſuapte natura dirigitur. Fieri enim poteſt, ac paſſim etiam accidit, vt finis eorum, qui ſcientiis contemplatiuis dant operam, non ſit ipſa rerum cognitio, ſed quæſtus, quem ex ea cognitione facere, aut inanis gloria, quam ex ea captare volunt: contráque euenit, vt plerique viri principes dent operam practicis ſcientiis non gratia operis faciendi, ſed ſolius cognitionis cauſa, eiúſq; oblectationis, quæ cognitionem conſequitur. Non erit igitur vlla ſcientia contemplatiua, niſi ex natura ſua ſibi vendicet, vt finem, cognitionẽ ipſam rerum, de quibus agit: neque item practica, niſi cognitio rerum, quam tradit, ſuapte natura dirigatur ad opus. Eas autem iudicabimus vendicare ſibi propriam cognitionem, vt finem, quæ in ſola natura rerum explicanda verſantur, nec tradunt vllas regulas operis cuiuſquam faciendi, etiam ſi res de quibus agunt, fieri poſſint humana opera. Qua ratione dicimus Phyſicam, & Geometriam eſſe contemplatiuas, quia nullas tradunt agendi, aut faciendi regulas, tametſi multæ res naturales, & Geometricæ poſſint fieri humana arte, vt aurum ab Alchimyſtis, pentagonon à fabro.

a In iis ſunt ex Recentioribus Ochamus & Greg. in prolog. ſent. Venetus a diuiſium Logica. Iandun. 6. Met. q. 3. & 5. Mirãdulanus, Scaliger & alij plerique.
b Text. 3.

Duplex finis ſcientiæ practicæ, & cõtemplatiuæ.

Ratio diſcernendi practicam à contẽplatiua.

EAS verò iudicauimus ſuapte natura dirigere cognitionem propriam ad opus, quæ tradunt præcepta agendi aliquid, aut faciendi, etiamſi naturam eius, & partes, ac proprietates ſimul explicent. Qua ratione dicimus, Morales eſſe practicas, propter regulas agendi, quas tradunt, quamquam ſimul agant de natura, virtutum, de ſpeciebus Rerumpub. & cæteris huiuſmodi. Deinde, non eſſe in eodem pronunciato Ariſtotelis præcisè intelligendum finem proximum ſcientiæ, ſed principalem, quiſquis ſit ille. Nam etſi finis proximus contemplatiuæ eſt cognitio, tamen opus non eſt proximus, & immediatus finis practicæ, ſed remotus. Ac potuiſſet quidem Ariſtoteles, diſtinguere contemplatiuam & practicam per fines earum proximos, cùm

Per quos fines Ariſtoteles ſciẽtiam practicã & contemplatiuam diſtinguit.

cùm apertum ſit, omnem ſcientiam ferri proximè ad aliquem actum proprium à ſe elicitum, qui alius, quàm cognitio eſſe non poteſt. Verum quia cognitio contemplatiua non refertur ad opus, niſi forſitan ex propoſito contemplantis, cognitio autem practica ex ſe ipſa refertur ad opus tamquam ad finem principalem; meritò iudicauit ille diſtinguendas eſſe per cognitionem, & opus, tamquam per fines principales. Vnde eſt illud de contemplatiuis dictum, *Eſſe eas liberas, & ſui gratia*: de practicis autem moralibus, *Non vt cognoſcatur, quid ſit virtus, ſed vt boni efficiamur, de virtute agendum.*

Vt de Metaph. 1. lib. ca. 2.
Vt 2. Eth. c. 2.

TERTIÒ, contemplatiuam ſcientiã ſemper attingere per ſeipſam finem ſuum principalem, cùm is ſit eius actus elicitus, at practicẽ non per ſe ipſam, ſed per alium habitum, aut potentiam. Nam ſcientiæ Moralis finis præcipuus eſt opus virtutis, at hoc non à ſcientia ipſa Morali, ſed à virtute attingitur. Eodèmque modo Medicinæ finis principalis, eſt ſanitas ægroti: & Militaris, victoria, ſed tamen neutra attingit eum finem per ſeipſam, ſed per potentiam executiuam, aut ſuam aut aliorũ, aut aliorum & ſuam, vt perſpicuum eſt.

Diuerſo modo ſcientiam practicam & cõtemplatiuã fines ſuos principales attingere.

QVARTO, non eſſe intelligendum in eodem pronunciato nomine operis id ſolùm, quod confectum relinquitur extra eum, qui per ſcientiam agit, quemadmodum intelligitur primo Ethic. cap. primo, quo pacto ſtatua eſt opus ſtatuarii: ſanitas, aut homo ſanus, medici: victoria, ſiue hoſtium ſubiectio, ducis & exercitus: (neque enim practicæ omnes relinquunt opus confectum poſt actionem) ſed eſt intelligendum id, ad quod vltimò terminatur intentio ſcientiæ, ſiue id ſit tale opus, quale diximus, ſiue operatio regulata ſecundum normam ſcientiæ, ex qua operatione nullum tale opus confectum reſultet, quo pacto actus virtutis, eſt opus virtutis moralis: recta nauigatio Nauticæ: & concentus Muſicæ. Sunt enim duo genera ſcientiarum practicarum, quorum aliud habet pro fine opus priori modo ſumptum, aliud poſteriori, vt Ariſt. docet loco proximè citato: inter quæ opera hoc intereſt, quòd poſterius dicitur praxis, prius non item; ſed tamen inter actum elicitum ſcientiæ, & opus prioris generis ſemper media eſt praxis aliqua, ſaltem actio ea, qua eiuſmodi opus conficitur. Vnde fit, vt vtrumque genus ſcientiarum dicatur practicum à praxi; cæterum non ſemper, vt à fine principali, cùm praxis in priori genere ſit medium ad opus, quod eſt finis principalis. Hoc tamen conueniunt hæ ſcientiæ, quòd earum regulæ operandi non ſunt directiuæ, niſi praxeos, quandoquidem regulæ non dirigunt res, quæ fiunt, ſed actiones, quibus fiunt.

Duplex ſcientiarũ practicarum genus.

POSTREMO, nomine praxeos apud Scotum intelligi ſolas operationes extra intellectum, quod Ariſto. dicat in 3. de Anima, *Intellectum extenſione fieri practicum*, id eſt, cùm regulat operationes, quæ ſunt extra ipſum. Sed eiuſmodi pronunciatum neque eſt apud Ariſtotelem eo loco, neque vero alibi, quod ſciam, neque ſi foret, ita eſſet intellgẽdum, ſed hoc pacto, *Intellectum extenſione*, id eſt, dum iudicio ſuo ad aliquam operationem regulandam extenditur, *fieri practicum*: Siquidem tale iudicium, non eſt contemplatiuum, ſed actiuum, quod communi ſignificatione

In prolo. Sen. q. 4. c. 10. tex. 49.

Quid Praxis apud Scotum.

ſicatione ſumptum appellamus practicum. De qua re accuratius lib. ſexto. Potiùs ergo dicendum eſt, praxim eſſe actum cuiuſcunque potentię aptum dirigi, ſiue regulari ab intellectu, etiamſi ſit operatio intellectus. Alioqui actus prudentiæ, qui ſunt operationes intellectus, & regulantur, ſiue diriguntur per ſcientiam Moralem, non eſſent praxes, cùm tamen vel maximè hoc nomine à pleriſque dignæ cenſeantur. *Ad ca. 1.*

Vera ſententia, & praxis quid ſit.

Dialecticam eſſe ſcientiam practicam, non tamen effectiuam, ſed actiuam.

SECTIO IIII.

Oſtenditur Dialecticam eſſe practicã ex fine illius principali.

HIS poſitis, facilè colliges, Dialecticam eſſe practicam. Primùm, quia principalis finis, ad quem ipſa ſuapte natura dirigitur, eſt bene diſſerere. Nam etſi naturam, partes, & affectiones modorum diſſerendi tradit, tota tamen plena eſt præceptis bene diſſerendi, quod maximè patet in tota Analytica, & Topica, ad quæ præcepta, reliqua omnis conſideratio dirigitur. Cùm ergo diſſerere, quatenus ſubeſt voluntati, & regulatur præceptis bene diſſerendi, ſit verè praxis; erit & Dialectica practica.

2 Ex fine proprio.

Finis Dialecticæ proximus & remotus.

DEINDE, quia ex dictis patet, proprium eius finem eſſe, docere quo pacto diſſerendum ſit; docere autem quo pacto aliquid agendum ſit, iudicium practicum eſt. Diſtinguuntur autem hæ duæ rationes inter ſeſe propter duos fines Dialecticæ, quorum alter eſt principalis, & remotus, atque communis ei cum cæteris ſcientiis, alter proprius, & immediatus. Prior eſt diſſerere, poſterior docere quo pacto ſit diſſerendum: prior eſt praxis, poſterior iudicium practicum. Priorem cóſequitur Dialectica partim per ſe ipſam, cùm diſſerit demonſtratiuè in propria materia, & de quauis re probabiliter: partim per alias ſcientias, quatenus vnaquæque earum vtitur in ſua materia demonſtrandi præceptis à Dialectico traditis. Poſteriorem ſola ipſa per ſeipſam conſequitur, cùm ſola iudicet, ac doceat, quo pacto ſit diſſerendum.

3 Ex iis, in quibus Dialectica verſatur.

TERTIÒ quia propria rationis opera cadunt ſub conſiderationem Dialecticæ (ad ea enim corrigenda inuentam eſſe diximus Dialecticam) non cadunt autem quoad propriam naturam, cùm ſic pertineant ad ſcientiam naturalem, qua parte agit de anima; neque alia videtur eſſe ratio, qua cadant ſub Dialecticam, niſi quatenus diriguntur ad intelligenda ex cognitis ea, quæ ignota ſunt, dirigi autem hoc, aut illo modo, eſt practicè tractari, non autem ſimpliciter cognoſci, eſt igitur non contemplatiua, ſed practica. Eadem ratione dicimus, artem fabrilem eſſe practicam, quia etſi ligna, quæ ſunt eius materia, ſunt res naturales, & à Phyſico tractantur, tamen quia tractãtur directiuè ab arte fabrili, vt de iis fiat hoc pacto ſcamnum, illo autem mẽſa &c. ideo non eſt contemplatiua, ſed practica. *q. 1. Sect. 2.*

Ex quibuſdã locis Ariſtot.

ACCEDIT Ariſt. ſententia, qui libro. 6. huius operis c. 1. non enumerat, niſi tres contemplatiuas ſcientias, Metaphyſicam, Phyſicam, & Mathematicam, quo fit, vt cæteras omnes in practicis numerandas velit. *Textu. 2.*

velit. Quòd ſi dicas Ariſto. eo loco non diuidere niſi ſcientias reales, ſaltem hoc concedas neceſſe eſt, id, quod ait de practicis realibus, in Dialecticam quoque eadem ratione conuenire, Eſſe, inquam, in nobis principium rerum, quæ ab ea tractentur. Libro etiam 1. Topic. cap. 9. idem ſignificatur in diuiſione problematum. Cùm enim ſecundum membrum ſit eorum, quæ pertinent ad contemplationem, reliquum eſt, vt cætera duo pertineant ad praxim, quorum alterum eſt problematum logicorum. Idem quoque patet ex appellatione logicis problematis eo loco attributa. Vocantur enim adminiculantia, ſiue ſubſeruientia moralibus, & contemplatiuis, quod ad praxim ſpectat, non ad contemplationem. Contemplatiuæ enim ſcientiæ non ſubſeruiunt aliis, ſed ſua contemplatione contentæ ſunt. Quia tamen Dialectica magis ſubſeruit contemplatiuis, quàm practicis realibus, ideo à D. Auguſt. 8. lib. de ciuit. Dei, & D. Tho. in Boëtium de Trinitate* ad contemplatiuas ſcientias reuocatur. Quam eamdem ſententiam crediderim eſſe Ægidij Romani ad initium Logicæ, cùm vocat Logicam, ſpeculatiuam adminiculantem, præſertim cùm in hoc eodem genere ponat Rhetoricam, & Grammaticam, quæ planè numerantur in practicis artibus, nec alia ratione dici poſſunt ſpeculatiuę adminiculantes, niſi quia ſpeculatiuis, vt dignioribus inſeruiunt. Denique idem ſignificarunt veteres Peripatetici, cùm Dialecticam organum Philoſophiæ appellarunt, atque adeò ſimpliciter organum. Perſpicuum eſt enim organum, ſiue inſtrumentum non ad contemplationem, ſed ad actionem ſpectare.

Aug. 7. de ciuit. Dei ca. 4.
** quæ. 5. ar. 1.*

Cur à quibuſdã Dialectica reuocetur ad ſcientias contemplatiuas.

Cur organũ Philoſophia dicatur.

ILLIVS autem quæſtionis, ſit ne Dialectica in actiuis an in effectiuis artibus ponenda, (in has enim diuiduntur practicæ ab Ariſt. 6. lib. huius operis cap. 1.) perfacilis eſt explicatio. Si enim actiuæ primò, & præcipuè in actibus immanentibus verſantur, effectiuę autem in iis, qui tranſeunt in externam materiam, perſpicuum eſt, Dialecticam eſſe actiuam, non effectiuam, quippe cùm primò verſetur in operationibus intellectus dirigẽdis, quamuis etiam deſcendat ad dirigendum externum ſermonem. Eodem pacto Moralis ſcientia eſt actiua, non effectiua, quia etſi verſatur in externis virtutum actionibus, præcipuè tamen de internis agit. Alia ratio eſt de Rhetorica, & Grammatica: verſantur enim primò, & præcipuè in externo ſermone, tametſi Grammatica non eſt verè, & propriè dicta ſcientia. Erunt igitur hac ratione Rhetorica, & Grammatica efficientes. Quòd ſi nomine agentium eæ quoque intelligantur omnes, quæ ita in externa materia verſantur, vt nullum opus confectum relinquant, quo pacto non rarò intelligi ſolent, vtraque in numero agentium haberi poterit: quod idem Quintil. de Rhetorica cenſet. Eadémque efficientium ſignificatione nonnumquam vtitur Ariſtoteles vt in 1. libro Magnorum Moralium, vbi Cithariſtarum artem in agentibus numerat, non in efficientibus.

Text. 4.

Dialecticam eſſe ſcientiam agentem, non efficientem.

Rhetoricam, & Grammaticam efficiẽtes.

Lib. 2. ca. 19. Cap. 33.

HINC collige, nec ſolas ſcientias Morales eſſe actiuas, cùm ſermocinales quoque actiuę ſint, nec omnes effectiuas eſſe Mechanicas. Eas enim eſſe dicimus Mechanicas, quorum artifices manu conficiunt ea,

Conſectariũ.

Digitized by Google

in quibus verſantur. Quamquam nonnulli eas excipiunt, quæ etſi in manuaria conſiſtunt opera, haud magno tamen egent labore corporis: vt Galenus, pingendi, fingendique peritiam. Vnde patet, artem Ducis, Architecti, & huiuſmodi alias, quæ præcipiendo aliquid efficiunt, ita eſſe effectiuas, vt multò etiam minùs, quàm pingendi ars, Mechanicarum nomine comprehendantur. Iraque eæ tantùm apud omnes dicantur Mechanicæ, quæ aut labore corporis, aut vtilitate operis animum deprimunt, & quodammodo ſeruum faciunt, Quas Ariſt. lib. 8. Polit. *βαναύσους*, hoc eſt, *ſordidas*. nos etiam Seruiles dicimus. Sed quoniam in diſtinctionem artium & ſcientiarum incidimus: operæ pretium erit, tres quaſdam earum generales diuiſiones ſub vnum aſpectum proponere, latè tamen, ac promiſcuè acceptis nominibus artis & ſcientiæ.

In exhortatione ad bonas artes.

Artes Mechanicæ.

Cap. 4.

Generalis Diuiſio ſcientiarum.

SECTIO V.

Prima artiū diuiſio in reales, & ſermocinales.

SCIENTIÆ, ſiue artes tribus modis diuidi poſſunt: vno, ratione eorum, in quibus verſantur: altero, ratione finis: tertio, ratione ordinis.

PRIMA diuiſio Artium, aliæ de rebus agũt, aliæ de ſermone. Priores dicuntur reales, quod genus latiſſimè funditur, vt ex dicendis patebit: poſteriores, ſermocinales, quod genus Grammaticam complectitur, Dialecticam, & Rhetoricam. Poteſt autem in hac diuiſione nomine ſermonis intelligi non modò ſermo externus, quo cum aliis communicamus, ſed etiam internus, quo ſecum quiſque ratiocinatur, circa quem præcipuè verſatur Dialectica. Ac Grammatica quidem tradit ſermonem correctum, & emendatum, vt quod dicitur, rectè ac integrè percipiatur, *Grammatica*: inquit D. Auguſt. *dicitur omnis orationis integritas*. Rhetorica ornatum adhibet, vt moueatur affectus auditoris: Quod Cic. ſignificat, cùm ait, *Vnum erit profectò, quod ij, qui bene dicunt, afferunt proprium, compoſitam orationē, & ornatam, & artificio quodam, & expolitione diſtinctam.* Denique Dialectica verſatur in tradendo ſermone rationali, ſic enim vocari poteſt is, qui ignotum aliquid ex iis, quæ nota ſũt, declarat: in quo præcipua rationis, ac orationis vis cernitur. Ad Grammaticam reuocantur à nonnullis Hiſtorica, & Poëtica. Potiùs tamen reuocandæ videntur ad Rhetoricam, vt fit apud Quintilianum, quippè cùm hiſtoria, & poëſis quemdam ſibi proprium ornatum habeant, & ad mouendos ſuo modo affectus comparatæ ſint. Etenim hiſtoria rerum geſtarum graui narratione animos impellit ad pleráque agenda, fugiendáque. Poëſis verò ligatæ orationis ſuaui numero animum delectat, ac mulcet: eámque in rebus ob oculos ponendis vim habet, vt eas non tam pingere, quàm facere videatur, vnde & *ποιητικῆς* nomen arti tributum eſt. Ex his adductus eſt Cicero, vt diceret hiſtoriam eſſe *opus maximè oratorium*. & alibi, *Videtis ne* inquit, *quantum munus Oratoris ſit Hiſtoria? Haud ſcio an flumine orationis & varietate maximum*. Et alio loco: *Eſt finitimus Oratori Poëta, numeris aſtrictior*

Grammatica.

Rhetorica.

Dialectica.

Hiſtorica. Poëtica. Recentiores quidam.

De Doctri. Chri. lib. 3. 3. cap.

1. de Oratore. Lic. 1. capit. 19.

Quid Cicero de Hiſtorica, & Poetica ſēſerit.

1. de Leg. 1. 2. de Orat.

1. de Orat.

Digitized by Google

ctior paulò, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus ſocius, ac penè par: in hoc certè propè idem: nullis vt terminis circumſcribat, aut definiat ius ſuum, quo minus ei liceat, eadem illa facultate, & copia vagari, quà velit.

Secunda artium diuiſio in Theoreticas & Practicas.

SECVNDA diuiſio. Artium, quædam ſunt Theoreticæ, ſiue contemplatiuæ, & ſpeculatiuæ, vt vocant: aliæ practicæ. Theoreticæ ſunt, quarum finis eſt ipſa veritatis cognitio. Practicæ, quarum finis eſt opus. Porrò Practicæ, aut dirigunt actiones, quæ in ipſo agente manent, quæ magis propriè dicuntur actiones, vt velle, nolle: aut eas, quæ in alia re exercentur, quæ vocantur effectiones, vt nauis extructionem. Priores nomine communi ſibi vendicato appellantur practicæ & actiuæ: poſteriores proprio vocabulo dicuntur effectiuæ, hinc Ariſtot. 8. Topic. cap. 2. & 6. huius operis libro caput. *Varia ſcientiarum genera eſſe dixit, vnum contemplantium, alterum agentium, tertium efficientium*: quæ diuidendi ratio ab omnibus Philoſophis ſæpè vſurpatur.

Hoc lib. c. 1. text. 3.

tex. 1.

Tres Theoreticæ.

Phyſica.

Contemplantium tria genera facit Ariſtot. loco proximè citato, Phyſicam, Mathematicam, & Theologiam. Phyſica, ſeu Naturalis ſcientia, verſatur in cognoſcenda natura earum rerum, quæ mutationi ſubiectæ ſunt, vt cœlorum, elementorum, ſtirpium, & animantium. Mathematica contemplatur quantitatem, non ſpectata interim natura earum, rerum, in quibus quantitati exiſtit: cuius artis duæ ſunt ſpecies, Geometria, quæ quantitatem continuam, eiúſque proprietates conſiderat: & Arithmetica, quæ diſcretam, hoc eſt, numerum, & eius affectiones. Sunt & aliæ artes partim Naturales, partim Mathematicæ, vt vt Aſtrologia, Muſica, Perſpectiua, & Geographia, quorum prima de magnitudine, numero, & motu orbium cœleſtium: altera de tonorum conuenientia, & concentu: tertia de ratione radiorum aſpectus, qui viſuales appellantur: quarta de orbis terrarum deſcriptione diſſerit. Theologia verò, ſeu Metaphyſica, lumine naturali duce, eas contemplatur res, quæ omnis corporeæ molis, & mutationis ſunt expertes, vt mentes eas, quibus cæleſtia corpora mouentur. Verùm alia eſt longè nobilior Theologia, quàm Dei parentis omnium ſingulari munere accepimus, quæ non humano ingenio, ſed diuinæ reuelationis lumine edocta multò plura, multóque certiora de diuinis rebus tradit. Atque huic Theologiæ ſubiicitur ius Canonicum, qua ex parte continet ea, quæ Spiritus ſancti numine de iis, quæ ad fidem & mores, quos fides præſcribit, pro ratione temporum explicata ſunt. Nam quoad cætera non dubium eſt, quin Politicæ ſubiiciatur.

Mathematica.

Quæ ſint partim Naturales partim Mathematica.

Metaph.

Theologia ſacra omniū ſcientiarū nobiliſſima.

Ius canonicum partim Theologiæ partim politicæ ſubijcitur.

AGENTIVM verò duo ſunt genera. Vnum, quod dirigit actiones intellectus, quæ eſt Dialectica: alterum, quod dirigit actiones voluntatis, quod Moralis ſcientia vocatur. Quamquam ſi quis inter agentes, iuxta ſuperius dicta, numerare velit artes eas, quæ etſi in externam materiam tranſeunt: nullum tamen opus confectum ex proxima & immediata actione relinquunt: addendum erit tertium genus agentium, quod Grammaticam, Rhetoricam, Cithariſtarum artem, Tibicinum, & huiuſmodi alias comprehendat. Quòd ſi quis obiiciat, Grāmaticam dici ſolere artem rectè loquendi, & ſcribendi, at ſcribendi arte ipſam

Scientiæ agētes.

Qua ratione addi poſſit tertiū genus agētium.

ſcripturam confectam relinqui: Occurrendum erit, Primùm quidem non ideò Grammaticam dici rectè ſcribēdi artem, quòd doceat lineas ducere, ipſóſque characteres conficere (hoc enim omnes efficienti facultati tribuunt, non agenti) ſed quod tradat rectè, hoc eſt congruè, & emendatè loquendi, ac ſcribendi præcepta: ita vt non dicatur ſimpliciter ars ſcribendi, ſed ars ipſius, vt ita dicam, rectitudinis, ſiue cōgruitatis in ſcribendo. Deinde, præcepta, quæ traduntur à Grammatico, proximè & immediatè, atque adeò præcipuè ad orationem vocalem referri, ex qua certum eſt, nihil confectum relinqui, quemadmodum, neque ex proximo & immediato opere, quod Morales ſcientiæ præſcribunt. Nam etſi multa extrinſecùs fieri iubent, quæ diu permanent, vt ſunt commutatio rerum, & diſtributio communium bonorum: proximè tamen, ac præcipuè verſantur in actibus, qui manent in animo veluti in actibus interioribus iuſtitiæ, & aliarum virtutum.

Morales. PORRÒ Moralium ſcientiarum tres ſpecies tradi ſolent, Ethica, Oeconomica, Politica. *Ethica.* Ethica, ſic vnumquemque probitate morum informat, vt, etiamſi ſolitarius agat, poſſit (vt hæc vita fert) bene beatéque viuere. Oeconomica, ſiue Ratio rei familiaris, tradit præcepta regendæ familiæ. *Oeconomica. Politica.* Politica, quam nos Ciuilem dicimus, præſcribit leges gubernandæ Reip. ad quam pertinet tota iuris ciuilis prudentia, & magna pars iuris canonici.

Efficientes. DENIQVE efficientium aliæ dirigunt externum ſermonem, quibus homines inter ſe communicant, vt Grammatica, & Rhetorica: aliæ verò res alias externas. Huius autem poſterioris generis multæ tradūtur diuiſiones. Namque aliæ materiam præparant, vt quæ metalla purgat: aliæ opus conficiunt, vt quæ arma fabricat: aliæ confecto opere vtuntur, vt Militaris. Item aliæ ſunt principales, & quaſi dominæ aliarum, vt Architectura reſpectu Cæmētariæ: aliæ famulantes, ac ſubiectæ, vt hæc reſpectu illius. Ad hæc, aliæ poſt actionem nullum opus confectum relinquunt, vt ars Citharistarum: aliæ relinquunt, quorum tria genera traduntur. Siquidem aliæ noua conficiunt, vt figulorum ars: aliæ collapſa reſtaurant, ac reficiunt, vt Medicina: aliæ vtramque pręſtant, vt ars ædificandi. Rurſus, quędam ad neceſſaria ſubminiſtranda comparatæ ſunt, vt Piſtoria: aliæ melius, aut iucundiùs degendi gratia vt Gladiatoria ad vitam tuendam: ad delicias, vnguentaria. *2. Phyſ. 2. à text. 24. Laertius lib. 2. ex Platone. 1. Eth. cap. 1. Au. 2. de doct. Chr. c. 3. Galenus de conſtit. artis Medicæ.*

Tertia ſcientiarum diuiſio in ſuperiores & inferiores. TERTIA diuiſio, Artium, quædam ſunt ſuperiores: aliæ inferiores. Superiores ſunt Morales ſcientię, Naturalis, & vtraque Theologia. *Metaph. 1.* Atque hæ ſcientię magis, quàm artes appellantur. Inferiores, quæque ſæpius artes, quàm ſcientiæ dicuntur, ad ſeptem liberales, & totidem ſeruiles reuocantur. *Artes liberales, & ſeruiles.* Liberales ſunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Muſica, Geometria, & Aſtrologia. Seruiles, Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica: quæ omnes hiſce verſibus comprehendi poſſunt.

Lingua, tropus, ratio, numerus, tenor, angulus aſtra.
Rus, nemus, arma, faber, vulnera, lana, rates.

Cur liberales & ſeruiles dicantur. Linguæ nomine intellige Grammaticam: Tropi Rhetoricam: Rationis, Dialecticam: & ſic cæteras deinceps. Priores ſeptem ideo dicuntur

cuntur liberales, ſiue ingenuæ, quia illis excolitur animus, libera & ingenua pars hominis. Poſteriores vocantur Seruiles, quòd eis potiſſimùm exerceatur corpus ad mercenarias, ac ſeruiles operas. Quo fit, vt nomine Seruilium non oporteat intelligere Militarem Ducis, aut Fabrilem Architecti, aliaſúe huiuſmodi, quæ artificis manu non exercentur. Poſſunt enim hæ ad liberales artes, aut etiam ad ſuperiores ſciẽtias vtcumque reuocari, vt Architectura ad Geometriam, & ars ducandi exercitum ad Politicam. Sed quoniam cum quæſtione hac coniuncta eſt illa, ſit ne Dialectica pars Philoſophię, an ſolum inſtrumentum: eam è veſtigio diſcutiamus. *Exceptio.*

SIT NE DIALECTICA PARS philoſophiæ, an ſolum inſtrumentum.

QVÆSTIO III.

Non videri partem Philoſophiæ.

SECTIO I.

QVI Dialecticam neque in practicis ſciẽtiis, neque in contemplatiuis, neque omnino in ſciẽtiis numerandam cenſent, facile ſe negatiuã huius quæſtionis partem concludere exiſtimant, Et rectè quidem, ſi id, quod ponunt, verum eſſet. Neque enim fieri poteſt, vt diſciplina vlla ſit pars philoſophiæ, quæ in ſcientiis non numeretur. Sed quoniam eorũ fundamenta nihil firmitatis habent, vt ex dictis patet: alia nobis aſſerenda ſunt argumenta, quibus eadem concluſio videri poteſt veriſimilius confirmari. *q.1. Sect.7. & 8. & q. 2. à Sect.1.*

PRIMVM, quia Philoſophia non agit, niſi de rebus magni momenti: Dialectica verò tota verſatur in ſermone, aut etiam in entibus rationis, quæ nullius momenti ſunt. *Primum argumentum pro parte negatiua.*

DEINDE, quia omnis Philoſophorum cognitio eſt per ſe digna ſtudio: Dialecticæ autem nemo dat operam propter ipſam, ſed propter alias diſciplinas, atque adeo propter Rhetoricam, quam nemo ponit in partibus Philoſophiæ. Vnde fit, vt explicatio Logicorum problematum non expetatur propter ſe, ſed propter explicationem aliorum, vt habes primo Topic. cap. 9. *Secundum.*

TERTIÒ, quia nulla pars Philoſophiæ refertur ad aliam, aut eſt permixta cum aliis, ſed vnaquæque per ſeipſam quaſi cohæret, & ab alia diſtinguitur: at Dialectica refertur ad omnes partes philoſophię, & eſt permixta cum omnib. vt quæ omnib. modũ diſſerẽdi ſubminiſtrat. *Tertium.*

QVARTÒ, quia Philoſophia nõ eſt à rebus auulſa, ſed tota in rebus verſatur: Dialectica verò quatenus rebus concreta eſt, aut non eſt ſcientia, vt ſuprà oſtenſum eſt, cùm diſſerat ex probabilibus, aut ſi diſſerat de omnibus rebus demonſtratiuè, eadem eſt cum cæteris ſciẽtiis. *Quartum.*

QVINTÒ, quia idem videtur Ariſt. planè ſentire 1. libro. Top. c. 2. cum *Quintum.*

cùm ait, *Dialecticam eſſe vtilem ad diſciplinas Philoſophiæ*, & cap. 12. cùm docet *de quæſtionibus, quæ in diſputationem veniunt, aliter Dialecticum, aliter Philoſophum diſſerere*: & initio lib. 8. cùm ita ſcribit, *Quod ad loci inuentionem attinet, communem eſſe Philoſopho cum Dialectico conſiderationem.*

Sextum. POSTREMÒ, ex communi veterum ſententia, qui logicam Philoſophiæ organum appellauerunt. Nam cùm organum, ſiue inſtrumentum Artificis, non ſit eius pars, non erit Logica pars Philoſophiæ, ſed inſtrumentum.

Variæ Philoſophorum ſententiæ in hac Quæſtione, quidque ſit Philoſophia.

SECTIO II.

Sententia quorundã Græcorum. Stoicorum. Platonis. IN hac Quæſtione non mediocris contentio eſt inter Philoſophos. Nam Græci quidam enarratores Ariſt. vt Alexander, Ammonius & Philoponius exiſtimant, Dialecticam, ſiue Logicam, non eſſe partem Philoſophiæ, ſed ſolum inſtrumentum. Stoici verò contendunt non eſſe inſtrumentum, ſed partem. At Plato, *Ariſtotelis.* & Academici tùm partem, tùm inſtrumentum eſſe affirmant. In qua ſententia (vt mihi quidem videtur) fuit Ariſt. quam apertè ſequutus eſt ex Græcis Simplicius, & ex Latinis Boëtius, Magnus Albertus, & ferè reliqui graues Auctores. Quamquam Arabes quidam, in quibus eſt Auicenna, totam hanc quæſtionem de nomine eſſe exiſtimant, quòd alij latiùs, alij preſſiùs Philoſophiæ vocabulum accipiant. Quapropter videndum eſt, quid ſit Philoſophia: hinc enim nullo negotio explicabitur quæſtio. *Alex. & Philopon. initio Prior ũ. Ammon. initio prædicamentorum. Simplic. in prædi. Boëtius in Porphyrij prologo, & Alb. ibidem, tract. 1. c. 2.*

Germana Philoſophiæ ſignificatio. QVÆ ſit propria, & germana Philoſophiæ ſignificatio, ex cauſa, quæ priſcos homines ad Philoſophandum impulit, intelligi poteſt. *Auic. initio ſuæ Logicæ.* Scribit Ariſt. 1. lib. cap. 2. poſt Platonem in Theæteto, *ex admiratione effectorum, quarum cauſa ignorabantur, cœpiſſe homines philoſophari*, hoc eſt, cauſas inueſtigare. Si ergo ſtudium fugiendæ ignorationis cauſarum mouit priſcos, vt philoſopharentur, efficitur vt nihil aliud ſit Philoſophari (ſi propriè loquendum eſt) quàm *cauſas inueſtigare*, Vnde patet, Philoſophiam, ſi vim nominis ſpectes, nihil eſſe aliud, quàm *cauſarum inueſtigationem*, id quod magis ad verbum explicamus, cùm dicimus, Philoſophiam *eſſe amorem, ſtudium ve ſapientiæ*, hoc eſt, cognitionis rerum per omnes earum cauſas ad ſupremas vſque, Atque hæc de germana Philoſophiæ ſignificatione. Re tamen ipſa, Philoſophia, & Sophia idem ſunt. Qui enim priſcis temporibus ſophi, ſeu ſapientes dicebantur, poſtea auctore Pythagora modeſtiori vocabulo Philoſophi, quaſi ſapientiæ amatores appellari voluerunt, vt initio diximus: vnde factum eſt, vt quæ antea dicebatur Sophia, deinceps Philoſophia appellata ſit.

Prima Philoſophiæ definitio. Philoſophia igitur, ſiue Sophia definiri poteſt, *ſcientia rerũ per omnes cauſas*. Duobus autem modis teneri poſſunt omnes cauſæ rerum: aut in certo aliquo genere dumtaxat, aut ſimpliciter. Qui ſcit *In præ. huius operis cap. 4.*

rem

rem per omnes cauſas ad certum genus pertinentes, ſapiens in eo genere dici poteſt: qui autem per omnes omnino, ſapiens ſimpliciter. Verbi cauſa. Medicus, qui nouit morbum per omnes cauſas ad medicinam pertinentes, ſapiens Medicus appellari poteſt. Metaphyſicus autem quia tenet omnes omnino cauſas earum rerum, quæ ſub ipſius conſiderationem cadunt, dicitur ſapiens ſimpliciter.

Initio. Prædic. Idem valet ea Veterum definitio, quam Ammonius refert: *Philoſophia*, inquit, *eſt cognitio rerum, vt ſunt.* Nam cùm res omnes, quarũ cauſæ quæruntur, habeant eſſe per ſuas cauſas: tunc illæ cognitæ erunt, vt ſunt, cùm omnes earum cauſæ ita perceptæ fuerint, vt nulla iam ſuperior quæritur, ſaltem in eo rerum genere. *Secunda.*

Ammo. ibidẽ. Plutarc. 1. de Plac cap. 1. Clarior putatur hæc altera ſiue Platonis, ſiue Stoicorum definitio, *Philoſophia eſt rerum diuinarum, & humanarum cognitio:* quæ tamen mihi videtur obſcurior, niſi ſuppleatur ex ſuperiori definitione particula illa: *vt ſunt*: aut cognitio pro perfecta, & abſoluta cognitione, quæ per omnes cauſas habetur, accipiatur. Id quod videtur fuiſſe in cauſa, *4. Tuſcul* vt Cic. in Tuſcul. quæſtionibus longiorem fecerit eamdem definitionem, cùm dixit, *ſapientiam eſſe rerum diuinarum, & humanarum ſcientiam, cognitionémque quæ cauſa cuiuſque rei ſit.* Nomine verò diuinarum intelligit Ammonius res ſempiternas, vocabulo autem humanarum, caducas. Honorius Auguſtodunẽſis, nomine diuinarum incorporeas, humanarum corporeas, cùm ait, *Philoſophiam eſſe eorum, quæ ſunt, & non videntur, & eorum, quæ ſunt, ac videntur, veram comprehenſionem.* *Tertia.* *Ibidem Libr. 3. de Philoſophia mundi. cap. 1.*

Dialecticam eſſe partem Philoſophiæ.

SECTIO III.

HIs poſitis, nullo negotio colliges, Dialecticam ſcientiam, eſſe partem Philoſophiæ, & Dialecticum docentẽ, Philoſophum. Ac primum ex Etymologia nominis Philoſophiæ. Neque enim minùs conuenit in artem diſſerendi, ſiue ratione vtendi eſſe ſtudium ſapientiæ, cognitioniſque cauſarũ, quàm in aliam quamcumque practicam, quæ in partibus Philoſophiæ numeretur. *Ex etymologia nominis.*

Deinde ex ipſa Philoſophandi ratione. Sola enim Dialectica docet Philoſophari, quod eſt, ex effectis cognitis ignotas cauſas inueſtigare. Neque id dubium eſſe poteſt, cùm ea ſola tradit omnem diſſerẽdi rationem. Nec verò dici poteſt, Philoſophiam, id accipere à facultate aliqua, quæ pars Philoſophiæ nõ ſit. Eſt enim Philoſophari propriũ opus Philoſophi, cuius ratio, & norma ab alio, quàm Philoſopho, accipi non poteſt. Vnde & ſubiectum Dialecticæ diximus Orationẽ Philoſophorum olim appellatam, & qui Dialecticam inuenerũt, atque auxerunt, non modo Philoſophi, ſed præcipui etiã Philoſophi habiti ſunt, præcipuúmque opus Philoſophicum in ea re præſtitiſſe exiſtimantur. *Ex ipſa philoſophandi ratione.*

Tertio ex definitione Philoſophiæ tradita. Explicat enim Dialectica omnes diſſerendi modos per omnes eorum cauſas, cùm tradat *Ex Philoſophia definitione.*

omnes diuiſionum, definitionum, & argumentationum formulas, per partes materiales à primis vſque principiis, ac elementis, quæ in Prædicamentis continentur: per definitiones item, quæ ſunt cauſæ formales, per cõmunia quoque, & per ſe nota pronunciata, quæ ſunt cauſæ conferentes vim omnibus diſſerendi modis: per omnium denique fines, cuiuſmodi ſunt, demonſtrationis quidem efficere ſcientiam: ſyllogiſmi verò probabilis, gignere opinionem, & alii huiuſmodi: atq; in hæc eadem principia, & cauſas reſoluit ea, de quibus agit, quod ſæpe videre eſt apud Ariſtotelem, præſertim in libris Analyticis.

Ex veterum erroribus.

Quarto ex Veterum erroribus. Philoſophi enim, qui primi cœperunt Philoſophari, in multos errores inciderunt propter ignorantiam artis diſſerendi, vt Ariſt. ſæpe illis obiicit. Hinc enim fit, vt vel dicendum ſit, artem diſſerendi eſſe partem Philoſophiæ: quod volumus, vel certè ne totam quidem Philoſophiam ſatis eſſe, vt ſuorum erroribus, & quaſi morbis non quibuſuis, ſed præcipuæ partis humanæ naturæ medeatur: ſed opus ei eſſe externo auxilio eius artis, quæ in partibus Philoſophiæ non numeretur: quod dici nullo modo poteſt.

Vt 1. Phy. ca. 2. text. 10. & cap. 3. text. 22. & 25. & 4. lib. huius operis. c. 3 text. 8.

Ex comparatione cum aliis partibus Philoſophiæ.

Quinto ex comparatione Dialecticæ cum aliis partibus Philoſophiæ. Cùm enim ſcientiæ Morales, quæ dirigunt actus voluntatis, & appetitus ſenſitiui, habeãtur in partibus Philoſophiæ: non minori ratione ponenda eſt inter partes Philoſophiæ Dialectica, quæ dirigit actus rationis, ex quorum rectitudine pendet rectitudo actuũ voluntatis, & appetitus ſenſitiui. Cumq́ue Mathematicæ, quæ de quantitate agunt, in partibus Philoſophiæ habeantur, non eſt cur ea ſcientia, quæ in rebus longè nobilioribus verſatur, in operationibus nimirum, intellectus, eo titulo indigna iudicetur.

Ex ipſo Ariſtot. le.

Accedit his perſpicua Ariſt. ſententia, qui 1. Topic. cap. 12. recẽſitis tribus generibus Quæſtionum, quæ in controuerſiam venire poſſunt, Naturalibus, Moralibus, ac Logicis, ſiue rationalibus: mox ſubdit, *De ÿs omnibus Philoſopho quidem ad veritatem agendum eſſe, Dialectico verò ad opinionem.* Cùm igitur de quæſtionibus logicis ſolus Philoſophus ad veritatem, id eſt, demonſtratiuè agere poſſit, nullúſque alius de iis demonſtratiuè agat, niſi Dialecticus docens: ſequitur, Ariſtotelem planè ſentire, Dialecticum docentem Logicúmve eſſe Philoſophum, & Dialecticam, partem Philoſophiæ.

Ex diſtributione Philoſophiæ à Veteribus tradita.

Confirmari poteſt eadem aſſertio ex diſtributione Philoſophiæ, quam Veteres fecerunt. Plato enim, vt ex Ariſtotele refert Euſebius Pamphilius in libris de præparatione Euangelica, & aſſerit D. Aug. in libris de Ciuit. Dei, tres in partes Philoſophiã partitus eſt: in Naturalẽ, Moralẽ & Logicã, quam diuidẽdi rationem ſequuti ſunt Academici, & Ariſt. loco ex Topicis proximè citato. Stoici quoque eodem modo Piloſophiam partiuntur, vt latè refert Diogenes Laërtius in vita Zenonis, hoc inſuper addentes, Totã Philoſophiam eſſe quoddam quaſi animal, cuius oſſibus ſimilis ſit Logica, carnibus Ethica, animæ Phyſica. Aut eſſe veluti vrbem optime adminiſtratam, in qua Logica vicem murorum ſubeat, Phyſica ciuium, Ethica optimatum legum. Quod idem aliis ſimilitudinibus explicant. Eamdem diſtributionem ſequi

Lib. 11. cap. 1. Lib. 8. cap. 4.

Pulchra ſimilitudines ad explicandam vim partium Philoſophiæ.

ſequitur Cic. in libris de Orat. ad Q. fratrē: *Omnis, inquit, Philoſophia in tres partes eſt diſtributa, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores.* Sed & D. Aug. in proximè citato opere hanc eãdem Philoſophiæ ſectionem magnificè collaudat, & ex impreſſione quadam Diuinæ Trinitatis in res creatas fluxiſſe ſuſpicatur: *Quantum,* inquit, *intelligi datur, hinc Philoſophi Sapientiæ tripartitam diſciplinam eſſe voluerunt, imò verò tripartitam eſſe animaduertere potuerunt. Neque enim ipſi inſtituerunt, vt ita eſſet: ſed ita eſſe potius inuenerunt: cuius vna pars appellaretur Phyſica, altera Logica, tertia Ethica: quarum nomina Latina iam multorum literis frequentata ſunt, vt Naturalis, Rationalis, Moraliſque vocentur. Non quòd conſequens, vt iſti in his tribus, aliquid ſecundum Deum de Trinitate cogitauerint. Quamuis Plato primus iſtam diſtributionem reperiſſe, & commendaſſe dicatur, cui neque naturarum omnium auctor, niſi Deus, viſus eſt, neque intelligentiæ dator, neque amoris, quo bene beatéque viuatur, inſpirator.* Hæc, & alia Aug. in hanc ſententiam pulcherrimè. Non eſt tamen putandum, prętermiſſas eſſe in hac diſtributione Mathematicas ſcientias, aut Metaphyſicam: ſiquidem nomine Phyſicæ ſeu Naturalis, Mathematicæ quoque, & Metaphyſica intelligendæ ſunt, niſi quod apud Platonem & Stoicos nomine Logicæ Metaphyſica comprehenditur, vt ex ſuprà dictis patet.

Verba Auguſtini de eadem re. — 1. lib. — 8. lib. de Ciui. Dei cap. 4. & lib. 11. cap. 25.

In diſtributione Philoſophiæ nomine Phyſica Mathematicas, & Metaphyſicā comprehendi.

ILLVD tamen animaduertendum eſt hoc loco, etſi omnes ſcientiæ, quæ traduntur per omnes cauſas, & principia rerum, de quibus agunt, ſaltem per omnes, quæ pertineant ad genera illis ſubiecta, nomine partium Philoſophiæ cenſendæ ſunt, vt ex dictis patet: tamen interdum quaſdam non ita dignas hoc nomine haberi, vel quòd de rebus facilioribus, aut minoris momenti agant: vel quia non ſint ipſa veritatis cognitione contentæ, quod proprium videtur eſſe Philoſophię, ſi nominis etymologia ſpectetur: vel quia non videantur pertinere ad bene beatéque viuendum: vel quia non agant de rebus per ſe ſubſiſtentibus: vel quia non tradant prima omnino principia rerum, de quibus agunt: vel alias ob cauſas.

Cur nonnullæ ſcientiæ à numero partium Philoſophiæ interdum citantur. — q. 1. Sect. 7.

Cur Mathematicæ.

PROPTER primam cauſam ſæpe Mathematicæ, ſcientiæ, quas Ariſt. 6. lib. huius operis nomine Philoſophiæ complectitur, non numerantur in partibus Philoſophiæ, vt apud eundem 4. lib. c. 2. cùm ait, *perinde ſe habere Philoſophum, atque Mathematicum, quatenus vterque: multas complectitur ſcientias,* & apud Platonem 7. de Repub. cùm docet, *Geometriam attolere ad veritatem animum: atque ad philoſophandum præparare cogitationem:* quod idem de Arithmetica aliis verbis dixerat. Et apud Cic. 1. de Orat. cùm ita ſcribit. *At ne Philoſophi quidem ipſi, qui omnia ſicut ſua propria eſſe, atque à ſe poſſideri volunt, dicere audent, Geometriam, aut Muſicam Philoſophi eſſe, quia Platonem omnes in iſtis artibus præſtantiſſimum fuiſſe fateantur.* Id quod etiam ſentit Alex. initio commentariorum in priorem Analyticum, inquiens, *Geometriam non eſſe partem eius, quæ propriè Philoſophia dicitur.* Non videtur tamen in his Mathematicis comprehendi Aſtrologia, & Perſpectiua, quòd de rebus maioris momenti, aut difficilioribus agant. — c. 1. tex. 2.

PROPTER ſecundā, nonnunquā ſolæ Cōtēplatiuæ ſciētiæ Philo-

itized by Google

ſophiæ nomine dignæ habentur, quod Practicæ, non ipſam veritatis cognitionem, ſed opus aliquod vt præcipuum finem propoſitum habeãt. Quo pacto ſumitur Philoſophiæ vocabulũ 1. li. huius operis c. 1.

Cur aliquando ſola contemplatiua ſibi nomen Philoſophia vendicent.

Propter tertiam, interdum ſolæ practicę morales Philoſophię vocabulo ſignificantur, vt apud Platonem in dialogo de Philoſophia, qui etiam Amatores inſcribitur, quo loco concludit Socrates, eum ſolum eſſe Philoſophum, qui in ratione viuendi, familiámque adminiſtrandi nulli defert primas.

Cur interdum practica tantum.

Cur nonnunquã ea ſolum, quæ agunt de ſubſtantia.

Propter quartam, aliquãdo ſumitur nomen Philoſophiæ pro ea dumtaxat ſcientia, quæ agit de ſubſtantia, vt apud Ariſt. 4. lib. huius operis. c. 2. cùm ait, *tot eſſe Philoſophiæ partes, quot ſunt genera ſubſtantiarũ.* Tex. 4.

Propter quintam, non rarò tribuitur Philoſophiæ appellatio ſoli primæ Philoſophiæ, vt cap. eodem non longè à fine, cùm dicitur, *In eodem genere, in quo Philoſophia, Dialecticam, & Sophiſticam verſari*, & ſæpius etiam cap. 3. Tex. 5.

Cur aliquando ſola Metaphyſica.

Cur interdum Dialectica à partibus Philoſophiæ excludatur.

Cum igitur his, & aliis de cauſis pleræq; ſcientiæ in partib. Philoſophiæ iure cenſentur, ab earũ numero excludantur, nil mirum videri debet, ſi Dialectica quoad eam partem, qua de probabili diſſerendi ratione agit, etiam quatenus docet, & vera ſcientia eſt, pars Philoſophiæ interdum negetur, quod materia probabilis non ſit magni momenti, nec in ſe difficilis: tametſi modus eam tractandi per locos ab Ariſt. inuentos, adhibita etiam ratione interrogandi, & reſpondendi, non eſt facilis, nec vulgaris, ſed planè Philoſophicus, & quem grauiſſimi auctores in Ariſtotelis doctrina admirantur. Dixi *quoad eam partem, quæ de probabili diſſerẽdi ratione agit*, quia pars Analytica, cùm ſit grauis admodum & materiæ præſtantia, & doctrinæ difficultate: immeritò ob eãdem cauſam, qua Topica à Philoſophię partib. excluderetur: quamquàm excludi poſſit per ſecundam, & ſequentes, quemadmodum pleræque aliæ præſtantiſſimę ſcientiæ, de quibus nemo dubitat, quin ſimpliciter, & abſolutè in partibus Philoſophiæ numerari debeant. Tex. 7. & 8.

Soluuntur argumenta initio propoſita.

SECTIO IIII.

De quibus rebus agat Dialecticus.

AD primum igitur argumẽtum pro negatiua parte quæſtionis propoſitum dicendum eſt: primùm quidem, nullam eſſe rem adeo vilem, & abiectam, in qua mirandum aliquid non ſit, & conſideratione philoſophica dignum. Deinde, res arti Dialecticæ ſubiectas non parui momenti eſſe, ſed permagni potiùs, cùm ſint operationes intellectus, quæ ſunt omnium operationũ præſtantiſſimæ: nec Dialecticam agere de ſermone externo, niſi minùs principaliter, & quatenùs docet, quo pacto cùm altero diſputandũ ſit. Atqui minùs principaliter, etiam præſtantiſſimæ ſcientiæ de tenuiſſimis rebus vtcumque agunt, veluti prima Philoſophia de entibus rationis, quoad eorum eſſe, de quibus item agit Dialectica, quatenus eorum cognitio ad diſſerendi rationem conducit.

Idem penè Ariſtot. 1. de part. animal. cap. 5.

Ad ſecundum dicendum eſt, etſi cognitio rerum, in quibus Dialectica

Digitized by Google

lectica verſatur, non quæritur propter ſe ipſam, ſed tota ad opus refertur: non tamen hinc effici, non eſſe Dialecticam Philoſophiæ partem, ſed non eſſe contéplatiuam. Ad argumentum igitur non omninò admittenda eſt maior propoſitio, niſi in eo ſenſu, vt cócedamus, omnem Philoſophorum cognitionem, vel ratione ſui, vel ratione eius operis, ad quod dirigitur, eſſe dignam ſtudio. Ad id auté, quod in minore additur, dicito, cùm Dialecticam expetamus non propter ſolam Rhetoricam, ſed propter alias etiam diſciplinas, inter quas multæ ſunt quàm nobiliſſimæ partes Philoſophiæ: non ideo colligi Dialecticam, non eſſe partem Philoſophiæ, quòd Rhetorica in iis etiam non numeretur: multa enim nobiliora propter minùs nobilia expetuntur: non precisè tamen, ſed ſimul cum aliis præſtantioribus. Quamquam illud hoc loco obiter admonuerim, id quod dici ſolet, Rhetoricam non eſſe partem Philoſophiæ, intelligendum eſſe de Rhetorica, qua ratione ornata oratione vtitur. Sic enim vt nihil demonſtrat (imò nec ex probabilibus confirmat, niſi quatenùs Dialectici vtentis perſonam induit) ita Philoſophiæ munere non fungitur. Quòd ſi eadé ſpectetur, quatenus docet conficere ornatam orationem, quod vnum Ciceronis ſententia eſt proprium Rhetoris, non eſt cur more philoſophico magna ex parte tradi non poſſit, præſertim cùm orationis ornatus, quem Rhetores profitentur, non ſolùm ex ſignificatione verborum, quæ ex hominum inſtituto pendet, ſed etiam ex natura rerum naſcatur. Quia tamé Rhetorica vulgari potiùs, quàm Philoſophico more fermè traditur, ſimúlque paucas admodum demóſtrationes admittit idcirco à Philoſophię partibus, etiam quatenùs docet ornatè dicere, excludi à pleriſq; ſolet. Accidit, quòd demonſtrationes, quæ in ea fieri poſſunt: à Morali, aut Naturali Philoſophia maxima ex parte deſumuntur.

Cic. 1. de Ora.

Num Rhetorica ſit pars philoſophiæ.

AD tertium dicendum eſt, multas Philoſophiæ partes referri ad alias, vt Ethicam & Oeconomicam ad Politicam: aut eſſe cum aliis partibus aliquo modo permixtas, vt Geometriam cum Perſpectiua, & Arithmeticam cum Muſica. Neque verò ideo id accidere, quia ſingulæ non ſint propriis finibus, ſiue terminis circumſcriptæ, ſed quia mutuas ſibi præſtant operas.

Cur quædam partes philoſophiæ cum aliis modo aliquo permixtæ ſint.

AD quartum dicendum eſt, ſi nomine rerum intelligantur omnia verarum rerum genera, rectè quidem dici, non dari vllam partem Philoſophiæ, quæ à rebus auulſa ſit, hoc eſt, in veris rebus non verſetur. At ſi nomen rerum ſumatur pro veris rebus, vt diſtinguuntur ab earum conceptibus, ſermonéque exteriori, quo illæ tractantur, non eſſe negandum, partem aliquam Philoſophiæ à rebus auulſam eſſe, cùm de ipſo etiam diſſerendi modo Philoſopho agendum ſit.

AD quintum dicendum eſt, Ariſtotelem iis in locis accepiſſe Dialecticæ ac Dialectici vocabula, vt ſignificant artem Topicam & artificem, qui ea præditus eſt: non tamen quatenus docet, quæ ratione ex probabilibus diſſerendum ſit: ſed quatenus præceptis probabiliter diſſerendi vtitur.

Explicantur varij Ariſtot. loci.

AD vltimum dicendum eſt, nullum eſſe incommodum, ſi Logica ſimul dicatur, & pars & inſtrumentum Philoſophiæ, quemadmodum

Dialecticam eſſe & partẽ & inſtrumentum philoſophiæ.

DD 3 nihil

nihil abſurdi eſt(vt inquit Boëtius)*ſi dicas manum fabri eſſe ſimul, & fabri partem,& inſtrumentum.* At vrget Philoponus,non eſſe aptam ſimilitudinem.*Quia manus*,inquit, *non eſt pars eius, cuius eſt inſtrumentum. Eſt enim pars corporis,inſtrumentum autem, non corporis, ſed animæ.* Verùm hæc refutatio nulla eſt. Manus enim etſi relata ad ſolum corpus, vel ad ſolam animam non eſt eiuſdem pars, & inſtrumentum:relata tamẽ ad fabrum, tùm pars eius eſt,tùm inſtrumentum. Vtitur enim faber manu,vt parte ſua,coniunctóque inſtrumento,ac naturali. Et Ariſtot. tertio de anima cap. 8. vocat manum non modo inſtrumentum, ſed etiam *inſtrumentum inſtrumentorum.* *Initio 2. Edit. in Porphyr. In primum prior. c. 1.* *Obiectio. Dilutio.* *Text. 38.*

QVÆRAT tamen aliquis hoc loco qua ratione Logica ſit pars, qua item inſtrumentum. Ammonius & Philoponus aiunt Platonis ſententiam eſſe partem Philoſophiæ, quatenus eſt rebus coniuncta: inſtrumentum verò quatenus ab illis auulſa. Dicendum eſt tamen vtrumque conuenire Logicæ quatenus à rebus auulſa eſt. Hoc enim pacto, & ſcientia eſt, & cæteris ſcientiis modum ſciendi tradit. Nam quatenus rebus coniuncta eſt, non officium ſcientiæ exercet, ſed facultatis. Quamquam eatenus poteſt hoc modo dici inſtrumentum Philoſophiæ,quatenus probabilium tractatio viam aperit ad veritatem inueniendam. Nec crediderim, auctores citatos ſatis percepiſſe mentem Platonis.Nam ſi Plato putauit, Logicam diſſerere de rebus aliarum ſcientiam demonſtratiuè, vt quatenus de rebus coniuncta eſt,verè dici poſſit pars Philoſophiæ: non erit iam Logica pars Philoſophiæ,ſed tota Philoſophia,quod Plato nunquam voluit. Sed iam illud de Dialectica diſquiramus, ſit ne ad reliquias ſcientias capeſſendas neceſſaria,quod Ariſt.indicat hoc loco. *Dubitatio. Reſponſio.* *Ammonius initio prædicamẽtorũ. Philoponus initio Priorum.*

SIT NE DIALECTICA NECESSARIA AD CÆTERAS SCIENTIAS CAPESSENDAS.

QVÆSTIO IIII.

Non videri neceſſariam.

SECTIO PRIMA.

DIALECTICAM non videri neceſſariam ad cæteras ſcientias capeſſendas, his argumentis videtur perſpicuum. Veteres Philoſophi, qui ante Zenonem Eleaten primum Dialecticæ cultorem extiterunt, vt Thales Mileſius,& cæteri eius ſeculi ſapientes,ſcientiam rerum naturalium ſine Dialectica nacti ſunt:Mathematici quoque,& antiquiſſimi apud Ægyptum, & plurimi ex poſterioribus penẽ vbique terrarum Mathematicas ſcientias ſine præſidio Dialecticæ didicerũt:quod idem

Digitized by Google

idem de Iuriſperitis dici poteſt, nõ eſt igitur Dialectica cæteris ſcientiis capeſſendis neceſſaria.

DEINDE, ſi eſſet neceſſaria, eò vel maximè eſſet, quòd modos ſciendi tradat, ſine quibus fieri non poteſt, vt vlla ex cæteris ſcientiis comparetur: at hoc conceſſo pari ratione dicendum erit, eſſe eam neceſſariam ad generationem ſui, quandoquidem omnes ſcientiæ interuentu modorum ſciendi gignuntur: non eſt igitur dicendum, Dialecticam ad alias ſcientias capeſſendas eſſe neceſſariam. Quòd ſi quis occurrat, duplicem eſſe Dialecticam, alteram inchoatam, & naturalem, quam imperiti etiam homines participant: alteram perfectam, & artificioſam, qua de nunc agimus: atque hanc ſolius naturalis ope poſſe cõmparari: nulla apparet ratio, cur aliæ etiam omnes ſcientiæ ſolius naturalis Dialecticæ interuentu obtineri nequeant.

TERTIO, ſi eſſet neceſſaria aut tardis, aut ingenioſis neceſſaria videri poſſet: at ingenioſis non eſt neceſſaria, quòd faciliùs cæteras ſcientias aſſequantur naturali rationis ductu, quàm nodoſis Dialecticæ præceptis, tardi autem plus impediuntur præceptorum multitudine, quàm inuentu, nullo igitur modo videtur neceſſaria. Hanc rationem, pulchrè tangit Aug. in libris de doctrina Chriſtiana. *Si quiſpiam,* inquit, *dare volens præcepta ambulandi, moneat non eſſe cuique leuandum pedem poſteriorem, niſi cùm poſuerit priorem: deinde minutatim, quemadmodũ articulorum, & poplitum cardines oporteat mouere, deſcribat, vera dicit, nec aliter ambulari poteſt, ſed facilius homines hoc faciendo ambulant, quàm animaduerterunt, cùm faciunt: aut intelligunt, cùm audiunt: qui autem ambulare non poſſunt, multò minus ea curant, quæ nec experiendo poſſunt attendere. Itaque plerumq; citiùs ingenioſus videt non eſſe tantam concluſionem quàm præcepta eius capit: tardus autem non eam videt, ſed multò minus quod de illa præcipitur: magiſq; in his omnibus ipſa ſpectacula veritatis ſæpe delectant, quàm ex eis in diſputando aut iudicando adiuuamur.* Ita Auguſt.

lib. 2. c. 37.

4. QVARTO, ſi Dialectica eſſet ante reliquas ſcientias adeunda, eſſet vtique omnium facillima perceptu, quandoquidem ordine doctrinæ à facilioribus ad difficiliora progrediendum eſt: at Dialectica eſt compluribus ſcientiis explicatu difficilior, vt apertè docet experientia: non eſt igitur ea ad reliquas omnes comparandas neceſſaria.

q. 1. Set. 6.

5. QVINTO, qui dicunt eſſe neceſſariam, aut intelligunt Dialecticæ nomine vtentem, rebúſque concretam, aut docentem, & à rebus auulſam. Non poſſunt autem intelligere vtentem, quia hæc non generat ſcientiam, ſed opinionem: nec verò docentem, quia docens auulſa fuit, & abſtracta ab ipſo diſſerendi vſu, qui præceſſit in aliis rebus extra materiam Dialecticæ, vt ſuprà dictum eſt. Non eſt igitur Dialectica neceſſaria ad cæteras ſcientias capeſſendas.

6. POSTREMO, ſi eſſet neceſſaria ad cæteras omnes capeſſendas, ac proinde ipſa nulla indigeret alia: eſſet vtique omnium ſibi maximè ſufficiens, ac proinde omnium Philoſophiæ partium nobiliſſima: atqui non eſt omnium nobiliſſima, cùm diſtinguatur à prima Philoſophia, cui vni is titulus tribuitur: non eſt igitur cæteris capeſſendis neceſſaria.

Qua

Qua ratione ſit neceſſaria.

SECTIO II.

Aſſertio.

HÆc quæſtio facilè hac vna aſſertione explicabitur. *Dialecticam non eſſe ſimpliciter neceſſariam ad cæteras ſcientias comparandas: ſed ex hypotheſi, ſi quis, inquã, facilè, & abſque erroris periculo, breuiter, atque ordine reliquas ſcientias aſſequi velit.*

Duo requiri ad quamlibet ſcientiam cõparandam.

Prior pars huius aſſertionis ex eo confirmatur, quia ad ſcientiam comparandam duò tantùm neceſſaria ſunt. Vnum, vt is qui illam conſecutus eſt, inueniat eius principia, illiſque aſſentiatur: alterum, vt certò ſciat, ſe vti aptis, & minimè fallacibus differendi formis ad demonſtrandas ex eiuſmodi principiis concluſiones eas quibus ſcientia cõtinetur: at Dialecticæ ignarus vtrũque præſtare poteſt: ſatis eſt enim vnicuique lumen naturale intellectus, vt & principiis per ſe notis aſſentiatur, & aptas ac minimè fallaces differendi formas inueniat: poteſt igitur Dialecticæ ignarus alias ſcientias comparare. Quare non eſt Dialectica ſimpliciter neceſſaria ad alias ſcientias capeſſendas.

Differendi formulas ſimiles eſſe, manuarijs inſtrumẽtis.

Posterior pars his argumentis probari poteſt. Vt ſe habent inſtrumenta manuaria ad ea, quæ manu conficiuntur, ſic ſe habẽt formulæ differendi ad ſcientias, quæ ratione comparantur: atqui nullus opifex facilè & ſine errore, aut ſaltẽ breuiter & ordinatè abſoluit aliquid magnum opus, niſi iam parata habeat inſtrumenta, quibus in cõficiendo opere vtatur, igitur nec ratio vmquam facilè, & ſine errore breui tempore, atque ex ordine totam aliquam ſcientiam comparabit, niſi iam examinatas habeat, atque in promptu omnes differendi formulas, quæ ad efficiendam ſcientiam ſunt neceſſariæ. Quare cùm hæ formulæ à ſolo Dialectico habeantur examinatæ, atque in promptu: efficitur, vt nemo abſque Dialectica facilè, & abſque errore, itémque breuiter, & ordinatè vllam aliam ſcientiam comparare poſſit.

Quàm laborioſũ ſit Dialectica ignarum alijs ſciẽtiis operã dare.

Præterea qui aliis ſcientiis abſque Dialectica operam impendunt, duplicem laborem ſuſcipiunt, vnum, quærendi earum peculiaria principia, alterũ, examinandi omnes differendi formulas, quibus vtantur in demonſtrando: at ij, qui pluribus ſimul rebus dant operam, non facilè, nec abſque errore, nec diſtinctè, ſed confusè, & longo tempore propoſitum conſequuntur, quia pluribus intenta mens minùs facilè ac perfectè percipit ſingula: igitur qui abſque Dialectica aliis ſcientiis dant operam, non facilè, nec abſque erroribus, aut certè perturbatè, & longo temporis interuallo eas ſcientias conſequuntur. Hæc duo argumenta, quorum eadem eſt vis, tangit Ariſt. hoc cap. cùm ait. *Quapropter inſtitutus eſſe quiſque debet, quo pacto ſingula approbanda ſint, quoniam abſurdum eſt, ſcientiam ſimul & ſcientiæ modum quærere, præſertim cum neutrum aſſequi facilè ſit.* Text. 15.

Ea, in quibus Dialectica verſatur, omnibus ſcientiis eſſe cõmmunia.

Præterea, quæ omnibus ſcientiis communia ſunt, ante omnia tradi debent: quæ autem explicantur in Dialectica, omnibus ſciẽtiis ſunt cõmunia, omnes enim definiunt, diuidunt, & ratiocinantur, omnes inuenire argumenta enituntur, & iis inuentis iudicium ad ea coaptan-

coaptanda,& accommodanda rei propoſitæ adhibent,quę nemo facilè tenet,niſi qui Dialectica inſtructus ſit,eſt igitur Dialectica ante cæteras ſcientias tradenda,ſi cæteræ,vt oportet,comparandæ ſunt.

4. Ad hæc, priùs diſponi debet agens ad rectè & expeditè agendum: quàm actio ab eo rectè & expeditè exeat: atqui intellectus noſter eſt agens in acquiſitione ſcientiarum: igitur ſi ſcientiam aliquam aſſequi cupit: priùs ſe diſponere debet ad rectè:& expeditè intelligēda ignota ex iis,quæ nouit: hæc autē diſpoſitio fit per Dialecticam: diſcenda igitur ante omnia eſt Dialectica. Atque hac ratione vtitur D. Aug. 2. lib. *Cap 13.* de ordine. *Quando*,inquit,*ratio ad alia fabricanda tranſierit, niſi ipſa ſua priùs quaſi machinamenta quadam,& inſtrumenta diſtingueret,notaret,dirigeret,proderétque ipſam diſciplinam diſciplinarum,quam Dialecticam vocant: Hæc docet docere,hæc docet diſcere,in hac ſe ipſa ratio demonſtrat,atque aperit,quæ ſit, quid velit, quid valeat,ſcit ſcire, ſola ſcientes facere non ſolùm* *Commēt.li.1.* *vult,ſed etiam poteſt*. Eadem ratione vtitur Boëtius ad Topica Cic. *Ratio*,inquit,*niſi via quadam proceſſerit, ſæpe in multos neceſſe eſt labatur errores. Quod ne paſſim fieret,atque vt certis regulis tractatus inſiſteret, viſum eſt antiquæ Philoſophiæ ducibus,vt ipſarum ratiocinationū, quibus aliquid inquirendum eſſet,naturam penitus diſcuterent, vt his purgatis, atque compoſitis, vel in ſpeculatione veritatis,vel in exercendis virtutibus vteremur.*

Auguſtini dicta de neceſſitate Dialecticæ.

Dictū Boëtij.

Præterea veritas apud nos probabilium rationum frequenti tractatione detegitur, ſola autē Dialectica poteſt artificiosè tractare probabilia in quauis materia: eſt igitur ante omnes alias ſcientias diſcenda. *In Parmenide Sectione.* Huc ſpectat illud Parmenidis apud Platonem: *Collige*, inquit,*te ipſum, diligentiúſque te in ea facultate exerce,quæ inutilis eſſe videtur multis,& quadam garrulitas nūcupatur,dum iuuenis es,alioquin te veritas fugiet*.&,quod poſt pauca ſcriptum eſt: *Ignorant*,inquit,*multi abſque hoc per omnia velut diſcurſu & errore impoſſibile eſſe mentis veritati coniunctæ compotem fieri.*

Solam Dialecticā probabilia artificiosè tractare.

Poſtremo, veteres Philoſophi ſummo ſtudio in inueſtigatione veritatis poſito, in multos tamen errores propter ignorationem Dialecticæ inciderunt,eſt igitur ante omnia neceſſariò diſcenda Dialectica: *Libr 7.* ſi abſque errore ceteræ ſcientiæ diſcendæ ſunt. Vnde eſt illud Stoicorum, quod Laërtius refert in vita Zenonis Cittici, *Abſque cognitione Dialecticæ ſapientem in oratione ſine lapſu non futurum.*

Multos errores Veterū ab ignoratione Dialecticæ profectos.

Atque hæc eſt omnium Philoſophorum ſententia de neceſſitate Dialecticæ ad cæteras ſcientias capeſſendas, pro qua lege Albertum initio Logicæ, D. Thomam, & Ægidium Romanum initio Poſteriorum,præter Græcos initio prædicamentorum, & priori Analyticæ. Vnum aut alterum refert Ammonius ſenſiſſe, primam omnium diſcendam eſſe Phyſicam: ſed ea opinio ſatis ſupérque refutata relinquitur ex iis, quæ dicta ſunt.

* * *

Diſſoluuntur argumenta initio propoſita.

SECTIO III.

AD primum igitur argumétum eorum, quæ initio propoſita ſunt, dicendum eſt, primos Græciæ Philoſophos, quique ſapientes dicti ſunt, non ita nactos eſſe ſcientiam rerum naturalium, vt eorum Philoſophia errorib. caruerit: hoc enim ſæpe illis obiicit Ariſt. quòd propter ignorationem diſſerendi, quam communi nomine, quaſi proprio, *ἀπαιδευσίαν*, hoc eſt, *ineruditionem* appellat, ſæpe hallucinati ſint. Alia ratio eſt de Mathematicis, qui propter materiæ ſuæ certitudinem, & perſpicuitatem non tantopere indigent Dialectica. Quod verò ad Iuriſperitos attinet, cùm leges, & decreta, in quibus verſantur, ſint concluſiones deductæ ex principiis Moralium ſcientiarũ, nec apud eos valde curetur, quo pacto ea ex propriis principijs oriantur: efficitur, vt niſi accedant ad Iuris peritiam Moralibus ſcientiis inſtructi, veram ſcientiã non aſſequãtur. Quare cùm Morales ſcientiæ difficilè ſine Dialectica cõparari poſſint: conſequens eſt, vt Iuris peritia multò difficiliùs, ſine ea in modum ſcientiæ acquiratur. Id quod Cicero, quod ad ius ciuile attinet, animaduertit in libro de claris Orat. *Sic Brute*, inquit, *exiſtimo Iuris Ciuilis magnum vſum, & apud Sceuolam, & apud multos fuiſſe: artem in hoc vno: quod numquam effeciſſet ipſius Iuris ſcientia: niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceat rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo:* & quæ ſequuntur.

Cur Mathematici non magnopere Dialectica indigeant.

Vtriuſque iuris ſcientiam ſine Dialectica difficile poſſe comparari.

AD ſecundum argumentum dicendum eſt, poſſe quidem omnes ſcientias abſolutè, ac ſimpliciter ope ſolius naturalis Dialecticæ comparari, vt diximus, idque concludere argumentum. Cæterùm non eſſe parem rationẽ in arte Dialectica atque in cæteris, vt facilè, ac expeditè in nobis gignantur. Qui enim ſine Dialectica cæteris ſciẽtiis ſtudent, ſimul dant operam, & rebus, quas ſcire cupiunt, & examinandis ipſis diſſerendi formulis, quibus vtuntur. Qui verò ſoli Dialecticæ incumbunt, ſolis diſſerendi modis, in quibus continentur modi ſciendi, ſtudium adhibent. Quare etſi vtriſque ſatis eſt naturalis, ſiue inchoata Dialectica, multò tamen faciliùs Dialectica ipſa per ſe, quàm vlla alia ſcientia, ſine Dialectica, in modum ſcientiæ acquiri poteſt.

Cur facilius Dialectica ipſa per ſe quàm vlla alia ſcientia ſine Dialectica acquiratur

AD tertium dicendum eſt, & tardis, & ingenioſis neceſſariam eſſe Dialecticam artificioſam, vt expeditè reliquas ſcientias acquirãt: modò Dialecticæ nomine non intelligatur Sophiſtica, quæ ſæpe honeſto Dialecticæ nomine ſe venditat (hæc enim vtroſque impedire ſolet) nec nimia ſit in ea arte tradenda præceptorum accumulatio. Hoc enim pacto rectè probat argumentum, non eſſe eam neceſſariam: idque vult D. Auguſt. in loco citato: alioqui proximè affirmauerat, plurimùm prodeſſe Dialecticam. *Illa verò* (inquit) *concluſionum, & definitionum, & diſtributionum pars* (vocat partem humanarum diſciplinarum Dialecticam) *plurimum intellectorem adiuuat: tantùm abſit error, quo videntur homines ſibi ipſam beatæ vitæ veritatem didiciſſe, cùm iſta didicerint, quamquam plerumque accidat, vt faciliùs homines eas res aſſequantur, propter quas aſſequendas iſta diſcuntur, quam talium præceptorum nodoſiſſimas, & ſpinoſiſſimas diſciplinas.*

Auguſtini locus pro vtilitate Dialecticæ.

AD quartum dicendum eſt, tria eſſe potiſſimùm, quæ Dialecticam obſcuriorem faciunt, quàm ipſa ſuaptè natura ſit. Vnum eſt, quòd in iis libris Dialecticæ, quos habemus ab Ariſt. conſcriptos, præſertim in Analyticis, multa afferantur exempla Geometrica, quæ non niſi ad iis, qui in principiis Geometriæ verſati ſunt, facilè percipiuntur. Quod ideo fecit Ariſt. quia ea ætate huiuſmodi principia ante Dialecticam tradebantur. Vnde erat illud Platonis pro foribus Academiæ inſcriptum. *Nullus expers Geometriæ huc ingrediatur.* Huic tamen incommodo facilè occurri poſſet, ſi auditoribus nondum imbutis Geometria, alia exempla proponerentur. Neque enim pendet Dialectica à certo aliquo exemplorum genere. Alterum eſt, quòd multæ quæſtiones, ac difficultates, quæ ad Methaphyſicum reuera pertinent: in ea arte miſceantur; quod vitium hujus ætatis proprium videri poteſt. Naſcitur autem hoc vitium ex affinitate, quæ Dialecticæ cum Metaphyſica intercedit, ob quam ſi quis velit diligentius perſequi, atque excutere ea, quæ Dialecticæ propria ſunt ſtatim pro Dialectica Metaphyſica reſpondet. Verùm quoad fieri poteſt, mitiùs agendum eſt cum Dialectica, nec ſubtiliora quæque ab ea importunè exigenda, ſed expectanda ſuo loco Metaphyſica, quæ prouectis iam Philoſophiæ alumnis, & ſuarum rerum, & Dialecticarum accuratam rationem reddet. Tertium eſt, quòd à pleriſq; nimia exercitatio Dialectica in ipſa materia Dialecticæ ponitur: quo morbo ſuperiores Dialectici magis laborarũt. Hinc enim tam multa, tamque ſpinoſa naſcuntur ſophiſmata, vt ingenia potiùs lacerent, quàm doctrinæ fructu robuſtiora reddant. Huic malo, ex quo plus interdum detrimenti, quàm ex ſuperiori accipitur, ſic occurrendum videtur, vt vſque eò exerceantur adoleſcentes in materia propria Dialecticæ, dum planè intelligantur res, de quibus agitur, & præcepta ea, quæ vſui in aliis artibus futura ſint. Reliqua enim diligentia, inutilis potiùs curioſitas, quàm Dialectica exercitatio credenda eſt. Itaque breui expedienda ſunt pręcepta, & relinquenda materia Dialecticæ, vt pręcipua eius exercitatio in materia aliarum ſcientiarum, hoc eſt in rebus ſolidioribus, ponatur. Quod Veteres faciebant, apud quos tota ferè Dialectica exercitatio conſumebatur in diſputatione de virtutibus, de vitiis, de rebus naturalibus: de iis denique, quæ magis extant, atque eminent: non de notionibus notionum, nec de contortis ſophiſmatis, in quibus rebus nullam vtilitatem affert longior exercitatio, ſed magnum potius detrimẽtum, & pretioſi temporis iacturam. Itaque, qui totam exercitationem Dialecticam in ſola materia Dialecticæ ponunt, & diutiùs quàm par eſt, in ea verſantur, perſimiles videntur eſſe iis, qui in libra, & lancibus probè examinandis totam libræ vtilitatem ſitam eſſe crederent; neque vnquàm lancibus quicquã ponderarent. Itemque iis, qui totum id temporis, quod ad ſcribẽdum datur, in aptando calamo conſumunt. Nam, vt hi nulla forma inciſionis contenti, vſque eò ſępe calamum incidunt, dum qua parte ſcribant, vix vllam relinquant: ſic illi, cùm nouis in dies intra huius artis fines commentis inueſtigandis dant operam, aliquid

Prima cauſa maioris obſcuritatis Dialecticæ.

Secunda.

Tertia.

Quouſque progredi debeat dialectica exercitatio.

Quib. ſimiles ſint qui diutius, quàm par eſt in Dialectica verſantur.

ſemper latere arbitrati, quod longiori ſtudio: & maiore induſtria erui poſſit: tùm demum ad alias artes comparandas ſe conuertunt, cùm eis tempus ad id agendum, oportunum deeſt. Hæc ferè ſunt, quæ obſcuriorem faciunt Dialecticam, quàm ipſa ſuapte natura ſit. Sed, vt ad ſolutionem argumenti veniamus, quia negandum non eſt, hanc diſciplinam: etiam ratione rerum, de quibus agit, eſſe aliis nonnullis obſcuriorem, addendum, Non omnino ſemper à facilioribus ad difficiliora progrediendum eſſe ordine doctrinæ, ſed quoad fieri poteſt, vt in Dialecticis Inſtitutionibus diximus. Nonnunquam enim contrà faciendum eſt, cùm res difficilior non pendet ex faciliori, & tamen ea, quæ facilior eſt, perfectè tradi non poteſt, niſi difficilior præmittatur.

Ordo doctrinæ.

lib. 7. c. 36.

Ad quintum dicendum eſt, cùm dialectica ad alias ſcientias perdiſcendas neceſſaria eſſe traditur, de dialectica, vt à rebus auulſa, propriè dictum eſt accipi debere. Hoc enim pacto tradit illa omnes ſciendi modos. Verùm Dialecticam hoc pacto acceptam, non fuiſſe auulſam, & quaſi deſumptam ex rebus in aliis iam ſcientiis perfectè traditis, ſed naturali tantùm diſcurſu cognitis.

Ad vltimum dicendum eſt, cùm principia omnia Dialecticæ artis ad principia Metaphyſicæ reuocentur, & eiſdem innitantur, quemadmodum & cæterarum omnium ſcientiarum principia: non ideò colligendum, eſſe Dialecticam omnium ſciẽtiarum maximè ſibi ſufficientem, quia ſit prima ordine doctrinæ. Sola enim ea ſcientia, quæ eſt prima ordine naturę, & cuius principia ad alia priora principia non reuocantur, iudicanda eſt ſibi ſufficiens, ſi modò ſcientia vlla ſibi omnino ſufficiens dici poteſt, cùm omnes quibuſdam aliis indigeant, ſi non à priori, certè à poſteriori.

Quæ ſcientia omnium nobiliſsima exiſtimari debeat.

Atqve hæc dicta ſint, vt intelligatur, meritò docuiſſe hoc c. Ariſt. Si quis velit ordine apto capeſſere quamlibet ſcientiam, diſcendam ei eſſe ante omnia Dialecticam. Num autem, & illud, quod adiungit, verum ſit, Phyſicã ante Metaphyſicã diſcendã eſſe nunc examinandum.

VTRVM NATVRALIS PHILOSOPHIA, & Mathematicæ, Doctrinæ ordine Metaphyſicam antecedant.

QVÆSTIO QVINTA.

Argumenta pro vtraque parte.

SECTIO PRIMA.

Occaſio quæſtionis.

Tria docuit Ariſt. ad finem huius cap. Primum, ante omnes ſcientias, quæ modum ſciendi non tradũt, diſcẽdam eſſe Dialecticam: id quod à nobis expeditum eſt. Alterum, accuratam ſciendi, & demonſtrandi rationem, Mathematicorum eſſe propriam, nec eam quærendam eſſe, niſi in iis, quæ carent materia ſenſibili, qua in re nos lib. 13. illud diſquiremus, num Mathematicæ accurata demonſtrandi ratione vtantur, quòd à recentiorib. quibuſdam negatur: aliáſque nonnullas eius materiæ quæſtiones tractabimus. Tertium eſt, Philoſophiam naturalem antecedere

antecedere doctrinę ordine Metaphyſicã, de qua re nunc agendũ, facta ſimul collatione Philoſophię naturalis, & Metaphyſicæ cũ Mathematicis, doctrinæ ordo inter omnes cõtemplatiuas ſcientias perſpiciatur.

AC Phyſicam antecedere doctrinæ ordine Mathematicas, & Metaphyſicã, his duabus potiſſimum rationib. oſtendi videtur. Entia Mathematica abſtrahũtur à materia ſenſibili, ſed non ab intelligibili: entia autem Metaphyſica ſunt abſtracta à ſenſibili, & intelligibili: id autem, à quo aliquid abſtrahitur, eſt priùs cognitum à nobis doctrinæ ordine, cùm ſit cognitioni ſenſitiuæ propinquius, quàm quod abſtrahitur, ſunt igitur entia ſenſibilia notiora doctrinæ ordine, quàm Mathematica & Metaphyſica entia: at ſenſibilia tractantur in Phyſica, & Mathematica in Mathematicis: ſunt igitur Phyſica, & Mathematicæ priores doctrinæ ordine, quàm Metaphyſica. *Primum argumentum eorum, quibus videtur oſtendi Phyſicam antecedere Mathematicas & Metaphyſicam.*

1. PRAETEREA, quę ſunt compoſitiora, ſunt nobis notiora, ac proinde doctrinæ ordine priora: quæ autem cadunt ſub Phyſicã, & Mathematicas, compoſitiora ſunt, quàm quæ ſub Metaphyſicam, quippe cùm Phyſica conſtent materia, & forma, Mathematica autem partibus integrantib. quib. partiũ generib. Metaphyſica non conſtant: ſunt igitur Phyſica ſciẽtia, & Mathematicę, doctrinę ordine priores Metaphyſica.

ATTAMEN, quòd pars oppoſita ſit verior, his argumentis concluditur. Quæ ſunt communiora priùs diſcenda ſunt, ne is, qui docet ſæpius eadem communiora in explicatione minùs communium repetere cogatur, vt Ariſt. præclarè docet primo de part. animal. cap. 4. conſtat autem, ea, quæ tractantur à Metaphyſico, eſſe communiora iis, quæ à Phyſico, & Mathematico traduntur: eſt igitur Metaphyſica, prior doctrinæ ordine, quàm Phyſica, & Mathematicæ omnes. *Argumentum primum pro parte oppoſita.*

2. PRAETEREA, ſcientiæ, quæ agunt de notiorib. nobis, ſunt priores ordine doctrinæ, ſemper enim procedimus ab iis, quæ nobis notiora

t.1.tex.3.&4. ſunt, cum huiuſmodi ordinem ſeruamus: at Metaphyſica agit de vniuerſaliorib. quæ in prooemio Phyſicorũ dicũtur notiora nobis: eſt igitur Metaphyſica prior doctrinæ ordine, & Mathematicis, & Phyſica.

3. PRAETEREA, quæ ſcientię agunt de iis, ad quorum intelligentiam pauciora requiruntur, eæ ſunt ordine doctrinę priores, id quod eſt luce clarius: huiuſmodi autẽ eſt Metaphyſica cũ Phyſica & Mathematicis collata: ſiquidem agit de ente, vno, & cæteris communiſſimis attributis, ad quorum intelligentiam multò pauciora requiruntur, quàm ad perceptionem entis naturalis, & Mathematici: eſt igitur Metaphyſica, & Mathematicis ſcientiis & Phyſica naturæ ordine prior.

4. ITEM, ea ſcientia eſt prima doctrinę ordine, à cuius principiis pendent cęterarum omnium principia: quandoquidem principiis, & quaſi fundamẽtis haud ſtabilitis, nihil poteſt firmiter doceri: atqui omnium aliarum principia innituntur principiis Metaphyſicis: ergo negari non poteſt, quin Metaphyſica ſit ordine doctrinę prima.

AD HÆC, ea ſcientia, quæ cęteris omnibus pręſcribit, ac tribuit ſubiecta, eſt prima doctrinę ordine: nulla eſt autem alia, quę id poſſit efficere, niſi Metaphyſica: quandoquidem cęteræ omnes partem aliquam tantùm entis conſiderant non tantum ens: eſt igitur Metaphyſica ordine doctrinæ omnium ſcientiarum prima.

Sententia eorum, qui putant, libros Phyſicorum pertinere ad Metaphyſicam, & eius refutatio.

SECTIO SECVNDA.

Ant. Mirād. de ſing. certā lib. 15. & ſeq. QVOD igitur attinet ad comparationem Phyſicæ cum Metaphyſica, non deſunt ex recentioribus, qui hanc illi præponant doctrinæ ordine, inq; ea particulari ratione, ac ſua perſuadere enitantur, quòd credant, octo Phyſicorum libros (de quibus nemo dubitat, quin doctrinæ ordine antecedant reliquos Phyſicæ diſciplinæ) eſſe Metaphyſicos: quod his argumentis confirmant.

Cap. 1. PRIMVM, quia Phyſica (vt aiunt) incipit à libris de Cœlo, vt patet ex Procœmio eius operis, quod planè eſt commune toti Phyſicæ. *Primum argumentum.*

DEINDE, quia lib. Phyſicorum agunt de ſubſtantia, vt ſubſtantia eſt, eiúſque affectionibus, cùm in eis quærantur, ac tradantur principia, & cauſæ ſubſtantiæ eodem modo, quo in primo lib. Metaphyſicorum. Nihil enim differt vtraque tractatio in ea re, ſiue impugnationem aliorum Philoſophorum ſpectes, ſiue Ariſtotelicæ ſententiæ conſtitutionem. 2

TERTIO, quia vtroque in opere eodem modo, iiſdémque verbis agitur de cauſis, vt nihil ſit aliud tractatio earum in libris Metaphyſicorum, quàm repetitio quædam ex Phyſicorum libris. 3

tex. 2. & 3. à tex. 68. QVARTO, quia quæſtio ea, quā Ariſt. 3. lib. huius operis. c. 1. proponit, & c. 2. pro vtraque parte diſcutit, definitur lib. 2. Phyſic. cap. 7. Num videlicet omnia cauſarũ genera ad eundem artificem pertineāt. 4

QVINTO, quia ad Metaphyſicum ſpectat demõſtrare veras ſubſtantias ſeparatas eſſe, & falſas ac inanes illas Platonicas non eſſe: quas quæſtiones pollicetur Ariſt. lib. ſequenti ſe in hoc opere tractaturum, eaſdémque definit, ac determinat. lib. 12. & ſequen. Cùm igitur octauo etiam lib. Phyſicorum demonſtretur, dari veram aliquam ſubſtantiam ſeparatam, quæ ſit primum mouens: perſpicuum eſt, opus illud eſſe Metaphyſicum. Nec audienda eſt, inquiunt, trita illa quorundam diſtinctio, & Phyſicum, & Metaphyſicum agere de ſubſtantiis ſeparatis, alia tamen atque alia ratione, vt Phyſicus demonſtret eas eſſe, Metaphyſicus autem, quænam ſit earum natura, quæ proprietates. Namque demõſtrare ſubſtantias ſeparatas eſſe, nihil aliud eſſe putant, quàm demonſtrare eas eſſe materiæ expertes, ex quo attributo aiunt colligi poſſe attributa omnia, quæ Metaphyſicus de ſubſtantiis ſeparatis tradit. 5 *cap. 1. tex. 2. cap. 6. à tex. 45.*

SEXTO, quia ad Metaphyſicum pertinet agere de motu, vt motus eſt, de quo tamẽ eodem pacto agitur in libris Phyſicorum. Prior propoſitio ex eo primùm patet, quia Metaphyſicus per motum demonſtrat immobiles ſubſtantias eſſe, vt ex lib. 12. huius operis perſpicuum eſt. Deinde, quia motus eſt quædam differentia entis, vt ens eſt: diuiditur enim ens in id, quod mouetur, & in id, quod non mouetur. 6 *à c. 6. & tex. 29.*

POSTREMO, quia actus dicitur primùm de motu, vt Ariſt. docet nono huius operis. lib. cap. 3. Metaphyſici autem eſt agere de actu & potentia, magíſque de actu, quàm de potentia. *tex. 7.*

POSTREMO, quia Ariſt. planè docet extrema particula huius libelli 7

belli explicandum eſſe à Metaphyſico, quid ſit natura, cùm ſit ait: *Quocirca conſiderandum eſt primùm, quid ſit natura*: at in lib. Phyſ. ex inſtituto agitur de natura. Ita putant ſe probaſſe, libros Phyſicorum eſſe verè metaphyſicos, atque adeo Metaphyſicam vel hac vna de cauſa antecedere ordine doctrinæ Phyſicam.

VERVM hæc opinio de libris Phyſicorum, vt noua eſt, & inaudita, ita nullo modo probanda. Id quod primùm patet ex eorum auctoris ſententia: deinde ex re ipſa. Nam quod ad auctorem attinet, vel ex ipſa librorũ inſcriptione conſtat, eos libros pertinere ad Phyſicã: inſcripti enim ſunt, *de Phyſica auſcultatione*, tãquã qui accuratiſſimi eſſe iudicẽtur eorũ, qui ad Phyſicã ſpectant. In ipſo etiam proœmio operis apertè ait Ariſtoteles, *agendum ſibi eſſe de principiis naturalis ſcientiæ*, quo nihil clarius. Tum ſecundo primi lib. capite docet, impugnationem Parmenidis, & Meliſſi dicentium, omnia eſſe vnũ quid, atque immobile, non ad eam diſciplinam propriè pertinere, ſed ad ſuperiorem ſcientiã, quod & neget motum, quo negato neceſſe ſit naturã negare, & omne principium de medio tollat: ſed tamen operæpretium eſſe contra eam opinionem diſſerere, eo quod ſi minus de natura eſt, tamen aliquot quæſtiones naturales coniunctas habet eius tractatio. Deinde in fine primi libri reiicit diſputationem de formis ſeparatis, ad primã Philoſophiã, quod non ſit naturalis, vt ea, quæ agit de formis rerum, quæ gignuntur, & intereũt: quod rurſus exponit 2. lib. c. 2. Deinde in his libris primæ Philoſophiæ, ad quam huius opinionis auctores Phyſicorum libros pertinere exiſtimant, multa repetit Ariſtoteles ex libris Phyſicorum, tamquam ex inferiori ſcientia, quam vocat ſciẽtiam de natura, ad quorum differentiam inſcripſit hoc opus, *Poſt naturalia.* Id autem vel ex initio diſputationis, quã cũ veteribus iniit lib. 1. intelliges, cum alludens ad tractationem de cauſis, quæ habetur 2. Phyſicorum. c. 3. ſic ait. *De his quidem, etſi ſatis diſputandũ eſt in libris de Natura, & tamẽ, &c.* Ita non eſt dubium, quin opinio hæc pugnet cũ Ariſtotelis ſententia.

Impugnatur hæc opinio ex variis Ariſtotelis locis.

Text. 8. & 11.

Text. 83.

Text. 26.

Text. 1.

QVOD verò ex re ipſa falſa eſſe comprobetur, hoc vno argumento patet: ſubiectum Phyſicæ eſt ens naturale, ſiue mobile, vt Ariſtoteles docet 6. lib. huius operis. c. 1. & omnes fatentur, neque aliud inueniri poteſt, quo Phyſica diſtinguatur à Metaphyſica, & Mathematicis: in nullo autem libro Phyſicæ ſcientiæ de eo agitur, vt tale eſt, niſi in libris Phyſicorum. quippe cùm in eo ſolo opere agatur de eius principiis, cauſis, & affectionibus: ſunt igitur libri Phyſicorum Phyſicæ ſcientiæ, non Metaphycæ.

Ex Philoſophia naturalis ſubiecto.

AT DICVNT, omnes ſcientias, ſi ex natura rei loquendum eſt, eſſe partes vnius tantùm, atque eiuſdem ſcientiæ rerum omnium, quam nos Metaphyſicam appellamus: neque diſtinctas eſſe à Philoſophis, vt diuerſas ſcientias, niſi propter commmoditatem noſtram: eſſe autem cõmodiſſimum: tractationem rerum naturalium in commune, Metaphyſicæ tribuere, & incipere Phyſicam ab explicatione eorum, quæ traduntur in libris de cœlo. Verùm neque rectè dicunt, neque ad rem. Primùm enim, non ſola commoditas noſtra, ſed natura quoque rerum, ſcientiarum diſtinctionem induxit. Quæ enim naturæ

Reſponſio aduerſariorum.

Impugnatio. 1.

turæ affinitate coniunctæ ſunt,& eumdem tractationis modum poſtulant,ad eamdem ſcientiam ſuaptè natura pertinent. Quare ſi res phyſicæ quatenus mobiles ſunt, diuerſum modum tractationis ſibi vendicant ab eo,quo rès mathematicæ, ac metaphyſicæ tractari volunt: ergo agere de ente mobili, vt mobile eſt, non ad Metaphyſicam,aut Mathematicas,ſed ad Phyſicam pertinebit.

2. DEINDE,ſi commoditas noſtra ſpectetur, potiùs tribuendum eſt Phyſicæ commune aliquod ſubiectum,in quo ipſa primò & adæquatè verſetur:quàm particularia tantùm,& inadæquata:quæ tamen ſola hi Phyſicæ ſubiiciunt.

3. PRÆTEREA, longè commodius eſt, ſi in qualibet ſcientia tractentur ea,quæ adæquatè communia ſunt rebus omnibus particularibus,ſiue ſpecialibus, quæ in ea explicantur, quàm ſi eorum cognitio aliunde petatur.

4. ADDE, ſi commoditas noſtra mouit Philoſophos, vt partes vnius communis ſcientiæ,quaſi diuerſas ſcientias diſtinguerent: cur hactenus attributi ſunt ab omnibus libri Phyſicorum, ſcientiæ Phyſicæ: An non quia omnes commodius id eſſe iudicarunt.

5. POSTREMO, non eſt credendum,ita Ariſtotelem ſpectaſſe commodum noſtrum in diſtinctione ſcientiarum,vt bis in eadem, eodémque modo eadem tractanda exiſtimauerit: eſſet enim id ſuperuacaneum,& incommodum:at hi dicunt,cauſas,& principia rerum naturalium eodem modo tractari in libris Phyſicorum, & Metaphyſicorum: quod tamen non neceſſe eſt dicere, ſi alterum opus tribuatur Phyſico, alterum Metaphyſico propter diuerſam rationem tractandi Phyſicam & Metaphyſicam,vt mox patebit.

Diſſoluuntur argumenta impugnatæ opinionis.

SECTIO III.

AD primum igitur eorum argumentum dicendum eſt, pauca illa verba,quæ initio librorum de cœlo præfaciunculam efficiunt, non eſſe prooemium totius Phyſicæ, ſed eſſe breuem ſummam eorum, quæ traduntur in Phyſica, quam præmiſit Ariſtoteles,ne ex abrupto opus illud inchoaret.Accedit,quod illa pars Phyſicæ eſt ordine naturæ prima earum omnium,quæ in ſpecie agunt de rebus naturalibus,& quodammodo cæteris communis:quo fit,vt non mirum ſit,ſi eius quoque præfatio ſuo modo ſit communis.

Reſpōſio quorumdam diſtinguentium corpus Phyſicum à Metaphyſico.

AD ſecundum non deſunt,qui diſtinguant ſubſtantiam corpoream in corpus Phyſicum: & Metaphyſicum. Phyſicum corpus appellant ſubſtantiam corpoream, vt eſt affecta qualitatibus ſenſibilibus: metaphyſicum, vt illas præcedat naturæ ordine, & ſola quantitate affectum eſt.Quod quidem ſi verum eſſet, facilè diſtingueretur tractatio de ſubſtantia corporea, quæ in phyſicis libris habetur ab ea, quæ in Metaphyſicis. Verùm hæc diſtinctio nullo modo eſt admittenda.

Impugnatio. 1.

Primùm,quia ſi intelligunt,ſubſtantiam corpoream eſſe corpus Phyſicum, quatenus includit qualitates ſenſibiles, atque ex iis componitur,falſum id eſt:nulla enim ſubſtantia conſtat accidentibus. Atque eadem

eadem ratione non erit ſubſtantia corporea corpus metaphyſicum, ſi intelligatur conſtare quantitate: Si verò intelligunt ſubſtãtiam corpoream, vt habet ordinem, & propenſionẽ naturalem ad qualitates ſenſibiles, verũ quidem dicunt: ſed eodem pacto dicant oportet, ſubſtantiam corpoream, vt habet ordinem ad quantitatem, eſſe corpus Phyſicum: eſt enim huiuſmodi ordo nihil aliud, quàm ipſa naturę inclinatio, & propenſio, quæ vt præcedit qualitates ſenſibiles, ita etiam præcedit quantitatem. Deinde, quia Phyſicus diſtinguit ſubſtantiam corpoream non ſolùm à qualitatibus, ſed etiam à quantitate, percipit igitur ſubſtantiam corpoream, non ſolùm, vt eſt prior qualitatibus, ſed etiam quantitate. Tertiò, quia Phyſicus agit de ſubſtantia corporea, vt conſtat materia & forma: hoc autem pacto ſubſtantia pręcedit naturæ ordine non modo qualitates, ſed etiam quantitatem ipſam. Ita, inanis eſt diſtinctio corporis in Phyſicum, & Metaphyſicum: tametſi Phyſicum corpus (quod dixerim ad diſtinctionẽ mathematici) alio fine tractetur à Phyſico, alio à Metaphyſico. Dicendũ eſt igitur ad argumentum, neque ex iis, quæ dicuntur in libris Phyſicorum, neque ex intentione auctoris in eo opere colligi poſſe, agi in iis libris de ſubſtãtia ſecundum communem rationem ſubſtantiæ: ſed de ſubſtantia naturali, ſiue mobili, vt talis eſt, in primo autem Metaphyſicorum, ſi non ex re ipſa (quæ enim ibi de principiis rerum dicuntur ad res tantùm naturales pertinent) certè ex intentione Philoſophorum, quorum Ariſt. ſententias examinat, perſpicuum eſt diſputari de principiis ſubſtãtiarum, vt ſubſtantiæ ſunt: omnes enim veteres putabant, ſe tradere principia, & cauſas omnium omnino ſubſtantiarum, vt Ariſt. ſæpe ſcribit, cùm tradebant ſenſibilium.

2. Quid ſit ordo ſubſtantiæ ad ſua accidentia.

3.

Vera argumẽti ſolutio.

Ad tertium dicendum, aliter agi de cauſis in libris Phyſicorũ, aliter in libris Metaphyſicorum, vt explicauimus ad finem vltimi c. 1. lib.

Q. 1. Sect. 2.

Ad quartũ dicendum eſt, non tractari formaliter, & ex inſtituto in ſecundo Phyſicorum cap. ſeptimo quæſtionẽ illam vtrum ad vnam & eamdẽ ſcientiã ſpectet, omnia cauſarũ genera iuxta primas, ac ſummas earum rationes conſiderare (ſic enim quæſtio intelligenda eſt, & hoc pacto ad Metaphyſicum pertinet eius determinatio) ſed, num Phyſicus per omnia cauſarũ genera demonſtret: tametſi ibi inuenitur, inter cauſas efficientes, & quod conſequens eſt, inter finales, per quas Phyſicus demonſtrat, dari aliquas ſuperiores, quarum plena tractatio ad Phyſicum non pertineat, Vnde illud colligi poteſt cauſas, vt cauſæ ſunt, non ad Phyſicum pertinere, ſed tantùm vt ſunt coniunctæ cum motu, ac proinde primam cauſarum diſtinctionem Metaphyſici propriam eſſe.

Cauſas, vt cauſæ ſunt, ad Metaphyſicũ ſpectare.

Ad quintum dicendum eſt: etſi Phyſicus demõſtrat ſubſtantias ſeparatas eſſe, ad Metaphyſicũ tamẽ ſpectare: vt perfectè oſtendat, quænam, & quales ſubſtantiæ illæ ſunt, vt patebit lib. 12. atque in hoc ſenſu rectè occurſum erat argumento. Ad id autẽ, quod obiicitur, idẽ eſſe demonſtrare, eas eſſe, atque demõſtrare, eſſe materiæ expertes, etſi non eſt verum formaliter (quemadmodum non idem formaliter eſt, oſtendere primum mobile eſſe, atque probare illud eſſe corporeum) quia tamen in idem incidit, reſpondendum eſt, quamquam Phyſicus demon-

Diuerſo modo Phyſicum, & Metaphyſicũ agere de ſubſtantiis ſeparatis.

ſtrat aliquam, aut aliquas ſubſtantias eſſe materiæ expertes, ne detur progreſſus infinitus in iis,quæ ita mouent,vt moueātur etiam, tamen num eæ ſint naturæ intellectiuæ,id iam cum aliis pleriſque earũ attributis à Metaphyſ. oſtendi. Inuento enim genere rerũ immaterialium, ex quo alia ſuperior ſcientia naſcitur,nihil amplius curat Phyſicus de eo agere,niſi vt de primo genere cauſarum mouentium. Itaque cętera omnia, quæ de ſubſtantiis ſeparatis dici poſſunt, quæ ad motum non pertinent,relinquit Phyſicus Metaphyſico:etiam ſi quis contendat,ea colligi poſſe ex ſeparatione à materia,de qua re pleniùs libro 12.

Quo pacto motus ad Phyſicum, & quo ad Metaphyſicum ſpectet.

Ad ſextum dicendum eſt,aliter pertinere motum ad Phyſicũ:aliter ad Metaphyſicum. Pertinet enim ad Phyſicum propriè,& ex peculiari officio,quo verſatur in certo rerum genere, ad Metaphyſicum autem ex communi cura,quam ſibi vendicat diſtinguẽdi ens in prima rerum genera,& conſtituendi ſubiecta cuiuſque ſcientiæ. Quia verò natura, à qua ens naturale cognominatur, ſine motu mutationéve intelligi non poteſt:ad Metaphyſicum quoque pertinet conſideratio de motu. Vnde non mirũ eſt ſi ipſe etiam Metaphyſicus per motũ demonſtret, ſubſtantias ſeparatas eſſe. Nec item,ſi per motum,ſeu potiùs per aptitudinẽ ad motum diſtinguat ſubſtãtias in mobiles & immobiles. Nec denique ſi agat de motu,vt de primo actu:præſertim cùm non agat de eo,vt de primo,ordine naturę,ſed cognitionis noſtræ;quo pacto libro nono intelligendum eſt,actum dici primùm de motu.

Ad vltimũ patet reſpõſio ex iis, quæ dicta ſunt in expoſitione contextus. Neque enim ſenſus eorum verborum eſt, Agẽdum primò eſſe in Metaphyſica de natura,ſed in Phyſica: aut,Agendum priùs eſſe de rebus naturalibus, quàm de iis, quæ propria, & peculiari ratione ad Metaphyſicum pertinent,vt eo loco dictum eſt.

Phyſicam, & Mathematicas ordine doctrinæ eſſe ſimpliciter, & abſolutè priores Metaphyſica.

SECTIO IIII.

Prima cõcluſio.

Duplex genus rerũ, de quib. Metaphyſicus agit.

TRIBVS igitur aſſertionibus expedienda eſt propoſita quæſtio,quarum prima ſit: *Phyſicam, & Mathematicas ſciẽtias eſſe priores Metaphyſica ordine inuentionis.* Hęc aſſertio duob. argumentis initio quæſtionis propoſitis oſtẽdi poteſt. Nam cùm duo genera rerũ immaterialium tractẽtur à Metaphyſico, vnũ earum, quæ & conſideratione,& re ipſa expertes omnino ſunt materię:veluti ſubſtantiæ cœlorum motrices, alterũ earum,quæ etſi cõſideratione expertes ſunt materiæ, tamen re ipſa partim materiales ſunt, partim immateriales,cuiuſmodi ſunt,ſubſtantia,quæ genus ſummum eſt, & cætera omnia prædicata, quæ reb.materialibus: & immaterialib.ſunt cõmunia:neutrum eorũ niſi per abſtractionem à reb. materialibus,& ſenſibilibus cognoſci à nobis poteſt. Quæ enim primò ſe nobis offerunt,ſenſibilia ſunt,ex quibus ea,quæ non ſentiuntur: colligi debent.

Digitized by Google

Eodem modo cùm nobis primo ſint obuiæ res cōpoſitæ, nullo modo ſimplices, niſi cōpoſitarum adminiculo, intelligere poſſumus: res autem purè metaphyſicæ, ſi ſint prioris generis, ſunt ſimplices re ipſa: ſi verò poſterioris, ſunt ratione, ſiue conceptu ſimplices. Dico autem, *purè Metaphyſicæ*, vt excludantur eæ, in quibus Metaphyſicus cum aliis artificibus communicat, cuiuſmodi eſt ens naturale, in quo communicat cum Phyſico: numerus in quo cum Arithmetico: & magnitudo, id qua cum Geometra, quæ iam compoſitæ ſunt, & materiæ ſenſibilis, aut intelligibilis participes. Confirmatur etiam concluſio ex ex vniuerſalitate rerum, quæ ſub hanc ſcientiam cadunt. Sunt enim maximè vniuerſales, aut in cauſando, aut in prædicando, vt dici ſolet: vtrumque autem genus vniuerſalium eſt cognitu difficillimum, vt patet ex 2. cap. primi libri: at quæ ſunt cognitu difficillima, ſunt vltima inuentionis ordine.

Vniuerſalia eſſe cognitu difficillima.

SECVNDA aſſertio ſit: *Metaphyſicam eſſe priorem Phyſica, & Mathematicis ordine exquiſitæ doctrinæ.* Quæ concluſio ex eo perſpicua eſt, quia tum demum ſeruatur ordo exquiſitæ doctrinæ, cùm proceditur à primis principiis, & cauſis rerū, de quibus agitur, ad principiata & cauſata, & à magis vniuerſalibus ad minùs vniuerſalia, hoc autem modo progredietur is, qui à rebus, quæ traduntur in Metaphyſica, ad eas, quæ tractantur in cęteris ſcientiis, deſcenderit. Atque hoc idem oſtendunt argumenta omnia, quę in prima ſectione pro parte negatiua adducta ſunt: quæ faciliùs intelligentur, ſi nonnulla eorū, quę dicta ſunt ad caput ſecundum primi libri, repetātur. Hinc colliges, neminē poſſe ſcientiam vllam perfectè aſſequi ſine Philoſophia prima. Quod idem ſiue noſter Ariſtoteles, ſiue alius quidam huius nominis, quem Euſebius Cæſarienſis lib. 11. de præparatione Euangelica vocat Ariſtotelem Peripateticum, hunc in modum ex Platonis ſcientia ſcribit. *Plato primus dixit, primum eſſe de natura vniuerſi negotium: alterum de hominib. tertium de oratione: putauitq́, nos poſſe non res humanas perſpicere, niſi priùs diuinas intellexerimus. Nam quemadmodum Medici, cùm membra quædam corporis curare velint, ad totum prius ſe corpus conuertunt: hic qui velit res humanas perſpicere, naturam vniuerſorum priùs conſiderare debet. Pars enim vniuerſi homo eſt. Bonum etiam duplex eſſe dicebat, alterum noſtri, alterum vniuerſi: principalius autē eſſe bonū vniuerſi: ab illo enim hoc profluere. Quam rationem Ariſtoxenus Muſicus ab Indis emanaſſe contendit. Indū enim quendam Athenas ait petiiſſe, Socratemq́; colloquentem, ab eo quæſiuiſſe, quomodo, & quid faciendo Philoſophus eſſet. Cumq́; Socrates reſpondiſſet, Si quomodo viuendum ſit homini, conſideres, riſiſſe Indum: atque dixiſſe. Neminem poſſe rectè humanas res intelligere, qui diuinas ignoret.* Illud tamen aduertendū eſt, etſi perfectè ſimpliciter nulla ſcientia ſine prima Philoſophia obtineri poteſt, poſſe tamen perfectè vnamquamque in ſuo genere.

Secunda concluſio. Ordo doctrinæ.

quæſt. 2.

Nullam ſcientiam poſſe perfectè comparari ſine prima Philoſophia.

Duplex bonū

Præclara Indi ſententia.

TERTIA aſſertio ſit: *Abſolutè, ac ſimpliciter, Phyſicam, & Mathematicas eſſe ordine doctrinæ priores Metaphyſica.* Quæ aſſertio his rationibus probatur. Primùm, quia eæ ſcientię ſunt abſolutè, ac ſimpliciter priores, doctrinę ordine, quia agunt de iis, quæ abſolutè, ac ſimpliciter ſunt nobis notiora, at Phyſica, & Mathematicæ agunt

Tertia concluſio. Ordo doctrinæ.

de huiuſmodi entibus, cum ea, in quib. verſantur, ſint effecta, & principiata reſpectu eorum, de quibus agit Metaphyſica.

De quib. agat Metaphyſicus.

DEINDE, quia Metaphyſica agit de ſubſtantiis ſeparatis, itémque de iis omnibus prædicatis, quæ ſeparatis ſubſtantiis, & naturalibus ſunt communia: conſtat autem, vel ipſa experientia teſte, ſubſtantias ſeparatas longiori tempore indigere, vt percipiantur, quàm quæ ad Phyſicam, & Mathematicas ſpectant: prædicata verò communia ſubſtantiis ſeparatis, & materialibus quatenus ſunt ſuperiora materialibus percipi non poſſunt, niſi poſt cognitionem immaterialium, vt patet ex iis, quæ dicta ſunt ad caput ſecundum ſuperioris libri.

Duplex ordo doctrinæ.

POSTREMO, quia ordo doctrinæ eſt, cùm ab iis progredimur, quorum cognitio ad ſequentium cognitionem requiritur, vt in Dialecticis Inſtitutionib. diximus: ſimpliciter autẽ, & abſolutè cognitio naturalium requiritur ad cognitionẽ ſupernaturalium, cùm hæc ex naturalib. eſſe probentur: Mathematica verò magis ad ſupernaturalium, quàm hæc ad illorum cognitionem aſſumuntur apud Philoſophos: vt euoluenti libros harũ ſcientiarum perſpicuum erit. Atq; hæc omnium communis ſententia: neque vnus, aut alter ex recentiorib. huic aſſertioni repugnat, niſi quia non videtur diſtinxiſſe ordinem doctrinæ in ordinem inuentionis & accuratæ diſciplinæ, & cùm videret, Metaphyſicam eſſe hoc poſteriori modo primam doctrinæ ordine crediderunt abſolutè, ac ſimpliciter dicendum, eſſe eam ordine doctrinæ primam. *q. 2. ſect. 5.* *lib. 7. cap. 39.*

Obiectio.

QVOD ſi quis opponat D. Thomam ad initium Phyſicorum dicentis, opus illud præcedere cæteros libros naturalis Philoſophiæ, quemadmodum Metaphyſica præcedit cæteras ſcientias: nihil inde conficiet: Nihil enim aliud ſignificat, quàm quòd Metaphyſica ſit prima accuratæ doctrinæ ordine, quo pacto libri Phyſicorum præcedunt cæteras Naturalis Philoſophiæ, ex qua re non ſequitur, eſſe eam abſolutè, ac ſimpliciter primam doctrinæ ordine. Vt enim libri de animalium historia ſimpliciter, & abſolutè præcedunt libros de partibus animalium, & hi libros de Anima, quod ex fine præcedentiũ, & initiis ſequentium intelligi poteſt: ita niſi Ariſtoteles in explicandis corporib. ſimplicibus & mixtis imperfectis, cauſiſq;, & principiis entis naturalis in commune, ordinem accuratę doctrinæ ſequi inſtituiſſet, non dubium eſt, quin à tractatione entium particularium ſecundum ſpeciem ad explicationem entis naturalis in commune, eiúſque principiorum, & cauſarum proceſſiſſet. Quocirca idem D. Tho. opuſc. 70. eandem hanc, quam cæteri omnes veteres, ſententiam apertè ſequutus eſt, Metaphyſicam eſſe ſimpliciter, & abſolutè ordine doctrinæ vltimam.

Dilutio.

Nonnulla de ordine quorũdam librorum Ariſtotelis.

In Boëtium de Trinit. q. 6. art. 1.

Alterius obiectionis dilutio.

SI QVIS item obiicit, cæteras omnes ſcientias eſſe ſubalternatas Metaphyſicæ: ergo Metaphyſicam eſſe ſimpliciter, & abſolutè primam doctrinæ ordine, primùm quidem dicendum, Metaphyſicam non ſubalternare ſibi propriè cæteras ſcientias, de qua re agendum eſt ad initium libri quarti. Deinde, etſi omnes ſubalternantes, qua ex parte tales ſunt, accuratæ doctrinæ ordine præcedunt ſubalternatas: non omnes tamen ſimpliciter, & abſolutè eſſe ordine doctrinæ priores, vt ex dicendis patebit.

Quinam

Quinam ſit doctrinæ ordo inter Phyſicam & Mathematicas.

SECTIO V.

Reliqvvm eſt igitur, vt conferamus Phyſicã cum Mathematicis, in qua re nonnihil eſt difficultatis. Nam, quia Mathematica entia abſtrahuntur à naturalib. in quibus exiſtunt, videtur Phyſica præcedere doctrinæ ordine Mathematicas. Contrà verò, cùm Mathematicæ longæ ſint faciliores Phyſica: non dubium videtur, quin illam antecedant, præſertim cùm multa in Phyſica ex Mathematicis ſupponantur, vt videre eſt in libris de Cœlo, Meteorologicis, & aliis pleriſque locis: Paucis tamen expedienda res eſt. *Aperitur difficultas quæſtionis.*

Pro qua hæc ſit prior aſſertio, *Phyſicam eſſe priorem Mathematicis, exquiſito doctrinę ordine.* Quæ aſſertio primùm ex eo probatur, quia entia Mathematica pendent in ſuo eſſe à rebus naturalibus, in quibus exiſtunt, vt ſæpe ait Ariſt. at vnaquæq; res per ea perfectè intelligitur, à quibus pendet in ſuo eſſe. *Prima aſſertio.*

Vt 6. lib. Metaphyſ. cap. 1. tex. 2. Deinde, quia quantitas eſt primum accidens ſubſtantiæ corporeæ: accidens autem non intelligitur perfectè, niſi per ſubſtantiam: atqui ſubſtantia corporea, etſi à Metaphyſico etiam explicatur: eſt tamen magis Phyſici, quàm Metaphyſici. *Accidens non poſſe perfectè intelligi, niſi per ſubſtantiam.*

Postremo, quia ordo accuratæ diſciplinę conſentaneus eſt ordini naturæ: at naturæ ordine Phyſica præcedit Mathematicas: ſublato enim pronunciato, illo, *Continuum eſſe diuiſibile in infinitum*, quod Phyſicus demonſtrat, corruit Geometria, quæ vbique ſupponit, à quolibet puncto in quemlibet licere lineam ducere: corruit etiam Arithmetica, quatenus ei ſubiectus eſt numerus materialium, quo pacto de Arithmetica more veterum Mathematicorum loquimur. Neque enim quantitas eſſet continua, niſi in ſemper diuiſibilia diuideretur, ſublata autem quantitate continua nullus eſſet numerus rerum materialium.

Dilutio obiectionis. Qvod ſi quis obiiciat, Phyſicum etiam multa ſupponere ex Mathematicis, vt iam diximus: occurrendum eſt, ea quidem ex parte, qua pronunciata Phyſica demonſtrantur per principia Mathematica, dici poſſe modo aliquo, Mathematicas accurato doctrinæ ordine eſſe priores Phyſica, non tamen omnino, cum ea etiam, quæ Phyſicus ſupponit ex Mathematicis, alioqui pendeant ex Phyſica, vt dictum eſt. Accedit, quòd demonſtrationes, quæ fiunt in Phyſica ex iis, quæ deſumuntur ex Mathematicis, ſunt ſimpliciter Mathematicæ, quę autem fiunt in Mathematicis, ſuppoſito illo pronunciato Phyſico, non cenſentur Phyſicæ, ſed Mathematicæ.

Altera obiectio. Svnt etiam, qui obiiciant, ens naturale ſiue mobile ſupponere quantitatem, ſine qua nihil moueri poteſt: ergo conſiderationem quantitatis, de qua agit Mathematicus, eſſe priorem conſideratione entis naturalis, ſiue mobilis. Verùm nec ſentiunt nec argumentantur rectè. Nam cùm quantitas ſupponat ſubſtantiam in qua ſit, eámque mob. lem: efficitur, vt ab ea non ſupponatur: alioqui iam ſupponeretur è ſe ipſa.

Dilutio.

Accedit, quòd ens mobile nihil aliud, eſt quàm ens naturale, ſiue conſtans naturalis, vtraque autem natura antecedit omnia accidentia, quare & quantitatem. Nec obeſt, quòd nihil eſt mobile, niſi quantitate ſit præditum. Etſi enim quantitas neceſſaria eſt ad recipiẽdum motum: non tamen ad conſtitutionem ſubſtantiæ mobilis, etiam vt ſubſtantia eſt terminus motus, mutationíſve. Adde mutationem latè ſumptam, ſiue vt complectitur introductionem formæ, non neceſſariò recipi interuentu quantitatis, ſed interdum à materia ſola, vt antecedit quantitatem, etiam interminatam, vt 8. lib. patebit.

Quid ens mobile.

Ex hac aſſertione collige, abſtractionem rerum Mathematicarum ab entibus (modò non ſit ſermo de numero, qui in rebus immaterialibus intelligitur) non ideò fieri, quia id poſcat earum natura, ſed quia imperfecta à Mathematicis conſiderantur.

Secunda concluſio.

Posterior aſſertio ſit, *Simpliciter & abſolutè Mathematicas ſciẽtias eſſe priores doctrinæ ordine naturali Philoſophia.* Hæc primùm ex eo perſpicua eſt, quia Mathematicæ ſcientiæ breui experientia ac penè nulla indigent. Phyſicæ autem longa admodum. Qua potiſſimùm ratione Ariſt. 6. Ethic. cap. 8. docet, *Puerum fieri poſſe Mathematicum, Sapientem autem, id eſt, Moralem Phyſicum, aut Metaphyſicum, non poſſe.*

Deinde, quia ſcientiæ Mathematicæ exercent, ac diſponunt intellectum ad res naturales & diuinas capiendas, quod Simplicius latè perſequitur in præfatione Commentariorum, quos ſcripſit in libros Phyſicorum.

Plura ſupponere Phyſicã ex Mathematicis, quàm has ex illa.

Tertio, quia multò plura ſupponit Phyſica ex Mathematicis, quàm hæ ex illa quod ex editis libris vtriuſque Philoſophiæ perſpicuum eſt, modò Mathematicarum nomine (quod eſt neceſſe) intelligas purè Mathematicas. Accedit vſus Antiquorum, qui ante Phyſicam, imò etiam ante Logicam, Mathematicas tradebant. Atque hæc aſſertio ferè eſt de Peripateticorum communi ſententia. Nec vllam vim habet argumentum Ammonij in Porphyrij Iſagogen, & magni Alberti in 1. Phyſicorum, quo volunt prius dandam eſſe operã Phyſicæ, quàm Mathematicis, propterea quod res mathematicæ indigent abſtractione à qualitatibus ſenſibilibus, qua non indigent res naturales. Nam etſi res mathematicæ hac abſtractione opus habent: eſt tamen ea facilima, & quæ vel à pueris fieri poſſit, cùm interim tantò facilior ſit experientia eorum principiorum, quibus Mathematici vtuntur, quàm eorum, quibus Phyſici, vt nulla penè ſit comparatio.

Ammon. in præfatione Albert. trac. 1. c. 1. ad fin.

Quinam doctrinæ ordo ſeruandus ſit in partibus Philoſophia.

Ex iis, quæ hoc extremo capite diſputata ſunt licet perſpicere, eum doctrinæ ordinem in partibus Philoſophiæ tenendum eſſe, vt primo loco detur opera Dialecticæ. 2. Mathematicis. 3. Phyſicæ: extremò Metaphyſicæ. Morales autem ſcientiæ, de quarum loco nihil in hac quæſtione diſputauimus, inſerendæ ſunt inter Phyſicam, & Metaphyſicam, cùm & multarum rerum naturalium experientia, & magna conſuetudinis obſeruatione indigeant, & eiuſmodi ſint, vt quemadmodum pacatum, & minimè iuuenilem animum requirunt, ita proximè hominem præparent ad diuinarum rerum contemplationem. Hunc eumdem ordinem ſeruandum eſſe in diſciplinis præclarè,

Lect. 7.

clarè, vt cætera, docet D.Tho.in cap. 8. 6. Ethicorum. Eundem ex veterum ſcriptis obſeruandum eſſe monet Chryſippus in 4. lib. de vitis, & in 3.de Diis, vt refert Plutarchus in libello de contrarietatibus Stoicorum. Niſi quòd prætermittit Mathematicas, vel quia minùs propriè numerantur in partibus Philoſophiæ: vel quia conſultius putat, obiter eas, ac ſimul cum aliis Philoſophiæ diſciplinis addiſcere. Quod ſanè conſilium non diſplicet. Nam & minùs difficiles ſunt, quàm vt eis peculiaris locus, cæteris interim excluſis, videatur tribuendus: & earum ſocietas non modo iucunda eſt, ſed digna etiam, qua nulla alia Philoſophiæ pars careat. De quarum multiplici vtilitate, multa habes apud Platonem 7.lib. de Repub. in Epinomide, ſeu Philoſopho, & aliis pleriſque eius Philoſophi locis.

Putat Plutarchus Chryſippũ pugnare ſecum cum præponit & poſtponit Moralibus Phyſicã. Ad Chryſipus complectitur nomine Phyſica Metaphyſicam.

FINIS LIBRI SECVNDI.

COMMENTARII

PETRI FONSECÆ SOCIETATIS IESV:

IN TERTIVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

PROOEMIVM.

DOCVIT Ariſtoteles libro ſuperiori, veritatis cognitionem ad hanc ſcientiam maximè ſpectare, modúmque indicauit eius inueſtigandæ, ac tractandæ: nunc pro initio totius Metaphyſicæ diſputationis complures proponit quæſtiones, quæ totam penè materiam huius ſcientiæ continent, eáſque pro vtraque parte Dialectico more diſcutit, vt ex earum tractatione facilior pateat aditus ad veram rerum de quibus agendum eſt, explicationem, quàm aggreditur libro 4. Præmittit igitur in priori parte primi capitis, quàm ſit operæpretium, ad veritatem cuiuſque, rei inueniendam à dubitationibus, quæ in ea potiſsimùm occurrunt, exordium ſumere, eáſque, antequàm quicquam decernatur, pro vtraque parte rationes afferre, quæ maximè vrgeant. Deinde poſteriori parte eiuſdem capitis dubitationes ipſas, quæſtionéſve proponit. Tum verò à principio ſecundi earum quamque pro vtraque parte latè diſputat.

Inſtitutum. Ariſt. in hoc lib.

Epitom. lib.

CAPITIS

Digitized by Google

CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

Duplex interpretatio

NEceſſe [a] *eſt*. Dubitat Alexander hoc loco, doceat ne Ariſtoteles in primis verbis huius libri, neceſſe ſibi eſſe ad eam cognitionem inueniendam quam in hoc opere conſequi, ac tradere ſtudet, ea primùm agredi, de quibus rationi conſentaneum eſt, vt primo loco dubitetur, hoc eſt vtraque parte diſſeratur, id eſſe omnibus iis, qui ad quamlibet ſcientiam de rebus difficilibus, & controuerſis comparandam aggrediuntur. Quamquã verò parum referat, vtro modo Ariſtotelem interpreteris, prior tamen interpretatio aptior videtur, vt pote verbis cõtextus accommodatior: ex qua generale etiã documẽtum, quod poſterius tradit, tãquam principium ex concluſione colligi poteſt. Addit autem Ariſtoteles, duo eſſe genera quæſtionũ, quæ primum pro vtraque partæ agitandæ videantur. Vnum earum, de quibus alij aliter ſenſerunt, ne temerè aliorum ſententiis, ac forſitan nõ parum receptis ſe opponere videantur. Alterum earum, quæ cùm ad rem propoſitam in primis faciant ab aliis tamen omiſſæ ſunt.

Approbatio prioris.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ τὸ β′.

Ἀπορίας χρῆσις, καὶ περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον.

ΚΕΦ. Α′.

ΑΝάγκη [a] πρὸς τὴν ἐπιζητουμένην ἐπιστήμην, ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον, περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον. ταῦτα δ᾽ ἐστὶν, ὅσα περὶ αὐτῶν ἄλλως ὑπειλήφασί τινες, κἂν εἴ τι χωρὶς τούτων τυγχάνοι πρῶτον παρεωραμένον. ἔστι [b] δὲ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου, τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία, λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστί. λύειν δ᾽ οὐκ ἔστιν ἀγνοοῦντα τὸν δεσμόν· ἀλλ᾽ [c] ἡ τῆς διανοίας ἀπορία δηλοῖ τοῦτο περὶ τοῦ πράγματος. ᾗ γὰρ ἀπορεῖ, ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις. ἀδυνάτον γὰρ ἀμφοτέρως προελθεῖν εἰς τὸ ἔμπροσθεν. διὸ δεῖ τὰς δυσχερείας τεθεωρηκέναι πάσας πρότερον, τούτων τε χάριν καὶ [d] διὰ τὸ τοὺς ζητοῦντας ἄνευ τοῦ διαπορῆσαι πρῶτον, ὁμοίους εἶναι τοῖς ποῖ δεῖ βαδίζειν ἀγνοοῦσι. καὶ [e] πρὸς τούτοις οὐδ᾽ εἴποτε τὸ ζητούμενον εὕρηκεν, ἢ μὴ, γινώσκειν. τὸ γὰρ τέλος τούτῳ μὲν οὐ δῆλον, τῷ δὲ καλῶς προηπορηκότι, δῆλον. ἔτι Text. 1.

Documentum generale.

[b] *Eſt autem operæpretium*. Hoc alterum documentum planè generale eſt, quod docet Ariſtoteles, non modò initio huiuſmodi ſcientiarum, ſed etiam particularium tractationum, quibus propoſita eſt rerum difficilium determinatio, à dubitationibus initium ſumendum eſſe, nec verò vtcumque id faciendum, ſed benè, hoc eſt diligenter, accurratè, nullàque pro vtrauis parte diſſimulata ratione, quod ſapienter quatuor rationibus oſtendit. Prima eſt, quia certa veritatis cognitio, qua tandem compotes efficiuntur ij, qui philoſophantur, ſolutio eſt eorum, quæ priùs dubitabantur, hoc eſt, ſolutione eorum, quæ priùs dubitantur, comparatur, ſoluere autem vinculum nemo poteſt, qui vinculi nodum ignoret. Quare cùm nihil aliud ſit, difficultates rei propoſita pro vtraque parte diſcutere, quàm vinculorum mentis nodos inſpicere (nihil enim ſunt aliud: argumenta pro vtraque parte, quàm vincula, quibus mens ligatur, & impeditur, ne vltrà progredi poſſit) is ſanè ad veritatis perceptionem optimè ſe comparabit, qui de propoſita re dubia diligenter, & accuratè pro vtraque parte, diſputauerit. Quod

Quod ad verba attinet, illud εὐπορῆσαι, quod ſemper in re, de qua agitur, copiam & abundantiam, amplámque facultatem ſignificat, neceſſariò ſumendum fui hoc loco pro certa cognitione veritatis, quæ quæritur, eodémque modo nomen τῆς εὐπορίας. Atque id velle Ariſtotelem, ex vltimis penè verbis huius capitis planè colliges, vbi cum verbo εὐπορῆσαι apertè coniungitur nomen τῆς ἀληθείας, quod veritatem ſignificat, & ſæpe numero pro veritatis cognitione ſumitur, vt capite primo ſuperioris libri, cùm finis contemplatiuę ſcientiæ à fine practicæ diſtinguitur.

c *Sed mentis dubitatio.* Senſus eſt, Eumdem effectum oſtendit in animo dubitatio mentis de re propoſita, quem oſtendit in corpore vinculum, quo pedes aſtringuntur. Vtroque enim modo ligati vlterius progredi non poſſumus.

d *Et quia ij qui quærunt.* Secunda ratio eſt, quia ij, qui dè propoſita non priùs pro vtraque parte diſputant, perſimiles ſunt iis, qui quò eundum ſit ignorant. Neſciunt enim difficultates, quæ in quæſtione latent, ad quas tamen ſoluendas tendit is, qui probè illam explicaturus eſt. *Quibus ſimiles ij, qui non diſputant pro vtraque parte.*

e *Accedit quod neque.* Tertia ratio eſt, quia etſi huiuſmodi homines aliquando inueniunt ea, quæ implicitè in quæſtione continentur, neſciunt tamen, an finē diſputationis conſequuti ſint, cùm difficultates eas, ad quas diſſoluendas diſputatio ſuapte natura dirigitur, planè ignorent. Simile quid accidit iis, qui neſciunt, quantùm locus, in quem contendunt, diſtet ab eo, ex quo exeunt, aut qua in illum eundum ſit. Nam etſi in eum fortè incidant; ignorabunt tamen ſe in illum perueniſſe. Ex his duabus rationibus rectè colligitur id, quod Albertus ſcribit hoc loco, *Eum, qui non prius dubitat duobus modis errare, vno, in termino, altero, in via.* *Alberti egregia ſententia.*

ARISTOTELIS Metaphyſicorum.

LIBER TERTIVS.

Quis ſit dubitationis vſus, & quibus de rebus primo ſit dubitandum.

CAP. I.

Text. 1. NECESSE a *eſt ad eam, quam quærimus ſcientiam, ea nos primùm percurrere, de quibus dubitare primùm oportet. Sunt autem hæc ea omnia, de quibus quidam aliter ſenſerunt, & ſi quid præterea ante nos omiſſum eſt. Eſt autem* b *operæpretium iis, qui veritatis compotes eſſe volunt, benè dubitare. Certa enim cognitio, quæ ſequitur, ſolutio eſt eorum, quæ antè dubitabantur: ſoluere autem vinculum nemo poteſt, qui nodum ingnoret. Sed* c *mentis dubitatio hoc ipſum de re declarat: quatenus enim dubitat, eatenus ei ſimile quid accedit, atque iis, qui ligati ſunt. Neutro enim modo fieri poteſt, vt vltrà procedatur. Quapropter difficultates omnes ante perſpectæ ſint, oportet: & horum gratia, &* d *quia ij, qui quærunt, niſi priùs dubitent ſimiles ſunt iis, qui ignorant, quònam eundum ſit. Accedit,* e *quod neque vtrum tandem inuenerint id, quod quæritur, necne, cognoſcant. Neque enim his manifeſtus eſt finis, cum interim pateat ei, qui antea rectè dubitauit.*

Text. 2. (beside "ſimile quid accedit")

Præterea,

verſentur, rationi conſentaneum erat, vt ante Metaphyſicam determinationem integer aliquis liber poneretur in eiſdem rebus Dialectico more tractandis. D. Thom. eiúſque præceptor Alexander Alenſis aiunt, cauſam fuiſſe, quia cùm prima Philoſophia non verſetur in particulari aliqua veritate, vt cæteræ ſcientiæ, ſed in veritate vniuerſali, debuit ante eius determinationem vniuersè proponi quicquid dubij in ea ſe offerebat. [*D. Thoma & Alenſis.*] Quia tamē hæ cauſę longiùs forſitan petitæ alicui videbuntur, aliæ duæ afferri poſſūt. Vna, vt Ariſtoteles ante rerum determinationem oſtēderet, tātam eſſe difficultatem in ſtatuendis iis, quæ ad primam Philoſophiam pertinent, [*Alia cauſa.*] quantam ipſe ſignificauerat capite primo ſuperioris libri, quod ſanè facere non poſſet, niſi omnes ſimul difficultates, quæ in huius ſcientiæ materia ſe offerebant, perpetuo aliquo tractatu proponeret. Altera, vt tractandis ſimul pro vtraque parte omnibus huiuſmodi quęſtionibus, maiorem copiam argumētorum pararet, quibus in huius ſcientiæ dogmatis conſtituendis vteretur, qua de cauſſa ipſe dixerat extremis verbis primi libri, ſe has quæſtiones agitaturum, rationémque aliquam maturiùs, ac penſiculatiùs iniret, qua de rebus, & difficillimis, & maximis pro dignitate aliquid decerneret.

Preterea, [f] meliùs affectum ad iudicandum neceſſe eſt eſſe eum, qui rationes omnes diſceptantes, quaſi aduerſarios audiuit.

Text. 2. *Eſt [g] autem prima dubitatio de ÿs, de quibus diſputauimus, in ÿs, quæ procemÿ loco dicta ſunt, Vniúſne, an plurium ſcientiarum ſit cauſſas contemplari. Et [h] vtrum primorum dumtaxat principiorum ſubſtantiæ ad hanc ſcientiam conſideratio pertineat, an eorum etiam, ex quibus cuncti demonſtrant, vt illius. Num vnum atque idem, ſimul affirmari, & negari poſſit, nec ne, & aliorum huiuſmodi. Deinde, [i] ſi in ſubſtantia verſatur, vna ne de omnibus, an plures differant: quòd ſi plures, num omnes ſint generis eiuſdem, an aliæ ſapientiæ nomine, aliæ alio quodam appellandæ ſint.*

Sed

[g] *Eſt autem prima.* Prima hæc dubitatio, ſiue quæſtio aperta eſt in contextu. [*Prima quæſtio.*] Non ſignificat tamen Ariſt. eam dubitatam, ſiue agitatam eſſe in ſuperioribus libris, ſed eſſe de rebus, de quibus in iis aliqua diſputata ſunt, hoc eſt, de cauſſis, vt Alexander annotauit. Diſputatum eſt enim in primo libro de earum inuentione, in 2. de earum finitione, quamquam extremis verbis libri ſecundi, huius ipſius Comm. 1. quæſtionis memit Ariſtot. Differetur autem de ea in prima parte capitis ſecundi, quo loco exponetur quo pacto intelligenda ſit. Quod ad verba attinet, ſignificat Ariſt. hoc loco, ſuperiores duos libros proœmij loco habendos eſſe, quia ad conſtituendum ordinem pertineant, vt Alexand. ait. Vel potiùs, quia in primo exactis primis duobus capitibus, in quibus propriè huius operis proœmiū continetur, nihil aliud oſtendit Ariſt. quàm rectè ſe in Phyſicis de generibus cauſſarum differuiſſe, in ſecundo autem, omnia ad veritatis inueſtigationem confert. Ex qua re factum eſt vt quibuſdam (quod addit Alexand.) hunc librum, doctrinæ Metaphyſicæ primum eſſe placuerit.

[h] *Et vtrum primorum.* Secunda quæſtio eſt, Vtrum ad hanc ſcientiam pertineant [*Secunda.*] ſola prima principia ſimplicia ſubſtantiæ, an etiam prima principia complexa, ex quibus omnes ſcientiæ demonſtrant, quæ etiam communes ſententiæ appellari ſolent. Atque hæc quæſtio diſputatur in ſecunda parte 2. capitis.

[i] *Deinde ſi in ſubſtantia.* Tertia quæſtio eſt, Si hæc ſcientia ſubſtantiarum ſit, [*Tertia.*]

Digitized by Google

vtrum earum omnium ſit vna ſcientia, an alia ſit de ſubſtantiis, quæ motui ſubiectæ ſunt, aliæ de iis, quæ ſunt mutationis expertes. Quòd ſi plures ſunt, num cognatæ ſint inter ſe, & cõmuni ſapientiæ nomine vocandæ, quo pacto Geometria, & Arithmetica dicuntur Mathematicæ: an aliæ ſapientiæ vocabulo, aliæ alio appellari debeant. Atque hæc quæſtio diſputatur tertia parte ſecundo capite.

Quarta. [k] *Sed & hoc ipſum.* Quarta quæſtio, quã ſuperior ſupponit, huiuſmodi eſt. Vtrum in rerum natura nulla detur ſubſtantia præter ſenſibiles, an aliæ etiam præter has extent. Quòd ſi extent, ſint ne omnes eiuſdẽ generis, an diuerſorum, vt ponuntur à Platone Ideæ, atque entia mathematica. Diſputatur verò hæc quæſtio extrema parte 2. capitis.

καὶ [k] τοῦτο δ' αὐτὸ τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ ζητῆσαι, πότερον τὰς αἰσθητὰς οὐσίας εἶναι μόνον φατέον, ἢ καὶ παρὰ ταύτας ἄλλας· καὶ πότερον μοναχῶς, ἢ πλείονα γένη τῶν οὐσιῶν· οἷον οἱ ποιοῦντες τά τε εἴδη, καὶ τὰ μαθηματικὰ μεταξὺ τούτων τε, καὶ τῶν αἰσθητῶν. περί τε τούτων οὖν, καθάπερ φαμὲν, ἐπισκεπτέον. καὶ [l] πότερον περὶ τὰς οὐσίας ἡ θεωρία μόνον ἐστὶν, ἢ καὶ περὶ τὰ συμβεβηκότα καθ' αὑτὰ ταῖς οὐσίαις. πρὸς [m] δὲ τούτοις, περὶ ταυτοῦ καὶ ἑτέρου, καὶ ὁμοίου καὶ ἀνομοίου, καὶ ταυτότητος καὶ ἐναντιότητος, καὶ περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν τοιούτων, περὶ ὅσων οἱ διαλεκτικοὶ πειρῶνται σκοπεῖν, ἐκ τῶν ἐνδόξων μόνον ποιούμενοι τὴν σκέψιν, τίνος ἐστὶ θεωρῆσαι περὶ πάντων. ἔτι δὲ τούτοις αὐτοῖς, ὅσα καθ' αὑτὰ συμβέβηκε· καὶ μὴ μόνον τί ἐστι τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ καὶ εἰ ἄρα ἓν ἑνὶ ἐναντίον· καὶ [n] πότερον αἱ ἀρχαὶ, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ γένη ἐστὶν, ἢ εἰς ἃ διαιρεῖται ἐνυπάρχοντα ἕκαστον· καὶ εἰ τὰ γένη, πότερον ὅσα ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις λέγεται τελευταῖα, ἢ τὰ πρῶτα· οἷον πότερον ζῷον, ἢ ἄνθρωπος, ἀρχή [o] τε, καὶ μᾶλλόν ἐστι παρὰ τὸ καθέκαστον. μάλιστα [p] δὲ ζητητέον, καὶ πραγματευτέον, πότερόν ἐστί τι παρὰ τὴν ὕλην αἴτιον καθ' αὑτὸ, ἢ οὔ· καὶ τοῦτο χωριστὸν, ἢ οὔ· καὶ πότερον ἓν ἢ πλείω τὸν ἀριθμὸν, καὶ [q] πότερόν ἐστι παρὰ τὸ σύνολον (λέγω δὲ τὸ σύνολον, ὅταν κατηγορηθῇ τι τῆς ὕλης) ἢ οὔ· ἢ τῶν μὲν, τῶν δ' οὔ· καὶ ποῖα τοιαῦτα τῶν ὄντων. ἔτι [r] αἱ ἀρχαὶ, πότερον ἀριθμῷ ἢ εἴδει ὡρισμέναι, καὶ αἱ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ. καὶ [s] πότερον τῶν φθαρ

Quinta. [l] *Et vtrum de ſubſtantiis.* Quinta quæſtio eſt num hęc ſciẽtia in ſola ſubſtantiarũ cõtẽplatione verſetur, an etiam in cõſideratione eorum, quę illis per ſe accidunt. Nam de iis, quæ per accidens, ac fortuitò inſunt, ſcientia haberi nõ poteſt. Diſputatur autem quęſtio hæc in 4. par. cap. 2.

Sexta. [m] *Ad hæc, de eodem.* Sexta quæſtio eſt, Vtrũ ad hanc ſcientiam pertineat verè, & demonſtratiuè diſputare de communib. quibuſdam entium affectionibus, vt de eodem & diuerſo, déque iis, quæ per ſe illis accidunt, de quibus Dialectici ex ſolis probabilibus diſſerunt. Hanc quæſtionem non diſputat Ariſt. ſeparatim, quia eadem eſt eius difficultas, atque ſuperioris.

Septima. [n] *Et vtrum principia.* Septima quæſtio eſt, vtrũ genera, quæ de rebus prædicantur, an potiùs partes, ex quibus illæ reali compoſitione conſtant, dicenda ſint earum principia, & elemẽta. Quòd ſi genera (quo nomine hoc loco ipſas etiam ſpecies, & differentias complectitur) num ea, quæ proximè de indiuiduis dicuntur, vt homo, an prima potiùs, hoc eſt remotiora, quale eſt animal, magis dicenda ſint principia. Diſputatur autem hæc quæſtio toto cap. 3.

[o] *Et principium ſit.* Senſus eſt, & principium ſit, & magis principium. Nam ſi non ea, quæ inſunt in re, ſed ea, quæ Platonis ſententia ſeparata ſunt, & præter ſingularia ſunt principia, non malè dicetur, aliquid eſſe magis præter ſingularia, vt ſignificetur eſſe magis, ſeu veriùs principium.

Octaua. [p] *Maximè autem.* Octaua quæſtio eſt, Numquid præter materiam, quam ſolam veteres

Digitized by Google

veteres Phyſici cauſſam per ſe rerum naturalium eſſe putauerunt, ſit alia earum per ſe cauſa. Quòd ſi ſit alia, num ſeparabilis ſit a rebus ſingularibus, vt Plato cenſuit, an non ſeparabilis, vt Pythagorici. Et vtrum vna ſit numero, vt ſenſit Empedocles, qui aſſeruit, harmoniam ſiue commixtionem elementorum ratione quadam conſtitutam, eſſe cauſam per ſe, & intrinſecam materiæ adiunctam: an verò plures, vt res habet. Atque hæc quæſtio in prima parte cap. 4. agitatur.

Sed [k] *& hoc ipſum quærere in neceſſarijs numerandum eſt, num ſenſibiles tantùm ſubſtantias eſſe fateri oporteat, an alias etiam præter has: & vnum ne, an plura ſint ſubſtantiarum genera, vt aſſerunt ij, qui Ideas ponunt, & mathematica inter eas, & hæc ſenſibilia interiecta faciunt. Hæc igitur, vt dicimus, conſideranda ſunt. Et vtrum* [l] *de ſubſtantijs tantùm contemplatio ſit, an etiam de ijs, quæ per ſe accidunt ſubſtantijs. Adhæc,* [m] *de eodem, & diuerſis: de ſimili, & diſſimili: de identitate, & contrarietate: de priori & poſteriori: déque alijs huiuſmodi omnibus, de quibus Dialectici agere conantur, ex ſolis probabilibus diſſerentes, cuiuſnam diſciplinæ ſit, ea omnia cognoſcere: itemque omnia, quæ his ipſis per ſe conueniunt, vt non tantùm expendatur, quid ſit eorum quodque, ſed etiam an vnum vni ſit contrarium. Et,* [n] *vtrùm principia, & elementa, ſint genera ipſa, an ea, in quæ, cùm inſint, vnumquodque diuiditur: quòd ſi genera, num ea omnia, quæ vltima de indiuiduis dicuntur, an prima: veluti, non animal, an homo &* [o] *principium ſit, & magis præter id, quod ſingulare eſt. Maximè* [p] *autem quærendum, & tractandum eſt, num præter materiam, aliqua ſit per ſe cauſa, atque ea ſeparabilis, nécne, & vtrum vna, an plures numero. Sit* [q] *ne etiam aliquid præter ipſum totum (voco autem ipſum totum, cùm aliquid de materia prædicatur) an nihil: an verò quorundam ſit, quorundam non ſit, & quænam res ſint tales. Principia* [r] *item, numeróne, an ſpecie definita ſint, & quæ in rationibus ſunt, & quæ in ſubiecto. Et vtrum* [s] *corruptibilium*

Comm.10.

Nona.

[q] *Sit ne etiam aliquid.* Nona quæſtio eſt. Vtrum eſſentia, ſiue quidditas ſubſtãtiæ materialis ſit aliquid aliud ab ipſo toto, hoc eſt, ab ipſa materiali ſubſtantia, nec ne: an verò in quibuſdam ſit aliud, in aliis verò idẽ. Nomine enim ipſius totius, ſeu ſimul totius: vt eſt Græcè ad verbum, etſi intelligi ſolet id, cuius eſt quidditas, vt patebit ex ipſa quæſtionis tractatione, hoc tamen loco preſſiùs accipitur, pro ſola ſubſtantia materiali. Ita enim ſignificãt verba illa, cùm de materia quippiam prædicatur, id eſt quando materia cũ aliqua forma ſumitur, vt Alex. exponit. Diſputatur autem hæc quæſtio ſecunda parte capitis quarto.

Decima.

[r] *Principia item.* Decima quæſtio eſt, Vtrum principia, tam formalia, quàm materialia, numero definita ſint, an ſpecie ſolâ. Quam quæſtionem diſputat Ariſtoteles tertia parte capitis quarti. Vocat autem principia formalia ea, quæ in rationibus, ſiue definitionibus ſunt, materialia verò ea, quæ ſunt in ſubiecto, id eſt in ſubſtantia ſingulari, ſiue prima ſubſtantia, quia forma, etſi apud Platonem ſumebatur in definitione, non tamen erat in ſubſtantia ipſa ſingulari, cuius dicebatur forma, ſed ſola materia. Quamquam enim non eſt negandum, cognitam fuiſſe ab illo eam formam, quæ eſt altera pars ſubſtantiæ ſingularis, vt patet ex iis, quæ 1. libro dicta ſunt: quia tamen non putabat: illam eſſe ſatis ad ſcientiam comparandam, facilè eam, cùm de cauſis agebatur, prætermittebat.

[s] *Et vtrum corruptibilium, & incorruptibilium.* Vndecima quæſtio eſt, Vtrum eadem ſint principia rerum corruptibilium, & incorruptibilium, an diuerſa. Quòd ſi diuerſa, num omnia ſint corruptionis expertia, an quæ cor-

ſibilibus, vt Plato cenſuit, an in eis ipſis exiſtant, vt Pythagorici crediderunt. Quam quæſtionem diſputat Ariſtoteles toto cap. quinto.

aa. *Sed ratione etiam.* Probè dubitare ratione, idem eſt, atque quàm veriſimilibus pro vtraque parte argumentis quæſtionem ambiguam facere. *Dubitare, quid apud Ariſtotelem.*

ruptibilium, & incorruptibilium rerum eadem ſint: an diuerſa: & non omnia ſint corruptionis expertia, an earum, quæ corrumpi poſſunt, corruptioni ſint obnoxia. Præterea t *id, quod, eſt omnium difficillimum, & maximam dubitationem continet, vtrum vnum, & ens, quemadmodum Pythagoririci, ac Plato dicebant, non aliud quicquam ſint, quàm ipſa rerum ſubſtantia: an non ita res habeat, ſed aliquid aliud ſubijciatur: quo pacto Empedocles amicitiam ſubeſſe ait, alius quidem ignem, alius aquam, aut aërem. Et* u *num principia vniuerſalia ſint, an vt res ſingulares. Ex,* x *potentia, an actu. Præterea,* y *num alio modo, an per motum. Hæc enim magnam dubitationem afferre poſſunt. Ad hæc,* z *vtrum numeri, longitudines, figuræ, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint, necne. Quòd ſi ſubſtantiæ, num ſeparatæ ſint à rebus ſenſibilibus, an in his exiſtant. Etenim de his omnibus, non modò veritatis cognitione potiri difficile eſt, ſed* aa *ratione etiam probè dubitare, haud facile.*

VNIVS NE, AN PLVRIVM SIT SCIENTIARVM omnia cauſarum genera contemplari.

CAP. II.

Text. 3. *Primum* a *igitur de ijs agendum eſt, de quibus primum diximus: Vniúſne an plurium ſcientiarum ſit, omnia cauſarum genera contemplari. Etenim* b *quo pacto vnius eſſe poſſit, principia cognoſcere, cùm inter ſe contraria non ſint?*

Præterea

CAPITIS ſecundi Explanatio.

Primū a *igitur.* Ex hoc loco incipit Ariſtoteles pro vtraque parte diſputare quæſtiones propoſitas: Primúmque eam quam primo loco propoſuit, Vtrū vnius ſciētiæ, an plurium ſit, omnia cauſarum genera cognoſcere. *Diſputatio prima quæſtionis.*

b *Etenim quo pacto.* Probat duabus rationibus non eſſe eiuſdem ſcientiæ omnia cauſarum genera noſſe. Prior ratio, quãtum primo aſpectam verborum contextu colligi poteſt, ſic habere videtur, Omnia, quæ ſunt inter ſe contraria, ad eãdem ſcientiam pertinent (id quod patet ex illo cõmuni pronunciato, *Contrariorum eadem eſt ſcientia*) at quatuor cauſarum genera non ſunt inter ſe contraria: non omnia igitur ad eamdem ſcientiam ſpectant. Verum cùm hæc formula argumentãdi nullam penè ſpeciem veræ probationis præ ſe ferat, cùm in prima figura minorem negatiuam habeat: aut dicendum eſt, Ariſtotelem eam propoſuiſſe non quaſi ſuam, ſed quia Antiquorum aliquis ea vſus fuerat (iam enim dixerat initio libri, harum quæſtionum pleráſque ab aliis etiam fuiſſe diſputatas) vel certè credendum eſt, aliam argumentationem maioris probabilitatis ſpeciem habentem ſub his verbis latere, *Argumētum primum pro parte negatiua.*

tere,

Digitized by Google

tere. Quæ huiuſmodi eſſe poteſt. Omnia diuerſa, quæ ad eamdem ſcientiam ſpectant, pertinent ad illam ratione vnius communis naturæ, vt animal & planta, aut ratione contrarietatis, vt calidum, & frigidum: hæc enim non ſolùm, quia communicant in natura communi qualitatis ſenſibilis, ſed etiam quia ſunt contraria, ad eamdem ſcientiam ſpectant, quippe cùm vnum contrariorum ſit ratio cognoſcendi alterum: at quatuor cauſarum genera nō poſſunt pertinere ad eamdem ſcientiam ratione vnius communis naturæ, quandoquidem ſatis patet, nullam in omnibus cauſarum generibus dari eamdem: nec item ratione cōtrarietatis cum cauſæ non ſe mutuò impediant, ſed potius adiuuent: nullo igitur modo omnia cauſarum genera ad eādem ſcientiam pertinent. Quæ ratio non ſolùm habet formam concludendi aptam & minorem veriſſimam, ſed etiam maiorem aliquo modo probabilem. Non eſt tamen illa ſimpliciter vera quia aliqua entia diuerſa ſunt, quæ ad eamdē ſcientiam ſpectent ratione analogiæ, ſeu proportionis cuiuſdam inter ſe, vt initio libr. 4 perſpicuum erit.

Nihil dare vniuocum omnibus cauſis.

Secūdum argumentum.

ἔτι ᶜ δὲ πολλοῖς τῶν ὄντων οὐχ ὑπάρχουσι πᾶσι πᾶσαι. τίνα ᵈ γὰρ τρόπον οἷόν τε κινήσεως ἀρχὴν εἶναι τοῖς ἀκινήτοις, ἢ τὴν τἀγαθοῦ φύσιν; εἴπερ ἅπαν, ὃ ἂν ᾖ ἀγαθὸν καθ᾽ αὑτὸ, καὶ διὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν, τέλος ἐστὶν; καὶ οὕτως αἴτιον, ὅτι ἐκείνου ἕνεκα καὶ γίνεται, καὶ ἔστι τἆλλα. τὸ δὲ τέλος, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα, πράξεώς τινός ἐστι τέλος· αἱ δὲ πράξεις πᾶσαι μετὰ κινήσεως. ὥστ᾽ ἐν τοῖς ἀκινήτοις οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο ταύτην εἶναι τὴν ἀρχὴν, οὐδ᾽ εἶναί τι αὐτ᾽ ἀγαθόν. διὸ καὶ ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐδὲν δείκνυται διὰ ᶠ ταύτης τῆς αἰτίας, οὐδ᾽ ἔστιν ἀπόδειξις οὐδεμία, διότι βέλτιον, ἢ χεῖρον. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ παράπαν μέμνηται οὐδεὶς οὐδενὸς τῶν τοιούτων. ὥστε ᵍ διὰ ταῦτα τῶν σοφιστῶν τινες, οἷον Ἀρίστιππος, προεπηλάκιζεν αὐτάς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις τέχναις, καὶ ταῖς βαναύσοις αὐταῖς, οἷον ἐν τεκτονικῇ, καὶ σκυτικῇ, διότι βέλτιον ἢ χεῖρον λέγεσθαι πάντα. τὰς δὲ μαθηματικὰς οὐδένα ποιεῖσθαι λόγον περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.

Ἀλλὰ ʰ μὴν, εἴγε πλείους ἐπιστῆμαι τῶν αἰτίων εἰσὶ,

καὶ

ᶜ *Præterea, in multis.* Poſterior hæc ratio haud multò faciliùs redigi poteſt ad aptam concludendi formam, quàm ſuperior. Poteſt tamen ſic explicari. Si qua ſcientia omnia cauſarū genera conſideraret, ea maximè id faceret, quæ eſt omniū accuratiſsima, cum *ſcire, ſit rem per cauſas cognoſcere.* atqui Mathematicæ ſcientiæ ſunt omnium accuratiſsimæ, nec tamen omnia cauſarum genera perſequuntur: nulla eſt igitur ſcientia, quæ omnia cauſarum genera conſideret. Maiorem prætermittit Ariſtotel. quia perſpicua videtur, eademque ratione priorem partem minoris: poſteriorem verò ex eo probat, quia in rebus immobilibus, cuiuſmodi ſunt res mathematicæ, non datur cauſa efficiens, nec finalis, quàm ideo vocat bonum per ſe, quia gratia ſui expetitur: quo fit, vt Mathematicæ ſcientiæ hæc duo cauſarum genera conſiderare non poſsint. In hac argumentatione maior eſt concedenda, quia nec certiſsima ſcientia ſecundùm ſe, cuiuſmodi eſt Metaphyſica (quatenus tamen particularis quædam ſcientia eſt) nec certiſsima apud nos, cuiuſmodi ſunt Mathemathicæ, conſiderant omnes cauſas. Neque enim Metaphyſica conſiderat materialem, vt verſatur in rebus materiæ expertibus Mathematicæ autem non conſiderant efficientem, nec finalem. Nec verò illa rectè probatur. Nam neque omnes res, quæ cadunt ſub ſcientiam, habent omnia genera cauſarum. Vtrum autem in rebus immobilibus, quarum appellatione res metaphyſicæ, ac mathematicæ comprehenduntur, non detur cauſa efficiens, nec finalis, & vtrum Ariſtotel. id rectè probet lib. 2. aut 13. diſcutiendum erit.

In ſcientiis mathematicis nec dari cauſam efficientem nec finalem.

Quo

[d] *Quo enim modo fieri poteſt.* Quod in rebus immobilibus, non ſit cauſa efficiens, nec finalis hac ratione probat. Cauſa efficiens eſt principium motus, finis autem eſt terminus actionis, quæ non datur abſque motu, at in rebus immobilibus nullus eſt motus, ergo nec cauſa efficiens, nec finalis.

[e] *Huiuſmodi principium.* Id eſt, cauſa efficiẽs, quam vocauerat Principium motus.

Præterea [c] in multis rebus, non omnia principia omnibus conueniunt. Quo [d] enim modo fieri poteſt, vt immobilibus ſit principium motus, aut boni natura? Siquidem omne, quod per ſe, ac ſuapte natura bonum eſt, finis eſt, & eo pacto cauſa, vt illius gratia, & fiant, & ſint cetera. Finis autem, & id, cuius gratia, alicuius actionis eſt finis, actiones vero omnes cum motu ſunt. Itaque fieri non poteſt, vt in immobilibus ſit huiuſmodi [e] principium, aut aliquid per ſe bonum. Quamobrem, & in rebus mathematicis nihil per [f] hanc cauſam oſtenditur, neque vlla eſt demonſtratio, in qua ex meliori, aut deteriori ratio reddatur. Sed neque vllius talium quiſquam omnino meminit. Quapropter [g] Sophiſtarum nonnulli, vt Ariſtippus, eas aſpernabantur. In ceteris enim artibus, etiam ſordidis, vt in Fabrili, aut Coriaria, omnium cauſam ex meliori, aut deteriori reddi, Mathematicas vero nullam bonorum, aut malorum rationem habere.

At [h] vero ſi ſcientiæ cauſarum plures ſunt, &

[f] *Per hunc cauſam.* Hoc eſt, per cauſam finalem, &, quod hinc ſequitur, nec per efficientem, vbi enim non datur finalis, nullo pacto datur efficiens, vt patet ex definitione finis, quod idem libro 12. magis patebit. *Sublato fine tolli efficiens.*

[g] *Quapropter Sophiſt.* Confirmat, Mathematicas ſcientias nihil demonſtrare per cauſam finalem ex conuitio, quo in mathematicas demonſtrationes, ac proinde in ipſas diſciplinas Mathematicas inuehebantur, cùm alij Sophiſtæ, tum nominatim Ariſtippus Cyrenaicus auctor Cyrenaicæ ſectæ, ex qua orta eſt Epicurea. Dixi (*in mathematicas demonſtrationes*) non in diſciplinas ipſas, quia verbum (*Eas*) non poteſt referri ad diſciplinas Mathematicas, de quibus non erat facta mentio, neque ad res mathematicas, quæ in neutro genere dicuntur μαθήματα, tametſi de iis ſermo præceſſerat, ſed ad demonſtrationes Mathematicas, de quibus ſermo erat proximus. Conuitium quo Sophiſtæ inſectabantur Mathematicas, illud erat. Quòd eſſent inferiores etiam iis, quas ſordidas appellamus, propterea quòd nullam melioris, aut deterioris rationem haberent. Re autem vera idcirco eas aſpernabantur, ac explodebant Sophiſtæ, quòd parum pecunioſum hominem faciant. Illud de Ariſtippo ſcribit Laertius, *primum eum ex auditoribus Socratis mercedem à diſcipulis ſuis exegiſſe, & quæſtui philoſophatum eſſe.* *Lib. 2. in Ariſtippo.*

Ne mireris tamen, quòd Ariſt. hoc loco ſuppoſito pluralis numeri, quod eſt (*Sophiſtarum nonnulli*) reddat verbum ſingularis προσεπηλάκιζεν, id eſt, *aſpernabatur*. Id enim facit propter interpoſitum exemplum Ariſtippi, vt nonnumquam aliàs, veluti capite quarto, huius libri, cùm ſic ſcribit, *οἱ δὲ περὶ φύσεως, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ὡς εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων, λέγει*, &c. Neceſſariò tamen pro, *Aſpernabatur*, dicendum fuit, *Aſpernabantur*, quia Latinus ſermo eam loquendi formam non agnoſcit. Cur autem in loco citato, paulùm immutata oratione, reddiderimus verbum ſingulare Latinum ſingulari Græco, ex illius explanatione intelliges. *Text.16.*

[h] *At verò ſi ſcientiæ.* Argumentatur pro altera quæſtionis parte probans, omnia cauſarum genera ad eamdem ſcientiam ſpectare. Nam ſi non eadem ſcientia omnes conſideret, ſed alia aliam, maximè ambiguum erit, quænam earum Sapientia appellanda ſit. Etenim ſi iis, quæ in præfatione huius operis dicta ſunt, inhærendum eſt, nulla eſt ſcientia, quæ ſi genus aliquod cauſæ conſideret, non poſſit *Argumentum pro parte affirmatiua quæſtionis.*

Digitized by Google

ſapientiæ nomine appellari. Illa enim ſententia, qua loco citato dictum eſt, eam *Sapientia.* ſcientiam eſſe ſapientiæ nomine appellandam, quæ eſt maximè princeps, & cæteris imperat, perſpicuè videtur docere, eam ſcientiam, quæ finem conſiderat, dicendam eſſe ſapientiam. *Lib. 1. cap. 2.* Eius enim eſt imperare, qui finem operis cognoſcit, vt patet architecto. Illa verò ratio, qua ibi definitur, eam ſcientiam dicendam eſſe ſapiétiam, quæ res maximè ſcitur, ſi ad res quidem ipſas attendamus, planè videtur concludere, ſciétiam, quæ ſubſtãtiam conſiderat, hoc eſt, cauſas internas, ac ſubſtantiales, dicendam eſſe ſapientiã: magis enim ſcimus ex iis, quæ affirmãtur de re, quàm ex iis, quæ negantur. *Scientia.* Ex iis autem, quæ affirmantur, magis ad ſcientiam faciũt, quæ ſubſtantiam rei conſtituunt, quàm quæ illi accidunt. Nam & in accidentibus, de quibus etiam fiũt demonſtrationes, tum ſcire nos putamus maximè, cùm nouimus quid ſit eorum quodque, vt quadrationis quidditatem eſſe inuentionem mediæ, quod exemplũ paulò poſt explicabimus. Si verò non ad res ipſas, ſed ad earum generationes, & motus attendamus, potiùs dicendum videtur, ſcientiam, quæ cauſam efficienté cõſiderat, digniorem eſſe ſapientiæ titulo, ſiquidé generationes, & omnes omnino mutationes, tum maximè ſciuntur, cùm id, vnde eſt principiũ mot⁹ intelligitur. *Motus quid.* Etenim motus, ſiue mutatio *nihil eſt aliud, quàm actus mobilis à mouente*, vt patet ex 3. Phyſ. cap. 2. Ita fit, vt non ſit dicendum, diuerſa genera cauſarum ad cõſiderationem diuerſarum ſcientiarum pertinere, ſed omnia ad vnam, & eandem, quę propter cauſarum omnium conſiderationem abſque controuerſia ſapientiæ nomine appelletur.

καὶ * ἕτεραι ἑτέρας ἀρχῆς, τίνα τούτων φατέον εἶναι τὴν ζητουμένην, ἢ τίνα μάλιστα τοῦ πράγματος τοῦ ζητουμένου ἐπιστήμονα τῶν ἐχόντων αὐτάς; ἐνδέχεται γὰρ τῷ αὐτῷ πάντας τοὺς τρόπους τῶν αἰτίων ὑπάρχειν· οἷον οἰκίας, ὅθεν μὲν ἡ κίνησις, ἡ τέχνη, καὶ ὁ οἰκοδόμος· οὗ δ᾽ ἕνεκα, τὸ ἔργον· ὕλη δὲ γῆ, καὶ λίθοι· τὸ δ᾽ εἶδος, ὁ λόγος. ἐκ μὲν οὖν τῶν πάλαι διωρισμένων, τίνα χρὴ καλεῖν τῶν ἐπιστημῶν σοφίαν, ἔχει λόγον ἑκάστην [i] προσαγορεύειν. * ἡ μὲν γὰρ ἀρχικωτάτη, καὶ ἡγεμονικωτάτη, καὶ ᾗ, ὥσπερ δούλας, οὐδ᾽ ἀντειπεῖν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας δίκαιον, ἡ τοῦ τέλους, καὶ τἀγαθοῦ τοιαύτη (τούτου γὰρ ἕνεκα τἆλλα) ἡ δὲ τῶν πρώτων αἰτίων, καὶ τοῦ μάλιστα ἐπιστητοῦ διωρίσθη εἶναι, ἡ τῆς οὐσίας ἂν εἴη τοιαύτη. πολλαχῶς γὰρ ἐπισταμένων τὸ αὐτό, μᾶλλον μὲν εἰδέναι φαμὲν τὸν [k] τῷ εἶναι γνωρίζοντά τι τὸ πρᾶγμα, ἢ τῷ μὴ εἶναι. αὐτῶν δὲ τούτων, ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον, καὶ μάλιστα τὸν τί ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐ τὸν πόσον, ἢ ποῖον, ἢ τί ποιεῖν, ἢ πάσχειν πέφυκεν. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὸ εἰδέναι ἕκαστον, καὶ ὧν ἀποδείξεις εἰσί, τότ᾽ οἰόμεθα ὑπάρχειν, ὅταν εἰδῶμεν τί ἐστιν· οἷον, [l] τί ἐστι τὸ τετραγωνίζειν, ὅτι μέσης εὕρεσις· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. περὶ δὲ τὰς γενέσεις, καὶ τὰς πράξεις, καὶ περὶ ἅπασαν μεταβολὴν ὅταν

** Alias. ἑτέρας.*

** Alias. οὐδαμῶς ἐχει.*

Explicatio quorũdam verborum. Sunt tamen, hoc loco nonnulla verba explicanda. Cùm audis (*modi cauſarum*) intellige cauſarum genera. *Textus 16.* In exemplis autem cauſarum domus nomine *Operis*, intelligit D. Thom. habitationem: Alexander Syrianus, & Albertus, protectionem, propter quam habitatur domus. Nomen verò, *Rationis*, accipe pro ipſa partium

domus ordinata coniunctione. Cùm verò dicitur: (*quibus olim definitum eſt*) meliùs eſt, vt verbum, *Olim*, referatur ad Antiquorum tempora, quorum ſententiæ de Sapiente commemoratæ ſunt ab Ariſtot. in procœmio huius operis, quàm ad ipſum procœmium, vt à pleriſque refertur. Denique, vbi nos habemus *rationi conſentaneum eſt*. Græci excuſſi ferè habent. *οὐδαμῶς κατὰ λόγον*, id eſt, *nullo modo rationi conſentaneum eſt*, quam lectionem videtur inuexiſſe difficultas intelligentiæ huius rationis, quam fortaſſe aliqui intelligere non potuerſit, niſi ſuſpicarentur deeſſe verbum, οὐδαμῶς. Certè Alexander non adhibet huiuſmodi negationem; nec verò vllus interpretum eam vertit, præter vnum Perionium, qui ſequutus eſt excuſſa exemplaria.

[i] *Vnamquamque appell.* Nempe ſapientiæ vocabulo: etiamſi ea ſcientia vnum tantùm genus cauſę conſideret. Quo loco non videtur amplectenda ſententia D. Thomæ, & Alexandri, cùm excipiunt ſcientiam, quam quis fingat verſari in ſola materia. Namq; Ariſtoteles nō reſtrictè, ſed vniuerſè loquitur in hoc pronunciato. In exemplo etiam cauſarum domus, non eſt materia prætermiſſa. Eſt item materia cauſa interna, ac prima in ſuo genere, & per quam ſolam ipſe Ariſtoteles docet in procœmio librorum de Anima poſſe tradi definitionem Phyſicam. Ac denique Veteres propter ſolius materiæ cauſæ cognitionem, ſe ſapientes eſſe arbitrantur. Ita ſatis probabile videri poteſt, ſapientem quoque appellandum eſſe eum, qui vel per ſolam materiam aliquid demonſtrauerit (non ſignatam tamen, ſiue ſingularem, ſed vniuerſalem) vt Ariſt. in ratione propoſita non abſque probabilitate id concluſiſſe credendus ſit. *Sententia D. Th. & Alex.*

Cap. 2. *& alia in alio principio verſatur, quęnam earum dicenda erit eſſe ea, quam quærimus, aut quem eorum, qui cauſas tenent: ſcientia rei, quæ quæritur, maximè præditum cenſebimus? Poſſunt enim eidem rei modi omnes cauſarum conuenire: quo pacto in domo cauſa ea, à qua motus oritur, ars eſt, & ipſe ædificator, ea cuius gratia, opus ipſum, materia, terra, & lapides: forma verò, ipſa ratio. Ex iis igitur, quibus olim definitum eſt, quęnam ſcientia ſapientiæ nomine vocanda ſit, rationi conſentaneum eſt, vnamquamque*[i] *appellare. Quæ enim eſt maximè princeps, ac domina, & cui cæteras ſcientias, vt ancillas: ne verbo quidem repugnare fas eſt, ea eſt finis, ac boni ſcientia: huius enim gratia cætera. Quæ verò in primarum cauſarum, eiuſque, quod maximè ſub ſcientiam cadit, conſideratione verſari definita eſt, ea profectò fuerit, quæ ſubſtantiam cognoſcit. Multis enim modis cùm idem ſciatur, magis eum ſcire dicimus, qui*[k] *rem ex eo nouit, quia aliquid ſit, quàm quia non ſit. & ex his ipſis alium alio magis: maximè verò eum, qui tenet, quid ſit, non qui quanta, aut qualis ſit, aut quid agere, patiue ſuapte natura poſſit. Iam verò, & in aliis, quorum etiam demonſtrationes ſunt, tum nobis ſcientiam cuiuſque ineſſe putamus, cum quid illud ſit nouimus: vt*[l] *quadrationis quidditatem, eſſe mediæ inuentionem, & in cæteris eodem modo. In generationibus autem, & actionibus, omnique mutatione, tum ſcimus maximè cùm*

[k] *Qui rem ex eo nouit.* Pro eo quod eſt Græcè *τὸν τοῦ εἶναι γνωρίζοντα τί τὸ πρᾶγμα*, ideo non diximus Latinè (*eum, qui ipſo eſſe cognoſcit, quid ſit res*) vt verba primo aſpectu videbantur poſtulare, quia ſententia hæc generalior eſt, quàm vt aſtringenda ſit ad cognitionem quidditatis, de qua paucis interpoſitis ſermo eſt. Itaque ſic videntur verba mente diſponenda, *τὸ γνωρίζοντα τὸ πρᾶγμα τοῦ εἶναί τι*. quem ſenſum verſio exprimit.

[l] *Vt quadrationis.* Quadrare rectangulum altera parte longius, nihil aliud eſt, quàm inuenire lineam, ex cuius ductu in ſeipſam fiat quadratum æquale dato rectangulo, ea verò erit linea media, hoc eſt, quæ eandem rationem habet ad alteram earum, ex quibus rectangulum conficitur, quam ad ipſam habet altera, *Quadrare rectangulum.*

vt patet apud Eucli.lib.6.elementorum, propoſitione 16. v. g. ſi rectangulum fiat ex ductu lineæ quatuor palmorum in lineam nouem palmorum, is faciet quadratum æquale propoſito rectangulo, qui inuenerit lineam mediam ſecundum proportionem inter priorem,& poſteriorem, quæ quidem eſt linea 6. palmorum, ſiquidem eadem eſt ratio 6. ad 4. quæ eſt 9. ad 6. Ita tum quadratum, quod fit ex ductu ſenarij in ſe, ſit triginta ſex, qui idem numerus fit ex ductu quatuor in nouem, erit quadratum lineæ ſex palmorum æquale rectangulo propoſito.

ὅταν εἰδῶμεν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως. τοῦτο δ' ἕτερον, καὶ ἀντικείμενον [m] τῷ τέλει. ὥς [n] * οὐκ ἄλλης ἂν δόξειεν ἐπιστήμης εἶναι, τὸ θεωρῆσαι τῶν αἰτίων τούτων ἕκαστον. — * *Aliàs non legitur οὐκ.*

Ἀλλὰ [o] μὴν καὶ περὶ τῶν ἀποδεικτικῶν ἀρχῶν, πότερον μιᾶς ἐστιν ἐπιστήμης, ἢ πλειόνων, ἀμφισβητήσιμόν ἐστι. (λέγω δὲ ἀποδεικτικὰς, καὶ τὰς κοινὰς δόξας, ἐξ ὧν ἅπαντες δεικνύουσιν· οἷον, ὅτι πᾶν ἀναγκαῖον ἢ φάναι, ἢ ἀποφάναι, καὶ ἀδύνατον ἅμα εἶναι, καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται προτάσεις) πότερον μία τούτων ἐπιστήμη, καὶ τῆς οὐσίας, ἢ ἑτέρα· κἂν [p] εἰ μὴ μία, ποτέραν χρὴ προσαγορεύειν τὴν ζητουμένην. μιᾶς [q] μὲν οὖν οὐκ εὔλογον εἶναι. τί γὰρ μᾶλλον γεωμετρίας, ἢ ὁποιασοῦν, περὶ τούτων ἐστὶν ἴδιον τὸ ἐπαΐειν; εἴπερ οὖν ὁμοίως μὲν ὁποιασοῦν ἐστιν, ἁπασῶν δὲ μὴ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἄλλων, οὕτως οὐδὲ τῆς γνωριζούσης τὰς οὐσίας ἴδιόν ἐστι τὸ γινώσκειν περὶ αὐτῶν. ἅμα [r] δὲ καὶ τίνα τρόπον ἔσται αὐτῶν ἐπιστήμη; τί μὲν γὰρ ἕκαστον τούτων τυγχάνει ὄν, καὶ νῦν γνωρίζομεν. χρῶνται οὖν ὡς γιγνωσκομένοις αὐτοῖς, καὶ ἄλλαι τέχναι. εἰ δὲ — *Text. 4.*

[m] *Oppoſitum fini* Oppoſitione nimirū relatiua inter id, à quo actio, oritur, & id, ad quod proficiſcitur. Quamquam finis, vt finis eſt, veriùs refertur ad media, in quàm ad cauſam efficiētem. — *Finis.*

[n] *Ita ſit, vt non ad aliam.* Concluſio eſt affirmatiuę partis propoſitæ quęſtionis, nēpe ad eandem ſcientiā ſpectare omnium cauſarum conſiderationem, ne ſi alia ad aliam pertineat, ambiguum ſit, quænam earum, ſapientiæ nomine ſit appellanda, cùm omnes dignæ hoc nomine videantur, vt proximè probatum eſt. Hoc loco exemplaria, quæ ſuperiùs diximus habere κοινῶς, carent hic particula οὐκ, legúntque affirmatiuè in hanc ſententiam (*Ita ſit, vt ad aliam, atque aliam, &c.*) Sed Alexan. noſtram lectionem præfert, reſque ipſa ſatis indicat, negatiuè legendum eſſe.

Quæſtionis vnius ne an plurium ſcientiarum ſit cauſſarum cognitio vera ſolutio.

Solutio quæſtionis. Animaduertendū eſt autem, nullibi Ariſtotelem in toto hoc opere, quæſtionem hanc apertè diſſoluiſſe, ſed tamen hac diſtinctione haud difficilè diſſolui poſſe. Cauſarum nomen tribus modis, quod ad rem præſentem attinet, ſumere licet, vno pro cauſis in commune, hoc eſt quatenus cauſæ ſunt, altero, pro iis, quæ ſunt primæ in ſuo quæq; genere, tertio, pro omnibus omnino cauſis ſecundū ſpeciē. Si primo modo ſumatur, ex iis, quæ à nobis primo libro diſputata ſunt, patet, ad ſolùm Metaphyſicum pertinere cauſarum omnium conſiderationem. *Cap. 7. q. 1. Sect. 1.* Si ſecundo modo, prima quidem cauſa efficiens, formalis, & finalis ad Metaphyſicū pertinet, at prima cauſa materialis, etſi ad Phyſicum ex proprio eius officio ſpectat ad Metaphyſicum, tamen ex communi cura conſtituendi, ac defendendi omnes ſcientias, referenda eſt, vt ibi-

dem

dem diximus. Si denique tertio modo, ad nullam eamdem ſcientiam pertinet omnium cauſarum conſideratio, tametſi ad vnamquamque pertinere poteſt cognitio earum omnium, ex quibus pendet res, de qua diſſerit, veluti ad Phyſicā cauſæ omnes rerū naturaliū. Itaque ſimpliciter dicendum, ad ſolā Metaphyſicā pertinere omniū cauſarū conſiderationem, quo pacto illæ ab vno tātùm artifice tractari poſsūt: atque huic ſolutioni fauet argumentatio, qua Ariſt. affirmatiuā quęſtionis partem confirmauit. Quid autē reſpōdendū ſit ad priorem argumētationē propoſitā pro parte negatiua, ex iis, quæ à nobis eo loco dicta sūt, perſpicuū eſt. Ad poſteriorē dicēdū, Mathematicas nō eſſe ſcientias omniū accuratiſſimas ſecundum ſe, etſi tales dicātur, quatenus quoad nos ſunt omnium certiſſimæ.

cùm motus principium nouimus: hoc autem aliud eſt, & oppoſitum [m] *fini. Ita* [n] *ſit, vt non ad aliam, atque aliam ſcientiam pertinere videatur, cuiuſque harum cauſarum contemplatio.*

Text. 5. *At* [o] *verò: & illud de principiis demonſtratiuis controuerſum eſt, ad vnámne ſcientiam an ad plures ea pertineant (voco autem demonſtratiua principia, communéſque ſententias, ea, ex quibus omnes demonſtrant, quale eſt illud, Neceſſe eſſe quoduis, aut affirmare, aut negare: & illud, Fieri non poſſe, vt aliquid ſimul ſit, & non ſit, & omnes aliæ huiuſmodi propoſitiones) vtrum, inquam, horum, atque ſubſtantiæ vna ſit ſcientia: an verò alia, atque alia: ac,* [p] *ſi non vna, vtra nomine eius, quam quærimus, appellanda ſit. Atque* [q] *vnam quidem eſſe rationi conſentaneum non eſt. Cur enim potiùs Geometriæ, quàm cuiuſuis alterius proprium ſit hæc cognoſcere? Si æquè igitur cuiuslibet eſt, omnium autem eſſe non poteſt: profectò quemadmodum non aliarum, ita neque eius, quæ ſubſtantias cognoſcit, proprium eſt de iis agere.* Loco citato cap. 4. *Ad* [r] *hæc, quónam pacto de iis ſcientia erit? Nam quid horum quodque ſit, etiam nunc nouimus. Itaque vtuntur eis, vt cognitis, cæteræ etiam artes. Quod*

[o] *At verò, & illud.* Diſputat ſecundam quæſtionem, quærebatur, verum eiuſdem ſcientiæ eſſet agere de ſolis principiis ſubſtantiæ, an de principiis etiam, ex quibus omnes artifices demonſtrant, quæ principia, communes ſententiæ, ſiue opiniones appellari ſolebant, tametſi Albertus, neſcio qua commentatione perſuaſus, exiſtimat appellari hoc loco communes opiniones, quòd de illis in hac ſcientia diſputetur, quaſi de non omnino certis, & firma intelligentia comprehenſis, licet alibi, vt certiſſima ſupponantur. *Diſputatio ſecunda quæſtionis.*

[p] *Si non vna.* Addit quæſtioni hoc dubium: Si alia eſt ſcientia de principiis ſubſtantiæ, alia de communibus principiis demonſtrationum, vtra earum dicenda ſit ſapientia, vnde ſumet occaſionem diſputandi pro altera parte quæſtionis. *Dubitatio.*

[q] *Ac vnam quidem.* Probat duabus rationibus, non pertinere vtramque ad eamdem ſcientiam. Prior ratio eſt Agere de communibus principiis demonſtrationis, non magis pertinet ad vnam ſcientiam, quàm ad aliam, cùm omnes æquè illis vtantur, nec item dicendum eſt, omnes ſcientias æquè de illis agere (ſuperuacaneum eſt enim idem eodem modo explicari in diuerſis ſcientiis) vt igitur cæteræ ſcientiæ de huiuſmodi principiis non agunt, ita nec ſcientia, quę de principiis ſubſtantiæ diſſerit. *Ratio prima pro negatiua parte.*

[r] *Adhæc quonam pacto.* Poſterior ratio eſt: Si qua ſcientia ageret de communibus principiis, ex quibus omnes demonſtrant, aut ea traderet illorum cognitionem definitiuam, aut demonſtratiuam, at neutra cognitio de illis tradi poteſt, er- *Ratio ſecūda.*

Digitized by Google

go ne ea quidem, quæ de principiis ſubſtantiæ diſſerit. Prior pars minoris ea ratione oſtenditur, quia definitiua cognitio communium principiorum, ſeu potius terminorum, ex quibus illa conſtant, ante omnes ſcientia habetur: quo fit, vt niſi quis acta agi probet, in nulla ſcientia huiuſmodi cognitio tradi debeat. Poſterior verò hac ratione probatur. Si de his tradi poſſet ſcientia demonſtratiua, tria

Scientia demonſtratiua.

oporteret afferre ad eorum demonſtrationem, genus ſubiectum, affectus, quot paſſiones vocant, & dignitates: at dignitatum ſiue communium principiorum, non poteſt dari idem commune ſubiectum hoc enim pacto omnium, quæ demonſtrantur, eſſet idem commune ſubiectum, cùm omnes ſcientiæ demonſtratiuæ iiſdem communibus principiis vtãtur: non poteſt igitur de his tradi ſcientia demonſtratiua.

Dignitates.

Argumẽtum pro parte affirmatiua.

[s] *Cùm fieri nequeat.* Probat quaſi per parentheſin, ideo ad demonſtrationem afferre oportere dignitates, ſiue indemonſtrabiles propoſitiones, quia non omnium pronunciatorum poteſt eſſe demonſtratio. nihil enim hoc pacto demonſtraretur, aut tandem idem per ſeipſum, vt habes 1. Poſt. cap. 3.

εἰ δὲ ἀποδεικτικὴ περὶ αὐτῶν ἐστι, δεήσει τι γένος εἶναι ὑποκείμενον, καὶ τὰ μὲν πάθη, τὰ δ' ἀξιώματα αὐτῶν. περὶ [s] πάντων γὰρ ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι. ἀνάγκη γὰρ ἔκ τινων εἶναι καὶ περί τι, καὶ τινῶν τὴν ἀπόδειξιν. ὥστε συμβαίνει πάντων εἶναι γένος ἕν τι τῶν δεικνυμένων. πᾶσαι γὰρ αἱ ἀποδεικτικαὶ χρῶνται τοῖς ἀξιώμασιν. ἀλλὰ [t] μὴν εἰ ἑτέρα ἡ τῆς οὐσίας, καὶ ἡ περὶ τούτων, ποτέρα κυριωτέρα καὶ προτέρα πέφυκεν αὐτῶν; καθόλου γὰρ μάλιστα, καὶ πάντων ἀρχαὶ, τὰ ἀξιώματά ἐστιν· εἴτ' ἐστὶ μὴ τοῦτο σοφοῦ, τίνος ἔσται περὶ αὐτῶν ἄλλου τὸ θεωρῆσαι τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος.

Ὅλως. [u] τε τῶν οὐσιῶν πότερον μία πασῶν ἐστιν, ἢ πλείους ἐπιστῆμαι. εἰ μὲν οὖν μὴ μία, ποίας οὐσίας θετέον τὴν ἐπιστήμην ταύτην· τὸ [x] δὲ μίαν πασῶν, οὐκ εὔλογον. καὶ γὰρ ἂν ἀποδεικτικὴ μία περὶ πάντων εἴη τῶν καθ' αὐτὸ συμβεβηκότων, εἴπερ πᾶσα ἀποδεικτικὴ περί τι ὑποκείμενον θεωρεῖται καθ' αὐτὰ συμβεβηκότα ἐκ τῶν κοινῶν δοξῶν. περὶ οὖν τὸ αὐτὸ γένος τὰ συμβεβηκότα καθ' αὐτὰ τῆς αὐτῆς ἐστι θεωρῆσαι ἐκ τῶν αὐτῶν δοξῶν. περὶ [y] τε γὰρ τὸ ὅτι μιᾶς· καὶ ἐξ ὧν, Text. 5.

[t] *At verò ſi alia.* Pro altera quæſtionis parte iam ſic argumentatur: Si alia ſit ſcientia de principiis ſubſtantiæ, alia verò de communibus principiis omnium demonſtrationum, ambiguum erit, vtra earum ſit potior, & ordine naturæ prior, hoc autem eſt abſurdum, ergo & illud. Maior hac ratione patet, quia quo argumento doceri poteſt, communia principia eſſe principia maximè vniuerſalia, eò videbitur potior ſcientia, & ſapientiæ, ſeu Philoſophiæ nomine dignior, quæ illa ſibi peculiari ratione vendicauerit. Quo verò oſtendi poteſt, ſubſtantiam eſſe præcipuum genus entis, eo videbitur prior locus illi ſcientiæ deferendus, quæ principia ſubſtantiæ conſiderauerit.

Quæſtionis an vnius ſit ſcientia aut plurium principiorum demonſtrationis conſideratio ſolutio.

Solutio quæſtionis.

Hanc quæſtionem diſſoluit Ariſt. 4. lib. c. 3. oſtendens, ad hanc eamdem ſcientiam pertinere cõſiderationem de principiis communibus, ex quibus omnes ſcientiæ demonſtrant, quemadmodum de principiis entis, quatenus ens eſt; ac proinde ſubſtantiæ, quæ eſt primum genus entis. Vt enim hæc ſcientia agit de ente, quatenus ens eſt, quia illud nullis limitibus particularis alicuius ſcientiæ definitur, ita neceſſe eſt, vt agat de communibus principiis, quæ nulli particulari ſcientiæ ſunt propria. Nec verò difficile eſt, diſſoluere rationes in oppoſitum adductas. Ad priorem enim dicendum eſt, non magis quidem pertinere

Dilutio rationum partis negatiua.

nere huiuſmodi principia ad vnam particularem ſcientiam, quàm ad aliam, ſed tamen magis pertinere ad hanc generalem, quæ habet ſubiectum omnibus ſcientiarum ſubiectis commune. Ad poſteriorem dicendum, non ideò principia communia ad hanc ſcientiam ſpectare, quia in ea demonſtrentur, ſed quia defenduntur ab iis, qui illa negarũt, vt D.Tho. ait: Vel potiùs, quia conſtant terminis communibus, & minimè limitatis ad materiam alicuius particularis ſcientiæ. Quod ideò potiùs dixerim; quia non ſolùm principia cõmunia, ſed etiam particularia defẽdũtur in hac ſciẽtia à proteruis, & calumniatoribus.

Principia cõmunia, licet non demõſtrẽtur à Metaphyſico, ab eodem tamẽ defendi.

Quòd ſi de eis demonſtratiua habetur ſcientia, aliquod certè genus ſubiectum, & alia quidem affectiones, alia verò dignitates eorum oportebit, cùm [t] fieri nequeat, vt omnium ſit demonſtratio. Ex quibuſdam enim, & de quodam, & quorumdam neceſſe eſt demonſtrationem eſſe. Ita fieret, vt omnium, quæ demonſtrantur, vnum quoddam eſſet genus: omnes enim demonſtratiuæ ſcientiæ dignitatibus vtũtur. Ad [t] verò ſi alia de ſubſtantia, alia de his agit: vtra earum potior, ac prior ſuaptè natura eſt? Maximè enim vniuerſales, ac omnium principia dignitates ſunt. Quòd ſi hoc non ad ſapientem ſpectat, cuiuſnam erit, verum, ac falſum in eis contemplari.

Tex. 5. *Ad [u] ſummam, vnáne ſit omnium ſubſtantiarum, an plures ſcientiæ, non diſquirendum. Si non vna ſit; cuiuſnam ſubſtantiæ ſcientia hæc conſtituenda erit? Vnam [x] verò eſſe omnium rationi conſentaneum non eſt, eſſet enim vna demonſtratiua omnium, quæ per ſe accidunt, cùm omnis demonſtratiua ſcientia ex communibus ſententijs ea conſideret, quæ per ſe alicui ſubiecto accidunt. Itaque eiuſdem ſcientiæ eſt, circa idem genus eadem per ſe accidentia ex eiſdem ſententijs contemplari. Nam [y] & verſari circa ipſum quòd ita ſit, vnius ſcientiæ eſt: & conſiderare ea, ex*

[u] *Ad ſummã.* Diſputat tertiam quæſtionem, qua quærebatur, vtrùm eadem ſcientia eſſet de omnibus ſubſtantiis, an aliæ de aliis. Quod igitur non ſint aliæ de aliis, ex eo probat: quia non eſt cur hæc ſcientia, de qua nunc agimus, magis verſetur in vno genere ſubſtãtiarũ quàm in alio, cùm omnes contineantur ſub cõmuni ratione ſubſtãtiæ, quæ neceſſariò à primo Philoſopho, vt à primo, ac ſupremo artifice tractari debet.

Tertia quæſtionis diſputatio.

[x] *Vnam verò eſſe omniũ.* Quòd verò nõ ſit vna omniũ ſubſtantiarũ: ex eo probat, quia ſi eſſet vna, iam ad vnam, & eãdem ſcientiam pertineret demõſtratio omniũ, quæ per ſe accidunt ſubſtantiis, quod non videtur rationi conſentaneum: eodem enim modo diceres, ſcientiam omnium rerum eſſe eamdem. Parũ enim refert, cõueniant ne omnes res vniuocè, an analogicè, vt de eis vna ſcientia haberi poſſit. Sequelam ex eo probat, quia eiuſdem, ſcientiæ eſt contemplari proprium ſubiectum, & omnia, quæ per ſe illi accidunt ex principiis illi generi congruentibus.

Argumẽtum pro parte negatiua.

[y] *Nam & verſari.* Videtur probare, quod proximè dixerat, ſimúlque exponere, quam vnitatem identitatémque ſcientiæ intelligat, cùm ait, *Eiuſdem eſſe contemplari ea quæ per ſe accidunt eidem generi ſubiecto, iiſque, quæ ſub eo continentur.* Nam cùm verſari circa ipſum quod ita ſit, id eſt, circa concluſiones (ſubaudi de eodem ſubiecto, & iis quæ ſub eo continentur) vnius ſcientiæ ſit, & agere item de principiis, ex quibus illæ demonſtrantur, vnius quoque ſit ſcientiæ, ſiue hæ conſiderationes ſint vnius, & eiuſdem ſcientiæ ſimplicis: ſiue diuerſarum, ex quibus conſtet vna quædam integra: efficitur, vt & demonſtrare ex huiuſmodi principiis accidentia omnia, quæ eiuſmodi, ſubiecto in ſeipſo, & in ſuis inferioribus conueniunt, vnius quoque & eiuſdem ſit ſcientiæ. Cognitio enim demonſtratiua per ſe accidentium, vtramque dictarum ſcientiarum comple

Digitized by Google

plectitur, ſiue illæ eædem ſint, vt dictum eſt, ſiue ex vtraque conſletur vna tertia, vt re vera, quaſi conflatur. Scientiæ enim, quas vocamus, vt Phyſica, Geometria &c. duo habituum genera complectuntur & principiorum, & concluſionum.

Quæſtionis vtrum eadem ſcientia de omnibus ſubſtantijs ſit, an alia de alÿs ſolutio.

Solutio quæſtionis.

Hæc quæſtio diſſoluitur ab Ariſtot. lib. 4. cap. 2. & lib. 6. cap. 1. quibus locis docetur, non ad eamdem ſciẽtiam pertinere diſputationem de omnibus ſubſtantiis, niſi quatenus ſubſtantiæ ſunt, ſeu entia per ſe, ſed ad Philoſophiam naturalem ſpectare tractationem de iis ſubſtãtiis, quæ materia conſtant, ad hanc autem de materiæ expertibus & de ipſa etiam ſubſtãtia in commune, quatenus eſt primum genus entis.

ἐξ ὧν, μιᾶς, εἴτε τῆς αὐτῆς, εἴτε τῆς ἄλλης. ἔστι καὶ τὰ συμβεβηκότα, εἴθ' * αὗται θεωρήσουσιν, εἴτ' ἐκ τούτων μία. — * Alias αὐταί.

Tex. 6.

Ἔτι [z] δὲ, πότερον περὶ τὰς οὐσίας ἡ θεωρία μόνον ἐστὶν, ἢ καὶ περὶ τὰ συμβεβηκότα ταύταις. λέγω δ' οἷον, εἰ τὸ στερεὸν οὐσία τίς ἐστι, καὶ γραμμαὶ, καὶ ἐπίπεδα, πότερον τῆς αὐτῆς ταῦτα γνωρίζειν ἐπιστήμης, καὶ τὰ συμβεβηκότα περὶ ἕκαστον γένος, περὶ ὧν αἱ μαθηματικαὶ δεικνύουσιν, ἢ ἄλλης. εἰ [aa] μὲν γὰρ τῆς αὐτῆς, ἀποδεικτική τις ἂν εἴη καὶ ἡ τῆς οὐσίας· οὐ δοκεῖ δὲ τοῦ τί ἐστιν ἀπόδειξις εἶναι· εἰ [bb] δ' ἑτέρας, τίς ἔσται ἡ θεωροῦσα περὶ τὴν οὐσίαν τὰ συμβεβηκότα; τοῦτο γὰρ ἀποδοῦναι παγχάλεπον.

Tex. 7.

Ἔτι [cc] δὲ, πότερον τὰς αἰσθητὰς οὐσίας μόνας εἶναι φατέον, ἢ καὶ παρὰ ταύτας ἄλλας· καὶ πότερον μοναχῶς, ἢ πλείω γένη τετύχηκεν * ὄντα τῶν οὐσιῶν· οἷον οἱ λέγοντες τά τε εἴδη, καὶ τὰ μεταξὺ, περὶ ἃ τὰς μαθηματικὰς εἶναι φασὶν ἐπιστήμας. ὡς [dd] μὲν οὖν λέγομεν τὰ εἴδη αἴτιά τε καὶ οὐσίας εἶναι καθ' ἑαυτὰς, εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις περὶ αὐτῶν. πολλαχῇ [ee] δὲ ἐχόντων δυσκολίαν, οὐδενὸς ἧττον ἄτοπον, τὸ φάναι μὲν εἶναί τινας φύσεις παρὰ τὰς ἐν τῷ οὐρανῷ, ταύτας δὲ τὰς αὐτὰς φάναι τοῖς αἰσθητοῖς, πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἀΐδια, τὰ

* Excessi nõ habent ὄντα τῶν οὐσιῶν.

Diluitur argumentũ partis affirmatiuæ.

Ad id autẽ, quod contra obiiciebatur, dicendum eſt, æquius eſſet, vt prima Philoſophia diſſerat de ſubſtantiis materiæ expertibus, quam de iis, quæ materia conſtant, cùm diſputatio de materiæ conſtantibus pertineat ad Phyſicam. Nec obeſt, quòd Metaphyſica diſſerat de ſubſtantia in communi. Nam etſi omnes ſubſtantiæ contineantur ſub communi ratione ſubſtantiæ: tamen non continentur ſub ea ratione formali, ſub qua ſubſtantia in communi à primo Philoſopho tractatur, quæ quidem eſt ens non includens in ſuo conceptu materiam.

Sub qua ratione formali ſubſtantiæ ad Metaphyſicũ ſpectent.

Diſputatur quæſti quinta.

[z] *Præterea, vtrum.* Diſputat quintam quæſtionem ante quartam, quia cum iis, quæ proximè dicta ſunt, videtur cohærere. Erat autem quæſtio quinta, num ſcientia hæc in ſola ſubſtantiarum conſideratione verſaretur, an etiam in conſideratione accidentium, quæ illis per ſe conueniunt.

Argumẽtum partis negatiuæ.

[aa] *Nam ſi ad eamdem.* Quod non eadem ſcientia in vtriſque verſetur, hac ratione probat. Quia ſi ea ſcientia, quæ verſatur circa accidentia, verſaretur etiam circa ipſas ſubſtantias: cùm illa ſit demonſtratiua accidentium, eſſet etiam demonſtratiua ſubſtantiæ, ſiue quidditatis, quod fieri non poteſt. Iſto enim pacto definitio, quæ ſignificat quidditatem rei, poſſet demonſtrari, quod fieri nequit, vt patet ex 2. Poſt. cap. 10.

à text. 9.

bb Sim.

Digitized by Google

bb *Sin autem ad aliam.* Quòd verò non ſit alia, ex eo probat, quia valde difficile erit (imo verò impoſſibile) oſtendere, quænam ſcientia conſideret ea quæ per ſe accidunt ſubſtantiis, abſque ipſarum ſubſtantiarum conſideratione. Nulla enim ſcientia cognoſcere poteſt propria, & per ſe accidentia ignorato proprio ſubiecto.

Text. 9. — *Argumentum pro altera parte.*

ex quibus, vnius item eſt, ſiue eiuſdem ſint, ſeu diuerſarum. Quare, & accidentia, aut eãdem conſiderabunt, aut ex his vna.

Text. 6. *Præterea,* a *vtrum ſubſtantiarum tantum ſit contemplatio, an & eorum, quæ his accidunt. Verbi cauſa, ſi ſolidum ſubſtantia quædam ſit, itemq́; linea, ac plana, ad eamdémne ſcientiam, cùm hæc, tum accidentia: quæ vnicuique generi eorum, de quibus Mathematicæ demonſtrant, cognoſcere pertineat, an ad aliam, atque aliam. Nam* aa *ſi ad eamdem, demonſtratiua etiam quædam fuerit ea, quæ in ſubſtantia verſatur. At quidditatis non videtur eſſe demonſtratio. Sin* bb *autem ad aliam, atque aliam, quænam erit ea, quæ accidentia in ſubſtantia contemplabitur? hoc enim docere difficillimum eſt.*

Præterea, cc *vtrum ſolas ſubſtantias ſenſibiles eſſe, an alias etiam præter eas dicendum eſt? &, vnúmne tantùm, an plura ſunt ſuaſtantiarum genera, quemadmodum ij cenſent, qui & formas eſſe dicunt, & media, in quibus Mathematicas ſcientias verſari aſſerunt? Quo* dd *igitur pacto formas: tum cauſas eſſe, tum etiam ſubſtantias per ſe dicamus: cùm primùm de ijs ageremus, expoſitum eſt. At* ee *hæc, cùm multas difficultates habent, tum verò illud non minùs abſurdum eſt, naturas quaſdam eſſe aſſerere, præter eas, quæ in cælo ſunt, eáſque eaſdem eſſe cum ſenſibilibus, niſi quòd illa ſempiterna ſint. hæ*

Quæſtionis an hæc ſcientia ſubſtantiarum tantum ſit, an etiam accidentium ſolutio.

Hanc quæſtio determinat Ariſt. in 4. lib. cap. 1. & 2. vbi docet, ad eamdem ſciẽtiam pertinere conſiderationem de ente, ac ſubſtantia, & de iis, quæ illis per ſe accidunt. Nec ratio in oppoſitum quicquã colligit. Nam etſi eadem ſciẽtia verſatur in ſubſtantiis, quatenus ſubſtãtię ſunt, & in iis, quæ illis per ſe accidũt, non tamen conſiderat vtraque demonſtrando, ſed definiendo ſubſtãtias, & demonſtrando accidentia. Quo loco Ariſtoteles loquitur de ſcientia ea, quæ propriè ſcientia dicitur, vt annotauit Syrianus, qualis eſt ſubalternans. Poteſt enim ſubalternata, quæ vtcumque ſcientia dicitur, conſiderare, ea, quæ per ſe accidunt, nec tamen propriè conſiderare, aut tractare quidditatem, cuius tractatio ad ſubalternantem propriè pertinet.

Solutio quæſtionis, & argumenti pro parte negatiua.

Sciẽtia ſubalternata.

cc *Præterea vtrum.* Diſputat quartam quæſtionem, ſint ne videlicet aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles. Quòd ſi ſint, num earum ſint plura genera, vt apud Platonem ideæ & mathematica entia.

Diſputatio quarta quæſtionis.

dd *Quo igitur pacto.* Quo pacto Ideæ ponantur à Platone, & quibus rationibus videantur ponendæ, ait Ariſt. ſatis ſe 1. lib. explicaſſe. Quo rurſus loco verbo, *Dicamus,* ſe Platonicum facit, quemadmodum ſæpe lib. 1. cap. 6 & 7.

Hoc loco, lect. 7. p. 1. ee *At hæc, cùm multas.* Quòd tamen Ideæ, non videantur aſſerendæ cùm multis rationibus, quæ ſatis ingerunt difficultatis ſe oſtendiſſe 1. lib. innuit, tum verò hoc

Impugnantur Ideæ Platonis.

Digitized by Google

hoc vno argumento quod D. Thom. vocat efficaciſſimum, denuò, confirmat. Qui dicunt Ideas eſſe naturas quaſdam præter eas, quæ ſunt in cælo hoc eſt in mundo hoc ſenſibili, non diſcernunt eas à ſenſibilibus, niſi ſola æternitate, eſt autem abſurdiſſimum, ex rebus eiuſdem rationis, & naturæ alias ponere ſuapte natura æternas, alias caducas, & corruptioni obnoxias, abſurdiſſimum eſt igitur hoc pacto Ideas ponere. Priorem propoſitionem ex eo probat Ariſt. quia Plato nulla alia ratione diſtinguebat Ideam hominis à ſingulis hominibus, niſi ſeparatione ab omni mutatione, quam quidem ſeparationem ſignificabat præfixione particulæ, *Ipſum*: Addit autem perinde Platonem feciſſe, atque eos qui putauerunt eſſe Deos humana ſpecie præditos. Dum enim humanam ſpeciem illis tribuebant, homines planè eſſe affirmabāt, dum autem vocabant Deos, ſuaptè natura ſempiternos eſſe aſſerebant. Quòd autem poſterior propoſitio vera ſit, luce clarius eſt. Nam, etſi res corruptibiles poſſunt diuina virtute perpetuò conſeruari, nulla tamen eorū ex ſe perpetua eſſe poteſt.

Leg. quæ dicta ſunt lib. 1. tex. 7.

Deos eſſe humana forma, quam abſurdum.

τὰ δὲ φθαρτά. αὐτὸ γὰρ ἄνθρωπόν φασιν εἶναι, καὶ αὐτὸ ἵππον καὶ ὑγίειαν, ἄλλο δ' οὐδέν· παραπλήσιον μὲν ποιοῦντες τοῖς θεοὺς μὲν εἶναι φάσκουσιν, ἀνθρωποειδεῖς δέ. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι οὐθὲν ἄλλο ἐποίουν, ἢ ἀνθρώπους ἀϊδίους, οὔθ' οὗτοι τὰ εἴδη, ἀλλ' ἢ αἰσθητὰ ἀΐδια.

Ἔτι [ff] δὲ εἴ τις παρὰ τὰ εἴδη καὶ τὰ αἰσθητὰ τὰ μεταξὺ θήσεται, πολλὰς ἀπορίας ἕξει. δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως γραμμαί τε παρ' αὐτάς καὶ τὰς αἰσθητὰς ἔσονται, καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων γενῶν. ὥστ' ἐπείπερ ἡ ἀστρολογία μία τούτων ἐστὶν, ἔσται τις καὶ οὐρανὸς παρὰ τὸν αἰσθητὸν οὐρανὸν, καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ τἆλλα ὁμοίως τὰ κατὰ τὸν οὐρανόν. καίτοι πῶς δεῖ πιστεῦσαι τούτοις; οὐδὲ [gg] γὰρ ἀκίνητον εὔλογον εἶναι, κινούμενον [hh] δὲ καὶ παντελῶς ἀδύνατον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ὧν ἡ ὀπτικὴ πραγματεύεται, καὶ ἡ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἁρμονική. καὶ γὰρ ταῦτα ἀδύνατον εἶναι παρὰ τὰ αἰσθητά, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. εἰ [ii] γάρ ἐστιν αἰσθητὰ μεταξὺ καὶ αἰσθήσεις, δῆλον ὅτι καὶ ζῷα ἔσονται μεταξὺ αὐτῶν τε καὶ τῶν φθαρτῶν.

Ἀπορήσειε [kk] δ' ἄν τις καὶ περὶ ποῖα τῶν ὄντων δεῖ ζητεῖν ταύτας τὰς ἐπιστήμας. εἰ γὰρ τούτῳ διοίσει τῆς γεωμετρίας μόνον, ὅτι ἡ μὲν τούτων ἐστὶν ὧν αἰσθανόμεθα, ἡ δ' οὐκ αἰσθητῶν, δῆλον ὅτι καὶ παρὰ ἰατρικὴν ἔσται τις ἐπιστήμη, καὶ παρ' ἑκάστην τῶν ἄλλων μεταξὺ αὐτῆς τε ἰατρικῆς, καὶ τῆσδε τῆς ἰατρικῆς. καίτοι πῶς τοῦτο δυνατόν; καὶ γὰρ ἂν ὑγιεινὰ ἄττα εἴη παρὰ τὰ αἰσθητά, καὶ αὐτὸ τὸ ὑγιεινόν. [ll] ἅμα δὲ τοῦτο ἀληθές, ὡς ἡ

Textus 8.

[ff] *Iam verò ſi quis.* Miſſis Ideis de entibus mathematicis edifferit, primúmque iuxta ſententiam Platonis, qui illa ſeparabat à rebus ſenſibilibus, deinde iuxta opinionem quorundam Platonicorum, qui etſi dicebant illa eſſe diuerſa à ſenſibilibus quantitatibus, à rebus tamen ſenſibilibus minimè ſeparabant. Quòd igitur nulla non ſint ponenda ſeparata, tribus rationibus ſuadet. Prima, quia quemadmodum à Platone ponuntur lineæ mediæ inter ipſas lineas, ſiue ideales, & lineas ſenſibiles, de quibus mediis Geometræ differant, ſic etiam ponenda ſunt media entia inter Ideas aliarum rerum mathematicarum, & indiuidua ſenſibilia, nempe cœlum medium, inter cœlum ideale, & hoc cœlum: medium Solem, & Lunam, medium radium viſualem, medium concentum, & cætera huiuſmodi, de quibus differant aliæ mathematicæ ſcientiæ, vt Aſtrologia, Perſpectiua, Muſica ea, quæ vulgò dicitur Theorica, & ſimiles. eſt enim par ratio. Nam, & hæ ſcientiæ per principia purè geometrica, aut Arithmetica, quæ geometricis abſtractiora ſunt, huiuſmodi res conſiderant. At iſta ſunt abſurdiſſima, vt oſtendit.

Non dari entia Mathematica à rebus ſeparata.

[gg] *Nam neque.* Hoc non eſſe conſentaneum rationi, vel ex ipſa Aſtrologia patet, ſiquidem Aſtrologi multa differunt de motu cœli.

[hh] *Neque verò.* Nam quod ſeparatum eſt à materia ſenſibili, mobile eſſe non poteſt, Vnde Alex. *Solem*, inquit, *& Lunam moueri quidem non tamen ſenſibilia,*

Digitized by Google

lia, ſed Mathematica eſſe, abſurdius dictu eſt, quàm eadem aſtra immobilia eſſe.

Rem à materia ſeparatam mobilem eſſe non poſſe.

[ii] *Nam ſi ſenſibilia.* Cùm linea viſualis, & concentus non ſolùm eſſe non poſſint, ſed ne intelligi quidem abſque qualitatibus, quæ continentur ſub peculiari obiecto alicuius ſenſus, efficitur, vt ſi illa darentur ſeparata, neceſſariò etiam darentur ſenſus ſeparati, & animalia ſeparata, in quibus eiuſmodi ſenſus ineſſent. Alioqui non eſſent propria ſenſibilia alicuius ſenſus, quod repugnat hypotheſi.

hæ corruptibiles. Dicunt enim, ipſum hominem eſſe, & ipſum equum, ſanitatémque, & nihil aliud: perinde facientes, atque ij, qui Deos quidem eſſe aiunt, ſed tamen humana forma. Neque enim illi quicquam aliud faciebant, quàm homines ſempiternos, neque hi formas aliud, quam ſempiterna ſenſibilia.

Iam [ff] verò ſi quis media entia inter formas, & ſenſibilia poſuerit, in multas difficultates incurret. Perſpicuum eſt enim, fore eadem ratione lineas, præter ſeparatas, ac ſenſibiles, & vnumquodque cæterorum generum. Quare, cùm Aſtrologia vna horum ſit, erit & quoddam cœlum præter cœlum ſenſibile, itémque ſol, luna, & pari ratione cætera, quæ in cœlo exiſtunt. At quonam pacto hiſce credendum eſt? Nam, [gg] neque vt immobile ſit rationi conſentaneum eſt, neque [hh], verò vt moueatur fieri vllo modo poteſt. Quod idem dicendum erit de ijs, de quibus agit Perſpectiua, & Muſica ea, quæ in Mathematicis numeratur: hæc enim ob eaſdem cauſas exiſtere non poſſunt à ſenſibilibus ſeiũcta. Nam [ii] ſi ſenſibilia ſint media, ſenſuſque medij, perſpicuum eſt, fore etiam media animalia inter ſeparata: & quæ intereunt.

hoc loco cõm. 31.

Text. 8.

Dubitet [kk] quoque aliquis, quibus in rebus hæ ſcientiæ quærendæ ſint. Si enim hoc ſolùm à Geometria differat Geodæſia, quòd hæc ſit horum, quæ ſenſibus percipimus, illa verò eorum, quæ ſenſibilia non ſunt, perſpicuum eſt, etiam præter Medicinam fore quamdam ſcientiam (eodémque modo præter vnamquamque aliarum) quæ media ſit inter Medicinam ipſam, & hanc Medicinam, At hoc qui fieri poteſt? Erunt enim: & præter ſenſibilia, ac ſalubre ipſum, quædam ſalubria. Simul [ll] autem, neque hoc verum erit, Geo

Geometria, & Geodæſia, quid ſint.

[kk] *Dubitet quoque.* Secũda ratio, qua refellit mathematica ſeparata huiuſmodi eſt, Quia ſi Geometria hoc differret à Geodæſia, id eſt à facultate diuidendi terras (qua Ægyptij vtebantur ad reſtituendos terminos regionis, qui quotãnis inũdatione Nili confunduntur) quòd hæc in rebus ſenſibilibus verſetur, illa verò in iis, quæ ſunt media, inter ſenſibilia, & Ideas, pari ratione concedenda erit alia Medicina inter Idealem, & eam, quæ verſatur in morbis, qui ſenſibus ſubiecti ſunt, quod ne ipſe quidẽ Plato admittet, ne, quod conſequens eſt, concedat ſalubre medium, inter ſalubre Ideale, atque ſenſibile.

[ll] *Simul autem, neque hoc.* Tertia ratio eſt, Quia ſi qua eſſet cauſa, ob quã mathematica ſeparata ponenda eſſent ea maximè eſſe videretur, quia alioqui nihil differret Geodæſia, Aſtrologia, & aliæ Mathematicæ, quæ verſantur in reb. ſenſibilibus, à purè Mathematicis, cuiuſmodi eſt Geometria. Niſi enim dicamus, illas verſari in iis, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, has verò in iis, quæ exiſtunt à ſenſib. ſeparata: nulla eſt ratio diſcriminis inter vtrumque genus: atqui Geodæſia, Aſtrologia, & aliæ ſcientiæ mathematicæ prioris generis non verſantur in iis, quæ ſenſib. ſubiecta ſunt, igitur nulla eſt ratio, ob quam mathematica ponenda ſint ſeparata. Aſſumptionem, quod attinet ad Geodæſiam, ex eo probat, quia ſi illa eſſet magnitudinum terrenarum ſingularium, quæ per ſe intereunt, ipſa etiam, cùm illa intereũt, neceſſariò periret, id eſt amitteret nomen, ac rationem ſcientiæ, quæ quidem non eſt eorum, quæ per ſe corrumpũtur. Alioqui probatio hæc Ariſt. apta non eſt. Quod verò attinet ad Aſtrologiam, ea ratione

probatur aſſumptio, quia ne in cælis quidem ſingularibus ſunt perfectæ illæ figuræ, quas mathematici definiunt. Quod mihi non rectè dici ab Ariſtot. videretur, niſi ſola diſputationis cauſa id diceret. Crediderim enim rotunditatem cœlorum adeo perfectam eſſe, vt ſi normam æquè perfectam tangeret, non niſi in puncto contingeret. Id, quod Plato in Timæo, quem locum Cicero interpretatur, planè ſenſit, cùm de fabrica cœleſtis corporis ita ſcribit (*Idque ita tornauit, vt nihil effici poſſit rotundius, nihil vt aſperitatis haberet, nihil offenſionis, nihil incluſum anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum, omnéſque partes ſimillima omnium, &c.*) Meliùs id probaret Ariſtoteles ſi ſumeret, Aſtrologiam nõ verſari primo, ac per ſe in his cœlis abſolutè. Nam etſi hi cœli non eſſent, adhuc tamen Aſtrologorũ demonſtrationes in quoſuis alios ſimiles conuenirẽt. Latinorum plerique aliter interpretantur Ariſtotelem in his rationibus. Sed id, quod nos, Syrianus etiam, & Alexander ſentiunt.

Mira cæli rotunditas.

Cic. de vniuerſitate.

m m *Neque itẽ motus.* Fingunt enim puncta moueri, ſiquidem & aſtra puncta faciunt, & circa terram quaſi circa punctum volui omnia cœleſtia.

ὡς ἡ γεωδαισία τῶν αἰσθητῶν ἐστι μεγεθῶν, καὶ φθαρτῶν. ἐφθείρετο γὰρ ἂν φθειρομένων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν αἰσθητῶν ἂν εἴη μεγεθῶν, οὐδὲ περὶ τὸν οὐρανὸν ἡ ἀστρολογία τόνδε. οὔτε γὰρ αἱ αἰσθηταὶ γραμμαὶ τοιαῦταί εἰσιν, οἵας λέγει ὁ γεωμέτρης. οὐθὲν γὰρ εὐθὺ τῶν αἰσθητῶν οὕτως, οὐδὲ στρογγύλον. ἅπτεται γὰρ τοῦ κανόνος οὐ κατὰ στιγμὴν ὁ κύκλος, ἀλλ' ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν, ἐλέγχων τοὺς γεωμέτρας· οὔθ' αἱ m m κινήσεις καὶ αἱ ἕλικες τοῦ οὐρανοῦ ὅμοιαι, περὶ ὧν ἡ ἀστρολογία ποιεῖται τοὺς λόγους· οὔτε τὰ σημεῖα τοῖς ἄστροις τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν. Εἰσὶ n n δέ τινες, οἵ φασι μὲν εἶναι τὰ μεταξὺ ταῦτα λεγόμενα τῶν τε εἰδῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν, οὐ μὴν χωρίς γε τῶν αἰσθητῶν, ἀλλ' ἐν τούτοις, οἷς τὰ συμβαίνοντα ἀδύνατα, πάντα μὲν πλείονος λόγου διελθεῖν, ἱκανὸν δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα θεωρῆσαι. οὔτε γὰρ ἐπὶ τούτων εὔλογον ἔχειν οὕτω μόνον, ἀλλὰ δῆλον ὅτι εἴδη ἐνδέχοιτ' ἂν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι. τοῦ γὰρ αὐτοῦ λόγου ἀμφότερα ταῦτά ἐστιν. ἔτι δὲ δύο στερεὰ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι τόπῳ, καὶ μὴ εἶναι ἀκίνητα, ἐν κινουμένοις γε ὄντα τοῖς αἰσθητοῖς. ὅλως δὲ καὶ τίνος ἕνεκ' ἄν τις θείη εἶναι μὲν αὐτά, εἶναι δ' ἐν τοῖς αἰσθητοῖς; ταῦτα γὰρ συμβήσεται ἄτοπον τοῖς προειρημένοις. ἔσται γὰρ οὐρανός τις παρὰ τὸν οὐρανόν, πλὴν γε οὐ χωρίς, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ· ὅπερ ἐστὶν ἀδυνατώτερον. Text. 7.

Entia mathematica in rebus ſenſibilibus exiſtere.

n n *Sunt autem.* Iam oſtendit, entia mathematica non poſſe exiſtere in rebus ſenſibilibus, ſi ſunt diuerſa à ſenſibilibus quantitatibus, vt quidam Platonici affirmabant. Ait ergo, cùm plurimorum conſequentium incommodis, id poſſe refutari, tum verò his quatuor argumentis. Primum, quia pari ratione Ideæ poſſent exiſtere in rebus ſenſibilibus, quod ij negabant. Deinde, quia darentur duo corpora in eodem loco. Tertiò, quia entia mathematica mouerentur motis rebus ſenſibilibus, in quibus ineſſent, cum tamen ab illis omnia immobilia eſſe dicerentur. Poſtremò, quia eadem abſurda ſequuntur hanc ſententiam, quæ ſuperiorem: cuiuſmodi eſt illud, dari aliud cœlum præter hoc cœlum: quamquam id iuxta hanc opinionem, ex ea parte eſſet abſurdius, quòd ſimul exiſterent duo cœli in eodem loco. Aduerte tamen, vtrunque virtute diuina fieri poſſe; & quòd detur magnitudo aliqua ſeiuncta ab omni ſubſtantia ſenſibili, & quòd duo corpora exiſtant in eodem loco. Illud etiam aduerte, non mediocris auctoritatis viros eſſe, qui credant horum Platonicorum ſententiam eam eſſe, quæ 4. Phyſ. lib.

Cõtra Ethnicos Philoſophos.

refutatur

refutatur de loco, quem nonnulli dicebant eſſe dimenſiones quaſdam, quibus corpora naturalia, vt loco, continerentur. Quæ tamen ſententia propterea fortaſſe non placebit, quia hæ dimenſiones, non ponebantur eſſe in rebus naturalibus,ſed potiùs res naturales eſſe in iis: nec illæ, ſi eſſent, mouerentur ad motum corporum naturalium ſed ſemper fixæ perſiſterent. Forſitan autem, ideo Ariſtot. hanc quæſtionē non tractauit pro parte affirmatiua, quia rationes Platonicorum erant tritæ,ac vulgatę, aut quia ex libr. 1. eæ colligi poterant, quæ ſatis eſſent ad qualemcumque confirmationem opinionis,nullius penè probabilitatis.

Geodaſiam in magnitudinib. ſenſibilibus, & corruptibilibus verſari: ÿs enim intereuntibus, interiret. At verò neque in ſenſibilibus magnitudinibus,neque in hoc cœlo Aſtrologia verſabitur,neque enim ſenſibiles lineæ tales ſunt,quales Geometra vſurpat. Etenim ex ſenſibilibus nihil adeo rectum, aut rotundum eſt. Tangit enim normam circulus non in puncto,ſed quemadmodum dicebat Protagoras cùm Geometras reprehenderet. Neque m m item motus,ac reuolutiones cœli ſimiles ſunt iis,de quibus Aſtrologia diſſerit:neque puncta eamdem,quam aſtra,naturam habent.

Text. 9. *Sunt n n autem nonnulli qui aſſerant, eſſe quidem ea,quæ media inter formas, & ſenſibilia dicuntur non tamen à ſenſibilibus ſeiuncta,ſed in eis poſita: quorum ſententiam,quæ impoſſibilia ſequantur, omnia quidem longioris ſermonis eſt perſequi: verum hæc ſatis fuerit conſideraſſe. Neque enim in his ſolùm rationi conſentaneum eſt,ita ſe rem habere: ſed apertè ſequitur, formas etiam ipſas in ſenſibilib.eſſe poſſe,quippe cùm einſdem rationis hæc ſint vtraque. Præterea, duo ſolida in eodem loco ſint neceſſe eſt.Itémque, non eſſe immobilia, cùm in ſenſibilibus,quæ mouētur,exiſtant. Denique cuius rei gratia quiſquam ſtatuat,eſſe quidem illa,ſed tamen in ſenſibilib.eſſe? eadem enim,atque ea, quæ iam dicta ſunt, incommoda accident, Erit enim quoddam cœlum,præter cœlum:niſi quòd non erit ſeparatum,ſed loco in eodem,quod vtique impoſſibilius eſt.*

Quæſtionis, ſint ne aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles,ſolutio.

Solutio huius quæſtionis patet ex libr.7.12.13.& 14. potiſſimùm verò ex duobus extremis: quibus in locis latè docet Ariſtot. nec Ideas, nec entia mathematica, ſiue priori, ſiue poſteriori modo ponantur, cohærere poſſe in rerum natura. Rationes autem, quibus affirmatiua quæſtionis pars à ſuis auctoribus confirmatur, partim ſolutæ ſunt libro primo,partim ſoluentur in locis citatis.

Digitized by Google

CAPITIS TERTII EXPLANATIO.

Diſputatio ſeptima quæſtionis.

ET *de his* [a] *igitur*. Diſputat ſeptimam quæſtionem, qua quærebatur, num genera rerum, an potiùs partes, ex quibus illæ reali compoſitione conſtant eſſent earum principia, &c. quæ ſola quæſtio in hoc cap. tractatur. Explicat autem in ea repetenda nomine partium intelligendas eſſe primas, vtpote ex quibus res primò componitur, & in quas vltimò reſoluitur. Intelligit verò nomine generum ipſas etiam ſpecies, & differẽtias, vt primo Top cap. 3. quod ex dicendis apertum erit.

[b] *Exempli cauſa.* Quatuor argumentis ſuadet, genera non eſſe principia earum rerum, quarum ſunt genera: ſed potiùs primas partes. *Primum argumentum.* Primum eſt, quia vox articulata communis, quæ de hac, & illa articulata voce dicitur, non ſolet appellari principium, ſiue elemẽtum ſingularum, ſed ipſæ literæ, ſeu ſimplices ſoni, ex quibus primò integræ voces articulatæ, quaſi primis articulis conſtant.

[c] *Et deſcriptionum.* Alterum argumentum eſt, quia deſcriptio geometrica in commune accepta nõ dicitur principium aut elementum ſingularum deſcriptionum, ſed priores deſcriptiones elementa poſteriorum, quod earum cõpoſitionem ingrediantur: vt patet apud Eucli. in iis libris, qui ob eã cauſam de Elementis inſcripti ſunt. Non videtur autem Ariſtoteles intelligere nomine eorũ, quæ demonſtrantur, ipſa theoremata, quorum alia ex aliis demonſtrentur (ſiquidem poſteriora, etſi ex prioribus pendent, non tamen ex illis conſtant) ſed potiùs

ΚΕΦ. Γ'.

Ὅτι ἀρχαὶ τὰ πρῶτά εἰσι γένη.

ΠΕρί [a] τε τούτων ὧν ἀπορία πολλή, πῶς δεῖ θέμενον τυχεῖν τῆς ἀληθείας, ¶ καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν, πότερον δεῖ τὰ γένη στοιχεῖα, καὶ ἀρχὰς ὑπολαμβάνειν, ἢ μᾶλλον ἐξ ὧν ἐνυπαρχόντων ἐστὶν ἕκαστον πρῶτον, οἷον [b] φωνῆς στοιχεῖα, καὶ ἀρχαὶ δοκοῦσιν εἶναι ταῦτα, ἐξ ὧν σύγκεινται αἱ φωναὶ πᾶσαι πρῶτον, ἀλλ' οὐ τὸ κοινόν, ἡ φωνή· καὶ [c] τῶν διαγραμμάτων ταῦτα στοιχεῖα λέγομεν, ὧν αἱ ἀποδείξεις ἐνυπάρχουσιν ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ἀποδείξεσιν, ἢ πάντων, ἢ τῶν πλείστων. ἔτι [d] δὲ τῶν σωμάτων καὶ οἱ πλείω λέγοντες εἶναι στοιχεῖα, καὶ οἱ ἕν, ἐξ ὧν σύγκειται, καὶ ἐξ ὧν συνέστηκεν, ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι· οἷον, Ἐμπεδοκλῆς πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ μετὰ τούτων στοιχεῖά φησιν εἶναι, ἐξ ὧν ἐστὶ τὰ ὄντα ἐνυπαρχόντων ἀλλ' οὐχ ὡς γένη ταῦτα λέγει τῶν ὄντων. πρὸς [e] δὲ τούτοις καὶ τῶν ἄλλων εἴ τις ἐθέλει τὴν φύσιν ἀθρεῖν, οἷον κλίνην, ἐξ ὧν μορίων ἐστὶ, καὶ πῶς συγκειμένων, τότε γνωρίζει τὴν φύσιν αὐτῆς· ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν λόγων οὐκ ἂν εἶεν αἱ ἀρχαὶ τὰ γένη τῶν ὄντων. Text. 10.

Εἰ [f] δὲ ἕκαστον μὲν γνωρίζομεν διὰ τῶν ὁρισμῶν, ἀρχαὶ δὲ τὰ γένη τῶν ὁρισμῶν εἰσὶν, ἀνάγκη, καὶ τῶν ὁριστῶν ἀρχὰς εἶναι τὰ γένη. κἂν [g] εἰ ἔστι τὴν τῶν ὄντων λαβεῖν ἐπιστήμην, τὸ τῶν εἰδῶν λαβεῖν, καθ' ἃ λέγονται τὰ ὄντα, τῶν γε εἰδῶν ἀρχαὶ τὰ γένη εἰσί.

φαί

tiùs videtur ſignificare ipſas linearum deductiones figurasve demonſtrationum. Harum enim poſteriores ex prioribus ſuapte natura conſtant, vt patebit, ſi quis prioribus addiciat eas lineas, ex quibus conficiuntur poſteriores: quamquam quia priores deſcriptiones ante patent, quàm ad poſteriores veniatur: non ſolent priores in poſterioribus adhiberi, præſertim ne linearum multitudo perſpicuitatem demonſtrationis impediat. Id, quod ex eo etiam intelliges, quia deſcriptio, ſiue deſignatio, non eſt genus theorematum, & tamen Ariſtoteles accipit nomen *deſignationis.* hoc loco pro genere eorum, quæ demonſtrantur. Dic ergo, deſignationes, ſeu deſcriptiones intelligi nomine eorum, quæ demonſtrantur, quia ipſa theoremata in ipſa linearum deductione, quaſi in exemplo continentur.

PRIMA RERVM GENERA eſſe principia.

CAPVT III.

ET [a] de his igitur magna dubitatio eſt, quo tandem modo is, qui conſtituere quicquam velit, veritatẽ aſſequi poſ-
Text. 10. *ſit: ¶ & de principijs, num genera elementa eſſe, atque principia exiſtimare oporteat: an ea potius, ex quibus inſitis res quæque primùm conſtat. Exempli [b] cauſa, vocis elementa, & principia, videntur eſſe ea, ex quibus primùm voces omnes componuntur, non id, quod commune eſt: vox inquam ipſa: & [c] deſcriptionum, ea dicimus elementa eſſe, quorum demonſtrationes in aliarum, aut omnium aut plurimarum demonſtrationibus inſunt. Præterea, [d] & qui è corporibus plura elementa, & qui vnum eſſe dicunt, ea ex quibus res componuntur, & ex quibus conſtant, principia eſſe aſſerunt: quo pacto Empedocles ignem, & aquam, & quæ cum his numerantur, elementa eſſe ait, ex quibus inſitis entia conſtent, neque illa quaſi rerum genera conſtituit. Adhæc, [e] ſi quis aliorum quoque naturam conſiderare velit, exempli cauſa, lectum, ex quibus ſit partibus, & quo pacto compoſitis: tum demum eius naturam perſpiciet. Ob has igitur rationes non fuerint vtique ipſa rerum genera principia.*

Quæ [f] verò ratione vnumquodque per definitiones cognoſcimus, principia autem definitionum genera ſunt, genera profectò eorum, quæ definiuntur, principia ſint neceſſe eſt. Iam [g] ſi rerum ſcientiam accipere, eſt ſpecierum accipere, à quibus res ipſæ dicuntur: ipſa profectò genera ſpecierum principia ſunt. Videntur

[d] *Præterea, & qui.* Tertium argumentum ducitur ex auctoritate veterũ Phyſicorum, qui non genera rerum naturalium, ſed quæ illas reali compoſitione conſtituerent, earum principia, ac elementa eſſe dicebant. 3.

[e] *Adhæc, ſi quis.* Quartùm argumentum deſumitur ex iis, quæ arte conficiuntur, quorum perfecta cognitio, non ex cognitione communium generum peti ſolet, ſed ex partibus conſtant, & ex ipſo compoſitionis modo. 4.

[f] *Quæ verò ratione.* Iam argumentatur pro altera quæſtionis parte. Contẽdit enim tribus argumẽtis, genera potiùs, quàm partes ad realem compoſitionem pertinentes, dicenda eſſe principia. Primũ eſt, quia eadem ſunt principia definitionum, & rerum quæ definiuntur: principia autem definitionum, non ſunt partes rem ipſa componentes, ſed genera, & differentiæ, quas etiam hoc loco nomine generum complectitur. *Argumentum primum pro altera parte quæſtionis.*

2. [g] *Iam ſi rerum* Secundum argumentũ eſt, quia res ſingulæ non cadunt ſub ſciẽtiam, niſi ratione ſuarum ſpecierum, ſpecierum autem principia dicuntur eſſe genera, & differentiæ: ſi quidem ex his illæ conſtitui ſolent, & in hæc reſolui.

V *Videntur*

h *Videntur autem* Tertium ducitur ex auctoritate Platonis, qui dicebat vnum & ens, magnúmque, & paruum eſſe rerum principia. Videtur enim his vti potius, vt generibus, quàm vt partibus ad realem compoſitionem pertinentibus.

Obiectio.

i *At verò neque* Diceret aliquis, ideo hanc quæſtionem videri ambiguam, quia re vera vtraque ſunt principia tam ea, ex quibus entia reali compoſitione conſtãt, quàm genera, quæ de eiſdem dicũtur.

Dilutio.

Eam tamen reſponſionem hac ratione refutat Ariſtoteles, ſi vtraque ſunt principia, duplex erit definitio eſſentialis vnius rei: quandoquidem ex diuerſis principiis, diuerſæ definitiones eſſentiales exiſtunt: at vnius rei vna tantùm datur definitio eſſentialis, quemadmodum & vna eſſentia: nõ poſſunt igitur vtraque dici principia.

φαίνονται h δέ τινες, καὶ τῶν λεγόντων στοιχεῖα τῶν ὄντων τὸ ἓν, ἢ τὸ ὂν, ἢ τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν, ὡς γένεσιν αὐτοῖς χρῆσθαι. ἀλλὰ i μὴν οὐδὲ ἀμφοτέρως γε οἷόν τε λέγειν τὰς ἀρχάς. ὁ μὲν γὰρ λόγος τῆς οὐσίας εἷς· ἕτερος δ' ἔσται ὁ διὰ τῶν γενῶν ὁρισμὸς, καὶ ὁ λέγων, ἐξ οὗν ἐστιν ἐνυπαρχόντων.

Πρὸς k δὲ τούτοις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἀρχαὶ τὰ γένη εἰσὶ, πότερα δεῖ νομίζειν, τὰ πρῶτα τῶν γενῶν ἀρχὰς, ἢ τὰ ἔσχατα κατηγορούμενα ἐπὶ τῶν ἀτόμων: καὶ γὰρ τοῦτο ἔχει ἀμφισβήτησιν. εἰ l μὲν ὅτι τὰ καθόλου μᾶλλον, ἀρχαὶ, φανερὸν ὅτι τὰ ἀνωτάτω τῶν γενῶν: ταῦτα γὰρ λέγεται κατὰ πάντων. τοσαῦται οὖν ἔσονται ἀρχαὶ τῶν ὄντων, ὅσαπερ τὰ πρῶτα γένη· ὥστ' ἔσται τότε ὂν, καὶ τὸ ἓν ἀρχαὶ, καὶ οὐσίαι. ταῦτα γὰρ κατὰ πάντων μάλιστα λέγεται τῶν ὄντων· οὐχ οἷόν τε δὲ τῶν ὄντων ἓν εἶναι γένος, οὔτε τὸ ἓν, οὔτε τὸ ὄν. ἀνάγκη m μὲν γὰρ τὰς διαφορὰς ἑκάστου γένους καὶ εἶναι, καὶ μίαν εἶναι ἑκάστην. ἀδύνατον δὲ κατηγορεῖσθαι ἢ τὰ εἴδη τοῦ γένους τῶν οἰκείων διαφορῶν, ἢ τὸ γένος ἄνευ τῶν αὑτοῦ εἰδῶν. ὥστε

Num potius prima genera, an ea, quæ magis ad indiuidua accedunt, principia dicenda ſint.

k *Adhac etſi.* Perſequitur eamdẽ quæſtionem ſeptimam, longior enim erat quàm hactenus diſcuſſa ſit: ſiquidem adhuc complectebatur dubitationem illam, Num prima genera, hoc eſt, quæ remotiùs de indiuiduis dicuntur, an potiùs, quę proximè, dicenda ſint principia. Quoniam verò hæc pars quæſtionis ſupponit opinionem Platonis, qui ſola genera ponebat principia: in omnibus argumentis, quæ in ea tractanda ab Ariſtotele afferuntur, ſubauditur aliquid Platonicum, vt patebit.

Primum argumentũ eorum, quibus oſtenditur, genera minus vniuerſalia potius principia dicenda eſſe.

l *Etenim ſi dicendum.* Sex argumentis probat, ea potiùs, quæ proximè de indiuiduis prædicantur, quàm quæ ſunt magis vniuerſalia, dicenda eſſe principia. Primũ eſt. Si magis vniuerſalia potiùs dicenda eſſent principia, ens, & vnum eſſent prima rerum omnium principia, atque ſubſtantiæ (id eſt eſſentiales cauſæ) at non ſunt: igitur non eſt dicendum, magis vniuerſalia eſſe potiùs principia. Maior ex eo patet, quia ratio, quare, magis vniuerſalia potiùs dicerentur principia, eſſet, quia de pluribus prædicantur, ex quo fieret, vt prima, ac ſuprema genera, veluti ſubſtantia, quantitas &c. eſſent prima principia, ſingula ſuorum prædicamentorum, & ipſum ens, ac vnum eſſent prima omnino principia omnium rerum, quia de omnibus omnino rebus dicuntur Minor ex eo probatur, quia ens, & vnum non poſſunt eſſe genera. Hinc enim ſequitur, illa non eſſe principia, nedum prima, & communiſſima, facta tamen hac hypotheſi, quòd ſola genera ſint principia, quod Plato ponebat, contra quem Ariſt. argumentatur. Plato enim hac in re à ſuperioribus Philoſophis diſſenſit, quòd cùm illi poſuiſſent principia, ex quibus res naturali compoſitione conſtarent: ipſe primus inuexit ea, quæ de rebus, vt genera, & vniuoca, ac eſſentiali prædicatione dicerentur.

m *Differen*

Digitized by Google

ipſe primus inuexit ea, quæ de rebus, vt genera, & vniuoca, ac eſſentiali prædicatione dicerentur.

Ens, & Vnũ genera eſſe nõ poſſe.

m *Differentias enim.* Quod ens, & vnum non poſſint eſſe genera hac ratione probat. Si ens, & vnum eſſent genera, nulla differentia eſſet ens aut vnum, ſubaudi, per ſe primo modo, ſeu eſſentialiter, at omnis differentia eſt ens, & vnum per ſe primo modo (ſaltem apud Platonem, quod ad vnum attinet) igitur, nec ens, nec vnũ poſſunt eſſe genera. Maior probatur, quia nec ſpecies prædicantur eſſentiali prædicatione de differentiis, quibus conſtituuntur, nec genera, ſine ſuis ſpeciebus (hoc eſt, vt diſtincta ſunt à ſuis ſpeciebus) eſſentialiter dicuntur de differentiis, quibus diuiduntur. Loquitur autem in poſteriori parte pronunciati de generibus, vt ſunt diſtincta à ſuis ſpeciebus, quia alioqui iã poſterior pars incideret in priorem.

Quædam de prædicatione generum, & ſpecierum de ſuis differentiis.

Quòd autem genera non prædicentur hoc pacto de differentiis, quibus diuidũtur (nã quód ſpecies non dicãtur eſſentialiter de ſuis differentiis perſpicuum erat) duobus argumentis probatur 6. Top. cap. 3. Vno quia ſi eo pacto genus diceretur de differentibus, bis animal diceretur de homine, ſemel per ſeipſum, & iterum per rationale, atque ita homo eſſet multa animalia. Altero, quia omnis differentia eſſet ſpecies aut indiuiduum eius generis, quod diuidit. Genus enim prædicari non poteſt in quæſtione quale eſt, de differentiis, ſed potiùs illis in eo prædicationis genere ſubiicitur: quicquid autem prædicato ſubiicitur eſſentialiter, & in quæſtione Quid eſt (ſi modò vniuoca ſit prædicatio) eſt illius ſpecies, aut indiuiduum. Cùm igitur ea, quæ concluduntur, ſint abſurda, fieri non poteſt, vt genera prædicentur eſſentialiter de ſuis differentiis.

Quàm latè pateat eſſentialis prædicatio entis.

Minor verò ex eo patet, quia ſecundùm veram ſententiam, ens prædicatur eſſentiali prædicatione de omnibus rebus, & partibus earum quomodocunque conſtituentibus, vt patebit libro quarto vnum autem etſi res vera non ita prædicatur de rebus, tamen Plato, contra quem Ariſtotel. diſputat, ita illud prædicari exiſtimabat, vt patet ex primo libro, & aliis locis quam plurimis.

Eodem modo Syrianus, & Albert. tract. 2. cap. 5. Aliter Auerroes comm. 10.

Videntur h *autem quidam, & eorum, qui vnum, aut ens, aut magnum, & paruum elementa rerum eſſe dicunt, eis vt generibus vti. Atqui* i *fieri non poteſt, vt principia vtraque modo dicantur. Ratio enim ſubſtantiæ vna eſt, alia autem erit definitio, quæ per genera traditur, atque ea, quæ exponit, ex quibus inſitis res conſtet.*

Ad k *hæc, etſi quam maximè principia ſint genera, ipſa vtra exiſtimanda erunt principia, primáne, an quæ vltima de indiuiduis dicuntur? Nam & hoc non caret controuerſia. Etenim* l *ſi dicendum eſt, magis vniuerſalia principia eſſe, perſpicuum eſt, ſuprema genera eſſe principia: hæc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur eorum, quæ ſunt, principia erunt, quot prima ſunt genera. Quare & ipſum ens, & vnum ipſum, principia, ac ſubſtantia erunt: hæc enim de rebus omnibus maximè dicuntur. At vt genus vnum ſit eorum, quæ ſunt, fieri non poteſt, neque ipſum vnum, neque ipſum ens. Differentias* m *enim cuiuſque generis & eſſe, & earum quamque vnam eſſe neceſſe eſt, cùm tamen fieri nequeat, vt aut ſpecies generis de proprijs differentijs, aut genus ſine ſuis ſpeciebus prædicetur.*

Quare

Cap. 6. & 7. *Obiectio.*

Obiiciat fortaſſe aliquis hoc loco, Ariſtotelem non rectè probaſſe inſtitutum. Erat enim probaturus, ens, & vnum non eſſe genera, id eſt non eſſe prædicata vniuoca & eſſentialia (hoc enim modo ſumebat Plato nomẽ generis, cùm dicebat

Diuin. genera eſſe principia) & tamen nihil aliud probauit, quàm quòd non eſſent genera preſſè, ac propriè accepta.

Huic obiectioni occurrendum eſt, ex eo, quòd Ariſt. probauit, planè ſequi inſtitutum. Nam ſi ens, & vnum eſſent prædicata eſſentialia, & vniuoca, nulla vtique eſſent alia, quàm genera propriè dicta, cùm non habeant alia ſuperiora: vnde fit, vt ſi non ſunt genera preſſè, ac propriè accepta, nullo modo ſint prædicata vniuoca, & eſſentialia. Quinetiã ſi quis adeo diſcederet à cõmuni, ac vera Philoſophorum ſententia, vt diceret cum Scoto, dari prædicatum cõmune vniuocum: & eſſentiale, quod nec genus ſit, nec ſpecies, nec differentia, atque ens huiuſmodi eſſet, adhuc ratione Ariſtotelica id refutari poſſet. Commune enim eſt omni prædicato vniuoco, vt non poſſit prædicari eſſentiali prædicatione de differentiis, quibus contrahitur, etiamſi illæ ſint accidentales. Nam ſi A. prædicatum vniuocum contrahatur per B. differentiã ſiue eſſentialem, ſiue accidentalem ad C. compoſitum ex vtroque, neceſſariò efficitur, vt ſi dicitur eſſentiali prædicatione de B. bis dicatur de C. ſemel per ſeipſum, atque iterum per B. Quare, etſi Ariſtot. loco verbi (*genus*) poſuiſſet particulam (*vniuocum*) & nomine differentiarum intellexiſſet quaſcumque differentias, adhuc apta eſſet, & firma conſecutio.

Nullum prædicatum vniuocũ poſſe eſſentialiter dici de differentijs, quibus contrahitur.

ὥστε εἴπερ τὸ ἓν γένος, ἢ τὸ ὄν, οὐδεμία διαφορὰ, οὔτε τὸ ὂν, οὔτε τὸ ἓν ἔσται. ἀλλὰ μὴν εἰ μὴ γένη, οὐδ' ἀρχαὶ ἔσονται, εἴπερ ἀρχαὶ τὰ γένη. ¶ ἔτι [n] καὶ τὰ μεταξὺ συλλαμβανόμενα μετὰ τῶν διαφορῶν, ἔσται γένη μέχρι τῶν ἀτόμων. νῦν δὲ τὰ μὲν δοκεῖ, τὰ δ' οὐ δοκεῖ. πρὸς [o] δὲ τούτοις ἔτι μᾶλλον αἱ διαφοραὶ ἀρχαὶ, ἢ τὰ γένη. εἰ δὲ καὶ αὗται ἀρχαὶ, ἄπειροι (ὡς εἰπεῖν) ἀρχαὶ γίγνονται· ἄλλως τε κἂν τις τὸ πρῶτον γένος ἀρχὴν τιθῇ. ἀλλὰ [p] μὴν καὶ εἰ μᾶλλόν γε ἀρχοειδὲς τὸ ἕν ἐστιν, ἓν δὲ τὸ ἀδιαίρετον, ἀδιαίρετον δὲ ἅπαν, ἢ κατὰ τὸ ποσὸν, ἢ κατὰ τὸ εἶδος, πρότερον δὲ τὸ κατ' εἶδος, τὰ γένη δὲ διαιρετὰ εἰς εἴδη μᾶλλον, ἓν ἂν τὸ ἔσχατον εἴη κατηγορούμενον. οὐ γάρ ἐστι γένος ἄνθρωπος τῶν τινῶν ἀνθρώπων. ἔτι [q] ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερόν ἐστιν, οὐχ οἷόν τε τὸ ἐπὶ τούτων εἶναί τι παρὰ ταῦτα· οἷον εἰ πρώτη τῶν ἀριθμῶν *Text. 11.*

Vide Ferra. 1. con. Gent. ca. 23. ad rationẽ tertiam.

[n] *Præterea & media.* Secundum argumentum hoc modo intelligi poteſt. Si magis vniuerſalia potiùs dicenda eſſent principia, quia de pluribus dicuntur, omnia media cum differentiis ſumpta, id eſt, omnes ſpecies, & differentiæ (hæc enim interiecta ſunt inter genus ſummum, & indiuidua) dicenda eſſent principia, quia de multis prædicantur, & proinde dicenda eſſent genera (ponimus enim ſola genera eſſe principia, quæ erat Platonis opinio) at non omnia media dicenda ſunt genera, ergo nec dicendum eſt, magis vniuerſalia eſſe potiùs principia. Propoſitio ex eo probari poteſt, quia ſi ea, quæ de pluribus prædicantur, quia de pluribus dicuntur, magis ſibi vendicant rationem principij, omnia quæ abſolutè, & abſque comparatione alterius prædicantur de multis, abſolutè etiam ſibi vendicabunt rationem principij, tametſi minùs, quàm ea, quæ de pluribus dicũtur, at omnes ſpecies, & differentiæ prædicantur de multis, igitur omnes dicentur principia, ac proinde genera. Aſſumptio ex eo patet, quia ſpecies infimæ, & propriæ earum differentiæ, non ſunt dicenda genera, cùm non prædicentur eſſentiali prædicatione de pluribus ſpecie differentibus. Quocirca Ariſtot. 1. Topic. c. 3. eas ſolas differentias nomine generis complexus eſt, quæ dicuntur de ſpecie differentibus.

Illud tamen aduerte, leue admodum peccatum eſſe, ſpecies infimas, eáſque differen

differentias, quæ cum illis reciprocantur, nomine generis appellare, cùm ſæpe in communi ſermone, & apud Oratores, Hiſtoricos, & Poëtas, atque adeo apud ipſum Ariſtotelem, nonnunquam eiuſmodi ſpecies infimæ, genera dicantur, vt cùm in præfatione horum librorum, dicitur, *genus autem hominum arte viuit, & ratione.* Quamquam non prorſus caret vitio ea locutio, cùm vſurpatur à Philoſopho in re admodũ Philoſophica determinãda (cuiuſmodi eſt doctrina de principiis) quod fecit Plato: etſi in diſputãdo pro vtraque parte ſine vitio vſurpari poſſit vt nonnũquam fit ab Ariſt. in hoc lib.

Lib. I. cap. I.

Species infimas, differentiaſque ſpecificas interdum nomine generis appellari.

Quare ſi vnum ipſum genus ſit, aut verò ipſum ens, nulla vtique differentia, aut ens, aut vnum erit. Atſi genera non ſint, neque principia erunt, ſiquidem genera principia ſunt.

Text. 11. ¶ *Præterea,* n *& media cum differentiis ſimul ſumpta, genera erunt ad indiuidua vſque, nunc autem alia videntur eſſe, alia non videntur. Adhuc,* o *magis adhuc differentiæ, quàm genera principia erunt. Quòd ſi & hæ principia ſint, infinita, propè dixerim, principia emergunt, præſertim ſi quis primum genus principium ponit. Ac* p *etiam, ſi vnum ipſum principij rationem magis ſubit, idque eſt vnum, quod indiuiſibile eſt, quod autem indiuiſibile eſt, id omne, aut quantitate, aut ſpecie diuidi nequit, quod verò ſpecie non diuiditur, prius eſt, atque genera in ſpecies diuidi poſſunt, magis profectò vnum fuerit, quod vltimum prædicatur: neque enim homo genus eſt ſingulorum hominum. Præterea,* q *in quibus eſt prius, & poſterius, in iis fieri non poteſt, vt quod de illis dicitur, ſit quicquam præter illa: vt ſi dualitas ſit*

o *Adhuc, magis adhuc.* Tertiũ argumentũ, huiuſmodi eſſe videtur. Si magis vniuerſalia potiùs dicẽda eſſent principia, omnes differẽtiæ eſſent principia, vt patet ex probatione propoſitionis ſuperioris argumenti, atque eò magis quàm genera, quia genus eſt velut materia, differentia autem, vt forma: at incommodum eſt dicere omnes differentias eſſe principia, cùm ſint penè infinitæ, præſertim ſi omnes à ſummo genere, vſque ad indiuidua pònantur principia: non potiùs igitur magis vniuerſalia dicenda ſunt principia. Incommodum verò eſſe id, quod Ariſt. hic tangit hinc fit probabile. Nam ſi non alia eſſent principia rerum naturalium, quã genus ſummum & differentia, quibus illud contrahitur, nec res naturales perciperentur à Phyſicis, niſi hæ omnes intelligerentur, nullus penè eſſet, qui rem vllam naturalem perciperet, quarum tamen notitiam illi facilè per materiam, & formam intelligere, ac explicare ſolent. Itaque videtur Ariſt. hoc loco eius vitij arguere Platonem, quòd parum Phyſicus fuerit, totúmque rerum naturalium negotium ad prædicata, quibus res metaphyſico more conſtituitur, transtulerit. 3.

Genus & differentia.

p *At etiam, ſi vnum.* Quartum argumentum hoc modo habet. Illud magis eſt principium, quod eſt magis vnum, ſpecies infima eſt magis vna, quàm genus, ergo & magis principium, ex quo fit, vt minùs vniuerſalia magis dicenda ſint principia. Maior confirmatur auctoritate Platonis dicentis, *ipſum vnum* (quod ille ponebat maximè vnum) *eſſe primum principium.* Minor autem ex eo probatur, quia vnum definitur eſſe id, quod diuidi non poteſt, ſiue quantitate, vt Socrates in duos Socrates, ſiue ſpecie, vt homo in duas ſpecies hominum, & animal in corpus animatum, & inanimatum. Cùm igitur vnitas eius, quod ea ratione dicitur vnum, quòd in ſpecies diuidi nequeat, ſit prior natura vnitate ea, qua res dicitur vna, quia non poſſit diuidi ſecundum quantitatem (prior enim natura eſt, vnitas formalis, quàm materialis) ſpecies verò infima prorſus diuidi nequeat in ſpecies, genus autem neceſſariò diuidatur in aliquas, efficitur, vt ſpecies infima ſit magis vna, quàm genus. 4.

Vnum quid ſit.

q *Præterea, in quibus.* Quintum argumentum eſt. Principia ſunt præter ea, 5.

Digitized by Google

quorum ſunt principia, ſeu (quod idem eſt) ſunt ſeparata à principiatis: genera autem non poſſunt eſſe præter ſpecies, cùm tamen ſpecies infimæ ſint præter indiuidua: potius ergo ſpecies infimæ ſunt principia, quàm genera. Maior eſt Platonis. Prior pars minoris ex eo probatur, quia apud Platonem in iis rebus, in quibus datur prius, & poſterius natura, vt in ſpeciebus numerorum, & figurarum, non datur cõmunis Idea. Pro qua re lege Auctorem 1. Eth. cap. 6.

Species ſicut numeri.

Cùm igitur in cæteris ſpeciebus detur prius, & poſterius natura quemadmodum in ſpeciebus numerorum, & figurarum (omnes enim ſpecies, cuiuſcumque generis ſint, quẽdem ordinem ſeruant inter ſe, quem cernimus inter ſpecies numerorum, & figurarũ, quoad multitudinem vnitatum, aut angulorum) efficitur, vt ſi numerus, & figuræ non ſunt genera ſeparata à ſuis ſpeciebus, nec cætera genera à ſuis ſeparata ſint, quinetiam eò minùs cætera ſeparata erunt, quòd numerus, & figuræ apud Platonem maximè genera inter omnia eſſe videantur, ac proinde maximè per ſe exiſtentia. Poſterior autem pars minoris, præter quàm quòd apertè eſt Platonis, ea etiam ratione probatur, quia in indiuiduis eiuſdem ſpeciei infimæ non datur prius, & poſterius natura: quo fit, vt nihil impediat, iuxta doctrinam Platonis, quo minùs ſpecies infimæ ab illis ſeiunctæ ſint. Quo autem pacto in ſpeciebus detur ordo prioris, & poſterioris natura, non autem in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, octauo huius operis lib. explicabimus.

ἀριθμῶν ἡ δυάς, ὐκ ἔςαι τὶς ἀριθμὸς παρὰ τὰ εἴδη τῶν ἀριθμῶν· ὁμοίως δὲ ὐδὲ [e] σχῆμα παρὰ τὰ εἴδη τῶν σχημάτων. εἰ δὲ μὴ τούτων, σχολῇ τῶν γε ἄλλων ἔςαι τὰ γένη παρὰ τὰ εἴδη. τούτων γὰρ δοκεῖ μάλιςα εἶναι γένη. ἐν δὲ τοῖς ἀτόμοις ὐκ ἔςι τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕςερον. ἔτι [f] ὅπου τὸ μὲν βέλτιον, τὸ δὲ χεῖρον, ἀεὶ τὸ βέλτιον πρότερον. ὥς' ὐδὲν τούτων ἂν εἴη γένος. ἐκ μὲν ὖν τούτων μᾶλλον φαίνεται, τὰ ἐπὶ τῶν ἀτόμων κατηγορούμενα ἀρχαὶ εἶναι, τῶν γενῶν.

Πάλιν [g] δὲ, πῶς αὖ δεῖ ταῦτα ὑπολαβεῖν ἀρχάς, ὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν δεῖ, καὶ τὴν αἰτίαν εἶναι παρὰ τὰ πράγματα, ὧν ἀρχὴ, καὶ δύνασθαι εἶναι χωριζομένην αὐτῶν· τοιοῦτον δέ τι παρὰ τὸ καθέκαςον εἶναι. διότι ἄν τις ὑπολάβοι, πλὴν ὅτι καθόλου κατηγορεῖται, καὶ κατὰ πάντων; ἀλλὰ μὴν, εἰ διὰ τοῦτο, τὰ μᾶλλον καθόλου, μᾶλλον θετέον ἀρχάς· ὥςε ἀρχαὶ τὰ πρῶτα ἂν εἶεν γένη.

Ἀπορίαι ἀκολουθοῦσαι, ὅτι μὴ ἔςι τι παρὰ τὰ καθέκαςα, εἴτε ἔςι, καὶ ὅτι ὐχ αἱ αὐταὶ τῶν φθαρτῶν, καὶ

[e] *Neque figura.* Cur non dixerit (*figura*) quemadmodum dixit, *Numerus*, ratio eſt, quia cum proximum genus numerorum ſit vnum tantùm, ipſe inquam numerus: figurarum tamen ſunt multa, vt triangulus, quadrangulus, &c. quorum ſingula in ſuas ſpecies diuiduntur.

[f] *Præterea vbi aliud.* Sextum hoc argumentum etſi ſolis verbis videatur differre à ſuperiori, tamen non nihil re ipſa differt. Nam ſuperiùs ducebatur ex ratione prioris & poſterioris natura, hoc autem ex ratione melioris, & deterioris, hoc eſt, perfectioris, & minùs perfecti, quæ, vt multis placet, minùs latè patent. Illa enim funduntur ad ſpecies numerorum, & figurarum, relationum, & ad omnes omnino ſpecies, hæc autem, vt iidem dicunt, non cernitur in ſpeciebus numerorum, nec figurarum, aut ſaltem in ſpeciebus relationum, quod hæ non credantur dicere formaliter perfectionem. De qua re lib. 5.

Argumẽtum pro altera parte dubitationis.

[g] *Rurſus autem, quo pacto.* Iam argumentatur pro altera dubitationis parte hac vna ratione, Principium debet eſſe ſeparatum à rebus, quarum eſt principium (quod ex Platone ſumitur) ideo autem à rebus dicitur ſeparatum, quia prædicatur de iis omnibus, quæ eius nomine, ac ratione participant, igitur, quo aliquid de pluribus prædicatur, eò magis dicendum eſt principium: huiuſmodi autem ſunt magis vniuerſalia. Ita fit, vt potiùs prima genera videantur dicenda prima principia.

Quæſtionis

Quæſtionis num rerum genera an potius partes, earum eſſent principia & ſolutio.

Hæc quæſtio, quod attinet ad priorem dubitationem, hoc pacto diſſolui poteſt. Vtraque eſſe principia, tam partes, quæ primò componũt reali compoſitione, quã prędicata eſſentialia, quæ ſola ratione, ſiue ex natura rei conſtituũt. Priora ſunt materia, & forma, ex quibus conſtituuntur res omnes naturales: poſteriora ſunt genus, ac differentia, ex quibus conſtituũtur cęteræ etiã res habentes principia. Nec obiectio, quam Ariſt. proponit contra hanc reſponſionẽ, quicquam efficit. Nam, etſi vnius rei vna tantùm eſt eſſentia: tamen res naturales poſſunt definiri, vel per materiam, vel per formam, vel per vtramque. Quòd ſi ſermo ſit de ea ſola definitione, que per omnia intrinſeca rei principia traditur: dicendum eſt, res naturales duobus modis poſſe conſiderari: Vno phyſicè, vt conſtant materia, & forma: altero metaphyſicè, quatenus conſtãt genere, & differentia, quæ compoſitio in rebus etiam metaphyſicis cernitur. Iuxta has igitur duas conſiderationes duplex poteſt tradi definitio eſſentialis rerum naturalium, altera per materiam, & formam: altera per genus, & differentiam: quæ tamen non cenſentur ſimpliciter diuerſæ, quia genus, & differentia ſumuntur ex materia, & forma, aut potius ex gradibus perfectionis eius compoſiti, quod conſtat ex materia, & forma, vt patebit lib. 7.

Solutio prioris dubitationis.

Diluitur obiectio.

Duplex definitio, phyſica altera, altera metaphyſica.

Solutio poſterioris dubitationis.

QVOD verò attinet ad poſteriorem dubitationem, ita diſſoluenda eſt, vt dicamus, magis vniuerſalia eſſe magis principia in genere cauſæ materialis: minùs autẽ vniuerſalia, in genere cauſæ formalis. Quod ideo dixerim, quia etſi omnia prædicata eſſentialia dici ſoleant principia formalia, tamen ſi alia cum aliis conferantur, inferiora ſunt perfectiora, ac proinde magis formalia. Nec oportet diſſoluere rationes, quas Ariſtot. pro vtraque parte affert, quia cum in omnibus ſupponat

ſit numerorum prima, non erit vllus numerus præter numerorum ſpecies: eodemq́ modo, neque [r] figura præter ſpecies figurarum. Quòd ſi non horum, multò minùs aliorum genera præter ſpecies erunt: horum enim maximè videntur eſſe genera. In indiuiduis autem non aliud prius eſt, aliud poſterius. Præterea, [ſ] vbi aliud melius eſt, aliud deterius: ſemper illud eſt prius, quod melius. Quare nihil horum genus fuerit. Atque ex his quidem patet, ea, quæ de indiuiduis prædicantur, magis quàm genera, principia eſſe.

Text. 9. *Rurſus [t] autem, quo pacto hæc exiſtimanda ſint principia, non facile dictu eſt, Oportet enim principia, & cauſam præter res eas eſſe, quarum eſt principium, & ab eis ſeparari poſſe. Quod autem tale eſt, id eſſe præter rem ſingularem, cur quiſquam exiſtimet, niſi quia vniuersè, & de omnibus prædicatur? At ſi ob hanc cauſam certè quæ magis vniuerſalia ſunt magis ſtatuenda erunt principia. Itaque prima genera principia vtique fuerint.*

Dubitationes ſequentes, ſint ne præter ſingularia aliqua alia vel non, &

nat

Digitized by Google

nat aliquid Platonicum nihil concludunt,niſi contra Platonem.Quocirca non accepimus in hac ſolutione vniuerſalia,quaſi ſeparata à ſingularibus,ſed vt re vera in eis exiſtunt.

Capitis quarti Explanatio.

Diſputatio octaua quæſtionis.

ESTᵃ *autem & his.* Diſputat octauam quæſtionẽ, qua quærebatur,num præter cauſam materialem eſſet alia cauſa per ſe,ſiue eſſentialis rerum naturalium:quòd ſi eſſet,num exiſteret extra ſingularia &c.Dicitur autem hæc quæſtio proxima ſuperiori,quia quæ in ea dicuntur, cohærẽt cũ iis,quę in ſuperiori dicta ſunt:ſæpe enim in tractanda ſuperiori poſitũ eſt, vniuerſalia ideo eſſe principia,cauſaſq; per ſe, rerum ſingulariũ, quia eſſẽt ab illis ſeparata.

Argumẽtum pro parte affirmatiua.

[b] *Si enim non ſit.* Poſito, dandam eſſe aliam cauſam per ſe rerum naturaliũ,pręter materialem:ea ratione ſuadet Ariſt.illã exiſtere extra ſingularia, quia alioqui nullo modo de rebus ſingularibus poſſet haberi ſciẽtia.Etenim ſucceſſione,nõ modò ſingulari ipſa ſed etiã omnia,quæ in ſingularibus exiſtunt,præter cauſã materialẽ, quæ eadẽ permanet, infinita ſunt.Cùm igitur infinita non poſſint cadere ſub ſcientiã,niſi ratione alicuius vnius naturæ quæ de iis omnibus dicatur,neceſſariò videtur effici,naturas vniuerſales,quę ſunt cauſę formales,ac per ſe rerũ naturaliũ,extra ſingularia exiſtere.

τῶν, καὶ τῶν ἀφθάρτων ἀρχαί ἐστι, καὶ πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὂν, οὐσίαι τῶν ὄντων εἰσί.

ΚΕΦ. Δʹ.

Ἔστι [a] δ' ἐχομένη τε τούτων ἀπορία, καὶ πασῶν χαλεπωτάτη, καὶ ἀναγκαιοτάτη θεωρῆσαι, περὶ ἧς λόγος ἐφέστηκε νῦν. εἴτε [b] γὰρ μὴ ἔστι τι παρὰ τὰ καθέκαστα, τὰ δὲ καθέκαστα ἄπειρα, τῶν ἀπείρων πῶς ἐνδέχεται λαβεῖν ἐπιστήμην ἢ γὰρ ἕν τι καὶ ταυτὸν, καὶ ᾗ καθόλου τι ὑπάρχει, ταύτῃ πάντα γνωρίζομεν. ἀλλὰ [c] μὴν, εἰ τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ δεῖ τι εἶναι παρὰ τὰ καθέκαστα, ἀναγκαῖον ἂν εἴη τὰ γένη εἶναι παρὰ τὰ καθέκαστα, ἤτοι τὰ ἔσχατα, ἢ τὰ πρῶτα, τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, ἄρτι διηπορήσαμεν.

Ἔτι [d] εἰ ὅτι μάλιστά ἐστί τι παρὰ τὸ σύνολον, ὅταν κατηγορηθῇ τι ὕλης, πότερον, εἰ ἔστιν εἶδός τι, παρὰ πάντα δεῖ εἶναι τι, ἢ παρὰ μὲν ἔνια εἶναι, παρὰ δ' ἔνια μὴ εἶναι, ἢ παρ' οὐθέν; εἰ [e] μὲν οὖν μηθέν ἐστι παρὰ τὰ καθέκαστα οὐθὲν ἂν εἴη νοητὸν, ἀλλὰ πάντα αἰσθητὰ, καὶ ἐπιστήμη οὐδενός· εἰ μή τις εἶναι λέγει τὴν αἴσθησιν ἐπιστήμην. ἔτι [f] οὐ δ' ἀίδιον

Argumẽtum pro parte negatiua.

[c] *At verò ſit hoc.* Probat oppoſitum hac ratione. Quia ſi ſcientia de rebus neceſſariò infert ſeparationem formalium cauſarum, ſiue principiorum, dicendum erit principia,& cauſas eſſentiales rerum eſſe vel genera infima,vel ſumma,eáque ſeparata,quod fieri non poſſe in ſuperiori quæſtione tractanda probatum eſt. Nõ perſequitur autem Ariſt. vlterius quæſtionem hanc,quia reliqua dubitatio quæ in ea tangitur poteſt in decima tractari.

Quæſtionis num præter cauſſam materialem alia ſit cauſſa rerum naturalium,& num extra ſingularia exiſtat vel non,ſolutio.

Solutio, quæſtionis,& argumenti partis affirmatiuæ.

Determinatio huius quæſtionis paſſim habetur apud Ariſt. præſertim in ſeptimo,duodecimo,& duobus extremis libris,penè enim vbique negat naturas vniuerſales ſeparatas à ſingularibus. Rationem autem,quæ hic in oppoſitũ affertur,facilè diſſolues,ſi dicas, nõn omnia, quæ ſunt in infinitis,eſſe ratione ſui infinita. Quamquam enim differentiæ indiuiduantes ſint ratione ſui infinitæ,quemadmodum, & ipſa indiuidua,tamen naturæ vniuerſales, quæ per eas cõtractæ ſunt ad diuerſa

uerſa indiuidua, non ſunt infinitæ ratione ſui, ſed ratione illarũ, quod eſt eſſe eas per accidens infinitas. De iis autem, quæ per accidens ſunt infinita poteſt haberi ſcientia, ſi ſecundum ſe accipiantur, quemadmodum de iis, quæ per accidens corrumpuntur, ſi ſecundum ſe ſpectẽtur.

[d] *Præterea, ſi quam maximè.* Diſputat nonam quæſtionem, qua quærebatur, num quidditas ſubſtantiæ materialis eſſet aliud à ſubſtantia, cuius eſt quidditas, an verò in quibuſdã aliud eſſet, in aliis minimè. Interpretor autẽ hoc loco verbum (*præter.*) non quatenus ſignificat ſeparationẽ realem, vt apud Platonẽ, ſed quatenus ſignificat diuerſitatem naturæ, ſeu, vt ita dicam alietatem, quem ſenſum quæſtionis rectius Albertus, quàm alij priorem, videtur tradere. Videtur enim Ariſtoteles determinare hanc quæſtionem lib. 7. cap. 6. & 15. vbi nihil aliud ſtatuit, quàm quòd in quibuſdam quidditas ſit aliud ab eo, cuius eſt quidditas: in quibuſdam verò non itẽ. Quamquã Plato ex alietate eſſentiæ colligebat eius ſeparationẽ. Itaque Ariſtoteles vt communicet cùm Platone in vocabulis, vtitur potiùs hoc loco vocabulo (*præter*) quàm verbo (*aliud.*) Ait ergo Ariſt. ſi quam maxime aliquid, id eſt quidditas, dicatur eſſe præter id, cuius eſt quidditas, in ſubſtantiis materialibus, ac ſenſibilibus, vt Plato dicebat: ambiguum tamen eſſe, vtrum id ſit verum in omnibus, an in quibuſdam tantum, an verò in nullis. *Prima ratio pro parte affirmatiua.*

& num ſint corruptibilium, & incorruptibilium rerum eadem principia, & vtrum vnum & ens ſint earum quæ ſunt eſſentiæ.

CAPVT IIII.

EST [a] *autem, & his proxima, & omnium difficilima, & ad cõtemplandum maximè neceſſaria dubitatio, de qua nũc ſermo inſtituitur. Si* [b] *enim, non eſt quicquã præter ſingularia: ſingularia verò infinita ſunt: qui fieri poteſt, vt infinitorũ ſcientia cõparetur? Nam quatenus vnũ aliquid, atque idem, & quatenus vniuerſale quippiam eſt, eatenus omnia cognoſcimus. At verò* [c] *ſi hoc neceſſariũ eſt, & præter ſingularia aliquid eſſe oportet: neceſſe vtique fuerit, vt genera præter ſingularia exiſtant: ſiue vltima illa ſint, ſiue prima: quod paulò ante fieri non poſſe diſputando docuimus.* Tract. 2.c.7.

Præterea [d] *ſi quã maximè aliquid ſit præter ipſum totum, cùm aliquid de materia prædicabitur, vtrum, ſi qua eſt forma, oporteat præter res omnes eſſe quippiam, an præter quaſdam eſſe, præter quaſdam non eſſe, an verò præter nullam? Ac,* [e] *ſi nihil eſt præter ſingularia, nihil ſanè fuerit intelligibile, ſed omnia ſenſibilia: nullius quoque rei erit ſcientia, niſi quis ſenſum ſcientiam eſſe dicat. Præterea,* [f] *neque erit perpe*

[e] *Ac, ſi nihil.* Duabus rationibus oſtendit quidditatem, ſaltem in aliquibus ſingularibus ſenſibilibus, eſſe præter ea, quorum dicitur quidditas. Prior eſt, quia ſi nihil eſt præter ſingularia ſenſibilia, nihil erat intelligibile, atque, aut nullius rei erit ſcientia, aut ſcientia nihil differet à ſenſu, quorum vtrumque eſt abſurdiſſimum. In hac ratione ſupponit Ariſtoteles, omnia ſingularia eſſe ſenſibilia, quod non ſolùm habet probabilitatem ex quorumdam Veterum ſententia, ſed etiam videtur ſequi ex dictis Platonis, vt interim omittamus Deum. Quamquam enim ille præter ſingularia ſenſibilia ponebat Ideas, tamen non dicebat, eas eſſe res ſingulares, ſed vniuerſales.

[f] *Præterea neque erit.* Poſterior ratio eſt, quia ſi nihil eſſet præter ſingularia ſenſibilia, cùm omnia ſingularia ſint mobilia, & corruptibilia, nihil erit immobile, nihil perpetuum, quod mox probat abſurdum eſſe. Hoc etiam loco argumentatur Ariſt. ex opinione Platonis, putabat enim Plato corpora cœleſtia eſſe corruptibilia ſuaptè natura, etiam ſi Dei beneficio numquam eſſent interitura, vt patet ex Timæo, ſic enim mundi conditor alloquitur cœlos in eo libro, in- *Ratio ſecũda.* *Opinio Platonis de natura corporum cœleſtium.*

terprete

terprete Cicerone in libro de Vniuerſitate. (*Sed quoniam orti eſtis, immortales vos quidem eſſe, & indiſſolubiles non poteſtis. neutiquam tamen diſſoluemini, nec vos vlla mortis fata perment, &c.*)

Nonnulla de generatione.

g *Atſi perpetuum* Ea ratione probat abſurſurdum eſſe dicere, nihil eſſe perpetuum, quia ſi nihil eſſet perpetuum, nulla eſſet generatio. Nam vt generatio ſit, neceſſe eſt, vt tũ materia, tum etiam forma ſit perpetua. Aliter tamen, ac aliter materia quidem ſecundum identitatem numeralem: forma verò ſecundum identitatem ſpecificam, aut genericam.

ἀΐδιον οὐδὲν, οὐδὲ ἀκίνητον. τὰ γὰρ αἰσθητὰ, πάντα φθείρεται, καὶ ἐν κινήσει ἐστὶν, ἀλλὰ μὴν, εἴ γε ἀΐδιον μηδὲν ἐστιν, οὐδὲ γένεσιν εἶναι δυνατόν. ἀνάγκη [h] γὰρ εἶναί τι τὸ γιγνόμενον, καὶ ἐξ οὗ γίγνεται, καὶ τούτων τὸ ἔσχατον ἀγέννητον, εἴπερ ἵσταταί τι, καὶ ἐκ μὴ ὄντος γενέσθαι ἀδύνατον. ἔτι [i] δὲ γενέσεως οὔσης, καὶ κινήσεως, ἀνάγκη καὶ πέρας εἶναι. οὔτε [k] γὰρ ἄπειρός ἐστιν οὐδεμία κίνησις, ἀλλὰ καὶ πάσης ἐστὶ τέλος, γίνεσθαί τε [l] οὐχ οἷόν τε, τὸ ἀδύνατον γενέσθαι. τὸ [m] δὲ γεγονὸς, ἀνάγκη εἶναι, ὅτε πρῶτον γέγονεν. ἔτι δὲ, εἴπερ ὕλη ἐστὶ, διὰ τὸ ἀγέννητος εἶναι, πολὺ ἔτι μᾶλλον εὔλογον, εἶναι [n] καὶ τὴν οὐσίαν, ὁπότε ἐκείνη γίγνεται, εἶναι. εἰ [o] γὰρ μήτε τοῦτο ἔσται, μήτε ἐκείνη, οὐδὲν ἔσται τὸ παράπαν. εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἀνάγκη τι εἶναι παρὰ τὸ σύνολον, τὴν μορφὴν, καὶ τὸ εἶδος. εἰ [p] δ' αὖτις τοῦτο θήσει,

ἄπο

h *Nam & id, quod fit.* Quòd data generatione neceſſe ſit eãdem numero materiam eſſe perpetuam, ſiue ingenitam, ex eo probat, quia nec omnis materia poteſt generari ex alia atque alia priori in infinitum, nec vlla poteſt generari ex nihilo.

Nihil ad actũ perduci, niſi ab eo, quod actu ſit.

i *Præterea, cùm generatio.* Quòd data generatione neceſſe ſit, formam eamdem, ſpecie, aut genere eſſe perpetuam, duabus rationibus probat: Primùm, quia omnis generatio, & omnis motus habet finem, ſiue terminum ad quem, nihil autem producitur ad finem, ſiue ad actum, niſi ab eo, quod eſt actu: ſiue id fiat ſecundum eamdem ſpeciem, ſiue ſecundum genus idem, vt homo, qui fit ab exiſtente homine, & mus, qui generatur à mure exiſtente, aut à ſole. Cuius rationis aſſumptionem ſubandire oportet, vt faciunt Syrianus & Albertus. Deinde, quia ſi materia ante eſt, quàm ex ea quicquam generetur, magis conſentaneum eſt rationi, vt forma antè exiſtat ſecundum ſpeciem, aut genus: quando quidem vt forma communicetur, ac multiplicetur materia diſponitur, ac præparatur. Ita concludit, neceſſe eſſe fateri, tum materiam, tum formas eſſe perpetuas, quia alioqui nulla eſſet generatio, nihilque eſſet eorum, quæ gignuntur, & intereunt. Quod cùm dici nequaquam poſſit, colligit, neceſſariò dicendum eſſe, eſſentiam, & quidditatem rerum (quam vocat ſpeciem, & formam) eſſe præter ipſum totum, hoc eſt, præter id, cuius eſt quidditas, ſaltem ſeparatione alietatis, ſiue diuerſitatis ex natura rei. Id enim quod nec generatur, nec corrumpitur, ſaltem per ſe, cuiuſmodi eſt omnis quidditatis, & eſſentia, quæ primò definitione explicatur, aliqua diuerſitate, ſaltem ex natura rei, neceſſe eſt diſtinguatur ab iis, quæ per ſe generantur, & corrumpuntur, cuiuſmodi ſunt ſola indiuidua.

Materia, & forma.

Terminus generationis.

k *Etenim nec motus.* Quaſi non habeat certum finem ac terminum ſecundum ſpeciem, vt Syrianus annotat, quamquam poſſit eſſe infinitus ſecundum iterationem, vt motus cœli.

l *Nec fieri poteſt.* Hæc verba eò pertinent vt oſtendatur, omnem generationem neceſſariò habere terminum. Nam ſi terminus generationis, quod eſt eſſe rei, non poteſt dari, nec eius quidem acquiſitio, quæ appellatur, *Fieri*, dari vllo modo poteſt. Idem habes apud Auctorem 6. Phy. cap. vltimo.

m *Id autem, quod* Quòd eſſe rei ſit terminus, ex eo probat, quia neceſſe eſt, vt id, quod factum eſt, cùm primum eius generatio abſoluta, & perfecta eſt, tum primum ſit.

n *Eſſe, & ſubſtantiam.* Vtrumque verbum ſignificat hoc loco formam, alterũmque eſt additum alteri explicationis cauſa. Senſus ergo eſt: Multò magis conſen-

taneum

Digitized by Google

taneum eſt rationi, vt forma exiſtat in rerum natura, cùm materia exiſtit, perpetuò videlicet. Materia enim cùm ſit informis ex ſeſe, ſine forma exiſtere nõ poteſt. Locus ſanè erat obſcuriſſimus detracta particula ἀεὶ, qua carent omnes codices, quotquot viderim, vno excepto manuſcripto, antiquo, & probato. Nec certè aliter contextus videbatur poſſe intelligi, niſi cum dicitur ἀεὶ ἐκείνου γίνεται εἶναι, verbum εἶναι idem valeret, atque τοῦ εἶναι ἕνεκεν, vt ſentẽtia ita finiretur, *cùm illa ſit ipſius eſſe, ſiue eſſentiæ gratia*, quo pacto redderetur cauſa exiſtẽtiæ formæ ex eo, quòd ipſa ſit finis, propter quem materia exiſtit, verum hæc interpretatio dura eſt valde, præſertim cùm verbum εἶναι, non habeat propoſitum articulum.

perpetuum quicquam, neque immobile. Senſibilia enim intereunt omnia, & in motu ſunt. At [g] *ſi perpetuum nihil eſt, nec generatio eſſe poteſt. Nam* [h] *& id, quod fit, & id, ex quo fit, aliquid ſit neceſſe eſt, & eorum vltimum ingenitum eſſe, ſiquidem & datur ſtatus, & fieri non poteſt, vt quicquam ex non ente gignatur. Præterea* [i] *cùm generatio ſit, ac motus, & extremum ſit neceſſe eſt. Etenim* [k] *nec motus vllus infinitus eſt, ſed quilibet finem habet, nec* [l] *fieri poteſt, quod factum eſſe nequit: id* [m] *autem, quod eſt factum, neceſſe eſt vt ſit, cùm primùm factum eſt. Præterea, ſi materia eſt, quia ingenita eſt, multò adhuc magis rationi conſentaneum, eſt, eſſe,* [n] *& ſubſtantiã quando illa eſt, eſſe. Nã* [o] *ſi neque hæc erit, neq; illa, nihil omnino erit. Quòd ſi hoc fieri nequit, forma profectò, atque ſpecies aliquid præter ipſum totum ſit neceſſe eſt. Si* [p] *quis autẽ hoc rurſum ponat, dubita*

[o] *Nam ſi neque hæc.* Græcè eſt; εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, id eſt (*ſi enim neque hoc*) Verùm quia illud (*hoc*) refertur ad prius verbum εἶναι iuxta noſtrã lectionem, aut ad poſterius, iuxta lectionem aliorũ codicum, vt eam interpretati ſumus: vtroque autem modo ſignificatur eo verbo forma, potiùs reddimus (*hæc*) quod cæteri omnes faciunt.

Argumẽtum pro parte negatiua.

[p] *Si quis autem.* Hactenus probauit quidditatem, ſaltem in aliquibus rebus, eſſe præter ea ſingularia, quorum dicitur quidditas. Nunc oppoſitum ea ratione confirmat, quia ſi id detur, magna dubitatio exurgit, in quibus nam rebus id dicendum ſit. Perſpicuum eſt enim in omnibus dici non poſſe. Neque enim præter ſingulas domos danda eſt domus aliqua, ſiue quæ ſeparata ſit more Platonico (ſiquidem ille non agnoſcebat Ideas in rebus, quæ arte conficiuntur) ſiue quæ diſtincta ſit ex natura rei ab his parietibus, tecto, & fundamento, cùm nihil aliud ſit eſſentia domus, quàm ipſæ partes coniunctæ, & ordine diſpoſitæ, quod ſecus dicendum eſt de eſſentia, qua Socrates eſt homo, cæteriſque rerum naturalium quidditatibus.

Quæſtionis, num quidditas ſubſtantiæ materialis aliud ſit à ſubſtantia, cuius eſt quidditas, an vero in quibuſdam aliud ſit, in aliis minime, ſolutio.

Solutio quæſtionis.

Solutio huius quæſtionis in hoc poſita eſt, vt dicamus, Quidditatem quibuſdam eſſe aliud ab iis, quorum eſt quidditas, in quibuſdam autem non item. Si enim conferatur, cum iis, quibus primò conuenit, vt humanitas cum homine communi, non aliud eſt, ſed idem prorſus ex natura rei, tametſi ſolo concipiendi, ac ſignificandi modo differat. Nam humanitas ſignificatur, vt forma abſolutè: homo autẽ vt habens humanitatẽ, eodemque modo res habet in cæteris. Atque eadẽ ratione dicebat Plato ſe habere humanitatem, quæ eſt quidditas hominis, ad hominem ſeparatum. Si autem cõferatur cum iis, quibus ſecũdaria

ratione ſeu mediatè cõuenit, vt humanitas cum Socrate, aliud eſt ipſa ex natura rei, aliud vero id, cuius ipſa eſt quidditas. Nam Socrates prę ter humanitatem, quæ cõmuni definitione explicatur, aliquid neceſ ſariò includit, quo diſtinguitur à Platone, ac cęteris hominibus. Atque in his ponebat Plato, non ſolùm alietatem, ſed etiam ſeparationé realem, vt ſæpe dictũ eſt. Verùm de hac re latiùs in 7. libr. cap. 4. & 15. cum Ariſt. agẽdum eſt. Nec oportet ſoluere rationes, quas ille hoc loco pro vtraque parte affert, cum rectè cõcludãt. Quãquam enim duæ priores, quæ pro affirmatiua parte afferũtur, falſa quędam aſſumunt, iis tamen ſecũdùm Platonem poſitis, rectè efficitur, ſi nullius rei ſingularis quidditas differt ex natura rei ab ipſa re ſingulari, nihil omnino cadere poſſe ſub ſcientiam propriè dictam, quæ quidem eſt vniuerſalium, nullámque eſſentiam eſſe perpetuam, non ſolùm poſitiuè, ſed ne negatiuè quidem. Si enim eſſentiæ rerum nullo modo eſſent aliud à rebus ſingularibus corruptibilibus, omnes eſſentię corrumperentur per ſe, quemadmodum & ipſa indiuidua. Imò etiam id rectè efficitur, quod Ariſtoteles deinceps colligit, ſi nihil eſt perpetuum (id eſt, nulla eſſentia rei, quæ generatur, & corrumpitur) nec materiam, nec formã eſſe perpetuas. Etenim ſi hæ ſunt perpetuæ perpetuitate à nobis explicata, neceſſe eſt, vt eſſentiæ rerum, quæ generantur & intereunt, ſint perpetuæ eo modo quo forma eſt perpetua, ſcilicet, ſecundum identitatem ſpecificam aut genericam.

Quid cõcludant argumẽta vtriuſque partis.

ἀπορία ἐπὶ τίνων τι θήσει τοῦτο, καὶ ἐπὶ τίνων οὔ. ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ πάντων οὐχ οἷόν τε, φανερόν. οὐ γὰρ ἂν θείημεν εἶναί τινα οἰκίαν, παρὰ τὰς τινὰς οἰκίας.

Πρὸς δὲ τούτοις, πότερον ἡ οὐσία μία πάντων ἔσται, οἷον τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἄτοπον. οὐ γὰρ ἓν ἅπαντα, ὧν ἡ οὐσία μία, ἀλλὰ πολλὰ καὶ διάφορα. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄλογον. ἅμα δὲ καὶ πῶς γίγνεται ἡ ὕλη τούτων * ἕκαστον, καὶ ἔστι τὸ σύνολον ἄμφω ταῦτα; ¶ ἔτι δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν καὶ τόδε ἀπορήσειεν ἄν τις· εἰ μὲν γὰρ εἴδει εἰσὶν ἕν, οὐθὲν ἔσται ἀριθμῷ ἕν, οὐδ' αὐτὸ τὸ ἕν, καὶ τὸ ὄν. καὶ τὸ ἐπίστασθαι πῶς ἔσται, εἰ μή τι ἔσται ἓν ἐπὶ πάντων; ἀλλὰ μὴν εἰ ἀριθμῷ ἕν, καὶ μία ἑκάστη τῶν ἀρχῶν, καὶ μὴ ὥσπερ τῶν αἰσθητῶν ἄλλαι ἄλλων, οἷον τῆσδε τῆς συλλαβῆς, τῷ εἴδει τῆς αὐτῆς οὔσης, καὶ ἀρχαὶ εἴδει αἱ αὐταί. καὶ γὰρ αὗται ὑπάρχουσιν ἀριθμῷ ἕτεραι. εἰ δὲ μὴ οὕτω, ἀλλ' αἱ τῶν ὄντων ἀριθμῷ ἕν εἰσιν, οὐκ ἔσται παρὰ

Text.13.

* *Alias* ἑκάστου.

Text.14.

Diſputatio decimæ quæſtionis.

9 *Ad hæc vna ne.* Diſputat quæſtionem decimam, qua quærebatur vtrum principia, tam formalia, quàm materialia, ſint definita numero, an ſpecie ſola, hoc eſt, Num eorum, quæ ſunt diuerſa numero, ſed idem ſpecie, detur vnum tantùm numero principium formale, & vnum materiale an verò diuerſa numero, ſed vnum ſpecie. Quòd igitur non detur vnum tantùm principium formale reſpectu diuerſarum rerum eiuſdem ſpeciei duabus rationibus probatur. Prior eſt, quia hoc pacto ea, quæ ſunt multa, ac differentia eſſent vnum numero, & non eſſent vnum numero, quo nihil abſurdius. Poſterior eſt, quia materia cùm ſit diuiſa in ſingulis indiuiduis, non poſſet accipere vnam, & eamdem numero formam omnium (quod ille vocat, materiam fieri vnumquodque horum) ſiquidem eadem numero forma, non poteſt ſimul informare diuerſas totales materias, neque verò hæc ambo poſſunt conſtituere ipſum totum diuerſum numero

Argumenta pro parte negatiua.

mero in ſingulis. Itáque, aut forma vnam tantùm numero materiam informaret, aut nullam. Syrianus tamen intelligit hæc de Ideis, non de formis, quæ ſunt partes compoſitorum, ad quam expoſitionem ægrè aptari poſſunt verba Ariſtotelis.

r *Præterea, hoc etiam.* Extendit quæſtionem ad omnia principiorum genera, quæritque, Num reſpectu corũ, quæ ſunt diuerſa numero, ſed eadem ſpecie, detur in quolibet genere principiorum vnum numero principium, an verò plura numero, ſed vnum ſpecie. Probat autem priori loco, dandum eſſe vnum numero. Primum, quia ſi diuerſarum numero rerum neceſſariò diuerſa eſſent numero principia, cùm perſpicuè videamus in rerum natura res, quarum ſunt principia, eſſe diuerſas numero, nullum principiũ multarum rerum eſſet vnum numero, atque adeo, ne ipſum quidem ens, aut ipſum vnum per ſe exiſtens, quod Plato poſuit commune omnium rerum principium. Hoc autem patet falſum eſſe in Sole, qui vnus numero exiſtens multa numero effecta producit, potiorique ratione in primo mouente. Deinde, quia niſi detur aliquod vnum numero principium reſpectu eorum, quæ ſub eamdem numero ſcientiam cadere dicuntur, nulla earum erit ſcientia. Res enim ſciuntur per ſua principia: vnde effici videtur, vt quæ eadem numero ſcientia comprehenduntur, per eadem numero principia ſciantur. Vel tota probatio ad hunc modum habet, vt exponunt Syrianus, Commentator, & alij nonnulli. Si principia non ſunt vnum numero, neque principiatum erit numero vnum, quandoquidem neceſſe eſt; vt omnia, quæ ſunt in principiatis, præexiſtant in principiis. Quòd ſi nihil erit vnum numero, ſiue particulare in rerum natura, nullum dabitur vniuerſale: ex qua re fiet, vt nulla detur ſcientia, quippe cùm ſcientia ſit vniuerſalium.

Extenditur quæſtio ad omnia genera principiorum.

dubitatio exiſtit, in quibus id ponat, in quibus nõ item. Quòd enim in omnibus poni non poſſit perſpicuum eſt: neque enim domum quandam præter domos ſingulas eſſe poſuerimus.

Text.13. *Ad ꝗ hæc, vnáne omniũ erit ſubſtantia, veluti hominum? at abſurdum eſt. Neque enim vnum ſunt omnia, quorum ſubſtantia vna eſſet, ſed multa ac differentia. Sed & hoc rationi conſentaneum non eſt Simul autem, quónam pacto materia vnumquodque horum ſit, & ipſum totum hæc ambo eſt?*

Text.14. *¶ Præterea,* r *hoc etiam de principiis, quærat aliquis. Si enim ſpecie vnũ ſunt, nihil erit numero vnum, neque ipſum etiam vnum, & ipſum ens. Quo item modo erit ſcientia, niſi aliquid in omnibus vnum fuerit? At* ſ *verò ſi numero vnum ſint, & principiorũ quodque ſit vnum, non autem, vt in ſenſibilibus, alia aliorum, quo pacto huius ſyllabæ, quæ ſpecie eadẽ eſt, principia quoque eadem ſunt ſpecie (ſunt enim, & hæc numero diuerſa) ſi hoc inquam modo res non habet, ſed entium principia numero vnum ſunt, non erit præter*

ſ *At verò ſi numero.* Iam probat oppoſitum, nempe diuerſarum numero neceſſariò danda eſſe diuerſa numero principia, quemadmodum diuerſarum ſyllabarum dantur diuerſa numero elementa, etſi ſint eadem ſpecie. Nam ſi principia, non eſſent plura numero ſub eadem ſpecie, nec ea, quæ illis conſtarent, eſſent plura numero ſub ſpecie eadem. Vt ſi non eſſent multi numero characteres formæ A, neque item multi numero formæ B, vna tantùm numero ſyllaba ex eis confici poſſet, nempe vel A B, vel B A, alioqui iam eſſent multi numero characteres vtriuſque formæ. Eodémque modo, ſi quatuor vulgata eleméta, eſſent quatuor numero dumtaxat, & ex ipſis conſtaret aliquod mixtum, nullum aliud mixtum reperiri poſſet, quandoquidem illud complecteretur omnia elementa.

t *Præter elementa.* Id eſt numerus rerum, quæ conſtarent ex principiis, non excederet numerum principiorum cuiuſque generis. Vt ſi principia formalia, ex quibus conſtarent animalia, eſſent numero mille, non plura eſſent animalia, quàm mille: ſi verò vnum numero dũtaxat: vnum tantum eſſet animal numero, ſiue ſingulare. Id enim eſt ſingulare, quod eſt vnum tantùm numero, vt hic homo deſignatus, aut hoc animal, quod quidẽ multiplicari nullo modo poteſt, cùm hac ratione vniuerſali opponatur.

Singulare quid.

u *Vt ſi definita.* Aut ſupplenda eſt hoc loco ſimilitudinis accommodatio, quam forſitan Ariſt. obliuione prætermiſit: quamquam Alexander ait, hoc ab eo factum eſſe, quia perſpicua res erat, aut expungenda particula ὢν ne pẽdula ſit oratio: aut potiùs credendum, id quod facile fuit, irrepſiſſe ὢν, pro ἂν.

x *Tot omnes literas.* Hoc eſt, tot compoſitiones literarũ, ſeu (quod idem eſt) tot literas coniunctas, literæ enim ipſæ per ſe non dicuntur conſtare elementis, ſed eſſe elementa.

παρὰ t τὰ στοιχεῖα οὐδὲν ἕτερον. τὸ γὰρ ἀριθμῷ ἕν, ἢ τὸ καθ' ἕκαστον λέγειν διαφέρει οὐθέν· οὕτω γὰρ λέγομεν τὸ καθ' ἕκαστον, τὸ ἀριθμῷ ἕν· y καθόλου δὲ, τὸ ἐπὶ τούτων. ὥσπερ u * ὢν εἰ τὰ τῆς φωνῆς ἦν ἀριθμῷ ἦν στοιχεῖα ὡρισμένα, ἀναγκαῖον ἦν τοσαῦτα x εἶναι τὰ πάντα γράμματα ὅσαπερ τὰ στοιχεῖα, μὴ ὄντων γε δύο τῶν αὐτῶν, μηδὲ πλειόνων.

** Fortè ἂν, vel deeſt aliquid in fine orationis ad complendam ſententiam, vt Alexan. ait Com. 49. Text. 15.*

Οὐθενὸς δ' ἐλάττων ἀπορία παραλέλειπται καὶ τοῖς νῦν, καὶ τοῖς πρότερον, πότερον αἱ αὐταὶ τῶν φθαρτῶν, καὶ τῶν ἀφθάρτων ἀρχαί εἰσιν, ἢ ἕτεραι. εἰ z μὲν γὰρ αἱ αὐταί εἰσι, πῶς τὰ μὲν ἄφθαρτα, τὰ δὲ φθαρτά, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν; οἱ μὲν οὖν περὶ Ἡσίοδον, καὶ πάντες ὅσοι θεολόγοι, τοῦ a a μόνον ἐφρόντισαν πιθανοῦ τοῦ πρὸς αὐτούς, ἡμῶν δ' ὠλιγώρησαν. θεοὺς γὰρ ποιοῦντες τὰς ἀρχάς, καὶ ἐκ τῶν θεῶν γεγονέναι, τὰ μὴ γευσάμενα τοῦ νέκταρος, καὶ τῆς ἀμβροσίας, θνητὰ γενέσθαι φασί. δῆλον δὲ ὡς ταῦτα τὰ ὀνόματα γνώριμα λέγοντες αὑτοῖς. καίτοι περὶ αὐτῆς τῆς προφορᾶς τῶν αἰτίων τούτων ὑπὲρ b b ἡμᾶς εἰρήκασιν· εἰ μὲν γὰρ χάριν ἡδονῆς περὶ αὐτῶν θιγγάνουσιν, οὐθὲν αἴτια τοῦ εἶναι τὸ νέκταρ, καὶ ἡ ἀμβροσία. εἰ δὲ

Quæſtionis, an principia tam formalia quàm materialia ſint definita numero an ſpecie ſola, ſolutio.

Solutio quæſtionis.

SOLVTIO huius quæſtionis, quæ ab Ariſt. explicatur lib. 12. c. 4. & ſequentibus in eo poſita eſt, vt dicamus, principia interna non eſſe eadem numero comparatione diuerſorum, ſed eadem ſpecie, aut genere, aut analogia, iuxta identitatem eorum quæ illis conſtant, externa verò poſſe eſſe eadem numero. Multa enim effici poſſunt ab eodem agente numero, & propter eundem numero finem: imò verò omnia, quæ fiunt, ſunt effecta primi agentis, ac ſupremi finis, qui vnus tantùm eſt numero. Nec vero rationes adductæ huic explicationi quicquam obſtant. Primæ enim duæ concludunt, principia formalia interna diuerſarum numero rerum non poſſe eſſe eadem numero. Tertia verò oſtendit, neceſſario dandum eſſe aliquod idem numero principium diuerſarum rerum. Atque hoc modo ponebat Plato idem numero principium rerum omnium, quod appellabat ipſum ens, & ipſum vnum, quibus verbis intelligebat Deum, vt ſæpe in commentariis huius libri affirmat Syrianus. Quarta autem nihil conficit ſiquidem eadem numero ſcientia haberi poteſt de multis rebus conuenientibus

Dilutio argumentorum.

nientibus

nientibus in aliquo principio, ſeu ratione formali, quæ ſit eadem ſpecie, aut genere, aut analogia. Extrema denique hoc ſolùm concludit principia interna diuerſarum rerum, quæcumque illa ſint, non poſſe eſſe eadem numero, quod iam conceſſimus.

præter elementa quicquam aliud. Vnum enim numero, an ſingulare dicas, nihil intereſt: etenim hoc pacto ſingulare exponimus. Quod numero eſt vnum: Vniuerſale autem, quod in his. Vt [u] *ſi definita vocis elementa vnum eſſent numero: neceſſe foret, tot* [x] *omnes literas eſſe, quot elementa: quippe cùm nec duæ eadem eſſent, nec plures.*

Text. 15. *Nihilo* [y] *autem minor dubitatio, & ab his, qui hac ætate ſunt: & à ſuperioribus prætermiſſa eſt. Sintne eadem principia eorum, quæ intereunt, & eorum, quæ non intereunt, an diuerſa. Etenim* [z] *ſi eadem ſunt, quónam modo, & quam ob cauſſam alia interire nequeunt, alia caduca ſunt? Ac Heſiodo quidem, cunctiſque Theologis, id* [a a] *ſolùm curæ fuit, vt ſibi probabilia dicerent, nos autem neglexerunt. Cùm enim Deos principia faciant, & ex Diis orta eſſe cenſeant: ea, quæ nectar, & ambroſiam non deguſtarunt, mortalia facta eſſe dicunt. Perſpicuum eſt autem eos, dum hæc nomina ſibi vſurparũt, in ipſa etiam harum cauſſarum traditione ſupra* [b b] *vires noſtras dixiſſe. Nam ſi voluptatis gratia iis vtuntur, nequaquam illis, vt ſint, nectar, & ambroſia cauſſæ ſunt. Quod*

Diſputatio vndecima quæſtionis.

y *Nihilo autem minus.* Diſputat vndecimam quæſtionem, qua quærebatur, Nũ eadem eſſent principia rerum corruptibilium, & incorruptibilium, an verò diuerſa, &c. Quã quidem ait ab omnibus, tum recentiorib. cum veteribus eſſe prætermiſſam. Negat tamen Syrianus, eam eſſe à Platone prætermiſſam in Timæo, cuius etiam verba refert. Verùm Ariſtotel. propterea videtur, ne Platonem quidem excepiſſe, quia Plato non reddidit in Timæo cauſſam immortalitatis rerũ cæleſtium ex earum principiis, quod erat Philoſophi proprium, ſed ex diuina voluntate, vt patet ex eo loco.

Argumentum partis negatiuæ.

z *Etenim ſi eadem.* Hac vna ratione probat, non eſſe eadem principia omnium, Quia ſi eſſent eadem nulla poſſet ratio afferri, cur aliæ res interirent, aliæ verò eſſent ſempiternæ. Nam quòd Heſiodus Poëta, & alij, qui res theologicas, atque huius ſcientiæ proprias, fabularum inuolucro contexerunt, eas demum res voluerunt eſſe ſempiternas, quæ nectar, & ambroſiam Deorum deguſtaſſent, reliquas verò caducas, ac mortales remanſiſſe: quamuis forſitan aliquid nobis occultum ſignificet, quod probabile ſit, tamen ſi id, quod apertè dicunt, expendatur, friuolum valde, & abſque vlla ratione dictum eſt. Nam ſi Dij, quos illi cæterarum rerum principia eſſe dixerunt, ſunt immortales propter nectar, & ambroſiam, quibus vtuntur, aut id habent, quia illis vtantur ſolius voluptatis cauſſa, aut neceſſitatis, ſi ſolius voluptatis perſpicuum eſt nectar, & ambroſiam non illis conferre, vt ſint, quippe qui nihilominus exiſterent, ſi illis non vterentur: ſi verò neceſſitatis, ergo nutriuntur ex his, ac proinde immortales non ſunt: etenim nutritio reſtauratio eſt ſubſtantiæ amiſſæ loquitur autem Ariſtoteles de immortalitate naturali qualem Dij, ſi eſſent, habere debuiſſent.

Priſcorũ Poëtarum ratio refellitur.

Nutritio.

Cap. 2. hoc loco lect. 1. p. 4.

a a *Id ſolùm curæ fuit, vt ſibi probabilia dicerent.* Eorum philoſophandi rationem non probat Ariſtot. qui ſibi ſolis loquuntur, & fabularum, aut ænigmatum integumentis res philoſophicas occultant. De qua re in proœmio huius operis egimus.

Quid Veteres nectaris, & ambroſiæ nominibus intellexerint. D. Thom. expoſitio.

b b *Supra vires noſtras.* Agnoſcit Ariſtoteles in veteribus ſapientiam, quam ſe aſſequi non poſſe palam fatetur. Quo loco D. Thom. vt eſt omnis veritatis è tenebris eruendæ ſtudioſus, ſuſpicatur hos Theologos, nominibus nectaris, &

Digitized by Google

ambroſiæ, intellexiſſe ſummam bonitatem primi principij, cum omnis dulcedo amoris ad bonitatem aliquam, ac proinde ad ſummam bonitatem referatur. Atque hoc pacto ſignificaſſe res eas, quæ propriis participant, & quaſi deguſtant perfectionem diuinæ bonitatis, eſſe immortales quoad eſſe numerale, quæ autem remotius (quaſi eam ſolùm odorentur) non eſſe immortales, niſi quoad eſſe ſpecificum.

εἰ δὲ οὐκ εἰσί, πῶς ἂν εἶεν ἀΐδιοι δεόμενοι τροφῆς; ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν [cc] μυθικῶς σοφιζομένων, οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν.

Περὶ [dd] δὲ τῶν δι' ἀποδείξεως λεγόντων, δεῖ πυνθάνεσθαι διερωτῶντας, τί δή ποτ' ἐκ τῶν αὐτῶν ὄντα, τὰ μὲν ἀΐδια τὴν φύσιν ἐστί, τὰ δὲ φθείρεται τῶν ὄντων. ἐπεὶ δὲ οὔτε αἰτίαν λέγουσιν, οὔτε εὔλογον οὕτως ἔχειν, δῆλον, ὡς οὐχ αἱ αὐταὶ ἀρχαὶ οὐδὲ αἰτίαι ἂν αὐτῶν εἶεν. καὶ [ee] γὰρ ὅνπερ οἰηθείη λέγειν ἄν τις μάλιστα ὁμολογουμένως αὑτῷ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οὗτος ταὐτὸ πέπονθε. τίθησι μὲν γὰρ ἀρχήν τινα αἰτίαν τῆς φθορᾶς, τὸ νεῖκος. δόξειε [ff] δ' ἂν οὐθὲν ἧττον, καὶ τοῦτο γεννᾶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἑνός. ἅπαντα γὰρ ἐκ τούτου τἆλλά ἐστι, πλὴν ὁ Θεός. λέγει γοῦν, ἐξ ὧν πάντα ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἐστί, ὅσα τ' ἔσται ὀπίσω, Δενδρεά τ' ἐβλάστησε, καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες. Θῆρές τ' οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς: Κάν [gg] τε θεοὶ δολιχαίωνες. καὶ [hh] χωρὶς δὲ τούτων δῆλον. εἰ γὰρ μὴ ἦν ἐν τοῖς πράγμασιν τὸ νεῖκος, ἓν ἂν ἦν ἅπαντα, ὥς φησιν. ὅταν γὰρ συνέλθῃ, τότε ἔσχατον [ii] ἵσταται τὸ νεῖκος. Com. 50.

διὸ

[cc] *Qui fabularũ.* Alexander ſic cõtextum intelligit. Qui fabulis veritatem excludunt: cui expoſitioni alludit verſio Beſſarionis, quæ ſic habet. *Sed de iis quæ fabuloſè & ſophiſticè dicuntur*: & antiqua, quę ait: *Sed de fabuloſè ſophiſticantibus.* Non videtur tamen Ariſtoteles quicquam aliud dicere, quàm quod non ſit ſerio, & accuratè agendum cũ iis, qui res philoſophicas fabularum inuolucro contegunt, præſertim cùm proximis verbis, adeò honorificè locutus ſit de priſcis Poetis (quos etiã Theologos appellat:) vt dixerit eos ſupra vires Philoſophorũ ſuæ ipſius ætatis ſcripſiſſe. Nec certè Græci contextus verba nos cogũt, vt ſenſum illũ priorem amplectamur. Cur autem Ariſtoteles indignum ducat Philoſophi grauitate, fabularum ſignificationes ſtudioſiùs ſcrutari, ratio eſt, quia planus verborum ſenſus ridiculus nonnumquam eſt, & cuius impugnatio non doceat ſapientem: myſticus autem, & quem Poetæ ſignificare volunt eſt occultus: quo fit, vt Philoſophus fortè impugnet, quem Poeta minimè ſignificare voluit, quod ipſum non videtur carere leuitate. Alia ratio eſt de iis, qui ænigmatis vtuntur, vt Pythagorici, & eorum ſectatores Platonici. Ideo enim indignum non eſt Philoſopho eorum dicta diligentiùs expendere, quia etſi obſcuriùs loquuntur, quàm deceat eos, qui erroris occaſionem præbere non debent, non conſectantur tamen rationem ſcribendi ſpecie ipſa fabuloſam. Quòd ſi quis obiiciat, Ariſtotelem pugnare ſecum, cùm dixerit primo libro cap. 2. *Philoſophum eſſe fabularum ſtudioſum*: meminerit, non dixiſſe illum ſimpliciter, ſtudioſum fabularum, ſed quodammodo ſtudioſum, idq; quatenus Poetarum fabulæ miranda quædam continent, quæ ad Philoſophandum inuitant.

Nõ eſſe Philoſophi fabularum ſignificationes ſtudioſius perſcrutari.

[dd] *Ab iis verò, qui.* Miſſis iis, qui veritatem philoſophicam fictis fabulis occultant, tranſit ad eos, qui perſpicuè rerum cauſſas in docendo adhibent, à quibus meritò quærendum eſſe dicit, cur ex eiſdem principiis alia entia faciant caduca,

alia

alia ſempiterna. Verùm cùm illi nihil cauſſæ afferant, quod ſatis ſit, nec aliunde appareat id conſentaneum eſſe rationi, potiùs dicendum concludit, non eſſe omnium rerum eadem principia.

Quam cauſam immortalitatis quarundam rerum, Empedocles tradat.

e *Namque & Empedocli.* Ne immeritò ſuperiores Philoſophos damnare videatur, profert in medium Empedoclem, qui inter, Naturales maximè ſibi videtur conſtare. Is ergo viſus eſt rei propoſitæ hanc afferre ratio-nē: Et ſi omnia quatuor vulgatis elemētis conſtant, quædam tamen perpetuò exiſtere propter perpetuam elementorum concordiam & amicitiam: illa verò interire propter illorum cōtētionē ſiue diſcordiam. Dicebat enim, vno excepto Deo, hoc eſt, cœlo, quem Sphærū appellabat, & ſapientiſſimum eſſe dicebat, cætera omnia habere in ſua cōpoſitione admixtam diſcordiam: illum autem ſolùm ita conſtare elementis, vt ab eius cōpoſitione omnis diſcordia longè relegata eſſet. Empedoclem tamē defendit Syrianus hac in re, vt quem putet nō aliud, quàm Platonē ſenſiſſe.

Quòd ſi exiſtendi cauſa: qui fieri poteſt, vt ſempiterni ſint, cum alimento indigeant? Sed cùm ijs, qui [c c] *fabularum inuolucro philoſophantur, ſeriò agere æquum non eſt.*

Ab [d d] *ijs verò, qui demonſtratiuè diſſerunt, quærere ac ſciſcitari oportet, quid tandem cauſſa ſit, cur entium, quæ ex eiſdē conſtant, alia ſuaptè natura ſempiterna ſint, alia intereant. Cùm autem nec cauſam afferant: nec rationi conſentaneum ſit, rem ita ſe habere: perſpicuum relinquitur non eſſe eadem eorū, nec principia, nec cauſſas. Namque* [e e] *& Empedocli, quem ſibi maximè conſtare aliquis fortaſſe exiſtimet, idem accidit. Cenſet enim, principium quoddam, ipſam nimirum contentionem, corruptionis cauſſam eſſe: nihilo* [f f] *tamen minus, & hæc ex ipſo vno generare videbitur. Nam cætera, præter Deum, ex hac conſtant omnia. Ait enim.*

Omnia quotquot erunt, quot ſunt præſentia, quótque
Orta fuere ante hac, ſtirpes, hominéſque feræque,
Inde etiam volucres, nutritiq; æquore piſces,
Longæuique [g g] Dij.

Idque [h h] *etiā alioqui perſpicuū eſt. Niſi enim vna eſſet in rebus contentio, omnia, vt ait vnum eſſent. Cùm enim conueniunt, tunc vltima* [i i] *ſiſtit contentio. Ita*

Refellitur.

f f *Nihilo tamen.* Refutat cauſſam adductam ab Empedocle. Primùm, quòd in ea ſibi non conſtet. Nam cùm dicebat, diſcordiam pertinere ad compoſitionem aliarum rerum, præterquam Dei, ſiue Sphæri, eam facit generationis cauſſam. At cauſa generationis, eius ſententia, non eſt cauſa corruptionis, cùm apud illum Sphærus genitus ſit, nec tamen ſit interiturus.

g g *Longæuique Dij.* Hos Deos longæuos, non autem perpetuos, quosnam eſſe dixerit Empedocles, non ſatis conſtat. Veriſimile non eſt illum intellexiſſe eos dæmones, quorum Platonici meminerunt: quod tamen quidam volunt. Eos enim faciunt perpetuos Apuleius & Chalcidius Platonici, cùm eiſdem penè verbis definiant Dæmonem, *Animal animo patibile, mente rationale, corpore aereum, tempore æternum.* Niſi Empedocles *Longæuos* dixit, pro Aeternos (qua in re apertiùs pugnabit ſecum, cùm velit, eos quemadmodum & cætera, quæ dixerat, conſtare diſcordia) aut illi Aeternum animal dixerunt, pro Longæuo.

Apuleius in lib. de Dæmone Socratis. Chalcid. in Timæum Platonis.

h h *Idque etiam alioqui.* Hac alia ratione confirmat, diſcordiam apud Empedoclem eſſe cauſſam generationis: Quia ſi illa non eſſet, nulla daretur rerum diſtinctio, quæ planè ad generationem pertinet.

i i *Cùm enim conueniunt.* Hoc eſt, cum ea, quæ diſcordia ſiue contentione conſtant,

Digitized by Google

ſtant, per amicitiam in chaos rediguntur, atque eſſe deſinunt, tunc vltima ſiſtit contentio, id eſt, tum demum munus ſuum obire deſinit: eſt igitur contentio generationis cauſſa.

kk * *Ita fit vt.* Refutat eamdem cauſam ab Empedocle allatam, quòd in ea reddenda non rectè excluſerit à Deo, ſeu Sphæro diſcordiam, cùm illum ſapientiſſimum eſſe dixerit, & tamen alibi docuerit, ſimile ſimili inexiſtenti cognoſci, quod idem aſſerit primo de Anima, cap. 2. non ſolũ de Empedocle, ſed etiam de Platone. Ex his enim ſequitur, Sphærum eſſe minus ſapientem cęteris rebus, cum careat diſcordia, per quam aliarum rerum diſcordiã cognoſcat.

ll *Sed & illud.* Redit ad priorem refutationem, additque, non ſolum ea ratione ſibi non conſtare Empedoclem, quòd ex eius dictis ſequatur, ipſam diſcordiam generare, ſed etiam quia planè efficiatur, ipſam etiam concordiam, ſiue amicitiam eſſe cauſſam interitus. Ait enim, coeuntibus tandẽ aliquando rebus in vnum, futurum eſſe interitum rerum omnium. Excipiendus tamen videtur ſecundum Empedoclem Sphærus, vt generalis illa corruptio non ſit intelligenda, niſi de rebus inferioribus.

mm *Simul autem.* Hoc etiam obiter dãnat in opinione Empedoclis, quòd illius generalis corruptionis, quam ait neceſſariò futuram eſſe aliã cauſſam nullam reddiderit, niſi quia ita natura comparatum ſit, vt patet ex eius carminibus: in quibus res inferiores (vt videtur) facit quaſi quædam membra inferioris mundi. Quòd autem ratio illa, quia ita natura comparatum eſt, ſit inepta, ex eo patet, quia iſto modo facillimum eſſet omnium rerum cauſſam reddere.

Ineptum eſſet in ratione rerũ aſsignãda ad naturas rerum confugere.

διὸ kk καὶ συμβαίνει αὐτῷ τὸν εὐδαιμονέστατον θεὸν Text. 26. 15
* ἧττον φρόνιμον εἶναι τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ γνωρίζει * Alias. βίον.
τὰ στοιχεῖα πάντα. τὸ γὰρ νεῖκος οὐκ ἔχει. ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ. Γαίῃ μὲν γάρ (φησι) γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ, Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον, Στοργῇ δὲ στοργὴν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ. ἀλλ' ll ὅθεν δὴ ὁ λόγος, τοῦτό γε φανερὸν ὅτι συμβαίνει αὐτῷ τὸ νεῖκος, μηθὲν μᾶλλον φθορᾶς ἢ τοῦ εἶναι αἴτιον. ὁμοίως δ' οὐδ' ἡ φιλότης τοῦ εἶναι. συνάγουσα γὰρ εἰς τὸ ἕν, φθείρει τὰ ἄλλα. καὶ mm ἅμα δὲ αὐτῆς τῆς μεταβολῆς αἴτιον οὐθὲν λέγει, ἀλλ' ὅτι οὕτως πέφυκεν, Ἀλλ' ὅτε δὴ μέγα νεῖκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρέφθη, Εἰς τιμάς τ' ἀνόρουσε τελειομένοιο χρόνοιο, ὅς σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλατο ὅρκου· ὡς ἀναγκαῖον μὲν ὂν μεταβάλλειν. αἰτίαν δ' ἐξ ἀνάγκης οὐδεμίαν δηλοῖ, ἀλλ' nn ὅμως τοσοῦτόν γε μόνον λέγει ὁμολογουμένως. οὐ γὰρ τὰ μὲν φθαρτὰ τὰ δὲ ἄφθαρτα ποιεῖ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πάντα φθαρτὰ, πλὴν τῶν στοιχείων. ἡ δὲ νῦν λεγομένη ἀπορία ἐστὶ διὰ τί τὰ μὲν τὰ δ' οὔ, εἴπερ ἐκ τῶν αὐτῶν ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἂν εἴησαν αἱ αὐταὶ ἀρχαὶ, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Εἰ δὲ oo ἕτεραι ἀρχαί, μία μὲν ἀπορία, πότερον ἄφθαρτοι καὶ αὗται ἔσονται, ἢ φθαρταί. εἰ μὲν γὰρ φθαρταί, δῆλον ὡς ἀναγκαῖον καὶ ταύτας ἔκ τινων εἶναι. ἅπαντα γὰρ φθείρεται εἰς ταῦτ' ἐξ ὧν ἐστιν. ὥστε συμβαίνει τῶν ἀρχῶν ἑτέρας ἀρχὰς εἶναι προτέρας. τοῦτο δ' ἀδύνατον καὶ εἰ ἵσταται, καὶ εἰ βαδίζει εἰς ἄπειρον. ἔτι δὲ πῶς ἔσται τὰ φθαρτὰ, εἰ αἱ ἀρχαὶ ἀναιρεθήσονται; εἰ δὲ

nn *Verum.*

ii *Verùm hactenus.* In hoc tamen ſibi conſtare Empedoclem ait Ariſt. quod eùm omnium entium dicat eadem eſſe principia, quatuor inquam vulgata elementa,non aſſerat:deinde alia interire alia non item: ſed omnia omnino, præter elementa. Verum cùm hæc,ſi ſola verba ſpectentur, repugnent iis,quæ ex Empedocle recitata ſunt:ita intelligenda videntur, vt Empedocles non loquatur in hoc generali pronunciato de omnibus omnino rebus, ſed de omnibus,quæ ille aiebat cõſtare quatuor elementis, & diſcordia. Quod quidem in reprehenſionem Platonis videtur dictum, qui cùm vnitatem,& dualitatem indefinitam feciſſet principia tum hominũ ſingulorum, tum hominis ſeparati: tamẽ ita cõfeſſus eſt, illos eſſe mortales, vt diceret hunc eſſe ſempiternum, quod idem in cæteris penè rebus aſſeruit.

Quo pacto Empedocles intelligi debeat.

Ita kk *ſit,vt eius ſententia Deus,qui eſt omnium fœliciſſimus,minus,quàm cætera,ſit ſapiens: neque enim omnia elementa cognoſcit, cùm ipſam contentionem non habeat, reique ſimilis cognitio ſimili efficiatur. Sic enim inquit,*

Terra etenim terram atque vnda cognoſcimus vndam,
Sic etiam innato diuinus cernitur æther
Æthere,amore pateſcit amor,lis inuida lite.

Sed ll *& illud,vnde ſermo digreſſus eſt, eius ſententiam apertè ſequitur: Contentionem non magis,vt res intereant,quàm vt ſint,eodémque modo,neque amicitiam magis vt ſint,cauſſam eſſe. Cùm enim omnia in vnum congregat,corrumpit cætera. Simul* mm *autem ipſius mutationis cauſam nullam exponit,niſi quòd ita natura comparatum ſit. Scribit enim:*

Aſt vbi nutrita eſt ingens contentio mẽbris,
Tẽporéque exacto iuſtos repetiuit honores,
Grande, quod alterno præſcripſerat ordine, fœdus.

Vt neceſſe quidem ſit fieri mutationem ſed tamen eius neceſſitatis cauſam nullam explicet. Verùm nn *hactenus tantùm ſibi conſtat, quòd non alias res facit corruptioni obnoxias, alias à corruptione liberas, ſed omnes caducas præter elementa: nunc autem quæſtio quæ tractatur,ea eſt,cur aliæ interire poſſint,aliæ non item, ſi omnes ex eiſdem conſtant. Atque hæc dicta ſint,vt intelligatur,eadem principia eſſe non poſſe.*

Quòd oo *ſi diuerſa ſunt principia, vna dubitatio exiſtit,num & ipſa ab interitu libera ſint. Nam ſi interire poſſunt, & ipſa quoq; ex quibuſdam neceſſariò conſtare perſpicuum eſt: quippe cùm omnia in ea diſſoluãtur,ex quib.conſtant. Ex qua re efficitur,vt principiorum alia ſint priora principia: quod fieri nequit, ſiue ſtetur ſiue in infinitũ abeatur. Iam verò,quo pacto, erunt ea, quæ interire poſſunt, ſi principia tollantur? Si*

oo *Quod ſi diuerſa ſunt principia.* Hactenus, argumẽtatus eſt pro ea parte quæſtionis, quæ negat omnium rerum eſſe eadem principia, nunc oppoſitam duab. rationibus confirmat. Prior eſt, quia ſi ſunt diuerſa, aut principia corruptibilium corrumpuntur etiam aut ſunt corruptionis expertia. Si quis dicat, ea corrumpi in alia priora duobus argumentis probat,id fieri non poſſe. Vno quia cõſtarẽt ex aliis principiis, quod fieri nequit, ſiue quis dicat, deueniendum ad aliqua prima omnino, quæ non fiant ex aliis prioribus, ſed ex nihilo,ſiue in infinitum abeundum in principiis,ex quib.ſunt cõſtituta. Nã neque ex nihilo quicquã fit naturaliter, nec ex infinitis principiis aliquid cõſtare poteſt,vt ſuperiori li.patet. Altero,quia ſi omnia ponantur iam corrupta(hoc enim poni poteſt,ſi illa dicantur poſſe corrumpi) nullæ erunt res corruptibiles,quæ tamen dicuntur perpetuæ ſecundum ſpecies ſuas,quæ non exiſtunt,niſi per ſua indiuidua. Si quis autem dicat, eſſe corruptionis expertia,

Argumentum primum partis affirmatiuæ.

Species exiſtere per ſua indiuidua.

ſit, cùm manifeſtũ etiam ſit, principia incorruptibilium eſſe corruptionis expertia, difficultas iterum eadem penè redit atque ea, quæ modo tractata eſt, cur inquam, ſi omnia ſint corruptionis expertia, ex aliis fiant res ſempiternæ, ex aliis verò caducæ, & mortales.

Secundum. F *Præterea nemo.* Poſterior ratio ducitur ex auctoritate antiquorũ. Nullus enim alia fecit principia ſẽpiternorũ, alia mortaliũ, ſed omnes omnium rerũ eadẽ principia eſſe dixerunt facilè prætereuntes difficultatẽ, quæ pro affirmatiua quæſtionis parte adducta eſt, tãquam quæ leuis eſſet, & nullius momenti.

Quæſtionis num rerum corruptibilium & incorruptibilium ſint eadem principia, an vero diuerſa ſolutio.

Solutio quæſtionis. Solutio huius quæſtionis habetur lib. 12. à cap. 5. vbi docet Ariſtol. principia externa eſſe eadẽ omnium rerum, tam corruptibiliũ, quàm incorruptibiliũ, cuius oppoſitũ Manes Perſa, à quo Manichæi dicuntur turpiſſimo errore aſſeruit: interna verò, non eſſe eadem niſi ſecundum analogiam. Itémque, principia interna incorruptibilium eſſe corruptionis expertia, corruptibilium autem partim corrumpi, partim minimè. Corrumpũtur enim per accidens, quatenus deſinunt eſſe principia eius rei, quæ per ſe corrumpitur, non corrumpuntur autẽ per ſe, quaſi omnino pereant, aut in alia principia reſoluantur. *Materia, & forma.* Materia enim corruptibilium rerum, nec perit, nec reſoluitur, tametſi eſt apta ad perpetiendum, contrarióſque motus ſucceſſiuè ſuſtinendos, quæ conditio cernitur in principiis rerum incorruptibilium. *Solutio Argumentorum.* Forma autẽ, etſi perit, excepta humana: non tamen reſoluitur. Ad rationem autem, qua initio pars negatiua quæſtionis confirmata eſt, dicendum, rectè eam concludere non eſſe eadem principia interna corruptibilium & incorruptibilium. Ad eam verò, quæ adducta eſt pro parte affirmatiua, quid reſpõdendum ſit, ex dictis perſpicuum eſt. Nam cætera, quæ ex auctoritate magis, quàm ratione in hac controuerſia dicta ſunt, non videntur curanda.

εἰ δ' ἄφθαρτοι, διὰ τί ἐκ μὲν τούτων ἀφθάρτων οὐσῶν, φθαρτὰ ἔσται, ἐκ δὲ τῶν ἑτέρων ἄφθαρτα; τοῦτο γὰρ οὐκ εὔλογον, ἀλλ' ἢ ἀδύνατον, ἢ πολλοῦ λόγου δεῖται. ἔτι F F δὲ οὐδ' ἐγκεχείρηκεν οὐδεὶς ἑτέρας, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἁπάντων λέγουσιν ἀρχάς· ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀπορηθὲν ἀποτρώγουσιν, ὥσπερ τοῦτο μικρόν τι λαμβάνοντες. Text. 15.

Πάντων q q δὲ καὶ θεωρῆσαι χαλεπώτατον, καὶ πρὸς τὸ γνῶναι τἀληθὲς ἀναγκαιότατον, πότερόν ποτε τὸ ὂν, καὶ τὸ ἓν, οὐσίαι τῶν ὄντων εἰσὶ, καὶ r r ἑκάτερον αὐτῶν οὐχ ἕτερόν τι ὂν, τὸ μὲν ἓν, τὸ δὲ ὂν ἐστιν. ἢ δεῖ ζητεῖν, τί ποτ' ἔστι τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν, ὡς ὑποκειμένης ἄλλης φύσεως. οἱ μὲν γὰρ ἐκείνως, οἱ δ' οὕτως οἴονται τὴν φύσιν ἔχειν. Πλάτων μὲν γὰρ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὂν, οὐδὲ τὸ ἓν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τῆς οὐσίας ταὐτὸ ἓν εἶναι, καὶ ὄν τι. οἱ δὲ περὶ φύσεως, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ὡς s s εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων, λέγει, ὅτι τὸ ἓν ὄν ἐστι. δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν φιλίαν εἶναι. αἰτία γοῦν ἐστιν αὕτη, τοῦ ἓν εἶναι πᾶσιν. ἕτεροι δὲ πῦρ, οἱ δ' ἀέρα φασὶν εἶναι τὸ ἓν τοῦτο καὶ τὸ ὂν, ἐξ οὗ τὰ ὄντα εἶναί τε καὶ γεγονέναι. ὡς δ' αὕτως καὶ οἱ πλείω τὰ στοιχεῖα τιθέμενοι. ἀνάγκη t t γὰρ καὶ τούτοις τοσαῦτα λέγειν τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν, ὅσαπερ ἀρχὰς εἶναί φασι. Text. 16.

συμβαί

Diſputatio duodecimæ quæſtionis. q q *Omnium autem.* Diſputat quæſtionem duodecimam, qua quærebatur,

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum vnum, & ens eſſent ipſæ rerum ſubſtantiæ, ſubſtantialiáve principia: an potiùs vnitati, & entitati aliquid ſubiiceretur, quod primum principium eſſet, ac ſubſtantia rerum. Quam quæſtionem ideo ait eſſe difficillimam, quia habet pro vtraque parte grauiſſimos auctores, nec minùs probabiles rationes. Additq;, eius explicationem eſſe maximè neceſſariam, quia ex ea pendet non modò iudicium de rerum eſſentiis, ſed etiam explicatio aliarum multarũ quæſtionum, quæ erant eo tempore controuerſæ, veluti illius, Vtrum numeri ſint eſſentiæ rerum, necne, & aliarũ ſimilium.

Text. 15. *Si verò hæc interire non poſſunt, cur ex eorum aliis, cùm interitus expertia ſint, res ea conſtabunt, quæ interire poſſunt: ex aliis verò interitus expertes: hoc enim rationi conſentaneum non eſt, ſed aut fieri nequit, aut longa explicatione indiget. Præterea, [vv] nemo conatus eſt alia, atque alia principia ponere, ſed eadem omnium eſſe cuncti dicunt: primum autem illud, quod dubitatum eſt, vt exiguum quiddam ducentes, facilè deglutiunt.*

Text. 16. *Omnium [qq] autem, & ad conſiderandum difficillimum, & ad veritatem cognoſcendam maximè neceſſarium illud eſt, vtrum ens, & vnum ſubſtantiæ ſint eorum, quæ ſunt, & [rr] vtrumque eorum, non aliud quicquam exiſtens, hoc quidem vnum, illud verò ens ſit: an verò quærere oporteat, quidnam ſit ens, & vnum quaſi alia quadam natura ſubiecta ſit. Namque alij illo, alij hoc modo naturam habere exiſtimant. Plato enim, & Pythagorici non aliud quicquam, ſiue ens ſiue vnum eſſe, ſed hoc ipſum eorum naturam dicunt: quaſi ſubſtantia ſit idem vnum eſſe, & ens quoddam. Eorum autem, qui de natura diſputant, Empedocles quidem tanquam [ſſ] ad notius reuocans, exponit quidnam ſit, id, quod vnum ens eſt, hoc enim amicitiam eſſe dicere videri poteſt, quippe cùm hæc omnibus, vt vnum ſint, cauſſa ſit. Alij verò ignem, alij aërem, hoc vnum, & ens eſſe aiunt, atque ex eo ea, quæ ſunt, & eſſe, & genita eſſe. Eodémque modo ſentiunt ij, qui plura elementa ponunt: coguntur [tt] enim & hi dicere, tam multa eſſe ens, & vnum, quàm multa principia eſſe aſſerunt. Si quis*

[rr] *Et vtrumque eorum.* Sēſus eſt, & neutrum eorum de ſubiecta aliqua natura dicatur, ſed nomen vnius, accipiatur pro ſola vnitate, entis verò vocabulũ pro ſola entitate. Nam ſi illa ſignificent aliquid, quod rebus accidat, pro aliqua re ſubiecta neceſſariò accipientur, quemadmodum Album pro corpore, & Ridens pro homine. Qua quæſtione propoſita producit Ariſtoteles vtriuſque partis fautores, ſeu potiùs auctores.

[ſſ] *Tanquam ad notius.* Quoniam ea, quę proximè ſequuntur perſpicuè referuntur ad ſolum Empedoclem: non potuimus hoc loco vti verbo Latino pluralis numeri, pro Græco ſingularis, quod eſt, ἀνάγων, quod videbatur poſtulare illud verbi ſuppoſitum οἱ δὲ περὶ φύσεως, quemadmodum fecimus cap. 1. quo loco Ariſtoteles ait, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων ἔλεγον, & cap. 2. vbi dicitur, διὰ ταῦτα τῶν σοφιστῶν τινες, οἷον Ἀρίστιππος προεπηλάκιζεν αὐτά. Itaque vt ſenſum retineremus, neceſſe fuit ſolum Empedoclem ſuppoſitum verbi facere. Senſus igitur verborum Ariſtotelis hic eſt, Empedocles quidem reddit cauſſam ipſius entitatis, & vnitatis ex alio priori, nempe ex concordia, quam dicebat eſſe principium. Nam cùm idem videatur eſſe cauſa entitatis, quod eſt vnitatis & vicę verſa, concordia autem ſit cauſſa vnitatis vt inductione patet, colligebat ille, eſſe etiam entitatis. Quo loco illud ὅτι non eſt legendum coniunctim, vt ſint vna particula ὅ, τι, ſed diſiunctim, vt ſignificet Quòd quid, ſiue Quodnam, aut Quidnam: quemadmodum Latinè reddidimus. *Senſus verborum Ariſtot.*

[tt] *Coguntur enim dicere.* Quaſi dicat, coguntur enim tot ponere ſubiecta

entitatis, & vnitatis, quot ponunt earum principia, quippe cùm diſtinguant principia ab entitate, & vnitate rerum, tanquam ſubiecta ab iis, quæ illis accidunt.

Argumẽtum pro parte affirmatiua.

u u *Si quis verò.* Iam argumentatur pro opinione Platonis, & Pythagoreorum hac ratione. Aut ens, & vnum ſunt ſeparata ab indiuiduis, aut minimè: ſi non ſunt ſeparata duo ſequuntur: alterum quidem, nullum aliud vniuerſale exiſtere ſeparatum ab indiuiduis, alterum verò, nullum numerum eſſe abſtractum à rebus, ſeu ſeparatam quamdam ſubſtantiam: vtrumque autem eſt incommodum. ergo potiùs dicendum eſt eſſe ea ſeparata: at hoc dato planè ſequitur, eſſe illa ſubſtantiam rerum omnium: non eſt igitur negandum, ens, & vnum eſſe rerum ſubſtantiã. Prior pars maioris ex eo probatur, quia ens, & vnum ſunt maximè vniuerſalia, ac proinde ex omnibus vniuerſalibus maximé ſeparabilia ab indiuiduis, præſertim cùm magis vniuerſalia ſint priora natura ec anteceſſionis ordine, quo id prius dicitur, à quo non reciprocatur exiſtẽdi conſequentia. Poſterior autem probatur, quia

Vniuerſaliora eſſe priora natura minus vniuerſalibus.

συμβαίνει u u δὲ, εἰ μέν τις μὴ θήσεται εἶναί τινα οὐσίαν τὸ ἓν, καὶ τὸ ὄν, μηδὲ τῶν ἄλλων εἶναι τῶν καθόλου μηθέν· ταῦτα γάρ ἐστι καθόλου μάλιστα πάντων. εἰ δὲ μὴ ἐστί τι ἓν αὐτὸ, μηδ' αὐτὸ ὄν, σχολῇ τῶν γε ἄλλων τι ἂν εἴη παρὰ τὰ λεγόμενα καθ' ἕκαστα. ἔτι δὲ μὴ ὄντος τοῦ ἑνὸς οὐσίας, δῆλον ὅτι οὐδ' ἂν ἀριθμὸς εἴη ὡς κεχωρισμένη φύσις τις τῶν ὄντων. ὁ μὲν γὰρ ἀριθμὸς, μονάδες· ἡ δὲ μονὰς ὅπερ ἕν τί ἐστιν. εἰ δὲ ἐστί τι αὐτὸ, ἕν, καὶ αὐτὸ ὄν, ἀναγκαῖον οὐσίαν αὐτῶν εἶναι τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν. οὐ γὰρ ἕτερόν τι καθόλου κατηγορεῖται ἀλλὰ ταῦτα αὐτά.

Ἀλλὰ x x μὴν εἰ ἔσταί τι αὐτὸ ὂν, καὶ αὐτὸ ἕν. πολλὴ ἀπορία, πῶς ἔσταί τι παρὰ ταῦτα ἕτερον. λέγω δὲ, πῶς ἔσται πλείω ἑνὸς τὰ ὄντα. τὸ γὰρ ἕτερον τοῦ ὄντος, οὐκ ἔστιν. ὥστε κατὰ τὸν Παρμενίδου συμβαίνειν ἀνάγκη λόγον, ἓν ἅπαντα εἶναι τὰ ὄντα, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ὄν. ἀμφοτέρως y y δὲ δύσκολον· ἄν τε γὰρ μὴ ᾖ τὸ ἓν οὐσία, ἄν τε ᾖ τὸ αὐτὸ ἕν, ἀδύνατον τὸν ἀριθμὸν οὐσίαν εἶναι. ἐὰν μὲν οὖν μὴ ᾖ, εἴρηται πρότερον. διὸ ἐὰν δὲ ᾖ, ἡ αὐτὴ ἀπορία, καὶ περὶ τοῦ, ὄντος ἐκ z z τίνος γὰρ καὶ παρὰ τὸ ἓν ἔσται αὐτὸ, ἄλλο ἕν; ἀνάγκη γὰρ μηδὲν εἶναι. ἅπαντα δὲ τὰ ὄντα ἢ ἓν ἢ πολλὰ, ὧν ἓν ἕκαστον. ἔτι a b εἰ ἀδιαίρετον αὐτὸ τὸ ἕν

numerus abſtractus à rebus nihil aliud eſt, quàm ipſæ vnitates, quarum quælibet eſt id, quod vel maximè vnum quid eſt, ex quo fit, vt ſi vnum non ſit ſubſtantia ſeparata, neque ipſe numerus ſit ſeparata ſubſtantia, Minor probari poteſt iis rationibus, quibus Plato oſtendere conatur, Ideas eſſe, & numeros eſſe rerum eſſentias ab ipſis rebus ſeparatas. Quòd autem ſequatur, ſi ens & vnum aliquid ſunt, hoc eſt ſeparata ab indiuiduis, eſſe illa ſubſtantias omnium rerum, ex eo probat Ariſtot. quia ſi ſunt ſeparata nihil aliud eis ſubeſt, quod vniuersè de rebus omnibus dicatur, quaſi ſubiectum formalis prædicati, quemadmodum cùm homo prædicatur, de omnibus hominibus, nihil ei ſubeſt, quod de illis omnibus prædicetur quaſi ſubiectum naturæ humanæ, ſecus res habet in prædicatione albi, cui ſubeſt, corpus, quod de omnibus albis dicitur, vt ſubiectum albedinis, quod idem cernere eſt in cæteris prædicatis accidentalibus.

x x *At verò ſi ipſum.* Argumentatur pro opinione Naturalium, contra opinionem Platonis, & Pythagoreorum duabus rationibus, quarum prior hæc eſt. Si ipſum ens, & ipſum vnum ſint aliquid, id eſt, ſeparata, & quod hinc ſequitur ſint ipſa rerum eſſentia, & non aliquid, poſteriùs (quod apud Platonem rectè efficitur) quicquid fuerit præter illud ens, non erit ens, & quicquid fuerit præter illud vnum, non erit vnum, quare cùm illud ens, & illud vnum idem ſint (neque enim poſſint eſſe diuerſa) efficitur, vt omnia, quæ ſunt vnum ſint, quod concludebat Parmenides. cùm igitur hoc ſit abſurdiſſimum,

Digitized by Google

mum, potiùs dicendum eſt, ipſum ens, & ipſum vnum non eſſe ſeparata, ac proinde non eſſe ſubſtantias rerum. Hæc ratio contra ſolum Platonem concludit, vt perſpicuum eſt, nec abs re, cùm tota huius quæſtionis diſputatio propter Platonem inſtituta ſit.

y y *Vtroque autem modo difficilis res eſt.* Quoniam tota hæc diſputatio contra Platonē inſtituitur, docet Ariſtot. vtramque partē quæſtionis magnum illi negotium faceſſere, ex vtraque enim ſequitur numerum nō eſſe ſubſtantiam, quod tamen ille enixè defendere conabatur. Nam ſi vnum non ſit ſubſtantia, nec numerus erit ſubſtantia, vt paulò antè probatum eſt. Si verò ſit ſubſtantia, cùm præter illud non ſit futurum aliud vnum, neque etiam numerus erit. Nam quemadmodum præter ipſum ens, ſi ponatur ſeparatum non erit aliud ens: ſic etiā præter ipſum vnum ſeparatum, non erit aliud vnum, ex quo cum priori vno fiat numerus. Quo loco cùm Ariſtot. ait, *ſiue ſit ipſum vnum*, ſenſus eſt, ſiue vnum ſit ſubſtantia. Idem enim eſt apud Platonem eſſe ſeparatum atque eſſe ſubſtātiam, quia quicquid ſeparatim, & per ſe naturaliter exiſtit, ſubſtantia eſt.

Siquis u u *verò ipſum ens & ipſum vnum quamdam ſubſtantiam eſſe non ſtatuat: illud euenit, vt neque aliorum vniuerſalium quicquam ſit: hæc enim ſunt omnium maximè vniuerſalia. Quòd ſi nec vnum ipſum, nec ipſum ens quicquam ſit: multò minùs ex aliis quicquam erit, præter ea, quæ ſingularia dicuntur. Præterea, ſi vnum ipſum ſubſtantia non eſt: conſtat neque numerum fore, vt naturam quamdam à rebus ſeparatum. Eſt enim numerus vnitates, Vnitas autem eſt id, quod propriè vnum quid eſt. Si verò ipſum vnum, & ipſum ens aliquid eſt: neceſſe eſt eorum ſubſtantiam ens, & vnum eſſe: neque enim aliud quicquam vniuersè prædicatur, ſed hæc ipſa.*

At x x *verò, ſi ipſum ens, ac ipſum vnum aliquid ſint, magna dubitatio exiſtit, quo pacto aliquid aliud erit, præter hæc: quo inquam pacto entia erunt plura vno: id enim non eſt, quod ab ente diuerſum eſt. Ita fiet neceſſario, vt Parmenidis ratione, omnia entia vnum ſint, idque ſit ipſum ens. Vtroque* y y *autem modo difficilis res eſt. Nam ſiue vnum ſubſtantia non ſit, ſiue ſit ipſum vnum: fieri non poteſt, vt numerus ſit ſubſtantia. At ſi non ſit quidem, cur id eueniat ſuperiùs dictum eſt. Si verò ſit, eadem & de ente dubitatio occurrit. Ex* z z *quo enim, & præter ipſum vnum, aliud vnum erit? eſt enim neceſſe, vt nihil ſit omnia autem, quæ ſunt, aut vnum ſunt, aut multa, quorum quodque vnum eſt. Præterea* a b *ſi vnum ipſum indiuiſibile*

z z *Ex quo enim, &c.* Quaſi dicat, ex quo enim generabitur illud aliud vnum ſeparatum à primo vno? erit enim neceſſe, vt id, ex quo fiat, nihil ſit. Nam omne ens, aut eſt vnum, aut multa, quorum quodque eſt vnum: id autem, ex quo fiet illud vnum, non erit vnum, nec multa, quandoquidem præter primum vnum, ſupponebatur, non eſſe aliud vnum. Quod autem illud aliud vnum generari debeat, ſi ponendum eſt præter primum vnum, ex eo ipſo patet, quia non eſt primum vnum. Generabitur igitur ex nihilo, quod fieri nequit. Hoc loco verbum αὐτὸ, non eſt mente iungendum cum ἄλλο ἕν, ſed cum τὸ ἕν, quod præceſſerat. Id enim planè poſcit loci intelligentia.

a b *Præterea ſi vnum.* Poſterior ratio, quam affert pro opinione Naturalium contra Platonem, erat Zenonis Eleatæ Parmenidis diſcipuli, qui hunc in modum argumentabatur. Ipſum vnum ſeparatum ſi datur eſt omnino indiuiſibile, ergo nihil eſt: vnde ſequitur, non tantùm illud non eſſe ſubſtantiam rerum, ſed neque omnino quicquam, quod ad eas pertineat. Conſequentiam verò ex eo *Argumētum ſecundum.*

Digitized by Google

firmam putabat Zeno, quia nihil eſſe credebat, niſi quod aliquam magnitudinem haberet: quam ob cauſſam ſæpe vtebatur hoc quaſi principio, *Quod nec additum facit maius, nec detractum reddit minus, nihil eſt.* Quocirca dicebat, nihil eſſe, quod omni ex parte eſſet ens, niſi corpus, quandoquidem ſolum corpus additum, ſecundùm quamcumque dimenſionem facit maius, ſiquidem linea addita non facit maius, niſi ſecundum longitudinem, nec ſuperficies, niſi ſecundum longitudinem & latitudinẽ. Vnde ſequebatur, vnitatem abſtractam, qualem ponebat Plato, itemque punctum nihil omnino eſſe, quia nequeant rem vllã maiorem facere. Hoc loco addidimus illud (aut minùs) quòd nõ eſt in Græco, quia planè videtur librariorũ vitio excidiſſe, cùm alioqui ſententia id poſtulet, niſi ſit ridicula.

Corpus, ſuperficies & linea.

τὸ ἕν, κατὰ μὲν τὸ Ζήνωνος ἀξίωμα οὐδὲν ἂν εἴη. ὃ γὰρ μήτε προστιθέμενον, μήτε ἀφαιρούμενον ποιεῖ τι μεῖζον. * οὔ φασιν εἶναι τοῦτο τῶν ὄντων, ὡς δηλονότι ὄντος μεγέθους τοῦ ὄντος· καὶ εἰ μέγεθος, σωματικόν. τοῦτο γὰρ πάντῃ ὄν. τὰ δὲ ἄλλα πὼς μὲν προστιθέμενα, ποιήσει μεῖζον, πὼς δ' οὐδὲν, οἷον ἐπίπεδον, καὶ γραμμὴ, στιγμὴ δὲ καὶ μονὰς, οὐδαμῶς; ἀλλ' a c ἐπειδὴ * οὕτω θεωρεῖ φορτικῶς, καὶ * ἐνδέχεται εἶναι ἀδιαίρετόν τι, ὥς τε καὶ * ὄντως, καὶ πρὸς ἐκεῖνόν τιν' ἔχει ἀπολογίαν, μεῖζον μὲν οὐ ποιήσει, πλεῖον δὲ προστιθέμενον τὸ τοιοῦτον. ἀλλὰ a d πῶς δὴ ἐξ ἑνὸς τοιούτου, ἢ πλειόνων ἔσται μέγεθος; ὅμοιον γὰρ καὶ τὴν γραμμὴν ἐκ στιγμῶν εἶναι φάσκειν. ἀλλὰ μὴν, καὶ εἴ τις οὕτως ὑπολαμβάνοι, ὥστε γίνεσθαι (καθάπερ λέγουσί τινες) ἐκ τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ, καὶ ἄλλου μὴ ἑνός τινος τὸν ἀριθμὸν, οὐθὲν ἧττον ζητητέον, διὰ τί καὶ πῶς, ὅτι μὲν ἀριθμὸς, ὅτι δὲ μέγεθος ἔσται τὸ γενόμενον, εἴπερ τὸ μὴ ἓν ἡ ἀνισότης καὶ ἡ αὐτὴ φύσις

** Deeſſe videtur ἢ ἔλαττον.*

** Alias οὕτως.*

** Alij habent οὐκ ἐνδέχ.*

** Alias ὥστε.*

Contra Zenonem.

a c *Sed quoniam is.* Quia Zeno admodũ ineptè philoſobatur, ait Ariſt. eius rationẽ non modò re vera, ſiue ſimpliciter, ſed etiam ad hominem ſolui poſſe. Simpliciter quidem, ſi detur inſtantia in aliquo indiuiſibili, quod oſtendatur exiſtere in rerum natura, vt re vera exiſtit. Ad hominem verò ſi dicatur, etſi ratio entis non eſt in eo poſita, vt additum augeat, aut detractum minuat eo tamen admiſſo, nihil referre ſi indiuiſibile additum non faciat maius, ſiue non augeat magnitudinem: ſatis enim eſſe, ſi faciat plus, hoc eſt augeat multitudinem. Id enim quod nihil eſt, augere multitudinem non poteſt. Hoc etiam loco pro οὗτος θεωρεῖ videtur irrepſiſſe οὗτος θεωρεῖ, vt habent Græca exemplaria, & pro ὥστε καὶ οὕτως ſcriptum eſſe à librariis ὥστε καὶ οὕτως, quod fuit facillimum. Itaque priorem lectionem reſtituendam putamus. Expunximus autem particulam: οὐκ, vt legeretur, καὶ ἐνδέχεται, non καὶ οὐκ ἐνδέχεται id eſt, nec fieri poteſt, vt ferè habent Græca exemplaria, quia præterquam quod pugnat cum vero ſenſu huius loci, non legitur apud Alexandrum, neque ab vllo interprete vertitur.

a d *Vtrum quonam modo.* Quamquam ratio Zenonis poſteriori ſolutione facilè ſolui poteſt: addit tamen Ariſtoteles, ex ea remanere adhuc difficultatem hanc, quod etſi indiuiſibile additum faciat plus, ſeu maiorem multitudinem, atque adeo multitudinem quamlibet conſtituat, tamen videtur fieri non poſſe, vt conſtituat magnitudinem, quam tamen Plato ex vnitatibus etiam conſtitui dicebat. Perinde enim hoc abſurdum videtur, atque ſiquis lineam ex punctis conſtare aſſerat. Nam etſi detur ex vno indiuiſibili ſeparato, & quodam non vno, quod Plato vocabat tum inæqualitatem tum dualitatem indefinitam, tum etiam magnum, & paruum ex vno inquam, ipſo, vt forma, & ex non vno & materia, fieri numerum ſeparatum: tamen non videtur dicendum, ex iiſdem aliàs conſtare magnitudinem, præſertim cùm ipſum non vnum, ſiue inæqualitas apud Platonem ſemper eodem modo ſumi videatur. Quinetiam neutrum horum videtur fieri poſſe. Et quòd ex vno, & inæqua

n æqualitate fiat numerus. Et quòd ex ipſo numero iam conſtituto, & ex eadem ruſus inqualitate fiat magnitudo, vt quidam dicebant, cùm docere vellent, quomodo ex vno, & inæqualitate aliàs fieret numerus, aliàs autem magnitudo.

Quæſtionis, vtrum vnum & ens ſint ipſa rerum ſubſtantia ſubſtantiáve principia, ſolutio.

Triplex entis, & vnius acceptio.

PRO ſolutione huius quæſtionis animaduertendum eſt ens, & vnum, quod attinet ad hunc locū, tribus modis accipi poſſe. Primū pro ente & vno independente, quod eſt ſolus Deus Opt. Max. Deinde, pro ente, & vno tranſcendentibus. Poſtremò, ens quidem pro quantitate continua quæ quidem eſt immediatè vna vnitate numerali (ſubſtantia enim mediante quantitate continua, ſibi vēdicat huiuſmodi vnitatem) vnū verò, pro vnitate numerali. Si ergo ens, & vnum ſumantur primo modo, dicendū eſt, eſſe quidē vtrūque ſeparatum ab omni materia, atque adeo ab omni, vt ita dicam, potentialitate, cùm vtrumque ſit actus purus: verùm non eſſe ſubſtantiam, & quidditatem omnium rerum, ſed cauſſam exēplarem, & efficientem omnium quidditatum dependentiū, vt Ariſt. docebit lib. 12. Si autem ſumatur ſecundo modo, eſſe quidem ſubſtantiā, ſiue eſſentiā omnium rerum, vt idem docebit libro ſeq. ſed tamen non eſſe ſeparata à rebus ſingulis. Nulla enim res habet formaliter eſſentiam per aliquid à ſe ſeparatū, ſed tantùm efficienter, aut imitatiuè. Si denique ſumatur tertio modo, neutrū eſſe ſubſtātiam omniū rerum, ſed potiùs ambo accidere ſubſtantiis corporeis, quibus ſolis accidit numerari eo genere numeri.

Solutio quæſtionis.

Vnū trāſcendens quid.

indiuiſibile eſt, nihil ſanè erit, Zenonis ſententia. Quod enim, neque additum, neque detractum maius aliquid facit, aut minus, id in entibus non numerat qua ſcilicet, ipſum ens magnitudo ſit, & ſi magnitudo, corporeum quid: hac enim omni ex parte ens eſt: cætera verò modo quidem aliquo facient maius, alio verò non item, veluti planum, ac linea facient: punctus verò, & vnitas nequaquam. Sed [a c] *quoniam is ineptè rem conſiderat, fieriq; poteſt, vt ſi aliquid indiuiſibile: hinc efficitur, vt & re vera, & ad illum reſponſio aliqua adhiberi poſſit. Id enim, ſi addatur, maius quidem non faciet, ſed tamen faciet plus. Verùm* [a d] *quonam modo ex eiuſmodi vno aut pluribus magnitudo conſtabit? id enim ſimile eſt, atque ſi lineam ex punctis conſtare dicas. Quòd ſi quis ita ſentiat, vt numerum, quemadmodum nonnulli dicunt, ex ipſo vno, & ex alio quodam non vno fieri velit: nihilominus quærendum eſt, cur, & quomodo id, quod fit, nunc quidem numerus, nunc autem magnitudo exiſtat, ſiquidem non vnum inæqualitas erat, atque eadem*

Dilutio argumentorum vtriuſque partis.

Cur Plato rerum eſſentias numeros fecerit.

EX his facilè ſolui poſſunt rationes propoſitæ pro vtraque quæſtionis parte. Ratio enim pro opinione Platonis adducta nihil efficit. Exiſtimat enim Plato, ſeparationem entis, & vnius eſſe neceſſariam, vt ens, & vnum ſint ipſa rerum omnium ſubſtantia, ſiue quidditas, quod negamus, cùm potiùs contrà dicendum ſit. Ac prior quidem ratio pro opinione Naturalium rectè concludit cōtra ſolum Platonē, vt eo loco diximus, poſterior autem ab ipſo Ariſtotele ſoluta eſt. Cur autē Plato putaue

putauerit eſſentias rerum dependentium à primo ente, & primo vno, eſſe numeros, non ſatis conſtat. Sed tamen D. Thomas credit, eius rei cauſam fuiſſe, quia Plato non diſtinxit vnitatem tranſcendentem à numerali. Vnde cùm vnitas tranſcedens non diſtinguatur ab eſſentiis rerum, ſiue ſimplicium, ſiue compoſitarum, quarum eſt vnitas, tamquã aliquid, quod illis ſuperadditum ſit: hinc fit, vt quemadmodũ res omnes dependentes à Deo habent in ſuis eſſentiis aliquam cõpoſitionem entitatũ, ſic ille dixerit, omnes eas habere cõpoſitionem vnitatũ, & quod hinc ſequitur, omnes earum eſſentias eſſe numeros. Quod autẽ Plato dixit, non modò numeros, ſed etiam magnitudines ex vnitatibus conſtare (id quod Ariſtoteles ad finem capitis impugnat) ſic accipiẽdum videtur, vt nomine numerorum intelligat ſpecies magnitudinem autem, indiuidua, quæ ſub iis continentur, & ex materia deſignata conſtant. Ita fit vt, cùm Platonici dicunt, inæqualitatem cum vnitate conſtituere numeros inæqualitatis nomine intelligant naturam potentialem generis, nomine autem vnitatis differentiam: cùm autem volunt, magnitudines conſtare numero, & inæqualitate, rurſus nomine inæqualitatis intelligant naturam potentialem materiæ, quæ ſuſceptis ſimilitudinibus numerorum, ſiue formarum ſeparatarum euadit in alia, atque alia indiuidua. Itaque non eodem modo accipiunt inæqualitatem in vtraque compoſitione, etſi eodem modo eam accipere videantur.

Quo pacto intellexerit magnitudines conſtare vnitatibus.

τὴ φύσις ἦν. οὔτε γὰρ ὅπως ἐξ ἑνὸς, καὶ ταύτης, οὔτε ὅπως ἐξ ἀριθμοῦ τινος, καὶ ταύτης γένοιτ' ἂν τὰ μεγέθη, δῆλον.

Πότερον οἱ ἀριθμοὶ, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὰ ἐπίπεδα, καὶ αἱ στιγμαὶ οὐσίαι τινές εἰσιν.

ΚΕΦ. Ε'.

Τούτων [a] δ' ἐχομένη ἀπορία, πότερον οἱ ἀριθμοὶ, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὰ ἐπίπεδα, καὶ αἱ στιγμαὶ, οὐσίαι τινες εἰσὶν, ἢ οὔ. εἰ [b] γὰρ μή εἰσι, διαφεύγει τί τὸ ὂν, καὶ τίνες αἱ οὐσίαι τῶν ὄντων. τὰ μὲν γὰρ πάθη, καὶ αἱ κινήσεις, καὶ τὰ πρός τι, καὶ αἱ διαθέσεις, καὶ οἱ λόγοι, οὐδενὸς δοκοῦσιν οὐσίαν σημαίνειν. λέγονται γὰρ πάντα καθ' ὑποκειμένου τινὸς, καὶ οὐδὲν τόδε τι. ἃ δ' ἂν μάλιστα δόξειε σημαίνειν οὐσίαν ὕδωρ, καὶ γῆ, καὶ πῦρ, * ἐξ ὧν τὰ σύνθετα σώματα συνέστηκε. τούτων [c] δὲ θερμότητες μὲν, καὶ ψυχρότητες, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη, οὐκ οὐσίαι: τὸ δὲ σῶμα τὸ ταῦτα πεπονθὸς, μόνον ὑπομένει, ὡς ὄν τι, καὶ οὐσία τις οὖσα. ἀλλὰ [d] μὴν τό γε σῶμα ἧττον οὐσία τῆς ἐπιφανείας, καὶ αὕτη τῆς γραμμῆς, καὶ αὕτη τῆς μονάδος, καὶ τῆς στιγμῆς. Text 17.

* *Alias* καὶ ἀήρ.

CAPITIS QVINTI EXPLANATIO.

Diſputatio quæſtionis 16.

Cohæret [a] *autem* Diſputat in hoc capite quæſtionem decimam ſextam, qua quærebatur, vtrum entia mathematica eſſent ſubſtantiæ rerum, nec ne? Quam quidem non ideo dicit cohærere cum iis, quæ dicta ſunt, quòd

Digitized by Google

quòd proximè propoſita ſit poſt eam quæſtionem, quæ modò diſputata eſt: ſed quia cùm in ſuperiori actum ſit de vno, an ſit rerum ſubſtantia: proximè videtur ſequi, vt idem quæratur de cæteris entibus mathematicis.

[b] *Si enim non ſunt?* Argumentatur pro affirmatiua parte quæſtionis, ac primùm ea ratione probat, corpus eſſe ſubſtantiam rerum, quia cætera omnia vidētur eſſe accidētia illius, & dici de illo, vt de ſubiecto inhæſionis, atque in eodem manēte alia aliis ſuccedere. Poſſent hoc loco nomine Rationum intelligi proportiones, quæ ſunt relationes quædam relationum, niſi vocarētur, ἀναλογίαι, & iam nomine eorũ, quæ ſunt ad aliquid, cõprehenſæ eſſent. Vetus interpres Pro verbo λόγοι, reddidit, *Orationes*, quo nomine D. Thomas vocales intelligit. Alexander ait Ariſtotelem nomine, τῶν λόγων, ſignificaſſe *Numeros*. Magis placet ſignificaſſe conceptus rerum, quos hic vocat Auērois, *intellecta*. Illud etiam animaduerte, ideo fortaſſe prætermiſsũ eſſe hoc loco aērē in enumeratione elemētorum, quia eſt omnium minimè ſenſibilis. Vnde fit, vt credat vulgus, medium interiectum inter aquam, & cœlum eſſe vacuum, vt de quibuſdam dicitur 4. Phyſ. libr. capue 6. tametſi vetus quidam codex habet ἀήρ: Denique cùm audis (*corpora compoſita*) intellige mixta: quod dictum eſt ad differentiam ſimplicium corporum.

Primum argumētum pro parte affirmatiua.

dem natura. Neque enim apertum eſt, quo pacto ex vno atque hac, neque item, quomodo ex hac, & quodam numero magnitudines fieri poſſint.

Sint ne numeri & corpora, & plana, atque puncta ſubſtantiæ quædam necne.

CAPVT V.

Text.17. *COheret [a] autē his dubitatio ea, vtrum numeri, corpora, plana, atque puncta, ſint quædam ſubſtantiæ, necne. Si [b] enim nõ ſunt, fugit nos ſanè, quid ſit ens, quæq; ſint rerũ ſubſtantiæ. Etenim paſſiones, ac motus, ea item, quæ ſunt ad aliquid, diſpoſitionesq;, ac rationes, nullius rei ſubſtantiam videntur ſignificare: quippe cùm omnia dicantur de ſubiecto aliquo, nihilque eorum ſit hoc aliquid. Quæ autem maximè videri poſſunt ſignificare ſubſtãtiam, ſunt aqua, terra, & ignis, ex quib. corpora cõpoſita cõſtant: quorũ [c] calores, frigora, & huiuſmodi affectiones, nõ ſunt ſubſtãtiæ: corpus verò, quod hæc patitur, ſolùm permanet, vt quod aliquid ſit, & quædã ſubſtãtia exiſtens. Quinetiam [d] corpus minùs ſubſtantia eſt, quàm ſuperficies, & hæc, quàm linea, atque hæc, quàm vnitas, & punctus,*

[c] *Quorum calores.* Quaſi dicat, Cùm hæc maximè videantur ſignificare hoc aliquid, ſiue ſubſtantiam, nec videātur primò diſtingui, niſi per qualitates primas, primæ autem qualitates non ſint ſubſtantiæ, efficitur, vt ſolum corpus, cui illa inſunt, ſubſtantia ſit.

[d] *Quinetiam corpus.* Probat ſuperficiem lineam, & punctum (qui hoc loco explicationis gratia dicitur vnitas, quòd definiri ſoleat, *Vnitas poſitionem habens*) eſſe etiam ſubſtantias. Nam corpus (inquit) quod probatum eſt eſſe ſubſtantiam, minùs ſubſtantia eſt, quàm ſuperficies: & ſuperficies, quàm linea: & hæc, quàm punctus. Quod duabus rationibus probat. Primùm, quia quæ poſterius commemorata ſunt, ponuntur in definitionibus priorum, nempe punctum in definitione lineæ, & linea in definitione ſuperficiei, & hæc in definitione corporis: quæ autem in definitione ponuntur, cùm ſint principia, & cauſſæ ſubſtantiæ rei, ſunt magis ſubſtantiæ, quàm res quæ definitur. Deinde, quia quæ ſunt poſteriùs commemo-

Secundum.

Superficies, linea, punctus.

Digitized by Google

ſtant, per amicitiam in chaos rediguntur, atque eſſe deſinunt, tunc vltima ſiſtit contentio, id eſt, tum demum munus ſuum obire deſinit: eſt igitur contentio generationis cauſſa.

kk *Ita fit vt.* Refutat eamdem cauſam ab Empedocle allatam, quòd in ea reddenda non rectè excluſerit à Deo, ſeu Sphæro diſcordiam, cùm illum ſapientiſſimum eſſe dixerit, & tamen alibi docuerit, ſimile ſimili inexiſtenti cognoſci, quod idem aſſerit primo de Anima, cap. 2. non ſolũ de Empedocle, ſed etiam de Platone. Ex his enim ſequitur, Sphærum eſſe minus ſapientem cæteris rebus, cum careat diſcordia, per quam aliarum rerum diſcordiã cognoſcat.

ll *Sed & illud.* Redit ad priorem refutationem, additque, non ſolum ea ratione ſibi non conſtare Empedoclem, quòd ex eius dictis ſequatur, ipſam diſcordiam generare, ſed etiam quia planè efficiatur, ipſam etiam concordiam, ſiue amicitiam eſſe cauſſam interitus. Ait enim, coeuntibus tandẽ aliquando rebus in vnum, futurum eſſe interitum rerum omnium. Excipiendus tamen videtur ſecundum Empedoclem Sphærus, vt generalis illa corruptio non ſit intelligenda, niſi de rebus inferioribus.

mm *Simul autem.* Hoc etiam obiter dãnat in opinione Empedoclis, quòd illius generalis corruptionis, quam ait neceſſariò futuram eſſe aliã cauſſam nullam reddiderit, niſi quia ita natura comparatum ſit, vt patet ex eius carminibus: in quibus res inferiores (vt videtur) facit quaſi quædam membra inferioris mundi. Quòd autem ratio illa, quia ita natura comparatum eſt, ſit inepta, ex eo patet, quia iſto modo facillimum eſſet omnium rerum cauſſam reddere.

Ineptum eſſet in ratione rerũ aſſignãda ad naturas rerum confugere.

διὸ kk καὶ συμβαίνει αὐτῷ τὸν εὐδαιμονέστατον * ἧττον φρόνιμον εἶναι τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ γνωρίζει τὰ στοιχεῖα πάντα. τὸ γὰρ νεῖκος οὐκ ἔχει. ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ. Γαίῃ μὲν γάρ (φησι) γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ᾽ ὕδωρ, Αἰθέρι δ᾽ αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον, Στοργῇ δὲ στοργήν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ. ἀλλ᾽ ll ὅθεν δὴ ὁ λόγος, τοῦτό γε φανερὸν ὅτι συμβαίνει αὐτῷ τὸ νεῖκος, μηθὲν μᾶλλον φθορᾶς ἢ τοῦ εἶναι αἴτιον. ὁμοίως δ᾽ οὐδ᾽ ἡ φιλότης τοῦ εἶναι. συνάγουσα γὰρ εἰς τὸ ἕν, φθείρει τὰ ἄλλα. καὶ mm ἅμα δὲ αὐτῆς τῆς μεταβολῆς αἴτιον οὐθὲν λέγει, ἀλλ᾽ ὅτι οὕτως πέφυκεν, Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ μέγα νεῖκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρέφθη, Εἰς τιμάς τ᾽ ἀνόρουσε τελειομένοιο χρόνοιο, ὅς σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλατο ὅρκου· ὡς ἀναγκαῖον μὲν ὂν μεταβάλλειν. αἰτίαν δ᾽ ἐξ ἀνάγκης οὐδεμίαν δηλοῖ, ἀλλ᾽ nn ὅμως τοσοῦτόν γε μόνον λέγει ὁμολογουμένως. οὐ γὰρ τὰ μὲν φθαρτὰ τὰ δὲ ἄφθαρτα ποιεῖ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πάντα φθαρτά, πλὴν τῶν στοιχείων. ἡ δὲ νῦν λεγομένη ἀπορία ἐστὶ διὰ τί τὰ μὲν τὰ δ᾽ οὔ, εἴπερ ἐκ τῶν αὐτῶν ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἂν εἴησαν αἱ αὐταὶ ἀρχαί, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Text. 26. 15

* Aliter βίον.

Εἰ δὲ oo ἕτεραι ἀρχαί, μία μὲν ἀπορία, πότερον ἄφθαρτοι καὶ αὐταὶ ἔσονται, ἢ φθαρταί. εἰ μὲν γὰρ φθαρταί, δῆλον ὡς ἀναγκαῖον καὶ ταύτας ἔκ τινων εἶναι. ἅπαντα γὰρ φθείρεται εἰς ταῦτ᾽ ἐξ ὧν ἐστιν. ὥστε συμβαίνει τῶν ἀρχῶν ἑτέρας ἀρχὰς εἶναι προτέρας. τοῦτο δ᾽ ἀδύνατον καὶ εἰ ἵσταται, καὶ εἰ βαδίζει εἰς ἄπειρον. ἔτι δὲ πῶς ἔσται τὰ φθαρτά, εἰ αἱ ἀρχαὶ ἀναιρεθήσονται; εἰ δὲ

nn *Verum.*

Digitized by Google

ii *Verùm hactenus.* In hoc tamen ſibi conſtare Empedoclem ait Ariſt. quod cùm omnium entium dicat eadem eſſe principia, quatuor inquam vulgata elementa, non aſſerat: deinde alia interire alia non item: ſed omnia omnino, præter elementa. Verum cùm hæc, ſi ſola verba ſpectentur, repugnent iis, quæ ex Empedocle recitata ſunt: ita intelligenda videntur, vt Empedocles non loquatur in hoc generali pronunciato de omnibus omnino rebus, ſed de omnibus, quæ ille aiebat cõſtare quatuor elementis, & diſcordia. Quod quidem in reprehenſionem Platonis videtur dictum, qui cùm vnitatem, & dualitatem indefinitam feciſſet principia tum hominũ ſingulorum, tum hominis ſeparati: tamẽ ita cõfeſſus eſt, illos eſſe mortales, vt diceret hunc eſſe ſempiternum, quod idem in cæteris penè rebus aſſeruit.

Quo pacto Empedocles intelligi debeat.

Ita kk *ſit, vt eius ſententia Deus, qui eſt omnium fœliciſſimus, minus, quàm cætera, ſit ſapiens: neque enim omnia elementa cognoſcit, cùm ipſam contentionem non habeat, reique ſimilis cognitio ſimili efficiatur. Sic enim inquit,*

Terra etenim terram atque vnda cognoſcimus vndam,
Sic etiam innato diuinus cernitur æther
Æthere, amore pateſcit amor, lis inuida lite.

Sed ll *& illud, vnde ſermo digreſſus eſt, eius ſententiam apertè ſequitur: Contentionem non magis, vt res intereant, quàm vt ſint, eodémque modo, neque amicitiam magis vt ſint, cauſſam eſſe. Cùm enim omnia in vnum congregat, corrumpit cætera. Simul* mm *autem ipſius mutationis cauſam nullam exponit, niſi quòd ita natura comparatum ſit. Scribit enim:*

Aſt vbi nutrita eſt ingens contentio mẽbris,
Tẽporéque exacto iuſtos repetiuit honores,
Grande, quod alterno præſcripſerat ordine, fœdus.

Vt neceſſe quidem ſit fieri mutationem ſed tamen eius neceſſitatis cauſam nullam explicet. Verùm nn *hactenus tantum ſibi conſtat, quòd non alias res facit corruptioni obnoxias, alias à corruptione liberas, ſed omnes caducas præter elementa: nunc autem quæſtio quæ tractatur, ea eſt, cur aliæ interire poſſint, aliæ non item, ſi omnes ex eiſdem conſtant. Atque hæc dicta ſint, vt intelligatur, eadem principia eſſe non poſſe.*

Quòd oo *ſi diuerſa ſunt principia, vna dubitatio exiſtit, num & ipſa ab interitu libera ſint. Nam ſi interire poſſunt, & ipſa quoq; ex quibuſdam neceſſariò conſtare perſpicuum eſt: quippe cum omnia in ea diſſoluãtur, ex quib. conſtant. Ex qua re efficitur, vt principiorum alia ſint priora principia: quod fieri nequit, ſiue ſtetur ſiue in infinitũ abeatur. Iam verò, quo pacto, erunt ea, quæ interire poſſunt, ſi principia tollantur? Si*

oo *Quod ſi diuerſa ſunt principia.* Hactenus, argumẽtatus eſt pro ea parte quæſtionis, quæ negat omnium rerum eſſe eadem principia, nunc oppoſitam duab. rationibus confirmat. Prior eſt, quia ſi ſunt diuerſa, aut principia corruptibilium corrumpuntur etiam aut ſunt corruptionis expertia. Si quis dicat, ea corrumpi in alia priora duobus argumentis probat, id fieri non poſſe. Vno quia cõſtarẽt ex aliis principiis, quod fieri nequit, ſiue quis dicat, deueniendum ad aliqua prima omnino, quæ non fiant ex aliis prioribus, ſed ex nihilo, ſiue in infinitum abeundum in principiis, ex quib ſunt cõſtituta. Nã neque ex nihilo quicquã fit naturaliter, nec ex infinitis principiis aliquid cõſtare poteſt, vt ſuperiori li. patet. Altero, quia ſi omnia ponantur iam corrupta (hoc enim poni poteſt, ſi illa dicantur poſſe corrumpi) nullæ erunt res corruptibiles, quæ tamen dicuntur perpetuæ ſecundum ſpecies ſuas, quæ non exiſtunt, niſi per ſua indiuidua. Si quis autem dicat, eſſe corruptionis expertia,

Argumentum primum partis affirmatiuæ.

Species exiſtere per ſua indiuidua.

ſit, cùm manifeſtũ etiam ſit, principia incorruptibilium eſſe corruptionis expertia, difficultas iterum eadem penè redit atque ea, quæ modò tractata eſt, cur inquam, ſi omnia ſint corruptionis expertia, ex aliis fiant res ſempiternæ, ex aliis verò caducæ, & mortales.

Secundum. F *Præterea nemo.* Poſterior ratio ducitur ex auctoritate antiquorũ. Nullus enim alia fecit principia ſẽpiternorũ, alia mortaliũ, ſed omnes omnium rerũ eadẽ principia eſſe dixerunt facilè prætereuntes difficultatẽ, quæ pro affirmatiua quæſtionis parte adducta eſt, tãquam quæ leuis eſſet, & nullius momenti.

Text. 15. εἰ δὲ ἄφθαρτοι, διὰ τί ἐκ μὲν τούτων ἀφθάρτων οὐσῶν, φθαρτὰ ἔσται, ἐκ δὲ τῶν ἑτέρων ἄφθαρτα; τοῦτο γὰρ οὐκ εὔλογον, ἀλλ' ἢ ἀδύνατον, ἢ πολλοῦ λόγου δεῖται. ἔτι F F δὲ οὐδ' ἐγκεχείρηκεν οὐδεὶς ἑτέρας, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἁπάντων λέγουσιν ἀρχάς· ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀπορηθὲν ἀποτρώγουσιν, ὥσπερ τοῦτο μικρόν τι λαμβάνοντες.

Text. 16. Πάντων Q Q δὲ καὶ θεωρῆσαι χαλεπώτατον, καὶ πρὸς τὸ γνῶναι τἀληθὲς ἀναγκαιότατον, πότερόν ποτε τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν, οὐσίαι τῶν ὄντων εἰσί, καὶ E E ἑκάτερον αὐτῶν οὐχ ἕτερόν τι ὄν, τὸ μὲν ἕν, τὸ δὲ ὄν ἐστιν. ἢ δεῖ ζητεῖν, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ὡς ὑποκειμένης ἄλλης φύσεως. οἱ μὲν γὰρ ἐκείνως, οἱ δ' οὕτως οἴονται τὴν φύσιν ἔχειν. Πλάτων μὲν γὰρ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὄν, οὐδὲ τὸ ἕν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τῆς οὐσίας ταὐτὸ ἓν εἶναι, καὶ ὄν τι. οἱ δὲ περὶ φύσεως, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ὡς f f εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων, λέγει, ὅτι τὸ ἓν ὄν ἐστι. δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν φιλίαν εἶναι. αἰτία γοῦν ἐστιν αὕτη, τοῦ ἓν εἶναι πᾶσιν. ἕτεροι δὲ πῦρ, οἱ δ' ἀέρα φασὶν εἶναι τὸ ἓν τοῦτο καὶ τὸ ὄν, ἐξ οὗ τὰ ὄντα εἶναί τε καὶ γεγονέναι. ὡς δ' αὔτως καὶ οἱ πλείω τὰ στοιχεῖα τιθέμενοι. ἀνάγκη I I γὰρ καὶ τούτοις τοσαῦτα λέγειν τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ὅσασπερ ἀρχὰς εἶναί φασι. συμβαί

Quæſtionis num rerum corruptibilium & incorruptibilium ſint eadem principia, an vero diuerſa ſolutio.

Solutio quæſtionis. Solutio huius quæſtionis habetur lib. 12. à cap. 5. vbi docet Ariſtol. principia externa eſſe eadẽ omnium rerum, tam corruptibiliũ, quàm incorruptibiliũ, cuius oppoſitũ Manes Perſa, à quo Manichæi dicuntur turpiſſimo errore aſſeruit: interna verò, non eſſe eadem niſi ſecundum analogiam. Itémque, principia interna incorruptibilium eſſe corruptionis expertia, corruptibilium autem partim corrumpi, partim minimè. Corrumpũtur enim per accidens, quatenus deſinunt eſſe principia eius rei, quæ per ſe corrumpitur, non corrumpuntur autẽ per ſe, quaſi omnino pereant, aut in alia

Materia, & forma. principia reſoluantur. Materia enim corruptibilium rerum, nec perit,

Solutio Argumentorum. nec reſoluitur, tametſi eſt apta ad perpetiendum, contrarióſque motus ſucceſſiuè ſuſtinendos, quæ conditio cernitur in principiis rerum incorruptibilium. Forma autẽ, etſi perit, excepta humana: non tamen reſoluitur. Ad rationem autem, qua initio pars negatiua quæſtionis confirmata eſt, dicendum, rectè eam concludere non eſſe eadem principia interna corruptibilium & incorruptibilium. Ad eam verò, quæ adducta eſt pro parte affirmatiua, quid reſpõdendum ſit, ex dictis perſpicuum eſt. Nam cætera, quæ ex auctoritate magis, quàm ratione in hac controuerſia dicta ſunt, non videntur curanda.

Diſputatio duodecimæ quæſtionis. Q Q *Omnium autem.* Diſputat quæſtionem duodecimam, qua quærebatur, Vtrum

Digitized by Google

Vtrum vnum, & ens eſſent ipſæ rerum ſubſtantiæ, ſubſtantialiáve principia: an potiùs vnitati, & entitati aliquid ſubiiceretur, quod primum principium eſſet, ac ſubſtantia rerum. Quam quæſtionem ideo ait eſſe difficillimam, quia habet pro vtraque parte grauiſſimos auctores, nec minùs probabiles rationes. Additq;, eius explicationem eſſe maximè neceſſariam, quia ex ea pendet non modò iudicium de rerum eſſentiis, ſed etiam explicatio aliarum multarū quæſtionum, quæ erant eo tempore controuerſæ, veluti illius, Vtrum numeri ſint eſſentiæ rerum, necne, & aliarū ſimilium.

Text. 15. *Si verò hæc interire non poſſunt, cur ex eorum aliis, cùm interitus expertia ſint, res ea conſtabunt, quæ interire poſſunt: ex aliis verò interitus expertes: hoc enim rationi conſentaneum non eſt, ſed aut fieri nequit, aut longa explicatione indiget. Præterea,* ¶ ¶ *nemo conatus eſt alia, atque alia principia ponere, ſed eadem omnium eſſe cuncti dicunt: primum autem illud, quod dubitatum eſt, vt exiguum quiddam ducentes, facilè deglutiunt.*

Text. 16. *Omnium* ¶ ¶ *autem, & ad conſiderandum difficillimum, & ad veritatem cognoſcendam maximè neceſſarium illud eſt, vtrum ens, & vnum ſubſtantiæ ſint eorum, quæ ſunt, &* †† *vtrumque eorum, non aliud quicquam exiſtens, hoc quidem vnum, illud verò ens ſit: an verò quærere oporteat, quidnam ſit ens, & vnum quaſi alia quadam natura ſubiecta ſit. Namque alij illo, alij hoc modo naturam habere exiſtimant. Plato enim, & Pythagorici non aliud quicquam, ſiue ens ſiue vnum eſſe, ſed hoc ipſum eorum naturam dicunt: quaſi ſubſtantia ſit idem vnum eſſe, & ens quoddam. Eorum autem, qui de natura diſputant, Empedocles quidem tanquam* ſſ *ad notius reuocans, exponit quidnam ſit, id, quod vnum ens eſt, hoc enim amicitiam eſſe dicere videri poteſt, quippe cùm hæc omnibus, vt vnum ſint, cauſſa ſit. Alij verò ignem, alij aërem, hoc vnum, & ens eſſe aiunt, atque ex eo ea, quæ ſunt, & eſſe, & genita eſſe. Eodémque modo ſentiunt ij, qui plura elementa ponunt: coguntur* †† *enim & hi dicere, tam multa eſſe ens, & vnum, quàm multa principia eſſe aſſerunt.*

Si quis

†† *Et vtrumque eorum.* Sēſus eſt, & neutrum eorum de ſubiecta aliqua natura dicatur, ſed nomen vnius, accipiatur pro ſola vnitate, entis verò vocabulū pro ſola entitate. Nam ſi illa ſignificent aliquid, quod rebus accidat, pro aliqua re ſubiecta neceſſariò accipientur, quemadmodum Album pro corpore, & Ridens pro homine. Qua quæſtione propoſita producit Ariſtoteles vtriuſque partis fautores, ſeu potiùs auctores.

ſſ *Tanquam ad notius.* Quoniam ea, quę proximè ſequuntur perſpicuè referuntur ad ſolum Empedoclem: non potuimus hoc loco vti verbo Latino pluralis numeri, pro Græco ſingularis, quod eſt, *ἀνάγων*, quod videbatur poſtulare illud verbi ſuppoſitum *οἱ δὲ περὶ φύσεως*, quemadmodum fecimus cap. 1. quo loco Ariſtoteles ait, *οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων ἔλεγον*, & cap. 2. vbi dicitur, *διὰ ταῦτα τῶν σοφιστῶν τινες, οἷον Ἀρίστιππος προεπηλάκιζεν αὐτά.* Itaque vt ſenſum retineremus, neceſſe fuit ſolum Empedoclem ſuppoſitum verbi facere. Senſus igitur verborum Ariſtotelis hic eſt, Empedocles quidem reddit cauſſam ipſius entitatis, & vnitatis ex alio priori, nempe ex concordia, quam dicebat eſſe principium. Nam cùm idem videatur eſſe cauſa entitatis, quod eſt vnitatis & vice verſa, concordia autem ſit cauſſa vnitatis vt inductione patet, colligebat ille, eſſe etiam entitatis. Quo loco illud ὅτι non eſt legendum coniunctim, vt ſint vna particula ὅ, τι, ſed diſiunctim, vt ſignificet Quòd quid, ſiue Quodnam, aut Quidnam: quemadmodum Latinè reddidimus. *Senſus verborum Ariſtot.*

†† *Coguntur enim dicere.* Quaſi dicat, coguntur enim tot ponere ſubiecta

entitatis, & vnitatis, quot ponunt earum principia, quippe cùm diſtinguant principia ab entitate, & vnitate rerum, tanquam ſubiecta ab iis, quæ illis accidunt.

Argumētum pro parte affirmatiua.

u u *Si quis verò.* Iam argumentatur pro opinione Platonis, & Pythagoreorum hac ratione. Aut ens, & vnum ſunt ſeparata ab indiuiduis, aut minimè: ſi non ſunt ſeparata duo ſequuntur: alterum quidem, nullum aliud vniuerſale exiſtere ſeparatum ab indiuiduis, alterum verò, nullum numerum eſſe abſtractum à rebus, ſeu ſeparatam quamdam ſubſtantiam: vtrumque autem eſt incommodum. ergo potiùs dicendum eſt eſſe ea ſeparata: at hoc dato planè ſequitur, eſſe illa ſubſtantiam rerum omnium: non eſt igitur negandum, ens, & vnum eſſe rerum ſubſtantiā. Prior pars maioris ex eo probatur, quia ens, & vnum ſunt maximè vniuerſalia, ac proinde ex omnibus vniuerſalibus maximé ſeparabilia ab indiuiduis, præſertim cùm magis vniuerſalia ſint priora natura eo anteceſſionis ordine, quo id prius dicitur, à quo non reciprocatur exiſtēdi conſequentia. Poſterior autem probatur, quia numerus abſtractus à rebus nihil aliud eſt, quàm ipſæ vnitates, quarum quælibet eſt id, quod vel maximè vnum quid eſt, ex quo fit, vt ſi vnum non ſit ſubſtantia ſeparata, neque ipſe numerus ſit ſeparata ſubſtantia, Minor probari poteſt iis rationibus, quibus Plato oſtendere conatur, Ideas eſſe, & numeros eſſe rerum eſſentias ab ipſis rebus ſeparatas. Quòd autem ſequatur, ſi ens & vnum aliquid ſunt, hoc eſt ſeparata ab indiuiduis, eſſe illa ſubſtantias omnium rerum, ex eo probat Ariſtot. quia ſi ſunt ſeparata nihil aliud eis ſubeſt, quod vniuerſè de rebus omnibus dicatur, quaſi ſubiectum formalis prædicati, quemadmodum cùm homo prædicatur, de omnibus hominibus, nihil ei ſubeſt, quod de illis omnibus prædicetur quaſi ſubiectum naturæ humanæ, ſecus res habet in prædicatione albi, cui ſubeſt, corpus, quod de omnibus albis dicitur, vt ſubiectum albedinis, quod idem cernere eſt in cæteris prædicatis accidentalibus.

Vniuerſaliora eſſe priora natura minùs vniuerſalibus.

συμβαίνει u u δὲ, εἰ μέν τις μὴ θήσεται εἶναί τινα οὐσίαν τὸ ἓν, καὶ τὸ ὄν, μηδὲ τῶν ἄλλων εἶναι τῶν καθόλου μηθέν· ταῦτα γάρ ἐστι καθόλου μάλιστα πάντων. εἰ δὲ μὴ ἐστί τι ἓν αὐτὸ, μηδ᾽ αὐτὸ ὄν, σχολῇ τῶν γε ἄλλων τι ἂν εἴη παρὰ τὰ λεγόμενα καθ᾽ ἕκαστα. ἔτι δὲ μὴ ὄντος τοῦ ἑνὸς οὐσίας, δῆλον ὅτι οὐδ᾽ ἂν ἀριθμὸς εἴη ὡς κεχωρισμένη φύσις τις τῶν ὄντων. ὁ μὲν γὰρ ἀριθμὸς, μονάδες· ἡ δὲ μονὰς ὅπερ ἕν τί ἐστιν. εἰ δ᾽ ἐστί τι αὐτὸ, ἓν, καὶ αὐτὸ ὄν, ἀναγκαῖον οὐσίαν αὐτῶν εἶναι τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν. οὐ γὰρ ἕτερόν τι καθόλου κατηγορεῖται ἀλλὰ ταῦτα αὐτά.

Ἀλλὰ x x μὴν εἰ ἔσται τι αὐτὸ ὄν, καὶ αὐτὸ ἕν. πολλὴ ἀπορία, πῶς ἔσται τι παρὰ ταῦτα ἕτερον. λέγω δὲ, πῶς ἔσται πλείω ἑνὸς τὰ ὄντα. τὸ γὰρ ἕτερον τοῦ ὄντος, οὐκ ἔστιν. ὥστε κατὰ τὸν Παρμενίδου συμβαίνειν ἀνάγκη λόγον, ἓν ἅπαντα εἶναι τὰ ὄντα, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ὄν. ἀμφοτέρως y y δὲ δύσκολον· ἄν τε γὰρ μὴ ᾖ τὸ ἓν οὐσία, ἄν τε ᾖ τὸ αὐτὸ ἕν, ἀδύνατον τὸν ἀριθμὸν οὐσίαν εἶναι. ἐὰν μὲν οὖν μὴ ᾖ, εἴρηται πρότερον. διὸ ἐὰν δὲ ᾖ, ἡ αὐτὴ ἀπορία, καὶ περὶ τοῦ ὄντος. ἐκ z z τίνος γὰρ καὶ παρὰ τὸ ἓν ἔσται αὐτὸ, ἄλλο ἕν; ἀνάγκη γὰρ μηδὲν εἶναι. ἅπαντα δὲ τὰ ὄντα ἢ ἓν ἢ πολλὰ, ὧν ἓν ἕκαστον. ἔτι a b εἰ ἀδιαίρετον αὐτὸ

τὸ ἓν

y y *At verò ſi ipſum.* Argumentatur pro opinione Naturalium, contra opinionem Platonis, & Pythagoreorum duabus rationibus, quarum prior hæc eſt. Si ipſum ens, & ipſum vnum ſint aliquid, id eſt, ſeparata, & quod hinc ſequitur ſint ipſa rerum eſſentia, & non aliquid, poſteriùs (quod apud Platonem rectè efficitur) quicquid fuerit præter illud ens, non erit ens, & quicquid fuerit præter illud vnum, non erit vnum, quare cùm illud ens, & illud vnum idem ſint (neque enim poſſant eſſe diuerſa) efficitur, vt omnia, quæ ſunt vnum ſint, quod concludebat Parmenides, cùm igitur hoc ſit abſurdiſſimum,

mum, potiùs dicendum eſt, ipſum ens, & ipſum vnum non eſſe ſeparata, ac proinde non eſſe ſubſtantias rerum. Hæc ratio contra ſolum Platonem concludit, vt perſpicuum eſt, nec abs re, cùm tota huius quæſtionis diſputatio propter Platonem inſtituta ſit.

yy *Vtroque autem modo difficilis res eſt.* Quoniam tota hæc diſputatio contra Platonē inſtituitur, docet Ariſtot. vtramque partē quæſtionis magnum illi negotium faceſſere, ex vtraque enim ſequitur numerum nō eſſe ſubſtantiam, quod tamen ille enixè defendere conabatur. Nam ſi vnum non ſit ſubſtantia, nec numerus erit ſubſtantia, vt paulò antè probatum eſt. Si verò ſit ſubſtantia, cùm præter illud non ſit futurum aliud vnum, neque etiam numerus erit. Nam quemadmodum præter ipſum ens, ſi ponatur ſeparatum non erit aliud ens: ſic etiā præter ipſum vnum ſeparatum, non erit aliud vnum, ex quo cum priori vno fiat numerus. Quo loco cùm Ariſtot. ait, *ſiue ſit ipſum vnum*, ſenſus eſt, ſiue vnum ſit ſubſtantia. Idem enim eſt apud Platonem eſſe ſeparatum atque eſſe ſubſtātiam, quia quicquid ſeparatim, & per ſe naturaliter exiſtit, ſubſtantia eſt.

Siquis uu *verò ipſum ens & ipſum vnum quamdam ſubſtantiam eſſe non ſtatuat: illud euenit, vt neque aliorum vniuerſalium quicquam ſit: hæc enim ſunt omnium maximè vniuerſalia. Quod ſi nec vnum ipſum, nec ipſum ens quicquam ſit: multò minùs ex aliis quicquam erit, præter ea, quæ ſingularia dicuntur. Præterea, ſi vnum ipſum ſubſtantia non eſt: conſtat neque numerum fore, vt naturam quamdam à rebus ſeparatam. Eſt enim numerus vnitates, Vnitas autem eſt id, quod propriè vnum quid eſt. Si verò ipſum vnum, & ipſum ens aliquid eſt: neceſſe eſt eorum ſubſtantiam ens, & vnum eſſe: neque enim aliud quicquam vniuersè prædicatur, ſed hæc ipſa.*

At xx *verò, ſi ipſum ens, ac ipſum vnum aliquid ſint, magna dubitatio exiſtit, quo pacto aliquid aliud erit, præter hæc: quo inquam pacto entia erunt plura vno: id enim non eſt, quod ab ente diuerſum eſt. Ita fiet neceſſario, vt Parmenidis ratione, omnia entia vnum ſint, idque ſit ipſum ens. Vtroque* yy *autem modo difficilis res eſt. Nam ſiue vnum ſubſtantia non ſit, ſiue ſit ipſum vnum: fieri non poteſt, vt numerus ſit ſubſtantia. At ſi non ſit quidem, cur id eueniat ſuperiùs dictum eſt. Si verò ſit, eadem & de ente dubitatio occurrit. Ex* zz *quo enim, & præter ipſum vnum, aliud vnum erit? eſt enim neceſſe, vt nihil ſit omnia autem, quæ ſunt, aut vnum ſunt, aut multa, quorum quodque vnum eſt. Præterea* ab *ſi vnum ipſum indiuiſibile*

zz *Ex quo enim, &c.* Quaſi dicat, ex quo enim generabitur illud aliud vnum ſeparatum à primo vno? erit enim neceſſe, vt id, ex quo fiat, nihil ſit. Nam omne ens, aut eſt vnum, aut multa, quorum quodque eſt vnum: id autem, ex quo fiet illud vnum, non erit vnum, nec multa, quandoquidem præter primum vnum, ſupponebatur, non eſſe aliud vnum. Quod autem illud aliud vnum generari debeat, ſi ponendum eſt præter primum vnum, ex eo ipſo patet, quia non eſt primum vnum. Generabitur igitur ex nihilo, quod fieri nequit. Hoc loco verbum *αὐτὸ*, non eſt mente iungendum cum *ἄλλο ἕν*, ſed cum *τὸ ἕν*, quod præceſſerat. Id enim planè poſcit loci intelligentia.

ab *Præterea ſi vnum.* Poſterior ratio, quam affert pro opinione Naturalium contra Platonem, erat Zenonis Eleatæ Parmenidis diſcipuli, qui hunc in modum argumentabatur. Ipſum vnum ſeparatum ſi datur eſt omnino indiuiſibile, ergo nihil eſt: vnde ſequitur, non tantùm illud non eſſe ſubſtantiam rerum, ſed neque omnino quicquam, quod ad eas pertineat. Conſequentiam verò ex eo *Argumētum ſecundum.*

Digitized by Google

firmam putabat Zeno, quia nihil eſſe credebat, niſi quod aliquam magnitudinem haberet: quam ob cauſſam ſæpe vtebatur hoc quaſi principio, *Quod nec additum facit maius, nec detractum reddit minus, nihil eſt.* Quocirca dicebat, nihil eſſe, quod omni ex parte eſſet ens, niſi corpus, quandoquidem ſolum corpus additum, ſecundùm quamcumque dimenſionem facit maius, ſiquidem linea addita non facit maius, niſi ſecundum longitudinem, nec ſuperficies, niſi ſecundum longitudinem & latitudinẽ. Vnde ſequebatur, vnitatem abſtractam, qualem ponebat Plato, itemque punctum nihil omnino eſſe, quia nequeant rem vllã maiorem facere. Hoc loco addidimus illud (aut minùs) quòd nõ eſt in Græco, quia planè videtur librariorũ vitio excidiſſe, cùm alioqui ſententia id poſtulet, niſi ſit ridicula.

Corpus, ſuperficies & linea.

τὸ ἕν, κατὰ μὲν τὸ Ζήνωνος ἀξίωμα οὐδὲν ἂν εἴη, ὃ γὰρ μήτε προστιθέμενον, μήτε ἀφαιρούμενον ποιεῖ τι μεῖζον.* οὔ φασιν εἶναι τοῦτο τῶν ὄντων, ὡς δηλονότι ὄντος μεγέθους τοῦ ὄντος· καὶ εἰ μέγεθος, σωματικόν. τοῦτο γὰρ πάντῃ ὄν. τὰ δὲ ἄλλα πῶς μὲν προστιθέμενα, ποιήσει μεῖζον, πῶς δ' οὐδὲν, οἷον ἐπίπεδον, καὶ γραμμὴ, στιγμὴ δὲ καὶ μονὰς, οὐδαμῶς; ἀλλ' [a c] ἐπειδὴ * αὐτὸς θεωρεῖ φορτικῶς, καὶ * ἐνδέχεται εἶναι ἀδιαιρετόν τι, ὥς τε καὶ * ὄντως, καὶ πρὸς ἐκεῖνόν τιν' ἔχει ἀπολογίαν, μεῖζον μὲν οὐ ποιήσει, πλεῖον δὲ προστιθέμενον τὸ τοιοῦτον. ἀλλὰ [a d] πῶς δὴ ἐξ ἑνὸς τοιούτου ἢ πλειόνων ἔσται μέγεθος; ὅμοιον γὰρ καὶ τὴν γραμμὴν ἐκ στιγμῶν εἶναι φάσκειν. ἀλλὰ μὴν, καὶ εἴ τις οὕτως ὑπολαμβάνοι, ὥστε γίνεσθαι (καθάπερ λέγουσί τινες) ἐκ τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ, καὶ ἄλλου μὴ ἑνός τινος τὸν ἀριθμὸν, οὐθὲν ἧττον ζητητέον, διὰ τί καὶ πῶς, ὅτε μὲν ἀριθμὸς, ὅτε δὲ μέγεθος ἔσται τὸ γενόμενον, εἴπερ τὸ μὴ ἓν ἡ ἀνισότης καὶ ἡ αὐτὴ φύσις

* *Deeſſe videtur* ἢ ἔλαττον.

* *Alias* οὗτος.

* *Alij habent* οὐκ ἐνδέχ.

* *Alias* οὕτως.

Contra Zenonem.

[a c] *Sed quoniam is.* Quia Zeno admodũ ineptè philoſobatur, ait Ariſt. eius rationẽ non modò re vera, ſiue ſimpliciter, ſed etiam ad hominem ſolui poſſe. Simpliciter quidem, ſi detur inſtantia in aliquo indiuiſibili, quod oſtendatur exiſtere in rerum natura, vt re vera exiſtit. Ad hominem verò ſi dicatur, etſi ratio entis non eſt in eo poſita, vt additum augeat, aut detractum minuat eo tamen admiſſo, nihil referre ſi indiuiſibile additum non faciat maius, ſiue non augeat magnitudinem: ſatis enim eſſe, ſi faciat plus, hoc eſt augeat multitudinem. Id enim quod nihil eſt, augere multitudinem non poteſt. Hoc etiam loco pro αὐτὸς θεωρεῖ videtur irrepſiſſe οὗτος θεωρεῖ, vt habent Græca exemplaria, & pro ὥστε καὶ ὄντως ſcriptum eſſe à librariis ὥς τε καὶ οὕτως, quod fuit facillimum. Itaque priorem lectionem reſtituendam putamus. Expunximus autem particulam: οὐκ, vt legeretur, καὶ ἐνδέχεται, non καὶ οὐκ ἐνδέχεται id eſt, nec fieri poteſt, vt ferè habent Græca exemplaria, quia præterquam quod pugnat cum vero ſenſu huius loci, non legitur apud Alexandrum, neque ab vllo interprete vertitur.

[a d] *Vtrum quonam modo.* Quamquam ratio Zenonis poſteriori ſolutione facilè ſolui poteſt: addit tamen Ariſtoteles, ex ea remanere adhuc difficultatem hanc, quod etſi indiuiſibile additum faciat, plus, ſeu maiorem multitudinem, atque adeo multitudinem quamlibet conſtituat, tamen videtur fieri non poſſe, vt conſtituat magnitudinem, quam tamen Plato ex vnitatibus etiam conſtitui dicebat. Perinde enim hoc abſurdum videtur, atque ſiquis lineam ex punctis conſtare aſſerat. Nam etſi detur ex vno indiuiſibili ſeparato, & quodam non vno, quod Plato vocabat tum inæqualitatem tum dualitatem indefinitam, tum etiam magnum, & paruum ex vno inquam, ipſo, vt forma, & ex non vno & materia, fieri numerum ſeparatum: tamen non videtur dicendum, ex iiſdem aliàs conſtare magnitudinem, præſertim cùm ipſum non vnum, ſiue inæqualitas apud Platonem ſemper eodem modo ſumi videatur. Quinetiam neutrum horum videtur fieri poſſe. Et quòd ex vno, & inæqua

n æqualitate fiat numerus. Et quòd ex ipſo numero iam conſtituto, & ex eadem rurſus inqualitate fiat magnitudo, vt quidam dicebant, cùm docere vellent, quomodo ex vno, & inæqualitate aliàs fieret numerus, aliàs autem magnitudo.

Quæſtionis, vtrum vnum & ens ſint ipſa rerum ſubſtantia ſubſtantiáve principia, ſolutio.

PRO ſolutione huius quæſtionis animaduertendum eſt ens, & vnum, quod attinet ad hunc locũ, tribus modis accipi poſſe. Primũ pro ente & vno independente, quod eſt ſolus Deus Opt. Max. Deinde, pro ente, & vno tranſcendentibus. Poſtremò, ens quidem pro quantitate continua quæ quidem eſt immediatè vna vnitate numerali (ſubſtantia enim mediante quantitate continua, ſibi vẽdicat huiuſmodi vnitatem) vnũ verò, pro vnitate numerali. Si ergo ens, & vnum ſumantur primo modo, dicendũ eſt, eſſe quidẽ vtrũque ſeparatum ab omni materia, atque adeo ab omni, vt ita dicam, potentialitate, cùm vtrumque ſit actus purus: verùm non eſſe ſubſtantiam, & quidditatem omnium rerum, ſed cauſſam exẽplarem, & efficientem omnium quidditatum dependentiũ, vt Ariſt. docebit lib. 12. Si autem ſumatur ſecundo modo, eſſe quidem ſubſtantiã, ſiue eſſentiã omnium rerum, vt idem docebit libro ſeq. ſed tamen non eſſe ſeparata à rebus ſingulis. Nulla enim res habet formaliter eſſentiam per aliquid à ſe ſeparatũ, ſed tantùm efficienter, aut imitatiuè. Si denique ſumatur tertio modo, neutrũ eſſe ſubſtãtiam omniũ rerum, ſed potiùs ambo accidere ſubſtantiis corporeis, quibus ſolis accidit numerari eo genere numeri.

Triplex entis, & vnius acceptio.

Solutio quæſtionis.

Vnũ trãſcendens quid.

indiuiſibile eſt, nihil ſanè erit, Zenonis ſententia. Quod enim, neque additum, neque detractum maius aliquid facit, aut minus, id in entibus non numerat quæ ſcilicet, ipſum ens magnitudo ſit, & ſi magnitudo, corporeum quid: hac enim omni ex parte ens eſt: cætera verò modo quidem aliquo facient maius, alio verò non item, veluti planum, ac linea facient: punctus verò, & vnitas nequaquam. Sed [a c] *quoniam is ineptè rem conſiderat, fieriq́; poteſt, vt ſi aliquid indiuiſibile: hinc efficitur, vt & re vera, & ad illum reſponſio aliqua adhiberi poſſit. Id enim, ſi addatur, maius quidem non faciet, ſed tamen faciet plus. Verùm* [a d] *quonam modo ex eiuſmodi vno aut pluribus magnitudo conſtabit? id enim ſimile eſt, atque ſi lineam ex punctis conſtare dicas. Quòd ſi quis ita ſentiat, vt numerum, quemadmodum nonnulli dicunt, ex ipſo vno, & ex alio quodam non vno fieri velit: nihilominus quærendum eſt, cur, & quomodo id, quod fit, nunc quidem numerus, nunc autem magnitudo exiſtat, ſiquidem non vnum inæqualitas erat, atque eadem*

Ex his facilè ſolui poſſunt rationes propoſitæ pro vtraque quæſtionis parte. Ratio enim pro opinione Platonis adducta nihil efficit. Exiſtimat enim Plato, ſeparationem entis, & vnius eſſe neceſſariam, vt ens, & vnum ſint ipſa rerum omnium ſubſtantia, ſiue quidditas, quod negamus, cùm potiùs contrà dicendum ſit. Ac prior quidem ratio pro opinione Naturalium rectè concludit cõtra ſolum Platonẽ, vt eo loco diximus, poſterior autem ab ipſo Ariſtotele ſoluta eſt. Cur autẽ Plato putaſſe

Dilutio argumentorum vtriuſque partis.

Cur Plato rerum eſſentias numeros fecerit.

Digitized by Google

quòd proximè propoſita ſit poſt eam quæſtionem, quæ modò diſputata eſt: ſed quia cùm in ſuperiori actum ſit de vno, an ſit rerum ſubſtantia: proximè videtur ſequi, vt idem quæratur de cæteris entibus mathematicis.

a *Si enim non ſunt?* Argumentatur pro affirmatiua parte quæſtionis, ac primùm ea ratione probat, corpus eſſe ſubſtantiam rerum, quia cætera omnia videntur eſſe accidētia illius, & dici de illo, vt de ſubiecto inhæſionis, atque in eodem manēte alia aliis ſuccedere. Poſſent hoc loco nomine Rationum intelligi proportiones, quæ ſunt relationes quædam relationum, niſi vocarētur, *ἀναλογίαι*, & iam nomine eorū, quæ ſunt ad aliquid, cōprehenſæ eſſent. Vetus interpres Pro verbo *λόγος*, reddidit, *Orationes*, quo nomine D. Thomas vocales intelligit. Alexander ait Ariſtotelem nomine, *τῶν λόγων*, ſignificaſſe *Numeros*. Magis placet ſignificaſſe conceptus rerum, quos hic vocat Auērois, *intellecta*. Illud etiam animaduerte, ideo fortaſſe prætermiſsū eſſe hoc loco aērē in enumeratione elemētorum, quia eſt omnium minimè ſenſibilis. Vnde fit, vt credat vulgus, medium interiectum inter aquam, & cœlum eſſe vacuum, vt de quibuſdam dicitur 4. Phyſ. libr. caput 6. tametſi vetus quidam codex habet *καὶ ἀὴρ*: Denique cùm audis (*corpora compoſita*) intellige mixta: quod dictum eſt ad differentiam ſimplicium corporum.

Primum argumētum pro parte affirmatiua.

dem natura. Neque enim apertum eſt, quo pacto ex vno atque hac, neque item, quomodo ex hac, & quodam numero magnitudines fieri poſſint.

Sint ne numeri & corpora, & plana, atque puncta ſubſtantiæ quædam necne.

CAPVT V.

Text. 17. *COharet a autē his dubitatio ea, vtrum numeri, corpora, plana, atque puncta, ſint quædam ſubſtantiæ, necne. Si b enim nō ſunt, fugit nos ſanè, quid ſit ens, quæq; ſint rerū ſubſtantiæ. Etenim paſſiones, ac motus, ea item, quæ ſunt ad aliquid, diſpoſitionesq;, ac rationes, nullius rei ſubſtantiam videntur ſignificare: quippe cùm omnia dicantur de ſubiecto aliquo, nihilque eorum ſit hoc aliquid. Quæ autem maximè videri poſſunt ſignificare ſubſtātiam, ſunt aqua, terra, & ignis, ex quib. corpora cōpoſita cōſtant: quorū c calores, frigora, & huiuſmodi affectiones, nō ſunt ſubſtātiæ: corpus verò, quod hæc patitur, ſolùm permanet, vt quod aliquid ſit, & quædā ſubſtātia exiſtens. Quinetiam d corpus minùs ſubſtantia eſt, quàm ſuperficies, & hæc, quàm linea, atque hæc, quàm vnitas, & punctus,*

c *Quorum calores.* Quaſi dicat, Cùm hæc maximè videantur ſignificare hoc aliquid, ſiue ſubſtantiam, nec videātur primò diſtingui, niſi per qualitates primas, primæ autem qualitates non ſint ſubſtantiæ, efficitur, vt ſolum corpus, cui illa inſunt, ſubſtantia ſit.

d *Quinetiam corpus.* Probat ſuperficiem lineam, & punctum (qui hoc loco explicationis gratia dicitur vnitas, quòd definiri ſoleat, *Vnitas poſitionem habens*) eſſe etiam ſubſtantias. Nam corpus (inquit) quod probatum eſt eſſe ſubſtantiam, minùs ſubſtantia eſt, quàm ſuperficies: & ſuperficies, quàm linea: & hæc, quàm punctus. Quod duabus rationibus probat. Primùm, quia quæ poſterius commemorata ſunt, ponuntur in definitionibus priorum, nempe punctum in definitione lineæ, & linea in definitione ſuperficiei, & hæc in definitione corporis: quæ autem in definitione ponuntur, cùm ſint principia, & cauſſæ ſubſtantiæ rei, ſunt magis ſubſtantiæ, quàm res quæ definitur. Deinde, quia quæ ſunt poſteriùs commemo-

Secundum.

Superficies, linea, punctus.

rata, ſunt naturæ ordine priora ſuperioribus, cùm poſſint eſſe ſine illis, non autem illa ſine ipſis: at quæ ſunt naturæ ordine priora, magis ſubſtantiæ ſunt, quippe cùm ſubſtantia naturæ ordine ſit primum ens. Quod autem ait, ea quæ poſterius commemorata ſunt, poſſe exiſtere ſine ſuperioribus, vel ſecundum Platonem dictum eſt (nam cùm ſine ſuperioribus intelligi poſſint, poterunt etiam iuxta Platonicam conſequentiam, ſine illis exiſtere) vel quia id non implicat contradictionem. Fortè enim id vidit Ariſtoteles, tametſi putauerit, nullam eſſe potētiam in rerum natura, quæ id facere poſſit.

Contra dictionem non implicat accidentia eſſe ſine ſubiecto.

[e] *Cætera verò.* Non quidem ſuperficies, lineas, & puncta, quæ ſunt principia corporis: ſed qualitates, relationes, & alia omnia, quæ corpore poſteriora ſunt.

[f] *Poſteriores autem.* Pythagorici, nimirū, & Platonici. Quare etiam ſecundum hos entia mathematica erunt ſubſtantiæ rerum, nihilque remanebit in quæſtione, quod ſaltem ex auctoritate, pro affirmatiua parte probatū nō ſit.

Argumentum primum partis negatiuæ.

[g] *At verò, vt,* probat partem negatiuam ex eo, Quia ſuperficies, lineæ, & pūcta, quę magis videntur ſubſtantiæ, quàm corpus, vt dictum eſt, non ſunt re vera ſubſtātiæ. Quod quidem quatuor rationibus probat. Prima eſt, quia in nullo corpore ſenſibili reperiuntur, eo nimirum pacto, quo conſiderantur à Mathematicis, quo tamen ſolo dicuntur principia corporis, vt præcedit omnes qualitates ſenſibiles.

μῆς. τούτοις γὰρ ὥρισθαι τὸ σῶμα· καὶ τὰ μὲν ἄνευ σώματος ἐνδέχεσθαι δοκεῖ εἶναι, τὸ δὲ σῶμα ἄνευ τούτων εἶναι ἀδύνατον. διόπερ οἱ μὲν πολλοὶ καὶ οἱ πρότερον τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ὂν ᾤοντο σῶμα εἶναι, τἆλλα [e] δὲ τούτου πάθη· ὥστε καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς τῶν σωμάτων, τῶν ὄντων εἶναι ἀρχάς; οἱ [f] δ᾽ ὕστερον καὶ σοφώτεροι τούτων εἶναι δόξαντες, ἀριθμούς. καθάπερ οὖν εἴπομεν, εἰ μὴ ἔστιν οὐσία ταῦτα, ὅλως οὐδεμία ἐστὶν οὐσία, οὐδὲ ὂν οὐθέν· οὐ γὰρ δὴ τά γε συμβεβηκότα τούτοις, ἄξιον ὄντα καλεῖν.

Ἀλλὰ [g] μὴν, εἰ τοῦτο μὲν ὁμολογεῖται, ὅτι μᾶλλόν ἐστιν οὐσία τὰ μήκη τῶν σωμάτων καὶ αἱ στιγμαί· ταῦτα δὲ μὴ ὁρῶμεν ποίων ἂν εἶεν σωμάτων (ἐν γὰρ τοῖς αἰσθητοῖς ἀδύνατον εἶναι) οὐκ ἂν εἴη οὐσία οὐδεμία. ἔτι [h] φαίνεται ταῦτα πάντα διαιρέσεις ὄντα τοῦ σώματος, τὸ μὲν εἰς πλάτος, τὸ δὲ εἰς βάθος, τὸ δὲ εἰς μῆκος. πρὸς [i] δὲ τούτοις ὁμοίως ἔν ἐστιν ἐν τῷ στερεῷ ὁποιονοῦν σχῆμα. ὥστ᾽ εἰ μήτ᾽ ἐν τῷ λίθῳ Ἑρμῆς, οὐδὲ τὸ ἥμισυ τοῦ κύβου ἐν τῷ κύβῳ οὕτως ὡς ἀφωρισμένον. οὐκ ἄρα οὐδ᾽ ἐπιφάνεια. εἰ γὰρ ὁποιαοῦν, καὶ αὕτη ἂν ἦν ἡ ἀφορίζουσα τὸ ἥμισυ. ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ γραμμῆς καὶ [k] ἐπὶ στιγμῆς καὶ μονάδος. ὥστ᾽ εἰ μάλιστα μὲν οὐσία τὸ σῶμα, τούτου δὲ μᾶλλον ταῦτα, μὴ ἔστι δὲ ταῦτα μηδὲ οὐσίαι [l] τινές, διαφεύγει τί τὸ ὄν, καὶ τίς ἡ οὐσία τῶν ὄντων. πρὸς [m] γὰρ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὰ περὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν συμβαίνει ἄλογα. δοκεῖ μὲν γὰρ ἡ οὐσία μὴ οὖσα πρότερον, νῦν * οὖσα, ἢ *Alias εἶναι.*
πρότερον οὖσα, ὕστερον μὴ, * μετὰ τοῦτο γίνεσθαι καὶ *Alias μετὰ τοῦτο*
φθείρεσθαι

Secundum.

[h] *Præterea, videntur.* Secunda ratio eſt, Quia hæc eadem tria, vt ſunt in medio corpore (ſic enim accipi debent, vt ſint ſubſtantialia corporis principia) nihil aliud videntur eſſe, quàm diuiſiones corporis, hoc eſt, ea, quibus corpus ſecundum longitudinem, aut latitudinem, aut profunditatem diuiditur, corpus autem non eſt actu diuiſum: dum corpus vnum eſt, niſi potentia: ergo nec

nec ita ſunt in corpore actu, ſed potentia: quare nec ſubſtantialia eius principia. *Tertium.*

i *Adhuc, eodem modo.* Tertia ratio eſt, Quia ſi iſta eſſent actu, ſeu (vt ait) definita & deſignata in medio corpore, pari ratione in lapide rudi eſſet figura Mercurij, ante quàm ſtatua Mercurij è lapide fieret, & pari ratione quæuis alia figura, vt in teſſera, ſub cubica figura, dimidium teſſeræ, quòd eſt alia ſpecies figuræ: hoc autem nequaquam eſt dicendum, cùm in corpore non ſit actu, niſi ſuperficies externa, qua finitur. Lege Syrianum. Latini ferè aliter exponunt, quòd deprauatum habuerint contextum, tametſi eorũ plerique vnicam tantùm ſuperficiem eſſe actu in corpore planè fatentur.

ctus: his enim definitur corpus, & hæc quidem ſine corpore videntur eſſe poſſe: corpus verò ſine his eſſe non poteſt. Hac de cauſa vulgus quidem, ac priores ſubſtantiam, & id, quod eſt, corpus eſſe exiſtimabant, cætera [e] *verò huius affectiones: vt & corporum principia eorum, quæ ſunt, principia eſſe putarent. Poſteriores* [f] *autem, quiq; his ſapientiores habiti ſunt, numeros. Ergo quemadmodum diximus, niſi hæc ſubſtantia ſint, nulla ſubſtantia, nullumq; ens omnino eſt. Neque enim æquum eſt, vt ea, quæ his accidunt, entia appellentur.*

At [g] *verò, ſi hoc conceditur, longitudines, & puncta magis, quam corpora ſubſtantiam eſſe: hæc autem, qualium ſint corporum, non cernimus (vt enim in ſenſibilibus exiſtant, fieri nequaquam poteſt) non erit vtique ſubſtantia vlla. Præterea,* [h] *videntur hæc omnia diuiſiones eſſe corporis, aliud in latitudinem, aliud in altitudinem, aliud in longitudinem. Adhuc* [i] *eodem modo ineſt in ſolido figura qualibet: quare, ſi neque Mercurius in lapide eſt, neque in teſſera dimidium teſſeræ, ita vt determinatum ſit, profectò nec ſuperficies. nam ſi quæuis eſſet, & ea eſſet ſanè, quæ dimidium determinat. Eadem ratio eſt in linea, puncto, &* [k] *vnitate. Quapropter, ſi corpus maximè ſubſtantia eſt, atque hæc magis ſunt, quàm corpus, hæc autem ſubſtantia non ſunt, neque verò dantur ſubſtantiæ* [l] *quædam: fugit profectò nos, quid ſit ens, & quæ ſit ipſa rerũ ſubſtãtia. Nam* [m] *vltra ea, quæ diximus, ea quoque eueniunt, quæ in generatione, & corruptione abſurda ſunt. Subſtantia enim, quæ cùm priùs non eſſet, nunc eſt, aut quæ cùm priùs eſſet, poſtea non eſt, cum generatione, & corruptione*

k *Et vnitate.* Videtur loqui de vnitatibus rerum, quæ non ſunt actu diſtinctæ, veluti partium eiuſdem lapidis. Nã vnitatis rei actu diſtinctæ, non potentia tantùm, ſed actu eſt, quemadmodum vnitas trium lapidum.

l *Subſtantiæ quædam.* Hoc eſt, ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ponebantur quidditates rerum materialium. *Quartum.*

m *Nam vltra ea.* Quarta ratio, hęc eſt. Quæ incipiunt eſſe ſine generatione, & deſinunt ſine corruptione, non ſunt ſubſtantiæ, hoc autem modo incipiunt, ac deſinunt eſſe puncta, lineæ, ac ſuperficies: quod duobus agumentis probat. Primùm quia hæc omnia ſola coniunctione, & diſiunctione corporum incipiunt eſſe ac deſinunt: nulláque interueniente alteratione, quæ tamen ſemper eſt comes generationis, & corruptionis. *Alteratio generationis comes.* Deinde, quia quæ generantur, aut corrumpuntur, ex aliquo generantur, & in idem corrumpuntur, & in idem corrumpuntur, ſiue reſoluuntur: hæc autem ex parte dicuntur principia, nempe quatenus ſunt indiuiſibilia (punctum quidem omnino, linea autem ſecundum latitudinem, ſuperficies verò ſecundùm altitudinem, ſiue profunditatem) ſunt omnino ſimplicia, ac proinde nec componi, nec reſolui poſſunt, quà igitur ratione ſunt principia, incipiunt, ac deſinunt eſſe abſque generatione & corruptione. Ita Syrianus ferè, Albertus longè aliter.

Quo pacto in diuiſibilia incipiãt, ac deſinant eſſe.

[n] *Quare, neque iis compoſitis.* Coniunctis duobus corporibus in vnum continuum, vt duabus aquis in aquam vnam, duæ earum ſuperficies, quà parte copulatæ ſunt, neceſſariò peribunt, quia non poſſunt manere ambæ in medio vtriuſque, nec potior ratio eſt, cur hæc pereat, quàm illa. Num autem gignatur noua aliqua, quæ vtramque partem totius copulet, non affirmat Ariſtoteles hoc loco. *Alber. tracta. 2, cap. 11.*

φθείρεσθαι ταῦτα πάσχειν· τὰς δὲ στιγμὰς, καὶ τὰς γραμμὰς, καὶ τὰς ἐπιφανείας, οὐκ ἐνδέχεται οὔτε γίνεσθαι, οὔτε φθείρεσθαι, ὅτε μὲν οὔσας, ὅτε δὲ οὐκ οὔσας. ὅταν γὰρ ἅπτηται, ἢ διαιρῆται τὰ σώματα ἅμα, ὅτε μὲν μία, ἁπτομένων: ὅτε δὲ δύο, διαιρουμένων, γίνονται. ὥστ' οὔτε συγκειμένων ἐστὶν, ἀλλ' ἔφθαρται, διῃρημένων τέ εἰσιν, αἱ πρότερον οὐκ οὖσαι. οὐ [o] γὰρ δὴ ἥ γε ἀδιαίρετος στιγμὴ, διῃρέθη εἰς δύο· εἴτε γίνονται, καὶ φθείρονται, ἔκ τινος γίνονται. παραπλησίως [p] δ' ἔχει καὶ περὶ τὸ νῦν, τὸ ἐν τῷ χρόνῳ. οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐνδέχεται γίνεσθαι, καὶ φθείρεσθαι. ἀλλ' ὅμως ἕτερον δοκεῖ ἀεὶ εἶναι, οὐκ οὐσία τις οὖσα. ὁμοίως δὲ δῆλον, ὅτι ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς στιγμὰς, καὶ γραμμὰς, καὶ περὶ τὰ ἐπίπεδα. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος. ἅπαντα γὰρ ὁμοίως, ἢ πέρατα, ἢ [q] διαιρέσεις εἰσίν.

Obiectionis dilutio.

[o] *Neque enim punctum.* Occurrit ineptæ reſponſioni eius, qui diceret ſuperficiem, qua media putaret copulari partes corporis, diuiſam fuiſſe in duas, cùm corpus in duas partes diuiſum eſt. Deducit ergo Ariſtot. hominem ad apertiùs incómodum vt fateatur, cùm linea diuiditur, pari ratione punctum medium diuidi in duo, cũ tamẽ ex ratione ſua ſit prorſus indiuiſibile.

Inſtans.

[p] *Similis eſt ratio, &c.* Quòd puncta, lineæ, & ſuperficies incipiant, ac deſinant eſſe ſine generatione & corruptione, confirmat ex puncto temporis ſeu momento, quod inſtans appellatur, ſemper enim aliud, atq; aliud exiſtit, nec tamen vnquã generatur, aut corrũpitur. Quod ex eo ſuadet, quia cum indiuiſibile ſit, nec in tempore, nec ex materia generari poteſt, quo tamen modo generatur, & corrumpitur quicquid per generationem, aut corruptionem incipit eſſe, aut deſinit.

Διὰ τί δεῖ ζητεῖν ἄλλ' ἄττα παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ μεταξύ.

ΚΕΦ. ϛ.

Ὅλως [a] δ' ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί καὶ δεῖ ζητεῖν ἄλλ' ἄττα παρὰ τὰ αἰσθητὰ, καὶ τὰ μεταξὺ, οἷον, ἃ τίθεμεν, εἴδη. εἰ γὰρ [b] διὰ τοῦτο ὅτι τὰ μὲν μαθηματικὰ τῶν δεῦρο, ἄλλῳ μέν τινι διαφέρει, τῷ δὲ πόλλ' ἄττα ὁμοειδῆ εἶναι οὐδὲν διαφέρει. ὥστ' οὐκ ἔσονται αὐτῶν αἱ ἀρχαὶ *Text. 18.*

Solutio quæſtionis.

[q] *Aut diuiſiones.* Dicuntur hæc diuiſiones, quia per ea diuidi poſſunt quantitates continuæ, ſi non ſemper re ipſa, certè cogitatione.

Quæſtionis, an numeri & corporea & plana atque ſuperficies ſubſtantiæ quædam ſint, ſolutio.

HÆC quæſtio facilè diſſoluitur diſtinctione corporis in corpus pertinens ad prædicamentum ſubſtantiæ, & quantitatis, quam diſtinctionem plerique Veteres non cognouerunt. Quare, non mirum eſt, ſi crediderint, molem ipſam, ſeu trinam dimenſionem, quam nos dicimus pertinere ad prædicamentum quantitatis, eſſe primum ſubiectum aliorum accidentium, quæ tamen re vera eſt accidens inhærens ſubſtantiæ.

ſubſtantiæ. Ex his patet ſolutio eorum argumentorum, quæ pro parte affirmatiua adducta ſunt. De qua re latè Ariſtot. lib. 13. & 14.

corruptione hæc videtur pati: puncta verò, linea, & ſuperficies, quæ aliquando ſunt, aliquando non ſunt, nec generari, nec corrumpi poſſunt. Cùm enim ſe tangunt, aut diuiduntur corpora, nunc quidem ſimul vna, cùm ſe tangunt: nunc verò duæ, cum diuiduntur, fiunt. Quare, ⁿ neque iis compoſitis exiſtunt, ſed interierũt: diuiſiſq́ exiſtunt, quæ antè non erant. Neque ° enim punctum, cùm indiuiſibile ſit, in duo diuiſum eſt. Quòd ſi generantur, & corrumpuntur, ex aliquo generantur. Similis ᵖ eſt ratio in ipſo temporis momento: neque enim hoc generari, aut corrumpi poteſt, cùm tamen ſemper aliud, atque aliud eſſe videatur, nec ſit ſubſtantia, quæ cohæreat. Eodem pacto rem habere in punctis, lineis & planis perſpicuum eſt. Eadem enim eſt ratio, cùm omnia ſimiliter, aut extrema, aut ꝗ diuiſiones ſint.

Cur alia etiam quædam, præter ſenſibilia & res medias quærere oporteat.

CAPVT VI.

Text. 8.

OMnino ᵃ autem dubitabit aliquis, cur alia etiam quædam præter ſenſibilia, & res medias quærere oporteat, veluti formas quas ponimus. Nã ſi mathematica ab iis, quæ apud nos ſunt, alia quadam ratione differũt, in eo certè quòd multa quædam ſunt eiuſdem ſpeciei, nihil differunt: quare, non erunt eorum principia numero

CAPITIS SEXTI EXPLANATIO.

Quid Ariſtoteles hoc loco diſputet.

OMnino ᵃ autem. Si planus literæ ſenſus ſpectetur, videtur Ariſt. iterum reuocare in dubium id, quod in quæſtione quarta continebatur, num videlicet præter res ſenſibiles, & mathematicas, dandę ſint formæ ſeu naturæ illæ ſeparatæ, quas Plato Ideas appellabat. Cauſſa verò, cur id faciat, ea eſſe poteſt, vt afferat, pro parte affirmatiua rationem quandã quæ ſibi in quæſtione illa tractãda fortè nõ occurrerat. Poteſt quoque illud dici, tractari hoc loco quæſtionem decimamquintam, qua quærebatur, num principia eſſent cauſſæ rerum per ſolum motum, vt veteres Phyſici dixerunt: an verò modo illo antiquis ignoto, quo Plato cenſuit Ideas eſſe rerũ cauſſas, per participationem videlicet. Hæc enim quæſtio nullibi per ſe in hoc lib. tractatur, & tamen ea, quæ hoc loco dicuntur, poſſunt ad illam accommodari. Vtcumque ſit, Ariſt. vt afferat rationem pro parte affirmatiua, hoc dicit fundamentum. Et ſi entia mathematica ea ratione differunt à ſenſibilibus, quia non concipiuntur cum materia ſenſibili. Vel quia ſunt perpetua, vt Alexander exponit, tamen hac ratione cum illis conueniunt, quòd in vtroque genere dentur plura indiuidua eiuſdem ſpeciei, imo verò infinita. Tum verò, ita argumentatur. Si præter ſenſibilia, & mathematica, non darentur formæ ſeparatę, quę eſſent illorum cauſſæ, ac principia, non eſſet certus numerus principiorum reſpectu totius eiuſdem ſpeciei, quamuis poſſet eſſe certus reſpectu alicuius indiuidui, hoc autem non eſt dicendum, ergo neque illud. Minor patet, quia ſi numerus principiorum totius ſpeciei eſt incertus, non poteſt haberi ſcientia de tota ſpecie. Maior declaratur in literis, ex quibus, vt elementis, ac principiis voces componuntur. Deinde probatur, quia entia ſenſibilia, & mathematica ſunt infinita numero, vt patet ex propoſito fundamento, quo fit, vt eorum principia, niſi ſint ab vtriſque ſeparata neceſſariò ſint indeterminata, & incerta numero, Hoc loco prętermiſimus

Quo differant, & conueniant entia mathematica, & ſenſitiua.

illud (διὰ τοῦτο εἶναι) quòd videatur aſcititium, ſenſumq́; perturbet, nec ab Alexandro exponatur.

[b] *Vna numero, & ſpecie.* Hoc eſt cauſa formalis, & eſſentialis totius alicuius ſpeciei non erit vna ſpecie ſimul & numero: ſed ſpecie tantùm, & quod hinc ſequitur, numerus principiorum formalium, & eſſentialium tum ſenſibilium, tum etiam mathematicarum rerum, non erit certus, & definitus.

[c] *Si hoc igitur.* Nēpe principiorum numerum eſſe certum.

[d] *Subſtantiam eſſe.* Id eſt, vnam numero non tamen eo pacto vnam numero, quo ſubſtantia eſt vna numero apud nos (nēpe per aliquod accidēs, vt per quantitatem aut differentiam indiuiduantē adiectam naturæ ſpecificæ, aut aliquid aliud, quod naturæ ſpecificæ accidat) ſed per ſe ipſam, hoc eſt, per ſolam naturam ſpecificam quæ ipſa ſeparatione, & ſolitudine ſit indiuidua vna numero.

[e] *At verò ſi.* Pro parte negatiua nihil addit iis, quæ ſupra pro ea, & attulit, & in lib. 1. dicta eſſe commemorauit, pro qua re lege quę in tractanda quæſt. 4. & 10. dicta ſunt.

αἱ ἀρχαὶ ἀριθμῷ ὡρισμέναι, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἐνταῦθα γραμμάτων, ἀριθμῷ μὲν πάντων οὐκ εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ ὡρισμέναι, εἴδει δέ· ἐὰν μὴ λαμβάνῃ τις τησδὶ τῆς συλλαβῆς, ἢ τησδὶ τῆς φωνῆς. τούτων δ' ἔσονται καὶ ἀριθμῷ ὡρισμέναι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μεταξύ. ἄπειρα γὰρ κἀκεῖ τὰ ὁμοειδῆ. ὥστ' εἰ μή ἐστι παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ ἕτερα ἄττα, οἷα λέγουσι τὰ εἴδη τινὲς, οὐκ ἔσται μία [b] ἀριθμῷ, καὶ εἴδει οὐσία· οὐδ' αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄντων, ἀριθμῷ ἔσονται ποσαί τινες, ἀλλὰ εἴδει. εἰ [c] οὖν τοῦτο ἀναγκαῖον, καὶ τὰ εἴδη ἀναγκαῖον διὰ τοῦτο εἶναι. καὶ γὰρ εἰ μὴ καλῶς διαρθροῦσιν οἱ λέγοντες, ἀλλ' ἔστι τοῦθ' ὃ βούλονται, καὶ ἀνάγκη ταῦτα λέγειν αὐτοῖς, ὅτι τῶν εἰδῶν οὐσία [d] τις ἕκαστόν ἐστι, καὶ οὐδὲν κατὰ συμβεβηκός. ἀλλὰ [e] μὴν, εἴ γε θήσομεν τὰ εἴδη εἶναι, καὶ ἓν ἀριθμῷ τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ μὴ εἴδει, εἰρήκαμεν ἃ συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἀδύνατα πρότερον.

Σύνεγγυς [f] δὲ τούτῳ ἐστὶ τὸ διαπορῆσαι, πότερον δυνάμει ἐστὶ τὰ στοιχεῖα, ἤ τιν' ἕτερον τρόπον. εἰ μὲν γὰρ ἄλλως πως, πρότερόν τι ἔσται τῶν ἀρχῶν ἄλλως· πρότερον γὰρ ἡ δύναμις ἐκείνης τῆς αἰτίας, τὸ δὲ δυνατὸν, οὐκ ἀναγκαῖον ἐκείνως πᾶν ἔχειν. εἰ δ' ἔστι δυνάμει τὰ στοιχεῖα, ἐνδέχεται μηδὲν εἶναι τῶν ὄντων. δυνατὸν [g] γὰρ εἶναι καὶ τὸ μήπω ὄν. γίγνεται μὲν γὰρ τὸ μὴ ὄν· οὐθὲν δὲ γίγνεται τῶν εἶναι ἀδυνάτων. ταύτας τε οὖν τὰς ἀπορίας ἀναγκαῖον ἀπορῆσαι περὶ τῶν ἀρχῶν. Text.19.

Καὶ [h] πότερον καθόλου εἰσὶν, ἢ ὡς λέγομεν τὰ Text.20.

Quæſtionis in hoc capite propoſitæ ſolutio.

Hæc quæſtio ſi retractatio, ſeu iterata diſcuſſio eſt extremæ partis quæſtionis quartæ, ex iis, quæ ad finem capitis ſecundi in ea diſputanda dicta ſunt, intelligi poteſt, quo loco ab Ariſtotele diſſoluatur, & quo pacto diſſoluenda ſit. Atque ad eum locum, reducenda erit tractatio decimæ quintæ quæſtionis, vt quæ per ſe & ſeparatim diſputata non ſit. Quòd ſi Ariſt. hoc loco diſputat quæſtionem decimam quintam, dicito, Veteres hac in re rectiùs ſenſiſſe Platone, Res enim, naturales, quarum illi principia quærebant, non ſunt participatione Idearum, quo pacto Ideæ à Platone pōnuntur, ſed actione cauſſarum ſingularium, Ratio verò in oppoſitū adducta facillimè refelli poteſt negatione minoris. Vt enim ſcientia totius alicuius ſpeciei comparetur, ſatis eſt, numerus principiorū eius ſit certus, & definitus ſecundū ſpeciem

Solutio quæſtionis.

Dilutio argumenti.

ciem, quamuis ſit incertus & indefinitus ſecundum numerum: præſertim ſi quæſtio ſit de principiis internis.

f *Cohæret autem.* Diſputat decimam quartam quæſtionem, qua quærebatur, num principia eſſent actu, an potentia. Quòd igitur ſint potentia, ex eo probat, quia ſi ſunt alio modo, id eſt, actu: aliquid principiis prius erit, quod fieri nequit: Nã potentia eſt prior actu. Id quod ex eo patet, quia quicquid eſt actu, eſt poſſibile, non tamen quicquid eſt poſſibile, eſt actu. Quòd autem ſint actu, ea ratione oſtendit, quia ſi ſunt potẽtia tantùm, cùm cætera omnia ex principiis pendeant: efficitur vt nihil omnino ſit actu. Nam, quod pendet ex eo, quod ſolum potentia eſt, non eſt actu. — *Diſputatio 14. quæſtionis.*

g *Eſt enim poteſtate.* Hæc ita connectũtur. Id quod ſit, nondum eſt: id, quod ſit potentia (nihil enim ſit eorum, quæ eſſe nequeunt) igitur aliquid eorũ, quæ ſunt potentia, nondũ eſt.

mero definita, quemadmodum neque in literis, quibus vtimur, principia omnium ſunt definita numero, ſed ſpecie: niſi quis huiuſce ſyllabæ, aut huiuſce vocis principia ſumat: harum enim numero etiam definita erũt. Idem de medijs dicendum. Namque & in iis infinita ſunt ea, quæ ſunt einſdem ſpeciei. Quare, niſi præter ſenſibilia, & mathematica ſint alia quædam, qualia nonnulli formas eſſe dicunt, non erit vna [b] *numero, & ſpecie ſubſtantia, neque principia eorum, quæ ſunt, erunt certa quædam numero, ſed ſpecie. Si* [c] *hoc igitur eſt neceſſarium, & formæ de hac de cauſa ſint neceſſe eſt. Nam, etſi non ſatis rem declarant, qui hæc dicunt, hoc tamen eſt, quod volunt, & hæc ipſi dicant neceſſe eſt, vnamquamque formarum, ſubſtantiam* [d] *eſſe quamdam, & nullam per accidens. At* [e] *verò, ſi ponamus formas eſſe, principiaq́; vnum eſſe numero, non autem ſpecie, ſuperiùs à nobis dictum eſt, quæ neceſſariò eueniant incommoda.*

Text.19. *Cohæret* [f] *autem cum hac re quæſtio ea, num elementa poteſtate ſint, an aliquo alio modo. Nam ſi modo quodam alio, aliquid profectò aliud principijs prius erit. potẽtia enim cauſam illam antecedit, cùm interim non omne, id quod potentia eſt, illo modo ſe habere neceſſe ſit. Quòd ſi poteſtate ſint elementa, fieri poteſt, vt nulla res exiſtat. Nam,* [g] *& id eſſe poteſt, quod nondum eſt: ſit enim quod non eſt, nihilque ſit eorum, quæ eſſe nequeunt. Atque hæc quidem de principijs dubitare neceſſe eſt.*

Text.20. *Et* [h] *vtrum vniuerſalia ſint, an eo modo, quo*

Quæſtionis, nũ principia ſint actu vel potentia, ſolutio.

Solutio quæſtionis.

HANC quæſtionem ſoluit Ariſt. 9. lib. cap. 7. & lib. 12. cap. 6. Quibus locis ait, in iis, quæ à potentia in actum procedunt, potentiã eſſe actu priorem, vt in iis, quæ generantur. Quapropter in his materiam eſſe priorem forma. At verò ſimpliciter, & abſolutè, actum eſſe priorem potentia: quia nihil reducitur ex potentia in actum, niſi ab eo quod eſt actu: vt ignis potẽtia: ab igne actu. Atque ex his facilè diluentur argumenta quatenus vniuersè concludunt, omnia principia eſſe potentia, aut omnia eſſe actu.

h *Et vtrum vniuerſalia.* Diſputat quæſtionem decimam tertiam, qua quærebatur, num principia eſſent vniuerſalia, an ſingularia, hoc eſt, num illa eſſent principia ſecundùm rationem vniuerſalem, an ſingularem. Quòd igitur non ſint principia ſecundùm rationẽ vniuerſalem, hac ratione probat. Vniuerſalia non ſunt hoc aliquid: ergo non ſunt ſubſtantiæ: at principia debent eſſe ſubſtantiæ, cùm ſubſtantiæ non poſſint eſſe ex non ſubſtantiis: ergo principia non ſunt vniuerſalia. — *Diſputatio 13. quæſtionis. Probatio partis negatiuæ.*

Prior

Prior conſequẽtia apud Platonem maximè probatur. Quare, quia ille negaret antecedens, probat illud Ariſtoteles ex eo, quia ſi vniuerſale eſſet hoc aliquid, nẽpe ſingulare per ſe exiſtens, Socrates eſſet multa numero animalia, ipſe nimirum, Socrates eſſet multa numero animalia, ipſe nimirum, Socrates, & homo ſingularis per ſe exiſtens, qui de ipſo, & cæteris hominibus diceretur, itémque animal ſingulare per ſe exiſtens, quod de ipſo, ac cæteris animalibus prædicaretur, quæ haud dubiè eſſent diuerſa numero animalia, vt ipſe docebit lib. 7.

τὰ καθ᾽ ἕκαστα. εἰ μὲν γὰρ καθόλου, οὐκ ἔσονται οὐσίαι. οὐθὲν γὰρ τῶν κοινῶν τόδε τι σημαίνει, ἀλλὰ τοιόνδε. ἡ δ᾽ οὐσία τόδε τι· εἰ δ᾽ ἔστι τόδε τι, καὶ ἐκθέσθαι * δύναται τὸ κοινῇ κατηγορούμενον, πολλὰ ἔσται ζῷα, ὁ Σωκράτης, αὐτός τε, καὶ ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ζῷον, εἴπερ σημαίνει ἕκαστον, τόδε τι, καὶ ἕν. εἰ μὲν οὖν καθόλου αἱ ἀρχαὶ, ταῦτα συμβαίνει· εἰ δὲ μὴ καθόλου, ἀλλ᾽ ὡς τὰ καθ᾽ ἕκαστα, οὐκ ἔσονται ἐπιστηταί· καθόλου γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι πάντων. ὥστ᾽ ἔσονται ἀρχαὶ ἕτεραι πρότεραι, τῶν ἀρχῶν καθόλου κατηγορούμεναι, ἄνπερ μέλλῃ ἔσεσθαι αὐτῶν ἐπιστήμη.

** Alias non habetur δύναται.*

quæ ſingularia eſſe dicimus. Si enim ſunt vniuerſalia, nõ erũt vtique ſubſtantiæ, nihil enim eorũ, quæ communia ſunt, hoc aliquid, ſed tale quid ſignificat: ſubſtantia verò, hoc aliquid eſt: Sin autem id, quod communiter prædicatur, hoc aliquid eſt, idemq; exponi poteſt: multa ſanè animalia erit Socrates: & ipſe inquam, & homo, & animal: ſi ſingula quidem hoc aliquid, & vnũ ſignificant. Atque hæc quidem eueniunt, ſi principia ſint vniuerſalia. Si verò vniuerſalia non ſint, ſed vt ſingularia: non cadent vtique ſub ſciẽtiam: vniuerſales enim ſunt omniũ ſciẽtiæ. Quocirca alia erũt priora principia, quæ de principijs vniuersè prædicentur, ſi eorum futura eſt ſcientia.

Argumẽtum pro parte oppoſita.

• *Si verò vniuerſalia:* Probat partem oppoſitam, hoc eſt, principia non eſſe principia ſecundùm rationem ſingularem. Argumentum ex eo ducitur, quia hoc pacto non niſi per aliqua vniuerſalia, ſub ſcientiam caderent. Omnium enim rerũ ſcientiæ, id eſt, omnes ſcientiæ, ſunt vniuerſales, hoc eſt, in vniuerſalibus verſantur. Quòd ſi principia, per alia ſuperiora principia ſciantur, iam vtique principiorum erunt principia, quod fieri nequit.

Quæſtionis, num principia ſint vniuerſalia ſingularia, ſolutio.

Solutio quæſtionis.

HANC quæſtionem ſoluit Ariſt. lib. 7. cap. 13. & ſequentibus, vbi docet, vniuerſalia, vt vniuerſalia ſunt, non eſſe ſubſtantias, quæ nimirum, vt abſtractæ ſunt à ſingularibus, exiſtant in rerum natura. Vnde ſequitur, principia, vt vniuerſalia ſunt, nõ eſſe principia, ſed quatenus ſingularia, in his enim verſatur omnis actio. Quòd autem contrà obiicitur, facilè diluetur, ſi dicas, ſingularia etiam cadere ſub ſcientiam per ſua vniuerſalia, ſi habeant vniuerſalia, quod addiderim, propter primam cauſam quæ nulli naturæ vniuerſali ſubiicitur. Quòd autẽ obiicitur, iſto modò fore, vt principiorum alia principia ſint, negandum eſt. Vniuerſalia enim non ſunt principia à ſingularibus diuerſa, quamuis ſint principia, id eſt, principient, vt ita loquar, quatenus ſingularia ſunt, & ſciantur quatenus vniuerſalia, vnumquodque videlicet ſecundùm ſuam ſpeciem, naturámque communem.

Dilutio argumentorum.

Deo Ieſu Chriſto laus & gloria.

FINIS LIBRI TERTII.

COMMENTARII
PETRI FONSECÆ SOCIETATIS IESV:
IN QVARTVM LIBRVM METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

PROOEMIVM.

PROPOSITIS ſuperiori libro,& in vtramque partem diſputatis multis, ac variis quæſtionibus ad hãc ſcientiam pertinẽtibus:apertáque vtcumque via ad veram, tum illarum, tum etiam aliarum ſimilium explicationem,incipit Ariſt.hoc loco,quid ſibi potiſſimũm de illis,totóque metaphyſico negotio videatur,exponere. Cùm autẽ conſtitutio cuiuſque ſcientiæ antecedere debeat tractationem rerum,quæ ad eam ſpectant, ſcientiæ verò tum demum conſtituantur optimè, cùm traduntur propria earum ſubiecta, ſubiectorúmque partes, propriæ affectiones,ac principia(hæc enim ſunt, quæ in qualibet ſcientia cernuntur,vt ex 1. Poſt.cap. 23. perſpicuum eſt) optimo ſanè ordine Ariſtot.diſputaturus in libr.ſequentibus de iis,quæ ad hanc ſcientiam pertinent,totum hunc librum in eo conſumit, vt doceat, primo quidem capite,quodnam ſit huius ſcientiæ ſubiectum:ſecundo verò quæ ſint partes eiuſmodi ſubiecti,propriæque illius affectiones: tertio denique, & ſequentibus, quæ ſint prima principia, quibus in demonſtrando, vtitur. Ex his autem,& aliis, quæ in libris ſequentibus tradentur patebit determinatio earum quæſtionum,quæ ſuperiori libro, dialectico more diſputatæ ſunt: non quidem eodem ordine, quo propoſitæ aut diſputatæ fuerunt,ſed vt doctrinæ occaſio ſe obtulerit.

Inſtitutũ Ariſtot.in hoc lib.

Text. 43.

Epitome libri.

***

Digitized by Google

CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

Subiectum huius ſcientiæ.

EST *a* *ſcientia quadam.* Quoniam prima conſideratio eorum, quæ ad cuiuſque ſcientiæ conſtitutionem ſpectant proprij eius ſubiecti eſt(ex proprio enim ſubiecto habet quælibet ars tum naturam ſuam, tum etiam ab aliis diſtinctionem) docet Ariſtot. ante omnia, quodnam ſit huius ſcientiæ ſubiectum, affirmátque illud eſſe ens. Id, quod duobus argumentis oſtendit. Vnum eſt. Aliqua eſt ſcientia, cuius ſubiectum eſt ens, quatenus ens: ea autem non eſt vlla ex particularib. ſciẽtiis: eſt igitur ſcientia generalis, ſeu prima Philoſophia, quę in hoc opere traditur. Maior probari poteſt ex eo, quia ens, quatenus ens non debet incognitũ relinqui, cùm naturalis ſciendi appetitus in omnes cõmunes naturas feratur, atque ea peculiari ratione in cognitionem entis, quòd omnia cõplectatur, quæ ſub ſciẽtiam cadere poſſunt. Quòd ſi ens, qua ratione eſt ens, ab aliqua ſciẽtia cõſideratur, & quod hinc ſequitur, omnia, quæ illi quatenùs tale eſt, per ſe conueniunt, neque aliquid ſuperius ente reperitur, non dubium eſt, quin illud ea ratione conſideratum ſit ſubiectum alicuius ſcientiæ. Minorem non aliter probat, quàm inductione. Mathematicæ enim ſcientiæ non verſantur in conſideratione entis, quatenus eſt ens, ſed partem aliquam ſubiectam accipientes, & de tota entium vniuerſitate quaſi abſcindentes, veluti numerum, magnitudinem, aut quid ſimile, ea contemplantur in eiuſmodi parte, quæ illi per ſe accidunt, ſiue conueniunt. Non dixit autem, demonſtrant, ſed contemplantur: quia non tantùm conſiderant eius proprietates, quæ demonſtrantur, ſed etiam attributa eſſentialia, quæ propriè non cadunt ſub demonſtrationem. Addidit autem, περὶ τοῦτο, hoc eſt, circa illam, ſiue in illa: quia non conſiderant communiora, niſi vt contracta ad illam.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ τὸ γ΄.

Τί θεωρεῖ αὐτὴ ἡ ἐπιστήμη.

ΚΕΦ. Α΄.

ΕΣΤΙΝ *a* ἐπιστήμη τις, ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν, καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ᾿ αὑτό. αὕτη δ᾿ ἐστὶν οὐδεμιᾷ τῶν ἐν μέρει λεγομένων ἡ αὐτή. οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖ καθόλου περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν· ἀλλὰ μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμόμεναι, θεωροῦσι περὶ τοῦτο τὸ συμβεβηκός, οἷον αἱ μαθηματικαὶ τῶν ἐπιστημῶν. ἐπεὶ *b* δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἀκροτάτας αἰτίας ζητοῦμεν, δῆλον ὡς φύσεώς τινος αὐτὰς ἀναγκαῖον εἶναι καθ᾿ αὑτήν. εἰ οὖν καὶ οἱ τὰ στοιχεῖα τῶν ὄντων ζητοῦντες, ταύτας τὰς ἀρχὰς ἐζήτουν, ἀνάγκη καὶ τὰ στοιχεῖα τοῦ ὄντος εἶναι μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλ᾿ ᾗ ὄντα. διὸ *c* καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον. *Text. 1.*

Quo pacto particulares ſcientiæ communia conſiderent.

b *Quoniam verò.* Alterum argumentum eſt. Eius ſcientiæ ſubiectum eſt ens, quatenus ens, quæ quærit cauſſas, & principia entis, quatenus ens eſt: huiuſmodi autem

Digitized by Google

autem cauſſas quærit hæc ſcientia: eſt igitur eius ſubiectum ens quatenus ens, Maior omittitur, quia perſpicuum eſt, nullum artificem quærere per ſe, ac directò cauſſas, & principia niſi proprij ſubiecti, & eorum, quæ ſub eius formalem rationem cadunt. Phyſicus enim non quærit hoc pacto cauſſas, niſi entis mobilis, & omnium ſpecialium mobilium, ac cæteri eodem modo. Minorem ſic probat. Primæ cauſſæ ſunt cauſſæ, & principia entis: quatenus entis: hæc ſcientia quærit primas cauſſas, & principia, vt patet ex primo libro: igitur quærit cauſſas entis quatenus entis. Maior huius ratiocinationis dupliciter probatur. Primùm hac ratione. Quia primæ cauſſæ ſunt per ſe, hoc eſt, primò cauſſæ alicuius naturę, ſiue ea ſit ſimpliciter vna, ſiue quodammodo vna: quod omnib. cauſſis commune eſt: ea autem natura nō poteſt eſſe alia, niſi entis, ſiquidem maximè vniuerſales cauſſæ, quæ nullæ ſunt aliæ, quàm primæ, non reſpiciũt primò, & adæquatè effecta ſua ſub ratione huius, aut illius ſpeciei, aut generis, ſub maximè communi, quæ non alia eſt, niſi entis. Deinde auctoritate eorum omnium, qui primã Philoſophiam ſe tractare crediderunt. Quamquam enim non omnes re vera aſſurgebant ad conſiderationem omnium entium, tamen cùm profiterentur ſe quærere cauſſas, & principia omnium entium, quatenus entia ſunt: meritò dicebant ſe quærere primas cauſſas: Idem enim re vera eſt tradere primas cauſſas, atque cauſſas entium, quatenus entia ſunt. *Prima Philoſophia Veterum.*

ARISTOTELIS Metaphyſicorum

LIBER QVARTVS.

Quid hæc ipſa ſcientia complectatur.

CAPVT I.

Tex. 1. Cap. 2.

EST. [a] *ſcientia quædam, quæ contemplatur ens, qua ratione eſt ens, & ea, quæ huic per ſe inſunt. Hæc autem nulla eſt earum, quæ in parte dicuntur. Nulla enim cæterarum de ente, quatenus ens eſt, vniuersè agit: ſed partem eius aliquam ſingulæ abſcindentes, id, quod ei accidit, in illa contemplantur, vt Mathematicæ ſcientiæ. Quoniam* [b] *verò principia, ſummáſque cauſſas quærimus, illud neceſſarium eſſe perſpicuum eſt, naturæ alicuius per ſe eas eſſe. Ergo ſi & ij, qui entium elementa quærebant, hæc principia quærebant: neceſſe quoque eſt, elementa entis ea eſſe non per accidens, ſed quatenùs entia. Quapropter* [c] *& à nobis primæ cauſſæ entis, quatenus ens eſt, ſumendæ ſunt.*

[c] *Quapropter & à nobis.* Minor eſt ſecundi argumenti: concluſio autem non exprimitur, quia apertè colligitur ex præmiſſis.

VTRVM ENS, QVATENVS EST commune Deo, & creaturis, ſit Metaphyſicæ ſubiectum.

QVÆSTIO I.

Referuntur quatuor ſententiæ, pro parte negatiua.

SECTIO PRIMA.

ETSI Ariſtoteles in hoc capite planè videatur partem affirmatiuam aſſerere: non deſunt tamen, qui aliis quibuſdam eius doctrinæ locis adducti negatiuam approbent, atq; id, quod ille hoc loco ait, in alium ſenſum dictũ eſſe accipiant. Eorum ſententiæ in quatuor capita redigũtur.

Sententia eorum, qui faciunt Deum ſubiectũ Metaphyſ.

Alpharabius in libello de diuiſione ſcientiarum.

Prima opinio eſt eorum, qui dicunt, ſolum Deum eſſe ſubiectum huius ſcientiæ. Id, quod tribus argumentis probant. Primũ, ex ipſa nominis etymologia: dicitur enim Theologia, hoc eſt, ſcientia de Deo.

Deinde, ex præſtantia ſubiecti, omnes enim fatentur, hanc ſcientiam eſſe præſtantiſſimam, non ex certitudine demonſtrandi, quæ apud nos ſit, ſed ex nobilitate ſubiecti: ſolus autem Deus præſtantiſſimum ſubiectum eſſe poteſt.

Tertiò, quia hæc ſcientia eſt de primis cauſſis ſimpliciter: rationes autem primarum cauſſarum ſimpliciter omnes cadunt in ſolũ Deum. Solus enim ipſe eſt prima cauſſa efficiens: primus, ſeu ſupremus finis, primumq; cuiuſque rei exẽplar, quod eſt prima cauſſa formalis. Námque prima cauſſa formalis intrinſeca, primáque materialis, non ſunt primæ cauſſæ ſimpliciter, ſed tantùm comparatione rerũ ſenſibilium.

Quartò idem ſuaderi poteſt hac ratione. Scientia hęc non aliter diſtingui ſolet à ſacra Theologia, niſi quia illa vtitur principiis diuina reuelatione acceptis, hęc autem lumine naturali cognitis: at ſacrę Theologiæ ſubiectum eſt Deus, vt Theologi dicunt: ergo & huius ſcientiæ. Atque hæc eſt Alpharabij ſententia in libello de diuiſione ſciẽtiarum.

Sententia eorum, qui ſubſtantiam ſeparatam huius ſcientiæ ſubiectum crediũt, probatur.

Tribuitur Cõmentatori à quibuſdam.

Secunda opinio aſſerit, ſubſtantiam ſeparatam eſſe huius ſcientiæ ſubiectum. Quæ hoc vno argumento haud leuiter probari poteſt. Id, quod primò, & per ſe diſtinguit quamlibet ſcientiam à cæteris, eſt eius proprium ſubiectum: hoc autem præſtat ſubſtantia ſeparata in hac ſcientia: eſt igitur proprium huius ſcientiæ ſubiectum. Propoſitio ex eo patet, quia vnde res quælibet habet ſpeciem, & naturam ſuam, inde primò & per ſe habet diſtinctionem à cæteris: quælibet autem ſcientia habet naturam ſuam ex habitudine ad proprium ſubiectum, circa quod verſatur, vt patet ex 1. Poſt. cap. 23.

Prima probatio aſſumpt.

Aſſumptio ſuadetur. Primùm, quia ſi nulla eſſet ſubſtantia ſeparata à materia, non diſtingueretur hæc ſcientia à Philoſophia naturali, *Tex. 43.* quod Ariſtoteles pleriſque locis docet, veluti libro ſexto huius operis *Lib. 6.* cap. 1. & lib. 11. cap. 6. nunc autem ideo diſtinguitur, quia datur eiuſ- *Tex. 3.* modi ſubſtantia: ex quo fit, vt hæc ſit prima ratio diſtinctionis huius

ſcientiæ

ſcientiæ à Philoſophia naturali, & (quod conſequens eſt) à cæteris remotioribus ſcientiis.

Deinde, quia hæc afferri ſolet, vt prima, & per ſe ratio diſtinctionis trium ſcientiarum contemplantium, Phyſicæ, Mathematicæ, & Metaphyſicæ, quòd ſubiectum Phyſicæ nec re, nec ratione ſit abſtractum à materia: Mathematicæ autem non re, ſed ratione abſtractum ſit, Metaphyſicæ verò, & re, & ratione. Cùm igitur ſola ſubſtantia ſeparata ſit abſtracta reali abſtractione à materia (nam ſubſtantia genus ſummum non eſt re ipſa abſtracta, niſi ratione ſubſtantiarũ ſeparatarũ) efficitur, vt ſubſtãtia ſeparata primò, & per ſe diſtinguat hanc ſcientiã à cæteris.

Text. 4. Denique quia Ariſt. cap. ſequenti planè docet, tot eſſe partes Philoſophiæ contemplantis, quot ſunt ſubſtantiæ, id eſt, quot ſunt ſpecies ſubſtantiæ, vt ſcibiles ſunt. Quo loco (excluſis interim, Mathematicis à Philoſophiæ appellatione) perſpicuè innuit diſtinctionem Phyſicæ, & Metaphyſicæ ſumendam eſſe ex diſtinctione ſubſtantiæ mobilis, & immobilis. Hanc ſententiam tribuunt nonnulli Commentatori, quòd dicat 1. Phyſic. comm. vltimo, entia ſeparabilia eſſe ſubiecta primæ philoſophiæ. Sed immeritò. Nam & hoc ipſo loco, & initio epitomes perſpicuè oppoſitum aſſerit, nec in verbis citatis quicquam aliud vult, quàm quòd ſubſtantiæ ſeparatæ propriè, ac ratione ſui cadant ſub primi Philoſophi conſiderationem.

Scot. & Flãdrenſis hoc loco. quæſt. 1. Comm. 1.

Cui perperam tribuatur hæc ſententia.

Buridani ſententia. Tertia ſententia ſtatuit, ſubſtantiam in commune eſſe huius ſcientiæ ſubiectum. Quæ tribus potiſſimùm argumentis confirmari poteſt. Vnum ſit. Primum, & adæquatum & ſubiectum Phyſicæ eſt ſubſtãtia quædam, cùm cõſtet materia & forma, ergo potiori ratione ſubiectum primum, & adæquatum, quod Metaphyſicæ tribuitur, ſubſtantia eſſe debebit, cùm dicatur eſſe præſtantiùs: non poteſt autem eſſe vlla ſpecies, aut genus ſubſtantiæ (datur enim ſubſtantia multis rationibus communiter, ac proinde prior: nempè & ſubſtantia genus ſummum, & ſubſtantia creata, & ſubſtantia communis Deo & creaturis) ens autem, vt commune eſt ſubſtantiis, & accidentibus, non eſt ſubſtantia: igitur ſola ſubſtantia in commune poteſt conſtitui primum, & adæquatum ſubiectum Metaphyſicæ.

Opinio eorum qui ſubſtantiam in commune ſubiectum eſſe dicunt.

Alterum argumentum. Ita ſe habet Metaphyſicus ad ſubſtantiam in commune, & accidentia in commune, vt ſe habet Phyſicus ad ſubſtantiam naturalem, & accidentia naturalia (ſola enim communitate, & abſtractione à materia differunt ſubſtantia in commune, & accidentia in commune à ſubſtantiis naturalibus, & accidentibus naturalibus) at Phyſicus agit de ſubſtantia naturali, vt de ſubiecto primo, & adæquato: de accidentibus autem naturalibus, vt de affectionibus ſubſtantiæ naturalis: nec reducit ſubſtantiam naturalem, & accidentia naturalia ad aliquid commune vtriſque, tanquam ad primum, & adæquatum ſubiectum, vt v. g. ad ens ſecundùm naturam, quod de vtriſque dicitur: ergo pari ratione dicendum eſt, Metaphyſicum agere de ſubſtantia in commune, vt de primo, & adæquato ſubiecto, de accidentibus autem, vt de affectionibus ſubſtantiæ: nec reuocandam eſſe ſubſtãtiam, & accidentia, ad aliquid commune vtriſq;

quaſi ad primum, & adæquatum ſubiectum Methaphyſicæ.

Tertium: ens commune ſubſtantiis, & accidentibus prædicatur eſſentiali prædicatione de omnibus entibus, vt perſpicuum eſt: nullum autem ſubiectum prædicatur eſſentiali prædicatione de ſuis affectionibus: aut agitur ens commune ſubſtantiis, & accidentibus non eſt ſubiectum Metaphyſicæ, ſed ſubſtantia ſola, vt poſſit habere affectiones, de quibus eſſentiali prædicatione non dicatur: aut abſurdiſſimè dicendum eſt, affectiones ſubiecti Metaphyſicæ nihil eſſe, cùm non ſubſtantiæ ſint, nec accidentia: qua in re inferior erit Metaphyſicus aliis artificibus, qui veras affectiones demonſtrant, & quæ vera ſint accidentia profecta à naturis, & eſſentiis rerum, quas tractant. Ita videtur perſpicuum, ſubſtantiam in commune eſſe ſubiectum Metaphyſicæ, quod ipſum Ariſt. videri poteſt perſpicuè docere ad finem capitis primi, libri ſeptimi, & initio lib. 12.

Quarta opinio, latiùs patens ſubiectum facit, quàm ſuperiores. Aſſerit enim eſſe ens: non ita tamen latè ſumptum, vt Deum complectatur, ſed ea ratione duntaxat, qua comprehendit ea, quæ reperiuntur in prædicamentis: atque hoc eſt ens finitum, quod prædicamentale vocant. Quæ ſententia totidem potiſſimùm argumentis probari ſolet. *libr. 7. tex. 4. & 5. & lib. 12. tex. 1. De. de Fland. q. 1. art. 6. & 7.*

Sententia eorum qui ens finitũ faciũt.

1. Primum eſt. Ens, quatenùs ens, ſi ſumatur, vt eſt commune Deo, & creaturis non poteſt habere cauſſam, alioqui omne ens haberet cauſſam, atque adeò Deus ipſe Opt. Max. Si autem ſumatur, vt diuiditur in ea, quæ in prædicamentis continentur, habet cauſſam: at in hac ſcientia quæruntur cauſſæ entis, quatenùs ens eſt, vt Ariſt. in hoc cap. & aliis pleriſque affirmat: non igitur ens commune Deo, & creaturis, ſed ens finitum eſt huius ſcientiæ ſubiectum.

2. Secundum. ſi ens in commune Deo, & creaturis eſſet ſubiectũ huius ſcientiæ, haberet principia, quibus conſtaret, & paſsiones, quæ de ipſo demonſtrarentur: hoc autem dici non poteſt, quia ſequeretur Deum habere principia, & paſsiones: non eſt igitur dicendum, ens cõmune Deo, & creaturis eſſe huius ſcientiæ ſubiectum.

3. Tertium. ſi ens commune Deo, & creaturis eſſet ſubiectum huius ſcientiæ, daretur aliquid prius natura Deo, ſiquidem omne ſubiectum eſt prius natura iis omnibus, quæ ſub illo continentur, iuxta ſecundum modum prioris, quem Ariſt. tradit in prædicamentis, cùm ab eo ad inferiora non reciprocetur eſſendi conſequentia, at nihil poteſt dari prius natura Deo, non eſt igitur dicendum, ens cõmune Deo, & creaturis eſſe huius ſcientiæ ſubiectum. *Cap. 11. fine de priori.*

4. Accedit quarto loco Ariſtotelis ſententia, qui, cùm docuiſſet hoc lib. ens, vt ens eſt, eſſe ſubiectum huius ſcientiæ, illud ſubinde diuiſit libro quinto in decem prædicamenta: vnde perſpicuum videtur, Ariſtotelem hoc loco, & vbicumque dixit, ens eſſe ſubiectum huius ſciẽtiæ, accepiſſe nomen entis pro ſolo ente finito: hoc enim ſolum diuiditur in prædicamenta. Addunt tamen huius opinionis auctores, non propterea ſe excludere Deum à conſideratione huius ſcientiæ: fatentur enim in hac ſcientia vel maximè agi de Deo: cæterùm non agi de illo, vt de re, quæ contineatur ſub eius ſubiecto, ſed vt de prima illius *lib. 5. cap. 7. text. 14.*

Explicatio ſententia.

cauſſa,

cauſſa, ac principio: quemadmodum in Phyſica agitur de materia, & forma, in Logica de nomine, & verbo: niſi quòd hæc ſunt principia interna, Deus autem extremum, & in nulla re creata contentum, aut circumſcriptum. Ita concludunt omnes ij, qui quatuor has ſententias tuentur: non ens commune Deo, & creaturis, ſed aliquid minùs commune, eſſe ſubiectum huius ſcientiæ. Quod ſi quis huiuſmodi auctoribus obiiciat: Ariſtotelem planè eſſe in contraria ſententia, cùm toto hoc capite, & ſæpe alibi doceat: Metaphyſicã agere de ente, vt ens eſt, priores quidem reſpondent: Ariſtotelem eo pronunciato non aſſerere, ens, quatenùs ens eſt, eſſe ſubiectum Metaphyſicæ, ſed cadere ſub eius ſolius conſiderationem, quod verum eſt: poſteriores verò accipiunt nomen entis pro ſubſtantia, vel pro ente habente veram cauſſam.

Mitto hic opinionem eorum, qui nulla penè probabilitate dicunt ſubiectum Metaphyſicæ eſſe cauſſam, vt cauſſa eſt, quam impugnat Auicenna initio ſuæ Metaphyſicæ.

Concluditur pars affirmatiua.

SECTIO II.

D. Tho. Scot. M. Alb. Auer. Alex. Aphr. & Alenſ. hoc loco. Aegid. Rom. q. 1. & l. 1. q. 5. Iandun. lib. 1. q. 3. Soncin. hic. q. 10, & alijs. Vt initio lib. 6. & lib. 11. cap. 6.

Approbatio affirmatiua partis.

HÆC tamen non obſtant, quominùs cum D. Thom. Sco. Mag. Alb. Comment. & aliis huius claſsis auctoribus affirmatiuam quæſtionis partẽ amplectamur: poteſt enim firmis admodum rationibus concludi.

Ex paſsionibus quæ in hac ſcientia demonſtrantur.

Primùm hoc modo. Illud eſt primum, & adæquatum ſubiectum huius ſcientiæ, cui primò conueniunt primæ, & maximè generales paſsiones, ſeu proprietates, quæ in ea demonſtrantur: vt vnũ verum, bonum, & ii quæ ſunt aliæ huiuſmodi: At enti, vt ens eſt, ſeu vt commune Deo, & creaturis, conueniunt primò huiuſmodi paſsiones: latiùs enim patent, quàm vel Deus, vel ſubſtantia corporis expers, vel ſubſtantia in commune, vel etiam ens finitum: igitur ens commune Deo, & creaturis conſtituendum eſt huius ſcientiæ ſubiectum.

Ex amplitudine naturalis cognitionis.

Secunda ratio. Ens commune Deo, & creaturis poteſt cognoſci naturali lumine, vt conſtat: poſſuntque de eo demonſtrari affectiones, quæ illi per ſe conueniunt: at huiuſmodi cognitio non poteſt ad aliquã aliam ſcientiam pertinere, cùm cæteræ omnes agant de ente contracto ad certum aliquod genus, vt Ariſtoteles in contextu, inductione perſpicuum eſſe ſupponit: igitur pertinet ad hanc ſcientiam, quò fit vt ſit eius primum, & adæquatum ſubiectum. Nec enim aliquid aliud commune reperitur, quod ab ea tractari poſsit.

Ex partibus entis quæ in hac ſcientia tractantur.

Tertia ratio. In hac ſcientia conſiderantur adæquatæ omnes partes entis communis Deo, & creaturis: nempè Deus ipſe, de quo præcipuè agitur in 11. libro. item omnia, quæ ponuntur in prædicamentis, quatenùs reducuntur ad decem prima genera, de quibus diſſeritur quinto, ſeptimo, & 12. de his autem omnibus agitur, non vt de principiis tantùm, cauſsis aut propriatatibus, ſed vt de ſubiectis, quorum affectiones quæruntur, & demonſtrantur per propria principia; ergo ens commune Deo, & creaturis eſt adæquatum huius ſcientiæ ſubiectum.

ctum. Quartò, Metaphyſica, Dialectica, vt rebus concreta eſt, & Sophiſtica circa idem genus ſubiectum verſantur, vt Ariſtoteles capite ſequenti docet: at Dialectica, & Sophiſtica verſantur non tantùm circa ens creatum, ſed etiam circa increatũ (nullius enim rei diſputationem detrectant) eſt igitur ens genus ſubiectum Metaphyſicæ, vt complectitur creatum, & increatum.

Ex rebus in quibus Dialectica, & Sophiſtica verſantur.

Ex Ariſt. & antiquorum ſententia.

Accedit expreſſa ſententia tum Ariſtotelis planè dicentis in hoc capite, & aliis locis quamplurimis, hanc ſcientiam agere de ente, vt ens, & de iis, quæ illi, vt tale eſt, per ſe accidunt: tum etiam omnium Antiquorum, qui primam Philoſophiam profitebantur. Quærentes enim ſupremas rerum cauſſas eo ipſo palàm fatebantur ſe quærere cauſſas entium, vt entia ſunt: ac proinde ſubiectũ primæ Philoſophiæ eſſe ens, quatenus ens.

Ex refutatione opinionum negatiuã partem approbãtium.

Potest etiam confirmari hæc ſententia ex infirmatione opinionum, quæ negatiuam quæſtionis partem approbant. Tres enim priores hac ratione refutari poſſunt. Quemadmodum dantur ſcientiæ accidentium vt Geometria: atqui ſubiectum Metaphyſicæ debet eſſe commune ſubiectis omnium particularium ſcientiarium, quandoquidem Metaphyſica cùm ſit generalis ſcientia, diſſerit in totũ de rebus, de quibus aliæ ſcientiæ in parte diſſerunt, non eſt igitur ſubiectum Metaphyſicæ, aut ſolus Deus, aut ſubſtantia ſeparata, aut ſubſtantia in commune dumtaxat, ſed ens commune ſubſtantiis, & accidentibus. Quam rationem planè tangit Ariſtotel. hoc capite, cùm ait, *Nulla enim cæterarum id, quod eſt, vt eſt ens conſiderat, ſed partem eius aliquam ſingulæ abſcindentes id, quod ei accidit in illa contemplatur, vt Mathematica ſcientia.* Quarta autem his rationibus refellitur. In hac ſcientia Text. 1.

Refutatio 4.

non ſolùm agitur de Deo, vt eſt principium, & cauſſa vniuerſalis rerum omnium, ſed etiam, vt eſt quoddam ens, quod patet ex capite nono libri 12. vbi Deus oſtenditur eſſe ſua intellectio, actus purus à text. 51. & cæter. quæ omnia de Deo abſolutè demonſtrantur: non eſt igitur Deus à ſubiecto Metaphyſicæ excludendus. Præterea, ſi in hac ſcientia non ageretur de Deo abſolutè, & ſecundùm ſe: in nulla alia ſcientia, quæ naturali lumine comparatur, conſideraretur Deus abſolutè: at hoc eſt abſurdiſsimum: ergo & illud. Maior patet, quia in nulla alia ſcientia humanis viribus parta agitur de Deo, niſi in Philoſophia Naturali, & Morali, in quibus ſanè: vt eſt omnium ſententia ea ſola ratione de Deo agitur, qua eſt primum mouens, & vltimus finis, quæ eſt conſideratio reſpectiua, non abſoluta. Minor probatur, quia naturale deſiderium multò magis tendit in cognitionem abſolutam diuinæ eſſentiæ, quatenus eam naturæ viribus aſſequi poſſumus, quàm cuiuſcunque alterius rei. Si ergo ad hanc ſcientiam ſpectat abſoluta diuinæ naturæ conſideratio: perſpicuum eſt, non eſſe Deum ab eius ſubiecto excludendum.

Refutatio omnium ſimul.

Sed & omnes quatuor opiniones ſimul hac ratione refutantur. Metaphyſicus, cùm ſolus inter omnes artifices, ſit ſimpliciter & abſolutè ſapiens, habet ſcientiam omnium rerum, quoad fieri poteſt, vt patet ex lib. 1. cap. 2. fieri autem poteſt, vt omnia ab eo ſciantur quatenus

entia

entia ſunt, igitur vel hac vna ratione omnia ſciuntur à Metaphyſico: atqui nulla eſt ratio ſuperior, ſub qua res à Metaphyſico conſiderari poſſint: igitur hæc ipſa eſt ratio ſubiecti Metaphyſicæ: hæc autem ratio non ſolum conuenit creaturis, ſed etiam Deo, atque adeo præcipuè: non igitur ſolum ens finitum, ſed commune Deo, & creaturis eſt ſubiectum Metaphyſicæ.

Reuocatio ſuperiorum ſententiarum ad verum ſenſum, & explicatio præcipuæ concluſionis.

SECTIO III.

SED quoniam auctores negatiuæ partis ad verum ſenſum reduci poſſunt, operæpretium erit illorum ſentẽtias, quonam pacto veræ ſint exponere.

Prima igitur concluſio ſit. *Si quæſtio ſit de ſubiecto præſtantiſſimo, & à quo præcipuum nomen huius ſcientiæ ducitur, non dubium eſt, quin ſit Deus*: ab eo enim tanquam à re præſtantiſſima ductum eſt nomen Theologiæ, ſaltem mediatè: ſi illud interpreteris ſcientiam de rebus diuinis. *Subiectũ præſtantiſſimum.*

Secunda concluſio. *Si quæſtio ſit de ſubiecto communi purè Metaphyſico, id eſt, cuius nulla pars ſubiecta ab alio artifice tractetur: poteſt illud dici ſubſtantia immaterialis, ſeu ſeparata*, vt patet. Quam concluſionem Ariſt. multis in locis innuit. *Purè Metaphyſicum.*

Tertia concluſio. *Si quæſtio ſit de ſubiecto communi, ratione cuius cætera cadunt ſub adæquatum ſubiectum, dicendum eſt eſſe ſubſtantiam in commune*, quandoquidem accidentia omnia dicuntur entia ratione ſubſtantiæ. Atque hanc concluſionem perſpicuè ponit Ariſt. cap. ſequenti, & aliis locis compluribus. *Vt lib. 6. huius operis c. 1. text. 1. & 3. & lib. 11. cap. 6.* *Commune, & ratione cuius.*

Quarta concluſio. *Si quæſtio ſit de eo ſubiecto, de quo vniuersè demonſtrantur affectiones per veras cauſſas, & principia ſubiecti: dici poteſt ens finitũ, ſiue prædicamentale*. Nihil enim vniuersè demonſtratur per veras cauſſas, & principia de ente, quod ſuo ambitu comprehendit, Deum, vt in ſolutione argumẽtorum patebit. Hęc tamen cõcluſio nullibi (quòd ſciam) ab Ariſt. ponitur, quia excludit præcipuum ens à ſubiecto huius ſcientiæ. Atque iuxta hos ſenſus verè ſunt quatuor impugnatæ opiniones. *Habens veras cauſas, & paſſiones.*

Quinta concluſio. *Si autem quæſtio ſit de primo, & adæquato ſubiecto, vt ipſa quæſtionis verba ſonant, dicendum eſt, eſſe ens qua ratione eſt ens, ſeu quatenus commune eſt Deo, & creaturis*, vt probatum eſt, atque hæc eſt præcipua huius quæſtionis concluſio. *Primum & adæquatum.*

Sed quærat aliquis, quonam pacto ea intelligenda ſit, num de ente communiſſimè ſumpto, vt complectitur omnia entia, non modò per ſe, & realia, ſed etiam per accidens, & quæ rationes appellantur: an potius de ſolo ente per ſe, & reali. Quod enim poſteriori modo intelligenda ſit, communis eſt Philoſophorum ſententia: quam eãdem non dubitant eſſe Ariſtotelis, qui ad finem libri ſexti, cùm tradidiſſet rationem, ſub qua ens à Metaphyſico tractandum eſt, planè reiicit ab eius conſideratione ens per accidens, & ens rationis. Argumento etiã non *Text. 8.* *Dubitatum. An ens vt eſt ſubiectũ Metaphyſicæ entia etiam per accidẽs & rationis complectitur.* *Negatiuæ partis arg. 1.*

mediocris momēti eſt,quòd ens peraccidēs non ſit ens, ſed entia;quæ verò rationis dicuntur non habeant veram exiſtentiam,ſed cōmunem ſibi,& figmentis,cum non alia ratione dicantur exiſtere,niſi quatenus ſunt obiectiuè in intellectu,aut etiam,vt quidam volunt,in voluntate. Accedit,quòd de ente per accidēs non poteſt haberi ſcientia,vt Ariſt, tradit in libro citato:quódque Metaph.dicitur ſcientia realis,nec tantùm realis vt diſtinguitur à ſermocinalibus,ſed etiam quia agit de ente reali,cùm interim ens,vt commune eſt entibus rationis,non ſit reale.

Scotus in 1. d. 45.q.vnica. loco citato.

Affirmat. partis arg.1. Quòd verò concluſio intelligenda ſit priori modo, ipſa eadē argumenta,quib.concluſio probata eſt,planè oſtendere videntur.Primùm enim affectiones illę,vnum,verum,bonū,& ſimiles,entib.quoque per accidens,& rationis ſuo modo conueniūt:neque.n.dubitare quiſquam de hac re debet,quia non eodē modo illis cōueniunt,quo conueniunt entibus per ſe,ac realibus. Nam neque eodem modo conueniunt accidentibus,quo ſubſtantiis,& tamen dicuntur cōuenire accidentibus.

2. Deinde,entia per accidens,& rationis cognoſcuntur lumine naturali, déque eis multa demonſtrari poſſunt:huiuſmodi autem eorū cognitio ad hanc vnam ſcientiam,quæ agit de communib. iure ſpectat. Tertiò,

3. in hac ſcientia traduntur multa de ente per accidens,& ente rationis: nec ſolum agitur de huiuſmodi entibus,quatenus ſunt affectiones eorum realium,ac per ſe,ſed etiā, vt ſunt partes ſubiectiuæ entis cōmuniſſimè ſumpti; id, quod cùm proximo cap.in tractanda entis analogia innuitur,tum verò lib.5.in explicandis omnib. entium generibus planè perſpicitur. *Text.2.*

4. Quartò,Dialectica,& Sophiſtica agunt ſuo modo de his entium generibus:ergo Metaph. ſuo,hoc eſt demonſtratiuè, ſi æquè latè pateat eius ſubiectū,atque illarū,vt proximo cap. tradit Ariſt. *Text.2.*

5. Quintò,In partib.entis,qua eius analogia complectitur, numerantur proximo capite negationes,& expreſsè non entia: cur igitur non magis entia per accidens, & rationis, præſertim cùm non entia eatenus numerentur in entibus quatenus ratione, ſiue mente apprehenduntur.

6. Sextò,Dantur ſcientiæ,quarū ſubiecta ſint entia per accidens,vt quædam ſubalternatæ:aliæ item,quæ verſentur in entibus rationis,vt quæ de ſermone agunt:ſubiectum autem Metaphyſicę debet eſſe ſubiectis cæterarum omnium commune,vt dictum eſt;complectitur igitur ſubiectum Metaph.entia per accidens & entia rationis.Poſtremò,Si Metaphyſ.eſt ſapiens ſimpliciter,non ignorare ea debet,quę certa cognitione ſciri poſſunt:at entia per accidens,& quæ rationis vocantur, ſub certam cognitionem cadere poſſunt,ſaltem in commune:non eſt igitur dubium,quin ſubiectum Metaphyſici complectatur entia omnia, cùm per accidens,tum etiam rationis.

Quo pacto pro parte affirmatiua reſpōderi poſſit. Atque eſt quidem poſterior hæc ſentētia probabilis, poſſétque pro ea reſponderi ad primum argumentum prioris,Ariſt.lib.6.non reieciſſe ab omni conſideratione Metaphyſici entia per accidens,& entia rationis,ſed à præcipua,quemadmodum initio libri ſeptimi reiicit accidentia. Ad ſecundum, ſatis eſſe, ſi eorum quodque ſuo modo ſit ens, ſuóque modo exiſtat, vt ſuo modo contineatur ſub Metaphyſicæ ſubiecto. Ad tertium, Nec verum eſſe nullo pacto de ente pe accidens

dens poſſe haberi ſcientiam; cùm poſſit de eo haberi in communem: nec item ſcientias dici reales, niſi vt diſtinguuntur à ſermocinalibus, aut ſi dicuntur reales, à ſubiecto reali: non eſſe id intelligendum de adæquato ſubiecto in ſe ſpectato. ſed vt eſt in præcipuis partibus ſubiectiuis, quo pacto ens communiſſimè ſumptum reale eſt.

Approbatur potius negatiua pars huius dubitationis.

VERVM, vt priori ſententiæ potius inhæreamus, multa nos mouent. Primùm, quia eſt omniũ cõmunis. Deinde, quia ſubiectum ſcientiæ, non ita fusè aſſignandum eſt, vt contineat ſub ſe omnia, quæ in ea quoquo modo conſiderantur. oportet enim extrà relinquere proprias affectiones, quæ de eo demonſtrantur, quod fit in cæteris omnibus ſcientiis, vt ſecundo etiam lib. diximus, cùm de ſubiecto Dialecticæ ageremus. Tertiò, quia longè alia ratione reiicit Ariſtotel. initio libri ſeptimi accidentia realia, quàm ad finem ſexti entia rationis, & per accidens. Non enim ideo reiicit accidentia, quia de eis non poſsit haberi ſcientia, neque item, quia non habeant realem exiſtentiam, ſed quia ſunt entia habitudine ad ſubſtantiam, ideo concludit non quidem reiicienda omnino eſſe, ſed maximè, ac primò, & ferè de ſola ſubſtantia agendum. At in fine libri ſexti, in quo libro ex inſtituto egerat de ratione formali ſubiecti Metaphyſ. ea ratione excluſit ens, per accidens, quia de eo non poſsit haberi ſcientia: ens autem rationis, quia non ſit in rebus, ſed in mente: veluti coniunctio eius, quod prædicatur cum eo, quod ſubiicitur, eorúmque diſiunctio, quas verum, & falſum appellauit. Poſtremò, quia vt Metaphyſ. agit de Neceſſitate, & contingentia, non vt de rebus, quæ contineantur ſub proprio ſubiecto: eodem modo agit de notionibus generis, ſpeciei, totius, partis, & ſimilibus, quæ aut omnino, aut incerta quadam ſignificatione ſumpta, ſunt entia rationis, non vt de iis, quæ ſint inferiora proprio ſubiecto, ſed tanquam de communibus affectionibus entium, vt ipſe Auctor apertè ſcribit ad finem cap. ſequentis. Atque hoc eſt, quod idẽ planè ſignificauerat initio libri, cùm docuit quamdam eſſe ſcientiam, quæ ageret de ente, qua ratione eſt ens, & de iis affectionibus, quæ illi per ſe ineſſent: oppoſuit enim his verbis ſubiecto paſsiones, non vt partes ei ſubiectas, ſed vt communes affectiones, quæ de eo & partibus illi ſubiectis demonſtrarentur, tametſi primùm de ſubiecto, ſecundaria vero ratione & per illud de partibus ſub eo contentis. Ita patet, non eſſe deſerendam hac in re communem opinionem.

Cap. 3. q. 1. ſect. 3. *Quo pacto Meta. agat de entibus rationis.* *Text. 3.* *Text. 1.*

Solutio arg. affir. partis.

AD primum igitur, & ſecundum contrariæ ſententiæ dicẽdum eſt, non omnia, quibus quoquo modo conueniunt affectiones entis, & de quibus pleráque demonſtrari poſſunt in Metaphyſica, eſſe collocanda ſub Metaphyſicæ ſubiecto: niſi ſint realia, & per ſe: quemadmodum non ideo qualitates ponendæ ſunt ſub Phyſicæ ſubiecto, quia multa de eis in Phyſica demonſtrantur. Tertium nihil concludit, quia ens communiſsimè ſumptum nõ poteſt eſſe ſcientiæ ſubiectum. Quartum facilè refelletur, ſi dicas, agere quidem de eis Metaphyſicum demonſtratiuè, non tamen vt de partibus ſubiectiuis ſui adæquati ſubiecti, quo eodem modo reſpondendum eſt ad vltimum. Ad quintum dicendum eſt, ens initio capitis ſequentis, in quo eius analogia

Latiùs accipiens cap. 2. quàm primo.

logia fuſè explicatur,latiùs accipi, quàm cum fuit conſtitutum huius ſcientiæ ſubiectum. Nec id mirum videri debet. Nam cùm ſanũ conſtituitur ſubiectũ Medicinæ,non ſumitur niſi pro eo,quod propriè ſanum eſt:& tamen ſi quis quærat, ad quæ ſe extẽdat eius nominis analogia:dicendũ eſt,cóplecti etiam,id vocabulum ea,quæ per tranſlationem dicuntur ſana,vt ſanum iudicium, doctrinam ſanam, & alia pleraque. Sextum hoc modo diſſolues: Id,quod diximus ſubiectũ Metaphyſicæ complecti debere ſub ſe omnium ſcientiarũ ſubiecta,de ſubiectis ſcientiarum realium eſſe intelligendum. Nec tamen refert quicquam,quòd ſubiecta quarumdam ſubalternatarum realium, ſint entia per accidens: ponuntur enim ſub Metaphyſicæ ſubiecto ratione ſubiectorũ ſubalternantium,à quibus eæ ſcientiæ accipiunt ſua principia.

Obiectio. QVOD ſi quis obiiciat, multas quoque eſſe ſcientias reales ſubalternantes,quæ agunt de entibus per accidens,vt eſt Politica,& Architectura,quarum illa agit de Republica, hæc verò de ædificio,aut naui, aliiſve huiuſmodi entibus per accidens: *Dilutio.* Reſpondendũ eſt,non excludi à nobis hoc loco hæc entia per accidens: ſed ea tantùm quæ nõ ſolùm non ſunt vnius eſſentiæ,ſed neque etiam habent ordinem per ſe,veluti theſaurus caſu inuẽtus,linea viſualis,& ſimilia. *Subiectũ Metaphyſicæ ens vt ſit.* Vnde collige ſubiectum Metaphyſicę eſſe ens per ſe,ac reale,quatenùs dicitur non modò de entibus verè vnius eſſentiæ, ſed etiam alio modo per ſe ordinatis.

Non rectè ſoluta eſſe arg. partis negatiuæ. EX his patet,non ſatis reſponſum eſſe ad primũ, & ſecundũ argumentum prioris ſententiæ. Ad ſolutionẽ verò tertij dicendũ,vt ens per accidens dicatur cadere ſub certã aliquam ſcientiam, non ſatis eſſe, ſi de eo in cõmune ſumpto habeatur ſcientia,niſi etiam haberi poſſit de ſingulis quaſi ſpecieb. ens,vt omittamus indiuidua,quæ non per ſe cadunt ſub ſcientiã. Eodemq; modò,vt ſcientia dicatur realis, non ſatis eſſe, ſi aliqua pars ſubiectiua adæquati ſubiecti ſit realis, ſed neceſſe eſſe,vt ipſum quoq; in commune ſit reale. Nam,vt ſcientia ſumit ſpeciẽ ab obiecto adęquato, ita ab eo ſumere debet realis appellationem.

Cur Metaphyſica diſtincta non fuerit antequam eius ſubiectum traderetur.

SECTIO IIII.

An admittẽda ſunt plures ſcientiæ Metaphyſicæ. QVÆRAT etiam aliquis, cur non priùs diſtincta ſit à nobis Metaphyſica, quàm eius ſubiectum traderetur. Erunt enim, qui credant, quatuor, vel etiam quinque ponendas eſſe Metaphyſicas. Vnam,quæ agat de tranſcendentibus,vt de iis,quæ ratione ſola abſtracta ſunt à rebus omnibus. Alteram, quæ agat de primis decem vulgatis generibus,vt de primis partibus entis, quæ & minùs abſtracta ſunt,quàm tranſcendentia,& per ſolam notitiam tranſcendentium percipi non poſſunt. Tertiam de ſubſtantiis ſeparatis finitis, quæ tamen ratione tantùm abſtracta ſunt,ſed re etiam ipſa. Quartã,de Deo Opt. Max. qui nõ ſolùm abſtractus eſt re,ac ratione, à materia propriè dicta, ſed etiam ab omni potentialitate, quæ modo quodam materiã dici poteſt. Adde etiam fortaſſe, quintam Metaphyſicam de anima ſeparata, quæ cum ſit abſtracta re ipſa, non autem ratione, (neque enim ſine eſſentiali propenſione ad materiam intelligi poteſt) aliam

poſtulat

poſtulat ſcientiam diſtinctam à prædictis quatuor, & mediam inter eas, ac Phyſicam.

Non eſſe admittendas.

VERVM non opus erat huiuſmodi diſtinctione, A qua enim ſcientia tractatur genus, aut quaſi genus, ab eadem tractantur omnia, quæ cadunt ſub eam rationem formalem, ſub qua illud in ea ſcientia conſideratur. Cùm igitur ens, quatenùs in ſuo conceptu, nec ſenſibilem materiam includit, nec intelligibilem, poſtulet ſcientiam aliquam ſuperiorem Phyſica, & Mathematicis (hac enim ratione tranſcendit ens ea omnia, quæ in Phyſica, & Mathematicis tractantur) ab eadem illa, quæ verſabitur in Ente eo modo ſpectato, tractabuntur omnia, quæ ſine vlla materia concipiuntur, ſiue illa ſint re ipſa omnino ſeparata ab vtraque materia, vt Deus & intelligentiæ, ſiue in quibuſdam ſint, in quibuſdam non ſint, vt attributa communia rebus materialibus & immaterialibus. Quòd ſi ex diuerſis gradibus maioris, & minoris abſtractionis Metaphyſicæ colligere velis diuerſas Metaphyſicæ ſpecies: pari ratione ex diuerſis gradibus maioris, & minoris abſtractionis Phyſicæ, colligendæ tibi erunt diuerſæ ſpecies Phyſicæ ſcientię. Quare cùm omne genus Phyſicum ſit abſtractius à materia ſenſibili particulari, quàm eius ſpecies: tot erunt ſpecies Phyſicæ ſcientiæ, præter Phyſicam, quæ agit de ſubſtantia corporea in commune, quot ſpecies ſubſtantię ſub corporea ſubſtantia continentur, ſiue immediatę illi ſint, ſiue mediatę. Ac in eis quidem ſcientiis, quarum aliæ agunt de ſuperioribus, aliæ de inferioribus, perſpicua eſt conſequutio. In iis autem, quæ agunt de ſpeciebus ex oppoſito diuidentibus idem genus, ex eo perſpicuè res probatur, quia cùm ſcientia vnius ſpeciei minorem connexionem habeat cum ſcientia alterius oppoſitę, quàm cum ſcientia ſui generis, ſi ſcientię ſuperiorum, & inferiorum differunt ſpecie: & ſpecierum quoque oppoſitarum ſpecie different. Ita fiet, vt tot ponendæ ſint ſpecies Phyſicæ ſcientiæ, quot ſunt genera & ſpecies rerum naturalium, quod puerile eſt, atque à Philoſophorum conſuetudine, & ratione ipſa alieniſſimum. Accedit, quòd tranſcendentia ſunt analoga, nec naturam aliquam vnum ſignificant, quæ communis ſit Deo, & primis generibus entium: quo fit, vt niſi ij, quibus hæc Metaphyſica multitudo placuerit, velint tranſcendentia imperfectiuè, & confuſiſſimè, ſolóque conceptu, quid nominis (vt à quibuſdam vocatur) in prima illa ſua Metaphyſica tractari: neceſſariò fateri debeant, agi etiam in ea de Deo, & decem primis vulgatis generibus. Quòd ſi de his: ergo & de ſubſtantiis ſeparatis finitis, ſiue illæ contineantur ſub primo genere, ſiue conſtituant per ſe genus quoddam medium inter Deum, & prima vulgata genera. Neque opus eſt pluribus contra huiuſmodi commentationem, præſertim hoc loco, cùm libro 6. de ſcientiarum diſtinctione agendum ſit. Quo loco intelliges, qua ratione Metaphyſica agat de anima ſeparata, cùm illa in ſua eſſentiali ratione habitudinem ad materiam includat, qua item de iis ſummis generibus quæ ſine materia non intelliguntur: ac demum, cur Mathematica non ſit vna tantùm ſcientia, quemadmodum Phyſica.

Tranſcendentia non ſignificare vnam aliquam naturam.

Solutio argumentorum primæ opinionis.

SECTIO V.

Appellatio ſcientiarum.

AD primum igitur argumentum primæ opinionis dicendũ eſt, non ſemper appellationẽ ſcientiæ deſumi ex ſubiecto primo & adæquato, ſed interdum etiam à re, quæ præcipuè in ea conſideratur, vt Aſtrologiæ ab aſtris. Poſſet breuiùs dici, Deum eſſe in ea ſubiectum denominationis, vt dictum eſt, non adæquationis. Quamquam hæc ſcientia dicitur Theologia non tantũ, quia agit de Deo, ſed etiam quia de diuinis rebus, quo nomine Philoſophi appellant res cæteras, quæ re ipſa ſunt materiæ expertes.

Subiectũ adæquatũ præſtantiſſimũ.

AD ſecundum dicendum eſt, ſcientiam dici præſtantiſſimã ex præſtantia ſubiecti primi, & adæquati. Cæterũ è multis ſubiectis primis & adæquatis, illud dicitur præſtantiſſimũ, quod ſuo ambitu cõplectitur ens præſtantiſſimũ, iuxta illud cõmune pronunciatum, quod habes 3. Top. *Si id, quod eſt in hoc genere optimum præſtantius eſt, quàm quod optimũ in illo: hoc certè genus præſtantius eſt illo.* Quamquam igitur ens, quatenus ens, ſi ſimpliciter accipiatur, ſit minus pręſtans, quàm quodcũque particulare ſubiectum, tamen ſi totũ genus, cũ toto quouis genere ſubiecto conferatur, præſtantius eſt ens, quã quodcũque ſubiectũ particulare, cũ ſubſtantias ſeparatas, atque adeo Deum Opt. Max. complectatur. *Sect. 3.*

AD tertium dicendum eſt, hanc ſcientiam agere de primis cauſſis, non ſolùm vt cauſſæ ſunt, ſed etiam vt entia ſunt.

Qua ratione Theologia ſacra diſtinguatur à Metaphyſica.

AD quartum negandum eſt, non aliter diſtingui hanc ſcientiam à ſacra Theologia, quàm ratione principiorum: diſtinguitur enim ratione etiã ſubiecti, & finis, ex cuius differentia principiorum quoque, & & ſubiecti diſtinctio colligitur. Finis Theologiæ ſacræ eſt cognitio eorũ, ad quæ intelligenda nullũ naturale lumen creaturæ ſatis eſt: cuiuſmodi ſunt ea, quę ad diuinarum perſonarum diſtinctionem, clarámque Deitatis cognitionem, multáque eorum, quæ ad diuinam voluntatem, prouidentiam & potentiã ſpectant: quæ omnia numerantur in ſecretioribus Dei arcanis. Vnde fit, vt ſacra Theologia, nõ alia principia propria, & particularia habere poſſit, niſi per reuelationem accepta: neque aliud ſubiectum, niſi Deum, quoad ea, quæ naturali lumine cognoſci nequeunt. At finis Metaphyſicæ eſt naturalis contemplatio eorũ omnium quæ in ſuo conceptu materiam non includunt. Vnde efficitur, vt eius principia cadant ſub lumen naturale, eiuſq; ſubiectum proprium, & adæquatum ſit ens non includens in ſuo conceptu materiam; quatenùs poteſt naturali lumine cognoſci. Quare, etſi Theologi cenſent, Deum eſſe ſubiectum Theologiæ ſacræ, quemadmodum & obiectum fidei Orthodoxæ, qua propria eius ſcientiæ principia cognoſcuntur: non tamen inde efficitur, eumdem eſſe huius ſcientiæ ſubiectum.

Solutio argumentorum ſecundæ.

SECTIO VI.

Quo pacto ſubſtantia ſeparata hanc ſcientiã à cæteris diſtinguant.

AD primum ſecundæ opinionis negandum eſt, ſubſtantiam ſeparatam diſtinguere primò, & per ſe hanc ſcientiã à cæteris atque

ad pri

Digitized by Google

ad primam eius rei probationem dicendum, fuiſſe quidem ſubſtātiam ſeparatam occaſionem diſtinguendi Philoſophiā naturalem à prima Philoſophia,& cauſſam ſine qua ea diſtinctio non cognoſceretur : ſed tamen non eſſe primam,& adæquatam eius diſtinctionis cauſſam, cum ea ſubſtantia nō ſit primum, & adæquatum primæ Philoſophiæ ſubiectum. Quòd autē ea fuerit occaſio eius diſtinctionis, & ſolùm cauſſa ſine qua non, ex eo patet, quia antequam vlla ſeparata ſubſtantia cognoſceretur, Philoſophia naturalis dicebatur prima Philoſophia, quòd omnes ſubſtantiæ crederentur ſub eius cōſiderationem cadere. Quāquam enim eo tempore dari poterit conceptus ſubſtantiæ, vt ſubſtantia eſt, qui re vera communior eſt, quàm conceptus ſubſtantiæ corporeæ,& poſtulat ſcientiam ſuperiorem Naturali : tamen quia nondum putabatur eſſe vlla ſubſtantia expers materiæ, meritò credebatur eiuſmodi conceptus ſubſtantiæ reciprocari cum conceptu ſubſtantiæ corporeæ, nec opus eſſe ſcientia ſuperiori ad eius explicationem. At verò cùm primùm ſubſtantiæ corporis expertes cognitæ fuerunt,& Philoſophi intellexerunt, conceptum ſubſtantiæ latiùs patere, quàm ſubſtantiæ corporeæ: tum demum quæri debuit ſuperior aliqua ſcientia, quæ de ſubſtantia in cōmmune,& de omnibus ſubſtantiis materię expertibus, earúmque accidentibus, ac proinde de ente, vt ens eſt, diſſereret. Ita patet, ſubſtantiam ſeparatam, primam occaſionem diſtinctionis fuiſſe, primam autem & adæquatam, cauſſam non eſſe.

Ad ſecundā probationē dicendū, nō eſſe in ea diſtinguendi ratione ſermonē de ſubiecto Metaphyſicæ primo,& adęquato, ſed de purè Metaphyſico, quod ſecūda cōcluſione aſſeruimus eſſe ſubſtantiā ſeparatā.

Tertiæ probationi eodem modo occurrendum, ex eo, quod Ariſt. ait in loco citato, nihil aliud colligi, quàm quòd ſubſtantia immobilis ſit occaſio diſtinctionis, aut ſubiectum purè metaphyſicum.

Solutio argumentorum tertiæ.

SECTIO VII.

Quid eius ſubſtātiæ cōceptu indicabatur.

Ad primum tertiæ opinionis dicendum, etſi ſubiectum Phyſicæ eſt ſubſtantia: non tamen inde effici, vt ſubiectum Metaphyſicæ ſubſtantia eſſe debeat. Nam etſi Metaphyſica nobilior eſt, quàm Phyſica, tamen eius nobilitas non eſt ponderanda ex nobilitate ſubiecti adæquati ſimpliciter accepti: ſed ex nobilitate rerum, quas illud ſuo ambitu complectitur, vt dictum eſt.

Cur ſubiectū Metaphyſicæ non ſit ſubſtantia, vt Phyſicæ.

Sect. 4. Ad ſecundum, negandum eſt, ita ſe habere Metaphyſicam ad ſubſtantiam in commune,& accidentia in commune, vt ſe habeat Phyſica ad ſubſtantiam naturalem,& accidentia naturalia. Nam, etſi illa nō differunt ab his, niſi ſola cōmunitate,& abſtractione à materia: tamen Metaphyſica agit de illis, vt de partibus ſui adæquati ſubiecti : Phyſica autem non eodem modo de his agit, ſed de ſubſtantia naturali, vt de ſuo adæquato ſubiecto: de accidentibus verò naturalibus, vt de propriis illius affectionibus. Cauſſa huius diſcriminis eſt, quia Phyſica, cùm ſit particularis ſcientia, verſari poteſt in ſola ſubſtantia, vt ſubiecto, quemadmodum aliæ quædam ſcientiæ in accidentibus: at Meta-

phyſica cùm ſit vniuerſalis, neceſſariò ſibi vendicat ſubiectum omnibus omnium ſcientiarum ſubiectis commune, & (quod conſequens eſt) aliquid commune ſubſtantiis & accidentibus.

AD tertiũ concedendũ eſt, ens prædicari eſſentiali prædicatione de omnibus entibus: itémque nullũ ſubiectũ prædicari eſſentiali prædicatione de ſuis paſſionibus: negandũ eſt tamen inde ſequi, aut ens cõmune ſubſtantiis, & accidentibus, non eſſe ſubiectũ Metaphyſicæ, aut paſſiones ſubiecti Metaphyſicæ nihil omnino eſſe. Quamquam enim illæ, nec ſubſtantiæ ſunt, nec accidentia: ſunt tamen, vel negationes quædam ſuo modo in rebus exiſtentes: vel entia rationis: quæ omnia ad caput ſequens explicanda ſunt.

Paſſiones entis, non eſſe omnino nihil.

Solũtio argumentorum quartæ.

SECTIO VIII.

AD primum denique quartæ opinionis vt reſpondeamus, illud animaduertendum, eſt duobus modis poſſe accipi nomen cauſæ: vno, pro cauſſa propriè dicta, quæ ſignificatio aperta eſt: altero pro ratione, ſeu medio à priori, vt vocant: quo pacto dicimus demonſtrationem, qua oſtendimus, Deum eſſe æternum, quia eſt omnino immutabilis, eſſe noſtro intelligendi more per cauſam, quia eſt per rationem à priori, quamquam non ſit per veram, ac propriè dictam cauſam; de qua re plura 1. Poſt. cap. 2. Illud etiam animaduertendum eſt, cùm Ariſtotel. hoc loco ait, in hac ſcientia quæri cauſſas entis, vt ens eſt, ſic intelligendum id eſt, ac ſi apertiùs diceret, in hac ſcientia quæri cauſſas, per quas entia quatenus entia, aut ſint, aut aliqua attributa ſibi vendicent: latè tamen ſumpto nomine cauſſæ, vt rationes à priori complectitur. His poſitis negandum eſt, ens, quatenus ens, non poſſe habere hoc pacto cauſſam. etenim nõ ſolùm de aliis rebus, ſed etiam de Deo poteſt aliquid hoc modo per cauſſam demonſtrari, vt quòd ſit quiddam vnum, verum, bonum: quæ cùm ſint primæ entis paſſiones, de quanis re per rationem entis demonſtrari poſſunt, maximè autem de Deo, cui maximè conuenit ratio entis. Poſſunt quoque entia, quatenus entia ſunt, habere cauſſam propriè dictam, quia omnes res finitæ entitatis habent huiuſmodi cauſam, etiam quatenus entia ſunt: quippe cum ſecundum omnes entitatis gradus verè, ac propriè pendeant à primo ente. Nec mirum videri debet, quòd dicamus, ea, quæ analogicè conueniunt cum aliquo primo, verè ac propriè ab illo pendere, etiam quatenus cum illo conueniunt. Analogica enim conuenientia, non fundatur in vnitate alicuius naturæ: quæ vnius omnino rationis ſit, & omnibus analogatis ex æquo conueniat (hoc enim pacto, non poſſet vnum pendere ab altero ſecundum eiuſmodi naturam) ſed in participatione, aut proportione quadam imperfecta, quæ nihil impedit quominus vnum verè ac propriè pendeat ab altero, etiam quatenus cum illo conuenit. Quo pacto accidentia quatenus accidentia, non ſolùm pendent à ſubſtantia, vt à vera cauſſa, ſed etiam quatenus entia. Quòd ſi quis obiiciat, entia quatenus entia, habent veram cauſſam,

Cauſſa nomẽ duobus modis ſumitur.

Quo pacto hac ſcientia quærat cauſſas entis, vt ens eſt.

Analogica conuenientia fundamentũ.

ſam, vt ais, igitur omnia entia habent veram cauſam, quod falſum eſt: neganda eſt conſequentia. In ſolis enim vniuocis neceſſariò infertur vniuerſalis ex indefinita reduplicatiua. Nám in analogis, vel ex propoſito accidentium exemplo oppoſitum intelliges: quippe cùm etiã quatenùs entia ſunt, pendeant à ſubſtantia, nec tamen idcirco omnia entia à ſubſtantia pendeant. Verùm hæc capite ſequenti planiora fient.

Obiectio. *Dilutio.*

Ad ſecundum dicendũ eſt, nullum eſſe incommodum, ſi noſtro intelligendi more cõſideremus in Deo principia quædam à priori multorum attributorũ, quę de eo demonſtrentur more paſſionũ, ſiue affectionum, vt eſſe actum purũ, per quod à priori demonſtratur eius perfecta immutabilitas: & eſſe prorſus immutabile, per quod demonſtratur eius æternitas, & omnino eſſe ens, per quod eius vnitas. Neque enim imperfectio vlla eſt, habere hoc pacto principia, & quaſi paſſiones: ſed eſt potiùs imperfectio noſtra, non poſſe naturaliter hęc omnia percipere, vt ſunt in Deo, quo pacto ea inter ſe non diſtinguuntur.

Quo pacto in Deo principia & affectiones intelligi poſſint.

Ad tertium negandum eſt, omne ſubiectum ſcientiæ eſſe prius natura iis, quæ illius ambitu continentur, etiamſi ab eo ad illa modo aliquo non reciprocetur conſequentia. Duob. enim modis poteſt ab vno ad alterum non reciprocari conſequentia. Vno, quoad prædicationem nempe ſi de quacumque re alterum dicitur, dicatur ipſum, non tamen vice verſa: quo pacto cõcedimus, ab ente ad Deũ non reciprocari conſequentiam: altero, quoad exiſtentiã, quod tum accidit, cùm altero poſito in rerũ natura, neceſſariò ponitur ipſum, & tamẽ ipſo poſito, non neceſſe eſt ponere alterum, quo pacto negamus ab ente ad Deum non reciprocari conſequentiã. Nam quẽadmodum poſito Deo in rerũ natura, eo ipſo ponitur ens, ſic etiã poſito ente neceſſariò ponitur Deus, cùm quicquid in rerum natura exiſtit, vel ſit Deus, vel ab exiſtẽtia Dei pendeat. Cùm ergo id dicitur prius natura, à quo nõ reciprocatur conſequentia, non eſt accipienda reciprocatio quoad prædicationem, ſed quoad exiſtentiam, vt perſpicuum eſt apud Ariſtotelem in loco citato: alioqui vnum, non eſſet prius natura duobus (quo exemplo ille eo loco vtitur) cùm de duob. nequaquã prædicetur. Accedit hæc ratio, quia ſi id eſſet prius natura, à quo non reciprocatur prædicationis conſequentia, ſequeretur Deum eſſe priorem natura qualibet perſona diuina. Nam, etſi quicquid in Diuinis eſt pater, ſit Deus, non tamen quicquid eſt Deus, eſt pater, & ita in cæteris perſonis: at Deum eſſe priorem natura diuinis perſonis nemo dixerit, ſed tantùm noſtro intelligendi more, qui imperfectè diuinam naturam concipimus:

Prius, à quo non reciprocatur conſequẽtia, quot modis dicatur.

Prius natura non ſecundum prædicationẽ ſed ſecundum exiſtentiam ſumendum.

Quod ſi quis dicat, Ergo ſaltem more intelligendi noſtro ens eſſe prius Deo, concedendum id quidem eſt, ſi modò ens confuſè cõcipiatur: quo pacto entis nomen nullum naturæ gradum ſignificat Deo, & creaturis communem, vt cap. ſequenti patebit. Cæterùm ens eſſe hoc pacto prius Deo, non eſt eſſe prius natura illo, ſed poſſe à nobis prius concipi, vt à multis, qui Deum eſſe negauerunt, conceptum eſt, imò & à veris Philoſophis concipitur, cùm diſtinguitur in ens finitum, & infinitum. Quinetiam addiderim: etſi ens diceret gradum aliquem entitatis communem Deo, & creaturis, & Deus adhuc maneret creator

Nũ ens more intelligẽdi noſtro ſit prius Deo.

Num omne genus ſit prius natura ſuis ſpeciebus, vt à quo non reciprocetur exiſtendi conſequentia.

(quod planè videtur contradictionem inuoluere) adhuc tamen iuxta modum illum prioris, qui ex Ariſtotele adductus eſt, non eſſet ens prius natura Deo:adhuc enim poſito ente in rerum natura neceſſariò poneretur Deus. Vnde colliges, ſi vera eſt ſententia eorum, qui dicunt lineas eſſe actu in media ſuperficie, & numerum eſſe verum genus numerorum, darique ſimul in rerum natura plures ſpecies numerorum, quarum aliæ ſint partes aliarũ, planè ſequi, non omne genus eſſe prius natura ſuis ſpeciebus illo prioris modo, cùm his datis perſpicuè ſequatur, magnitudinem reciprocari cum linea ſecundùm exiſtentiam, & numerum eodem modo cum binario. Nam quemadmodum ſi linea exiſtit, magnitudo exiſtit:ita ſecundùm hanc ſententiam ſi magnitudo exiſtit, linea exiſtit, eodémque modo, vt exiſtente binario exiſtit numerus, ſic etiam exiſtente numero exiſtit binarius. Ad hoc idem argumentum breuiſſimè reſpondet Aegidius, Rectè illud concludere in vniuocis, non in analogis. *Aegid. libr. 1. q. 9.*

Quo pacto Ariſt. diſtribuat ens in prædicamẽta.

AD quartum dicendum eſt, cùm Ariſtoteles diuidit ens in prædicamenta, non ita illud diuidere, ſeu potiùs diſtinguere, quaſi omnia eius ſignificata ponat per ſe, ac directò in prædicamentis. Nã nec differentiæ, quæ ſpecies conſtituũt, nec materia, nec formæ ſubſtantiales, nec motus, vt motus ſunt, ſiue inchoati quidã actus:poſſunt per ſe in prædicamentis collocari, & tamen hæc omnia, & alia entia incõpleta ſub ente, quod eſt ſubiectum Metaphyſ. comprehenduntur. Alioqui non iam ens in commune, ſed ens finitum, & completum eſſet primum, & adæquatum huius ſcientiæ ſubiectum, quod hi auctores minimè volunt, neque item ens, vt Metaphyſicæ ſubiectum eſt, diceretur per ſe, ſiue eſſentiali prædicatione de differentiis, quæ ſunt entia incompleta:quod tamen falſum eſſe capite ſequenti patebit. Cùm ergo Ariſt. diſtribuit ens per decem prædicamenta, ſic accipienda eſt diſtributio, vt non ſolùm ea, quæ in illis ponuntur per ſe, ſed etiam, quæ reductitiè, & per alia:imò etiam ſi quid eſt, ad quod ipſa prædicamenta, quaſi ad caput reuocentur: in prædicamenta ipſa, quaſi in claſſes quaſdam diſtributa eſſe intelligantur. Hoc igitur modo non dubium eſt, quin Deus etiam ipſe in illa diſtributione ad prædicamentum ſubſtantiæ potuerit referri, non quidem vt per ſe pertinens ad illud, nec etiam vt reductum per aliud, ſed potiùs vt principium, ad quod ipſum ſubſtantiæ prædicamentum, & cæteræ deinceps accidentium claſſes ordine quodam redigantur: quod factum fuiſſe ab Ariſtotele ſuo loco patebit. Quod denique hi auctores addunt, in hac ſcientia non agi de Deo, vt de re, quæ contineatur ſub eius ſubiecto, iam refutatum eſt. Hæc de ſubiecto huius ſcientiæ dicta ſint, in cuius explicatione, ſi quæ deſiderabuntur, ex libro ſexto petenda erunt. *Sect. 2.*

Quo pacto Deus ad prædicamẽta pertinere poſſit.

SINT

SINT-NE CÆTERÆ OMNES ſcientiæ huic ſcientiæ ſubalternatæ.

QVÆSTIO II.

Quibus rationibus videantur eſſe ſubalternatæ.

SECTIO PRIMA.

CÆTERAS omnes ſcientias eſſe huic ſcientiæ ſubalternatas, ex iis, quæ ab Ariſtotele hoc capite dicuntur, videtur perſpicuum. 1.

Primùm, quia quò latiùs patet ſubiectum ſcientiæ, eò latiùs patet eius finis, quemadmodũ, quia ſubiectum Politicæ eſt Reſpublica, Ethicæ autem homo priuatim ſumptus, finis politicæ latiùs patet, quàm finis cuiuſque ſingulatim: ergo ſi ens, quatenùs ens, eſt ſubiectum huius ſcientiæ: cęterarũ autem ſcientiarũ particularia entia: erit vtique finis Metaphyſicæ ſuperior finibus particulariũ ſcientiarũ: at ſcientia, cuius finis eſt ſubiectus fini alterius, eſt illi ſubalternata, vt frænorum effectiua Militari, quod eſt apud Ariſtot. 1. Eth. c. 1. ſunt igitur cæteræ omnes ſcientiæ huic ſubalternatæ.

Deinde, quia, vt ſe habet ſubiectum vnius ſcientiæ ad ſubiectum alterius, ita proportione quadã ſe habẽt principia vnius ad alterius principia: eſt. n, in vtriſq; par ratio: at ſubiecta cæterarũ ſcientiarũ pendent in ſuo eſſe ex ſubiecto huius ſciẽtię: igitur & principia illarũ pẽdent in ſua veritate ex principiis huius: probantur igitur illarum principia per principia huius, quod verã & propriè dictã ſubalternationem efficit. 2.

Tertiò, quia idcirco Perſpectiua dicitur ſubalternata Geometriæ, & Muſica Arithmeticæ, quia harum ſubiecta cõtinent illarum ſubiecta, eiſque addunt accidentarias differentias viſualis, & ſonori: at ſubiecta cæterarum ſcientiarum includunt ſubiectum huius, eique addunt accidentarias differentias, naturalis, continui, diſcreti, & alias huiuſmodi, quæ accidunt enti, quatenus ens eſt: non eſt igitur dubium, quin cæteræ ſcientiæ ſint huic ſcientiæ ſubalternatæ. 3.

Text. 8. Atque hæc planè videtur eſſe ſententia Platonis 7. lib. de Republica, & Ariſt. 1. Phyſ. c. 2. & 1. Poſteriorum c. 7. eiſdémque locis Simplicij, Themiſtij, & aliorum complurium, in quibus videtur eſſe D. Thomas in opuſculo, quod De natura generis inſcribitur, & Proclus 1. lib. commentariorum in primum Elementorum Euclidis. 4.
Text. 23. *Cap. 14.* *Cap. 4.*

Quot modis vna ſcientia dicatur alteri ſubalternata.

SECTIO II.

VT igitur, quid in hac quæſtione dicẽdum ſit, intelligatur, exponenda ſunt breuiter tria illa ſubalternationum genera, quæ circumferri ſolent, Ratione finis, Ratione principiorum, & Ratione ſubiecti.

Ac ratione quidem finis, ea ſcientia dicitur alteri ſubalternata, cuius finis, eſt ſub fine illius, ſiue ea, quæ agit de ſuperiori fine, habeat *Subalternatio ratione finis quæ ſit.*

imperium in inferiorem,eiq; pręcipiat,vt in agendo ad ſuperiorem finem ſe accommodet, quo pacto ars frenorum conficiendorum ſubalterna eſt Equeſtri, Equeſtris Militari, & Militaris Politicæ, ſiue nullum habeat imperium in inferiorem, ſed ſolùm cõtemplatiuè agat de ſuperiori fine, quò pacto Ethica ſubalternatur Phyſicæ, Agit enim Phyſica contemplatiuè tantùm de optima hominis operatione, quæ eſt perfecta operatio partis intellectiuæ, Moralis autẽ Philoſophia docet, quid cuiq; agendum ſit, vt perfectè, hoc eſt benè, beatéque viuat.

Subalternatio ratione principiorũ quomodo fiat.

RATIONE principiorum ea dicitur ſubalternata alteri, cuius principia in illa demonſtrantur, ſiue id fiat oſtenſiuè, ſiue deductione ad impoſſibile. Oſtenſiuè quidem eo modo, quo Medicina, & Geometria ſubalternantur Phyſicæ, Medicina quidem totali ſubalternatione, quòd omnia eius principia in Phyſica poſſint directò oſtẽdi, Geometria verò ſubalternatione partiali, ratione illius principij, *A quouis puncto in quoduis punctum licet lineam ducere*, quod demonſtratur oſtenſiuè in ſcientia naturali. Deductione autem ad impoſſibile, eo modo, quo eadem Geometria ſubalternatur Arithmeticæ, vt cùm Mathematici probant. *Diametrum quadrati non eſſe commenſurabilem lateri,* quia alioqui ſequeretur, vnitatem eſſe commẽſurabilem numero, hoc eſt, habere cum numero communem menſuram.

Ratione ſubiecti, quomodo vna ſcientia ſubalternetur alteri.

RATIONE ſubiecti ea ſcientia ſubalternatur alteri, cuius ſubiectum ſub illius ſubiecto continetur, ſiue ſubiectum ſubalternantis cõtrahatur ad ſubiectum ſubalternatæ per differentiam aliquam per accidens, quo pacto Muſica ſubalternatur Arithmeticæ, quòd ſubiectum illius ſit numerus ſonorus, huius autem numerus ſimpliciter, ſiue per differentiam per ſe, quo pacto ſcientiam de rebus naturalibus ſecundum ſpeciem, ſubalternatus ei, quæ agit de ente naturali in commune, qua ratione libri de Cœlo, & qui ſequuntur in Phyſica, dici ſolent ſubalternari libris de Phyſica auſculatione.

Subalternatio propria, & impropria in primo genere.

ILLVD tamen in omnibus his tribus ſubalternationum generibus animaduertendum eſt, ſemper priorem modum cuiúſque earum à nobis propoſitum eſſe proprium, poſteriorẽ improprium. Atque vt ſingula genera percurramus: nunquam in primo genere ſubalternatio eſt propria, niſi cùm ſcientia ſubalternans dirigit practicè ſubalternatam, éique pręcipit, vt ad ſuperiorem finem actiones ſuas dirigat. Nam ſi contemplatiuè tantùm agat de fine ſuperiori, impropriè dicetur ſubalternare ſibi eam, quæ agit de inferiori, quo pacto Phyſica impropriè ſubalternat ſibi Ethicam hoc ſubalternationis genere, licet in alio genere propriè ſubalternans dici poſſit.

In ſecũdo genere.

IN ſecundo autẽ genere, nunquã ſubalternatio propria eſt, niſi cùm ſubalternans oſtenſiuè, & à priori demonſtrat principia ſubalternatæ, quo pacto Medicina ſubalternatur Phyſicæ. Nam per deductionem ad impoſſibile etiam principia vnius ſcientiæ poſſunt demonſtrari per principia diſparatæ ſcientiæ, quo pacto quædam principia Geometrię demõſtrari poſſunt per principia Arithmeticę, quòd ſequatur, neganda eſſe hæc, quæ notiora ſunt, ſi illa negentur. Accedit, quòd demonſtratio ducens ad impoſſibile, non demonſtrat rem directò, ſed refutando

tando oppoſitũ, vt meritò cenſeatur illam minùs propriè demõſtrare.

In tertio verò genere, ea ſola ſubalternatio habetur propria, in qua ſubiectum ſubalternantis contrahitur per differentiam per accidens. Differentia enim per ſe adiuncta generi, quod diuidit, ac cõtrahit, efficit ſpeciẽ, at ſpecies eſt id ipſum quod genus, vt homo id ipſum quod animal, compoſitum autem per accidens, non eſt id ipſum quod altera pars, veluti numerus ſonorus id ipſum quod numerus, aut id ipſum quod ſonorum, vt meritò eiuſmodi differentia aliud ſcientiæ ſubiectum conſtituere cenſeatur. Quod ita tamen intellige, ſi talis differẽtia non pertineat ad ſcientiam eius, cui adiungitur: hæc enim ſola efficit ſubalternationem ratione ſubiecti. Nam ſi pertineat ad eam ſcientiam, ad quam ſpectat, id, cui adiungitur, non conſtituetur de eo diſtincta ſcientia. Id, quod Scotus in prologo ſententiarum doctè animaduertit, cùm ſic ait, *Scientia ſubalternata de aliquo vno per accidens, præſupponit duas tractantes de partibus illius totius ſeparatim.* *Quaſt. 3.*

Quæ differentia per accidens requiratur.

Deniqve illud animaduertendum eſt, hoc ſolum tertium genus ſubalternationis efficere ſcientiam ſimpliciter ſubalternatam. Nam primum & ſecũdum reperiri poſſunt in partibus vnius omnino ſcientiæ, Poteſt enim vna pars eiuſdẽ practicę ſcientiæ imperare alteri parti, vt ad ſuum finem ſe accommodet in agendo: & paſſim videmus cõcluſiones vnius partis ſumi, vt principia oſtenſiua in aliis partibus. At cùm adiungitur differentia per accidẽs, quæ pertineat ad aliam ſcientiam, ſemper ſcientia, quæ de eo compoſito agit, cenſetur alia ab iis, quæ agunt de ſingulis partibus: atque cum hac ſubalternatione ſemper coniuncta eſt ſubalternatio ſecundi generis. Alia pleraque hoc loco de natura ſubalternatarum, & ſubalternantium ſcientiarum, earúmque ſubiectis, principiis, & cognitione prætermittimus, quòd ad librum ſextum explicanda ſint.

Subalternata ſimpliciter.

Cæteras ſcientias non ſubalternari Metaphyſicæ, ſaltem ſubalternatione totali, niſi impropriè, & ſecundùm quid.

SECTIO III.

His poſitis facilè concludi poteſt, cæteras ſcientias non eſſe ſubalternatas Metaphyſicæ, ſaltem ſubalternatione totali, niſi impropriè, & ſecundùm quid.

Aſſertio præcipua. Omnes ſcientias non eſſe ſubalternatas metaphyſicæ.

Ac non eſſe propriè ſubalternatas primo ſubalternationis genere, hinc intelligi poteſt. Nam, etſi Metaphyſica agit de eo, quod in omni natura eſt optimum, vt Ariſtoteles ait primo lib. cap. 2. & quod hinc ſequitur, de ſupremo fine, ſub quo omnes particularium ſcientiarum fines continentur, tamen non agit de eo practicè quaſi doceat, quo pacto obtineri poſſit, ſed contemplatiuè tantùm, ſoliúſque cognitionis gratia. Quo fit, vt non dirigat practicè inferiores ſcientias, vt in ſuis operationibus ad illum ſe accommodent. Quòd ſi quis obiiciat, Metaphyſicam ex omnibus ſcientiis eſſe maximè principem, ac cæteris omnibus imperare, vt eodem loco docet Ariſtoteles, ergo eſſe propriè ſubalternantem hoc ſubalternationis genere, occurrendum eſt, Quòd Metaphyſica dicitur imperare cæteris, impropriè accipiendum

Probatio in primo genere.

Quo pacto Metaphyſica imperet cæteris.

 eſſe,

eſſe. Nihil enim aliud Ariſt. ſignificat iis verbis, quàm Metaphyſicam cognoſcere id, cuius cauſſa omnia agenda ſint, quod eſt ſummum totius vniuerſitatibus bonum: at nõ quiſquis id cognoſcit, cuius cauſſa aliquid agendum ſit, præcipit, vt aliquid fiat eius conſequendi cauſſa.

In ſecundo. In ſecundo etiam genere peſpicua res eſt, ſi de totali ſubalternatione ſit ſermo. Nam, etſi cæterarum omnium ſcientiarum principia poſſunt à Metaphyſico demonſtrari deductione ad impoſsibile, propterea quòd prima principia Metaphyſicæ ſunt omnium manifeſtiſsima, & quorum oppoſita ſunt omniũ abſurdiſsima, non omnia tamen ab illo oſtenſiuè demonſtrantur, Primùm, quia cùm cæteræ ſcientiæ habeant plurima principia immediata, ſeu, quod idem eſt, in demonſtrabilia, nõ poſſunt omnia eorum principia oſtenſiuè demõſtrari à priori, vt patet ex 1. Poſt. c. 2. alioqui iam non eſſent immediata, ac indemonſtrabilia. Deinde, quia alioqui nulla alia ſcientia demonſtraret propter quid, vt patet ex iis, quæ Ariſtoteles de ſcientiis ſubalternatis ſcribit eodem libro c. 10. ac proinde, vt aliquid ſciretur propter quid, opporteret priùs diſcere Metaphyſicam, quod negant Philoſophi, & ipſa experientia falſum eſſe docet. Poſtremò quia in qualibet ſcientia non ſubalternata alteri particulari reperiuntur cauſſæ proximæ, itemq́ne primæ in eo genere, per quas fiunt plurimæ demonſtrationes propter quid. Dixi (*ſi de totali ſubalternatione ſit ſermo*) quia nihil eſt incommodi, ſi aliqua ſcientia ſubalternatione partiali huius generis dicatur propriè ſubalternari Metaphyſicæ, velut Dialectica, quoad illa pronunciata, *Quinque eſſe genera vniuerſalium, Decem eſſe prædicamenta*, quorum probatio à priori ad ſolum Metaphyſicum ſpectat. *Text. 5.* *Text. 30.*

Denique eadem aſſertio patet in tertio ſubalternationis genere, Nam ſi ſubiectum alterius ſcientiæ ſit ens rationis, non erit illa huic ſubalternata hoc ſubalternationis modo, cùm ens rationis cõſtituatur ex ente reali, quod eſt huius ſcientiæ ſubiectum. Si verò ſit ens reale, conſtituetur vtique per differentiam realem, verùm nulla differentia realis poteſt eſſe per accidens reſpectu entis realis in cõmune ſumpti. Omnis enim differentia realis eſt eſſentialiter ens reale, vt patebit ad caput ſequens, quod autem eſt eſſentialiter aliquid, non poteſt illi adiungi ad conſtituendum quicquam ſiue per ſe, ſiue per accidens, qua ratione homo non poteſt adiungi animali, vt faciat cum illo compoſitionem, ſed rationis particeps, & rationis expers, quæ non ſunt eſſentialiter animalia. Quòd ſi quis obiiciat, mobile, ſiue naturale additum enti reali facere vnũ per ſe, & tamen eſſe eſſentialiter ens reale, reſpondendum eſt, mobile non contrahere immediatè ens reale in commune, ſed ens reale per ſe exiſtens atque completum, quo pacto concedimus, ex ente reali, & differentia reali addita, fieri poſſe ens per accidens, ſi ex additione illius non reſultet eſſentia vna. Verùm ſi ea differentia realis pertinebit ad Metaphyſicam, vt ſi dicas ſubſtantiam qualem, ſubſtantiam relatam, aut ſimile quid: nam compoſitum quoad vtrámque partem pertinebit ad Metaphyſicam, nec conſtituet illi ſciẽtiam ſubalternatam, vt patet ex iis, quæ dicta ſunt. Si verò non pertinebit ad Metaphyſicam: faciet vtique immediatè compoſitionem cũ aliquo *In tertio.* *Ad finem ſectionis ſecundæ.* *Obiectio.* *Dilutio.*

aliquo pertinente ad aliam inferiorem ſcientiam, quo pacto ſonorum facit compoſitionem cum numero,& viſuale cum linea:ſed ſcientia de eo compoſito non erit ſubalternata Metaphyſicæ,niſi mediatè,quam dari non negamus. Quæ enim in hac quæſtione diximus, de immediata ſubalternatione intelligenda volumus. *Subalternatio mediata non negatur.*

At obiicies,defuiſſe in hac probatione tertium membrum, nẽpe ſi ſubiectum alterius ſcientiæ ſit cõpoſitum ex ente reali, & ente rationis adiuncto. Erit enim ſubiectum hoc modo cõpoſitum, verè ens per accidens,& aptiſſimum, vt conſtituat ſcientiam ſubalternatam Metaphyſicæ. *Obiectio.* Sed reſp.eſt. Si ens rationis adiunctũ pertineat ad Metaphyſicam,itemq; ens reale,cui adiungitur,veluti ſi dicas,ſubſtantiam generalem,vel rem intellectã:nõ erit ſatis ea cõpoſitio,vt conſtituat ſubiectũ ſciẽtiæ,quæ ſubalternata ſit Metaphyſicæ,vt patet ex dictis. *Dilutio.* Si verò non pertineat ad Metaphyſicã,aut iungetur immediatè, alicui non pertinenti ad Metaphyſicã,aut pertinenti. Si non pertinenti, veluti ſi dicas ens ſignificatiuũ ex inſtituto, in quo aggregato ſumitur ens pro voce,aut ſcripto: iã ſcientia quæ circa illud verſabitur(ſi nulla tamen erit)mediatè tantùm ſubalternata erit Metaphyſicæ, quod negandum nõ eſt,atque hoc pacto eſſet rhetorica ei ſubalternata, ſi oratio ornata quoad id reale,quod continet,eſſet ens per ſe,quòd tamen non eſt dicendũ,cùm vox ſubiecta ornatui. nõ vnũ per ſe, niſi ſuppoſita ſignificatione ex inſtituto,qua per ſe ordinatur ad exprimendã orationẽ interiorẽ,& naturalem. *Subiectũ Rhetorica, quo pacto ſit ens per ſe.* Si verò immediatè iungatur alicui pertinenti ad Metaphyſicã,vt ſi dicas,Subſtantiã definitam, aut Qualitatem demõſtratam:non efficiet ea aggregatio totale ſubiectum, & principale,ſed partiale,& minùs principale,vt inductione patet. Nullã enim ſcientiã reperies,quæ verſetur circa compoſitum ex ente reali per ſe, & ente rationis adiuncto tamquam circa ſubiectum totale, ac principale.

Ita patet,nullo ex prædictis modis ſcientiarum vllam eſſe propriè ſubalternatam Metaphyſicæ, ſaltem ſubalternatione totali, niſi quis pueriliter fingere velit nouas quaſdam ſcientiolas ex particularibus ac minùs præcipuis quibuſdam conſiderationibus ad ſermocinales ſciẽtias pertinentibus. *Cõcluſio quæſtionis.* Vnde etiam perſpicuum relinquitur, nullam cæterarum eſſe huic ſubalternatam ſubalternatione ſimpliciter quam diximus ſine ſubalternatione tertij generis non reperiri.

Solutio argumentorum partis affirmatiuæ. SECTIO IIII.

Ex his apertum eſt,quid ad primum,& tertium argumentum eorum,quæ initio propoſita ſunt,reſpondendum ſit.

Ad ſecundũ dicendum,non eſſe parẽ rationẽ principiorũ ad principia,atque ſubiecti ad ſubiectum. Non enim quemadmodum ſubiectum ſuperioris ſcientiæ, ad eſſentiam ſubiecti inferioris pertinere poteſt,ita & principia ſuperioris, ad eſſentiam principiorum inferioris. Non eſt igitur mirum,ſi cum ſubiecta cæterarum ſcientiarum pendeant in ſuo eſſe à ſubiecto Metaphyſicæ, principia tamen complexa illarũ(de iis enim eſt ſermo)non pẽdeant in ſua virtute à principiis huius. Negandũ tamen non eſt, cæterarũ omniũ principia defẽdi poſſe à priori per principia Metaphyſicæ deductione ad impoſſibilia.

Ad

Ad quartum dicendum, citatos auctores, cùm docent, aut docere videntur, cæteras ſcientias eſſe huic ſubalternatas, de impropria, aut partiali ſubalternatione loqui.

CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

Inſtitutum Ariſt. in hoc cap.

Ens [a] *autē multipliciter.* Tradito in ſuperiori capite ſubiecto huius ſcientiæ, docet in priori parte huius, quænam ſint partes ſubiectæ, in quas illud primò, & immediatè diuidatur, ſeu potiùs, cùm multiplex ſit, diſtinguatur. Cuius rei explicatio hac occaſione introducta eſt. Cùm dictum eſſet, ſubiectum huius ſcientiæ eſſe ens, Ens autem non ſignificet vnam naturā omnibus entibus communē, ſed multas, ac varias, diceret aliquis, ſcientiā quæ circa illud verſatur, nō eſſe vnam, ſed multas. Cui tacitæ obiectioni reſpondet Ariſt. Ita ens ſignificare multas, ac varias naturas, vt illæ quatenùs entia dicuntur, conueniant inter ſe attributione quadam ad principale ſignificatū quod ipſe explicat ſimilitudine Sani, & Medici: quæ autem hoc pacto ſignificant multas, ac varias naturas, poſſe ſub eandem ſciētiam cadere. Hinc intelliges,

Ὅτι μιᾶς ἐπιστήμης τὸ ὂν θεωρῆσαι.

ΚΕΦ. Β'.

Τὸ [a] δὲ ὂν λέγεται μὲν [b] πολλαχῶς, ἀλλὰ [c] πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν, οὐχ ὁμωνύμως, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὸ ὑγιεινὸν ἅπαν πρὸς ὑγίειαν, τὸ μὲν τῷ φυλάτλειν, τὸ δὲ τῷ ποιεῖν, τὸ δὲ τῷ σημεῖον εἶναι τῆς ὑγιείας, τὸ δ' ὅτι δεκτικὸν αὐτῆς. καὶ τὸ ἰατρικὸν πρὸς ἰατρικήν· τὸ μὲν γὰρ τῷ ἔχειν ἰατρικήν, λέγεται ἰατρικόν, τὸ δὲ τῷ εὐφυὲς εἶναι πρὸς αὐτήν, τὸ δὲ τῷ ἔργον εἶναι τῆς ἰατρικῆς. ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλα ληψόμεθα λεγόμενα τούτοις. οὕτω δὴ καὶ τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς μὲν, ἀλλὰ πᾶν πρὸς μίαν ἀρχήν. τὰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐσία, ὄντα λέγεται, τὰ δὲ ὅτι πάθη οὐσίας, τὰ δὲ ὅτι ὁδὸς εἰς οὐσίαν, ἢ φθοραὶ, ἢ στερήσεις, ἢ ποιότητες, ἢ ποιητικὰ, ἢ γεννητικὰ οὐσίας, ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων, ἢ [d] τούτων τινὸς ἀποφάσεις, ἢ οὐσίας. διὸ [e] καὶ τὸ μὴ ὂν, εἶναι μὴ ὄν. Text. 2.

Cur latius hic ſumatur ens, quàm in ſuperiore cap.

non mirum eſſe, ſi aliquando latiùs acceptum ſit ab Ariſt. ens hoc loco quàm ſuperiori capite, cùm ſubiectum huius ſcientiæ conſtituit, vt eo loco diximus. Explicatio enim analogiæ entis poſcebat, vt ad omnia omnino quæ entia dicuntur, extenderetur, etiam ſi non omnia ſub ente, vt eſt ſubiectum huius ſcientiæ conſtituit, vt eo loco diximus. Explicatio enim analogiæ entis poſcebat, vt ad omnia omnino quæ entia dicuntur, extenderetur, etiam ſi non omnia ſub ente, vt eſt ſubiectum huius ſcientiæ, caderent. Itaque Ariſt. eo pacto propoſitæ obiectioni reſpondet, vt ipſa reſponſione doceat: partes ſubiectas enti, quatenus dicuntur, entia nec ſolo nomine conuenire inter ſe, nec eſſe ſubiectas enti, vt generi, aut ſpeciei, ſed conuenire attributione quadam, quod eſt alterum genus analogiæ. Hoc verò, vt luculentiùs doceat, tres concluſiones ſubiicit. Prima eſt, *Agere de ente, vt ens eſt ad vnam ſcientiam pertinere*, entia ſi ens non vnam aliquam naturam, ſed multas, ac varias ſignificet. Secunda, *Scientiam, quæ agit de ente, vt ens eſt, præcipuè agere de ſubſtantia.* Tertia, *Agere de omnibus ſpeciebus, ad eandem ſcientiam genere ſpectare, de ſingulis autem ſpeciebus ad ſingulas ſpecies ſcientiæ.* Primam concluſionem hac ratione probat, Quia non tantùm ea, quæ vna ratione dicuntur (id eſt in natura vna conueniunt) ſed ea quæ attributione ad aliquid vnum, ſub vnam ſcientiam cadunt, ens autem, etſi non vnam, ſed multas naturas ſignificat, dicitur tamen de quodam ente primùm, ac præcipuè, de cæteris autem per attributionem ad illud. Priorem propoſitionem, & exemplo, & ratione probat. Exemplo quidem, Quia, etſi ſanum non dicitur vniuocè de iis, quæ ſana appellantur, ſed analogicè nihil tamen obſtat quo minùs omnia, quæ propriè, ſiue non figuratè dicuntur ſana,

Tres Ariſtot. concluſiones.

Prima cōcluſio Ariſt.

quæ ſana appellantur, ſed analogicè, nihil tamen obſtat, quominùs omnia, quæ propriè, ſiue non figuratè dicuntur ſana, ad vnam Medicinæ ſcientiam pertineant. Ratione verò, Quia quę dicuntur talia per attributionem ad vnum tale, quodammodo eadem ratione conueniunt. Poſteriorem ex eo oſtendit, quia ens præcipuè dicitur de ſubſtantia, de cæteris autem per attributionem ad ſubſtantiam, id quod exemplo Sani, & Medici perſpicuè docet.

Ex hac concluſione intelliges, partes ſubiectas, in quas primò, & immediatè ens diuiditur, eſſe ſubſtãtiam, prima accidentium genera, & reliqua omnia quæ dicuntur entia non ratione alicuius ſuperioris naturæ. *Cõſectarium.* Ex eadẽ patet ſolutio quintæ quæſtionis ſuperioris lib. qua quærebatur, num hæc ſciẽtia circa ſolas ſubſtãtias, an circa ea etiã, quæ per ſe ſubſtantiis accidunt, verſaretur. *Solutio qu. 3. lib. 3.* Dicendum eſt enim, verſari circa omnia entia, quatenus entia ſunt, etſi ens, vt complectitur ſubſtantias, & accidentia, ac reliqua omnia, quæ dicuntur entia, non ſit natura aliqua vna ſimpliciter, ſed analogum quid.

Vnius eſſe ſcientiæ id quod eſt ſimpliciter contemplari.

CAPVT II.

Text. 2. *ENs [a] autem multis [b] quidem modis, ſed [c] tamen ad vnum, vnámque naturam quandam, & non æquiuocè dicitur, ſed quemadmodum ſanum omne ad ſanitatem refertur, aliud quòd eam conſeruet, aliud, quòd efficiat, aliud, quòd ſignum ſanitatis ſit, aliud, quòd eius ſit capax: & medicum ad Medicinam, aliud, enim, quòd Medicinã habeat, medicum dicitur, aliud, quòd ad eam natura ſit aptum, aliud, quòd ſit Medicinæ opus: cuiuſmodi, & alia ſumemus his ſimilia: ita & ens multis quidem modis dicitur, ſed omne ad vnum principium. Alia enim dicuntur entia, quòd ſubſtantiæ ſint, alia, quòd ſubſtantiæ affectiones, alia, quòd via ad ſubſtantiam, aut interitus, aut priuationes, aut qualitates, aut quæ ſubſtantiam, eáve, quæ ad ſubſtantiam dicuntur, efficere, vel generare poſſint, aut [d] alicuius horum, ſubſtantiæve negationes. Quocirca, [e] & ipſum, non ens, eſſe non ens*

[b] *Multis quidem modis.* Multis modis, ſeu multipliciter dici eſt, commune omnibus æquiuocis, ſiue caſu æquiuoca illa ſint, ſiue conſilio, hoc eſt, ratione ſumpta ex aliqua rerum affinitate, quæ analoga appellari ſolent.

[c] *Sed tamen ad vnum.* Id eſt ad vnam aliquam naturam, quod explicationis gratia ſtatim adiicitur. His verbis diſtinguitur ens ab iis, quæ ſunt caſu æquiuoca, *Cap. 2.* quæ quidem ſola hoc loco æquiuocorum nomine comprehenduntur, etſi in prædicamentis analoga etiam æquiuoca dicantur. Aduerte tamen, cùm Ariſt. pauló inferiùs ait: omne ens dici ad vnum principium, excipiendum eſſe ipſum principium, quod quidem eſt ſubſtantia. Nam, etſi alia omnia dicuntur entia habitudine quadam ad ſubſtantiam, ipſa tamen ſubſtantia per ſe ipſam dicitur ens.

[d] *Aut alicuius horum.* Negationes etiam, cùm accidentium, vt cæcum, tum etiam ſubſtantiæ, vt mortuũ, infimo entitatis gradu dicuntur entia, ea nimirum ratione, *Negationes qua ratione entia ſint.* qua intellectus circa illa verſatur, quaſi circa entiã, vt cùm dicimus, cæcitas eſt in
Albert. hoc loco tract. 1. c. 1. D. Tho. hoc loco lect. 1. p. 4. & lect. 2. p. 3. oculo, mors eſt in cadauere. Nam alioqui nullo pacto ſunt entia, vt patebit lib. 5.

[e] *Quocirca, & ipſum non ens.* Probat non entia eſſe aliquo modo entia hac ratione. Cùm dicimus, non ens eſt non ens, verum dicimus, igitur non ens aliquo modo eſt, non tamen ſimpliciter eſt, ſed eſt non ens. Quo loco aduerte hoc qualecumque eſſe non conuenire non enti, niſi quatenus intellectus circa illud verſatur, quaſi circa ens. Id quod Albertus hoc loco, & D. Thomas, tum hoc ipſo, tum etiam lectione ſecunda annotarunt. Alioqui cæcitas, exempli cauſa, ſeu priuatio viſus, haberet aliquod eſſe in oculo. Nam ſicubi illa eſt, non ens re-

Digitized by Google

mota omni conceptione intellectus certè in oculo eſt: Quare cùm eſſe in ſubiecto quamtumcumque diminutè ſumatur, ſit eſſe accidentis, tale eſſe cæcitatis eſſet accidentis eſſe. At dices, Hæc propoſitio eſt vera, Cæcitas eſt in oculo, igitur cæcitas habet aliquod eſſe in oculo, nempe eſſe non entis. Neganda tamen eſt conſequentia, quia propoſitiones affirmatiuæ de negationibus, non verificantur niſi per negatiua fundamenta. Itaque cùm dicimus, Cæcitas eſt in oculo, fundamentum in rebus eſt negatiuum, nempe, viſum non-eſſe in oculo, quam quidē negationem intellectus ſumens, vt aliquid, tum demum de illa aliquid affirmare poteſt. Præterea, negatio hominis dicitur eſſe in equo, itémq; negatio elephantis, & infinitæ aliæ negationes infinitarum ſpecierū, & indiuiduorum, ergo ſi eiuſmodi negationes habent aliquod eſſe in equo, quātumcumque diminutum illud ſit, dabuntur in equo infinita eſſe. Quapropter dicendum eſt, nullum non ens habere eſſe, etiam illud diminutiſſimū, quo non entia dicuntur eſſe non entia, niſi quatenus apprehendūtur ab intellectu. Quo autem modo non entia apprehendi poſſint, cùm ſolum ens ſit obiectum intellectus, alia quæſtio eſt, de qua re agendum eſt lib. ſequenti.

Obiectio.

Dilutio.

ὂν φαμέν. καθάπερ οὖν καὶ τῶν ὑγιεινῶν ἁπάντων μία ἐπιστήμη ἐστίν, ὁμοίως τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλον. οὐ γὰρ μόνον τῶν καθ' [f] ἓν λεγομένων ἐπιστήμης ἐστὶ θεωρῆσαι μιᾶς, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς μίαν λεγομένων φύσιν. καὶ γὰρ ταῦτα τρόπον τινὰ λέγεται καθ' ἕν. δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι ᾗ ὄντα.

Πανταχοῦ [g] δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται, καὶ δι' ὃ λέγονται. εἰ οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν ἂν δέοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον.

Ἅπαντος [h] δὲ γένους, καὶ αἴσθησις μία ἑνὸς καὶ ἐπιστήμη· οἷον γραμματικὴ μία οὖσα, πάσας θεωρεῖ τὰς φωνάς. διὸ καὶ τοῦ ὄντος ὅσα εἴδη θεωρῆσαι, μιᾶς ἐστιν ἐπιστήμης τῷ γένει, τά τε εἴδη τῶν εἰδῶν.

Εἰ [i] * δὴ τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ταὐτὸν, καὶ μία φύσις, τῷ

Text. 3.

** Videtur legendū ἐστὶ δὴ vel ἤδη.*

[f] *Quæ ratione vna.* Hoc intereſt inter πρὸς ἕν, id eſt, ad vnum & καθ' ἕν, hoc eſt, ſecundum vnum, quòd illud ſignificat analogicam attributionem, hoc autem vniuocam conuenientiam in natura vna. Verùm, quia Ariſtoteles initio capitis expoſuit illud, Ad vnum, his verbis (ad vnámque naturam) clariùs, ac minùs ambiguè putauimus reddi poſſe verba καθ' ἕν, ſi diceremus, Ratione vna, quę locutio in vniuocis propriè vſurpatur.

Probatio 2. concluſio.

[g] *Vbique autem.* Probat concluſionem ſecundam hac ratione, Scientia, quæ agit de multis, quorum vnum eſt primum, & ex quo cætera pendent, tum natura, tum etiam appellatione, propriè, hoc eſt præcipuè agit de primo, vt patet in Medicina, quæ præcipuè agit de ſanitate, ſecunda verò ratione de iis, quæ attributione ad ſanitatem & ſunt, & dicuntur ſana: at ſcientia, quæ agit de ente, quatenus eſt ens, huiuſmodi eſt, cùm ſubſtantia ſit primum ens, & cætera omnia, & ſint, & dicantur entia attributione ad ſubſtantiam, quod hactenus à principio capitis expricatum eſt: agit ergo præcipuè de ſubſtantia. Hanc concluſionem aliis verbis exprimit Ariſt. quæ tamē idem valent, modò in verbo, *teneat*, ſubaudiatur verbum, *Propriè*, ſiue *Præcipuè*, quod in maiori propoſitione expreſſum erat.

Probatio 3. cō cluſio.

[h] *Porrò cuiuſque.* Probat tertiam concluſionem hoc pacto. Quemadmodum totius generis obiecti ſenſibilis vnus eſt ſenſus, ita & totius generis ſubiecti ſcibilis vna eſt ſcientia: vt enim vnus atque idem aſpectus percipit omnes colores, ita

res, ita Grammatica omnes voces literatas, atqui vnus ſenſus genere verſatur circa omnes ſpecies ſenſibilium, ſingulæ autem ſpecies ſenſus circa ſingulas ſpecies ſenſibilium: igitur vna ſcientia genere verſabitur circa omnes ſpecies entis, ſingulæ autem ſpecies ſcientiæ circa ſingulas ſpecies entis. Quod ad verba attinet, nomine Generis intelligendum eſt hoc loco, quicquid communi aliqua ratione de multis dicitur, etiam ſi analogum ſit. Cùm verò audis, ſingulas ſpecies ſciētiæ verſari circa ſingulas ſpecies entis pro ſpeciebus entis, vt res ſunt, ſed vt ſpeciali ratione ſcibiles, quemadmodū cùm dicimus, ſingulas ſpecies ſenſus verſari circa ſingulas ſpecies ſenſibilium, non ſumimus ſpecies ſenſibilium, vt res ſunt, ſed vt ſenſibiles ſunt, id eſt, vt ſpeciali ratione cadunt ſub ſenſum. Alioqui quot ſunt ſpecies rerum, tot eſſent ſpecies ſcientiarum, & quot ſpecies qualitatum ſenſibilium, tot etiam ſpecies ſenſuum.

Quid hoc loco nomine generis.

ens dicimus. Quemadmodum igitur, & eorum omnium, quæ ſana ſunt, vna eſt ſcientia, ita & in cæteris accidit. Non enim ea tantùm, quæ [f] ratione vna dicuntur, vnius ſcientiæ eſt contemplari, ſed ea etiam, quæ ad vnam naturam dicūtur. Etenim, & hæc quoddammodo ratione dicuntur vna. Conſtat igitur, vnius quoque ſciētiæ eſſe entia quatenus entia ſunt, contēplari

Vbique [g] autem ſciētia in eo propriè verſatur, quod primum eſt, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur. Si igitur ſubſtantia hoc ipſum eſt, ſubſtantiarum profectò principia, atque cauſſas Philoſophus teneat oportet.

Porrò [h] cuiuſque generis vnius, & ſenſus eſt vnus, & ſcientia: ſic Grāmatica vna cùm ſit, omnes contēplatur voces. Quare, & entis quotquot ſunt ſpecies, vnius ſcientiæ genere eſt, & ſpecierum, ſpecies contemplari.

Tex. 1.

Tex. 3.

Iam [i] verò ens, & vnū idem ſunt, & vna natura, quod

Hac de cauſa conſultò Ariſtoteles in hoc capite modò vocat ſubiecta ſcientiarum Genera, modò autem Species, vt nomine generis intelligamus ſubiectum ſcientiæ, quatenus res eſt (poteſt enim ſubiectum ſcientiæ, vt res eſt, complecti plures ſpecies) nomine autem ſpeciei, intelligamus ſubiectū, vt ſcibile eſt: etenim ex diuerſitate ſpecifica ſcibilium, quatenus ſcibilia ſunt, vt Philoſophi dicunt, ſumitur diuerſitas ſpecifica ſcientiarum: quod quo pacto intelligendum ſit lib. 6. exponendum eſt. Quocirca ens, quatenus ens eſt, duobus modis accipi poteſt, vno, vt res eſt, ſeu (quod eodem redit) quatenus eſt generali ratione ſcibile, quo pacto eſt ſubiectum ſcientiæ in commune, ſeu ſcientiæ vnius genere: altero, vt ſpeciali ratione ſcibile eſt, id eſt, vt cōſideratur abſque vlla materia, quo pacto cùm ſit vnius tantùm ſpeciei ſcibilis, vnius tantùm ſpeciei ſcientiæ ſubiectum dici debet. Ita patet, veram eſſe tertiam concluſionem, quæ tamen falſa eſſet, ſi in ea ſumerentur ſpecies entis pro generibus rerum, vt res ſunt, non autem quatenus ſpeciali ratione ſub ſcientiam cadunt.

Subiecta ſciētiarum cur modò genera, modo ſpecies dicantur.

Ens, vt res eſt

Vt ſpeciali ratione ſcibile.

Ex hac tertia concluſione habes ſolutionem tertiæ quæſtionis ſuperioris libri, quod ad priorem eius partem attinet, Quærebatur enim in priori eius parte, Num eadem ſcientia circa omnes ſubſtantias verſaretur: hinc autem patet, eamdem ſcientiam genere verſari circa omnes, non tamen eandem ſpecie, ſed diuerſas. Tametſi quatenus omnes ſubſtantiæ conueniunt in ratione ſubſtantiæ, quæ ſine materia concipitur, non dubium eſt quin hæc ſcientia de omnibus ſubſtantiis diſſerat.

Solut. q 3 l. 3.

[i] *Iam verò ens.* Docuit hactenus, hanc ſcientiam diſſerere de ente, & partibus entis, quæ ſub eandem ſpecialem ſcibilis rationem cadunt, nunc continenter oſtendit, eandem agere modo eodem de vno, & partibus vnius, vt hac tractationis conſequentia innuat, vnam eſſe primam paſſionem entis. Quòd igitur ad hanc ſcientiam pertineat agere de vno, hac ratione probat Ariſtoteles, quia de iis quæ idem ſunt, & vna natura, etiamſi non ſint eiuſdem rationis, eadem ſcientia diſſeri, ens autem, & vnum idem ſunt, vnáque natura, tametſi non ean-

De vno.

Digitized by Google

dem rationem ſubeunt: Pro cuius aſſumptionis explicatione aduerte, ea de cauſſa ens, & vnum non ſolùm dici idem, ſed etiam vnam naturam, ne putentur eſſe idem ſubiecto tantùm, veluti Socrates & hoc album, quod idem hoc loco Albertus annotauit, hæc enim ita ſunt idem, vt non ſignificent vnam naturam, ſed duas, ſubſtantiæ inquam, & accidentis. At vnum nullam naturam addicenti, ſed ſolam indiuiſionem, quæ nihil aliud eſt, quàm negatio diuiſionis. Atque ob hanc negationem, quæ in ratione vnius includitur, non autem in ratione entis, datur inter ens, & vnum diſtinctio rationum. Quãquam magis ad rem faceret, ſi vnum nulla ratione diſtingueretur ab ente: planiùs enim hoc pacto colligeretur, ſciẽtiam hanc agere de vno, & partibus vnius, quo pacto agit de ente, & partibus entis.

Ens & vnũ cur dicaptur vna natura.

Tract. 1. ca. 5.

τῷ [k] ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις, ὥσπερ ἀρχὴ, καὶ αἴτιον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἑνὶ λόγῳ δηλούμενα· διαφέρει δὲ οὐθὲν, οὐδ' ἂν ὁμοίως ὑπολάβωμεν, ἀλλὰ, καὶ πρὸ ἔργου μᾶλλον, ταυτὸ [l] γὰρ εἷς ἄνθρωπος, καὶ ὢν [m] ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος· καὶ οὐχ ἕτερόν τι δηλοῖ κατὰ τὴν λέξιν ἐπαναδιπλούμενον τὸ, ἔστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος, καὶ [n] εἷς ἄνθρωπος· δῆλον δ' ὅτι οὐχ ὁρίζεται, οὔτ' ἐπὶ γενέσεως, οὔτε ἐπὶ φθορᾶς. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνός. ὥστε φανερὸν, ὅτι ἡ πρόσθεσις ἐν τούτοις ταυτὸ δηλοῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον τὸ ἓν, παρὰ τὸ ὄν. Ἔτι

Hoc loco Græci códices habent *εἰ δὴ τὸ ὄν*, &c. ſed quia hoc pacto ſenſus pendet, neque ea, quæ ſequuntur illam quaſi parentheſim, *διαφέρει δὲ*, &c. aptè nectuntur cum præcedentibus, facilius fuit credere, non *εἰ* ſed *ἐπεὶ* ſcriptum eſſe ab Ariſtotele, aut totum illud *εἰ δὴ* irrepſiſſe pro *ἤδη*: vtrouis enim modo idem redit ſenſus, & omnia rectè cohærent, neque vllo opus eſt antapodoto, ſiue ſupplemento ſententiæ.

[k] *Quod mutuò ſe ſequantur*. Hæc verba non habent vim probationis, ſed expoſitionis: paulò enim poſt ſubiungetur probatio aſſumptionis propoſitæ. Exponit autem Ariſtot. hac quaſi parentheſi, quo pacto ens, & vnum ſint vna natura, docétque illa eo pacto eſſe vnam naturam, vt reciprocentur inter ſe quemadmodum principium, & cauſſa. Hoc verò idcirco explicandum fuit, ne quis putaret, ens, & vnum eſſe vnam naturam, vt ſuperius, & inferius. Quo loco illud prætermittendum non eſt, nomen cauſſę latiùs accipi in hoc exemplo, quàm propria eius ſignificatio poſtulet, nempe, vt extenditur ad occaſionem, & alia pleraque, quæ vulgò, non apud Philoſophos, dicuntur cauſſæ. Si enim ſola propria cauſſæ ſignificatio ſpectetur, non dubium eſt, quin minùs latè pateat, quàm principium, vt initio libri ſequentis perſpicuum erit. Vſus primò videtur Ariſtot. huiuſmodi exemplo, vt innueret modum, quo vnum ab ente diſtinguitur. Vt enim principium, cùm idem ſit, quod primum, vt ipſe ait 1. Poſt. cap. 2. nihil aliud cauſſæ adiungit, quàm negationem prioris, ita vnum, cùm idem ſit, quod indiuiſum, vt idem docet libro ſequenti capit. 6. nihil aliud addit enti, quàm negationem diuiſionis.

Quo pacto principiũ non latius pateat quàm cauſa.

Text. 5.

[l] *Idem enim ſunt*. Probat propoſitam aſſumptionem duabus rationibus. Prior eſt. Quæ non ſunt diuerſæ naturæ ab vlla re particulari, non ſunt diuerſæ naturæ inter ſe, ſed potiùs vna, & eadem, atqui ens, & vnum non ſunt naturæ diuerſæ ab vlla re particulari, igitur nec inter ſe, ſed vna atque eadem. Maior perſpicua eſt ex illo communi pronunciato, *quæ ſunt eadem, vidẽ tertio, ſunt eadem inter ſe, quo pacto illi ſunt eadem*, quod principium negatiuè etiam verum eſt. Nec obiicias, animal, & rationale eſſe eandem naturam cum homine, cùm eſſentiali prædicatione de illo dicantur, & tamen non eſſe eandem naturam inter ſe, ſed diuerſas: Animal enim, & rationale, etſi ſunt eadem natura cum homine, non tamen ſunt eadem

Prior ratio.

Text. 11.

eadem natura cum lapide, aut candore &c. at maior propoſitio, vt à nobis intelligitur, apertè dicit, Quæ non ſunt diuerſæ naturæ ab vlla re particulari, &c. Minorem dupliciter probat Ariſt. Primùm inductione: Quia idem inquit, ſunt ens homo, & homo, itémque vnus homo, & homo: quod idem cernere eſt in reliquis rebus particularibus, addito ente, & vno. Etenim perſpicuum eſt, additionem hanc nullam naturã diuerſam apponere: quæ tamen apponeretur, ſi diceres, Albus homo, vel Grammaticus homo, &c. Ratio verò huius rei eſt, quia detractis ab homine omnib. naturis, & relicta tantũmodò natura humana, adhuc illa eſt ens, & vnum quid. Deinde probat eãdem minorem hac ratione. Quęcumque eadem generatione generantur, & eadẽ corruptione corrumpuntur ſunt eadem natura, & non diuerſa: ens & vnum eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur, cum quauis re particulari: igitur non ſunt diuerſæ naturæ ab vlla re particulari, ſed vna, & eadem. At obiiciat aliquis: eſſentiam cuiuſque rei naturalis, & qualitates proprias, quæ illam per ſe comitantur, generari vna, & eadem generatione, eadémque corruptione corrumpi: & tamen non eſſe eandem naturam, ſed diuerſas: igitur nihil confici hac probatione. Huic obiectioni occurrendum eſt: qualitates, quæ per ſe conſequuntur eſſentias rerum naturalium, etſi generantur eiſdem generationibus, quibus eſſentiæ, quas conſequuntur, tamen non generari eiſdem primò, ſed ſecundaria ratione, & conſequutione quadam, quaſi manantes ab ipſa eſſentia, quæ generatur: at proximam probationem ita intelligendam eſſe, quaſi dictum ſit, Quæcumque primò generantur eadem generatione, eadémque corruptione primò corrumpuntur, eſſe eandem naturam, non diuerſas. Quòd autem ens eadem generatione generetur, & corruptione corrumpatur primò cum quauis re, ex eo patet, quia generatio definitur eſſe via à non ente tali ad ens tale, & corruptio via ab ente tali ad non ens tale: quo fit, vt generatio intelligi non poſſit terminari ad aliquid prius ente, eodemq; modo nec corruptio ad prius non ente. De vno tamen, etſi non ita perſpicua res eſt: non tamen difficilè intelligetur. Nam cùm vnum ſolam negationem formaliter ſignificet: negatio autem non poſſit terminari ad aliquid prius ente: eodemq; modo nec corruptio ad prius non ſit ens, ac proinde nec natura vlla, certè ſi quo modo vnum ſignificat naturam aliquam, non aliam, quàm entis ſignificabit. Vnde cùm generatio, & corruptio non ſint niſi naturæ alicuius, neceſſariò efficitur, vt vnum eadem generatione, & corruptione primò generetur, & corrumpatur, quia generatur, & corrumpitur ens. Ita patet, ens, & vnum eſſe vnam eandẽmque naturam, ſeu potius nullo modo diuerſas.

Obiectio.

Dilutio.

Qua ratione generatio cuiuſque rei terminetur primò ad ens, & vnum.

quòd [k] mutuò ſe ſequantur, quemadmodum principium & cauſſa, ſed non vt quæ vna ratione declarentur, nihil autem intereſt, ſi hoc modo ſentiamus: quin etiam magis ad rem faciet. Idem [l] enim ſunt vnus homo, & qui [m] eſt homo, atque homo: neque aliud quicquam dictio ſignificat, ſi ita gemines, eſt homo: atque homo, & vnus [n] homo. Conſtat etiam, ea neque in generatione, neque in corruptione ſeparari: eodémque modo res habet in vno. Itaque perſpicuum eſt, additionem in his idem ſignificare, nihilque aliud eſſe vnum, præter ens.

Præterea,

m *Quod eſt homo.* Quemadmodum τὸ ὂν, ſiue ens in genere neutro, aliquando ſumitur, vt ſignificat exiſtentiam, nempe cùm accipitur, vt participium, aliquando eſſentiam, cùm ſubit vicem nominis, ita & ὁ ὢν, quod eſt Ens in maſculino genere. Itaque ὁ ὢν non priori, ſed poſteriori modo ſumendum eſt hoc loco, vt ſenſus poſtulat, eadémque ſignificatione accipiendum volumus ipſum verbum Eſt, quo maioris claritatis cauſa in verſione vſi ſumus: quod haud præter conſuetudinem Ariſtotelis fecimus, qui paucis verbis interpoſitis ſcribit ἐστι ὁ ἄνθρωπος pro eo, quod dixerat, ὢν ἄνθρωπος.

Ens duobus modis.

n *Et vnus homo.* Horum verborum intelligentia hoc pacto ſupplenda eſt. Et vnus homo, atque homo.

Poſterior ratio.

ᵒ *Præterea, vniuſcuiuſque.* Poſterior probatio eiuſdem aſſumptionis hæc eſt: Quæcumque per ſe dicuntur de quauis re particulari, ſunt vna, atque eadem natura vera, & realis. ens, & vnum dicuntur per ſe de quauis particulari re, ſunt igitur vna, atque eadem natura vera, ac realis, ſeu potiùs non plures, & diuerſæ. Maior ex eo perſpicua eſt, quia quæcumque duo attributa prædicantur per ſe de omnibus rebus, neceſſariò reciprocantur inter ſeſe, alioqui de aliqua re diceretur vnum, de qua non diceretur alterum, ac proinde neque vtrûque de omnibus diceretur: at quæ reciprocantur inter ſe, etſi tum demum plures, ac diuerſæ naturæ reales eſſe poſſunt, cùm ad certa genera addicta ſunt, homo, & ridendi facultas: tamen, cùm omnia rerum genera tranſcendunt, non poſſunt eſſe diuerſæ, ſed ſolam naturam entis

Ἔτι ᵒ δ' ἡ ἑκάστου οὐσία ἕν ἐστιν οὐ κατὰ συμβεβηκὸς: ὁμοίως δὲ, καὶ ὅπερ ᵖ ὄντι. ὥσθ' ᵍ ὅσαπερ τοῦ ἑνὸς εἴδη, τοσαῦτα καὶ τοῦ ὄντος ἐστι· περὶ ʳ ὧν τὸ τί ἐστι, τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης τῷ γένει θεωρῆσαι. λέγω δ', οἷον περὶ ταὐτοῦ, καὶ τοῦ ὁμοίου, καὶ ſ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, * σχεδὸν δὲ πάντα ἀνάγεται τἀναντία εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην. τεθεώρηται δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν ᵗ τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων.

** Hoc loco Alexãder, & nonnulla exēplaria addũt.*

Καὶ ᵛ τοσαῦτα μέρη φιλοσοφίας ἐστιν ὅσαιπερ αἱ οὐσίαι. Text. 4.

ſignificant, vel formaliter, quo pacto eam ſignificat ens: vel qua ratione indiuiſa eſt, quo pacto eam ſignificant Verum, Bonum, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi, vt inferiùs patebit, quo loco nobis erit controuerſia cum Auicenna, & Scoto aſſerentibus, ens, & vnum non dicere vnam duntaxat naturam poſitiuam, & realem, ſed plures.

Tranſcendentia non poſſe ſignificare diuerſas naturas reales.

ᵖ *Id ipſum quod ens quoddam.* Græcè eſt καὶ ὅπερ ὄν, τι. qua loquendi forma Ariſtoteles ſignificare conſueuit prædicationem per ſe, & eſſentialem, vt 1. Poſt. cap. 18. cùm ſic ſcribit: οὐ γὰρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὅπερ λευκὸν, οὐδ' ὅπερ λευκόν τι, ἀλλὰ ζῷον ἴσως, ὅπερ γὰρ ζῷόν τι ἐστιν ὁ ἄνθρωπος. Hoc eſt: *Neque enim homo eſt ipſum quod album: neque id ipſum quod album quoddam, ſed animal fortaſſè: eſt enim id ipſum quod animal quoddam,* lege ibi quæ proximè præcedunt, & ſequuntur. Aduerte tamen, hæc, etſi propriè accommodari prædicationi vnius, niſi ratione entis, cuius naturam quoquo modo ſignificat. Text. 33.

Quot ſpecies entis, tot vnius.

ᵍ *Quare quot ſunt.* Vt colligat id, quod reliquum erat, Metaphyſicum agere de iis partibus vnius, quæ ad eandem ſpecialem ſcibilis rationem ſpectant, infert ex dictis, quot ſunt ſpecies vnius, tot eſſe ſpecies entis, ſeu potiùs quot entis, tot vnius. Quod non modò verum eſt, ſi ſermo ſit de his, vt res ſunt, ſed etiam, vt ſub ſcientiam cadunt. Nam quemadmodum ens, vt res eſt, diuiditur verbi cauſſa, in ſubſtantiam, qualitatem, & quantitatem: ſic etiam vnum diuiditur in vnum, ſimile, & æquale, hoc eſt, in ea genera vnius, quæ ſunt fundamenta identitatis, quæ cernitur inter ſubſtantias, & ſimilitudinis, quæ cernitur inter qualitates, & æqualitatis, quæ cernitur inter quantitates: hoc enim pacto accipiendæ ſunt identitas, ſimilitudo, & æqualitas, cùm dicuntur ſpecies vnitatis, ſiue quaſi ſpecies. Præterea, vt ens, quatenus ſub ſcientiam cadit, diuiditur in ens conſideratum abſque omni materia, & cum materia intelligibili tantùm, aut etiam ſenſibili, vt ſexto lib. patebit, ſic etiam poteſt diuidi vnum: quæ omnia ex dictis facilè intelliges. Quod autem ad verba attinet, planiùs hunc in modum loquutus fuiſſet Ariſtoteles. *Quare quot ſunt eius, quod eſt, tot & vnius ſpecies ſunt,* præſertim propter id, quod ſequitur, *Quarum quidditatem conſiderare, &c.* quæ planè verba ad ſpecies vnius referuntur, vt patet ex ſubiectis exemplis.

Qua ſcientia agant de partibus vnius.

ʳ *Quarum quidditatem.* Iam colligit, huius ſcientiæ eſſe, agere de partibus vnius, quæ ad eam ſpecialem ſcibilis ratiōnē ſpectãt, ſub qua partes entis in hac ſcientia conſide

Digitized by Google

conſiderantur. Hoc autem intelligit ſub forma huiuſmodi generalis pronunciati. Ad eandem genere ſcientiam ſpectare contemplationem omnium ſpecierum vnius, & (quod ſupplendum eſt) ad ſingulas ſpecies contemplationem ſingularum ſpecierum, quatenus ſcibiles ſunt, quod antea quidem expreſsè dictum erat de ſpeciebus entis, nunc autem breuitatis cauſa de ſpeciebus vnius prætermiſſum eſt. Cùm igitur hæc ſcientia ſit ſpecies quædam ſcientiæ, & vnum non aliam naturâ ſignificet, quàm entis, ad eam vtique pertinebit agere de vno, & iis ſpeciebus vnius, quæ ad eam ſpecialem ſcibilis rationem pertinent, ſub qua ens in hac ſcientia conſideratur.

*Præterea, ° vniuſcuiuſque ſubſtantia vnum eſt, non per accidens: ſimiliter, & id ipſum P quod ens quoddam, Quare quot q ſunt vnius, totidem entis ſpecies ſunt: quidditatem contemplari, ad eandem genere ſcientiam ſpectat: vt eiuſdem & ſimilis, & aliorum huiuſmodi. * Ferè r autem contraria omnia ad hoc principium reuocantur, ¶ Atque hæc à nobis in u Ecloge contrariorum tractata ſunt.*

Text. 4.

** Quidā addunt: eorumque, quæ ſunt his oppoſita.*

Tot x etiam ſunt Philoſophiæ partes, quot ipſæ ſunt

De cæteris paſſionibus entis.

Ex iis quæ dicta ſunt ſatis innuit Ariſtoteles, idem dicendum eſſe de cæteris attributis, quæ cum ente reciprocantur, vt de vero & bono, atque de vno, Nullam, inquam, earum dicere naturam aliquam diuerſam ab ente, proinde eodem modo illa pertinere ad hanc ſcientiam, quo vnum: niſi quòd vnum eſt omnium primum, & ipſi enti immediatum.

s *Et aliorum huiuſmodi.* Alexander adiungit. (*eorumq́, quæ ſunt his oppoſita*) ſed hæc non habentur in pleriſque Græcis codicibus, eiſdémque carent ferè latinæ interpretationes, ac demum videntur aſcititia, cùm Ariſtoteles paulò inferiùs incipiat ea de re agere, vbi ait, *Cùm autem vnius ſit, oppoſita contemplari,* &c.

Idem D. Th. hoc loco.

Cur contraria dicantur reuocari ad vnum.

t *Ferè autem.* Hæc verba, quæ obiter adiecta ſunt, ſatis etiam declarant vnam eſſe primam entis affectionem, cùm ab Ariſtotele principium appelletur. Dicuntur autem contraria reuocari ad vnum, vel quia alterum contrariorum eſt velut priuatio alterius, priuatio verò cùm ſit negatio quædam, primò cernitur in vno, quod ſola negatione diuiſionis diſtinguitur ab ente: Vel quia contraria neceſſariò ſunt multa, multa autem neceſſariò reuocantur ad vnum, quod eſt radix, & origo multitudinis. Quod autem Ariſtot. non ait ſimpliciter, *omnia*, ſed *ferè omnia*, ea ratione dictum exiſtimat D. Tho. quia in quibuſdam contrariis non eſt res ſatis manifeſta, quamquam omnia re vera ad vnum reuocentur. Alexander nomine *Principij* non intelligit vnum; ſed oppoſitionem vnius & multorum, quæ eſt prima contrarietas, quod minùs placet, cùm nondum ſit facta expreſſa mentio huius oppoſitionis.

Comm. 9.

Lib. 5.

u *In Ecloge contrariorum.* D. Thomas ait, ſignificari his verbis decimum huius operis librum quòd Ariſtoteles eam partem delegerit ad agendum de contrariis. Verùm, quia Ariſtoteles planè ait ſe iam iſta conſideraſſe in tractatione peculiari ad eam rem inſtituta, dicendum eſt potius, hæc verba ſignificare peculiarem aliquem librum, in quo priuatim de contrariis diſputatum ſit, quem Alexand. ait eſſe ſecundum librum de bono, qui ad nos non peruenit. Aut potiùs dicendum ſignificari librum, hoc ipſo titulo inſcriptum, vt eſt is, quem Laërtius inter Ariſtotelis opera commemorat Ecloge anatomorum: qua de cauſa Græcum nomen retinuimus.

D. Th. hoc loco lect. 2. p. 5. Alber. tract. 1. c. 6. Auer. comm. 4.

Expoſitio quorundam.

x *Tot etiam ſunt.* D. Thom. Alber. Comment. & alij nonnulli exiſtimant Ariſt. hoc loco diſtinguere partes huius ſcientiæ, & inter eas ordinem naturæ conſtituere, vt ea ſit natura prior, quæ agit de eo ſubſtantiarum genere, quod naturæ ordine prius eſt, vt pote de ſubſtantia immobili, de qua lib. 12. ea verò poſterior natura, etſi doctrinæ ordine, prior eſt, quæ differit de eo, quod eſt naturæ ordine poſteriùs, quod eſt ſubſtantia mobilis, de qua lib. 7. & 8. Verùm hæc ſententia non placet. Primùm, quia quæ hoc loco vocantur partes Philoſophiæ, mox vocantur ſcientiæ, & ſuperiùs appellatæ ſunt ſpecies ſcientiæ: partes autem eiuſ-

Refutatio.

dem

dem ſpecialis ſcientiæ non dicuntur plures ſcientiæ, minùs etiam plures ſpecies ſcientiæ. Deinde, quia Philoſophia, & partes eius comparantur hoc loco cum Mathematica, & partibus eius: at Mathematica non eſt ſpecies aliqua infima, ſed genus quoddam, cuius etiam partes mox vocantur ſcientiæ, & alia prima, alia ſecunda, ac cæteræ deinceps. Potiùs ergo dicendum eſt. Ariſtotelem ſoluere hoc

Vera explicatio.

loco posteriorẽ partem tertiæ quæſtionis ſuperioris libri, qua quærebatur: Nũ ſi plures eſſent ſcientiæ, quæ circa ſubſtãtias verſarentur (id enim priori quæſtionis parte quærebatur) omnes ita eſſent cognatæ, vt communi ſapientiæ nomine appellandæ eſſent, an verò aliæ nomine ſapiẽtiæ, aliæ alio vocabulo. Cũ igitur Ariſt. iam hoc capite priorem partem huius quæſtionis ſoluerit, vt ſuprà diximus, conſentaneum rationi fuit, vt hoc loco ſolueret poſteriorem, Ait ergo, tot eſſe Philoſophiæ partes, ſeu ſpecies, quot ſunt ſubſtantiæ (intellige autem, ſpeciali ratione ſcibiles) ita ſcilicet, vt alia ſit prima naturæ ordine, alia ſecunda. Eſt enim in primis rationi conſonum, vt eæ tantùm ſcientiæ, quæ diſſerunt de per ſe ente, & per ſe vno, per ſe etiam, & propriè Philoſophiæ titulo ornentur, quando nomen ſapientiæ apud nos aliquam arrogantiæ ſpeciem præ ſe videtur ferre. Deinde cùm ens, & vnum, quod per ſe tale dicitur (id eſt ſubſtantia) in duo genera proximè diuidatur, quorum alterum eſt ſubſtantia expers materiæ, alterum materiæ particeps, atque illud ſit natura prius, hoc poſterius: ordo autem naturæ ſcientiarum, ſequatur ordinem naturæ earum rerum, in quibus illæ verſantur, perſpicuum eſt, ſcientiam, quæ agit de ſubſtantia materiæ experte, ſiue immobili, eſſe primam partem, ſiue ſpeciem Philoſophiæ, quæ autem diſſerit de ſubſtantia materiæ participe, ſiue mobili, eſſe ſecundam, quo pacto inter ſpecies Mathematicæ, Arithmetica dicitur prima, Geometria ſecunda, & aliæ, quæ de rebus compoſitioribus agunt numerantur deinceps. Hinc fit, vt Metaphyſica, quia diſſerit de ſubſtantia immobili, dicatur, tum prima Philoſophia, tum abſolutè, & quaſi dignatione quadam Philoſophia, Phyſica verò, quia agit de ſubſtantia mobili, appelletur, vel cum adiectione Philoſophia naturalis, vel Phyſiologia. Quo loco perſpicuum eſt, preſsè accipi nomen Philoſophiæ, cùm alibi ſæpe, & Mathematicæ ſcientiæ, quæ hic apertè à Philoſophiæ appellatione excluduntur, & nonnullæ Practicæ ſcientiæ, quæ de accidentibus diſſerunt, vt Morales, & diſſerendi ſcientia in Philoſophiæ partibus numerentur. Hinc igitur patet ſolutio poſterioris partis, tertiæ quæſtionis ſuperiori libro propoſitæ: Conſtat enim dicendum eſſe ſcientias, quæ agunt de ſubſtantiis, etſi æquum eſt, vt non appellentur nomine ſapientiæ, modeſtiæ cauſſa: tamen propter nobilitatem rerum, de quibus agunt, omnes ac ſolas nomen Philoſophiæ, quaſi proprium ſibi vindicare.

Quæ ſcientiæ Philoſophiæ, nomine digniores ſint.

Philoſophia preſſius accepta.

Solutio 2. partis quæſt. 3. lib. 3.

αἱ οὐσίαι. ὥστε ἀναγκαῖον εἶναί τινα πρώτην, καὶ ἐχομένην αὐτῆς, ὑπάρχει γὰρ εὐθὺς [y] γένη ἔχοντα τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν· διὸ καὶ ἐπιστῆμαι ἀκολουθήσουσι τούτοις. ἔστι γὰρ ὁ φιλόσοφος ὥσπερ ὁ μαθηματικὸς λεγόμενος. καὶ [z] γὰρ αὕτη ἔχει μέρη. καὶ πρώτη τις καὶ δευτέρα ἐστὶν ἐπιστήμη, καὶ ἄλλη ἐφεξῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν.

Ἐπεὶ [a a] δὲ μιᾶς τὰ ἀντικείμενα θεωρῆσαι, τῷ δὲ ἑνὶ ἀντίκειται πλῆθος· ἀπόφασιν [b b] δὲ καὶ στέρησιν μιᾶς ἐστι θεωρῆσαι, διὰ [c c] τὸ ἀμφοτέρως θεωρεῖσθαι τὸ ἕν

Prior interpretatio.

y. *Genera ſtatim habent.* Duobus modis ſententia hæc intelligi poteſt. Vno, vt verbum, *Statim*, idem valeat hoc loco quod *Continenter*, ſiue, *Ordine quodam*, ac *Deinceps*: quo pacto Ariſtoteles nihil aliud ſignificat, quàm quod ens, & vnum multa complectantur genera ſcibilia, non confuſè tamen, ſed opto ordine, & rerum naturæ congruo. Atque hunc ſenſum ſatis declarant proximè antecedentia, & quæ mox de Mathematicis adduntur, eumdemq́; ſequitur Beſſario, qui pro, *Statim*, ſcribit *Subinde.* Altero, vt verbum, *Statim*, ſignificet genera ſcibilia entis, & vnius, id eſt ſubſtantiæ (vt rectè Alexander interpretatur) non habere commune aliquod genus

Poſterior.

genus ſcibile, quod priùs cadat ſub aliquam ſpeciem ſcientiæ. Vt enim quantitas communis numero, & magnitudini, in quibus primæ ſpecies Mathematicæ ſcientiæ verſantur, non cadit ſub ſpeciem vllam Mathematicæ ſcientiæ, ita ſubſtãtia in commune non cadit ſub aliquam ſpeciem ſcientiæ diſtinctam ab iis, quæ agunt de ſubſtantia immobili, & mobili. Quæ enim agit de ſubſtantia immobili, eadem agit de ſubſtantia in cõmune, atque adeò de ente communiter ſumpto, quòd nec in conceptu ſubſtantię, neque entis communis mobilitas vlla, aut materia includatur. Atque hoc pacto accipit Ariſtoteles verbum, *ſtatim*, 8. lib. c. 6. cùm docet, ſumma prædicamentorum genera ſtatim habere vnitatem, & entitatem, neque aliam eſſe naturã ſuperiorem, quæ priùs ſignificetur nominibus entis, & vnius, cui priù conueniat eſſe ens, aut vnum.

ſunt ſubſtantiæ, quare neceſſe eſt, vt earũ quædam prima ſit, alia ſequatur. Ens enim, & vnum genera [y] *ſta-*
Text.16. *tim habent: quapropter, & ſcientiæ ea ſequentur. Eſt enim Philoſophus ſimilis ei, qui Mathematicus dicitur: nam* [a] *& hæc partes habet, & quadã prima eſt, quædam ſecũda ſciẽtia, & alia deinceps in Mathematicis.*

Cùm [a] *autem vnius ſit oppoſita contemplari, atque vni multitudo opponatur, negationiſque,* [b b] *& priuationis tractatio ad vnam ea ratione pertineat, quia* [c c] *vtroque modo ſpectetur vnum, cuius*

[a] *Nam & hæc.* Hoc eſt, huius ſcientia, Mathematici inquam. Quod autem Μαθήματα.
additur *in mathematicis*, referri poteſt, vel ad res mathematicas, ſeu mathematica theoremata, réſque alias mathematicas, vel ad ipſas ſcientias Mathematicas, quæ nonnumquam ſignificantur nomine *τῶν μαθημάτων*, quo hic vtitur Ariſtoteles, quamquam hoc vocabulum propriè ſignificat ipſa theoremata, omninóque res mathematicas.

[a a] *Cùm autem vnius.* Cùm Ariſt. ſuperiori parte capitis docuerit, hanc ſcientiam agere de vno, & partibus, ſeu quaſi ſpeciebus vnius, vt de eodem, ſimili, æquali, & cæteris huiuſmodi, quibus nomina non ſunt impoſita, conſequens eſſe videbatur, vt in hac tertia oſtenderet, eandem agere de multitudine, & partibus, ſiue, vt ita dicam, ſpeciebus multitudinis, vt de diuerſitate, diſſimilitudine, inæqualitate, & ſimilibus, quatenus abſque vlla materia conſiderari poſſunt. Ratio igitur, qua id probat, huiuſmodi eſt, Eiuſdem facultatis eſt oppoſita cognoſcere, vt Medicinæ ſanitatem, & ægritudinem, at multitudo opponitur vnitati, & partes ſubiectæ multitudinis partibus ſubiectis vnitatis, igitur ad hanc ſcientiam, quæ agit de vno, & partibus ſubiectis vnius, pertinet agere de multitudine, & partibus illi ſubiectis. Quo loco aduerte, quemadmodum primæ ſubſtantiæ ſunt eædem, aut diuerſæ ſecundùm ſubſtantiam: ſimiles, aut diſſimiles ſecundùm qualitatem, & æquales, aut inæquales ſecundum quãtitatem, ſic etiam habere aliquam vnitatem, aut diſtinctionẽ inter ſe ratione accidentium ad alia prędicamenta pertinentium. *Eiuſdem facultatis oppoſita cognoſcere.*

[b b] *Negationiſque, & priuationis.* Quæ exemplorum cauſſa adiuncta ſunt maiori propoſitioni, hoc pacto ſupplenda ſunt Alexandri ſententia *atque negationem, priua-*
Comm.12. *tionémque eiuſdem ſcientiæ ſit conſiderare, cuius eſt conſiderare id, cuius eſt negatio, aut priuatio.* Potiùs autem Ariſtot. attulit exempla in his duobus generibus oppoſitionum, quia oppoſitio vnius, & multorum ad alterum eorum pertinet, vt mox docebit.

[c c] *Quia vtroque modo.* Vt doceat, vnum opponi priuatiuè multis, ait in primis, vnum vtroque modo conſiderari poſſe, & vt ſignificat negationem diuiſionis, *Vnum duobus modis cõſiderari poſſe.*
cernitur, inter multa, & vt ſignificat eius priuationem; ſiquidem indiuiſio, quæ in vno cernitur priuatio quædam eſt, cùm ſupponat naturam entis ſubiectam, in omni autem priuatione includitur negatio, quæ ex ratione ſua ad nullum genus addicta eſt, nullámve naturã ſubiectam ſupponit, atque ideo dicitur tam de entibus, quàm de non entibus, vt non album de Æthiope, & Chimæra. Ita fit, vt vnum conſiderari poſſit, & vt ſignificat priuationem, & vt ſignificat negationem, quæ in priuatione quodammodo includitur. Quod autem attinet ad verba illa, *Cuius eſt, negatio, vel priuatio, &c.* ſenſus eſt, Et vt ſignificat negationem, & vt ſignificat priua-

tionem, quæ negatio, aut priuatio ex ſua ratione, aut ſignificat ſimpliciter non ineſſe id, quod remouetur, aut non ineſſe alicui generi determinato.

dd *Atque ibi quidem.* Docet, interiecta, vt videtur, parentheſi, vnum opponi multis priuatiua oppoſitione, non autem negatiua, ſeu contradictoria. Ratio verò eſt, quia ibi, hoc eſt, in ipſo vno, hoc diſcrimen cernitur præter id, quod eſt in negatione, id eſt, vt à negatione abſoluta diſtinguitur, quòd negatio abſoluta, & libera, quæ contradictoriā oppoſitionem efficit, eſt abſoluta, & libera abſentia illius, quod negatione remouetur: priuatio autem eſt alligata alicui naturæ ſubiectæ, de qua ſola prædicatur. Cùm igitur vnū non ſit idem abſolutè, quod nō diuiſum, ſed idem quod ens indiuiſum, efficitur, vt non opponatur multis contradictoria oppoſitione, ſed priuatiua.

Vnū nō idem abſolutè, quod non diuiſum.

An vnum multis priuatiua oppoſitione opponatur, an verò contraria quæſtio breuis, & ſolutio.

ἓν, οὐ ἡ ἀπόφασις, ἢ ἡ στέρησις, * ἡ ἁπλῶς λεγομένη, ὅτι οὐχ ὑπάρξει ἐκεῖνο, ἢ τινὶ γένει. ἔνθα dd μὲν οὖν τῷ ἑνὶ ἡ διαφορὰ πρόσεστι παρὰ τὸ ἐν τῇ ἀποφάσει· (ἀπουσία γὰρ ἡ ἀπόφασις ἐκείνου ἐστίν) ἐν δὲ τῇ στερήσει, καὶ ὑποκειμένη τις φύσις γίνεται, καθ᾽ ἧς λέγεται ἡ στέρησις. τῷ δ᾽ ἑνὶ, πλῆθος ἀντίκειται. ὥστε καὶ τὰ ἀντικείμενα τοῖς εἰρημένοις, τό, τε ἕτερον καὶ τὸ ἀνόμοιον καὶ ἄνισον, καὶ ὅσα ἄλλα λέγεται, ἢ * κατὰ ταῦτα, ἢ κατὰ πλῆθος. καὶ τὸ ἓν τῆς εἰρημένης γνωρίζειν ἐπιστήμης, ὧν ee ἕν τι καὶ ἡ ἐναντιότης ἐστί· διαφορὰ γάρ τις ἡ ἐναντιότης· ἡ δὲ διαφορὰ, ἑτερότης. ὥστ᾽ ff ἐπειδὴ πολλαχῶς τὸ ἓν λέγεται, καὶ ταῦτα πολλαχῶς μὲν λεχθήσεται, ὅμως δὲ μιᾶς ἅπαντα γνωρίζειν ἐστίν. οὐ γὰρ εἰ πολλαχῶς, ἑτέρας· ἀλλ᾽ εἰ μήτε καθ᾽ ἓν, μήτε πρὸς ἓν οἱ λόγοι ἀναφέρονται, τότε ἑτέρας. Ἐπεὶ δὲ πάντα πρὸς τὸ πρῶτον ἀναφέρεται, οἷον ὅσα ἓν, λέγεται πρὸς τὸ πρῶτον ἓν, ὡσαύτως φατέον καὶ περὶ ταὐτοῦ καὶ ἑτέρου καὶ gg τῶν * ἄλλων ἐναντίων ἔχειν. ὥστε διελόμενον ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, οὕτως ἀποδοτέον πρὸς τὸ πρῶτον ἐν ἑκάστῃ κατηγορίᾳ, πῶς πρὸς ἐκεῖνο λέγεται. τὰ μὲν γὰρ τῷ ἔχειν ἐκεῖνα, τὰ δὲ τῷ ποιεῖν, τὰ δὲ κατ᾽ ἄλλους λεχθήσεται τοιούτους τρόπους.

Alexāder legit ἢ γὰρ ἁπλῶς λεγομένη, &c.

** Aliàs κατ᾽ αὐτά.*

** Aliàs nō habetur ἄλλων.*

Text. 9.

Φανερὸν

Prior obiect. Sed contra hæc ſic licet obiicere. Vnum opponitur multis contrariè, vt Ariſt. docet lib. 10. cap. 5. vbi hanc quæſtionem de oppoſitione vnius, & multorum accuratè diſputat, non opponitur ergo priuatiuè, vt dictum eſt. *Poſterior.* Præterea, ſi vnum priuatiuæ opponeretur multis, cùm priuatio ſit ſuaptè natura poſterior eo, cuius eſt priuatio, vnum eſſet poſterius natura multis, at hoc apertè falſum eſt, tum quia vnum eſt cauſſa multitudinis, tum etiam quia ab vno ad multa non reciprocatur exiſtendi conſequentia, vt habes in prædicamentis: ergo fieri non poteſt, vt vnum priuatiuè opponatur multis.

Solutio prioris. His obiectionibus ita reſpondebis, vt ad priorem dicas, Ariſtotelem in loco citato nomine contrariæ oppoſitionis intellexiſſe etiam priuatiuam, vt eo loco patebit. *Cap. de priori.* Ad poſteriorem verò, vnum non ſignificare priuationem multitudinis, ſed eius diuiſionis, quæ cernitur inter ipſa multa, vt paulò ante diximus. Quamquam verò multa, vt multa ſunt, poſteriora ſunt vno (quod rectè probatum eſt) tamen prima diuiſio, quæ inter ipſa multa cernitur, eſt prior ipſo vno: hac enim ratione primò diſtinguuntur multa inter ſe, quòd inter illa datur hoc, & non hoc, vt Socrates, & non Socrates: huiuſmodi autem diſtinctio, ſiue diuiſio, eſt prior ipſo vno, quādoquidem, vt D. Tho. rectè ani

Digitized by Google

ctè animaduertit, primò cócipimus ens, Deinde nõ ens, vbi iam cernitur diuiſio, Tertio loco vnũ, quod addit enti priuationem diuiſionis, Quartò multa, quæ ſunt hoc vnũ, & illud vnũ, ac proinde hoc, & non hoc. Dixi *huiuſmodi autẽ diuiſio*, quia diuiſio entiũ non eſt prior, ſed poſterior ipſo vno, cùm ſupponat ſingulorũ vnitates, vt ſuperiùs dictum eſt. Itaque vnum opponitur priuatiuè multis, nõ vt multa ſunt, ſed vt diuiſa sũt inter ſe prima illa diuiſionis ratione, in qua reperitur hoc, & nõ hoc. Vnde fit, vt vnum, non tam ſit oppoſitũ priuatiuè multis, quàm diuiſioni, quę cernitur in multis: quamquam quia multitudo eſt cõpoſitior, & proinde notior ſenſu, aliquando explicamus vnum à poſteriori per negationẽ, ſeu potiùs priuationẽ multitudinis, vt Ariſt. loco citato docet.

Poſterioris. *Qua ratione viſio ſit prior vno.*

cuius eſt negatio, aut priuatio, ſiue ea, qua ſimpliciter dicitur non ineſſe illud, ſiue qua cuidam generi. Atque d d *ibi quidem vni differẽtia adeſt, prater id, quod eſt in negatione: eſt enim negatio, illius abſentia, in priuatione verò ſubiecta etiam quadam eſt natura, de qua priuatio dicitur) cùm, inquã, vni multitudo opponatur: efficitur, vt & oppoſita ijs quæ dicta ſunt, diuerſum, diſſimile, inæquale, & quæcumque alia, aut ab his, aut à multitudine, & vnitate dicuntur, dictæ ſcientiæ ſit cognoſcere, in* e e *quibus etiam contrarietas numeratur: eſt enim contrarietas differentia quadam, differentia verò diuerſitas. Quare,* f f *cùm vnum multipliciter dicatur, hæc etiam multipliciter dicentur: ſed tamen vnius ſcientiæ eſt ea omnia cognoſcere. Neque enim, ſi quæ multipliciter dicuntur, ad aliam, atque aliam pertinent, ſed ſi nec ratione vna dicantur, neque rationes ad vnum reuocentur. Quoniam verò ad primum referuntur omnia, veluti quæcumque vnum dicuntur, ad primum vnum, eodem pacto in eodem, & diuerſo aliiſque* g g *contrariis rem habere dicendum eſt. Quare vbi diuiſione exploratum fuerit, quot modis dicatur quidque, tum demum referendum eſt ad primũ in vnoquoq; prædicamẽto, quo pacto ad illud dicatur. Alia enim, quia illud habeant, alia quia efficiant, alia aliis modis ſimilibus dicentur.*

Quo pacto vnum priuatiuè opponatur multis.

e e *In quibus etiam.* Sub pluralitate, ſeu multitudine continetur diuerſitas, ſub diuerſitate differentia, ſub differentia contrarietas. Eodem modo cernere eſt ſub vno idem, ſub eodem varias quaſi ſpecies eiuſdem, vt idem genere, & ſpecie.

f f *Quare, cùm vnũ* Docet huiuſmodi affectiones, quæ ab vno deriuãtur, & ad illud redigũtur, non eſſe vniuoca, ſed habere multiplicẽ ſignificatum, quemadmodum, & ipſum vnũ, ſed tamen nihil obſtare, quo minùs ad eandẽ ſcientiam pertineãt, quę non ita ſunt multiplices, vt ſint omnino æquiuocę: id quod etiã ſuperiùs de ente apertè dictũ eſt, & de vno planè ſignificatũ, cum illatũ eſt, ſpecies, ſeu quaſi ſpecies entis, & vnius æquiparari inter ſe. Addit deinde Ariſtoteles, in tractatione harũ affectionum (quandoquidem ſunt multiplices, & ſemper aliquid præcipuum ſignificãt, ad quod cætera ſignificata referãtur) explorandam eſſe in primis earum multiplicitatẽ: deinde reuocãda, minùs principalia ſignificata ad præcipuum illud, quod reſpiciunt, & ex quo nominantur, explicata nimirum peculiari ratione, qua vnumquodque ad illud refertur, veluti quòd contrariorum, quædam ſint, quia in ſe habeant contrarietatẽ, vt morbus, & ſanitas, quædam verò, quia illam efficiant, vt ſedentaria vita, & moderata corporis exercitatio, &c. Quæ res tanti eſt ponderis, vt totum librum ſequentem in ea explicanda ponat Ariſtoteles.

Affectiones entis eſſe analogas.

Com. 14. g g *Aliiſque contrariis.* Sic legit Alexander, etſi noſtri contextus ad verbum habent, contrariuſque.

De qua re agat lib. 5.

[hh] *Perſpicuum eſt igitur.* Soluit ex dictis quæſtionem quintam ſuperiori libro propoſitam, atque adeo ſextam, cuius erat eadem difficultas. Quærebatur enim in quinta, Num hæc ſcientia in ſubſtantiarum tantùm conſideratione verſaretur, an etiam in conſideratione eorum, quæ illis per ſe accidunt, quæ quidem in ſexta quæſtione mox explicata ſunt his verbis, *De eodem, & diuerſo: de ſimili, & diſſimili, de identitate, & contrarietate, de priori, & poſteriori, déque alijs huiuſmodi omnibus.*

[ii] *Atque Philoſophi eſt.* In hac extrema parte capitis confirmat Ariſtoteles more Dialectico, communibúſve argumentis id, quod in ſuperioribus duabus oſtenderat ex proprijs. Ad hanc ſcientiam pertinere, diſputationem de vno, & multis, déque omnibus entis affectionibus, quæ ad has reuocantur. Primum argumentum eſt. Tractatio omnium quæſtionum, quæ in controuerſiam venire poſſunt, ad aliquam ſciētiam pertinet: at de prædictis entium affectionib. plurimæ excitantur quæſtiones, vt quid idē ſit, quid diuerſum, ſitne vnū tantùm vni contrarium & ſimilia: igitur ad aliquam ſcientiam pertinet earum explicatio: non pertinet autem ad vllam ſcientiam, quæ de particulari aliquo rerum genere diſputet: igitur ad hanc, quæ de cōmuni entium natura differit. Proximam aſſumptionem ex eo probat Ariſtot. quia huiuſmodi affectiones non ſunt certi alicuius generis, ſed entis, vt ens eſt. Quod non ita intelligas, quaſi hæc omnia conueniant omnibus omnino entibus (neque enim omnia exempli cauſſa ſunt contraria, aut differentia) ſed ita, vt in omni genere rerum, quod quæq; particularis ſcientia ſibi aſſumit tractandum, reperiantur. Quamquam ſi hæc attributa latè in primis, deinde diſiunctim cum ſuis oppoſitis, poſtremò tum abſolutè, tum aliarum rerum comparatione ſumantur, vix vlla reperientur, quæ de quouis ente non dicantur. Quod autem Ariſtoteles ait, hæc ipſa eſſe etiam affectiones vnius vt vnum eſt, propterea dictum eſſe intellige, quia cùm vnum ſit prima entis proprietas, reliqua

Omniū quæſtionum tractationem ad aliquā ſcientiā ſpectare.

φανερὸν [hh] οὖν, ὅπερ ἐν ταῖς ἀπορίαις ἐλέχθη, ὅτι μιᾶς περὶ τούτων καὶ τῆς οὐσίας ἐστὶ λόγον ἔχειν. τοῦτο δ' ἦν ἓν τῶν ἐν τοῖς ἀπορήμασι. *Text. 5.*

Καὶ [ii] ἔστι τοῦ φιλοσόφου περὶ πάντων δύνασθαι θεωρεῖν. εἰ γὰρ μὴ τοῦ φιλοσόφου, τίς ἔσται ὁ ἐπισκεψόμενος, εἰ ταὐτὸ Σωκράτης, καὶ Σωκράτης καθήμενος, ἢ εἰ ἓν ἑνὶ ἐναντίον, ἢ τί ἐστι τὸ ἐναντίον, ἢ ποσαχῶς λέγεται; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Ἐπεὶ οὖν τοῦ ἑνὸς ᾗ ἕν, καὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, ταῦτα καθ' αὑτά ἐστι πάθη, ἀλλ' οὐχ ᾗ ἀριθμοὶ ἢ γραμμαὶ, ἢ πῦρ, δῆλον ὡς ἐκείνης τῆς ἐπιστήμης, καὶ τί ἐστι γνωρίσαι, καὶ τὰ συμβεβηκότ' αὐτοῖς· καὶ [kk] οὐ ταύτῃ ἁμαρτάνουσιν οἱ περὶ αὐτῶν σκοπούμενοι ὡς οὐ φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἡ οὐσία, περὶ ἧς οὐθὲν ἐπαΐουσιν· ἐπεὶ [ll] ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἀριθμοῦ ᾗ ἀριθμὸς ἴδια πάθη· οἷον, περιττότης, ἀρτιότης, συμμετρία, ἰσότης, ὑπεροχὴ ἔλλειψις, καὶ ταῦτα καὶ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς ἀλλήλοις ὑπάρχει τοῖς ἀριθμοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ στερεῷ καὶ ἀκινήτῳ, καὶ κινουμένῳ, ἀβαρεῖ τε καὶ βάρος ἔχοντι, ἔστιν ἕτερα ἴδια· οὕτω καὶ τῷ ὄντι ᾗ ὄν, ἔστι τινὰ ἴδια, καὶ ταῦτ' ἐστὶ περὶ ὧν τοῦ φιλοσόφου ἐπισκέψασθαι τὸ ἀληθές.

Σημεῖον [mm] δέ· οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ καὶ σοφισταὶ τὸ αὐτὸ μὲν ὑποδύονται σχῆμα τῷ φιλοσόφῳ (ἡ γὰρ

reliqua omnia, quæ conſequuntur, eius quaſi affectiones cenſeri poſſunt.

Com.16. kk *At non ea ex parte.* Sophiſtas deſignat (inquit Alexander) qui Philoſophi nomen induti de ſubſtantia, cuius inter Philoſophos præcipua eſt diſputatio nullam mentionem faciunt, ſed in eo ſunt occupati, vt de contrariis, ac oppoſitis, iiſque quæ multipliciter dicuntur, & ſimilibus ediſſerant: eáque ad ſophiſmata accommodant, & in altercationibus vſurpant, vt aduerſarios conturbent, ac circumueniant. Hos autem incuſat, nõ quòd de his diſſerere ad Philoſophũ non pertineat (neque enim huiuſmodi commentatio à Philoſopho aliena eſt) ſed quòd de his tantùm, quaſi de præcipua re diſputent: de ſubſtantia verò, quæ prima eſt, & à qua cætera eſſe mutuantur, & propter quã de illis Philoſophi agunt, mentionem nullã faciant, nec de ipſa quicquam ſciant. Horum Sophiſtarum multos licet agnoſcere apud Platonem, Socratis diſputatione coniũctos, quòd nihil de ſolida doctrina, quam maximè præ ſe ferunt, habere deprehendatur, Albertus tamen hoc loco non refert iſta ad Sophiſtas, ſed ad veteres illos Philoſophos, qui vnum & multa, numeros, & alia huiuſmodi principia ſubſtantiæ eſſe credentes de his tantùm diſſeruerunt, nihilq; de veris ſubſtantiæ principiis docuerunt.

Alexandri expoſitio.

Cur cætera affectiones entis, dicuntur affectiones vnius.

Alberti.

Perſpicuum hh eſt igitur id, quod in dubitationibus dictum eſt, vnius ſcientiæ eſſe de hiſce, & de ſubſtantia diſſerere: hoc enim vnum erat eorum, quæ in quæſtionibus continebant.

Text.5. *Atque ii Philoſophi eſt, de omnibus poſſe agere. Si enim Philoſophi non eſt quiſnam erit, qui conſiderabit, ſitne idem Socrates, & Socrates ſedens: vel, ſitne vnum vni contrarium: vel, quid ſit contrarium, quótve modis dicantur? Eadem quoque eſt ratio de cæteris huiuſmodi. Cùm igitur hæc vnius quà ratione vnum eſt, & entis, quà ens, non autem quà numeri, aut lineæ, aut ignis: per ſe affectiones ſint: perſpicuum eſt illius ſcientiæ eſſe, & quid ea ſint, & quæ illis accidant, cognoſcere. Ac kk non ea ex parte peccant ij, qui ea tractant, quaſi non philoſophentur: ſed quia prius quoddam eſt ſubſtantia, de qua tamen nihil ſciunt. Etenim ll vt numeri, quà ratione numerus eſt, propriè ſunt affectiones, veluti imparitas, paritas, commenſuratio, æqualitas, exceſſus, & defectus: atque hæc & per ſe ſpectatis, & inter ſe comparatis numeris inſunt: eodémque modo, & ſolido, & immobili, & ei quod mouetur, ponderis experti, & pondus habenti alia ſunt propria: ita & enti, quà ens eſt, quædam propria conueniunt. Atque hæc ſunt ea, de quibus Philoſophi eſt, veritatem exquirere.*

Tract.1.c.7.

Quod mm hoc argumento intelligi poteſt. Dialectici enim & Sophiſtæ eandem, quam Philoſophus, perſonam induunt (Sophiſtica

ll *Etenim vt numeri.* Ex comparatione rerum particularium cum ente in commune confirmat, quemadmodum particularia entia ſuas habent proprias affectiones: ſic ens in commune habere ſuas.

mm *Quod hoc argumento.* Secundum argumentum eſt. Dialectici, & Sophiſtæ induunt perſonam primi Philoſophi, quamquam alio, atque alio fine, & aliis, atque aliis mediis adhibendis. Dialecticus enim eodem fine, quo primus Philoſophus (gratia nimirum exquirendæ, ac tradendæ veritatis) conatur quàm maximè probabilibus argumentis id docere, quod primus Philoſophus neceſſariis rationibus oſtendit: Sophiſta verò, non vt verum inueniat, aut doceat, ſed vt verum docere, & ſapiens eſſe videatur, ea argumenta conquirit, quibus non tam contineatur veritas, quàm videatur contineri: at Dialectici, & Sophiſtæ diſſerunt de generalibus entium affectionibus, quia ſunt primi Philoſophi propria illi

Dialecticus.

Sophiſta.

quidem, vt primo Philoſopho miniſtrent: hi verò, vt ſapientes eſſe videantur: agit ergo verè primus Philoſophus de communibus entium affectionibus.

Subiectum Dialecticæ, & Sophiſticæ vtentium, quo pacto idem quod primi Philoſophi.

** *Ens autem omnibus.* Quòd hic ens dicitur genus ſubiectum, in quo verſentur Dialectica, Sophiſtica, & Prima Philoſophia: non ad artem Dialecticam, & Sophiſticam quatenus docent, ſuáque principia tradunt referendum eſt, ſed quatenùs propriis præceptis in qualibet materia vtuntur. Genus enim ſubiectum Dialecticæ docentis, vt ſecundo libro diximus, eſt verus diſſerendi modus, & nequaquam fallax. Sophiſticæ autem docentis, apparens & fucatus. Illud tamen aduerte hoc loco, etſi prima Philoſophia, Dialectica, & Sophiſtica in hoc conueniunt, quòd agunt de ente, eiúſque affectionibus: tamen primam Philoſophiam, non deſcendere ad omnia particularia entia, ad quæ tamen omnia deſcēdūt Dialectica, & Sophiſtica: quod rectè annotauit Auicenna initio ſuæ Metaphyſicæ.

Idem Albertus hic tract. 1. c. 7. & D. Tho. lect. 4. p. 2.

(ἡ γὰρ σοφιστικὴ φαινομένη μόνον σοφία ἐστὶ, καὶ οἱ Διαλεκτικοὶ διαλέγονται περὶ ἁπάντων) κοινὸν ** δὲ πᾶσι τὸ ὄν ἐστι. Διαλέγονται δὲ περὶ τούτων δηλονότι, διὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας εἶναι αὐτὰ οἰκεῖα. περὶ μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ γένος στρέφεται ἡ σοφιστικὴ, καὶ ἡ διαλεκτικὴ τῇ φιλοσοφίᾳ· ἀλλὰ διαφέρει, τῆς °° μὲν τῷ τρόπῳ τῆς δυνάμεως· τῆς δὲ, τοῦ PP βίου τῇ προαιρέσει. ἔστι δὲ ἡ διαλεκτικὴ πειραστικὴ, περὶ ὧν ἡ φιλοσοφία γνωριστική· ἡ δὲ σοφιστικὴ, φαινομένη, qq οὖσα δ' οὔ.

Modo facultatis, quo pacto differat Metaphyſica à Dialectica.

°° *Facultatis modo.* Ad media, argumentáve referendum hoc eſt. Itaque aut Ariſtot. ſignificat maiorem eſſe vim, & facultatem primæ Philoſophiæ quàm Dialecticæ vtentis, quia illa ſit demonſtratiua, hæc minimè: Vel è contrariò, maiorem eſſe hac ex parte poteſtatem Dialecticæ vtentis, quàm Primæ Philoſophiæ, quòd Dialectica vtens poſſit in vtramque partem de quacunque re propoſita diſſerere. Prima autem Philoſophia eam tantùm partem, quæ vera eſt, confirmet.

Ἔτι rr τῶν ἐναντίων ἡ ἑτέρα συστοιχία, στέρησις· καὶ πάντα ἀνάγεται εἰς τὸ ὂν, καὶ τὸ μὴ ὂν, καὶ εἰς ἓν καὶ πλῆθος· οἷον στάσις τοῦ ἑνὸς, κίνησις δὲ τοῦ πλήθους. τὰ δ' ὄντα καὶ τὴν οὐσίαν, ὁμολογοῦσιν σχεδὸν ἐξ ἐναντίων * συγκεῖσθαι. ἅπαντες γοῦν τὰς ἀρχὰς ἐναντίας λέγουσιν. οἱ μὲν γὰρ περιττὸν καὶ ἄρτιον, οἱ δὲ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, οἱ δὲ πέρας, καὶ ἄπειρον, οἱ δὲ φιλίαν καὶ νεῖκος· πάντα δὲ καὶ τἄλλα ἀναγόμενα φαίνεται εἰς τὸ ἓν καὶ τὸ πλῆθος (εἰλήφθω ſſ γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν) * αἱ δ' ἀρχαὶ καὶ παντελῶς, καὶ

Tex. 6.

** Aliàs non habetur. συγκεῖσθαι.*

** Aliàs additur. ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀγαθοῦ τῷ τρόπῳ ἐν τῷ διαιρέσει, &c. Alexāder legit.*

Sophiſtica.

PP *Vita inſtituto.* Eſt enim Sophiſtæ inſtitutum ſapientiæ oſtentatio quæſtus cauſſa: quod longè diſtat ab inſtituto veri Philoſophi.

qq *Apparet quidem.* Sophiſtica non modò apparet tentatrix cognoſcendæ veritatis ex probabilibus, vt Dialectica: ſed etiam demonſtratrix ex neceſſariis, vt Philoſophia. Apparet autem tum Dialectica, tum etiam Philoſophia, quia vtitur duobus illis fucatis argumentationum generibus, quorum alterum dicitur litigioſum, ſiue certandi ſtudio comparatum, quo vſurpando videtur eſſe Dialectica, alterum appellatur pſeudographum, ſiue mendacis demonſtrationis, quo cùm vtitur, videtur eſſe Philoſophia.

rr *Præterea contrariorum.* Tertium argumentum hanc habet ſententiam. Quæcumque reuocantur ad ens, & non ens, vel ad vnum, & multitudinem, pertinent ad hanc

ad hanc ſcientiam, omnia prædicta ſunt huiuſmodi, pertinent igitur ad hanc ſcientiam. Maior ex eo patet, quia quæ reuocantur ad vnum, & multitudinem, reuocantur etiam ad ens, & non ens: ſiquidem vnum etiam ipſum reuocauit ad ens, & multitudo ad non ens: ipſum autem non ens, cùm ſit negatio entis, ad ipſum quoque ens reducitur: quo ſit, vt quæcunque reuocantur ad ens, & non ens vel ad vnum, & multitudinem, tandem reuocentur ad ens: Quare cùm in hac ſcientia diſſeratur de ente, efficitur vt quæcumque reuocentur ad iſta, pertineant ad hanc ſcientiam. Minorem probat Ariſt. primùm hac ratione, Quia affectiones iam dictæ habent inter ſe quandam contrarietatem latè ſumptam: ſemper autem alterum contrariorũ eſt quodammodo priuatio alterius, quo pacto quies eſt priuatio motus. Quocirca quemadmodũ quies, quia eſt priuatio aliter, atque aliter habendi, reducitur ad vnum, & motus propter varietatem, quã rebus affert, reuocatur ad multitudinem: ita de cæteris contrariis dicendum eſt. Contraria.

phiſtica enim apparens tantùm eſt ſapientia: Dialectici etiam de omnibus diſſerunt) ens [n n] *autem omnibus commune eſt. De his verò propterea diſſerunt, quòd ea Philoſophiæ ſint propria. In eodem enim genere Sophiſtica, & Dialectica, in quo Philoſophia, verſantur: verùm Philoſophia ab altera facultatis* [o o] *modo: ab altera vitæ* [p p] *inſtituto differt. Eſtq́, Dialectica tentatrix de iis, quorum cognitio Philoſophiam ſpectat: Sophiſtica verò apparet* [q q] *quidem, re autem ipſa non eſt.*

Text. 6. *Præterea* [r r] *contrariorum altera ſeries priuatio eſt, & omnia ad ens, & non ens: ad vnum item, & multitudinem reuocantur, quo pacto ſtatus ad vnum pertinet, motus ad multitudinem. Porrò ea, quæ ſunt, atque ſubſtantiam ex contrariis conſtare, ferè in confeſſo eſt. Omnes enim dicunt, principia eſſe contraria: quidam par, & impar: alij calidum, & frigidum: alij finitum & infinitum: alij amicitiam, & contentionem. Sed & cætera omnia ad vnum & multitudinem videntur reuocari (ponatur* [ſ ſ] *enim à nobis ea reductio) principiáque, & omnino, & quæ*

Deinde auctoritate Antiquorum. Illi enim, etſi in aſſignandis primis contrariis non rectè philoſophati ſunt, ea tamen tradiderunt prima contraria, quæ ad vnum, & multitudinem perſpicuè videntur reduci. Impar enim ad vnum reducitur, quia minùs aptum eſt ad diuiſionem: par verò ad multitudinem quia aptiùs diuiditur: frigidum reuocatur ad vnum, quia ſtringit, & in vnum cogit, calidum, ad multitudinem, quia diſſoluit, & diſſipat: denique ſatis conſtat, finitum & concordiam reuocari ad vnum: infinitum verò, & diſcordiam ad multa: quod idem de cæteris dicendum eſt. Quòd ſi prima contraria ad vnum, & multitudinem rediguntur, non dubium, quin omnia omnino contraria ad eadem reuocentur. Non pugnant autem ſecum duo illa quæ Ariſtoteles hic ſcribit. *Ferè in confeſſo eſſe, omnia ex contrariis conſtare*, &, *Omnes dicere principia eſſe contraria.* Loquitur enim in priori pronunciato de omnibus omnino Philoſophis, quorum nonnulli, iique pauciſſimi, principia rerum naturalium eſſe negauerunt, vt Parmenides, & Meliſſus, in poſteriori autem de iis tantùm, qui earum principia poſuerunt. Non cenſuerunt tamen hi, omnia quæ ſunt, conſtare contrariis: ſed principia omnium eſſe contraria, ſeu vt rectiùs loquar, habere contrarium. Itaque cùm ait. (*Omnes enim*) ſubaudit (*qui principia ponunt*) &c.

Prima contraria Veterum reuocari ad vnum & multa.

[ſ ſ] *Ponatur enim nobis.* Quidam Græci codices ſic habent (*Sumatur enim à nobis ipſa reductio in primo de bono.*) quaſi dicatur, Supponatur vt dici ſolet, ex eo libro in quo ſi lectio vera eſt, videtur Ariſtoteles reductionem hanc latè perſequi. Verùm nec liber extat, nec lectio hæc eſt admodum vulgata. Et Alexander *Varia lectio.*

Com. 19.

ait,

ait Ariſtotelem de ea reductione egiſſe in 2. de bono, non in primo. Denique Arſtyropylus, & Beſſario citationem prætermiſerunt. Illud conſtat, poſtulare Ariſtotelem his verbis, vt ponamus rem ita habere, quia longum eſſet, hanc reductionem ſingulatim in omnibus principiis perſequi: certum enim eſſe putat, principia rerum naturalium, quas tantùm Veteres illi cognoſcebant, tum quæ omnino, ac verè ſunt principia, tū quæ ab illis afferuntur, in hęc genera cadere: hoc eſt ad vnum, & multitudinem vt generalia principia reuocari. Potiùs autem reddidimus verbo εἰλήφθω Ponatur, quàm, Sumatur, quia & verũque ſignificat apud Philoſophos, quod Budæus ex Analyticorum lectione rectè obſeruauit, & magis congruit huic loco, Ponatur, clariúſque Ariſtotelis ſententiā exprimit.

καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς εἰς γένη ταῦτα πίπτουσι.

Φανερὸν t t οὖν καὶ ἐκ τούτων, ὅτι μιᾶς ἐπιστήμης τὸ ὂν ᾗ ὂν θεωρῆσαι. πάντα γὰρ ἢ ἐναντία, ἢ ἐξ ἐναντίων. ἀρχαὶ δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, τὸ ἓν καὶ τὸ πλῆθος. ταῦτα δὲ μιᾶς ἐπιστήμης, εἴτε u u καθ᾽ ἓν λέγεται, εἴτε μὴ ὥσπερ ἴσως ἔχει τἀληθές. ἀλλ᾽ ὅμως, εἰ καὶ πολλαχῶς λέγεται τὸ ἕν, πρὸς τὸ πρῶτον τἄλλ᾽ ἀναχθήσεται, καὶ τὰ ἐναντία ὁμοίως. καὶ διὰ τοῦτο, καὶ εἰ μὴ ἔστι τὸ ὂν ἢ τὸ ἓν καθόλου, καὶ ταὐτὸ ἐπὶ πάντων, ἢ χωριστόν, ὥσπερ ἴσως οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τὸ ἕν, τὰ δὲ τῷ ἐφεξῆς· καὶ x x διὰ τοῦτο οὐ τοῦ γεωμέτρου θεωρῆσαι, τί τὸ ἐναντίον, ἢ τέλειον, ἢ ἓν, ἢ ὄν, ἢ ταὐτόν, ἢ ἕτερον, ἀλλ᾽ ἢ ἐξ ὑποθέσεως.

Ὅτι y y μὲν οὖν μιᾶς ἐπιστήμης τὸ ὂν ᾗ ὂν θεωρῆσαι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ᾗ ὄν, δῆλον· καὶ ὅτι οὐ μόνον τῶν οὐσιῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἡ αὐτὴ θεωρητική, τῶν τε εἰρημένων, καὶ περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου, καὶ γένους καὶ εἴδους, καὶ ὅλου καὶ μέρους, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων.

t t *Atque ex his.* Cõfirmat ex opinione Antiquorũ proximè citata id, quod in prima parte capitis dixerat, Agere de ente, vt ens eſt, nõ ad plures, ſed ad vnam ſcientiā ſpectare. Nam cùm omnia entia illorum ſententia, aut contraria ſint, aut ex contrariis conſtent: atque ea, quæ ex contrariis conſtant, in eadem ſcientia tractari debeant, in qua de contrariis agitur, agere autem de omnibus contrariis,

Vnius tantùm ſcientia eſſe agere de ente vt ens eſt.

vt

VTRVM ENS, QVA RATIONE eſt ens, ſit analogum.

QVÆSTIO I.

Sententia eorum, qui dicunt eſſe prorſus æquiuocum.

SECTIO I.

Commune, quotuplex.

CVM quicquid multis commune eſt, aut ſit comparatione eorum æquiuocum, aut vniuocum, aut quodammodo medium, quod analogum vocatur: quæri id meritò poteſt de ente in commune. Quodnam communitatis genus ſibi vendicet. Nam, etſi Ariſt. initio huius capitis planè hanc quæſtionem explicauit, *Text. 2.*

vt contraria ſunt, ad vnam ſcientiam pertineat, vt potè ad eam, quæ agit de vno, & multitudine (ad hæc enim cætera vt ad prima, generaliáque principia rediguntur) efficitur, vt omnia entia, quâ entia ſunt ad vnam ſcientiam pertineant.

u u *Siue ratione vna.* Sententia huius loci eſt. Siue vnum, & multitudo vniuocè dicantur, ſiue non vniuocè, vt fortaſſe rei veritas habet, tamen ad vnam ſcientiam pertinere poſſunt, quia ſignificant primò aliquid, ad quod cætera, quatenus talia ſunt referuntur. Eodēque modo, etſi ens, & vnum vniuerſalia non ſunt, atque eadem in omnibus (hoc eſt propriè vniuerſalia) ac multò minùs ſeparata, vt Plato autumat, quēadmodum, inquit, forſitan re vera non ſunt, tamē ſub eandem cadere poſſe, eo quòd inter ſignificata entis, & vnius alia conueniant in nomine communi attributione vnius ad alterum, vt ſubſtantia, & accidens: alia proportione quadā (quod vocat, *Deinceps*) veluti idē, ęquale, ſimile, & cætera huiuſmodi, quatenus ſunt prima vnius ſignificata. Vtitur autem Ariſt. hoc loco non ſemel dubitandi verbo, quia nec de multiplicitate vnius, nec contra vniuerſalium ſeparationem adhuc accuratè diſſeruit, quod 5. & 7 lib. faciet.

Vnum non dici vniuocè.

Dubitandi verbo cur vtatur.

& quæ ab aliis tradita ſunt, in hæc vt in genera cadũt.

Atque t t ex his etiam perſpicuum eſt, vnius ſcientiæ eſſe, ipſum ens contemplari. Omnia enim, aut contraria ſunt, aut ex cõtrarijs. Principia verò, etiam contrariorum, vnum & multitudo ſunt: hæc autem ad vnam ſcientiam ſpectant, ſiue u u ratione vna, ſiue non vna dicantur: quo forſitan modo ſe rei veritas habet. Verùm etſi vnum multis modis dicatur, ad primum cætera reuocabuntur, & contraria ſimiliter. Hac de cauſſa, etſi ens: aut vnum, vniuerſale nõ eſt, atque idem in omnibus: aut ſeparabile, quemadmodum fortaſſe non eſt: alia tamen ad vnum dicuntur, alia quia deinceps ſint, ſic appellantur. Atque x x hinc fit, vt non ſit Geometræ, quid contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idẽ, aut diuerſum cognoſcere, niſi ex hypotheſi.

Quid y y igitur entis, vt ens eſt, & eorum, quæ illi, quia ſit ens, conueniunt, ad vnam ſcientiam conſideratio pertineat: quódque non ſubſtantiarum modò, ſed eorum etiam quæ illis inſunt, eadem ſit contemplatrix: & eorum, inquam, quæ dicta ſunt, & prioris & poſterioris, & generis ac ſpeciei, & totius & partis, & aliorum huiuſmodi, apertum eſt.

x x *Atque hinc fit.* Colligit ex toto capite hoc conſectarium: Cognitionem eorum, quæ hactenus dicta ſunt, & aliorum ſimilium, non pertinere ad Geometriã: niſi quatenus ea ſupponit explicata à primo Philoſopho. Quod idem dicendum eſt de cæteris artificibus.

y y *Quòd igitur entis.* Concluſio eſt, & quaſi epilogus totius capitis. Quo loco quaſdam affectiones: entis enumerat, quarum hactenus non fecerat mentionem & alias plures intereſſe innuit, de quibus ſequenti lib. diſſeret. Quod autem ait ad Metaphyſicum pertinere diſputationem de genere & ſpecie, nõ ſolùm verum eſt quoad vnitatem genericam, & ſpecificam rerum, aut etiam quoad relationes idētitatis, quæ in eis fundantur, ſed etiam quoad relationes generis, & ſpeciei, non quidem prædicabilitatis, vt ſic dicam: id enim ad Dialecticum pertinet, ſed inexiſtentiæ, & ſubiectionis rerum, quæ ſunt illarum fundamenta.

Agere de Genere, & ſpecie ad Metaphyſicũ ſpectare.

---

explicauit, aſſerens, illud nec eſſe æquiuocum, nec vniuocum, ſed ex eorum numero, quæ dicuntur ad vnum, quæ quidem inter analoga numerari ſolent: non deſunt tamen, qui in alterutrum extremum declinent.

Sententia eorum qui volũt ens eſſe omninò æquiuocũ.

Atque in primis quidam Rabbi Moyſes, quem D. Tho. citat. q. 7. de potentia Dei ar. 8. exiſtimat, illud comparatione Dei, & creatura-

rum eſſe omninò æquiuocum, nullámque inter Deum, & creaturas analogiam reperiri poſſe, ea forſitan ductus ratione, quòd analogia idem ſit, quod proportio, conſtétque inter finitum, & infinitum nullam eſſe proportionem.

Aureolus quoque apud Capr. in 1. d. 2. q. videtur credere, illud non modò comparatione Dei, & creaturarum, ſed etiam reſpectu diuerſorum prædicamentorum eſſe prorſus æquiuocum: quippe qui multis argumentis contendit, nullam rationem, quæ modo aliquo ſit vna, conuenire enti, quatenus ens eſt. Eius argumenta tria ſunt potiſſimùm.

Primum Aureoli. Primum eſt, quia ſi ens vendicat ſibi rationem aliquo modo vnam, iam quæritur, num rationes particularium entium ſint prorſus eædē cum illa, an illi aliquid addant. Primum dici non poteſt, quia ſequeretur, entia particularia eſſe prorſus eadem inter ſe. Nec verò ſecundū, quia ſequeretur, entia particularia aliqua ex parte non eſſe eſſentialiter entia: quidquid enim additur rationi entis, vt ens eſt, non poteſt eſſe eſſentialiter ens: quemadmodum quidquid additur rationi albi (vt quod moueat guſtatum) non poteſt eſſe eſſentialiter album.

2. Secundum, quia ſi ens haberet rationem aliquo modo vnam, aut illa eſſet reſpectiua, aut abſoluta (nam cùm reſpectiuum ſit ad aliud abſolutum autem non ſit ad aliud, fieri non poteſt, vt inter eorùm rationes detur medium) at ratio entis non poteſt eſſe reſpectiua, cùm ſit communis rebus abſolutis: nec item abſoluta, cùm ſit communis reſpectiuis.

3. Tertium, quia ſi ratio entis aliquo modo eſſet vna, entiáque omnia non ſolùm entis nomine, ſed etiam ratione conuenirent: illud planè ſequeretur, ſumma prædicamentorum genera non eſſe primò diuerſa: quæ enim in aliquo conueniunt præterquàm in nomine, & in aliquo differunt, non ſunt primò diuerſa, ſed differentia, vt docet Ariſtot. 10. lib. huius operis, cap. 11. at decem ſumma prædicamentorum genera ſunt primò diuerſa, vt eſt communis Philoſophorum ſententia. *Text. 24.*

4. Quarta ratio addi poteſt hunc in modum. Entis nomen ſignificat immediatè ſubſtantiam, quantitatem, & cætera ſumma genera, ac potiori ratione Deum: non eſt igitur vlla ratio communis, quæ nomini entis adæquatè reſpondeat: alioqui interuentu illius ſignificarentur hæc omnia, quod negat Ariſt. 8. Metaph. cap. 6. cùm ait. *Statim vnumquodque horum, & vnum quippiam eſſe, & ens quoddam*, hoc eſt, abſque vlla communi ratione media. Qua eadem de cauſſa idem paulò antè dixerat non poni ens in definitionibus. *Text. 16.* *Eodem text.*

Confirmatio ex Ariſtot. & Porphy. Atque his duabus poſterioribus rationibus videtur hæc ſententia Ariſtotelicæ doctrinæ conſentanea, vt mirum non ſit, quòd Porphyrius in Iſagoge cap. de ſpecie, illā Ariſtoteli planè attribuere videatur, his verbis. *Etſi omnia quis entia vocauerit, æquiuocè inquit* (nempe Ariſtoteles) *vocabit.* Quo circa paulò etiam pòſt, exponens æquiuocationem entis, ſic ait: *Cùm autem ſint decem prima: communicatio nominē tantùm eſt, non item & ratione ad id nomen accommodata.*

Digitized by Google

Sententia eorum qui affirmant eſſe vniuocum.

SECTIO II.

Nominales idē ſentiunt, vt Ochamus, & Gabr. in 1. d. 2. & Grego. d. 8. q. 3. Bonitus item primo ſua Met. c. 6. Tröb. hoc loco.

Scoti, & Nominalium ſententia ens eſſe vniuocum.

AT verò Scot. 1. lib. Sent. d. 3. q. 1. & 3. & lib. 3. d. 8. q. 2. aliíque non pauci oppoſitam omninò ſententiam ſibi perſuadentes, aſſerunt, ens qua ratione eſt ens, vniuocum eſſe. Argumenta Scoti ſequuntur cæteri. Verùm, quia ſunt plurima, ſatis erit, ſi precipua queq; afferamus.

Primum eſt: Conceptus certus de re quauis diſtinguitur à conceptu incerto de eadem apud eundem hominem: alioqui idem conceptus apud eundem eſſet certus, & incertus, quod fieri nequit: multi autem Philoſophi fuerunt certi de prima cauſſa, quod eſſet ens, incerti vtrum eſſet ens finitum, an infinitum: quidam etiam dubitarunt de lumine, eſſet-ne ſubſtantia, an accideus, cùm interim nemo dubitet, quin ſit ens, igitur conceptus entis eſt alius à conceptu Dei, & creaturæ, ſubſtantiæq;, & accidentis, ex qua re efficitur, vt ſit vniuocus. *1. Argumentum.*

2\. Secundum, Si ens non diceretur de omnibus rebus eadem ratione, & conceptu, neque Deum per creaturas, neque ſubſtantias per accidentia cognoſcere poſſemus: at hæc ſunt abſurdiſſima (pugnāt enim cum eo, quod ſacta Fides docet apud Paulum ad Rom. & cum omnium Philoſophorum doctrina, ac experientia) non eſt igitur negandum, ens, qua ratione eſt ens, eſſe vniuocum. Maior ex eo probatur: quia nulla res cognoſcitur per aliam, niſi in ea contineatur, aut formaliter, quoad aliquem conceptum vtrique communem, quo pacto Angeli continentur in ſubſtantiis corporeis quoad conceptum ſubſtantiæ generis ſummi, aut virtute, & eminenter, quo pacto operationes vitales continentur in anima tanquam in re, à qua oriri poſſunt. Cùm igitur, nec Deus contineatur virtute in creaturis, nec ſubſtantiæ in accidentibus (res enim perfectiores non continentur hoc modo in minùs perfectis) efficitur, vt ſi non continerentur in illis formaliter, ſaltem quoad conceptum entis: nec Deus per creaturas, nec ſubſtantiæ per accidentia cognoſci poſſent. *Cap. 1.*

Ad hoc argumentum reuocandum eſt illud, quo Scotus in hunc modum probat ens eſſe vniuocum ſubſtantiis & accidentibus, Quia alioqui, vt ait, non cognoſceretur à nobis ſubſtantia per accidentia, ſed immediatè per ſe ipſam, quod tamen falſum eſt. Iſto enim modo non dubium eſſet, quin internoſcere poſſemus hoſtiam conſecratam, quòd in ea ſubſtantia panis non exiſtat, à non conſecrata, in qua exiſtit. Si quid enim præſentia ſua immediatè immutat intellectum: abſentia illius poteſt naturaliter cognoſci: quod patet in lumine, & tenebris comparatione viſus. *Reuocatio argumenti cuiuſdam.*

Tertium, In omni inquiſitione Metaphyſica ad intelligendū Deum per conceptus creaturarum, ita progredimur, vt conſiderata ratione formali cuiuſque rei, & ſublata ab ea omni imperfectione, quod reliquum eſt Deo attribuamus: ergo, niſi ſaltē cōceptus entis eſſet vniuocus, nihil omninò per huiuſmodi inquiſitionē relinqueretur in creaturis quod Deo verè tribui poſſet: quo fieret, vt nō veriùs predicaretur, 3.

TT 2 ſapientia

ſapientia de Deo per conceptum deſumptum ex ſapiētia creata, quàm lapis. Quantumcumque enim ſapientia creata denudaretur ab imperfectionibus, quas habet, nunquam tamen id, quod ex ea relinqueretur, tale eſſet, quale re vera eſt in Deo.

4. Quartum: à quibuſcumque ſimilibus poteſt abſtrahi natura aliqua vna, in qua fiat eorum inter ſe quatenus ſimilia ſunt comparatio: ac omnia entia ſunt ſimilia, quatenus ſunt entia: igitur ab omnibus entibus poteſt abſtrahi natura entis: at natura, quæ à multis abſtrahitur eſt vnius & eiuſdem rationis in omnibus.

5. Quintum: vnitas obiecti non ſolùm eſt prior naturæ ordine, quàm vnitas potentiæ, ſed etiam non minor: quippe cùm potentia, quemadmodũ ſumit ſpeciē ab obiecto, ſic & vnitatem ſumat: ens autem eſt obiectũ intellectus, intellectus verò habet vnitatem naturæ cuiuſdam vniuocę: ergo priùs naturę ordine eã vnitatē ſibi vēdicat natura entis.

6. Sextum: quædam repugnant creaturis, quatenus entia ſunt, quæ Deo etiã, quatenus eſt ens repugnant vt eſſe non intelligibile, eſſe impoſſibile (neq; enim huiuſmodi prędicata repugnant primò alicui rei propter aliquam ſpecialem entis rationem) poſſumus igitur abſtrahere naturã entis ab omnibus particularibus entium naturis, cui primò illa repugnent, & in quã primò cadat reduplicatio. Quòd ſi illã poſſumus abſtrahere ab omnib. particularib. nõ dubiũ eſt, quin ſit vniuoca.

7. Septimum: ens vt commune eſt Deo & creaturis, ſubſtantiis, & accidentibus, poteſt eſſe ſubiectum veræ contradictionis, vt ſi dicas, Omne ens eſt finitum. Non omne ens eſt finitum: Poteſt item aſſumi vt medius terminus in vero, & neutiquam fallaci ſyllogiſmo, vt ſi dicas, Omne ens eſt cauſa, aut effectus: nulla negatio eſt cauſa, aut effectus; igitur nulla negatio eſt ens. Non eſt igitur negandum ens eſſe vniuocum. Alioqui nulla ex propoſitis enunciationib. eſſet vna enunciatio, ſed multiplex & diſtinguenda, vt veram contradictionem, verúmque ſyllogiſmum conficeret.

8. Octauum: quod nobis ex argumentis Scoti vltimum ſit, ducitur ex auctoritate Ariſtotelis ſecundo lib. huius operis, cap. 1. quo loco ex pronunciato illo vt verbum de verbo reddamus. *Vnumquodque autem præ cæteris maximè ipſum eſt, ſecundùm quod & aliis vniuocatio ineſt.* in hanc ſententiam argumentatur Ariſtoteles. Id quod eſt cauſſa vniuoca veritatis cæterorum omnium, eſt maximé verum: primæ cauſſæ, ſiue principia, ſunt huiuſmodi: ergo ſunt maximè vera. Cùm ergo mox ſubiiciat, Vt vnumquoque eſt ens, ita & verum eſſe: apertum eſt, ens illius ſententia vniuocum eſſe.

9. Nonum: addi poteſt hunc in modum. Si ens non eſſet vniuocum, non dicerentur entia magis, ac minùs entia, at dicuntur: eſt igitur vniuocum. Maior ex eo probatur, quia duobus modis fingere poſſumus, res plures conferri inter ſe ſecundùm magis & minus: altero, ſecundum vnam & eandem rationem omnibus communem, altero, ſecundùm rationes earũ peculiares: at poſteriori modo impoſſibilis eſt comparatio ſecundùm magis & minus, non minùs enim perfectè quantitas eſt ens per ſe extenſum, quàm ſubſtantia ens per ſe exiſtens: quod

idem

idem in cæteris perſpicuum eſt: igitur, niſi ens eſſet vnius, & eiuſdem rationis in omnibus, quod vniuocum appellamus: non dicerentur quædam magis entia, alia minùs entia.

Decimum. Par ratio eſſe cenſetur in accidente, quatenus dicitur de omnibus accidentibus, atque de ente, quatenus dicitur de omnibus entibus. (vtrumque enim dicitur analogum ab iis, qui contrariam ſententiam tuentur.) Atqui accidens non eſt re vera analogum, ſed vniuocum omnibus nouem prædicamentis accidentium, tum quia nomen accidentis non ſignificat vnum eorum principaliter, & alia per habitudinem ad illud, tum etiam quia ratio accidentis, ſiue eius, quod eſt in ſubiecto: initio prædicamentorum poſita æquè conuenit omnibus accidentibus: igitur neque ens analogum eſt, ſed vniuocum omnibus entibus. 10.

Ens non eſſe omnino æquiuocum.

SECTIO III.

Cap. 6. MEDIA tamen ſententia, quam Ariſtot. paucis verbis complexus eſt initio huius capitis, & D. Thom. cum communi Philoſophorum ſchola ſequitur, vera eſt, & à nobis amplectenda, ac perſpicuitatis cauſa tribus concluſionibus explicanda, eo primùm animaduerſo, non eſſe nobis in hac quæſtione ſermonem de ſolo ente reali, ſed de ente in commune, vt complectitur entia realia, & rationis: ſic enim accipit Ariſtoteles nomen entis, cùm eius analogiam explicat, vt in expoſitione contextus diximus. *Approbatio media ſententia.*

Prima concluſio, *Ens qua ratione eſt ens, non eſt omninò æquiuocũ.* Hęc concluſio, quæ cum prima opinione directò pugnat, planè proponitur ab Ariſt. initio huius capitis, cùm ait, *Id quod eſt, non æquiuocè dici.* de pura enim æquiuocatione intelligendum eſt verbum, *Aequiuocè*, vt patebit ex ſecũda concluſione. Veritas huius concluſionis ex eo faciliimè perſpicitur, quia maior eſt cognitio inter Deum & creaturas, ſubſtantiáſque, accidentia, atque adeo inter entia realia, & rationis: quàm ſolius nominis. Nam ſi omnia fortuitò entia dicerentur, nec inter ſe vllam omninò conuenientiam haberent, propter quam entis nomine appellarentur: nullus omninò conceptus de omnibus quatenus entia ſunt formari poſſet, quemadmodum, nec de homine Gallo, & gallo aue, quatenus huic nomini reſpõdent, quod falſum eſſe perſpicuũ eſt. *Concluſio 1. ens qua ratione ens eſt, non eſſe omninò æquiuocum probatur.*

1. contra gen. cap. 33. Præterea, ſi ens eſſet purè æquiuocum Deo & creaturis, nihil de Deo, audito nomine entis, intelligeremus, vt doctè argumentatur D. Thomas, quòd ſignificatio eiuſmodi nominum nobis nota non ſit, niſi quatenus ſumitur ex iis, quæ in creaturis nouimus. Nulla etiam ſimilitudo imitatiua eſſet creaturarũ reſpectu Dei: ſi qua enim ſimilitudinis cognatio creaturis cum Deo intercedit, ea primùm in eo cernitur, quòd entia ſint: qui autem id diceret, negaret Deum eſſe primam omnium rerum cauſſam: negaret item, poſſe aliquid de Deo ex creaturis colligi: quo fieret, vt inanes, & fallaces eſſent ratiocinationes, quibus perfectiones Dei ex perfectionibus creaturarum concluduntur: negaret quoque Deum per ſuam eſſentiam cognoſcere *Cõmunia nomina non eſſe nota nobis, niſi ex iis quæ in creaturis nouimus.*

creaturas,vt quibus cum diuina natura nulla omninò eſſet communio niſi ſolius nominis,quod D.Thom. alibi concludit:at hæc non modò abſurdiſſima ſunt,ſed etiam impia. *De Verit. q. 2.art.11.*

3. Si ens quoque ſubſtantiis, & accidentibus nulla omnino ratione, quæ ex rebus ipſis duceretur, commune eſſet, non poſſet vtrumque genus ſub vnam ſcientiam cadere, quod Ariſtoteles negat, tum hoc capite,tum verò multò clariùs docet lib. 11.cap.3.

4. *Paſsiones cõmunes entibus realibus & rationis.* Denique ſi entibus,& etiam realibus,& rationis purè æquiuocum eſſet ens,nulla communis paſſio conueniret vtriſque quatenus entia ſunt:at conuenit concipi poſſe,quod etiam extenditur ad non entia,vt ad Chimeram,& Hippocentaurum,quatenus ſunt ficta: igitur ne entibus quidem realibus,& rationis purè æquiuocum eſt ens. *Text. 2.*

5. Probari etiam poteſt concluſio hæc omnibus penè argumentis,quæ ex Sco.pro ſecũda opinione attulimus.Hoc enim ſaltem efficiunt,vt neceſſariò cõcedendum ſit,omnia entia,quatenus entia ſunt, conuenire in ratione aliqua, quæ ex natura ipſorum petatur.

Neque item vniuocum. SECTIO IIII.

Concluſio 2. ens qua ratione ens, non eſt vniuocum. Secunda concluſio, *Ens qua ratione eſt ens,non eſt vniuocum.* Hæc concluſio ponitur ab Ariſt.in primis verbis huius capitis,cùm ait, *Id quod eſt,multis modis,ſiue multipliciter dici.* Quòd enim loquatur de multiplicitate,quæ opponitur vniuocationi,non autem quo pacto eam accepit in prædicamentis, cùm dixit qualitatem eſſe iis, quæ multipliciter dicuntur:ex hoc eodem cap.manifeſtum eſt. Docet enim paulò inferiùs, & planiùs ad finem capitis: Etſi ens non vna ratione dicitur,tamen pertinere ad eandem ſcientiam: perſpicuũ eſt autem,ea,quæ non vna ratione dicuntur,non eſſe vniuoca. Ex qua re clariùs perſpicies,Ariſtotelem,cùm initio capitis dixit, *Id quod eſt nõ dici æquiuocè*, de pura,ſiue omnimoda æquiuocatione id intellexiſſe, vt diximus ad ſuperiorem concluſionem, quippè cùm ea, quæ de multis dicuntur,quantùm deficiunt ab vniuocis,tantùm ad æquiuoca neceſſariò pertineant,vt patet ex eorum definitionibus. *Ca.de Qualitate.*

Probatur. 1. ſecunda concluſio. Probatur concluſio hunc in modum. Si ens eſſet vniuocum, neceſſariò eſſet genus:atqui non poteſt eſſe genus:non eſt igitur vniuocum. Maior duabus rationibus patet. Primùm, quia omne ſimplex prædicatum vniuocum, quod eſſentiali prædicatione dicitur de pluribus,neceſſariò eſt genus,aut ſpecies,aut differentia:ens autem dicitur eſſentialiter de pluribus,ſeu potiùs de omnibus, nec tamen poteſt eſſe ſpecies,aut differentia, cùm ſit omnium prædicatorum primum. *Idem Boetius in Porph. ad ca. de ſpecie.*

Vniuocum eſſentiale triplex tantum. Deinde,quia ens dicitur de pluribus differentibus ſpecie in quæſtione,quid eſt:quò fit,vt ſi vniuocum ſit, nihil ei deſit quominùs ſit genus. Atque huic maiori propoſitioni innititur argumentatio illa Porphrij in Iſagoge,Dantur decem ſumma genera,ſupra quæ nullum genus tranſcendit:igitur communicatio omnium rerũ in ente,eſt in ſolo nomine, hoc eſt,ita eſt in nomine: vt non ſit in ratione verè vna. Minor autem præterquàm quòd eſt omnium Peripateticorum communis ſententia (niſi velis excipere neſcio quos ex Nominalibus) ea ratione *Cap.de ſpecie.* *Ens non poſſe eſſe genus.*

tione facilè oſtendi poteſt, Quia omne genus habet differentias, per quas contrahatur, ens autem, qua ratione eſt commune omnibus entitatibus, per nullas differentias contrahitur. Id quod ratione oſtenditur. Nullum genus dicitur eſſentiali prædicatione de differentiis, per quas contrahitur, vt probauimus ſuperiori lib. cap. 3. ex libro 6. Top. cap. 3. ens autem dicitur eſſentiali prædicatione, atque adeo quidditatiua de omnibus differentiis, vt q. 3. patebit, &c.

Ad Text. 3.

Exceptio Scoti.

Hvic argumento cederet omninò Scotus, niſi in maiori propoſitione exciperet tranſcendentia, vt videre eſt in 1. d. 8. quæſt. 3. Verùm ea exceptio, cùm cauſſa fugiendi vim argumenti excogitata ſit, & vulgatæ enumerationi vniuerſalium ab omnibus Philoſophis receptæ, ac ipſi generis definitioni repugnet, non eſt audienda. Nominalium [a] quidam conceſſa, vt neceſſe erat, maiore, negandam putarunt minorem contra Ariſtotelē, & totius Peripateticæ ſcholæ doctrinam, apertiſſimamque rationem, incidentes in Scyllam vt Charibdim vitarent. Alij [b] vtramque aſſumptionem negare non ſunt veriti, in quos omnium ſuperiorum reprehenſio conuenit.

Nominales.

a Vt Gabri. 1. d. 3. q. 8. & ibidem Gre. q. 3. quibus aſſentitur Bonetus in ſua Metaphyſ. cap. 6.
b Vt Mater 1. d. 8. q. 1.

Præterea, ſi ens in commune dicitur vniuocè de omnibus entibus: aut entia, de quibus illud immediatè prædicatur, ſunt diuerſarum eſſentiarum, aut eiuſdem: non poſſunt autem eſſe eiuſdem, niſi quis ita inſaniat, vt dicat: omnia eſſe vnum (idem enim pari ratione dicendum eſſet de cæteris inferioribus comparatione aliarum naturarum vniuocarum, quæ ſub ente continentur) ſunt igitur diuerſarum eſſentiarum: at entia, quæ in eadem communi eſſentia conueniunt, & ſunt diuerſarum eſſentiarum, neceſſariò includunt diuerſas entitates, ex quibus ea diuerſitas naſcitur: igitur, ſi ens vniuocè dicitur, vnumquodque eorum, de quibus illud immediatè prædicatur, includit duas entitates, quarū vna communis eſt, ſiue ea vocetur genus, ſiue quiduis aliud: altera propria, & peculiaris, ſiue hæc dicatur differētia ſiue quicquid aliud libuerit: quod certè fieri nequit. Entitas enim illa peculiaris eſt entitas quædam, ac proinde eſſentialiter ſubiecta entitati communi: quare cùm ea includat communem entitatem, pari ratione aliam ſibi propriam, qua ſit diuerſa à cæteris ſub eadem communi entitate contentis: fit, vt eadem quæſtio poſſit de ea excitari, & ita deinceps, de infinitis. Cùm hæc igitur danda non ſint, neceſſariò dicendum eſt fieri non poſſe, vt ens ſit vniuocum.

Entia contracta ſub vniuoca natura neceſſariò eſſe compoſita ſi differunt eſſentialiter.

Anton. And. pro præceptore Scoto reſpondet, Ea, de quibus ens immediatè dicitur, non differre inter ſe entitatibus peculiaribus adiunctis entitati communi, ſed modis intrinſecis dumtaxat. Verùm hæc reſpōſio parum habet momenti. Quæ enim modis tantùm differunt inter ſe: non ſunt eſſentiæ diuerſæ: vt candor ſeparatus, & idem in ſubiecto: calor intenſus, & idem remiſſus; res quælibet exiſtens, & ipſa non exiſtens. Itaque, aut modi, quibus entia diſtinguuntur ſub ente, ſunt entitates quædam, quo pacto non ſoluitur argumentum; aut ſi non ſunt entitates, ſed tantùm modi entitatum, omnia profectò entia ſunt eiuſdem omninò eſſentiæ, quandoquidem idem dici poteſt de iis, quæ remotè, & mediatè continentur ſub ente, atque

Reſpōſio Antonij Andreæ.

Impugnatio.

Lege Fer. 11. contr agen. c. 22.

de

de iis, quæ proximè, & immediatè, vt paulò antè diximus.

Quorundam argumentum. Præterea, ſic argumentãtur quidam D. Th. ſectatores. Si ens, quatenus ens, eſſet vniuocum, in quauis definitione repeteretur idem ſub eadem ratione: hoc autem faciendum non eſt: ergo nec illud eſt concedendum. Maior patebit reſoluenti definitionem quamlibet vſque ad ens, tum ex parte generis, tum etiam ex parte differentiæ: nam cùm vtrumque ſit formaliter, & eſſentialiter ens, bis poneretur ens in reſolutione partium definitionis: ſemel ratione generis, & iterum ratione differentiæ: atque adeo ſub eadem ratione, quia natura vniuoca eſt penitùs eiuſdem rationis in vniuocatis. Minor perſpicua eſt, quia ſuperuacanea repetitio eiuſdem ſub eadem ratione ab omnibus arguitur vitij, & meritò nugatio appellatur. *Vt Caiet. libello de ente, & eſſentia q. 3. & alij.*

Solutio. Scot. Huic argumento occurrit Sco. hoc modo. Quemadmodum differentia ſumitur denominatiuè reſpectu generis, quod informat: ſic etiam ens, quod includitur in differentia, ſumi denominatiuè reſpectu entis, incluſi in genere: nec eſſe nugationem, cùm idem ſumitur ſemel abſolutè, iterum denominatiuè in eadem definitione: vt ſi reſoluendo definitionem hominis, dicas, *Homo eſt ens, per ſe exiſtens, corporeum viuens, ſentiens, affectum entitate, qua eſt rationis capax.* At Caietanus quidem in commentariis de ente, & eſſentia quæſt. 3. adeo abſurdam putat hanc reſponſionem, vt eam impugnatione indignam iudicet: idque ea ratione, Quia, etſi ens ſecundùm particulares rationes ſumptum poteſt ſeipſum denominare: tamen in commune acceptum, ſi modò vniuocum eſt, non poſſit: *in communi enim natura vniuoca*, vt ait, *non datur vlla varietas.* Sed hæc non videntur à Caietano rectè dici. Poteſt enim in natura communi vniuoca dari varietas abſoluti, & denominatiui, vt albedinis, & albi, qualitatis, & qualis, auri & aurati, præſertim ſi natura non ſumatur, vt eſt abſtracta à ſuis particularibus, ſeu, quod idem eſt, in ſuppoſitione ſimplici, ſed abſolutè, ac perſonaliter, vt loquuntur Dialectici, quo pacto ſumuntur omnia prædicata eſſentialia, quæ in definitionibus ponuntur. Quòd cùm verum ſit, & homo ſit animal rationale, erit profectò ens affectum entitate, neque vlla dabitur nugatio, quemadmodum, nec ſi dicas albedinem triangularem eſſe qualitatem affectam qualitate quod quidem eſt, eſſe, qualitatem qualem. Itaque propoſitum argumentum apud eos valeat, qui vitium in Scoti reſponſione viderint. *Loco citato.*

Scotum quo pacto reprehendat Caietanus.

Impugnatur Caietani reprehenſio.

Vniuocorum conuenientia. 2 Præterea: Nulla res, quæ in prædicato vniuocè cõuenit cum altera, includit quicquam in ratione eiuſmodi prædicati, quod altera non includat: atqui accidentia, quatenus ſunt entia, includunt in ſuis rationibus reſpectum ad ſubſtantiam, quem non includit ſubſtantia, quatenus eſt ens: non conuenit igitur ſubſtantia vniuocè cum accidentibus in ente, puriorique ratione, neque Deus cum creaturis, Maior ex eo patet, quia alioqui prædicatum vniuocum non diceretur eadem omnino ratione de iis, quæ in illo vniuocè conueniunt, quod eſt contra definitionem vniuocorum. Minor verò probatur duabus rationibus. Prior eſt, Quia naturalis dependentia eſſentiæ rerum colligitur ex dependentia naturali exiſtentiæ illarum: tota autem exiſtentia

ſtentia accidentium, etiam quatenus entia ſunt, pendet à ſubſtãtia, veluti exiſtentia caloris, & quatenus caloris, & quatenus qualitatis, & quatenus accidentis, & quatenus entis: ergo totà eſſentia accidentis, etiam quatenus ens eſt, à ſubſtantia pẽdet. Quod cùm Scotus ipſa veritate cogente cõceſſerit in 1. Sent. d. 3. q. 3. miror cur adiũgat eodem loco, poſſe tamen à ſubſtantia, & accidente conceptum vnum cõmunem vniuocum abſtrahi. Poſterior eſt, Quia enti per ſe, & enti in alio nihil poteſt dari cõmune vniuocũ: ens autẽ in alio, quod eſt accidens, neceſſariò includit reſpectũ ad ens per ſe, quod eſt ſubſtãtia: ergo omne accidẽs, quatenus eſt ens, includit reſpectum ad ſubſtantiã. Aſſumptio perſpicua eſt: propoſitio autẽ probatur, quia nihil poteſt abſtrahi ab eo quod per ſe poteſt exiſtere, & ab eo, quod non poteſt per ſe exiſtere: hæc enim diſiunctio in omnẽ naturã cadit quamtumcumque ſit abſtracta. Eadem minor principalis perſpicuè aſſeritur ab Ariſt. tum hoc loco, tum verò clariùs 7. lib. cap. 1. Nec verum eſt, quod nonnulli dicunt, Ariſtotelẽ non docere iis locis, accidentia, quatenus entia ſunt, includere reſpectum ad ſubſtantiã, ſed tantùm quatenus accidẽtia: planè enim docet, præſertim in loco citato lib. 7. ſe id intelligere de accidentib. non modò quatenus accidentia ſunt, ſed etiam quatenus entia. Exẽpla quoque ſani & medici, ſeu medicinalis, quæ hoc loco afferuntur, idẽ perſpicuè oſtendunt. Deambulatio enim nõ tantùm quatenus ſpeciali ratione dicitur ſana, ſed etiã quatenus nulla adhibita limitatione eo nomine appellatur, ad ſanitatem refertur: atque ita res habet in cæteris. Quòd ſi quis dicere pergat, omnia minùs principalia ſignificata analogorum ſecundùm ſpeciales rationes accepta includere reſpectum ad principale, non autẽ quatenus nulla limitatione adhibita eo vocabulo ſignificãtur, quaſi eo pacto omnia cum principali ſignificato eadem omnino ratione conueniant, is apertè tollet de medio omnia analoga attributionis, totumque genus huiuſmodi analogiæ ad vniuocationem traducet: quod multò erit faciliùs in analogia proportionis, quæ propiùs ad vniuocationem accedit, vt ex iis, quæ dicenda ſunt perſpicuum erit.

Dependentiã eſſentiæ ex dependentia exiſtentiæ colligi.

Nihil poſſe abſtrahi ab eo, quod eſt per ſe, & quod in alio.

Hoc ipſo cap. text. 2. & lib. 7. ca. 1. text. 2.

Nota hac.

Mitto plures rationes alias, quæ ad hanc concluſionem confirmandam valent, quoniam diſtantiam entis creati ab increato, diſtinctionémque prædicamentorum attingunt: quod ea de cauſa facimus, ne materiam libris ſequentis anteuertamus. Quamquam verò rationes, quibus hæc concluſio probata eſt, ſolius entis realis vniuocationem impugnent: ex eiſdem tamen relinquitur impugnata vniuocatio entis, vt realia, & rationis complectitur. Minùs enim conueniunt in ratione entis entia rationis cum entibus realibus, quàm entia realia inter ſe.

* * *

Digitized by Google

Ens eſſe analogum. SECTIO V.

Concluſio.3. Ens qua ratione ens eſt eſſe analogũ, probatur.1.

TERTIA concluſio. *Ens qua ratione ens eſt, analogũ eſt.* Hãc concluſionem planè aſſerit Ariſtoteles, tum hoc capite ſæpius, tum aliis locis quàm plurimis, nunc affirmans illud eſſe ex iis, quæ dicũtur ad vnum, nunc ex iis, quæ vna quodammodo ratione dicuntur. Probatur autem concluſio perfacilè ex ſuperioribus. Cùm enim ex prima pateat, ens non eſſe omnino æquiuocum: ex ſecunda autem non eſſe vniuocum: conſtet autem illud dici de pluribus: planè ſequitur, eſſe medium quid inter vtrũque quod trita iam appellatione analogum dicitur. *Hoc ipſo cap. tex.2. & lib.7. c.4. text.14. & 15. & lib. 11.c.4.tex.19. & alibi ſæpe.*

Ens eſſe vniuocũ reſpectu quorundam.

Illud tamen prætereundum non eſt, ens qua ratione ens eſt, non ita dici analogum, vt reſpectu omnium, quæ ſunt, analogum ſit. Eſt enim vniuocum iis omnibus, quæ in qualibet vniuoca natura conueniunt, vt omnib. ſpeciebus eiuſdẽ generis, & omnib. indiuiduis eiuſdem ſpeciei: ſiquidem eadem rationè dicitur ens de homine & equo: itémque de Socrate & de Platone. Neque id mirum videri debet, cùm ea etiam, quæ omnino æquiuoca ſunt, aliquarum quoque rerũ cõparatione ſint vniuoca, vt canis comparatione latrantium. Itaque cùm ens dicitur analogum, reſpectu eorum analogum eſſe intelligẽdum eſt, de quibus proximè, ac immediatè dicitur cuiuſmodi ſunt Deus Opt. Max. genera ſumma, & omnes differentiæ. Nam de iis, quæ ſub eodem genere, aut ſpecie eſſentialiter continentur, non dicitur ens immediatè, ſed interiectu alicuius generis, aut ſpeciei, aut etiam differentiæ.

Obiectio. At dices, id, quod in ſe non eſt vnius rationis, nõ poſſe eſſe eiuſdem rationis quarumlibet rerum comparatione, ac proinde, nec vniuocum, *Dilutio.* ens autem non eſſe in ſe vnius rationis: quare nec reſpectu eorũ, quæ ſub eodem genere, aut ſpecie continentur vniuocum eſſe. Sed facilè diluitur obiectio negatione maiori. Quod enim in ſe non eſt vnius rationis ſimpliciter, ſed multarum, poteſt per aliquam earum eſſe vnius rationis comparatione aliquarum rerum. Ita ergo ens per eam rationem, qua ſignificat genus ſummum ſubſtantiæ, eſt eiuſdem rationis reſpectu omnium ſpecierum, & indiuiduorum prædicamenti ſubſtantiæ, & ita res habet in cæteris. *Occurritur inſtantiis.* Quòd ſi quis vrgeat, rationem, quæ eſt ſecundum nomen ſubſtantiæ, non eſſe rationem ſecundum nomẽ entis in commune, ſed ſecundum nomen particularis cuiuſdam entis: occurrendum eſt, In iis, quæ non ſignificant immediatè vnã naturam, ſed plures, cuiuſmodi ſunt analoga, & caſu æquiuoca, rationes omnium immediatè ſignificatorum eſſe ſecundùm commune nomen, vt patet ex definitione æquiuocorum in Prædicamentis tradita, in qua tam analoga, quàm caſu æquiuoca comprehenduntur. Quod diligenter animaduertendum eſt. Quamquam in iis, quæ ſunt caſu æquiuoca, quia nec ſimpliciter nec ſecundum quid, habent eamdem cõmunem rationem, id meliùs perſpiciatur. Ita patet, ens communiſſima ratione ſumptum eſſe analogum. Quòd autem idem dicẽdum ſit de ente reali completo, lib. ſequenti patebit. *Cap. de Aequiuocis.*

De

by Google

De variis analogiæ modis & eorum diſcrimine.

SECTIO VI.

7. Li. Ph. tex. 31. & 10. lib. Metaph. text. 26. D. Thom. q. 5. art. 2. Caiet. libello de anag. nom. c. 1.

Analogia generum.

VT autem qualis ſit entis analogia intelligatur (neque enim id facilè eſt perſpicere) excludenda eſt in primis ab hac diſputatione analogia quædã, quam Ariſt. 7. Phyſ. c. 4. & 10. lib. huius operis, c. 13. in natura generũ ſubeſſe docet: quam D. Tho. 1. ſent. d. 19. vocat analogiã ſecundùm eſſe tantùm: Caietanus autẽ in libello de analogia nominũ analogiam inęqualitatis, quòd natura generica, etſi vniuoca eſt, perfectius tamẽ eſſe habeat in vna ſpecie, quàm in alia, ratione perfectioris differentiæ, cui coniuncta eſt. Idcirco autem hoc genus analogiæ excludendum eſt hoc loco, quia non impedit veram vniuocationem, vt eiſdem locis patebit.

Lib. 1. c. 20.

Analogiã propriè dictã duplicem eſſe. Primũ diſcrimẽ inter analoga.

Reuocanda eſt deinde in memoriam diſtinctio illa analogorum in analoga ſecundum attributionem, & ſecũdum proportionem, de quibus quantum ſatis erat, in Dialecticis Inſtitutionibus, & Prędicamentorum commentariis ſcriptum eſt.

Hoc cap. text. 2. & li. 7. tex. 14. & 15. & lib. 5. text. 11. & lib. 12. tex. 19. 22. & 25. & lib. 2. Poſt. tex. 23. & 24. Ammonius, & alij.

Poſt hæc, animaduertenda ſunt nonnulla diſcrimina, quæ inter huiuſmodi analoga cernuntur. Primum, quod ad vocabula pertinet, huiuſmodi eſt, Ea, quæ ſecundùm attributionem appellantur, numquam aliter apud Ariſt. nuncupari, quàm nomine eorum, quæ ad vnum, vel ab vno dicuntur: eaque ſola, quæ nos analoga ſecundùm proportionem dicimus, analogorum nomine apud illum vocari. Hæc intelliges ex hoc ipſo c. & ex c. 6. lib. 5. ex ca. 4. lib. 7. ex c. 4. lib. 12. ex. c. 16. 2. Poſt. & ex aliis pleriſque locis, maximè verò ex cap. 6. primi Ethic. vbi planè diſtinguuntur analoga ab iis, quæ ab vno, vel ad vnũ dicuntur. Eamdem diſtinctionem faciunt Græci auctores initio Prædicamentorum Ariſtotelis. Vſus tamen Latinæ Scholæ obtinuit, vt vtraque hodie analoga dicantur.

Secundum.

Alterum diſcrimen eſt, ſemper dari aliquid vnum & idem, ad quod membra analoga ſecundum attributionem, vel cætera, vel omnia repetantur, & ratione cuius talia nominentur. Dico autem (*cætera*) quia illud vnum, & idem, ad quod alia referuntur, interdum ſignificatur eodem nomine: vt nomine ſani animal ſanũ, & nomine Medici homo Medicus; quod cum accidit, tunc illud dicitur principale ſignificatum, cætera verò ratione illius dicuntur eodem vocabulo. Quod genus analogorum vocat D. Tho. analoga ſecũdùm attributionem vnius ad alterum, comprehendens nomine, *Vnius*, omnia minùs principalia: nomine verò, *alterius*, ipſum principale. Interdum verò illud vnum, & idem, ad quod alia referuntur, non ſignificatur eodem nomine: vt ſi nomen Sani reſtringatur ad ſalutaria duntaxat, & nomen Medici ad medicinalia, tum illa, ad quæ horum nominum ſignificata referentur, non continebuntur ſub iiſdem nominibus. Res enim dicuntur ſalutares ab animali ſano, & tamen animal, quatenus ſanum, non dicitur ſalutare: codémque modo multa dicuntur medicinalia ab

1. Q. 13. art. 5.

Analoga attributionis, vnius ad alterũ

homine medico, cùm tamen Medicus non dicatur medicinalis. Hoc igitur cùm accidit, tum illud vnum, ad quod alia referũtur, non ſolùm non dicitur principale ſignificatum, ſed ne ſignificatum quidem illius nominis, vt patet. Vnde fit, vt omnia ſignificata horum nominum dicantur talia quia referuntur ad aliquid aliud. Quod genus analogorum vocat D. Tho. analoga ſecundum attributionem duorum ad tertium, ſignificans nomine duorum omnia ſignificata huiuſmodi analogorum, nomine autem tertij, vnum illud ſub eodem nomine minimè comprehenſum, ad quod omnia referuntur. Ita patet, ſemper dari aliquid vnum, & idem, ad quod membra analoga ſecundum attributionem, vel cætera, vel omnia referantur, & ratione cuius talia appellentur, quod tamen in analogis ſecundùm proportionem neceſſariũ non eſt. Etenim Principium eſt analogum principiis rerum naturaliũ, principio temporis, & principio viæ, cùm tamen nec principia minùs principalia dicantur principia per attributionem ad aliquod idem principium principale, nec item omnia per habitudinem ad aliquid vnum, & idem, quod non ſit principium. Quãquam enim illa dicuntur principia per attributionem ad principiatum, tamen principiatum non eſt vnum, & idem, ſed tam multiplex, quàm eſt ipſum principium: quod idem obſeruare poteris in cæteris analogis huius generis. Quòd ſi cum hac analogia iungatur analogia attributionis, tum demum ratione illius dabitur vnum, & idem, ad quod cætera, vel omnia referantur, iuxta conditionem eius analogiæ. Exempli cauſa, Ridens eſt analogum ſecundùm proportionem comparatione hominis, prati, & fortunæ: at pratum, & fortuna dicuntur ridere, ſeu arridere, quia quodammodo imitantur hominem arridentem alicui, in qua imitatione ſpectatur attributionis analogia. Idem cernere eſt in cæteris omnibus, quæ per tropum aliquem dicuntur, vt cùm aſpectus dicitur per metaphoram de interna animi contemplatione.

Duorum ad tertium.

Loco proximè citato.

Tertium diſcrimen.

TERTIVM diſcrimen eſt, analoga ſecundum attributionem non neceſſariò, ſignificare formam, quæ inſit in omnibus mẽbris diuidentibus. Nam quicquid dicendum ſit de analogis duorum ad tertiũ, certè ea, quæ ſola attributione vnius ad alterum analoga ſunt, ſignificant formam in ſolo principali ſignificato exiſtentem. Sanitas enim, quę eſt forma ſignificata nomine Sani, in ſolo animali ineſt, non in vrina, aut potione, aut aëre, quæ denominatione extrinſeca dicuntur ſana. At analoga, ſecundum proportionem neceſſariò ſignificant, formam, quæ ineſt in omnibus membris diuidẽtibus, vt inductione patet. Nam principium ſignificat naturam principij exiſtentem in omnibus, quæ dicuntur principia; eodémque modo ſe res habet in cæteris non modò propriè dictis, ſed etiam impropriè, & per tropum. Ridere, enim, exempli cauſa, ſignificat riſum non modò inhærentem homini, ſed etiam ſuo modo florenti prato. Namque ipſa florum productio eſt quædam quaſi hilaritatis ſignificatio per vultum.

Quartum.

QVARTVM diſcrimen eſt, In analogis ſecundùm attributionem, omnia ſignificata, quæ habitudine ad aliquid vnum dicuntur talia, neceſſariò per illud definienda eſſe, vt pulſum ſanum, & deambulationem

tionem ſanam per animal ſanum. At in analogis ſecundùm proportionem id non eſt neceſſarium, niſi eadem ſint analoga ſecundùm attributionem. Nam neque principium temporis neceſſariò definitur per habitudinem ad principium viæ, neque hoc per habitudinem ad illud. Quod idem cernere eſt in cæteris analogis proportionis propriæ, ſi in eis ſola proportionis analogia reperiatur.

Sectione præcedente.

HIS ita conſtitutis, cùm ſuperiùs oſtenſum ſit, ens eſſe analogum Deo, & creaturis, ſubſtantiæ creatæ, & accidentibus, itémque ipſis accidentibus diuerſorum prædicamentorum, & poſtremò entibus, realibus & rationis, his quatuor analogiis explicandis, totum, quod quærimus, apertum fiet.

Qualis ſit analogia entis.

SECTIO VII.

Ens non eſſe analogũ Deo, & creaturis attributione duorum ad tertium.

AC non eſſe quidem ens comparatione Dei, & creaturarum vllo pacto analogum ſecundùm attributionem duorum ad tertium luce clarius eſt, cùm præter Deum, & creaturas nihil aliud ſit, cuius comparatione Deus, & creaturæ, & ſint, & dicantur entia. Quòd verò nec ſit analogum ſecundùm attributionem vnius ad alterum, creaturarum, inquam, ad Deum (nemo enim dixerit Deum eſſe ens per attributionem ad creaturas) his rationibus videtur oſtendi.

Prior ratio cur entia creata, nõ videantur dici entia attributione ad Deum.

PRIMVM, quia ſi creaturæ eſſent entia per attributioné ad Deum, ſolus Deus eſſet formaliter ens, ſiquidem forma ſignificata per analoga, quę dicuntur ſecundùm attributionem vnius ad alterum, ſoli principali ſignificato ineſt, vt patet in ſano. Itaque non magis quælibet creatura diceretur ens ab entitate, quàm potio dicitur ſana à ſanitate, quam in ſe non habet.

Poſterior.

DEINDE, quia ſi creatura eſſet ens per attributionem ad Deum, neceſſariò quatenus eſt ens, definiẽda eſſet per Deum, quod patet eſſe falſum, tum quia creatura, quatenus eſt ens, ſatis aptè definitur eſſe, *quod exiſtere in rerum natura poteſt,* tum etiam, quia entia creata, quatenus ſunt entia, priùs cognita fuerunt à Philoſophis, quàm vlla eorum dependentia à diuina natura cognoſceretur. Adminiculo enim cognitionis creatarum rerum ſeſe erexit humanus intellectus ad diuinæ naturæ cognitionem, vt etiam D. Paulus ad Rom. ſcribit. Atque in hac ſententia videbitur D. Thomas eſſe in quæſt. 2. de veritate, articulo 11. Vbi docet, inter Deum & creaturas non cerni analogiam vnius ad alterum, ſed proportionalitatis, quam nos proportionis analogiam dicimus.

Ens eſſe analogum, & analogia attributionis, & proportionis.

EISDEM argumentis videtur concludi, non eſſe ens analogũ ſubſtantiæ creatæ, & accidenti. Nam neq; accidens eſt ens ſola extrinſeca denominatione, neque item videtur definiri per ſubſtantiam quatenus ens, vt patet ex tradita entis definitione, ſed quatenus accidens.

DICENDVM eſt tamen, vtroque modo eſſe ens, analogum, &

Digitized by Google

ſecundùm attributionem, & ſecundùm proportionem, cùm reſpectu Dei, & creaturæ, tum etiam reſpectu ſubſtantiæ creatæ,& accidentis, atque adeo reſpectu accidentium diuerſorum prædicamentorum, entiúmque realium, & rationis.

Proportionis.

Hæc aſſertio,quod attinet ad analogiam proportionis(ab hac enim, vt à faciliori inchoabimus)nullo negotio probatur quoad omnes partes. Vt enim Deus ſe habet ad ſuũ eſſe,ſic proportione quadã ſe habet ad ſuũ ſubſtãtia creata,& quo pacto ſubſtãtia creata,ita,& accidẽs,quo item modo vnũ genus accidentium affectũ eſt ad ſuam exiſtẽtiam, ſic vnumquodque cæterorum ad ſuam: qua denique ratione entia realia, eadẽ quoq; entia rationis,eſt enim in omnibus ęqua proportio,quamuis res ipſę,& ipſę etiam exiſtẽtiæ per ſe ſumptæ diuerſę admodũ ſint.

Præterea, omnia analoga,in quibus non cernitur analogia proportionis ſunt analoga ſecundum attributionem vnius ad alterum. (Quæ enim ſunt analoga ſecundùm attributionem duorũ ad tertium, ſunt etiam analoga ſecundùm proportionem,vt inductione patet) atqui forma ſignificata per nomina huiuſmodi analogorum, ſoli principali ſignificato ineſt, vt patet ex tertio diſcrimine, entitas autem, quæ eſt forma nomine entis ſignificata, neceſſariò ineſt omnibus entibus, igitur omnia entia, quatenus entia ſunt, conueniunt ſecundùm analogiam proportionis. Atque hoc idem docet Ariſt. quoad entia realia lib. 5. cap. 6. & lib. 12. cap. 4. & 5. aſſerens, ea, quæ ad diuerſa prædicamenta pertinent, non eadem ratione, ſed ſimilitudine rationum inter ſe conuenire. Loquitur autem non ſolùm de iis, quæ directò pertinent ad prædicamenta, ſed etiam de iis,quæ ſunt illorum principia,in quibus patet, Deum quoque Opt. Max. intelligi.

Lib. 5. tex. 7. & lib. 12. tex. 22. & 27.

Reprehenſio non agnoſcentium in ente analogiã proportionis.

Ex his collige,non rectè philoſophari eos,qui in ente ſolam analogiam attributionis agnoſcunt. Coguntur enim fateri (quod etiã libenter admittunt) ſolam ſubſtantiam eſſe formaliter ens,quemadmodum ſolum animal eſt formaliter ſanum: eamque exiſtimant Recentiores quidam fuiſſe opinionem Parmenidis, quemadmodum illam refert Simplicius in primum Phyſicorũ. Idem videtur credere Ægidius hoc loco cùm ait, *accidentia non habere entitatem,niſi in obliquo;vt non ſint entia, ſed entis:* ex quo quaſi fundamento colligit lib. 7. & in libello de Eſſe, & eſſentia abſurdam illam ſententiam, Accidentia non habere propriam exiſtentiam, ſed per ſolam exiſtentiam ſubſtantiæ exiſtere.

Niphus diſpu. 1. Aegid. q. 3. & 4. Idem li. 7. q. 2. De Eſſe, & eſſentia q. 10.

Analogia attributionis accidentium.

Qvod verò attinet ad analogiam ſecundum attributionem, id quidem in accidentibus, & comparatis inter ſe,& cum ſubſtãtia creata facilè intelligitur. Nam cùm accidentia dicantur entia reſpectu ſubſtantiæ creatæ, efficitur, vt ſi ens, quatenus de eis dicitur, analogum eſt,neceſſariò ſit analogum ſecundum attributionem, duorum quidem ad tertium, ſi ens ſumatur pro ſolis accidentibus, vnius autem ad alterum, ſi ſumatur, vt eſt commune omni enti creato.

Atqve hæ duæ aſſertionis partes, quibus conferuntur accidentia, & inter ſe,& cum ſubſtantia creata, hoc ipſo cap. & lib. 7. cap. 1. & 4. Et lib. 11. cap. 7. planè traduntur ab Ariſtotele.

Hoc lib. tex. 2. lib. 7. tex. 1. 2. 3. 4. & 14.

Entium rationis.

Ex qua duplici comparatione patet, idem dicendum eſſe de entibus

bus rationis,tum comparatione entis realis, tum etiam inter ſe, ſi diuerſo omnino genere habitudinis referuntur ad ens reale, quemadmodum accidentia diuerſorum prædicamentorum ad ſubſtantiam. Neque enim entia rationis minùs pendent ab ente reali, quàm accidentia à ſubſtantia.

Analogia, attributionis creaturarum ad Deũ quod probatur.

1.

In Deo autem, & creatura, in quibus aſſertio non ita facilè perſpicitur, duabus potiſſimùm rationibus id concludi poteſt. Prior ratio. Non minùs pendet ens creatum à Deo in genere cauſſæ exemplaris, efficientis, & finalis, quàm pendeat accidens à ſubſtantia creata in genere cauſſæ ſubiectæ, quæ reducitur ad materialem, atqui accidens ita pendet à ſubſtantia creata, vt ſit ens per attributionem ad ſubſtantiam, igitur & ens creatum ita pendebit à Deo, vt non ſit ens, niſi per attributionem ad illum. At obiiciat aliquis, Res non pendere ſecundum ſuas eſſentias abſolutas à ſuis cauſſis exemplaribus, efficientibus, & finalibus, vt patet in ſtatua Cæſaris reſpectu ſui exemplaris, quod eſt in mente ſtatuarij, & ipſius ſtatuarij, & eius finis propter quem ſtatua facta eſt, cùm tamen accidens ſecundùm ſuam eſſentiam pendeat à ſubſtantia. Sed reſpondendum, diſparem eſſe rationem. Nam, etſi id verum eſt collatis rebus cum ſuis particularibus, & ſecundariis cauſſis exemplaribus, efficientibus, & finalibus, tamen ſi conferantur cum primo exemplari, efficiente, & fine, falſum eſt. Adeo enim eſt eſſentialis omnibus entibus creatis dependentia à Deo tamquam à primo exemplari, efficiente, & fine, vt ſine ea, quatenus entia ſunt, intelligi non poſſint, quemadmodum nec accidens abſque dependentia à ſubſtantia, vt à prima cauſſa ſubiectiua. Vnde collige, perfectam cognitionem ſubſtantiæ creatæ, quatenus eſt, ens, indigere cognitione triplicis dependentiæ, à primo, ſcilicet exemplari efficiente, & fine: cognitionem autem accidentis, quatenus eſt ens, indigere adhuc cognitione dependentiæ à prima cauſſa ſubiectiua, quæ eſt ſubſtantia creata. Ex qua re apertiùs intelliges, veram eſſe Indi illius ſententiam, cuius meminimus lib. 2. *Neminem poſſe res humanas intelligere, qui diuinas ignoret.*

Perfecta cognitio entis creati pendet à Dei cognitione.

Cap. 3. q. 3. ſect. 4.

Posterior ratio. Id, quod ea ratione de vno dicitur per eſſentiam, quia tota eſſentia, quam ſignificat, illi conueniat, de altero autem participationem, quia pars eſſentiæ, dicitur de ſecundo per attributionem ad primum, veluti homo, de Paulo, & anima Pauli, aut etiam, de corpore Pauli, ea enim ratione anima Pauli, dicitur homo interior; & corpus exterior, quòd illa ſit pars interior humanæ naturæ, corpus autem exterior: atqui ens ea potiſſimùm ratione dicitur de Deo per eſſentiam, quod omnes gradus entitatis, ſiue eſſentiæ, qui immediatè ſignificantur nomine entis, illi cõueniunt (alij quidem formaliter, alij autem eminenter, id eſt, excellentiùs, quàm cæteris rebus) de creaturis verò per participationem, quia vnicuique earum conueniat pars aliqua totius eius multitudinis graduum eſſentiæ: ergo dicitur de Deo, & creaturis per attributionem creaturarum ad Deum. Ita patet, ens eſſe analogum reſpectu Dei, & creaturæ per attributionem vnius ad alterum. Quod idem intelliges apud D. Tho. 1. q. 13. art. 5.

Homo interior anima, homo exterior corpus.

Digitized by Google

Solutio prioris rationis pro parte oppoſita.

Lege itē Caietan. in libr. de analog. Nom cap. 2.

AD priorem verò rationem, quæ hanc analogiam creaturæ ad Deum infirmare contendebat, dicendum eſt, in quibus analogia proportionis ſimul reperitur cum analogia vnius ad alterum, in iis poſſe formam ſignificatam ineſſe in omnibus membris, vt patet in pede, quatenus dicitur de pede animalis & lecti: in pede enim lecti ſimul cernitur, & imitatio pedis animalis (quæ eſt, quædam attributio) & proportio quædam ad illum. Ita fit, vt pedalitas, quæ eſt forma ſignificata nomine pedis, inſit ſuo modo in pede lecti, quemadmodum in pede animalis. Eodem igitur modo res habet in ente reſpectu Dei, & creaturæ propter vtramque analogiam, & proportionis, & attributionis. Reſponderi quoque poteſt ad argumentum, Creaturas quatenus dicuntur entia per attributionem ad Deum, appellari entia denominatione extrinſeca ab entitate diuina: at quatenus dicuntur entia ſecundum proportionem, eſſe ac dici entia à propriis entitatibus. Quo pacto loquitur Caietan. in libello de analogia nominum.

Alia reſponſio.

Quænā ſint vtriuſque analogiæ fundamenta.

QVOD ſi quis roget, quænam ſint fundamenta vtriuſque analogiæ in ente reſpectu Dei, & creaturæ: & vtra earum prius enti conueniat: Dicendum eſt ad priorem quæſtionem, fundamentum ſiue ratione fundandi analogiæ attributionis creaturarum ad Deum eſſe ipſam diuinam entitatem, à qua creaturæ omnes extrinſeca denominatione dicuntur entia, vt à primo fine, efficiente, & exemplari: fundamentum verò proportionis cum Deo, eſſe modum habendi formaliter, atque eſſentialiter entitatem, qui idem quodammodo eſt in omnibus entibus. Ad poſteriorem dicendum, primo quidem aſpectu priorem videri ex natura rei analogiam, qua Deus, & creaturæ conueniunt in ente per proportionem, quàm eam, qua conueniunt per attributionē creaturarum ad Deum: ſemper enim attributio vnius ad alterum videtur ſupponere aliquid: in eo, quod retribuitur, ſiue refertur: vt patet in attributione ſani conſeruantis, & efficientis ad ſanum formaliter. Verùm hæc reſponſio, etſi locum habet in pleriſque rebus creatis collatis inter ſeſe: non habet tamen in creaturis comparatione Dei, quippe cùm attributio creaturarum ad Deum, earúmve dependentia ab illo, vt à primo fine efficiente, & exemplari, nihil ſupponat in creaturis, ſed illis potius entitatem largiatur. Itaque dicendum, aut haſce analogias in ente eſſe ſimul natura: aut quod magis placet, analogiam attributionis præcedere analogiam proportionis. Nam ex eſſendi ratione, quam res creatæ à Deo variè accipiunt, naſcitur earum proportio, & inter ipſas, & cum Deo.

Vtra analogia prius conueniat enti.

Num creatura neceſſariò, ſit definienda per Deum.

Vt D. Thom. Veritate. q. 2. art. 11. ad 6. Caiet. de ente & eſſ. cap. 2. & Capr. 1. d. 35. q. 2. concl. 10.

AD poſteriorem rationem dicendum, creaturam, quatenus eſt ens, neceſſariò definiendā eſſe per Deum, ſi definitio eſſe debeat omnino diſtincta, & perfecta. Nec enim propoſita entis definitio eſt diſtincta eius explicatio, ſed confuſa, vt mox patebit. Nec item Philoſophi perfectè cognouerunt entia creata, quatenus entia ſunt, antequàm cognoſcerent diuinam naturam, à qua illa pendent, qua ratione ſunt entia, ſed imperfectè, & à poſteriori: quod ſatis fuit, vt eorum adminiculo ad diuinæ naturæ cognitionē ſe attollerent. Quòd ſi Theologorum

logorum plerique negant, definiendas eſſe creaturas neceſſariò per Deum: id haud dubiè intelligunt de ſufficientibus definitionibus cuiuſmodi ſunt, quæ traduntur per genus proximum, & differentiã proximam, non de omnino diſtinctis, & abſolutis.

Quo pacto D. Th. neget analogiam attributionis creaturarum ad Deum.

Quod verò in eodem argumento additur, negaſſe D. Thomam in creaturis analogiã attributionis ad Deũ, facilè refellitur. Neque enim negat ille, quod alibi ſæpe concedit, vt q. 7. de Potentia Dei. ar. 7. 1. p. q. 13. ar. 6. & primo con. gent. cap. 34. multóque luculẽtiùs in prologo ſent. q. 1. art. 2. ſed eam ſolam analogiã vnius ad alterum inficiatur, qua ſignificatur determinata habitudo creaturarum ad Deum: quaſi dicat, eam habitudinem, nõ eſſe talem, qualis eſt inter vnum, & duo, aut inter duos quoſlibet deſignatos numeros. Hoc enim pacto negandum eſt, creaturam dici ens per habitudinem ad Deum, cùm inter finitum, & infinitum non poſſit dari habitudo determinata, ſiue dimidij, ſiue tertiæ partis, ſiue quartæ, ſiue cuiuſuis alterius denominationis, quæ ex numero vllo ſumatur. Itaque vult D. Thomas, creaturam non dici ens, quia eius entitas habeat certam commẽſurationem cum entitate Dei: ſed quia diuinam eſſentiam quoquomodo imitatur. Atque hæc Thomiſtarum explicatio. Quo autem modo propoſitæ duæ rationes ſoluendæ ſint, quatenus accommodantur ad euertendam analogiam entis per attributionem accidentis ad ſubſtantiam, ex dictis patet.

Vt apud Ferr. 1. con. gent. cap. 54.

Occaſio quæſtionis ſequẽtis.

VERVM vt ea, quæ dicta ſunt, pleniùs intelligantur: ſimúlque argumenta, quæ initio quæſtionis pro prima, ac ſecunda opinione propoſita ſunt, apertiùs diſſoluãtur: operæpretium erit exquirere, qualisnam ſit conceptus entis: vnus-ne, & præciſus à conceptibus membrorum diuidẽtium: an verò ab eis nulla ratione diſtinctus, & abſtractus. Hinc enim plena huius quæſtionis explicatio pendet.

QVALIS SIT CONCEPTVS ENTIS QVÆSTIO II.

De conceptu formali, & obiectiuo.

SECTIO I.

ATQVE vt à diſtinctione cõceptus ordiamur: illud principio ponatur, duplicem eſſe cõceptum formalem vnũ, alterum obiectiuum. Quo etiam pacto noſtri diſtingũt rationem, in formalem, & obiectiuã: niſi quòd preſſiùs accipiunt rationem, vt idem ſit, atque conceptus definitiuus. *Conceptus formalis nihil eſt aliud, quàm actualis ſimilitudo rei, quæ intelligitur, ab intellectu ad eam exprimendam producta.* Exempli cauſſa cùm intellectus percipit naturam humanam: actualis ſimilitudo illius, quã ſibi fabricat, vt naturam humanam exprimat, eſt conceptus formalis humanæ naturæ. Dicitur autem actualis ſimilitudo, vt diſcernatur à ſpecie intelligibili, quæ etſi eſt ſimilitudo rei, quæ intelligitur: non inhæret tamen intellectui, vt actus, ſed vt habitus. Hinc patet, cur huiuſmodi conceptus dicatur formalis. Cùm enim ſit forma quædam accidentaria inhærẽs intellectui, meritò formalis appellatur, vt diſtingua-

Cõceptus formalis quid.

Digitized by Google

tur ab obiectiuo,qui rarò,& ex accidente in intellectu ineſt. Eſt & alia ratio,cur dicatur formalis:nempe,quia repræſentat rem ſub ea forma, ſeu natura,ſecundùm quam intelligitur.

Duplex formalis quid.

DIVIDITVR porrò conceptus formalis in ſimplicem,& compoſitum,ſiue complexum,qui definitiuum complectitur.v.g.conceptus, qui reſpondet in mente ſubiecto huius enunciationis, Homo eſt animal rationale,eſt ſimplex:qui autem reſpondet prędicato,eſt complexus,atque adeo definitiuus. Ac ſimplex quidem vocatur alias verbum mentis,latè accepto verbi vocabulo , vt nomina etiam complectitur: definitiuus autẽ,ratio formalis. Atque in hac explicatione magis perſpicuam D.Tho. ſententiam ſequuti ſumus : num autem eadem quoque ſit verior,ſuo loco videbimus.

Obiectiuus conceptus.

Conceptus obiectiuus eſt res,quæ intelligitur, ſecundùm eam formã, naturámve quæ per formalem concipitur. Dicitur autem ſimplex,quatenus repræſentatur per ſimplicem formalem:compoſitus autem,atque complexus, quatenus repræſentatur per cõplexum formalem. Qui quidẽ, cùm reſpõdet definitiuo formali,dicitur ratio obiectiua. Quamquam & ipſa ratio oaiectiua appellari nonnumquam ſolet ratio formalis: non tamen ſimpliciter,ſed cum hoc addito,obiectiua. Exẽpla vtriuſque conceptus obiectiui ſumi poſſunt in homine, quatenus repræſentatur per terminos huius enunciationis mentalis , Homo eſt animal rationale:eſt enim conceptus obiectiuus ſimplex,quatenus repræſentatur per ſubiectum : complexus autem,atque definitiuus , quatenus repræſentatur per prædicatum. Hæc de conceptu formali , & obiectiuo:itémque de ratione,tum formali,tum obiectiua.

Tres opiniones de conceptu entis.

SECTIO II.

Opinio prima.

NON deſunt igitur,qui videantur ſentire, vtrumque conceptum analogicum entis,tum formalem , tum etiã obiectiuum (neque enim vlla nobis iam hoc loco quæſtio eſt cum iis,qui illum vniuocum ponunt) eſſe vnum, ac præciſum à propriis conceptibus membrorum immediatè diuidentium, vt à propriis conceptibus ſubſtantiæ , quantitatis, & aliorum ſummorum generum. Horum ſententiam refert Caiet. in libello de analogia nominum. In eadémque videtur eſſe Iauellus hoc loco:Quæ,quod attinet ad conceptum formalem , ferè eſt communis opinio,& tribus potiſſimùm rationibus confirmari poteſt.

Cap.6. Quæſt.1.

Prima ratio pro præciſione formalis conceptus.

PRIMVM, Quia formalis conceptus entis,tum ſimplex, tum definitiuus,nec eſt proprius ſubſtantiæ, nec quantitatis, nec alicuius alterius particularis entis,ſed communis omnium,vt patet in hac enun-
2. ciatione mẽtali,Ens eſt id quod eſt. Deinde, Quia omnium ſimilium,
3. quatenus ſimilia ſunt,poteſt dari vna numero imago : at omnia entiã, qua ratione ſunt entia,ſimilia ſunt inter ſe,cõceptúſque formalis quædam imago rerum eſt. Tertiò, Quia formalis conceptus entis eſt omnium ſimpliciſſimus,& ad quem fit cæterorum vltima reſolutio,vt eſt communis

Vt Diui Thomæ de verit. q. 1. ar. 1. ex Auicenna in 1. ſua Metaphyſica.

Digitized by Google

communis Philoſophorum ſententia: non eſſet autem huiuſmodi, niſi eſſet vnus, atque abſtractus ab omnibus particularibus, & (quod hinc ſequitur) ab omnibus præciſus.

Prima ratio pro propoſito ne conceptus obiectiui.

QVÒD autem ad obiectiuum attinet, ex his videtur eadem ſententia oſtendi. Primùm. Quia conceptus obiectiuus reſpondet conceptui formali, cùm ſit nihil aliud, quàm res, quæ intelligitur, quatenus per formalem repræſentatur, vti diximus: Quare cùm formalis conceptus entis ſit vnus, & præciſus ab omnibus particularibus, vt probatum eſt: neceſſariò efficitur, idem dicendum eſſe de obiectiuo: alioqui conceptui formali entis, vt eſt præciſus à conceptu ſubſtãtiæ, quantitatis, & aliorum entium particularium, nullus omnino conceptus obiectiuus reſponderet.

DEINDE, quia ſi conceptus obiectiuus entis non eſſet vnus, ac præciſus ab omnibus particularibus obiectiuis: nihil aliud eſſet ens, quàm tota copulatio, aut diſiunctio ex conceptibus obiectiuis, eorum quæ entis nomine ſignificantur: quod quàm ſit abſurdum ex eo planè videtur colligi, quia ſi ita eſſet, profectò, cùm dicimus, ſubſtãtiam eſſe ens, aut ſenſus foret, ſubſtantiam eſſe ſubſtantiam, & quantitatẽ, &c. ſi nomina, inquam, communia ſignificant multa copulatim: aut ſubſtantiam eſſe ſubſtantiam, vel quantitatem, &c. ſi illa ſignificant diſiunctim: at illud apertè falſum eſt: hoc autem planè ridiculum.

TERTIÒ, Quia ſi nullus eſſet conceptus obiectiuus entis præciſus à conceptu obiectiuo ſubſtantiæ, & cæterorum entium, per eundem prorſus naturæ gradum eſſet homo ſubſtantia, per quem ens: quod ex eo patet fieri non poſſe, quia homo per id, quo eſt ens, conuenit cum omnibus entibus, per id autem, quod eſt ſubſtantia, diſtinguitur à cæteris omnibus, quæ non ſunt ſubſtantiæ, vt à quantitate & qualitate. Qui autem fieri poteſt, vt res vlla per idem omnino conueniat cum alia re, & diſtinguatur ab illa? Conſecutio autem luce clarior eſt. Nam ſi homo eſſet ens, per aliquem naturæ gradũ diſtinctum ab eo, per quem eſt ſubſtantia: iam ille eſſet conceptus obiectiuus entis præciſus à conceptu obiectiuo ſubſtantiæ, eadémque ratione à conceptibus obiectiuis omnium aliorum entium particularium.

In hac videtur eſſe Capreolus 1. d. 2. quæſt. 1.

Cur ſi præciſus eſt non ſit vniuocus.

QVOD ſi ab his petas, cur ens non ſit vniuocum, ſi eius conceptus obiectiuus eſt vnus, ac præciſus ab omnibus obiectiuis particularibus: reſpondent, cauſſam eſſe, quia is conceptus non æquè participatur à conceptibus obiectiuis entium particularium, cùm prius dicatur de Deo, poſterius de creatura: eodémque modo prius de ſubſtantia, poſterius de accidente.

Vide etiã Herueum quolib. 2. quæſt. 7. & Fland. hic q. 2. artic. 6. Libell. de Anal. nominum c. 6.

** q. 2. & 3.*

Secunda opinio.

ALII ſunt, qui etſi de conceptu formali idem ſentiunt, quod ſuperiores: tamen quod attinet ad obiectiuum exiſtimant, illum non eſſe vnum, niſi vnitate diſiunctionis, ac proinde non eſſe præciſum à conceptibus obiectiuis membrorum diuidentium. Hanc ſententiam refert Caiet. in loco citato, quam Paulus * Sonc. in hunc librum, vt veriorem amplectitur. Quo loco, vt meliùs rem declaret, docet, conceptui formali entis primò, & immediatè reſpondere in rebus hoc

Probatio.

diſiunctum, Subſtantia vel accidens, atque hunc eſſe conceptum

obiectiuum entis communem omnibus obiectiuis, quia quicquid eſt, aut eſt ſubſtantia, aut accidens. Probat autem ſuam ſententiam hoc ferè modo. Conceptus obiectiuus tribus modis poteſt dici vnus: primo, vnitate naturæ vniuocæ, ſecundo, vnitate analogiæ: tertio, vnitate diſiunctionis: at conceptus entis, non eſt vnus vnitate naturæ vniuocæ, nec vnitate analogiæ: eſt igitur vnus vnitate diſiunctionis. Maiorem quaſi perſpicuam ſupponit. Priorem quoque partem minoris ait eſſe communem omnium D.Tho. ſectatorum, antè probatam à ſe hoc ipſo libro: Poſteriorem autem, in qua eſt cardo rei, duabus rationibus oſtendit. *quæſt. 2.*

Prior ratio contra analogicam vnitatem conceptus entis.

PRIMVM. Quia nemo poteſt diſtribuere terminum communem, niſi apprehendat totum eius primum ſignificatum: nemo enim poteſt diſtribuere v.g. terminum, Hoc in hac propoſitione. *Omnis homo eſt animal*, niſi apprehendat totam naturam humanam in concreto, quod eſt primum eius ſignificatum, etſi non apprehendat ſignificata ſecundaria, quæ ſunt ſuppoſita humana, vt Petrum & Ioannem: atqui experimento conſtat, terminum, *Ens;* diſtribui à nobis, abſque eo quòd concipiamus actu omnia membra, in quæ ens immediatè diſtinguitur, vt Deum, & decem ſumma genera, quod patet in hac propoſitione, *Omne ens eſt id, quod eſt*: non eſt igitur conceptus obiectiuus entis tota aggregatio ex membris immediatè diuidentibus entis, quæ tamen aggregatio eſſet, ſi eſſet analogicè vnus.

Poſterior.

DEINDE, Quia in omni prædicatione eſſentiali, neceſſe eſt, vt totum primum, & immediatum ſignificatum prædicati conueniat ſubiecto: nulla autem res eſt, de qua verè prædicetur tota aggregatio ex membris immediatè diuidentibus entis, cùm tamen ens prædicetur vera, & eſſentiali prædicatione de quauis re. Ita concludit conceptum obiectiuum entis non eſſe vnum vnitate aggregationis, & ex conſequente, nec vnitate analogiæ.

Tertia opinio.

DENIQVE Caiet. in eodem libello exiſtimat, ſi ſimpliciter, & abſque diſtinctione loquendum eſt, nec conceptum obiectiuum entis, nec verò formalem eſſe vnum, ſed plures, quamquam vterque ſit quodammodo vnus propter vnitatem analogicam repertam in naturis immediatè ſignificatis. Proinde, vt ipſe inferiùs colligit, neuter conceptus entis eſt præciſus à conceptibus omnium entium particularium. Ratio huius ſententiæ eſſe poteſt, Quia analoga ſunt ſimpliciter æquiuoca, quamuis non pura, ſed quæ ad vniuoca aliquo modo inclinent: æquiuoca autem omnia ſunt ſimpliciter diuerſarum rationum cùm obiectiuarum, tùm etiam formalium, vt patet ex æquiuocorum definitione: quandocumque autem ratio formalis ſeu conceptus formalis definitiuus, non eſt vnus ſimpliciter, nec etiam conceptus formalis ſimplex, eſt vnus ſimpliciter, huiuſmodi enim conceptus ſe habent, vt definitio, & definitum. *Cap. 4.*

Probatio. *Cap 6.*

* * *

Vera

Vera explicatio conceptus entis.

SECTIO III.

Formalis conceptus triplex.

QVAMQVAM verò ſola Caietani ſententia, aut omnino veritatē attingere, aut propiùs ad illam accedere videatur, tamen vt hæc intelligantur pleniùs, animaduertendum eſt in primis, trifariam poſſe diſtingui formalem conceptum entis, in omnino diſtinctum, omnino confuſum, & partim diſtinctum, partim confuſum.

Omnino diſtinctus quis ſit.

OMNINO diſtinctus eſſet, *qui determinatè, & expreſsè, repræſentaret omnes entitates ſimplices, ſeu non compoſitas ex natura communi, & differentia contrahente* (hæc enim ſunt immediata entis ſignificata) vt Deum, genera ſumma, & omnes differentias, quibus illa contrahuntur, non ſolùm ad ea, quæ extant in rerum natura, verùm etiam ad ea, quæ diuina virtute fieri poſſunt. Verumtamen huiuſmodi conceptus formalis, nec datur, nec dari poteſt in creaturis, cum ſolus Deus hæc omnia determinatè, & expreſsè intelligere poſſit.

Omnino confuſus quis.

Omnino cōfuſus eſt, *qui omnes huiuſmodi entitates ſimplices repræſentat confuſè, & indeterminatè*, cuiuſmodi eſt vterque terminus huius enunciationis mentalis, Ens eſt id, quod eſt, qui conceptus, quia imperfectiſſimus eſt, vocatur à quibuſdam conceptus quid nominis.

Caiet. in opuſ. de cōceptu entis, & Fer. 1. con. gent. c. 34.

Partim diſtinctus partim confuſus quis.

PARTIM verò diſtinctus, & partim confuſus eſt, *qui repræſentat vnam expreſsè, & determinatè, cæteras verò implicitè, & indeterminatè*, vt conceptus formalis ſubſtantiæ generis ſummi. Is enim repræſentat ſubſtantiam expreſsè, & determinatè, quantitatem autem, & cæteras implicitè, & indeterminatè, nempe quatenus omnes cum ſubſtantia proportione quadam conueniunt.

EODEM modo diſtingui poteſt conceptus obiectiuus entis in omnino diſtinctum, omnino confuſum, & partim diſtinctum, partim confuſum. Siquidem immediatum entis ſignificatum, quatenus omnino diſtinctè repræſentatur, dicitur conceptus obiectiuus omnino diſtinctus, quatenus verò omnino confuſè, appellatur omnino confuſus, quatenus denique partim diſtinctè, & partim confuſè, partim confuſus, & partim diſtinctus nuncupari poteſt.

Cōceptū duobus modis poſſe dici vnum.

ANIMADVERTENDVM eſt deinde, quemlibet conceptum duobus modis poſſe dici vnum, nempe, aut re, aut ratione. Exempli cauſa, conceptus formalis, quem habeo de omnibus hominibus, quatenus homines ſunt, eſt vnus re, & ratione, quia & eſt vna numero qualitas, & eodem prorſus modo repræſentat naturam humanam, quæ eſt multiplicata in indiuiduis hominibus. At verò natura humana, quæ in illis exiſtit, non eſt conceptus obiectiuus vnus re, ſed ratione duntaxat, cùm in diuerſis ſit diuerſa numero ſubſtantia.

Duobus item modis præciſum.
Re.

TERTIO loco animaduertendum eſt, duobus item modis poſſe quemlibet conceptum dici præciſum ab aliis, Vno, re, altero, ratione. Eum conceptum intelligo præciſum re, *qui eſt re ipſa diſtinctus ab iis, à quibus dicitur præciſus*, qualis eſt conceptus formalis, quo concipimus hominem communem comparatione eorum, quibus

concipimus Socratem, Platonem, & alios particulares. Eſt enim alia qualitas numero diſtincta ab iis omnibus, quibus repræſentantur homines particulares. Eodem modo credebat Plato hominem communem (qui eſt conceptus obiectiuus prædicti formalis) eſſe præciſum à particularibus, quippe qui putabat, illum eſſe re ipſa à particularibus diſtinctum.

EVM autem dico præciſum ratione (qui etiam abſtractus, appellatur) *in cuius ratione nihil includitur eorũ, quæ ſunt propria conceptibus, à quibus præciſus eſt.* Hoc pacto eſt præciſus vterque conceptus hominis cõmunis à particularibus. Nam neque in repræſentatione cõceptus formalis, quo concipimus hominem communem, includitur repræſentatio cuiuſquam particularis entis, nec item in quidditate ipſius hominis communis includitur quicquam, quod ſit proprium, & peculiare cuiquam particulari.

De conceptu entis obiectiuo.

SECTIO IIII.

Prima conclusio. HIs poſitis, vt à conceptu obiectiuo ordiamur, ſit prima concluſio. *Conceptus obiectiuus entis nec eſt vnus re, nec præciſus re ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium.* Huius concluſionis veritas ex eo facilè perſpicitur, quia conceptus obiectiuus entis nihil eſt aliud, quàm ipſa natura entis omnibus entibus communis: at nulla natura communis, non ſolùm analoga, ſed ne vniuoca quidem (hæc enim maiorem vnitatem habet, magiſq; videretur eſſe præciſa à ſuis particularibus) eſt reipſa vna, aut ab eis re ipſa ſeparata.

Secunda conclusio. SECVNDA concluſio. *Conceptus obiectiuus entis non eſt vnus ratione, niſi ſecundùm quid.* Hæc ex eo probatur, quia ſi ratione eſſet vnus ſimpliciter, neceſſariò admittenda eſſet vniuocatio entis, quæ tamẽ ſuperiùs eſt refutata. Nam etſi non omnes exiſtimant, vniuocationẽ rerũ ex vnitate ſimpliciter conceptus formalis eſſe colligendã (quod rectè, an ſecus quidam negent, paulò pòſt patebit) omnes tamen ex vnitate ſimpliciter conceptus obiectiui eam neceſſariò colligi putant. Quod ſanè non de vnitate reali: vt patet ex ſuperiori concluſione, ſed de vnitate rationis neceſſariò intelligendũ eſt. Ita fit, vt conceptus obiectiuus entis non ſit vnus ratione, niſi ſecundùm quid, vnitate nimirum analogica. Quam eandem concluſionem planè aſſerit Ariſt. de omnibus analogis ſecundùm proportionem 2. Poſt. cap. 16. vbi ſic ait: *Eſt & alius modus peruestigandi per analogiam ſeu proportionem. non enim poteſt vnum quippiam idem ſumi.* Et paucis interpoſitis ſubdit. *Inerunt autem & his, atque ſequentur aliqua, quaſi talis ſit vna quædam natura.* De analogicis autem ſecundùm attributionem in hoc ipſo capite, in quo nunc verſamur, cùm ſic ſcribit: *Non enim ea tantùm quæ ratione, vna dicuntur, vnius ſcientiæ eſt contemplari: ſed ea etiam, quæ ad vnam naturam dicuntur. nam & quodammodo ratione dicuntur vna.* Text. 23. Text. 2.

Tertia. TERTIA concluſio. *Conceptus obiectiuus entis non eſt præciſus ratione ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium, niſi ſecundùm quid.* Et quidem, quod attinet ad conceptum entis omnino diſtinctum, aut partim diſtin-

by Google

diſtinctum, & partim confuſum, concluſio aperta eſt. Etenim, qui omnino diſtinctus eſt planè includit omnes peculiares modos eſſendi entitatum ſimplicium, quæ ſunt membra proximè diuidentia entis, vtpotè modum eſſendi ſubſtantiæ, quantitatis, & cæterarum. Is autem, qui eſt partim diſtinctus, partim confuſus, neceſſariò includit eũ, quem ſibi entitas diſtinctè repræſentata, vt proprium, & peculiarem vendicat, vt patet ex dictis. At omnino confuſum non eſſe ſimpliciter, & omnino præciſum ratione ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium, haud facilè quiuis ſibi perſuadebit: præſertim cùm ideo dicatur omnino confuſè, quia omnino confuſè repræſentatur, id eſt, nulla entitate determinatè, & expreſsè concepta. Verùm ſi quis animum aduertat, planè intelliget, ne hunc quidem conceptum entis eſſe ſimpliciter, & abſolutè præciſum ratione. Aut enim cùm definimus ens eſſe id, quod eſt, tribuimus enti modum eſſendi vnius rationis ſimpliciter, aut diuerſarum: ſi vnius ſimpliciter, effugere non poſſumus, quin concedamus, illud eſſe vniuocum: ſin autem diuerſarum, quaſi dicamus, ens eſt id, quod aliquem eſſendi modum ſibi vendicat, ſignificantes verbo, *Aliquem*, omnes eſſendi modos entitatum ſimplicium: in eo conceptu includimus ea, quæ ſunt propria conceptibus obiectiuis membrorum diuidentium. Ergo ſi vniuocatio entis concedenda non eſt: neceſſariò efficitur, ne eum quidem conceptum obiectiuum entis, qui omnino confuſus eſt, eſſe ſimpliciter, & abſolutè ratione præciſum à conceptibus membrorum diuidentium. Quia tamen hiuſmodi conceptus entis nihil expreſsè, & determinatè continet, quod ſit propriũ, & peculiare membris diuidentibus, ideo quodammodo, & ſecundùm quid poteſt dici præciſus ratione à conceptibus.

Definitio entis.

QVOD vt meliùs intelligas, aduerte, aliter hominem excludere à ratione ſua ea, quę ſunt propria Socrati & Platoni: aliter verò ens, quatenùs omnino confuſè concipitur, ea, quæ ſunt propria ſubſtantiæ, & cæteris entitatibus, quæ proximè entis nomine ſignificantur. Ita enim natura hominis excludit propria Socratis, & Platonis, vt hæc non pertineant ad eſſentiam illius: at ens, quatenus omnino confuſè concipitur, ita excludit ea, quæ ſunt propria ſubſtantiæ, & cæterarum entitatum ſimplicium, vt tamen eius eſſentia non ſit alia, quàm eſſentia huiuſmodi entitatum. Itaque hæc non ſimpliciter excluduntur à conceptu entis, etiam omnino confuſo, ſed quodammodo excluduntur: vt potè quatenus, nec determinatè, nec expreſsè ſed indetermiantè, & implicitè concipiuntur. Vnde patet, numquam ens abſtrahi ſimpliciter à ſuis membris diuidentibus, ſed ſolùm quodammodo, & ſecundùm quid, idem enim eſt abſtrahi, atque præciſum eſſe ratione, vt diximus. Satis eſt tamẽ hæc qualiſcũque præciſio, & abſtractio, vt diluãtur multa ſophiſmata, quæ ex verbo. Ens, cõtexi poſſunt, vt, Ens eſt analogum: ſubſtantia genus ſummum eſt ens: eſt igitur ſubſtantia genus ſummum analoga: Ens eſt vnum ſecundùm quid: ſubſtantia genus ſummum eſt ens: eſt igitur ſubſtantia, quæ genus ſummum eſt, vnum ſecundùm quid. Ad hæc enim, & ſimilia reſpondent Dialectici, ideo vitioſam

Collatio cõceptus entis cum conceptibus vniuocis.

Num ens abſtrahi poſſit à membris diuidentibus.

vitioſam eſſe conſequentiam, quia nomen entis ſumitur in maiore præcisè, ſiue abſtractè, quod facit ſimplicem oppoſitionem, vt diximus in inſtitutionibus Dialecticis: in minore autem ſine præciſione, ſiue abſtractione iuxta formam ſuppoſitionis abſolute. *Lib.8.c.24.*

Confirmatio ex Ariſt. HANC eandem cōcluſionem, quæ in propoſita dubitatione præcipua eſt, planè conſtat eſſe aſſertam ab Ariſt. 8. libr. huius operis, cap. vltimo, vbi ſic ait: *Statim enim vnumquodq́;* (nempe generum ſummorum) *ens quoddam, & vnum quiddam eſt*, id eſt, non per aliquam cōmunem naturam ab omnibus abſtractam, quæ entis nomine ſignificetur. Qua etiam de cauſſa paulò antè dixerat, ens non poni in definitionibus: quod tamen neceſſarium foret, ſi nomen entis ſignificaret naturam aliquam abſtractam à decem ſummis generibus. Atque hæc de conceptu obiectiuo entis. *Text.16.* *Eodem text.*

De formali conceptu entis.

SECTIO I.

Quarta concluſio. QVOD verò attinet ad formalem, ſit quarta concluſio. *Formalis conceptus entis poteſt eſſe nō ſolùm vnus re, ſed etiam præciſus re ab omnibus conceptibus membrorum diuidentium.* Et quidē quòd poſſit eſſe vnus re, ex eo patet, quia & ſi is, qui omnino diſtinctus, non poteſt eſſe vna numero qualitas, tamē, & qui eſt omnino confuſus, & qui partim diſtinctus, partim confuſus, vna numero qualitas eſſe poteſt, vterque enim poteſt eſſe ſubiectum vnius numero enunciationis mentalis: tametſi hoc intereſt, quòd prior poteſt diſtribui pro omnibus entibus: poſterior autem non, niſi pro iis, quæ continentur ſub ea entitate, quam expreſsè repræſentat.

QVOD autem poſſit eſſe præciſus re ab omnibus formalibus mēbrorum diuidentium, ex eo intelligi poteſt, quia ſi nec is, qui omnino diſtinctus eſt, nec qui partim diſtinctus, partim confuſus, poteſt eſſe alia qualitas numero ab iis omnibus, quibus expreſsè, & determinatè repræſentantur particulares entitates, is tamen, qui eſt omnino confuſus, neceſſariò eſt qualitas diuerſa numero ab illis omnibus, cùm nullam particularem entitatem, determinatè repræſentet.

Quinta. QVINTA concluſio, *Formalis conceptus entis, nec eſt vnus ratione, nec item præciſus ratione ab omnibus conceptibus formalibus membrorum diuidentium, niſi ſecundùm quid.* Hæc concluſio facilè deducitur ex ſecunda, & tertia, cùm ratio conceptus formalis in actuali repræſentatione obiecti conſiſtat, vt ex ſupradictis patet.

Sexta. SEXTA concluſio. *Etſi formalis ille conceptus entis, qui eſt omnino confuſus, poteſt dici ſimpliciter præciſus ab omnibus formalibus membrorum diuidentium: non poteſt tamen ſimpliciter dici vnus conceptus, niſi quo pacto nomen vocale æquiuocum ſimpliciter, & ſine abiectione, dicitur vnum nomen.* Prima pars huius concluſionis ea ratione probatur, quia quicquid eſt re ipſa præciſum ab alio, poteſt dici ſimpliciter, & abſolutè præciſum ab illo. Non tamen hinc colligas, poſſe illum dici ſimpliciter abſtractum: idem eſt enim abſtractum: quod præciſum ratione. *Vt conceptus ſit vnus ſimpliciter, nō ſatis ſit eſſe vnus re.*

SECVN.

Secunda pars hac ratione oſtenditur. Quia conceptum eſſe vnum re dumtaxat, non eſt ſatis, vt dicatur ſimpliciter vnus conceptus: alioqui conceptus obiectiui huius actionis, & huius paſſionis, qui ſunt vnus re, dici poſſent ſimpliciter vnus cōceptus, quod falſum eſt. Cùm igitur conceptus ille formalis non ſit vnus ſimpliciter niſi re (oſtenſum eſt enim nullum conceptum entis, ſiue obiectiuum, ſiue formalem, eſſe vnū ratione, niſi ſecundū quid) efficitur neceſſariò, non poſſe illum ſimpliciter appellari vnū conceptū. Addidi tertiā illam concluſionis partem (*niſi quo pacto nomen vocale, &c.*) quia quemadmodum nomen vocale æquiuocum, cùm diſtinguitur à rationibus ſecundùm illud nomen, ſolet dici ſimpliciter, & ſine adiectione vnum nomen, ſeu idem nomen: vt patet ex æquiuocorum definitione: ſic etiam formalis ille conceptus entis, ſi ſumatur, vt diſtinguitur à rationibus formalibus, ſeu definitionibus mentalibus, quibus explicatur, poterit appellari ſimpliciter, & ſine adiectione vnus conceptus: vt ſi dicamus, idcirco omnia entia æquiuocè conuenire in eo, quod entia ſunt, quia habeant eundem confuſum conceptum communem, rationes autem ſecundùm illum diuerſas. Verùm, vt nomen æquicocum non dicitur vnum & idem nomen, niſi quatenus eſt vna & eadem vox: ita formalis ille conceptus entis non dicitur vnus & idem conceptus, niſi quia eſt vna & eadem numero qualitas: ſimpliciter enim atque abſolutè, & nomen vocale æquiuocum eſt multiplex nomen, & conceptus ille eſt multiplex conceptus. Ita patet totius dubitationis explicatio, ſítne videlicet conceptus entis vnus, & præciſus à conceptibus membrorum diuidentium, & quo pacto ab eis diſtinguatur.

Nomen æquiuocum an ſit verum nomē.

Ex his obiter collige, rationis nomen in definitionibus æquiuocorum, & vniuocorum æquè accipi poſſe pro ratione formali, atque pro obiectiua, quod non rectè à nonnullis negari video. Dum enim concedunt accipiendū eſſe pro obiectiuo, etiā pro formulari accipi poſſe concedant neceſſe eſt. Nam cùm dicant æquiuoca eſſe ea, quorum nomē eſt commune & cōceptus obiectiuus diuerſus: vniuoca autem, quorum nomē eſt cōmune, & cōceptus obiectiuus, idē: id autē intelligi non poſſit de obiectiuo diuerſo: aut eodem re, ſed de eodem, aut diuerſo ratione (illo enim pacto homo eſſet æquiuocus Socrati, & Platoni, in quibus humana natura eſt re ipſa diuerſa, & calefactio eſſet vniuoca huic actioni, & huic paſſioni, quia eſt eadem re in vtraque) efficitur, vt neceſſariò intelligendum ſit de conceptu diuerſo, aut eodem ratione. At is conceptus obiectiuus dicitur diuerſus, aut idem ratione, qui eſt diuerſus, aut idem definitione mentali, ſiue conceptu formali definitiuo: igitur dum concedunt, rationis nomen accipiendum eſſe in prædictis definitionibus pro conceptu obiectiuo, implicitè fatentur, illum æquè poſſe accipi pro formali: quod tamen aliàs negant. Quin etiam crediderim, potiùs pro formali accipiendum eſſe, quando obiectiuus non cognoſcitur eſſe ſimpliciter vnus ratione, niſi ex vnitate ſimpliciter rationis formalis.

Quo pacto Rationis vocabulum ſumatur in definitionibus æquiuocorū, & vniuoc.

In his eſt Herueus quo lib. 1. q. 7.

Idem Ferr. con. Gent. c. 34. ex Ammo. & ſimpl. in Prædicam. & Ocbamus 1. d. 2. q. 9. ad finem.

Potiùs ſit ſumendum pro formali conceptu.

At obiicit Herueus. Si rationis nomen poſitum in definitione vniuocorū & æquiuocorum non ſumatur pro obiectiuo conceptu, fore vt

Obiectio Heruei.

vt omnia ſint vnius & eiuſdē rationis, cùm à Deo vnico & ſimpliciſſimo conceptu cōprehendantur. Sed non aduertit, nullā eſſe eam cōſequentiam: tum, quia conceptus, quo Deus omniā cōprehendit, non eſt immediatus rerum omniū, ſed ſolius diuinæ eſſentiæ, cùm interim Ariſtoteles intelligēdus ſit de immediato: tum etiā quia conceptus ille diuinus non ex æquo participatur ab omnibus rebus, ſed ab aliis magis, ab aliis minùs, præterquàm ab iis, quæ vniuoce cōueniunt, quemadmodum ab his ſolis ex æquo participatur ſimilitudo naturæ diuinæ, in quam primò fertur ille conceptus. Sed iam ad rem propoſitam reuertamur.

Dilutio.

Solutio argumentorum, quibus vtuntur ij, qui ponunt conceptum formalem entis vnum, ac præciſum ſimpliciter.

SECTIO VI.

QVAPROPTER primum argumentum eorum, quibus videbatur oſtendi, conceptum formalem entis eſſe vnū, ac præciſum à formalibus membrorum diuidentiū, quatenus quidem nititur concludere, illum eſſe præciſum ratione, hoc pacto diſſoluendum eſt. Etſi is, qui eſt omninò confuſus, non eſt proprius cuiuſquam particularis entis: tamen includere confuſè proprios modos eſſendi eorum omnium, quæ proximè entis nomine ſignificātur. Quòd ſi nititur oſtendere vnitatem & præciſionem realem, nihil contra nos concludit.

Conceptū entis eſſe ſimpliciſſimum.

Ad ſecundum dicendum, rectè illud colligere, dari poſſe vnum numero conceptum formalem, qui repræſentet omnia entia, quatenus entia ſunt: verùm inde non effici, aliquem eſſe ſimpliciter vnum ratione, aut ſimpliciter præciſum ratione: quamquam rectè efficitur, eum, qui omninò confuſè repræſentat omnia entia, eſſe præciſum re ab iis, qui diſtinctè entia particularia repræſentant.

Ad tertium dicendum eſt, & ſi conceptus entis ſiue formalis, ſiue obiectiuus eſt omnium ſimpliciſſimus, & ad quē ſit vltima reſolutio cæterorū: non ideo tamen neceſſe eſſe, vt aut formalis, aut obiectiuus ſit vnus ſimpliciter, aut abſtractus ſimpliciter ab omnibus particularibus. Neque enim analogia repugnat ſimplicitati, ſed compoſitio. Itaque vt conceptus entis ſit ſimpliciſſimus, ſatis eſt ſi ſit minimè omnium compoſitus, quāquam ſit minimè omniū & vnus & abſtractus.

Solutio eorum, quæ pro præciſione conceptus obiectiui entis propoſita ſunt.

SECTIO VII.

Quo pacto obiectiuus reſpondeat formali.

AD primum verò eorum, quibus concludi videbatur, conceptum obiectiuum eſſe vnum, ac præciſum ſimpliciter, dicēdum eſt, conceptum obiectiuū non reſpondere formali, niſi in repræſentando. Vnde & ſi aliquis formalis ſit vnus re, ac præciſus re, non

Digitized by Google

re, non inde ſequitur, obiectiuum quoque eſſe vnum re, aut præciſum re. Quòd ſi formalis eſſet ſimpliciter vnus, ac præciſus ratione, tum rectè idem colligeretur de obiectiuo, vt argumentatio optimè oſtendit.

Aliter exponi ſignificationẽ nominũ cõmu nũ, aliter acceptionem.

Ad ſecundum dicendum, etſi conceptus obiectiuus entis non eſt, ſimpliciter vnus, nec ſimpliciter præciſus ratione à particularibus: tamen non inde effici, illum nihil aliud eſſe, quàm copulationẽ, aut diſiunctionem illorum. Siquidem nomen entis, nec cum copulatione, nec cum diſiunctione ſignificat ſua ſignificata, ſed abſolutè, licet eius ſignificatio exponatur per coniunctionem, & eius ſuppoſitio, ſiue acceptio perſonalis (vt vocant) per diſiunctionem. Cùm enim ſignificationem entis explicamus, dicimus, nomen entis ſignificare ſubſtantiam, & quantitatem, &c. cùm autem exponimus acceptionem perſonalem quam habet v. g. in hac enunciatione, ſubſtantia eſt ens, tum huiuſmodi expoſitione vtimur. Subſtantia eſt hoc ens, aut illud, &c. quæ ſanè ridicula non eſt, cùm ſubſtantia, quæ in ea cum aliis membris diuidentibus diſiunctim oſtenditur, non exprimatur ſub nomine ſubſtantiæ. Dixi. *Licet eius ſuppoſitio perſonalis, &c.* quia quemadmodum nomina vniuoca, cùm de re aliqua affirmantur, duplicem habent ſuppoſitionem vnam abſolutam, alteram perſonalem, quæ non eodem modo exponuntur: ſic quodammodo res habet in analogis ſecundùm proportionem propriã. Verbi cauſa cùm dicimus, Socrates eſt homo: nomen, *Homo*, accipitur, tum abſolutè pro homine, vt homo eſt, quæ eſt primaria eius ſuppoſitio, ſiue acceptio: tum etiam pro ſingulis hominibus diſiunctim, quæ eſt eius ſuppoſitio ſecundaria, Nam cùm dico, Socrates eſt homo, nihil aliud primò, ac præcipuè ſignifico, quàm id ipſum, quod exprimo, quòd Socrates inquam ſit homo. At quia homo re ipſa eſt hic, aut ille (neque enim datur homo communis, qui ſeparatus ſit à ſingulis, vt à Platone ponebatur) ſecundaria ratione ſignifico, Socratem eſſe re ipſa hunc hominem, aut illum, &c:

Cap.26. Quamquam priorem illam ſuppoſitionem, de qua egimus 8. lib Inſt: Dialectic. recentiores Dialectici non tractent, quòd vel ſint Nominales, qui nullam rem communem agnoſcunt, vel in exponendis acceptionibus verborum modum loquendi Nominalium ſequantur. Eodem igitur pacto, cùm dicimus, Subſtantia eſt ens, nomen

Suppoſitionẽ abſolutã ignotam eſſe recẽtioribus.

Cap.27. Entis duobus modis ſumitur, vno abſolutè pro ente, vt ens eſt, nullo particulari deſignato, propter omnimodam confuſionem conceptus, quæ eſt ſuppoſitio abſoluta: altero diſiunctim pro ſingulis membris diuidentibus entis, vt pro ſubſtantia, quantitate &c. quæ eſt ſuppoſitio perſonalis. Hæc enim ſemper comitatur abſolutam, vt eodem libro diximus.

Membra immediatè diuidẽtia entis per eundem naturæ gradũ conuenire, ac diſtinguiinter ſe.

Ad tertiũ dicendum eſt mẽbra proximè diuidentia entis per eũdem omnino naturæ gradũ conuenire, & differre inter ſe. Nã ſi per alterum conuenirent, per alterũ differrent, poſſet gradus ille naturæ, ſiue entitatis abſtrahi ab omnib. quib. differrẽt Aut igitur gradus ille in omnibus entib. eſſet idẽ omninò ratione, aut analogicè idem. Si ratione omninò idem, iam eſſet vniuocus: ſi analogicè idem, rurſus rediret eadem

 quæſtio,

Digitized by Google

quæſtio : num ſcilicet diuerſi gradus entitatum,qui in illa,vna analogica ratione continerentur, vniuocè conuenirent in aliquo communi gradu,an verò analogicè, ſicq; nullus eſſet quærendi exitus. Cùm igitur oſtenſum ſit, entia, quatenus entia,non habere vniuocam conuenientiam : progreſſus autem ille infinitus non ſit dandus : neceſſariò concedendum eſt , ſubſtantiam , quantitatem & cætera membra immediatè diuidentia entis , per eundem omnino naturæ gradum conuenire, ac differre inter ſe, ſeu potiùs diuerſa eſſe, veluti ſubſtantiam, genus ſummum per eundem omnino entitatis gradum cõuenire cum quantitate, quo diuerſa eſt à quantitate , atque ita in cæteris. Nec debet id cuiquam impoſſibile videri. Nam conuenientia analogica , eſt conuenientia ſecundùm quid , atqui idem entitatis gradus , qui eſt principium differendi ab altero ſimpliciter , poteſt eſſe principium conueniendi cum eodem ſecundùm quid , ſiquidem eadem differentia ſpecifica coloris cærulei , qui omnium ſententia eſt ſimplex entitatis gradus,& nequaquam ex multis compoſitus, non ſolùm eſt principium, quo cæruleus color differt ſimpliciter à nigro, vt perſpicuum eſt : ſed etiam , quo cum illo quodammodo conuenit , vtpote quatenus albi comparatione quodammodo eſt niger. Idem intelliges ex differentia ſpecifica fortitudinis , quæ cùm ſit principium differendi ſimpliciter ab audacia : eſt tamen principium quodammodo conueniendi cum eadem:ſi quidem fortitudo comparata cum timiditate eſt quodammodo audacia.Quod idem in aliis mediis qualitatibus cernere licet.Denique in Deo comparatione creatarum omnium entitatum id neceſſariò concedendum eſt , hoc admiſſo , nullam omnino eſſe in diuina natura diſtinctionem graduum ſuperioris , & inferioris entitatis, quod libro quinto oſtendetur. Nam cùm inter Deum , & creaturas ſit aliqua conuenientia , & nihilominus diuerſitas infinitæ diſtantiæ : neceſſe eſt , vt ſimpliciſſima illa entitas ſit , & conuenientiæ , & diuerſitatis principium. Quod idem ex parte creaturarum neceſſariò etiam dicendum eſt:ſiquidem iſte identitatis gradus , quo vnaquæque creatura eſt ens,ille inquam idem omnino eſt principium conuenientiæ cum Deo, & diuerſitatis ab illo : alioqui per aliquem entitatis gradum conueniremus cum diuina natura quo ab illa non diſtingueremus,quod fieri nullo modo poteſt. Ita patet , Deum , genera ſumma, differentias omnes, materiam , & formam ſubſtantialem in commune, & reliquas omnes entitates ſimplices per eundem naturæ gradum conuenire analogicè inter ſe , ac diuerſa eſſe ſimpliciter. Vnde ſequitur , ſubſtantiam genus ſummum per eundem omnino naturæ gradum eſſe talem ſubſtantiam, & ſubſtantiam , & omnino ens : eodémque modo quantitatem , per eundem omnino naturæ gradum eſſe quantitatem, & accidens, & ens. Nam ſi per alios communiores gradus huiuſmodi communiora attributa illis conuenirent , non eſſent ſubſtantia , quantitas & cætera quæ diximus , ſimplices entitates , ſed compoſitæ; quod nunc ſupponimus eſſe falſum , quinto autem libro oſtendemus.

q.1.sect.4.

Ratio.

Simile.

Alterum ſimile.

Exemplum neceſſarium.

Conſectarium notandum.

Num

Num conceptus vnus, ac præciſus à multis, poſſit eſſe analogus reſpectu illorum.

SECTIO VIII.

IN eo autem, quod hi auctores dicunt: etſi conceptus obiectiuus entis ſit vnus ac præciſus à particularibus, non inde tamen effici, vt ens vniuocum, ſit, cùm is conceptus non ex æquo participetur à membris diuidẽtibus:in eo,inquam, aut à noſtra, communiq; opinione re ipſa non diſcordant: aut certè ſibi repugnãt: aut denique nihil ad rem loquuntur, & falſam ſententiam pronunciant. Nam ſi non accipiunt vnum, ac præciſum pro vno, ac præciſo ſimpliciter, ſed pro eo, quod eſt tale ſecundùm quid, nihil à veteri, quam ſequimur, & cui ſe videntur opponere, opinione, diſſentiunt. Quamquam non erat abſolutè appellandum vnum, ac præciſum id, quod eſt tale ſecundùm quid. Sin autem accipiunt vnum,ac præciſum pro vno ſimpliciter,ac præciſo ſimpliciter:quænam quæſo eſt inęqualis ea participatio, quæ illud vnum, ac præciſum analogum facit? *Refutatio id aſſerentium.*

Quadruplex enim videtur eſſe inæqualis participatio:vna ſecũdùm rationem participati: altera ſecundùm eſſe,quod habet in participantibus:tertia ſecundùm plures:& pauciores gradus formę eiuſdem omninò rationis: quarta ſecundùm diuerſum modum prædicationis de participantibus. Si ergo loquuntur de inæquali participatione ſecundùm rationem entis, vt alia ſit ratio Dei, quatenus ens eſt, alia ſubſtantiæ creatæ, quatenus etiam ens eſt, alia quantitatis & cæterorum, vt entia ſunt: omnino ſibi repugnant. Nam quod, quatenus tale eſt, non eſt vnius rationis, id nec eſt ratione vnum ſimpliciter,nec ſimpliciter præciſum ratione. Si verò loquuntur de inæquali participatione ſecundùm eſſe,quod ens habet in ſuis membris diuidentib. vt in aliis habeat perfectiorem exiſtentiam, in aliis minùs perfectam: non credunt ens eſſe verè analogum,neque enim hęc participationis inæqualitas veram inducit analogiam,niſi abſurdè velis, genera eſſe verè analoga,quòd inæqualiter perfectam exiſtentiam habeant in diuerſis ſpeciebus. Quòd ſi loquantur de inæquali participatione ſecundùm plures, & pauciores gradus formæ eiuſdem omnino rationis, quo pacto album participatur à magis albo, & minùs albo:præterquàm quod ea non poteſt conuenire enti, vt perſpicuum eſt, nullam quoque inuehit analogiam:alioqui album eſſet analogum comparatione magis albi,& minùs albi, quod nemo dixerit. Si deniq; loquuntur de inæquali participatione ſecundùm diuerſum modum prædicationis de participantibus,vt id dicatur analogicè prædicari, quod dicitur de vno eſſentiali prædicatione, de altero autem accidentaria: quo pacto album prædicatur de Socrate albo, vt hoc album eſt, & de Platone albo, vt Plato eſt (hæc enim potiſſimùm diuerſitas prædicandi, aut ſi mauis, inexiſtendi, quæ illius fundamentum eſt, videbitur, analogiam inducere) nihil ad rem loquuntur: quemadmodum nec ſi dicant, idem omnino prædicatum,ſi de vno ſubiecto prædicetur per inhærentiam, de altero verò per extrinſecam denominationem, conuenire vtrique analogicè. *Quadruplex participatio inæqualis.* *Qua ratione ſibi repugnẽt.* *Quibus modis veram entis analogiam non inducant.* *Quo pacto, non ad rem loquantur.*

Digitized by Google

Hæc enim participationis inæqualitas, non poteſt accommodari rei propoſitæ, cùm ens de omnibus rebus, earúmque entitatibus dicatur non modò intrinſeca, ſed etiam eſſentiali prædicatione. Num autem huiuſmodi prædicationum inexiſtentiarúmve diuerſitas afferat analogiam prædicatis, libro ſequenti commodiùs dicetur.

Solutio argumentorum, quibus vtebantur ij, qui ponunt conceptum entis eſſe vnum vnitate diſiunctionis.

SECTIO IX.

Diſiunctionem non eſſe in rebus, ſed in ipſa indeterminatione intellectus.

AD ſententiam verò eorum, qui dicunt, vnitatem obiectiui conceptus entis non eſſe aliam, quàm diſiunctionis, dicendum eſt, id fieri non poſſe: Primùm, quia diſiunctio non eſt in rebus, ſed in ipſa indeterminatione intellectus: cùm tamen vnitas, & conueniẽtia omnium rerum, quatenus entia ſunt, in rebus ſit ipſis. Deinde, quia vnitas diſiunctionis æquè tribui poteſt caſu æquiuocis, atque analogis, cùm tamen ea, quæ ſunt caſu æquiuoca, quatenus talia ſunt, nullam omninò conuenientiam habeant, præterquàm nominis. Tertiò: quia iſto modo tollitur omnis vnitas analogica, quam tamen cùm omnes Philoſophi, tum potiſſimùm Ariſtot. enumerat inter vnitates lib. 5. huius operis capit. 6. Nam quo pacto ea negatur enti, eodem negabitur cæteris analogis. Quartò, quia cùm dicimus, aliquid eſſe ens conceptu omnino confuſo, nihil tum de ſubſtantia, aut accidente, aliáve particulari entitate cogitamus. Quintò, quia id, quod pertinet ad eſſentiam rei determinatæ ac certæ, non conſiſtit in diſiunctione, quæ nihil dicit certum, & determinatum: quælibet autem res certa, & determinata eſt eſſentialiter ens, vt patebit quæſtione ſequenti. Poſtremò, quia hac admiſſa ſententia vix, ac ne vix quidem ſtare poſſunt pleraque pronunciata communi ſenſu recepta, vt, Ens eſſe adæquatum ſubiectum Metaphyſicæ: Ens eſſe obiectum intellectus: Eſſe commune rebus omnibus, & ſimilia, quæ cum diſiunctione vera eſſe non poſſunt.

Ad rationem autem, qua Paulus Sone. in hanc ſententiam deflexit admiſſa vtcumque maiore, neganda eſt poſterior pars minoris, atque ad priorem eius probationem dicendum, eandem difficultatem eſſe illi communem cum iis, qui dixerint, & conceptum obiectiuum entis eſſe vnum coniunctione. Nam, vt coniunctio multorum non poteſt concipi, niſi ipſa concipiantur, ita nec diſiunctio. Quòd ſi ille facit diſiunctiuum conceptum ex ſola ſubſtantia, & accidente, nec deſcendit ad Deum, ad decémque ſumma genera: alij quoque facient coniunctionem ex ſola ſubſtantia, & accidente. Ita nihil colliget contra alios, quòd alij in ipſum retorquere non poſſint. Adde, quòd cùm ſubſtantia & accidens in commune ſumpta adhuc ſint analoga: aut illa non concipientur, ſine diſiunctione ſuorum membrorum diuidentium: aut ſi ſine illa concipi poſſunt, eadem ratione poterit concipi ens. Verùm, quia agendis tantùm difficultatibus non ſoluuntur argumenta: ad formam argumentationis dicendum

Nec coniunctionem, nec diſiunctionem ſine extremis poſſe concipi.

dicendum eſt, Vt terminus communis analogus diſtribuatur, ſatis eſſe, ſi totum eius immediatum ſignificatum confuſè apprehendatur: atque hoc pacto concipi ens, cùm diſtribuitur in propoſita enunciatione. Dixi autem, *analogus*, quia ad diſtributionem termini communis vniuoci, neceſſe eſt, vt totum ſignificatum immediatum apprehendatur diſtinctè, ſiue expreſsè.

Ad diſtributionem termini communis, quid requiratur.

AD poſteriorem probationem reſpondendum, neceſsè quidem, eſſe, vt omni vera prædicatione totum ſignificatum prædicati conueniat ſubiecto: non tamen hoc intelligendum eſſe de toto prædicati re, ſed de toto ratione, iuxta modum, quo ratio prædicati eſt eadem in omnibus ſuis ſignificatis, vniuocè nimirum, aut analogicè. Verbi gratia, cùm animal prædicatur de homine, totum quidem eius ſignificatum de homine enunciatur: Verùm non totum re, cùm natura animalis, quæ eſt in vno eius indiuiduo, in nullo alio re ipſa exiſtat, ſed totum omnino ratione, cùm ratio animalis eadem ſit omnino in omnibus animalibus. Sic ergo ſuo modo res habet in prædicatione entis. Nam cùm dicimus, hominem eſſe ens, non ſignificamus, illum eſſe re ipſa quicquid eſt ens, ſed ei conuenire totam quodammodo rationem entis. Quod pronunciatum ideo eſt verum, quia ratio ſubſtantiæ, quæ analogicè eſt eadem cùm ratione quantitatis, cæterorum immediatorum ſignificatorum entis, conuenit homini. Ita patet, non neceſſe eſſe totam aggregationem immediatorum ſignificatorum entis prædicari de homine, vt homo verè dicatur ens.

Quid ad veram prædicationem.

AD ſententiam verò Caietani, rationémque qua illam confirmauimus, nihil eſt, quod dicamus, cùm benè habeant ſi rectè intelligantur. Ita patet qualis ſit conceptus entis, tum formalis, tum etiam obiectiuus. Ad cuius rei explicationem longiùs, quàm putauimus, digreſſi ſumus.

De Caietani ſententia iudicium.

Solutio eorum, quæ initio ſuperioris quæſtionis pro pura entis æquiuocatione propoſita ſunt.

SECTIO X.

2.p.q. 12.art. 1.

EX his facilè erit argumentis vtriuſque contrariæ partis ſuperioris quæſtionis occurrere, & iis, quæ puram æquiuocationem entis oſtendere videbantur, & iis quæ vniuocationem.

Quo pacto inter finitum no detur proportio.

AD illud igitur, quo forſitan ductus eſt Rabbi Moyſes, dicendum eſt, interfinitum & infinitum non dari vllam proportionẽ, ſi proportio ſumatur pro habitudine determinatæ diſtantiæ, dari tamen proportionem, id eſt, ſimilitudinem imitatiuam, ſiue habitudinem effectus ad cauſſam, vt eam vocat D. Thomas.

AD primùm Aureoli reſpondendum, rationes particularium entium, eorum, inquam, in quæ ens proximè diuiditur (de his enim præcipuè dubitari poteſt) poſſe comparari, vel cùm ratione entis omninò diſtincta, vel cùm omninò confuſa, vel cùm ea, quæ partim confuſa eſt partim diſtincta. Si comparentur cùm ratione omninò diſtincta, nihil illi addunt, ſed omnes ſimul ſint ipſa ratio entis, ſeu potiùs ipſæ rationes

Num rationes entiũ particularium addant aliquid rationi entis.

Digitized by Google

rationes entis, cùm ens non habeat vnam rationem ſimpliciter. Si autem conferantur cùm ratione partim diſtincta, partim confuſa, nulla earum diſtinguitur ab eiuſmodi ratione entis, ſi quidem ratio ſubſtantiæ eſt ratio entis partim diſtincta, partim confuſa, & ſimiliter ratio quantitatis & cæteræ: niſi quod vnaquæque earum eſt omnino diſtincta talis entis, entis verò communiter ſumpti partim diſtincta, partim confuſa. Quòd ſi conferantur cum ratione omnino confuſa, de qua ſola in argumento videtur fieri mentio, addunt quidem ei illæ aliquid: verùm non aliquem naturæ gradum, vt rectè probat argumento, ſed ſolam expreſſionem, vt D. Thom. non ſemel ait in quæſtionibus de Veritate. Quod enim ea ratio dicit confusè, & implicitè, dicunt diſtinctè, ſiue expreſsè rationes immediatorum ſignificatorum entis.

q. 1. art. 1. & q. 21. ar. 1. Vide Capr. 1. d. 2. q. 1. Vt Frãciſcus Mairon. in tractatu de vniuocat. entis.

Cõceptus entis an abſolutus ſit.

AD ſecundum, etſi quidam Scoti ſectatores reſpondent, rationem entis abſtrahere ab abſoluto, & reſpectiuo: tamen quia rationes abſoluti, & reſpectiui videntur omnino immediatæ: hoc potiùs modo reſpondendum. Cùm ratio entis non ſit vna ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, ſi ſermo quidem ſit de ratione omnino diſtincta: illam eſſe ſimpliciter & abſolutam, & reſpectiuam: eſt enim ens commune rebus abſolutis ratione abſoluta (ſeu potiùs rationibus abſolutis) reſpectiuis autem reſpectiua. Si verò de partim diſtincta, partim confuſa, talem eſſe ſimpliciter rationem entis ſecundùm differentiam abſoluti, & reſpectiui, qualis eſt natura, quæ diſtinctè, ſiue determinatè exprimitur. Verbi, cauſa, ratio ſubſtantiæ, quæ eſt ratio entis, partim diſtincta, partim confuſa, eſt ſimpliciter abſoluta, & ſecundùm quid reſpectiua: contrà verò, ratio relationis, eſt ſimpliciter reſpectiua, & ſecundùm quid abſoluta. Quòd ſi ſermo ſit de ratione omnino confuſa, dicendũ eſt, eam quatenus quodammodo eſt abſtracta, eſſe abſolutam, cùm ens quatenus omnino confusè concipitur, non intelligatur habitudine ad aliud. Non ſequitur tamen ex hac ſententia, omnia entia eſſe abſoluta, niſi ſecundùm quid, nempe quatenus conueniunt in conceptu omnino confuſo entis.

D. Tho. q. 21. de ver. art. 1. ad 1. ait ens dici abſolutè. Vide etiã Capreol. in loco proximè citato ſolutus ſit.

Entia omnia quo pacto abſoluta dici poſſunt.

AD tertium dicendum, etſi ea, quæ conueniunt in natura vniuoca de his enim loquitur Ariſtoteles) non poſſunt eſſe primò diuerſa, quippe cùm conueniant in aliquo vno ſimpliciter, & ex conſequenti non differant inter ſe totis, ſed propriis, & peculiaribus differentiis: tamen ea, quę ſola analogica cognatione communicant, poſſe eſſe primò diuerſa, cuiuſmodi ſunt genera ſumma.

Primò diuerſa.

AD quartum dicendum, non ideo Ariſtotelem docere, nomine entis ſignificari immediatè naturas ſummorum generum, quia nulla omnino ratio reſpondeat nomini entis, ſecundùm quã illud de iis omnibus dicatur, ſed quia nullus ei reſpondet ſuperior naturæ gradus. Atque hæc eſt cauſſa, cur ens in nullius ſpeciei definitione ponatur.

Non rectè Porphyriũ à Scoto reprehendi.

QVOD autem Porphy. ait, conuenientiam omnium rerum in ente vocari ab Ariſtotele æquiuocam, etſi à Scoto in primo ſententiarum diſt. 3. negatur (ait enim nihil tale apud Ariſt. in lib. logicis inueniri, quicquid autem alibi in hanc ſententiam videtur dici, aliter exponi poſſe)

Digitized by Google

poſſe) à nobis tamen nec negandum eſt, cùm planè ſcriptum ſit apud Ariſt. 1. Elench. initio c. 6. neque ita accipiendum, quaſi dicat, ens eſſe purè æquiuocum, & non potiùs ex numero eorũ, quæ dicũtur ab vno, vel ad vnum, ac propriè etiam analogum, vt ſæpe alibi docet. Id quod Porphy. apertè ſignificat, cùm ſubiicit. Et non vniuocè: Id enim addit, vt declaret, Ariſt. non numeraſſe ens inter purè æquiuoca, ſed inter ea, quæ ideo æquiuoca dicãtur, quia nõ ſunt vniuoca, quo pacto æquiuoca initio prædicamentorum definiuntur. Ex qua re liquet, verba illa ſequentia (*Communicato nomine tantùm eſt,*) In eum ſenſum ſcripta eſſe à Porphyrio, vt excluderet communicationẽ in ratione vna, & eadem ſimpliciter, non autem attributione, aut proportione vna.

Solutio argumentorum Scoti, quæ pro vniuocatione entis allata ſunt.

SECTIO XI.

Ex certitudine conceptus entis nõ rectè colligi eius vniuocationem.

AD primum verò eorum, quibus Scotus cõtrariam omninò ſententiam de vniuocatione entis realis oſtendere nitebatur, dicendum eſt, conceptum entis omninò confuſum poſſe eſſe certum de re aliqua, dum dubitatur de eadem, nũ ſit finita, an infinita: per ſe exiſtens, an in alio: Verùm ex hoc pronunciato non effici, illum eſſe vniuocum. Nam, etſi communis ſententia eſt, ens cõmune reali, & rationis non effici illum eſſe vniuocũ, vt ipſi quoque Scoti ſectatores fatentur: multa tamẽ ſæpe certò nouimus eſſe entia, de quibus dubitamus ſintne realia, an rationis, vt patet in identitate, diſtinctione formali, & aliis pleriſque relationibus. Id quod ipſe Scotus poſtea animaduertit aſſerens, hoc argumento, etſi non probatur vniuocatio conceptus certi cõparatione incertorum: probari tamen varietatem, ſiue diuerſitatem ab eiſdem, vt Caietanus annotauit. Qua tamen in re diſtinctione opus erat. Nam ſi conceptus certus ſit diſiunctiuè conſtitutus ex incertis, qualis eſt conceptus entis, vel non entis quem habemus de pygmæo, dubitantes interim de vtraque parte per ſe: non colligitur diuerſitas certi ab incertis, niſi tanquam totius à partibus, quod certè non eſt ad rem. Neque enim quæſtio erat de conceptu diſiunctiuo entis conſtante ex conceptu finiti, & infiniti: aut per ſe exiſtentis, & exiſtẽtis in alio: ſed de ſimplici. Si verò ſit ſimplex, qualis eſt conceptus opinabilis, aut ſignificabilis, quem de pygmæo habere poſſumus: etſi tum demũ rectè colligitur diuerſitas certi cõceptus entis ab incertis membrorum diuidẽtium: non colligitur tamen vera eius communitas reſpectu incertorum, quia ſæpe certi ſumus de ſpecie, dubitantes interim de genere, aut alio communiori prædicato: quo pacto apud omnes notum eſt, corpus eſſe trinam dimenſionem, cùm interim plerique dubitarint, ſitne ſubſtantia, an accidens. Ita patet, non probari primo argumento, non ſolùm ens eſſe vniuocum, ſed ne aliquid quidem verè cõmune Deo, & creaturis.

Fonseca quidẽ primo ſua Metaph. ca. 6. aſſerit eſſe vniuocũ, ſed nõ eſt numerandus inter Scotiſtas.

In lib. de Ente, & eſſen. q. 3.

Non ſatis eſſe correctionem quam Scotus ſuæ rationi adhibet.

Ad ſecundum dicendum, præter illos duos modos cognoſcendi rem vnam per aliam, dari quendam tertium (quod non ſemel contra Scotum annotat Caietanus) quo res cognoſcitur per eam, in qua

Vt in cõm. 1. par. q. 13 art. 5. & li. de ente, & eſſ. q. 13.

Triplex cognitio rei vnius per aliam.

Deus in creaturis quomodo cōtineatur & cognoſcatur.

continetur participatiuè: atque hoc pacto contineri Deum in creaturis,& ſubſtantiam in accidentibus. Vel dic, Quicquid cognoſcitur per aliud,contineri in illo formaliter,aut virtute,quod Scotus vult: dummodo nomine continentiæ formalis intelligatur continentia per conceptum vniuocum , aut analogicum : quo pacto Deus quoad conceptum entis continetur formaliter in creaturis,& ſubſtãtia in accidentibus. Vtrouis autem modo dicas ſubſtantiam cognoſci per accidentia,non poteſt intellectus noſter cognoſcere naturaliter abſentiam panis in hoſtia conſecrata. Etenim accidentia panis,quatenus ſunt participatiua panis,qui deſiit eſſe,eiúſque virtute agũt,non minùs concurrunt ad producendam in intellectu ſpeciem panis , quàm ſi adhuc in pane exiſterent,quemadmodum non minùs nutriunt,quàm quæ ſunt in pane conſecrato.

Quo pacto attributa creaturarũ remotis imperfectionibus tribuantur Deo.

Ad tertium neganda eſt conſequentia,ſatis eſt enim,ſi ſublata omni imperfectione à conceptibus creaturarum , relinquatur aliquid, quòd etſi non idem omnino ſit in Deo & creaturis,ſit tamen analogicè idem. Verbi cauſa , ſi à conceptu ſapientiæ creatæ tollas quòd habeatur per diſcurſum,& quòd ſit qualitas,id quod relinquitur,nempe cognitio rerum omnium per cauſſas altiſſimas, etſi non eadem omninò ratione tribuitur Deo,qua humanæ ſapientiæ conuenit: tamen ratione analogica verè,ac formaliter illi tribuitur,vt iam verè dicere poſſis,Deum eſſe ſapientem , quia cognoſcit effecta omnia per altiſſimas cauſſas , quamquam cognitionis verbum non eadem prorſus ratione Deo conueniat,qua nobis. Longè aliter res habet in conceptu lapidis, qui quantumcumque abſtrahatur ab imperfectionibus lapidis, modò tamen adhuc ſit conceptus lapidis , numquam Deo formaliter tribui poterit,ſiue vniuocè ei tribuatur, ſiue analogicè , niſi velis per metaphoram,quo pacto non eſt neceſſe,lapidem ab vlla imperfectione abſtrahere. Eodẽ igitur modo,ſi à quouis ente creato , quatenus eſt ens, tollas inhærentiam in alio , quæ eſt imperfectio accidentium propria, & dependentiam ab alio , quæ eſt imperfectio omnium creaturarum, & relinquas hoc ſolùm,quod eſt,habere eſſe: non dubium eſt, quin id formaliter Deo tribui poſſit,tametſi non eodem prorſus modo , quo tribuitur entibus creatis,ſed eodem proportione quadam.

Cōceptus proprij diuinæ naturæ.

Si tamen conceptui,quem ab imperfectionibus abſtraxeris , apponas alium negatiuum , aut relatiuum , qui ſoli Deo conueniat : iam analogicus ille prior reſtringetur ad eam rationem nobis ignotam , quæ in ſolo Deo reperiri poteſt : vt. ſi concipias ens infinitum , Subſtantiam ſupremam , &c.

Non omnia ſimilia eſſe reciproca.

Deo entia ſimilia ſunt, ſed Deus eis non eſt ſimilis.

Ad quartum dicendum,ab iis tantùm quæ ſunt ſimilia ſimpliciter, poſſe abſtrahi vnam ſimpliciter naturam: at entia quatenus entia ſunt, non eſſe ſimilia ſimpliciter, ſed quodammodo. Id quod ex eo patet, quia in iis duntaxat , quæ ſimpliciter ſimilia ſunt , admittitur ex vtraque parte ſimilitudinis reciprocatio , vt quo pacto hoc dicitur ſimile illi,ita viciſſim illud dicatur ſimile huic : entia verò creata ita dicuntur ſimilia Deo , quatenus entia ſunt , vt Deus nullo pacto dicatur eiſdem ſimilis : quod Dionyſius ſcribit cap. 9. de diuinis nominibus,

& D.

& D.Thom.ac cæteri ſcholaſtici approbant. Hoc autem ideo accidit, quia ſimilitudo,quam tribuimus creaturis reſpectu Dei,eſt ſola ſimilitudo imperfectæ imitationis, quæ ex Deo ad creaturas reciprocari non poteſt.

Scholaſtici doct.2.ſent. d. 3. & D. Th.1. p.q 4.art.3.de aliyſque locis.

Ad quintum dicendum,non eſſe ens obiectum formale intellectus noſtri,ſed materiale,in ſubiecto autem materiali potentię non eſſe neceſſariam tantam vnitatem,quanta eſt vnitas potētiæ, alioqui concludendum eſſet hac argumentatione Scoti,colorem, qua ratione color eſt, eſſe vnum ſpecie infima, quia facultas videndi noſtra eſt ſpecies infima.Imò etiam, ſi quid ea colligeret, planè concluderet in ſubiecta materia,ens eſſe ſpeciem infimam,quia intellectus noſter ſpecies infima eſt.De ſubiecto autem formali intellectus libro nono, cùm agetur de obiectis potentiarum,diſſerendum eſt.

Ens quo pacto ſit obiectū intellectus noſtri.

Text.23. Ad ſextum dicendum quemadmodum aliqua poſſunt primò conuenire,ac repugnare naturæ vniuocæ,ſic etiam poſſe naturæ analogicæ.Vnde fit,vt per naturam quoque analogicam, tāquam per cauſſam adæquatam,poſſit aliquid primò demonſtrari, vt Ariſt. docet 2. Poſt. cap. 16. perſpicuum eſt autem in omnem cauſſam, per quam aliquid primò demonſtratur,poſſe cadere reduplicationem.

Etiā per naturā analogicā poſſe aliquid primò demōſtrari.

Ad ſeptimum neganda eſt conſequentia dicendumque, vt aliquid ſit ſubiectum veræ contradictionis,& medius terminus in ſyllogiſmo nequaquam fallaci;non eſſe opus,vt ſit vniuocum: ſed ſatis eſſe, ſi ſit analogum ſecundùm proportionem propriam. Cauſſa verò eſt, quia analoga huius generis poſſunt concipi vno conceptu;qui abſolutè accipiatur,ac diſtribuatur pro omnibus ſignificatis, quod aliis analogis non eſt conceſſum,niſi antecedentia,& conſequentia id poſtulent. Vt ſi dicas,Omne ſanum propriè dictum pertinet ad medicum. Ad probationem autē conſequentiæ dicito:etſi ens eſt multiplex,etiam quatenus omninò confusè concipitur,tamen non efficere enunciationem ambiguam, & diſtinguendum, eo quòd eius conceptus omnino confuſus pro omnibus entibus accipiatur: quod idem dicendum eſt de cæteris analogis ſecundùm proportionem propriam. Quamquā non eſt negandum,propter eorum multiplicitatem,ac varium vſum,ſecuriùs eſſe diſtinguere eiuſmodi enunciationes. Quod Ariſt.non ſolùm faciendum docet in libris Elench.præſertim cap.6. ſed etiam ipſe non rarò facit, vt 1. Phyſ.capit. 2. in diſputatione contra Parmenidem, & Meliſſum.

Securius eſſe diſtinguere omnia pronūciata,in quib. ſit verbū analogum.

1. Elench.c.6. à Text.6.

Ad octauum,quod erat vltimum Scoti, dicendum eſt, analoga ſecundùm proportionem propriam,propter magnam affinitatē, quam habent cum vniuocis,nonnumquam ab Ariſt.appellari vniuoca. Efficiunt enim veram contradictionem,diſtribuuntur ſimpliciter,& abſolutè pro omnib. ſignificatis:aſſumuntur vt media in veris ſyllogiſmis, atque adeo in demonſtrationibus propter quid, vt patet ex dictis: & penè omnes alias vniuocorum conditiones in diſſerendo ſubeunt:qua de cauſa ens,& verum,quæ in huiuſmodi analogis numerantur, dicta ſunt vniuoca 2.lib. cap.1.vt patet ex Græco contextu,tametſi id apud Latinos Philoſophos non eſt in vſu.

Cur quædam analoga nonnumquam vniuoca dicantur.

Text.4.

ZZ 2 Cenſura

Cenſura de Scoti opinione, & ſolutio argumentorum, quæ illius argumentis addita ſunt.

SECTIO IX.

SVNT tamen non pauci, etiam ex Scoti ſectatoribus, qui dicant, Scotum non alio ſenſu aſſeruiſſe ens eſſe vniuocum niſi quia multas vniuocorum conditiones ſibi vendicat. Id quod ex eo apertè conſtare dicunt, quòd Sco. in 1. d. 3. q. 2. in hac eadem controuerſia tractanda, huiuſmodi præfatione vtatur, *Et ne* (inquit) *fiat contentio de nomine vniuocationis, conceptum vniuocum dico, qui ita eſt vnus, quòd eius vnitas ſufficit ad contradictionem, affirmando, & negando ipſum de eodem: ſufficit etiam pro medio ſyllogiſtico, vt extrema vnita in medio ſic vno, ſine fallacia æquiuocationis concludantur inter ſe vnum.* Ex quibus verbis ſatis videtur conſtare, Scoti ſententiam non eam eſſe, vt putet ens eſſe prorſus vniuocum.

Prior locus Scoti in quo ſentire videtur ens nõ eſſe vniuocum.

Videtur etiam id apertum ex iis, quæ idem ſcribit d. 8. q. 3. Ait enim Deum, & creaturam in nulla realitate conuenire, & ideo eſſe primò diuerſa in realitate, etſi non ſint primò diuerſa in conceptibus. Quod idem inferiùs repetit, addens ad explicationem eius rei, *Conceptum entis, & conceptum entis infiniti hoc ſolùm differre, quòd alter eſt diuinæ realitatis imperfectè concepta, alter eiuſdem realitatis perfectè concepta: ita vt ſi prior cognitio perficeretur, iam per eam cognoſceretur ens infinitum, nulla prorſus realitate de nouo addita, id eſt, cognita.* Et poſt pauca. *Propter imperfectionem intellectus noſtri, poſſe nos habere in Deo, & creaturis vnum obiectum formale ſolum.* Vnde quidam Scoti ſectatores colligunt, etſi Deus vniuocationem entis in noſtro intellectu confusè concipiente, ipſum tamen ens non eſſe vniuocum comparatione intellectus diuini, quia nulla ſit natura eadem communis Deo, & creaturis. Ex quibus videtur effici eandem prorſus eſſe ſententiam Scoti, ac noſtram, de ſoloq; verbo eſſe controuerſiam.

Poſterior locus.

In ſolut. primi principalis. Vt Maleſuſſius eodẽ loco.

Verùm hæc non carent difficultate. Primùm, quia Scotus diſtinct. 3. quæſt. 1. ita aſſerit ens eſſe vniuocum Deo, & creaturis, vt planè neget eſſe analogum. Quod patet ex dilutione obiectionis, quam ipſe ſibi contra confirmationem primæ rationis extruit, vbi ſic ait: *Quòd ſi non cures de auctoritate iſta accepta ex diuerſitate opinionum philoſophantium* (conuenientium, ſcilicet, in eo, quòd primum principium ſit ens: diſſentientium autem in peculiari natura illius) *dicaſque, quòd quilibet habet duos conceptus intellectu ſuo propinquos, qui propter propinquitatem analogiæ videntur eſſe vnus conceptus: Contra hoc videtur eſſe ratio, quia ex iſta euaſione videtur deſtructa omnis via probandi vnitatem alicuius conceptus vniuocam, Si enim dicis hominem habere vnum conceptum ad Socratem, & Platonem, negabitur, & dicetur quòd ſunt duo, ſed videntur vnus propter magnam ſimilitudinem.* Hæc Scotus. Quam eandem excluſionem analogiæ non ſolùm à conceptu entis, ſed etiam ſapientiæ, & aliarum perfectionum ſimpliciter, tangit in tractatione reliquarum duarum rationum ſequentium. Deinde, quia quæſt. 3. eiuſdem diſtinctionis, & quæſt. 3. octauæ planè docet, conceptum obiectiuum entis poſſe

Pro parte oppoſita apertus locus Scoti.

Alij loci eiuſdem pro parte eadem.

poſſe & abſtrahi à conceptibus membrorum diuidentium entis, ac præciſè accipi, & contrahi ad eadem: non quidem per differentias, ſed per modos realitatis intrinſecos: at abſtrahi, & præcidi à membris diuidentibus, nulla omninò natura poteſt, niſi vniuoca.

Atque ad priorem quidem locum cùm Scotus negat, ens eſſe analogum, facilè reſponderi poſſet negari ab illo eam analogiam, quę impedit veram contradictionem, quæq; non patitur terminum diſtribui ſimpliciter, & accipi, vt medium terminum in ſyllogiſmo, &c. Sed ad poſteriorem, quid reſpondendum ſit, non ſatis apparet. Neque enim iſta videntur cohærere. Nullam eſſe entitatem, ſiue realitatem communem Deo, & creaturis, quod aſſerit in locis priùs citatis: &, Conceptum entis obiectiuum poſſe abſtrahi à membris diuidentibus, & præciſè concipi, ac rurſus ad eadem membra contrahi. Quòd ſi dicas, Scotum loqui de abſtractione, & præciſione, ac contractione ſecundùm quid, quæ à nobis non negatur, cùm de imperfecto conceptu entis ſermo eſt: non erit profectò ens dicendum vniuocum ſimpliciter, ſed quodammodo, ſiue ſecundùm quid.

Qua potiſſimum ratione Scotus videatur verè putaſſe ens vniuocum eſſe.

At dicunt nonnulli Scoti ſectatores, propterea Scotum voluiſſe, ens eſſe vniuocum, quia: etſi non habet conceptum obiectiuum vnum ſimpliciter, habet tamen apud nos formalem vnum ſimpliciter, ſed contra hanc ſententiam ſatis eſt illud, quod dictum eſt ſuperiùs, Si de vnitate quidem reali conceptus formalis agitur, nihil eam eſſe ad rem: neque enim vniuocatio ſumenda eſt ex vnitate reali cóceptus, quemadmodum neque ex vnitate rei vocabuli. Si verò de vnitate rationis, ſiue repræſentationis: non maiorem eſſe vnitatem formalis, quàm obiectiui, vt ſuprà dictum eſt. Quæro etiam, quid inueniat intellectus noſter in Deo, & creatura ex quo conceptum ſimpliciter vnum ratione formare poſſit? Si aliquid, quod ſit omninò eiuſdem rationis: iam illud eſt natura vniuoca: ſi diuerſæ: erit vtique formalis conceptus & multiplex. Poſtremò, Si conceptus ille formalis aliquem naturæ gradum, certámve entitatem diſtinctam ab omnibus particularibus entitatibus determinatè repræſentat: ergo eſt diſtinctus & perfectus, non autem confuſus, & imperfectus vt aiunt: Si non vnam, ſed plures: ergo non eſt ſimpliciter ratione vnus: quare neque vniuocus. Si igitur Scotus ſenſit conceptum formalem eſſe ratione vnum ſimpliciter: obiectiuum autem non eſſe vnum ſimpliciter: planè ſibi repugnat: Si verò vtrumque cenſet eſſe vnum ſecundùm quid, de nomine tantùm laborat: & cùm iſto modo idem re ipſa, quod alij, ſentiat, non erat cur contra ſuperiores Philoſophos, & Theologos adeo longam diſputationem texeret.

Reſpõſio quorundam. Refutatio.

Perſtringitur Scotus.

Ad nonum dicendum, etiam in eadem ratione analogica poſſe fieri comparationem multorum ſecundùm magis, & minùs: etſi non tam propriam, quàm cùm ſit in eadem ratione vniuoca, potiſſimùm verò in ea ſpecifica, quæ in alias ſpecificas diuidi nequit. Veluti cùm duo corpora comparantur in ratione candidi, aut calidi, vt æquè, aut magis & minùs talia, quod Ariſt. docet 7. Phyſ. cap. 4.

a tex. 24.

Ad decimum dicendum, non eſſe accidens analogum eo genere

Accidens quo pacto analogum.

analogiæ, quæ dicitur per attributionẽ vnius ad alterum: ſed quia variè refertur ad ſubſtantiam. Quantitas enim ideo dicitur accidẽs, quia eſt menſura ſubſtantię: qualitas quia alio quodam modo ſe habet ad ſubſtantiam: alia, quia aliis. Quòd enim neque omninò æquiuocum ſit, neque vniuocum: eiſdem penè rationibus oſtendi poteſt, quibus idem oſtenſum eſt de ente: loquimur autem de accidente, vt commune eſt completis, & incompletis, quo pacto in hac quæſtione loquuti ſumus de ente, acturi de ente, & accidente completis lib. ſeq. cap. 7. Quòd autem non ſit analogum per attributionem vnius ad alterum, rectè probatum eſt in argumento. Reſtat igitur: vt ſit analogum per attributionem ad aliquid tertium: neque enim quatenus accidens eſt, aliter concipi poteſt, quàm habitudine ad ſubſtantiam: quòd & ipſa concipiendi experientia conſtat, & omnium Philoſophorum communi ſententia comprobatur, etiam eorum, qui illud quatenus eiuſmodi eſt, vniuocum putant. Ex qua re efficitur, vt etiam ſit analogum ſecundùm proportionem. Quare cùm non ſit analogum impropriè, ſeu figuratè, reſtat, vt poſſit cadere ſub vnum, & eundem numero conceptum formalem omninò confuſum, quemadmodũ & ens. Quæ omnia ex dictis patent. Addendum quoque eſt, Etſi vnum genus ſummum accidentium non eſſet principalius accidens, quàm aliud (quod tamen haud conceſſerim, cùm nec in ſpeciebus eiuſdem generis id concedendum ſit, vt patebit lib. 8.) non inde tamen ſequeretur, accidens eſſe vniuocum. Satis eſt enim, vt non ſit vniuocum, ſi membra diuidentia non participent naturam diuiſi per eundem entitatis gradum, ſed diuerſa per diuerſos, vt dictum eſt de ente. Cùm ergo obiicitur, definitionem traditã accidentis ſub nomine eius, quod eſt in ſubiecto, non æquè omnibus conuenire, negandum eſt, quod aſſumitur. Nam etſi illa propter omnimodam confuſionem illorum verborum, *Quòd cùm in aliquo ſit*, quæ loco generis ponuntur, videatur eſſe omninò eadem: non eſt tamen re vera omninò eadem. Neq; enim ſignificant vnum modum eſſendi omnibus accidentibus cõmunem, & qui ab omnibus abſtrahi poſſit, ſed omnes ſimul confusè, & indeterminatè, vt dictum eſt de definitione entis omninò confuſa.

Accidens nullo modo eſſe vniuocum.

Definitio eius, quod eſt in ſubiecto.

VTRVM ENS PRÆDICETVR IN QVÆSTIONE, Quid eſt, de omnibus rebus, & de omnibus earum differentiis, propriiſque ipſius paſſionibus.

QVÆSTIO III.

Variæ opiniones in hac quæſtione.

SECTIO I.

Opinio Auicennæ.

VARIÆ in hac quæſtione circũferuntur opiniones. Vna eſt Auicẽnæ, dicentis: Ens non prædicari in quæſtione, quid eſt, de vlla re, quæ habeat eſſe ab alio. Ratio illius, vt D. Thom. refert,

Hac loco lect. 2. par. 3.

refert, hæc eſt: Quia in omni re, quæ habet eſſe ab alio, aliud eſt eſſe rei, quod ipſum nomen entis formaliter ſignificat: aliud verò ipſa eſſentia, ſiue quidditas rei, ſecundùm quam fit prædicatio in quæſtione, quid eſt. Quæ ratio æquè videtur poſſe accommodari differentiis earumdem rerum, & paſſionibus entis. Ita ſit Auicennæ ſententia, vt ens non dicatur quidditatiuè, niſi de ſolo Deo.

Thomiſtarum quorūdā ſententia. Probatur. ALTERA eſt multorum Thomiſtarum dicentium ens prædicari quidditatiuè de omnibus rebus, déque omnibus earum differentiis, & propriis ipſius paſſionibus. Eam verò tribus potiſſimùm argumentis probant. Vno, quia obiectum adæquatum cuiuſque potentiæ dicitur quidditatiuè de omnibus particularibus obiectis, quæ ſub eam cadunt: vt calor, qui eſt obiectum viſus de omnibus, quæ cadunt ſub aſpectum: at omnia, quæ dicta ſunt, cadunt ſub intellectum cuius obiectum eſt ens. 1.

ALTERO, quia omnia, quæ dicta ſunt, aut ſunt entia realia, aut rationis, aut non entia: non ſunt autem non entia, vt patet: nec item ſunt entia rationis: cùm rationis nec ſint veræ res, nec differentiæ, paſſionéſve rerum verarum, ſunt igitur entia realia: ens autem reale, de quo in præſentia ſermo eſt, non minùs quidditatiuè prædicari debet de quouis ente reali, quàm animal prædicatur de quouis animali. 2.

TERTIO, quia quod attinet ad paſſiones entis planè ſignificat Ariſtoteles, eſſe eas vnam atque eandem naturam cum ente, dum id affirmat, atque adeo probat de vno in hoc capite. Quicquid enim dicit vnam, & eandem naturam cum alio, eſt idem quidditatiuè cum illo. 3.

Scoti opinio. TERTIA eſt Scoti 1. ſent. d. 3. q. 3. dicentis, Ens prædicari quidditatiuè de omnibus rebus: non tamen de omnibus differentiis, nec itē, de paſſionibus ſuis. Ac in prima quidē parte ſuæ aſſertionis cū Thomiſtis conuenit. Vt autem probet ſecundam, diſtinguit differentias in vltimas, & non vltimas. *Differentiæ, vltimæ, & nō vltimæ apud Scotum, quæ.* Differentiæ non vltimæ apud illum ſumuntur à tota forma: vltimæ verò ab vltima realitate formæ. Verbi cauſſa: ſi homo per aliam formam eſſet animal, per aliam verò, vt per animam rationalem ſuperadditam priori formæ, eſſet homo: rationale autem hoc pacto ſumeretur à tota entitate animæ rationalis, eſſet rationale differentia non vltima: anima enim à qua ſumeretur, non eſt entitas ſimpliciter ſimplex, ſed compoſita ex realitate communi, quia conuenit cum aliis formis, & ex realitate propria, qua ab aliis formis diſtinguitur. Quòd ſi homo eſt non ſolùm animal, ſed etiam homo per eandem numero formam, quæ ſecundùm aliam realitatem dat eſſe animalis, & ſecundùm aliam dat eſſe hominis: rationale autem ſignificat ſolam poſteriorem realitatem: iam rationale eſt vltima differentia. Hac igitur diſtinctione poſita, duabus rationibus probat ſecundam partem ſuæ aſſertionis.

Prior ratio Scoti pro ſecunda parte aſſertionis. PRIOR ratio. Si ens prædicaretur in quæſtione quid eſt de differentiis vltimis: vltimæ differentiæ eſſent propriè differentes: conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens. Maiorem probat. Quia eo dato iam vltimæ differentiæ conuenirent vniuocè (ſupponit enim ens eſſe vniuocū) vnde cùm illæ ſint diuerſæ inter ſe vt patet, neceſſariò eſſent

propriè differentes:omnia enim diuerſa,quæ ſunt idem in aliqua natura vniuoca,ſunt propriè differẽtia,vt Ariſt.docet lib.5.cap.9.& lib. 10. cap.5.Minorem ex eo oſtendit, quia ſi propriè ſunt differentes, differunt vtique per alias differentias: aut ergo ens dicitur in quæſtione: Quid eſt,de huiuſmodi aliis differentiis,aut minimè:ſi dicitur, aut eodem modo dicitur de iis,quibus hæ differunt,& ita de aliis,atque aliis in infinitum,quod abſurdum eſt aſſerere:aut deueniendum eſt ad aliquas, de quibus ens non prædicatur in quæſtione: Quid eſt: at hæ ſunt vltimæ,quandoquidem vltimæ ſunt, quæ non ampliùs per alias differunt,ſeu(quod idem eſt)quæ ſunt primò diuerſæ. *Text.16.lib.5. tex.12.li.10.*

Poſterior. POSTERIOR ratio hæc eſt.Vt in reſolutione rei per ſe compoſitæ deuenitur tandem ad vltimam materiam, quæ non includit quicquam formæ,& ad vltimam formam, quæ nõ includit quicquam materiæ:ita neceſſe eſt,vt in reſolutione conceptus per ſe compoſiti deueniatur tandem ad vltimum aliquem conceptum determinabilem, qui non includat quicquam determinantis, & ad aliquem vltimum determinantem qui non includat quicquam determinabilis: at conceptus per ſe compoſitus reſoluitur in ens,vt in conceptum vltimum ex determinabilibus,& in differentiam vltimam,vt in conceptum ex determinantibus: igitur nec ens includit quicquam differentiæ vltimæ, nec differentia vltima quicquam entis.

Primum arg. pro tertia parte. TERTIAM verò,partẽ ſuæ opinionis tribus argumentis colligit, Vnũ eſt.Ens nõ prædicatur per ſe de paſsionibus ſuis:ergo nec in quæſtione quid eſt.Probatur antecedens,tum quia omne ſubiectũ ponitur quaſi additamentum in definitione ſuæ paſsionis,vt Ariſt.docet lib.7. cap.5.quæ autem hoc modo ponuntur in definitionibus rerum, non prædicantur de illis per ſe,tum etiam,quia cùm paſsiones entis dicantur per ſe de ente,neceſſariò efficitur, vt ens dicatur de illis per accidens,ſiue non per ſe:docet enim Ariſt.1.Poſter.cap.18. propoſitiones per ſe non conuerti in alias per ſe. Alterum eſt,Ens diuiditur adæquatè,& ſufficienter, tanquam prædicatum quidditatiuum in ens increatum,& in decem genera,& in partes eſſentiales decem generum (aut ſaltem non diuiditur in plura,)quod adiungit propter differẽtias vltimas:atqui paſsiones entis nihil horum ſunt,vt patet,alioqui nõ eſſent tranſcendentes:non ergo prædicatur ens quidditatiuè de ſuis paſsionibus in quæſtione quid eſt.Tertium.Si vnum, quod eſt prima paſsio entis,eſt quidditatiuè ens, aut præcisè eſt ens, aut addit enti aliquid, de quo etiam quidditatiuè dicatur ens: aut aliquid,de quo ens quidditatiuè non dicatur:primum non eſt dandũ,ne idem concedatur eſſe paſsio ſui ipſius:nec verò ſecundũ,tum quia vnũ bis includeret quidditatiuè ens:tum quia daretur progreſſus in infinitum (eadem enim quæſtio fieri poſſet de illo addito,atque de ipſo vno, & pari ratione de quocumque alio ſimili addito)dandum igitur eſt tertiũ,&,quod ex eo ſequitur,id,quod vnum addit enti tamquam paſsionem illius, non ſubiici enti in quæſtione quid eſt.Quartũ additur ab aliis hunc in modũ.Si paſsiones entis ſubiicerentur enti in quæſtione quid eſt, ab illis iterum fluerent aliæ ſimiles paſsiones, & ab illis aliæ atque aliæ in infinitum *Text.18.* *Text.35.* *Secundum.* *Tertium.* *Additum quartum.*

finitum (ſi quidem ab iis omnibus, quæ quidditatiuè continentur ſub quauis natura communi fluunt paſſiones illius naturæ) alioqui paſſiones nó reciprocarentur in quæſtione, Quale eſt, cum ſubiectis, quibus primò conueniunt: at conſequẽs eſt abſurdiſſimũ: ergo & antecedens.

QVINTVM ab aliis hoc pacto: Nullum includẽs aliquid in quæſtione quid eſt conuertitur cum eo, quod in ſe ſic includit: paſſiones entis, ſi eſſent quidditatiuè entia, includerent illud quidditatiuè: ergo non conuerterentur cum ente: at conuertuntur, cùm ſint eius proprietates: igitur non ſunt quidditatiuè entia. *Quintum.*

QVARTA extremáque ſententia eſt, Ens prædicari in quæſtione, Quid eſt, de iis omnibus, quæ poſitiuè ſunt in rerum natura. Dico autem, *poſitiuè*, vt excludam negationes, quarum plurimæ dantur in rerum natura, tametſi nihil ponendo in rebus, ſed potiùs remouendo, vt cæcitas aſpectum, & tenebræ lumen, quæ ſententia nobis probatur. *Quarta ſententia, & probanda.*

Veræ ſententiæ explicatio. SECTIO II.

EAM igitur vt explicemus, quatuor antè præmittenda ſunt. Vnum eſt, nomine entis intelligi à nobis hoc loco ſolum ens reale, quoniam hoc ſolum eſt, quod veram habet quidditatem, & eſſentiam, quæ ſcilicet verè, ac poſitiuè exiſtere in rerum natura poſſit. *Ens quo pacto in hac quæſtione ſumatur.*

ALTERVM eſt, nomen entis generaliter ſpectatum, duobus módis accipi poſſe. Vno, vt ſignificat actum eſſendi, ſeu (quod idem eſt) exiſtendi: quo pacto eſt participiũ verbi, *Sum*: altero, vt ſignificat ipſam naturam rei exiſtentis: quo pacto non ſumitur, vt participium (ſemper enim participium, ad, ſignificat tempus) ſed tanquam nomen verbale, vt vocant: quo hactenus caremus: niſi velis, eſſentiam, vt in creaturis præcedit exiſtentiam, ſignificari nomine rei. Eandem diſtinctionem videre licet in verbo. *Viuens.* Interdum enim ſumitur, vt ſignificat actum viuendi, ſeu vitalem, quo pacto pertinet ad prædicamenta accidentium, & opponitur mortuo, éſtque participium verbi, *Viuo:* interdum vt ſignificat ipſam naturam rei viuentis: quo pacto pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ & diſtinguitur à ſubſtantia inanimata, nec ſumitur, vt participium verbi, *Viuo:* ſed vt nomen verbale. Dixi (*generaliter ſpectatum*) quia nomen entis ſumi etiam poteſt reſtrictè pro re, in qua diſtinguitur eſſe ab habente eſſe: quo pacto ens interdum ſumitur apud quoſdam Veteres, veluti apud Dionyſium in libro de Diuin. nom. & apud Platonem in Parmenide: quorum hic Dialectico more, difertis tamen verbis, concludit, *Deum non eſſe ens*, ille verò ait: *Deum eſſe ſupra ens*, quod in idem incidit. Verùm nos, quia accipimus ens, quatenus ad omnia, quæ poſitiuè ſunt in rerum natura, extenditur, hanc acceptionem entis prætermittendam duximus. *Entis duplex acceptio.* *Simile.* *Alia entis vſurpatio.* *Cap. 5.* *Deum eſſe ſupra ens quomodo intelligendum.*

TERTIVM eſt, etſi nomen entis ex ipſa impoſitione ſolam priorem ſignificationem habet: ex vſu tamen Philoſophorum, quorum eſt abſolutè diſſerere de rebus, ſiue illæ exiſtant, ſiue non: ad ſolam *Ens quid ſignificet ex ipſa impoſitione, quid ex*

penè poſteriorem ſignificationem traductum eſſe, accommodato ad priorem ſignificationem participio verbi; Exiſto. Atque hoc poſteriori modo ſumitur ens, cùm dicitur ſubiectum Metaphyſicæ: niſi quòd ſubiectum Metaphyſicæ complectitur quædam entia per accidens veluti domum, Rempub. & alia huiuſmodi per ſe ordinata, vt ſuperiori capite dictum eſt: cùm tamen entia per accidens non ſignificent eſſentiam verè vnam.

Entitas cur natura dicatur.

QVARTVM eſt. Id, quod nomine entis poſteriori, & longè frequentiori vſu ſignificatur, tribus potiſſimùm nominibus appellari ſolere: Naturæ, Quidditatis, & Eſſentiæ. Naturæ, quatenus aliquã operationẽ habere poteſt, vt inquit D. Thom. libello de ente, & eſſentia: aut potiùs, cùm hoc valde impropriè de omni entitate dicatur, Quia nulla entitas eſt, quæ aliquam proprietatem nõ habeat: ſumitur enim hoc pacto natura, vt ab ea aliquid proprium quaſi naſcitur. Quidditatis, quatenus ſignificatur per definitionem, quòd ſola definitio, quid res ſit, explicet. Eſſentiæ verò, quatenus vnaquæque res per eam, & in ea habet eſſendi actum, quem appellamus exiſtẽtiam: de qua quid ſit, & quo pacto ab eſſentia diſtinguatur, proxima quæſtione docebimus. Cap. 1.

Cur quidditas.

Cur eſſentia.

HIS ita explicatis, ſit prima concluſio. *Ens, quatenus ſignificat exiſtentiam, nec de vlla differentia rei, nec de paſſionibus entis prædicatur in quæſtione, Quid eſt, præterquam de Deo.* Ac illud quidem non prædicari de cæteris in quæſtione, quid eſt, ex eo patet: quia nec neceſſariò de illis dicitur, cùm omnes poſſint eſſe, & non eſſe. Atque hoc pacto vera eſt ſententia Auicennæ, rectáque eius probatio: niſi quòd aliter accipit nomen entis, quàm frequẽtiori Philoſophorum vſu accipi ſoleat, Quòd verò de Deo prædicetur in quæſtione, quid eſt, ea ratione probatur, quia exiſtentia Dei eſt ipſa eius quidditas, & eſſentia: alioqui non eſſet diuina eſſentia purus actus, ſiue nihil habens admixtum potentiæ ad alium actum: quod fieri non poſſe lib. 12. cap. 9. cum Ariſtot. oſtendemus. Atque hæc eſt vna ex cauſſis, ob quas Deus ſibi vendicauit nomẽ entis tanquam proprium, cùm dixit Moyſi, *Ego ſum qui ſum.* Id enim dixit, & quia ipſe ſolus neceſſariò exiſtit: & quia ſolus eſt quidditatiuè ſua exiſtẽtia: & quia eius ſolius eſſe complectitur omnes eſſendi perfectiones ſublatis omnibus imperfectionibus. Exod. 3.

Exiſtentiam prædicari de Deo in quæſtione, Quid eſt.

Cur Deo nomẽ entis propriè cõueniat.

Secunda concluſio.

SECVNDA concluſio, *Ens quatenus ſignificat eſſentiam, prædicatur in quæſtione quid eſt de omnibus rebus & omnibus earum differentiis.* Nomine rerum intelligo entia completa. Atque in his perſpicua eſt concluſio, nec quiſquam de ea dubitat ſumpto hoc pacto rerum nomine. Quod ergo attinet ad differentias, quibus res inter ſeſe intrinſecus differunt, his rationibus poteſt concluſio confirmari.

Probatur 1.

PRIMVM, Quia omnia, quibus conueniunt paſſiones entis, ſunt quidditatiuè entia: paſſiones enim non communicantur, niſi quibus communicatur quidditas, à qua fluunt: at nulla eſt differentia, cui non conueniat eſſe vnum, verum, bonum, & alia huiuſmodi, quæ in paſſionibus entis numerari ſolent.

DEINDE, Quia ſi differentiæ non eſſent quidditatiuè entia, ea, quæ ex iis conſtant, non eſſent omni ex parte entia: at hoc aſſerere non

Digitized by Google

non minùs abſurdum eſt, [illegible] ſubſtantiam non omni ex parte eſſe ſubſtantiam, quod cum Ariſtotele primo Phyſicorum, cap. 6. putant abſurdiſſimum omnes Pgiloſophi. *Text.52.*

Scotum nihil conficere, niſi poſita vniuocatione entis.

Tertio, Quia ſi qua eſſet ratio, ob quam ens non diceretur quidditatiuè de omnibus differentiis, hæc vna eſſet maximè: quia alioqui liceret concludere, vltimas differentias eſſe differentes (ea enim eſt præcipua ratio Scoti, qui ſolus cum ſuis ſectatoribus propoſitæ concluſioni aduerſatur) at hoc non efficitur, cùm ens non ſit re vera vniuocum, vt ſuprà oſtenſum eſt: non eſt igitur, cur de omnibus quidditatiuè non dicatur. Atque ex hac ratione patet, quàm ſit periculoſum paucis inſpectis à ſententiis longa communíque conſenſione probatis diſcedere. Ea enim potiſſimùm de cauſſa incidit Scotus in oppoſitam concluſionem, quia vniuocationem entis contra veterum opinionem de entis vniuocatione ſtatuerat.

Impugnatur Scoti opinio de diſtinctione differentiarũ in vltimas, & non vltimas. Nullam differentiã internã ſumi à tota forma.

Qvarta ratio hoc modo duci poteſt ex differentiarum non vltimarum explicatione, qua Scotus vtitur. Nullæ ſunt differentiæ non vltimæ, vt eas explicat Scotus: igitur, ſi verum eſt, quod idem ſupponit, ens non prædicari in quæſtione quid eſt de differentiis vltimis: de nullis differentiis eo pacto prædicabitur: at conſequens eſt abſurdiſſimum: ergo & ea explicatio differentiarum nõ vltimarum. Antecedens ex eo probatur, quia nullæ differentiæ internæ (de iis enim ſermo eſt) ſumuntur ex tota forma. Nam, quod attinet ad internas differentias accidentium, vt albedinis & nigredinis: itémque ſubſtantiarum ſeparatarum: ipſe etiam Scotus admittit, nullã eſſe, quæ ſumatur à tota forma, cùm ab alio gradu ſumatur genus, ab alio differentia. Quod verò attinet ad differentiam ſubſtantiarum, materia & forma cõſtantium, idem patebit lib. 7. vbi oſtendemus, omnes differentias, quæ ad conſtitutionem rei naturalis pertinent, ſumi à diuerſis gradibus eiuſdem formæ, nec vllam earum eſſe, quæ à tota forma ſumatur. Quod verò abſurdiſſimum ſit, ens de nullis differentiis prædicari in quæſtione Quid eſt, non ſolùm ipſe Scotus fatetur (aſſerit enim neceſſariò ens fore genus, ſi de nullis differentiis quidditatiuè dicatur) ſed etiam ex eo perſpicuum eſt, quia ſequeretur, nulla res, inter ſe differre eſſentiali diſcrimine. Si enim nulla, differentia eſt quidditatiuè ens, nulla omninò habet eſſentiam, vnde fit, vt nulla, earum eſſentiale diſcrimen rebus afferre poſſit. Quin etiam cùm modi intrinſeci, quibus Scotus trahit ens ad genera ſumma, atque adeo ad Deum, & ad cætera immediata membra diuidentia entis, eadem ratione concludatur non eſſe quidditatiuè entia, quibus ille id concludit de vltimis differentiis: efficitur, vt data vniuocatione entis, neceſſariò concedendum ſit nullam eſſe diuerſitatem eſſentialem in rebus, ſed omnia eſſe vnius & eiuſdem eſſentiæ.

Neceſſariò ens prædicari eſſentialiter de differentijs internis.

Qvinta, & extrema ratio duci poteſt ex differentiarum vltimarum declaratione, hoc pacto. Si differentiæ vltimæ ſunt, quæ non per alias differunt, vt Scotus ait: ſequitur omnes omninò, aut ſolas indiuiduantes eſſe vltimas. Nam ſi eæ omnes ſunt vltimæ, quæ non differũt per alias differentias, ex quibus conſtituantur, cũ nullæ conſtituantur

Vltimas duobus modis dici poſſe.

ex aliis differentiis (iam enim eſſent ſpecies) omnes omninò erunt vltimæ, ſi verò eæ tantùm ſunt vltimæ: quæ non differunt per alias, per quas contrahantur ad inferiora: ſolæ indiuiduantes erunt vltimæ: At ſi non omnes ſint vltimæ: de nulla earum prædicabitur ens quidditatiuè, vt Scotus vult: &, quod inde ſequitur, de nullis omninò differentiis. Si verò ſolæ indiuiduantes ſint vltimæ, de iiſque ſolis non prædicetur ens quidditatiuè: non erunt primæ ſubſtãtiæ magis entia, quàm ſecundæ: quare nec magis ſubſtantiæ, primoq; ac principaliter ſubſtantiæ. Nullam igitur vim habet diſtinctio differentiarum in vltimas, & non vltimas, vt ex ea oſtendatur, non prædicari ens quidditatiuè de omnibus differentiis.

Tertia concluſio.

Duplex genus paſſionũ, ſiue proprietatum.

Tertia concluſio: *Etſi ens poteſt prædicari in quæſtione: Quid eſt de paſſionibus particularium entium, ſaltem de quibuſdam: tamen non poteſt hoc pacto prædicari de ſuis paſſionibus.* Prior pars huius concluſionis ex eo patet: quia, etſi quædam paſſiones entium particularium non ſunt formaliter entia realia, ſed aptitudines quædam ad aliquid, cuiuſmodi eſt paſſio illa quantitatis, vt ſecundùm eam res dici poſſint æquales, & inæquales (neque enim credendum eſt, eam eſſe qualitatem aliquam, aliúdue accidens, quod ex natura quantitatis oriatur) tamen multæ ſunt formaliter entia realia, vt intellectus, & voluntas, quæ ſunt proprietates ſubſtantiarum materiæ expertium: de iis autem, quæ formaliter ſunt entia realia, non dubiũ eſt, quin ens reale prędicetur in quæſtione, quid eſt. Poſterior pars probatur eiſdem rationibus, quibus Scotus probauit tertiam partem ſuæ aſſertionis. Nec enim hac ex parte inter nos, & Scotum vlla diſſenſio eſt, niſi quòd ille putat paſſiones entis poſſe addere enti, ſiue ſignificare formaliter aliquid, quod ſit poſitiuum reale, nec tamen ſit formaliter ens, quod apertè fatetur de vno: nos autem credimus, nihil eas poſſe enti addere, niſi vel negationem, vel relationem rationis, vt quæſtione quinta oſtendemus.

Quæ in re eadem ſit Auctoris ſententia, quæ Scoti de paſſionibus entis.

2. Sent. d. 3. q. 2. ad argum.

Solutio argumentorum oppoſitarum opinionum.

SECTIO III.

SVPEREST, vt ad ea argumenta ſecundæ & tertiæ opinionis, quę noſtris concluſionib. aduerſantur, reſpódeamus. Nã, quod attinet ad ſententiam Auicennæ, nihil eſt quod dicamus: cùm nec falſa ſit, ſi rectè intelligatur, nec pugnet cum iis quæ dicta ſunt.

Quo pacto verum ſit obiectum potentiæ, dici quidditatiuè de iis quæ à potentia attinguntur.

Ad primum ſecundæ opinionis dicendũ eſt, non omnia, quæ quomodocumq; attinguntur à potentia, contineri quidditatiuè ſub illius ſubiecto adæquato, vt patet in ſilentio, motu, & figura, quæ aliquo modo attinguntur ab auditu: ſed ea duntaxat, quæ per ſe, & directò cadunt ſub potentiam, vt hic ſonus, & ille. At paſſiones entis quoad id, quod enti addunt, non attinguntur per ſe, ac directò ab intellectu, cùm ſint vel negationes, vel relationes rationis: ſed per ipſum ens, cuius ſunt affectiones.

Paſſiones entis.

Ad ſecundum dicendum eſt, paſſiones entis quoad formale abſtractum, vel eſſe negationes, quæ ſunt non entia, vel relationes rationis. Si autem concretè ſumantur, nec poſſe dici non entia, nec verò entia

rationis,

rationis, quia ſubiectum, aut quaſi ſubiectũ, pro quo accipiuntur, ſit ens reale. Poteſt tamen vnum dici negatiuum: verum autẽ, & bonum relatiua rationis, quia hæc concreta verè, ac ſimpliciter dicũtur de entibus realibus. Quòd ſi quis obiiciat, genus, & ſpeciẽ dici entia rationis, etiamſi accipiantur pro animali, & homine: ergo pari ratione verum, & bonum poſſe dici entia rationis. Occurrendum eſt, eam locutionem eſſe impropriam, & figuratã, quia ſumuntur concreta pro abſtractis: quod etiã ſæpe fit, cùm de entibus realibus eſt ſermo, vt ſi dicas, albũ eſt qualitas. Verũ hæ locutiones vix admitti debent, & in pleriſq; rebus ne vix quidẽ, vt ſi quis dicat, agẽs & patiẽs ſunt accidentia. *Obiectio.* *Dilutio.*

Ad tertium dicendum eſt, non rectè in primis ea ratione colligi, ens dici quidditatiuè de vno, quia ambo ſunt vna atque eadem natura: alioqui liceret colligere, ipſum quoque vnum dici quidditatiuè de ente. Et quidem non deſunt ex auctoribus ſecundæ opinionis, qui id concedant. Verùm, quàm id ſit abſurdum, adeò apertum eſt, vt explicatione non egeat. Adde, cùm Ariſtot. ait, ens, & vnum, eſſe vnam, atq; eandem naturam: non ita id eſſe intelligendum, quaſi velit vtrumque ſignificare formaliter vnam & eandem eſſentiam, ſed vnum nõ ſignificare vllam aliam. Itaque ſenſus eſt negatiuus, vt ſuprà diximus. Loquitur autem eo pacto Ariſtoteles, vt doceat, vnum non addere formaliter enti aliquid reale, ſed ſolam negationem diuiſionis. Vnde patet, quid de cæteris paſſionibus dicendum ſit. *Vt Flandr.* *Falſa ſententia eorum, qui volunt, Vnum dici quidditatiuè de ente.*

Ad priorem verò rationem earum, quibus Scotus ſecundam partem ſuæ aſſertionis confirmat, dicendum eſt: Primùm quidem, eãm diſtinctionem, cui argumentatio innititur, non eſſe ad rem: ſiquidem differentiæ non vltimæ, vt à Scoto explicantur, non ſunt ex iis, quibus genera per ſe diuiduntur: ſed vel ſunt concreta accidentium, vt album aut nigrum, ac proinde entia completa, vel ſunt concreta formarum ſubſtantialium ſecundùm omnes gradus earum ſimul: quæ concreta, etſi incompleta ſunt, quemadmodum, & formæ ſubſtantiales ex quibus fiunt: tamen non diuidunt per ſe vllum genus, ſed tantùm illę, quæ ſumuntur ex ſingulis gradibus formarum, vt patebit libro 7. Deinde verò, non rectè Scotum docuiſſe, differentias vltimas ſumi ex ſola vltima realitate formæ, quam nos vocamus vltimum gradum entitatis formæ. Nam aut debuit ponere differentias medias inter non vltimas, quas ait ſumi ex tota forma, & vltimas, quæ ſumuntur ex vltimo gradu: aut certè dicere, vltimas ſumi ex quibuſuis gradibus, ſiue illi ſint vltimi, ſiue non vltimi: quandoquidem ex quolibet grádu formæ ſumitur aliqua differentia. Denique ad argumentum neganda eſt maior: nec probatio quicquam efficit, cùm falſo innitatur fundamento vniuocationis entis, quæ ſuprà impugnata eſt. Deinde, quia eadem ratione probabis, decem ſumma genera eſſe propriè differentia, ac proinde non ſumma genera, ita enim ſunt diuerſa inter ſe, vt tamen Scoti ſententia vniuocè conueniant in ente: quod haud ſcio quo pacto Scotus non attenderit. *Differentiæ non vltimæ, quæ ſint re vera.* *Contra Scotum.* *Genera ſumma non propriè inter ſe differre.*

Ad poſteriorem dicendum eſt, multa quoque in ea deprehendi vitia. primùm enim, etſi colligit inſtitutũ ex vniuocatione entis: tamen

ſi ens eſt analogum, vt oſtendimus, nihil conficit. Poteſt enim ens alia ratione dici quidditatiuè de vltimo conceptu obiectiuo determinabili, vt de ſubſtantia genere ſummo: alia verò de vltimo conceptu determinante, vt de conceptu corporei: quos quidem intellige eſſe vltimos in reſolutione. Deinde ſi quid colligit, non ſolùm concludit, non dici ens quidditatiuè de vlla differentia vltima, ſed nec de vlla omninò. Id enim, quod determinatur à forma, ſi modò ſit vniuocum, non poteſt pertinere ad quidditatem formæ determinantis. Poſtremò ſumit quaſi certum ens ſecundùm conceptum communem, eſſe veluti materiam primam, quod tum demùm dici poſſet, ſi eius conceptus obiectiuus eſſet ſimpliciter præciſus ab omnibus conceptibus obiectiuis particularibus. Itaque ens non ſecundùm communem conceptum, quem omnino confuſum diximus, ſed ſecundùm conceptus diſtinctos primò determinabiles in compoſitione, & vltimò in reſolutione, ſubit vicem materiæ primæ: vt ſecundùm conceptum ſubſtantiæ, aut quantitatis: differentiæ verò, quæ proximè diuidunt eiuſmodi conceptus, ſubeunt vicem formarum ſubſtantialiũ, quæ ſunt primæ in compoſitione, & vltimæ in reſolutione: veluti corporeũ, & continuũ.

Quo pacto ens materia prima vicem ſubeat.

DENIQVE iis argumentis, quibus Scotus tertiam partem ſuæ aſſertionis confirmat, nihil eſt repugnandum, quia rectè probant poſteriorem partem tertiæ concluſionis noſtræ, ſumpto ente pro ente reali, vt in hac quæſtione ſumitur.

VTRVM EXISTENTIA RERVM diſtinguitur ab eſſentia.

QVÆSTIO III.

Trium opinionum enumeratio, primaq́; explicatio, & impugnatio.

SECTIO I.

POSVIMVS initio ſuperioris quæſtionis, exiſtentiam diſtingui aliquo modo ab eſſentia: nunc vtrum ita ſe res habeat, & qualis ſit earum diſtinctio videamus. Eſt enim hac de re inter Philoſophos non mediocris contentio.

Prima opinio de diſtinctione eſſentia ab exiſtẽtia.

ALII enim dicunt, exiſtentiam nullo pacto diſtingui ab eſſentia, tametſi exiſtentia diſtinguatur ab exiſtere, & exiſtente, itémque eſſentia ab eſſe, & ente ſola grammatica diſtinctione, tanquam abſtracta à concretis, & nomina verbalia à verbis, & participiis: quæ diſtinctio non cernitur in rebus ſignificatis, ſed in modo ſignificandi, & concipiendi. Exiſtentia enim & eſſentia, vt aiunt, ſolam naturam cuiuſque rei ſignificant: exiſtere autem, & eſſe, habere eſſentiam: exiſtens denique & ens, ſi ſumantur vt participia, ſignificant habens eſſentiam in tempore præſenti: ſi autem ſumantur vt nomina, ſignificant habens eſſentiam abſolutè, id eſt, ſine adſignificatione temporis præſentis.

ALII exiſtimant exiſtentiam, etſi in Deo non diſtinguitur ab eſſent

eſſentia diſtinctione vlla inuenta in rebus: tamen in creaturis diſtingui reali diſtinctione, vt rem vnam ab alia re.

ALII dicunt, exiſtentiam creatam diſtingui quidem aliquo modo ab eſſentia, atque adeo diſtinctione inuenta in ipſis rebus: ſed tamen non vt rem vnam à re alia. *Secunda.*

Tertia.

Sentẽtia quorundã de diſtinctione quidditatis ab eſſentia.

Ioan. Gand. hoc libr. p. 3. Niph. diſt. 2.

SVNT denique qui exiſtiment: in rebus corruptibilibus diſtingui eſſe ab eſſentia, in perpetuis non item. Sed eorum ſententia prætermittenda nunc eſt, quòd in alienum ſenſum quæſtionem detorqueãt; ſumentes eſſe pro quidditate, de cuius diſtinctione ab eſſentia hoc loco non agimus.

QVOD ſi quis, eodem modo atque illi, reſpondeat, ſed tamen ſumat eſſe pro exiſtere, & diſtinctionem pro ſeparatione (tametſi impropriè) quaſi dicat, res corruptibiles non ſemper exiſtere, perpetuas ſemper: nulla erit in quæſtione difficultas, niſi quod adhuc erit dubium idem, de quo ſuperiores tres ſententiæ diſſentiunt, de modo, inquam, diſtinctionis exiſtentiæ ab eſſentia. Ita ſatis erit, ſi tres ſuperiores diſcutiamus.

Auctores primæ opinionis.

PRIMA opinio eſt Heruæi quolib. 7. q. 9. Gab. in 3. d. 6. q. 2. & Nominalium, in quam etiam inclinat Duran. 1. q. 3. q. 2. quanquam in 3. d. 6. q. 2. videatur dubitare: ait enim in poſteriori loco exiſtentiam vel eſſe idem cum eſſentia, vel eam immediatiùs ſequi quacumque proprietate. Quæ ſententia quinque argumentis potiſsimùm probari ſolet. Primum eſt. Ita ſe habet exiſtentia ad exiſtere, vt eſſentia ad eſſe: atqui exiſtere, & eſſe nullo pacto diſtinguuntur: ergo à commutata proportione, nec exiſtentia, & eſſentia. *Argumentũ primum.*

SECVNDVM. Realitas rei nullo modo diſtinguitur ab eſſentia rei: at rem exiſtere idem eſt omninò atque eſſe realiter: igitur rem exiſtere, ſeu habere exiſtẽtiam, idem eſt omninò atque habere eſſentiam, & à coniugatis, exiſtentia rei idem omninò eſt, atque eſſentia rei. 2.

TERTIVM. Si exiſtentia diſtingueretur ab eſſentia tanquam aliquid illi adiunctum nulla eſſet creatio: cõſequens eſt abſurdiſſimum: ergo & antecedẽs. Maior ex eo probatur, quia creatio eſt actio, per quã aliquid perducitur ex non eſſe ad eſſe, nulla ſuppoſita entitate illius: nunc autem ſi eſſe eſt aliquid adiectum eſſentiæ, iam ad creationem ſupponitur ipſa eſſentia, quæ tamen per creationem accipit eſſe. 3.

QVARTVM. Si exiſtentia non eſſet idem, quod eſſentia, in omni generatione darentur duo termini totales, ſeu duo compoſita, quæ per ſe fierent, quorum vnum eſſet ipſa eſſentia rei quæ conſtat materia, & forma, alterum, totum hoc eſſentia exiſtens, quod conſtaret ex eſſentia, & exiſtentia: at duo termini totales vnius mutationis non ſunt admittendi: ergo nec diſtinctio exiſtentiæ ab eſſentia. 4.

QVINTVM. Quandocumque aliquid diuiditur per duo membra, quorum alterum deſtruit, diuiſum reliquum membrum nihil addit diuiſo, ſiue reale, ſiue rationis, ſed ſolùm affirmat ipſum diuiſum: vt patet in diuiſione hominis per verum, & pictum, aut per viuum & mortuũ: huiuſmodi autem eſt diuiſio entis per ens actu, & ens potentia: ſiquidem lapis potentia non eſt lapis, & ita ſe res habet in cæteris, igitur 5.

ens actu,

ens actu, ſiue actu exiſtens, nihil omninò addit enti abſolutè ſumpto, ſiue reali ſiue rationis.

Loca Ariſtotelis pro eadem opinione.

Confirmatur hæc ſententia ex iis, quæ Ariſtot. docet. Ait enim hoc capite, *idem eſſe dicere hominem, atque ens hominem*, id eſt, hominem exiſtentem: Et rurſus, *Quæcunque eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur, eſſe eandem naturam*, ſatis autem patet, eſſe, & eſſentiam eadẽ generatione generari, & eadem corruptione corrumpi: imò etiam per ſe primò: neque enim datur vnum ante aliud. Scribit etiam libro ſequenti cap. 7. hunc in modum. *Quoniam igitur eorum, quæ prædicantur, alia quid eſt ſignificant, alia quale, alia quantum*, &c. *ipſum eſſe, idem, quod vnumquodque iſtorum ſignificat, Nihil enim hæc differunt, homo valens eſt, & homo valet, &c.* Text. 3. Text. 14.

Impugnatur.

Verum hæc ſententia, vel his rationibus facilè refutatur. Duo prædicata communia, quæ ita affecta ſunt ad idem ſubiectum, vt alterum de eo dicatur in quæſtione, Quid eſt, alterum non item, ſi non re, ſaltem ratione diſtingui debent: alioqui eodem modo de eo ſubiecto dicerẽtur: at ens, quatenus ſignificat exiſtentiam, de nulla re prædicatur in quæſtione Quid eſt, præterquam de Deo, vt patet ex prima concluſione ſuperioris quæſtionis: quatenus autem ſignificat eſſentiam, de omnibus rebus prædicatur in quæſtione, Quid eſt, vt patet ex ſecunda concluſione eiuſdem: ergo, &c.

Exiſtentiam de ſolo Deo dici quidditatiuè.

Præterea ſi exiſtentia, nec in Deo, nec in creaturis vllo modo differret ab eſſentia, non eſſet proprium diuinæ eſſentię eſſe ſuam exiſtentiã, hoc autẽ pugnat cũ omniũ Theologorũ ſentẽtia: ergo & illud.

Reſponſio Heruei.

Hvic argumento reſpondet Herueus, Ideo dici à Theologis, Deũ eſſe ſuam exiſtentiam, quia nomina concreta in diuinis, nec ex formali ſignificatione, nec ex modo ſignificandi important aliquid diuerſum à diuina eſſentia: quò fit, vt quemadmodum verè dicimus, Deus eſt ſua eſſentia, ſic etiam dicere poſſimus Deus eſt ſua exiſtentia. Ideo autem hominem, Angelum, & alias creaturas non dici ſuas exiſtentias, quia nomina concreta in creaturis important multa, & diuerſa entia: ſignificant enim aliquam vnam eſſentiam ex formali ſignificatione: ex modo autem ſignificandi concretorum, important cætera omnia, quæ cum illa eſſentia coniuncta ſunt. Verbi cauſa, homo ſignificat ex formali ſignificatione ſolam humanam naturam, ex modo autem ſignificandi importat quantitatem, & omnes qualitates, quæ ſunt cum natura humana coniunctæ. Angelus item ſolam naturam angelicam formaliter ſignificat: ex modo autem ſignificandi concretorum nominum importat omnia accidentia, quæ Angelo inhærent. Vnde fit, vt quemadmodum falsò dixeris, hominem, & Angelum eſſe eſſentias ſuas: quòd vterque plura importet, quàm eſſentiam ſuam, ſic etiam falsò dices, hominem, & Angelum eſſe ſuas exiſtentias, quæ eadem ſunt omnino cum ſuis eſſentiis.

Diſcrimẽ inter nomina cõcreta in diuinis, & in creaturis.

Idem diſcrimẽ tradit D. Thom. ſupra Boetium de hebdomadibus.

Reſponſionis impugnatio.

Verum hæc reſponſio nullam vim habet. Primùm, quia etſi hoc diſcrimen cernatur inter Deum, & creaturas, quatenus ſignificantur nominibus concretis: nullum tamen habet locum, quatenus ſignificantur abſtractis. Vt enim Deitas nullo pacto diſtinguitur à ſua exiſtentia,

Digitized by Google

ſtentia, ſic etiam auctores ſententiæ, quam impugnamus, fatentur humanitatem nullo pacto diſtingui à ſua exiſtentia, quod tamen negant Theologi: atque ideo nos in obiiciẽdo, abſtracto nomine eſſentiæ diuinæ vſi ſumus. Deinde quia Theologi, dum hoc diſcrimẽ conſtituunt inter Deum & creaturas, non agunt de Deo, & creaturis, vt his, vel illis nominibus ſignificãtur: ſed de rebus ipſis, vt de homine, quatenus homo eſt, ſeu quatenus quædam ſubſtantia, vt à cæteris omnibus entibus diſtinguitur. Poſtremò, quia ſi hæc ſententia vera ſit, neceſſariò ſequetur apud eos, qui nullam relationem realem in creaturis agnoſcunt, ſi angelus creetur ſine vllo prorſus accidente abſoluto (quod fieri nil videtur repugnare) fore, vt eiuſmodi angelus non ſolùm quatenus nomine abſtracto ſignificabitur: ſed etiam quatenus concreto, eodem prorſus modo idem ſit cum ſua exiſtentia, quò id Theologi affirmant de Deo: quòd certè ne ipſi quidem relationem realium impugnatores concedere audebunt. Quòd ſi auctores huius ſententiæ huic argumẽto reſpondeant: etiam angelum ſine vllo accidente creatum non poſſe dici ſuam exiſtentiam, eo quòd ſublatis omnibus accidentibus adhuc ſit ſuppoſitum, quod quidem vt omnium Theologorum ſententia diſtinguitur ab eſſentia, ita etiam diſtinguitur ab exiſtentia: nihil ad rem erit reſponſio. Neque enim loquimur de diſtinctione exiſtentiæ à ſuppoſito, ſeu ſubſiſtente, ſed ab eſſentia ſiue natura. Accedit, quòd non deſunt ex iis auctoribus qui exiſtimẽt, ſuppoſitum & naturam idem prorſus eſſe à parte rei, ſolóque ſignificandi modo diſtingui. Quòd ſi omninò idem ſunt à parte rei, profectò, quemadmodum eſſentia huius angeli creati ſine accidente reali erit prorſus idem cum exiſtentia eiuſdem: ita & ſuppoſitum.

D. Thom. 3. part q 17. & diſt. in 3. lib. ſent. diſt. 6.

Refellitur alia reſponſio.

Vt Duran. in 1. diſt. 34. q. 1.

Suppoſitio.

POSTREMÒ. Si eſſentia, & exiſtentia, etiam in creaturis penitus idem eſſent, & pari ratione exiſtere, & eſſe ens (ſumpto ente vt formaliter ſignificat eſſentiã) quo pacto hæc eſt vera, Antichriſtus non exiſtit, ſic etiam hæc eſſet vera, Antichriſtus non eſt ens: at hoc eſt falſum: ergo & illud. Probatur minor. Quia ſi Antichriſtus non eſt ens: ergo nec ſubſtantia, nec homo, ac proinde nec Antichriſtus: quæ eſt aperta contradictio.

HANC etiam rationem diſſoluere conatur Herueus aſſerẽs, idem poſſe negari de ſeipſo alio modo ſumpto, vt homo actu de homine potentia. Itaque exiſtimat, hanc eſſe nunc veram: Antichriſtus non eſt Antichriſtus, quemadmodum hæc: Antichriſtus non exiſtit, idque propterea quòd Antichriſtus potentia, non ſit Antichriſtus actu, qui ſolus verè, ac ſimpliciter eſt Antichriſtus.

Solutio. Heruei.

SED nec huiuſmodi reſponſio diſſoluit propoſitum argumẽtum. Primùm, quia hæc eſt ſimpliciter falſa: Antichriſtus non eſt Antichriſtus (neque enim apertior eſt vlla contradictio, ſi ſimpliciter, & ex vi verborum iudicanda eſt) & tamen hæc eſt ſimpliciter vera, Antichriſtus non exiſtit. Deinde, quia hæc poſterior eſt contingens, cùm aliquando futura ſit falſa: illa verò, ſi in eo ſenſu, quem ille ei tribuit, admittenda eſt, planè eſt neceſſaria, cùm nullo vnquã tempore, propoſitio hæc: Antichriſtus potẽtia nõ eſt Antichriſtus actu, falſa eſſe poſſit.

Refutatio.

Exiſtẽtia diſtingui ab eſſentia ex Ariſtotelis ſententia.

POTEST itẽ refutari eadẽ opinio ex Ariſtot. ſententia 2. Poſt. c. 7. vbi perſpicue docet, eſſentiam diſtingui ab eſſe, ſiue ab exiſtentia his verbis: *Quid autem ſit homo, aliud eſt, quàm hominem eſſe,* & rurſus, *Eſſe verò nulli rei eſt ſubſtantia, id eſt, eſſentia.* Item ex Diuiſione quæſtionum, quam tradit initio eiuſdẽ libri, ſi ita concludas: Quæſtio quid eſt, Ariſtotele auctore, diſtinguitur à quæſtione. An eſt: ergo & quidditas ſiue eſſentia ab exiſtentia. Ita patet, falſam eſſe primã ſententiam, neceſſarióque diſtinctionem aliquam conſtituendam eſſe inter eſſentiam, & exiſtentiam, quæ non ex verbis tantùm, & modo ſignificãdi ſumatur.

Text. 7.

2. Poſt.

Ita argumentatur. Ægidius in tractatu de Eſſe, & eſſentia. quæſt. 9.

Secunda opinionis impugnatio. SECTIO II.

D. Thomæ eiuſque ſectatorum ſententia.

SECVNDA opinio, quæ quoad poſteriorem partem, primæ ſententiæ opponitur (nam, de priori parte nulla eſt controuerſia) placet D. Thom. 2. cont. Gent. c. 53. in libello de ente, & eſſentia, cap. 5. & in tract. de formis, quæſt. 3. art. 5. & aliis locis compluribus, vt illum interpretantur Ferrarienſis in commentariis primi loci: Caiet. in commentariis ſecundi: Capreo. in primum ſent. d. 8. q. 1. Paulus Sonc. hoc loco q. 12. & reliqui doctrinæ illius non modò ſectatores, ſed etiam inſectatores: excepto vno, aut altero ex recentioribus Thomiſtis, qui eius ſententiam minùs rectè videtur explicare. ſic enim ſcribit ipſe in loco citato de formis. *Nec poteſt ad hoc reſponderi (ſicut quidam volunt) quòd eſſe, & forma differant ſecundùm rationem, ſed tamen ſint idem ſecundùm rem, &c.* Eandem ſententiam amplectitur Ægidius Rom. in primum ſent. diſt. 2. q. 4. art. 1. Quæ quinque etiam potiſſimùm argumentis quemadmodum ſuperior confirmari ſolet.

Caiet. cap. 7. de Ente, & eſſentia q. 11.

Argumẽtum primum huius opinionis.

PRIMVM eſt. Nulla res eſt in potentia ad ſeipſam, vt patet: eſſentia creaturæ eſt in potentia ad ſuam exiſtentiam: non eſt igitur idem re cum ſua exiſtentia.

2. SECVNDVM. Nulla res verè intelligi poteſt ſub oppoſito eius, cum quo eſt idem realiter (neque enim homo intelligi poteſt ſub oppoſito animalis, aut rationalis, quia eſt idem re cum animali, & rationali: eodémque modo ſe res habet in cæteris) at eſſentia cuiuſlibet creaturæ poteſt verè concipi, ac intelligi ſub oppoſito ſuæ exiſtentiæ, vt cùm eſſentia roſæ, aut tonitrui intelligitur non exiſtere: igitur nullius creaturæ eſſentia eſt idem re cum ſua exiſtentia.

3. TERTIVM. Par eſt ratio in exiſtentia ſubſtantiæ creatæ, atque in exiſtentia accidentis, vt vel vtraque vel neutra dicatur diſtingui ab eſſentia diſtinctione reali, at exiſtentia accidentis diſtinguitur re ipſa ab eſſentia accidentis, ergo & exiſtentia ſubſtantiæ creatæ ab eſſentia ſubſtantiæ creatæ. Minor ex eo videtur perſpicua, quia in ſacramento Euchariſtiæ quantitas panis amittit re ipſa exiſtentiam illam, quam habebat in pane, vt potè exiſtentiam in illo, & quod plus eſt, accipit nouam exiſtentiam ſubſtantiæ, qua poſſit eſſe ſubiectum reliquorum accidentium, vt quidam dicunt. Ita fit, vt omnis exiſtentia creata diſtinguatur ipſa ab eſſentia, cuius eſt exiſtentia.

In Euchariſtia quantitas panis amittit ſuam exiſtentiam in pane.

4. QVARTVM. Si exiſtẽtia creaturę nõ diſtingueretur re ab eſſentia,

non

non reciperetur in illa,conſequens eſt falſum,& abſurdum,ergo & antecedens. Maior patet, quia nulla res dicitur recipere ſe ipſam. Minor probatur dupliciter. Primùm,quia ſi exiſtentia creaturæ non recipitur in eſſentia : nulla eſt ratio , cur hoc exiſtens, per ſe, & hoc intelligens (accepto nimirum vtroque termino pro eodem homine, aut Angelo) ſint idem ſubiecto:neq; enim duo aliqua dicuntur idem ſubiecto:niſi quia vel alterum ineſt alteri,vel vtrumq; eidem tertio : at nec intellectio poteſt ineſſe ipſi exiſtentiæ per ſe , cùm exiſtẽtia ſit vltimus actus, ſeu forma cuiuſque rei,nec item exiſtentia per ſe poteſt ineſſe intellectioni,cùm priùs natura res exiſtat,quàm intelligat : ergo,niſi vtraque recipiatur, ac inſit in eſſentia, nulla prorſus ratio relinquitur, cur hoc exiſtens per ſe, & hoc intelligens ſint idem ſubiecto,quod tamen negari nullo modo poteſt , cùm perſpicuum ſit , vnum & idem ſuppoſitum eſſe per ſe exiſtens, & intelligens. Deinde , quia ſi exiſtentia ſubſtantiæ creatæ non reciperetur in eſſentia , illud abſurdum admittendum foret,eſſe eam infinitam. Nulla enim forma eſt limitata,& finita, niſi aut propter differentiam, qua contrahitur , quo pacto color eſt finitus in albedine : aut propter ſubiectum , in quo recipitur,quo pacto albedo limitatur ad certos gradus, quia recipitur limitatè in ſubiecto: cùm ergo exiſtentia creaturæ non ſit limitata,& finita per differentias (exiſtentia enim , cùm ſit vltimus actus , non poteſt limitari per alios actus,cuiuſmodi ſunt differentiæ) efficitur, vt,niſi ſit limitata propter receptionem in eſſentia , neceſſariò ſit limitata, & infinita. *Sonc. hoc modo, aliter Caiet.*

Ità Ferrarien. in loco citato. QVINTVM. Id, quod conuenit alicui non per vllam cauſam effectiuam,diſtinguitur re ipſa ab eo,quod non cõuenit eidem, niſi per aliquam:atqui prędicata eſſentialia conueniunt creaturis nõ per vllam cauſſam effectiuam (ſiquidem huiuſmodi propoſitiones , Homo eſt animal,Homo eſt ſubſtantia,& ſimiles ſemper fuerunt veræ,etiam antequam Deus quicquam efficeret) prædicatum autem , quo de rebus creatis affirmatur exiſtentia, non conuenit creaturis, niſi per cauſſam efficientem,vt patet:non eſt igitur dubium, quin eſſentia,& exiſtentia creaturarum re ipſa diſtinguantur.

Text.7. EADEM ſententia confirmatur ab his auctorib. ex loco illo Ariſt. 2. Poſter. cap.7. quo ſuperiorem opinionem impugnauimus. Dicunt enim verba illa planè ſignificare diſtinctionem realem inter eſſentiam & exiſtentiam, cùm affirment, aliud eſſe eſſentiam,aliud exiſtentiam. Idem quoque volunt , docuiſſe Boëtium in libro de hebdomadibus, cap. 1. cùm ita ſcripſit, *Diuerſum eſt eſſe, & id quod eſt,* & paulò inferiùs, *Eſt autem aliquid , cùm eſſe ſuſceperit.* *Propoſ. 2.* *Propoſ. 3.* *Confirmatur ex Ariſtotele.* *Ex Boëtio.*

VERVM huiuſmodi ſententia non videtur probanda. Primùm, quia ſi exiſtentia creaturarum diſtingueretur ab eſſentia , vt res à re, poſſet ab illa ſeparari diuina poteſtate , præſertim cùm neutra quicquam includat alterius : at nullo modo videtur fieri poſſe , vt exiſtentia v. g. huius lapidis permaneat in rerum natura pereunte eſſentia eiuſdem lapidis,aut conſeruata ſeparatim ſub alia exiſtentia, quemadmodum illi conſeruari poſſe arbitrantur , argumento ſumpto ab exiſtentia naturæ aſſumptæ à Verbo diuino. *1. Refutatio propoſitæ ſententiæ , quia eſſentia, & exiſtẽtia ſeparari nequeant.*

2. *Quia ſupervacanea ſit realis earum diſtinctio.*

Deinde quia fruſtra inducitur realis diſtinctio, tanquam rei à re vbi minor eſt ſatis, quàm realis: quicquid autem illi efficiunt ac defendunt ſua illa diſtinctione exiſtentiæ ab eſſentia, nos efficiemus, ac tuebimur minore, vt patebit. Atque hæc communia ſunt argumenta.

3. *Quia exiſtētia non ponatur per ſe in prædicamētis.*

Tertiò, quia ſi diſtinguuntur vt res à re, erunt vtique diuerſa entia realia. Quare cùm nulla ſit ratio cur, ſi exiſtentia eſt ens reale, non ſit ens reale completum (ea ſaltem, quæ eſt completarum rerum) ponetur profectò huiuſmodi exiſtentia in prædicamentis: quod & ipſi de communi Philoſophorum, & Theologorum conſenſu negant, & fieri non poſſe patebit libro ſequenti.

Ex Ariſtotele.

Refutatur quoque eadem ſententia ex iis, quæ Ariſtoteles ſcribit 3. Poſt cap. 1. cùm excludit à numero earum quæſtionū, quæ plura complectuntur, quæſtiones, An eſt, &, Quid eſt. Ideo enim id facit, quia nunquam earum termini ſignificant plures res: cùm interim id ſæpè contingat in quæſtionibus, Quia eſt, & Propter quid eſt.

Approbatio tertiæ ſententiæ, & refutatio trium quorumdam ſenſuum illius.

SECTIO III.

Media ſententia.

TERTIA demùm ſententia, quæ vt media eſt, ita veritatem attingere videtur, eſt fermè Realium Scholaſticorum, atq; adeo quorumdam recentiorum Thomiſtarum, qui nobis videntur inuitum etiam D. Thomam in eandem ſententiam trahere. Verùm non omnes eodem modo explicant.

Scot. 3. Phyſi. q. 2. & in 4. ſent. d. 10. q. 2. poſt. Franciſcum Victoriam Quodlib. 9. & 10.

Henrici explicatio.

Henricus enim Gandauenſis in Quodlibetis ait, creaturam exiſtentem nihil addere vltra eſſentiam, niſi relationem quandam, quę idem ſit re cum eſſentia, & terminetur ad cauſſam efficientem, à qua creatura actu fit, aut conſeruatur. Sed hæc Henrici ſententia, niſi profundius aliquid intelligat, non eſt probanda. Iſto enim modo nihil aliud eſſet exiſtere creaturæ, quàm referri relatione actualis dependentiæ ad cauſſam efficientem: quod non ſolùm ex eo falſum eſſe deprehenditur, quia exiſtendi verbum non eſt relatiuum ſed abſolutum: verùm etiam quia relatio actualis dependentiæ ſupponit exiſtentiam creaturæ dependentis.

Refutatio.

Alterius explicationis rejectio.

Recentiores quidam.

Alij dicunt, creaturam exiſtentem nihil addere ſuæ eſſentiæ, niſi hoc ſolùm, quòd ſit extra cauſſas ſuas. Sed nec huiuſmodi ſentētia placet. Nam ſi idem eſſe credunt: rem eſſe extra ſuas cauſſas, quod referri ad illas relatione actualis dependentiæ, ex proximè dictis refutata relinquitur. Si verò idem eſſe putant, quod rem productam eſſe à ſuis cauſſis, & nondum corruptam, aut annihilatam: ex eo non eſt probanda ſententia, quia hæc oratio non ſignificat formaliter, rem habere eſſe actu, ſed accepiſſe illud à cauſſa ſua, & nondum amiſiſſe, quæ haud dubiè ſunt conditiones coniunctæ cum actuali exiſtētia creaturarum, non ipſa earum actualis exiſtentia. Si denique idem, quod rem, neque

eſſe

eſſe ſolùm obiectiuè in intellectu, neque etiam in ſola poteſtate ſuarum cauſſarum (neque enim alius præterea ſuccurrit ſenſus illorum verborum) de eo eſſe nos quærimus, quidnam ſit, & quo pacto ab eſſentia diſtinguatur. Itaq; nihil liquidò cōſtat ex hoc explicandi modo.

Alij Recentiores. *Vbi Tremb. lib. 5 q. 6.*

Alij denique dicunt, exiſtentiam creaturæ diſtingui formaliter ab eſſentia, quo pacto ſimilitudo diſtinguitur ab albedine poſita identitate reali relationum cum ſuis fundamentis. Verùm hæc explicatio, quæ Scoto à quibuſdam tribuitur, nec Scoto tribuenda eſt, vt eius quoque ſectatores aſſerunt, nec videtur vera. Ea enim ſola propriè diſtinguuntur formaliter, quæ ſunt diuerſæ entitates, vt ſubſtantia, & quantitas: animal, & rationale: aut vnum addit aliquid entitatis entitati alterius, vt homo, & animal: exiſtentia autem non diſtinguitur ab eſſentia, vt entitas ab entitate cùm non ſit quidditatiuè ens, vt patet ex dictis: vnde fit, vt nec entitatem enti poſſit adiungere. Præterea, ſi diſtingueretur formaliter ab eſſentia, ac proinde eſſet ens, cùm nulla ratio appareat, cur non eſſet completum (ea ſaltem, quæ eſſet completarum rerum, vt contra ſecundam opinionem dicebamus) poneretur vtique per ſe in aliquo, aut pluribus prædicamentis, at non ponitur per ſe, vt omnes fatentur, ergo, & cæt. Quòd ſi quis illam, aut contra omnium communem ſententiam dicat, eſſe ens completum, & poni per ſe partim in prædicamento quantitatis partim in prædicamento Quando (in his enim prædicamentis videbuntur per ſe poni durationes ſucceſſiuæ creaturarum, à quibus nihil credentur differre ipſæ earum exiſtentiæ) aut certè aſſerat eſſe ens incompletum, vtpote actum quemdam vltimum, quo quælibet ſpecies contrahatur ad ſua indiuidua (hæc enim ſententia alicui forſitan arrideat) vtrumque nos fieri non poſſe, latè oſtendemus libro ſequenti.

Tertia explicationis refutatio.

Aliter probant ſectatores Scoti eſſentiam, & exiſtentiam non diſtingui formaliter. Quia eadem, inquiunt, eſt definitio hominis actu exiſtentis, & hominis abſolutè. Quæ ratio, ſi bona eſt, ad ſuperiorem reuocari debet. Quia enim actualis exiſtentia non eſt entitas: idcircò non alia definitio tradenda eſt hominis abſolutè ſumpti, alia hominis exiſtentis actu: multiplicatio enim definitionum ex multiplicatione entitatum naſcitur.

Scoti ſectatorum ratio. *Definitio alia non eſt hominis abſolutè ſumpti, alia actu exiſtentis.*

Vera explicatio tertiæ ſententiæ.

SECTIO IIII.

QVo igitur pacto media ſententia vera ſit, tribus concluſionibus explicandum.

Prima concluſio. *Exiſtentia creaturarum non eſt idem omnino, quod eſſentia illarum.* Quæ concluſio ex impugnatione primæ ſententię perſpicua eſt. *Prima concluſio.*

Secunda concluſio. *Exiſtentia creaturarum non diſtinguitur ab eſſentia illarum realiter, ſiue vt res à re.* Hæc item patet ex impugnatione ſecundæ ſententiæ. *Secunda.*

Modus intrinſecus quid.

TERTIA concluſio. *Exiſtentia creaturarum diſtinguitur ab illarum eſſentia ex natura rei, non tamen formaliter, ſed tanquam vltimus eius modus intrinſecus.* Voco autem modum intrinſecum, eum, qui conuenit rei, non per aliam realitatem, ſiue entitatem: quales ſunt modi, quibus diſtinguntur genera ſumma inter ſe: & modus, quo intenſio trium graduum diſtinguitur ab albedine, cuius eſt intenſio. Quocirca qualitates, quæ dicuntur modi ſubſtantiæ, vt habitus, & figura, & huiuſmodi alia, ideo non ſunt modi intrinſeci ſubſtantiæ, quia conueniunt ſubſtantiæ per aliam entitatem ab entitate ſubſtantiæ, nempe per entitatem qualitatis, quæ eſt verum ens ab entitate ſubſtantiæ diſtinctum. Atque hæc concluſio eſt Alexandri Alenſis in ſeptimum librum huius operis quam fatetur ſe ab aliis accepiſſe, eandémque poſtea ſequutus eſt Scotus, & alij complures.

Auctores concluſionis 3.

In textu. 12. Vide Scoti additionem 1. quæſtionis 1. quodlibeti 1.

PRIMA pars huius concluſionis probari poteſt argumentis ſecundæ ſententiæ ad verum ſenſum reductis. Id enim ſolùm efficiunt, vt exiſtentia creaturarum diſtinguatur ab earum eſſentia ſecluſa omni operatione intellectus, vt ex eorum ſolutione patebit, hoc autem eſt diſtingui ex natura rei. Secunda pars ex fine ſuperioris ſectionis patet. Tertia probatur. Quia quicquid diſtinguitur ab aliquo ex natura rei, & non realiter, aut diſtinguitur ab eo ratione alicuius realitatis, vt homo ab animali additione differentiæ, aut ratione modi intrinſeci, vt albedo certæ intenſionis ab albedine abſolutè additione determinationis: aut ratione vtriuſque, quo pacto ſimilitudo diſtinguitur ab albedine, in qua fundatur, habet enim non ſolùm diuerſam realitatem, ſiue entitatem, ſed etiam diuerſum modum eſſendi, cùm pertineat ad aliud prædicamentum. At exiſtentia creaturarum diſtinguitur ab eſſentia earum ex natura rei, nec realiter, vt oſtenſum eſt, & inſuper non eſt formaliter realitas vlla, ſiue entitas, vt formaliter ab eſſentia diſtingui poſſit: reſtat igitur, vt diſtinguatur ab eſſentia tanquam modus intrinſecus illius. Quòd autem diſtinguatur vt vltimus, ex eo patet, quia quicquid in creaturis concipitur ſub quauis entitate, aut modo entitatis, qui non ſit actualis exiſtentia, adhuc vlteriùs naturæ ordine concipi poteſt ſub actuali exiſtentia. Atque hæc eſt cauſſa, ob quam Theologi, ac Philoſophi dicunt, exiſtentiam eſſe vltimam actualitatem omnis formæ. Dicerem generaliùs, *omnis entitatis*, quia omnis entitas habet ſuam exiſtentiam etiam entitas materiæ primæ, vt patebit libr. 8. Verùm illi partim preſſiùs loquuntur de exiſtentia in illo pronunciato: partim ſunt ex eorum numero, qui putant omnem exiſtentiam prouenire à forma.

Quotuplex diſtinctio ex natura rei.

Exiſtentiam eſſe vltimum modũ intrinſecum.

Lege D. Th. in tractat. de formis. q. 3. art. 3.

Eſſe vltimam actualitatem omnis entitatis.

In his ſunt D. Thom. 1. p. q. 3. art. 4. & alibi ſæpe Sco. 2. ſent. d. 3. Ægidius quodl. 1. q. 7.

Prima dubitatio.

SED quærat aliquis hoc loco, Qui fieri poſſit, vt exiſtẽtia actualis ſit vltima actualitas omnis entitatis, cùm ipſa adhuc ſit in potentia, vt ſit actu: exiſtentia enim roſæ, cum roſa non exiſtit, eſt in potentia vt ſit actu: quo eodem modo res ſe habet in cæteris exiſtẽtiis creaturarum.

Secunda.

QVÆRAT item. Num quemadmodum inferiora conſtituuntur ex entitatibus ſuperiorum, ita etiam exiſtentiæ inferiorum conſtituantur ex ſuperiorum exiſtentiis.

Tertia.

QVÆRAT poſtremò, Quid interſit inter exiſtentiam, & ſubſtantiam

tiam & quibus primò vtraque conueniat.

Prima dubitatio ſolutionis.

VERVM miſſa extrema dubitatione, quoniam maioris negotij eſt, & latè diſputabitur lib. ſequenti: ad primam dicendum eſt, exiſtentiam roſæ, & cuiuſuis alterius rei non exiſtentis, non propriè eſſe in potentia vt ſit actu: ſed roſam potiùs, & quamcumque rem aliam non exiſtentem eſſe in potentia, vt ſit actu per illam. Neque enim exiſtentia, ſi propriè loquendum eſt, exiſtit, quemadmodū neque albedo eſt alba: ſed eſt id, quo res formaliter exiſtit, quo pacto albedo eſt id, per quod res formaliter eſt alba. Quòd ſi quis colligat exiſtentiam nihil eſſe, aut ſaltem non eſſe quicquam reale, quia quod non exiſtit in rerum natura, non ſit reale quicquam, ſed vel nihil, vel ens rationis, vel aliquid fictitium: negandum eſt antecedens. Nam vt aliquid ſit reale, ſatis eſt, ſi per illud aliquid realiter exiſtat. Verùm latè ſumpto exiſtendi verbo, dici poteſt exiſtentia exiſtere, quemadmodum albedo nonnumquam dicitur albere, & lux vſitatiùs lucere, cùm interim ſola res ſubiecta propriè dicatur albere, ac lucere. Hoc igitur pacto non dubium eſt, quin exiſtentia ſit in potentia, vt ſit actu. Sed hinc non efficitur, vt non ſit vltima actualitas omnis entitatis. Siue enim ipſa ſit actu, ſiue non ſit, ſemper ſuaptè natura eſt vltimus modus intrinſecus cuiuſque entitatis, quemadmodum forma ſubſtantialis, ſiue ſit actu, ſiue non ſit, ſemper tamen eſt prima forma materiæ, & quantitas primum accidens abſolutum ſubſtantiæ corporeæ.

D. Tho. 1. p. q. 45. art. 4.

Secunda.

AD ſecundam dubitationem dici poteſt, Quemadmodum ex paſſionibus ſuperiorum non cōſtituuntur paſſiones inferiorum, vt apertum eſt: ita nec exiſtentias inferiorum ex ſuperiorum exiſtentiis conſtitui. Hoc tamen intereſt, quod paſſiones, ſi ſunt vera accidentia, conſtant ſuis generibus, & differentiis pertinentibus ad aliquod prædicamentum: exiſtentiæ autem nullis conſtant generibus, & differentiis, vt patebit libro ſequēti: quod Scotus animaduertit ad diſtinctionem tertiā 2. ſentent. ſed ſunt modi quidam eſſendi ſupponentes quamlibet entitatem, ſiue ſimplicem, ſiue compoſitam in eſſe poſſibili, quo pacto in prædicamentis ſpectantur: & ponentes formaliter earum quamque, in eſſe actuali, quod vocamus eſſe in rerum natura. Poteſt etiam dici exiſtentiam non conuenire immediatè cuilibet entitati, ſed cuilibet entitati ſingulari per ſe: naturáſque vniuerſales non exiſtere per proprias & peculiares exiſtentias, ſed per exiſtentias ſingularium per ſe: de qua tamen controuerſia libro ſequenti agendum eſt.

Scot. 2. d. 3. q. 3.

Solutio argumentorum primæ opinionis.

SECTIO V.

HIs expoſitis, ad primum primę opinionis argumentum dicendum eſt: Quemadmodum Ens, ita & Eſſe duobus modis accipi poſſe; Vno, vt ſignificat exiſtere, quæ eſt propria verbi ſignificatio: altero, vt ſignificat eſſentiam, quo ſumitur libro tertio, de Anima, capite quarto, cùm dicitur, *Aliud eſſe carnem, aliud carnis eſſe, id eſt, carnis eſſentiam.* Si ergo eſſe in argumento ſumatur

Eſſe duobus modis ſumi poſſe.

Tex. 9. & 10.

matur

matur priori modo, neganda eſt propoſitio, ſi poſteriori, neganda eſt aſſumptio, quo pacto nihil conficitur.

Ad ſecundum conceſſa vtrumque maiore, eo quòd eſſe exiſtentiæ non dicatur realitas, quemadmodum neque entitas, neganda eſt minor. Neque enim idem omninò ſunt exiſtere, atque eſſe realiter, ſed ſumpto Eſſe priori modo tantùm.

Creatio quid ſupponat.

Ad tertium neganda eſt maior. Nam etſi creatio nullam ſupponit entitatem rei actu exiſtentem, ſupponit tamen totam illius eſſentiam potentia exiſtentem, vt per ipſam creationem accipiat eſſe actu, alioqui nulla res creari poſſet, ſed vel omnia ex ſe ipſis actu exiſterent, vel nihil præter Deum poſſet exiſtere. Sola enim Diuina natura ex ſe exiſtit. Atque hæc ratio contra aduerſarios plurimum valet, eamque doctè perſequitur Ægidius Romanus in tractatu de Eſſe, & eſſentia. 19. & 11.

Diuina natura ſola ex ſe exiſtit.

Ad quartum neganda eſt conſequentia. Nam etſi argumentum aliquid momenti habere videtur contra ſecundam opinionem, nihil tamen efficit contra nos, qui non dicimus, exiſtentiam eſſe re ipſa diſtinctam ab eſſentia, ſed eſſe modum intrinſecum eſſentiæ, ex quo cum eſſentia, ſi propriè loquẽdum eſt, non fit compoſitio. Quamquam nec contra ſecundam quidem opinionem vim habet argumentum, cùm eius auctores dicant, exiſtentiam non eſſe id, quod propriè incipit eſſe per generationem, ſed id, quo res genita incipit eſſe.

Eſſe cum eſſentia non facere compoſitionem.

Nihil eſſe in potentia, vt habens eſſentiam.

Ad quintum, quicquid veritatis habeat maior propoſitio, falſa eſt minor. Nam ſi in ea ſumatur ens actu pro eo, quod habeat eſſentiam, ens autem potentia pro eo, quod non habet eſſentiam, ſed poteſt illam habere, cùm nullum tale ens potentia dari poſſit, imò ne fingi quidem: falſa omninò erit iſto modo diuiſio entis in ens actu, & ens potentia. Si verò ens actu ſumatur pro habente exiſtentiã, ens autem potentia pro eo, quod non habet exiſtẽtiam, ſed poteſt illam habere, vera quidem erit diuiſio: cæterum hoc pacto eſſe potentia non deſtruet diuiſum, cùm ens potentia hac ſignificatione ſumptum verè dicatur ens, veluti Antichriſtus.

Explicatio quorumdam locorũ Ariſt.

Ad ea verò loca Ariſtotelis, quibus eadem ſententia confirmabatur, dicendum eſt, in iis locis tam ens quàm eſſe, accipi, vt ſignificant eſſentiam. Quamquam etſi ſumerentur, vt ſignificant exiſtentiam, nihil contra noſtram ſententiam colligeretur. Senſus enim eorum locorum eſt, Neque ens hominem dicere aliam eſſentiam ab homine, neque verbum, Eſſe, ſignificare aliquam eſſentiam ab eſſentiis prædicamentorum diſtinctam: cui veritati nihil obſtat ea diſtinctio exiſtentiæ ab eſſentia, quam poſuimus.

Solutio argumentorum ſecundæ.

SECTIO VI.

Num res vlla poſſit eſſe in potentia ad ſeipſam.

Primum verò ſecundæ opinionis argumentum, hoc pacto diſſoluendũ, Simpliciter quidem non eſſe dicendum, rẽ vllã eſſe in potentia ad ſeipſam, poſſe tamẽ dici in potẽtia ad aliquid, quod futurum ſit idem re cum ipſa, quo pacto album dici poteſt eſſe in potentia ad ſimilitudinem. Hoc igitur modo verè dici poteſt, omnem

Digitized by Google

nem creaturam fuiſſe ab æterno in potentia ad ſuam exiſtẽtiam, cum qua futura erat idem re.

HINC patet ſolutio ſecundi. Neganda enim eſt maior, vt patet ex dictis. Nec obſtant exempla addncta. Ratio enim, ob quam homo non poteſt intelligi ſub oppoſito animalis, aut rationalis, non eſt, quia ſit idem re cum vtroque, ſed quia vtrumque pertinet ad eſſentiam ipſius.

In Eucharistia quantitas nõ amittit ſuã exiſtẽtiam ſed modum exiſtendi.

Hoc impugnat.

Scotus in 4. 2. q. 2. & Scotus ibidem d. 10. q. 2. art. 2.

Quædam ſententia de exiſtentia quantitatis impugnatur.

AD tertium conceſſa maiore negandum eſt, exiſtentiam accidentis diſtingui re ipſa ab accidente. Ad probationem verò dicendum, quantitatem panis, non amittere in conſecrationẽ ſuam exiſtentiam, ſed modum exiſtendi, quem habebat in pane, & relationem inhærentiæ actualis, quæ modum illum exiſtendi ſuaptè natura ſequitur. Quo fit, vt nullo modo ſit probanda ſententia eorum, qui putant, quantitatem, per conſecrationem accipere exiſtentiam ſubſtãtiæ, vt poſſit, tum exiſtere per ſe, ſeu abſque ſubiecto, tum etiam reliqua accidentia ſuſtinere. Nam cùm quantitas dum eſt in pane, ſit medium, ſeu ſubiectum Quo (vt vocant) cuius interuentu illa inſunt pani, ſatis erit, ſi Deus quantitatis exiſtentiam conſeruet, vt illa non ſolùm exiſtat ſine ſubiecto, ſed etiam reliqua accidẽtia ſuſtineat. Itaque habet quidem exiſtentia quantitatis poſt conſecrationem ſimilitudinem quandam cum exiſtentia ſubſtantiæ, veram autem rationem illius non habet. Quòd ſi quis obiiciat, exiſtentiam accidentis nihil aliud eſſe, quàm exiſtentiam, qua aliquid exiſtit in ſubiecto, quemadmodum exiſtentia ſubſtantiæ nihil eſt aliud, quàm exiſtentia, qua aliquid exiſtit per ſe: at quantitatem poſt conſecrationem non exiſtere in ſubiecto: ergo non exiſtere per exiſtentiam accidentis, ſed ſubſtantiæ: hunc in modum occurrendum eſt. Quemadmodum eſſentis accidentis non in eo conſiſtit, quòd actu inſit ſubſtantiæ, ſed in eſſentiali aptitudine, vt inſit ſubſtantiæ, quod initio 7. lib. patebit: ita quoque exiſtentiam accidentis non in eo poſitam eſſe, vt per eam accidens actu exiſtat in ſubſtantia, ſed vt per eam poſſit in ſubſtantia exiſtere.

Obiectio.

Dilutio.

Accidẽtis eſſentia in quo conſiſtat.

Nam fundamentum recipiat relationem, à qua re ipſa non diſtinguitur.

Limitatio exiſtentia.

AD quartum dicendum, etſi nulla res ſe ipſam recipit, poſſe tamen recipere aliquid, quod ſit idem cum re ipſa, quo pacto albedo recipit ſimilitudinem, ſeu (vt exemplum ſumatur in iis, quæ numquam ſeparantur in rerum natura: cuiuſmodi ſunt eſſentia, & exiſtentia) quo pacto creatura recipit relationem actualis dependentiæ à creatore. Hoc igitur pacto recipit eſſentia creaturarum exiſtentiam, vt vltimum modum intrinſecum, ſeu vltimam actualitatem. Vnde cùm earum exiſtentia iſto modo ſit recepta, & limitata, nihil efficitur in reliquo argumentationis progreſſu. Adhuc enim hoc exiſtens per ſe, & hoc intelligens, erunt ſuo modo idem ſubiecto, quia in eadem eſſentia hominis, aut Angeli recipitur exiſtentia per ſe, & intellectio: illa quidem, vt modus intrinſecus: hæc autem, vt verum accidens. Adhuc item exiſtentia per ſe erit finita, & limitata ad eſſentiam ſubſtantiæ creatæ, in qua recipitur, vt modus, & actualitas illius. Quamquam propoſitio illa, Nullam formam eſſe finitam, & limitatam, niſi vel propter differentiam, qua contrahitur, vel propter ſubiectum, in quod recipitur, non eſt vſquequaque vera, ſaltem in formis impropriè dictis, cùm dif-

ferentia indiuiduans, qua Socrates conſtituitur in eſſe Socratis, finita ſit,& neutro modo ſit limitata,niſi dicas,eam quodammodo recipi,in natura ſpecifica ad conſtitutionem Socratis.

Connexiones neceſſaria an habeãt cauſſam efficientem.

AD quintum dicendum, etſi nulla ſit cauſa efficiens huius connexionis, Homo eſt animal, quod rectè aſſumitur in argumentatione, nóſque oſtendemus lib.5.tamen hãc connexionem, Homo eſt animal exiſtens,habere veram cauſſam efficientem.Quę enim efficit:vt homo exiſtat,eadem efficit,vt homo ſit animal exiſtens, quod eodem modo dicendum eſt de cæteris enunciationibus, in quibus prædicatum eſſentiale de ſubiecto dicitur.

AD locum verò illum Ariſtot. in 2.Poſt.dicendum eſt,in iis etiam, quæ non differunt re, ſed vel formaliter, vel ſolùm ex natura rei, ita nonnunquam loqui Ariſtotelem vt dicat, vnum eſſe aliud ab alio,vt cùm in loco ſuprà citato Librorum de Anima ſcribit, *aliud eſſe carnem, aliud carnis eſſe, id eſt eſſentiam carnis: aliud magnitudinem, aliud eſſe magnitudinis, ideſt magnitudinis eſſentiam.*

SIT NE VNVM VERA PASſio entis.

QVÆSTIO V.

Quòd non videatur eſſe vera eius paſſio.

SECTIO I.

Cur primum agatur de vno.

VBI quatuor priores quæſtiones de ente expediuimus: ſequitur vt de paſſionibus, propriiſve illius affectionibus,potiſſimùm verò de iis,quæ in præcipuis habentur, diſſeramus. Ac primùm quidem ſe offert diſputatio de vno, quòd hæc entis affectio cæteras naturæ ordine videatur antecedere. Primùm, quia dicitur de omnibus rebus abſolutè, & ſine diſiunctione oppoſiti:cùm tamen reliquæ,aut nõ dicantur niſi comparatè,vt verum,& bonum:aut non de omnibus,niſi cum diſiunctione oppoſiti,vt neceſſarium, & contingens. Deinde, quia nulla eſt paſſio entis, quæ rerum eſſentiis minorem additionem videatur facere,cùm ſolam negationẽ diuiſionis illi adiungat, vt ex progreſſu quæſtionis patebit. Poſtremò, quia cæteræ omnes affectiones ſupponunt vnitatem rerum,quibus conueniunt, cùm aliquam entium diſtinctionem exigant, quæ ſine vnitatibus diſtinctorum intelligi non poteſt.

Quarta ſit vnius cũ Ente connexio.

His,& aliis de cauſſis meritò Ariſt. in hoc cap.cùm primùm entis analogiam explicauit,continuò ad vnius explicationem aggreſſus eſt.Nec id ſolùm, verùm etiam adeo connexũ fecit cum ente vnum,vt vtrumque vnam,atque eandem naturã eſſe docuerit, Philoſophiæ item partes ex partibus vnius, quemadmodum & ex partibus entis colligendas eſſe dixerit: ac demum cæteras entis affectiones, quæ per diſiunctionem dicuntur,ad vnum ipſum,quaſi ad principium omnis contrarietatis reuocandas eſſe affirmauerit,vt ex contextu patet. *Text.3.*

NON

Non deſunt tamen argumenta, quibus illud videatur non eſſe vera paſsio entis realis. Primum eſt. Vnum non ſolùm dicitur de entibus realibus, ſed etiam rationis: ſiquidem in his etiam dicimus, vnum eſſe aliud ab alio: damus quoque in his definitiones, & vniuocas prædicationes: cùm interim id, quod definitur, aut vniuocè prædicatur, neceſſariò ſit vnum: latiùs ergo patet vnum, quàm ens reale. *Primum argumenti pro parte negatiua.*

Secundvm. Cùm duo oppoſita prædicata dicuntur de communi aliquo ſubiecto, neutrum eorum cum illo reciprocatur: ſed vtrumque per ſe minùs latè patet (alioqui vtrumque ſimul diceretur de aliquo contento ſub eiuſmodi ſubiecto, quod fieri nequit) atqui vnum, & multa ſunt oppoſita prædicata, & dicuntur de ente reali, ac per ſe: vtcumque enim dicitur à Metaphyſicis affectio ſubiecti Metaphyſicæ: ergo etſi vnum non dicatur de entibus rationis, adhuc tamen non reciprocabitur cum ente reali, quod eſt Metaphyſicæ ſubiectum, ſed minùs latè patebit. Eadem vis eſt in illo communi argumento: Ens diuiditur per vnum & multa: ergo fieri non poteſt, vt vnum reciprocetur cum ente. 2.

Tertivm. Id, quod formaliter, aut eſt negatio, aut relatio rationis, non poteſt eſſe vera paſsio entis realis: ſiquidem negatio nihil eſt. relatio item rationis non conuenit entibus realibus, niſi per operationem intellectus, quod dicendum non eſt de paſsionibus entium realium: atqui vnum non videtur poſſe ſignificare formaliter, niſi vel negationem, vel relationē rationis, vt dicere cœpimus quæſt. 3. de omnibus paſsionibus entis: ergo etſi quis ratione aliqua concludat, vnum reciprocari cum ente reali: non tamen efficiet, vt ſit vera eius paſsio. Quod idem argumentum valet ad euertendas cæteras paſsiones entis, ſi vnum eſt, nullam earum addere enti, niſi vel negationem, vel relationem rationis. 3.

Num omnia quinque tranſcendentia, quæ enti addi ſolent, ſint veræ illius paſſiones. SECTIO II.

Text. 5. Pro huius quæſtionis explicatione illud principio ponendum eſt: ens habere veras ac proprias paſsiones, quæ de ipſo, quatenus eſt ens demonſtrari poſsint. Nam, vt Ariſt. hoc cap. concludit, quemadmodum numerus, ſolidum, & cætera entium genera, quatenus talia ſunt, ſuas habent proprias affectiones, quæ in particularibus ſcientiis demonſtrantur: ita ens, qua ratione eſt ens, proprias affectiones habere debet, in quibus conſiderandis, ac demonſtrandis primi Philoſophi cura verſetur. *Ens habere veras, ac proprias paſſiones.*

Illvd etiam animaduertendum, vt attributa aliqua ſint veræ paſsiones entium realium, non opus eſſe, vt ipſa ſint formaliter entia realia, ſed ſatis eſſe, ſi reciprocentur cum ſubiectis, quibus attribuuntur, & ex eorum natura quaſi naſcantur, etiamſi ſint negatiua, aut relatiua rationis. Hoc enim ſatis eſt, vt demonſtrari poſsint. Qua de cauſſa non mirum eſt, ſi Ariſtot. 2. de Anima cap. 7. doceat, viſibile eſſe propriam affectionem coloris, etiamſi nullam entitatem colori adiungat. *Ad veram paſſionē quæ requirantur.*

Digitized by Google

Duo genera paſſionum entis.

Poſtremò animaduertendum eſt,duo dici ſolere genera paſſionum, quæ cum ente recurrant:alias ſimplices,alias coniunctas.In ſimplicib. numerari ſolent quinque illa vulgata attributa, quæ cum ente ſenarium tranſcédentium numerum conficiunt, Res,Vnum,Aliquid,Verum, Bonum, quæ in primis, ac præcipuis affectionibus entis habentur. In coniúctis cenſentur,Idem,aut diuerſum,Neceſſarium,aut contingens:& aliæ ſimiles,quæ & poſteriores, & minùs præcipuè dicuntur. Conſtitui autem ſolet inter hæc paſſionū genera huiuſmodi diſcrimen,quòd priores ſine diſiunctione cum ente conuertantur:poſteriores non niſi cum diſiunctione. Quicquid tamen veritatis habent exempla,quæ proponi ſolent:miſſo nunc toto poſteriori genere, & in alios libros dilato, de quinque illis tranſcendentibus, quæ in priori genere numerari conſueuerunt, agendum eſt nobis hoc loco. *Tex.66.*

De quibus agendum.

An res & aliquid veræ entis paſſiones exiſtant.

Quo pacto diſtinguātur ſex tranſcendētia apud quoſdā.

Ac primùm quidem operæpretium eſt intelligere, num duo illa attributa,Res,& Aliquid, veræ illius paſſiones exiſtimari debeant. Hac enim in re conſuetudo recentioris ſcholæ cum veteri, atque adeo cum veritate ipſa videtur pugnare. Ferè enim recentiores illa diſtinguunt, tum inter ſe, tum etiam ab ente,ac cæteris tranſcendentibus,ex qua re ſequitur, ea omnia numeranda eſſe in paſſionibus entis, ſi modò ens ſit primum omnium tranſcendentium,quod omnes concedunt.Ratio diſtinctionis,eorum ſententia, in hoc poſita eſt:quòd Ens ſumatur ab actu eſſendi: Res ab eſſentia: Vnum ab indiuiſione in ſe: Aliquid ab alietate à cæteris, quaſi iuxta etymologiam nominis idem ſit atque Aliud quid: tum deinde accedant Verum, & Bonum,de quorum diſtinctione poſtea agendum.

Refutatio 1. ex ſententia Veterum.

Hæc tamen ſententia non placet. Primùm ,quia pugnat cum doctrica veterum, apud quos idem ſunt,Ens,Aliquid, & Res, neque aliter hæc nomina, quàm vt ſynonima vſurpantur.

2. Ex nugatione quæ committeretur.

Deinde, quia ſi vnum ex his addatur alteri,aperta committitur nugatio,niſi verbum, *Aliquid,* ſumatur, vt eſt particularitatis nota,veluti cùm dicimus,Aliquod ens,vel,Res aliqua, ſignificamus enim hoc pacto certum aliquod genus entis, nec iam vtimur vocabulo, *Aliquid,* vt eſt nomen tranſcendens.

3. Ex ſupra dictis.

Tertiò,quia ſi hoc ſolo diſcrimine diſtinguuntur,Ens,& Res,quòd Ens actum eſſendi ſignificat, Res autem eſſentiam: nullus iam diſtinctioni reliquus eſt locus, ſi Ens ſumatur, vt ſignificat eſſentiam, quo pacto ſumitur, cùm Metaphyſicæ ſubiectum conſtituitur, & penè in omni Philoſophia, tametſi à ſignificando actu eſſendi ad ſignificandum eſſentiam ſit traductum.

4. Ad ſignificationem verbi.

Poſtremò, quia etſi verbum, *Aliquid,* ab alietate, ſeu (quod idem eſt) à diuerſitate ductum videri poteſt,vt fortaſſis lapis à lædendo pede: tamen quia audito verbo *Aliquid,* nihil de diuerſitate cogitamus, quemadmodum nec de læſione pedis, audito lapidis nomine non ſignificat propriè eiuſmodi verbum alietatem:ſed vel contradictorium verbi, *nihil*, quo pacto etiam exiſtentia, & quilibet alius intrinſecus modus eſſendi appellatur, *aliquid:* vel magis propriè, magíſque vſitatè apud Philoſophos, Entitatem, ſiue Ens.

Accedit,

Digitized by Google

Accedit, quod *Diuerſum* apud eos, qui hæc diſtinguunt, non eſt ſimplex paſſio entis, ſed pars eius diſiunctæ affectionis, quam appellant, *Idem aut diuerſum*, Quòd ſi alietatem accipiant, pro alietatis fundamento, quod videtur eſſe diuiſio, vt enim identitas fundatur in indiuiſione, ita videtur diuerſitas fundari in diuiſione) primùm multi eorum ſibi repugnabunt, cùm velint vnum non modò ſignificare diuiſionem rei in ſe, vel à ſe, ſed etiam diuiſionem ab aliis, quò fit, *vt aliquid*, eorum ſententia, non ſit alia paſſio ab vno, ſed ipſo vno includatur. Tum etiam, quia non diuiſio, ſed multitudo eſt fundamentum diuerſitatis, quemadmodum vnitas identitatis. Nam etſi inter ens, & non ens datur diuiſio, non tamen datur diuerſitas. Ac denique, quia diuiſio eſt communis entibus & non entibus, vt quemadmodum entia à non entibus, ita & non entia ab entibus diuiſa ſint: atque hæc eſt diuiſio, quæ antecedit vnum & nomine vnius negatur in ente quaſi ſubiecto, vt diximus in expoſitione contextus.

5. Ex eorum dictis. *Reſponſio.* *Impugnatio.*

Dicendum eſt igitur, *Ens, Aliquid, & Rem* idem prorſus eſſe, nec vllo pacto diſtingui inter ſe, niſi quòd nomina *Entis, & Alicuius* ſæpè ſumuntur in commune, vt dicuntur de entibus realibus, & rationis (vt cùm *Ens,* aut *Aliquid,* in reale, & rationis diſtinguitur) nomen autem *Rei,* ſemper ſumitur pro ente reali, niſi fortè cum adiectione proferatur, vt ſi cùm de ſecundis notionibus diſſeris, dicas te diſputare de rebus, quæ pendent ab operatione intellectus: Id quod ſatis declarant denominationes, & inflexiones ex nomine rei factæ, vt Reale, Realiter, & Realitatis vocabulum, quibus recentiores potiſſimùm vtuntur. In ſolis enim puris entibus, quæ realia dicuntur, vſurpari ſolent. Auenrois in ſua paraphraſi contra exiſtimat: ait enim latiùs patere *Rei* nomen, quàm *Entis,* quòd res dicatur de omni re concepta, vt de Hircoceruo, & Chimæra: Ens autem de ſolis veris rebus. Sed nõ rectè philoſophatur. Figmenta enim non dicuntur res: ſed res fictitiæ: qua moderatione adiecta æquè poſſunt illa dici entia, atque res. Itaq; cùm ſermo eſt de ente reali, de quo primus Philoſophus diſputat, quemadmodum apud nos hoc loco in quo *Entis,* vt ſubiectum eſt huius ſcientiæ, proprias affectiones quærimus: perſpicuum eſt, nullum eſſe diſcrimen inter *Ens: Aliquid, & Rem,* quod ſaltem præſentem diſputationem attineat: niſi verbum *Aliquid,* valdè impropriè pro Diuerſo accipias. Quo forſitan modo dicat aliquis idem, & diuerſum eſſe ſimplices paſſiones entis, & ſingulatim reciprocari cum ente reali comparatione alicuius. Verùm, vt præfati ſumus, non hic agimus de omnibus huiuſmodi paſſionibus: ſed de quinque vulgaris.

Ens Aliquid, & Rem idem omninò eſſe. *De eodem, & diuerſo.*

Poteſt tamen ſic contra obiici. Eorum, quę ſunt penitus idem, quoties multiplicatur vnum, toties multiplicatur alterum: at ſępe ens reale multiplicatur, nec tamen multiplicatur Res (dicunt enim multi, actionem & paſſionem eſſe duo entia realia, nec tamen fatentur eſſe duas res) aliquod igitur diſcrimen eſt inter rem, & ens reale. Huic obiectioni ita occurres. Quemadmodum actio, & paſſio non ſunt duæ res, ita etiam non eſſe duo entia: dici tamen aliquando impropriè duo entia: quia aut ſunt, aut creduntur eſſe duæ entitates, vſurpato nimirũ con-

Obiectio. *Dilutio.*

creto pro abſtracto: quod frequens eſt in iis tranſcendentib. quæ ſunt participia, vt *ens* aut adiectiua nomina, vt *Verum*, *& Bonum*. Nomen autem Rei, quia ſubſtantiuum eſt, non ita ſolet vſurpari pro nomine realitatis, ſiue entitatis. Quid porrò ſit, diſtingui re, &c, eſſe idem re lib. ſequenti explicandum eſt. Cùm igitur conſtet ex quinque tranſcendentibus, quæ Enti velut paſſiones ſimplices à recentioribus adduntur, prima duo nihil ab ente diſtingui: reſtat, vt de ſolis tribus extremis, id eſt de *vno, vero, bono*, his tribus quæſtionibus agendum ſit.

Quid Scotus, & alij Scholaſtici ſentiant de formali ſignificatione vnius.

SECTIO III.

QVOD ergo ad *Vnum* attinet: quia propoſita quæſtio pendet ex ea, qua diſceptari ſolet, quidnam vnum addat enti, quidq; formaliter ſignificet: exponendum eſt in primis, quid de hac re ſentiant Scholaſtici.

Sentẽtia Scoti. Scotus in hunc librum exiſtimat, vnum addere enti aliquid reale, poſitiuum: Quòd enim, addat aliquid reale, ex eo videtur ſupponere, quia quælibet res eſt vna præciſa omni operatione intellectus. Quòd verò illud non ſit negatiuũ, ſed poſitiuũ, quatuor argumentis probat.

Primum eius argumentum. Primum eſt. Quia multitudo eſt quippiam poſitiuum, & tamen nihil aliud continet formaliter, quàm vnitates. Res enim, quæ à multitudine dicuntur multæ, non pertinent ad conſtitutionem multitudinis, ſed ſunt ſubiecta multitudinis.

2. Secundum. Quia negatio in ſubiecto, ſeu priuatio, nullam perfectionem ponit in rebus: vnitas autem eſt perfectio ſimpliciter, cùm in quolibet melior ſit ipſa, quàm non ipſa, iuxta definitionem Anſelmi: ſiquidem diuiſio vbique ſonat imperfectionem.

3. Tertium. Quia imperfectiones non reducuntur ad ſummam imperfectionem (neque enim dari poteſt ſummum malum, quódque omni bono careat) & tamen omnes vnitates reducuntur ad ſummam vnitatem, vtpotè diuinæ naturæ.

4. Quartum. Quia priuationes non recipiunt magis, & minùs, cùm tamen ens ſimplex ſit magis vnum, quàm compoſitum.

Parum apta cẽſura de opinione Scoti. Non deerunt fortaſſe, qui putent, Scotum mutaſſe ſententiam in 1. ſent. diſt. 3. quæſt. 3. amplexumq; fuiſſe opinionem eorum, qui putant, vnum nihil addere enti, niſi negationem, priuationémve diuiſionis. Id enim parum aduertentibus fortaſſe videatur præſertim cùm concludat eo loco, ens reale non dici quidditatiuè de ſuis paſſionibus: ſiquidem ex hac concluſione haud obſcurè videbitur effici, paſſiones entis, nihil addere enti reale, ac poſitiuum. Verùm, quòd ille eo loco ſententiam non mutauerit, ex eo perſpicuum eſt, quia nec in tota eius loci diſputatione verbum facit vllum de ea re: nec quicquam ſcribit, vnde apud eum id colligi poſſit. Ex eo enim, quod probat, Ens non prædicari quidditatiuè de ſuis paſſionibus, non magis infertur, paſſiones Entis ſignificare formaliter ſolam negationem, aut relationem rationis, ſi id colligas de differentiis vltimis: quod credo

vides,

vides, quàm pugnet cum eius ſententia. Nam, etſi putauit ſe oſtendiſſe, ens reale non prædicari quidditatiuè de differentiis vltimis: nemo tamen dubitat, quin crediderit, eſſe eas formaliter reales, & poſitiuas. Itaque ſemper Scotus in ea ſententia perſtitit, vt crederet vnum addere enti aliquid reale poſitiuum, quod comitaretur negatio, ſeu priuatio diuiſionis, idémque repetiuit in 2. diſt. 3. q. 2. Quam proinde opinionem ſecutus eſt eius fidus diſcipulus Antonius Andreas in hunc librum [a] & alij omnes Scoticæ doctrinæ ſectatores. Nec deſunt extra Scholam Scoti, qui eandem ſententiam approbent. [b]

a Quæſt. 3.
b Vt Paulus Venetus in ſua Metaphyſica cap. 13.

Solutio argumentorũ Scoti.

QVICQVID tamen hac de re dicendum ſit, certè rationes Scoti nihil efficiunt: tametſi id rectè ſupponunt, vnitatem rerum verarum non pendere ab operatione intellectus. Vnde rectè efficitur, eam ſuo modo eſſe realem.

D. Thomas & Caiet. 1. p. q. 1. art. 1. & 2. & Capreol. 1. diſt. quæſt. 1. concl. 3.

Multitudo poſitiuè ne, an negatiuè ſumatur.

AD primum igitur argumentum eorum, quibus probat id quod vnum addit enti, non eſſe negatiuum, dicendum, multitudinem tranſcendẽtem, de qua eſt ſermo, ratione quidem rerum ſubiectarum multitudini, eſſe multa poſitiuè: ſed tamen ratione ipſarum vnitatum, quæ proximè pertinent ad multitudinem, nihil aliud eſſe, quàm multa negatiuè, id eſt, multas indiuiſiones, vt ex dicendis patebit.

D. Thom. 1. p. q. 6. art. 3. ad 1. & Caiet. ibid.

Vnum an perfectionem ſignificet.

AD ſecundum dicendum eſt, vnum, qua ratione vnum eſt, & ab ente diſtinguitur, nullam dicere perfectionem, vt D. Thom. rectè docet: tantùm abeſt, vt dicat perfectionem ſimpliciter. Cùm autẽ Theologi dicunt, perfectionem ſimpliciter eſſe eam, quæ in quolibet melior eſt ipſa, quàm non ipſa, loco generis intelligenda eſt perfectio. Nec verum eſt, diuiſionem vbique importare imperfectionem. Diuiſio enim Dei à creatura nullam affert imperfectionem Deo: quod in aliis pleríſque diuiſionibus cernere eſt.

AD tertium dicendum, & ſi omnes vnitates ad ſummam vnitatem reducuntur: non tamen inde ſequi dari reductionem aliquarum imperfectionum ad ſummam imperfectionem, ſiquidem vnitas, vt ex ſe nullam perfectionem formaliter ſignificat, ita nullam imperfectionem: quamquam ratione rei ſubiectæ ſæpe dicitur perfecta, vel imperfecta. Iſto enim modo dicimus, vnitatm volu ntatum in rebusbonis eſſe bonam, in malis, vitioſam.

Priuationes num recipiãt. magis, & minus.

AD quartum dicendum, etſi priuationes non recipiunt magis, & minùs ratione ſui, poſſe tamen vtrumque admittere ratione rerum, quarum ſunt priuationes. Hoc enim pacto aër dicitur magis, & minùs tenebroſus, quia lumen, cuius tenebræ, ſiue obſcuritas eſt priuatio, magis & minùs admittit. Cùm ergo diuiſio, cuius priuatio eſt indiuiſio, aliquo modo recipiat magis, & minùs: non mirum, ſi vnum quod priuatiuum diuiſionis dicitur, magis, & minùs admittat. Ita patet, rationes Scoti nihil efficere: quicquid de eius ſententia dicendum ſit.

Iand. q. 4. Sõc. q. 20. & 23. Iãuel. q. 5. & 8. Frandr. q. 3. ar. 8. Cap. 1. d. 24. q. 1. d. 19. q. 3. artic. 1. diſt. 23. q. 1. ar. 3. Opuſc. 42. c. 2. de potentia q. 9. art. 7.

Sentẽtia Ianduni & multorum Thomiſtorum.

ALII verò, in quibus ſunt hoc loco Iandunus, Paulus Soncinas, & alij poſt Capreolum in primum ſententiarum ad diſt. 24. aſſerunt, vnum nihil addere enti præter negationem diuiſionis: ita tamen, vt non ſignificet formaliter ſolam eiuſmodi negationem, ſed etiam ipſum

ipſum ens: quam ſententiam plerique conantur oſtendere eſſe Diu. Thomæ præſertim in 1.ſent. diſtinct. 19. & 24. in Opuſculo 42.& in quæſtionibus de potentia Dei. Quibus locis non ſolùm ait, vnum quatenus vnum, eſſe ens indiuiſum: ſed etiam vnitatem ipſam eſſe eſſentiam indiuiſam.

Diſcrimẽ eorum inter ſe.

Est tamen inter eos nonnihil diſcriminis: namque alij aſſerunt vnum ſignificare formaliter totum hoc in recto caſu, ens indiuiſum: alij vero ens in recto: indiuiſionem autem in obliquo, quaſi dicas, ens habens indiuiſionem, ſeu cùm indiuiſione: alij denique ſentiunt vnum ſignificare ens indiuiſum, quatenus indiuiſum eſt, ita tamen, vt non excludatur ens: quod certè à prima explicatione nihil videtur differre: præſertim cùm dicant, ens eſſe id, quod materiale eſt in vno & quaſi genus eius, & aliorum tranſcendentium: indiuiſum autem id, quod formale, & quaſi differentia, non quia contrahat ens, ſed quia additum enti conſtituat vnum, & diſtinguat illud à verò, & à cæteris tranſcendentibus.

Ratio qua ſuã ſentẽtiam cõfirmant.

Probant autem hi auctores ſuam ſententiam hac potiſſimùm ratione. Aut vnum ſignificat formaliter ſolam negationem diuiſionis, aut negationem,& aliquid aliud: non ſolam negationem: ergo & negationem, & aliquid aliud: non videtur autem poſſe ſignificare aliquid præter negationem diuiſionis, niſi ens: igitur ſignificat & ens, & indiuiſionem. Priorem aſſumptionem dupliciter probant. Primùm, quia ſi vnum nihil aliud formaliter ſignificaret, quàm negationem, connotando ens, nihil formaliter enunciaremus de Deo, cùm dicimus, Deus eſt vnus. Deinde, quia ſi ſolam priuationem ſignificaret, eſſet terminus priuatiuus, ac proinde non poſſet conuenire in Deum, cùm omnis terminus priuatiuus ſignificet aliquam imperfectionem rei, de qua prædicatur.

Propoſitæ rationis refutatio.

Verum, ſiue eorum ſententia vera ſit, ſiue falſa: certè ratio qua illam confirmant, non efficit, quod volunt. Nam etſi negemus priorem aſſumptionem, nihil inde abſurdi ſequetur. Neque enim neceſſe eſt, vt quicquid prædicatur de Deo, vt ſignificet formaliter poſitiuum aliquid, cùm multa nomina purè negatiua poſſint de Deo enunciari, vt Non factum, Non mutabile, ſeu Immutabile, & ſimilia. Nec item abſurdum eſt, attribuere Deo nomina priuatiua, quæ tum demum imperfectionem ſignificant, cùm id, cuius abſentiam denotant, dici perfectionem, cuiuſmodi non eſt diuiſio ea, cuius abſentia ſignificatur nomine vnius. Quocirca ſi quis dicat, Socrates eſt incontaminatus, inculpatus, & ſimilia, nullam in eo notabit imperfectionem, ſed potiùs perfectionem, quòd contaminatio, & culpa ſint imperfectiones quædam.

Aliorum probanda ſententia.

Alii denique dicunt, vnum addere enti ſolam negationem diuiſionis per modum priuationis, ita tamen, vt non ſignificet formaliter ipſum ens: ſed ſolùm connotatiuè. Quæ ſententia, vt magis amplectenda, nonnullis concluſionibus explicanda eſt.

Quid

Quid vnum, & reliquæ ſimplices paſſiones poſſint addere enti.

SECTIO IIII.

Text. 3. PRIMA concluſio. *Vnum non eſt re ipſa diſtinctum ab ente.* Hæc planè traditur ab Ariſt. hoc cap. vbi docet, ac probat ens & vnum eſſe vnam atque eandem naturam, ſiue non diuerſam, vt in explicatione cõtextus diximus, ſatis autẽ patet, apud Ariſt. quicquid non eſt natura diuerſa, nõ eſſe quoque rem diuerſam: quod idem vniuersè verum eſt in rebus creatis. Poteſt etiã concluſio ea ratione probari, quia ſi ab vnaquaque re tollerẽtur cætera omnia: à quibus illa re ipſa diſtinguitur, adhuc eſſet ens, & vnum quidpiã. Adde, quod alioqui nulla res vna, eſſet ſimplex realiter. Nam quæ realiter differunt, ſi ita coniuncta ſint, vt alterũ ſit forma, aut quaſi forma alterius, realem compoſitionẽ faciant neceſſe eſt. Sed in hac concluſione nulla eſt inter Philoſophos diſſenſio. *Prima concluſio.* *Ita probant theologi 1. ſen. diſt. 24.*

SECVNDA concluſio. *Vnum non eſt idem omninò cum ente*, hoc eſt, *& re, & ratione.* Hanc etiam concluſionem ſubiicit Ariſtoteles in verbis proximè ſequentibus, cùm ait, *ſed non vt quæ vna ratione declarentur.* Eandémque omnes ea ratione approbãt: Quia ſi eſſent idem omninò, æquè nugaretur, qui dicèret, ens vnum, atque qui dicat Gladius enſis, quod tamen à nemine vitio nugationis arguitur. *Secunda.* Text. 9.

Text. 3. TERTIA concluſio. *Vnum nihil addit enti, quod reale, & poſitiuum ſit, & ab ente formaliter diſtinguatur.* Hanc concluſionem, ſi rectè quis aduertat, plenè innuit Ariſt. eiſdem illis verbis. *Ens, & vnum eſſe vnam atque eandem naturam.* Si enim credidiſſet, vnum addere enti aliquid reale poſitiuum ab ente formaliter diſtinctum, non dixiſſet eſſe vnam, & eandem naturam, ſed vnum & idem re, ſiue ſubiecto. Id enim, quod ab altero eſt formaliter diſtinctum, non eſt eadem natura cum illo, etiamſi poſſit eſſe eadem res. Eſt etiam hæc concluſio penè omnibus communis præterquàm iis, qui Scoti doctrinam ſequuntur. Potéſtque in hunc modum probari. Si vnũ adderet enti aliquid reale poſitiuum ab ente formaliter diſtinctum, iam ens prædicaretur quidditatiuè de vno: hoc autem non eſt dandum: ergo nec illud. Minor patet ex tertia cõcluſione quæſtionis tertiæ, quàm rationibus Scoti potiſſimùm probauimus. Maior autem dupliciter oſtendi poteſt. Primùm, Quia reale poſitiuum habens propriam, vt ita dicam, formalitatem, nihil aliud omninò videtur eſſe, quàm ens reale: nec ſanè aliud mens concipere poteſt. Dixi (*habens propriam formalitatem*) vt excluderem modos: hi enim, vt non diſtinguuntur formaliter à naturis rerum, ita non dicuntur habere proprias formalitates. Deinde, quia omne reale poſitiuum, quod diſtinguitur formaliter ab alio, habet aliquam vnitatẽ propriam, & peculiarem ſibi: alioqui non faceret cum illo multitudinem naturarum, ſed (vt verbis auctorum aduerſæ partis vtar) formalitatum. At omne, quod habet vnitatem propriam, & peculiarem ſibi, eſt quidditatiuè ens, vt quæſtione tertia de differentiis concludebamus. Præterea: *Tertia.* *Probatio ex prædicatione entis.*

Digitized by Google

aut vnitas illius realis poſitiui formaliter diſtincti ab ente: eſt etiam realis,& poſitiua, & formaliter diſtincta ab illa priori vnitate, aut minimè. Si diſtincta, idem quæri poterit de alia atque alia in infinitum: ſin minùs,idem potuit dici de prima.Non igitur dicendum,vnum addere enti quicquam reale poſitiuum ab eo formaliter diſtinctum.

Quia non ſit danda infinitio.

Commentatio quorundam.

At dicat aliquis, vnum addere enti aliquid reale poſitiuum ab eo formaliter diſtinctum eo pacto, quo attributa diuina diſtinguuntur inter ſe: ſiue eorum diſtinctio formalis ſit ex natura rei, vt putat Scotus, ſiue ex ſola conſideratione noſtra, vt eſt D.Thomæ ſententia. Etenim contra dicendi modum nullam vim habent propoſitæ rationes, cùm vnum poſſit iſto modo diſtingui formaliter ab ente,& tamen eſſe quidditatiuè ens. Hoc enim pacto ſapientia diuina diſtinguitur formaliter à iuſtitia diuina, & tamen eſt quidditatiuè ſapientia diuina. Nec deſunt ex Recentioribus, quibus hæc commentatio placere videatur,cùm ab eis petitur. Quònam pacto intelligant, paſſiones entis diſtingui ab ente. Aiunt enim, omnes paſſiones entis addere enti aliquid reale poſitiuum formaliter ab eo diſtinctum, nec tamen ſatis explicant modum,quo id fieri poſſit,niſi quod dicunt, eas eſſe generales quaſdam perfectiones cuiuſque rei. Atque eadem fortaſſe fuit Scoti ſententia quæſt.2.in hunc librum.

Refutatio.

Si quis tamen animum aduertat, planè intelliget, hanc commentationem longè à vero aberrare. Primùm, quia iſto modo rediret iterum labor reſpondendi ad eas rationes, quibus poſteriorem partem tertiæ concluſionis quæſtionis tertiæ oſtendimus, quæ tamen nil faciunt contra diſtinctionem attributorum diuinorum,vt lib 12.patebit. Deinde, quia attributa diuina dicuntur quidditatiuè de ſe inuicem, vt eo loco dicemus:ens autem (quicquid nonnulli ſentiant) non dicitur quidditatiuè vnum, alioqui Socrates non poſſet concipi vt ens perfecto conceptu quidditatiuo, niſi cõciperetur vt vnus. Tertiò,quia iuxta hanc ſententiam nullæ datentur veræ paſſiones entis, cùm eæ,quæ dictæ ſunt,maximè videantur numerandæ in veris,ac propriis.Poſtremò, quia ille modus diſtinctionis, qui cernitur in attributis diuinis, quem putamus non eſſe ex natura rei, ſed ex ſola conſideratione noſtra,naſcitur ex perfectione diuinæ naturæ,quæ,quia infinita eſt,quidditatiuè à nobis in hac vita vno,ac ſimplici conceptu concipi non poteſt,imò nec quantumcumque multis,vt patet ex iis quæ diximus lib. ſecundo: ridiculum eſt autem, & ab omni opinione alienum,aſſerere Socratem: quatenus eſt ens, tantam habere perfectionem, vt ſimplici conceptu à nobis quidditatiuè concipi nequeat,ſed opus eſſe, vt concipiatur conceptibus omnium tranſcendentium, vt ſimplex natura Entis,quæ in eo primùm cernitur,percipiatur.

Flãd.quæſt.3. art. 2. aut. vnũ prædicari quidditatiuè de ente.

Cap.1 q.2. ſect.3.

Quinta concluſio.

Qvarta concluſio. *Vnum addit enti negationem aliquam,vel relationem rationis.* Hæc ex ſuperioribus facilè probatur. Nam cùm præter ea,quæ realia,& poſitiua ſunt,nihil ſuperſit,negationes, relationes rationis, & commentitia: probatúmque ſit, vnum non addere quicquam reale poſitiuum, conſtet autem nihil addere commentitium: efficitur vt nihil aliud poſſit reddere quàm negationem aliquam, aut

relatio

Digitized by Google

relationem rationis. Quod ſi quis obiiciat, hoc tantùm ex ſuperiori concluſione perſpicuum eſſe, non addere vnum enti aliquid reale poſitiuum formaliter diſtinctum ab ente: hinc autem non ſequi, nihil illud poſſe addere reale poſitiuum: poteſt enim addere modum realem intrinſecum, qui non diſtinguitur formaliter ab eo, cuius eſt modus: Occurrendum eſt, communem omnium ſententiam eſſe: non ita diſtingui ab ente, quaſi ſolum modum illi adiungat, ac meritò quidem: tum quia omnis modus entis contrahit ens (vt finitum eſſe, infinitum, per ſe, in alio, actu, potentia, & ſimiles) vnũ autem æquè latè funditur, atque ens, illudq; perpetuò ſequitur quocunque modo accipiatur: tum etiam, quia vnum omnium ſententia diſtinguitur formaliter ab Ente, niſi quod alij dicunt diſtingui formaliter poſitiua, alij negatiua. *Obiectio.* *Dilutio.*

ATQVE hæ quatuor concluſiones ad verũ etiam, & bonũ extendi poſſunt, omneſq; alias, ſi vllæ præterea ſunt ſimplices paſſiones Entis. *Extenſio concluſionem.*

Quid vnum formaliter ſignificet.

SECTIO V.

QVINTA concluſio. *Vnum addit enti negationem diuiſionis per modum priuationis: ita tamen vt formaliter non includat ens.* Prima pars huius concluſionis, quæ eſt Commentatoris D. Thomæ, Alberti, Durandi & penè omnium, exceptis iis, qui Scotũ ſequuntur, planè aſſeritur ab Ariſt. 5. lib. cap. 6. vbi ſic ait: *Vniuersè autem ea, quæ diuiſionem non habent, ea ratione, qua non habent, vnum dicuntur.* Quod idem ſæpius repetit, præſertim lib. 10. cap. 1, vbi exponés, quæ ſit ratio vnius, quatenus omnia genera vnius complectitur, ita concludit, *Quapropter vnum eſſe eſt indiuiſibile eſſe, aut ſaltem* (quod addit cap. 5.) *indiuiſum.* Id autem facilè probatur. Nam quòd vnum addat enti negationem, hac ratione patet. Vnum addit enti aut negationem, aut relationem rationis, vt ex ſuperiori concluſione perſpicuum eſt: non addit autem relationem rationis: ergo negationem. Aſſumptio ex eo probatur, quia vnum non eſt relatiuum, ſed abſolutum. Quòd autem ea negatio ſit diuiſionis, ex eo patet, quia negatio, quam vnum addit enti, vel eſt negatio multitudinis, vel diuiſionis (neque enim quicquam eſt aliud, quod per illam negari poſſit) at non poteſt eſſe negatio multitudinis, quatenus multitudo eſt: negatio enim eſt naturæ ordine poſterior eo, quod negatur; Vnũ autem eſt ſuaptè natura prius multitudine: igitur eſt negatio diuiſionis, quod in expoſitione contextus luculentiùs diximus. *Quinta concluſio.* *Probatio primæ partis.*

Lege D. Thomam hoc loco tum 1. p. q. 11. art. 1. Duran. Ochamũ & Gabriē 1. diſt. 24. qu. 1. & alios, tũ ead. diſt. tum etiã hoc loco & ſæpe alibi. Lib. 5. tex. 11. lib. 10. à text. 1. & text. 9. Contra ſent. Aeg quæſt. 8. Ita Cap. 1. d. 13. Gab. 1. diſt. 24. quæſt 2. Sonc h c q. 23 & 27. contra ſententiã Æg. hoc loco q. 6. & Her quolib. 4. q. 2. & 3. (licet obiter idẽ dicere videatur) & alij plerique. Text. 9.

QVÒD ſi quis obiiciat, Vnum non ſolùm dicere negationem diuiſionis, ſed etiam identitatis, vt multi aſſerunt; dicunt enim id eſſe vnum, quod eſt indiuiſum in ſe, & non idem, ſeu potiùs diuiſum à quouis alio: Occurrendum eſt, eam ſententiam non eſſe approbandam. Nam vt aliquid ſit vnum, ſatis eſt ſi ſit indiuiſum in ſe: eſſe enim præterea diuiſum ab alio non efficit vnum præciſè, ſed vnum ex pluribus. Plené enim conſideratur quælibet res vt vna, cùm conſideratur vt *Obiectio.* *Dilutio.*

indiuiſa accedit, quòd & ſi ſolus Deus, aut quoduis aliud ens per ſe, eſſet res poſſibilis (quod tamen impoſſibile eſt) non propterea tamen non eſſet verè ac propriè vnum quid.

SECVNDA pars concluſionis, quàm iidem auctores pari conſenſu approbant, aſſeritur ab Ariſt. tum hoc cap. cùm ait, *Atque ibi quidem vni differētia adeſt, &c.* tum verò clariùs lib. 10. cap. 5. cùm docet: vnum opponi multitudini, vt indiuiſo, non tamen contradictoriè, ſeu per modum puræ negationis: Probatur autem facilè ex eo pars hæc, quia ſi Vnum adderet enti negationem diuiſionis per modum puræ negationis, non ens quoq; verè diceretur vnum (vt argumentatur D. Thomas) quemadmodum verè appellatur, Non diuiſum Nonalbum, & cæteris nominibus purè negatiuis. Imò etiam, cùm oppoſita circa idem genus verſentur, non entia quoque dicerentur verè multa & diuerſa, quod apertè falſum eſt.

Probatio ſecundæ partis.

Obiectio prior.

SED contra hanc concluſionis partem ſic licet obiicere. Quemadmodum dicimus, vnum ens, & duo entia, ſic etiam dicimus, vnum figmentum, & duo figmenta, vt vnum hippocentaurum, duos hippocentauros: igitur vnum & multitudo non magis accommodantur entibus, quàm non entibus. Huic obiectioni occurres: Vnum, & multitudinem non dici de non entibus, niſi quatenus non entia modo aliquo entia ſunt, nempè quatenus concipiuntur vno aut pluribus cōceptibus: hinc enim habēt, vt denominatione extrinſeca ſint entia: at entia ex ſe habēt, vt ſint vnū vel multa. Secus accidit prædicatis purè negatiuis: hæc enim dicuntur de nō entib. etiā quatenus non entia ſunt.

Dilutio.

Obiectio poſterior.

LICET quoque obiicere in hunc modum, Diuiſio, quam negat vnum, eſt impoſſibilis: ergo Vnum nō addit enti negationem diuiſionis per modum priuationis. Conſecutio perſpicua eſt, *quia priuatio eſt negatio eius, quòd natum eſt ineſſe.* & (quod hinc ſequitur) *quod poſſibile eſt eſſe.* Antecedens dupliciter probatur. Primùm, quia ſi diuiſio, quam negat Vnum, eſſet poſſibilis: aut Deus non verè diceretur vnus: aut ſimpliciſſima Dei eſſentia diuidi poſſet. Deinde, quia diuiſio, quam negat vnum, non videtur eſſe alia, quàm diuiſio cuiuſque entis à ſeipſo, quæ eſt omninò impoſſibilis, vt eſt luce clariùs. Quod autem ea negetur nomine vnius, ex eo perſpicuum videtur: quia vnitas tranſcendens eſt communis omnibus entibus: ſola autem indiuiſio à ſe, videtur omnibus entibus communis. Námque aliæ indiuiſiones, vt totius integri in ſuas partes, veluti aquæ maris: aut ſpeciei in ſua indiuidua, veluti ſolis, non ſunt communes omnibus entibus, cùm non omnia entia conſtent partibus integrantibus, neque omnia ſint ſpecies.

Negatur conſequentia.

AD hanc obiectionē, omnes qui vnū priuatiuū eſſe dicunt, negant conſequutionē: atq; ad probationem reſpondent, non ita intelligēdum eſſe, vnum ſignificare negationem diuiſionis per modum priuationis, quaſi ipſa negatio diuiſionis ſit vera priuatio, & quæ remoueat aliquid aptum ineſſe in eo quaſi ſubiecto, in quo eſt ipſa negatio: ſed ea ratione dūtaxat, quia non ſignificat illam per modū puræ negationis.

Negatur antecedens: ad priorē prob.

VERVM ne quis ex prætermiſſione antecedentis aliquē errorem imbibat: negandū quoq; eſt antecedens: ad prioremq; eius probationem

nem

nem hac diſtinctione vtendum: Si diuiſio, quam negat vnum, dicatur poſſibilis in eo quaſi ſubiecto, in quo eſt ipſa negatio, planè ſequi abſurda illa, quę ſubiiciuntur: Sin autem dicatur poſſibilis in aliis rebus, neutrum effici. Neque enim vllum eſt incommodum, ſi dicas, Deum eſſe indiuiſum diuiſione poſſibili in aliis rebus: neq; item nomina priuatiua ſemper ſumuntur, quatenus ſignificant negationem eorum, quę apta ſunt ineſſe rebus, de quibus dicuntur: ſed aliis etiã: quo pacto ſumuntur cæcum, ſilens, inculpatum, & ſimilia, quatenus dicuntur de talpa, de lapide, aliiſq; rebus inanimatis. Hac igitur ratione, Deus dicitur vnus, ſiue indiuiſus nomine priuatiuo, quia nõ eſt diuiſus diuiſione poſſibili in cæteris entibus: quo etiam pacto appellatur infinitus diuiſione poſſibili in cæteris entibus; quo etiam pacto appellatur infinitus, immenſus, inæſtimabilis, inculpabilis, & aliis huiuſmodi vocabulis: quibus tantùm abeſt, vt aliqua imperfectio tribuatur Deo, vt ſummam potiùs, atque adeò infinitam perfectionem in eo ſignificent.

D. Thom. q. 9. de potẽtia Dei art. 7.

Deus cur dicitur vnus priuatiuè.

Sonc. q. 23.

Ad poſteriorem.

AD poſteriorem verò probationem dicendum, non eſſe verum, diuiſionem, quam negat vnum tranſcendens, eſſe diuiſionem cuiuſque entis à ſeipſo: eiúſque rei probationem nihil efficere. Nam, etſi negatio huiuſcemodi diuiſionis omnibus entibus communis eſt, nõ eſt tamen ea ſatis, vt rem efficiat verè. Nam homo, vt eſt in ſuis inferiorib. eſt indiuiſus à ſe, id eſt, non eſt homo, & non homo: & tamen vt eſt in illis, non eſt vnum aliquid: ſed multa: Aceruus item lapidum eſt indiuiſus à ſe, vt non ſit aceruus, & non aceruus: & tamen non eſt aliquid verè vnum, ſed multa. Itaque, vt aliquid ſit verè vnum, neceſſe eſt, vt non ſolùm non ſit ipſum, & non ipſum, ſed neque vlla multa, in quæ cadere poſſit contradictio huius & non huius.

Probatio tertia partis.

TERTIA pars cõcluſionis probatur. Primùm, quia nunquam affectio rei tãtæ perfectionis eſt, quantæ eſt res ipſa, cuius eſt affectio, ſiue ea ſit propria paſſio, ſiue cõmune accidens: atqui id accideret, ſi vnum includeret formaliter ens, & indiuiſionem. Deinde, quia vnum poſſet vnum includere formaliter ens: niſi ei eſſentialiter ſubiiceretur, vt homo animali, aut rationali, vel alia ratione ex eo conſtitueretur vt Socrates ex materia & forma: at vnum non poteſt eſſentialiter ſubiici enti, vt patet ex concluſ. 3. q. 3. nec item ex eo componi: quia nulla affectio, quæ fluit ex ſubiecto, poteſt ex eo conſtitui: alioqui iam ſubiectũ ex ſe ipſo flueret, & ſe ipſo eſſet poſterius. Poſtremò, quia ſi vnum conſtituitur ex ente & diuiſione, quaſi affectione adiuncta, potiùs indiuiſio dicenda erit paſſio entis, quàm totũ compoſitum. Aptiùs enim affectio demonſtratur de ſubiecto, quàm totum cõpoſitum de parte.

Reſponſio ficta.

QVÒD ſi aduerſæ partis auctores dicant vnũ non cõſtitui ex ente & indiuiſione, ſed eſſe tertiũ quippiam cõpoſitæ cuiuſdam naturæ, quæ ex vtroq; reſultet, iã petã, ſit-ne illud reale aliquid, an rationis, an verò negatiuũ. Si reale, iam ens de vno dicetur quidditatiuè, quòd fieri non poſſe, ex tertiæ concluſionis probatione patet. Si rationis, numerabitur vtique vnum in relatiuis: quod pugnat cũ prima parte huius concluſionis. Quòd ſi negatiuũ, idipſum eſt, quod volumus. Neque enim alia negatio afferri poteſt, quæ nomine vnius ſignificetur, quàm negatio

Digitized by Google

tio diuiſionis. Quòd autem afferunt ex D. Thoma in diſputatis de Potentia Dei, & aliis locis, Vnum non ſignificare ſolam indiuiſionem, ſed etiam ipſam ſubſtantiam, ſiue entitatem rei, non de ſola formali ſignificatione tantùm, ſed de connotatiua etiam, ſiue inſinuatiua intelligẽdum eſt: quo pacto dicimus, cæcitatem ſignificare non modò negationem aſpectus, ſed de cõnotatiua etiam oculum, cui illa ſuo modo ineſt.

Explicatio locorũ quorũdam D. Tho.

Cuiuſdam reſponſionis impugnatio.

Nec verò ea moderatio, quã quidã eorum adhibẽt de ſignificatione indiuiſionis in obliquo quicquam iuuat: nam etſi id eodem modo intelligunt, quo dicimus ſimitatẽ ſignificare naſum in obliquo, quia ſit naſi curuitas, & patrẽ aliquo modo ſignificare filium, quia filiũ reſpiciat, non putant certè vnũ ſignificare formaliter indiuiſionẽ, quicquid tandem dicãt. Nam nec ſimitas ſignificat formaliter naſum, nec pater filiũ, licet naſus ponatur in ratione formali ſimitatis, & filius in ratione formali patris. Quòd ſi ita dicũt, vnum ſignificare indiuiſionẽ in obliquo, quo pacto album ſignificat albedinẽ (ſiquidem eſſe albũ nihil eſt aliud, quàm affectum eſſe albedine, vel habere albedinem) planè ſentiunt, vnum componi ex ente & indiuiſione. Nam cùm dubium non ſit, quin album ſignificet formaliter albedinem, certè cùm addant, Vnum ſignificare formaliter, & in recto ipſum ens, perinde ſentiunt de vno, ac ſentirent de albo, ſi album præter ſignificationem formalem albedinis, ſignificaret etiam formaliter ipſum corpus, quod denominatur affectum albedine. Quid enim hoc eſſet aliud, quàm vnum, quatenus vnum, conſtitui atque componi ex ente & indiuiſione?

Obiectio.

Sed contra hanc cõcluſionis partem obiiciat aliquis in hunc modum, quòd pugnet cum prima concluſione. Ens, & vnum ſunt idem re, vt patet ex prima concluſione, imò etiam vna natura, vt affirmat Ariſtoteles: ens autem reale non poteſt eſſe eadem res cum negatione, ſeu priuatione, nedum eadem natura, ſiue priuationes & negationes ſint non entia, vt credimus, ſiue ſint entia rationis, vt plerique putant: igitur prima concluſio: aut hæc pars quintæ falſa eſt.

Dilutio.

Hvic obiectioni occurrendũ eſt, nõ eſſe dictum à nobis in prima cõcluſione, ens & vnum eſſe idem re, ſed vnũ non eſſe reipſa diſtinctũ abente, quod aliud eſt. Quamquã ſi id aſſertũ eſſet nihil abſurdi ſequeretur: Nã, vt Ariſt. ait 1. Phyſ. c. 7. *materiam eſſe idem numero, ſiue re cum priuatione:* ſic etiam à nobis dici potuit hoc loco, ens eſſe idem re cum vnitate, ſeu indiuiſione, Vtrumque enim verum eſt in ſenſu negatiuo: quaſi dicas, non eſt aliud reipſa: quo eodem modo intelligendum eſt illud Ariſt. *Ens & vnum eſſe vnam & eandem naturam, id eſt, non duas.*

Inter quos eſt Sonc. 10. Metaph. q. 15.

Text. 66. & 67.

Vnum eſſe veram paſſionem entis, & quo pacto ſit. SECTIO VI.

Sexta conclu-ſio.

Sexta & extrema concluſio. *Eſſe vnum realem, per ſe, abſolutè, atque in ſe, eſt vera paſſio entis huic ſcientiæ ſubiecti.* Quæ concluſio explicatione magis, quàm probatione indiget.

Variæ definitiones vnius, & 1. vnius in communi.

Vnvm communiſſima ratione ſumptum *nihil eſt aliud quàm indiuiſum ſecundùm aliquã rationem entis.* Non diximus: (*ſecundùm aliquẽ gradum entis.*) ſed rationem: quia neque analoga ſunt indiuiſa ſecundùm gradum vllũ entis communẽ analogatis: neque entia per accidens ſecundùm

cundùm gradum vllum communem iis entibus, ex quibus conſtant: ſed ſecundùm qualemcumque rationem entis complectentis omnia.

VNVM reale eſt, *cuius vnitas poteſt actu exiſtere ſine operatione intellectus*, vt vnitas Angeli, vel lapidis. Nam vt entia exiſtunt ſine operatione intellectus, ita earum vnitas. Atque per hanc particulam excluditur omne vnum, cuius vnitas exiſtere non poteſt ſine operatione intellectus, vt vnitas, prædicati, ſubiecti, generis, ſpeciei. *2. Vnius realis.*

VNVM per ſe interdum ſumitur preſsiùs: *pro eo, quod eſt verè vnius eſſentiæ, ſiue ea ſimplex ſit*, vt Angeli, *ſiue compoſita*, vt hominis, aut lapidis: cui vni opponitur vnum per accidens communiter ſumptum. Interdum verò ſumitur fuſiùs, non ſolùm pro eo, quod verè eſt vnius eſſentiæ; ſed etiam pro eo, quod conſtat ex multis per ſe ordinatis, ex quibus nulla vera eſſentia reſultat: cuiuſmodi eſt nauis, aut exercitus: cui vni opponitur vnum per accidens preſsiùs acceptum, nempè quod nec verè eſt vnius eſſentiæ, nec cōſtat ex pluribus per ſe ordinatis: cuiuſmodi eſt aceruus lapidum, aut turba hominum. Atque hoc ſolum vnum per accidens, excluditur in concluſione per particulam per ſe. *3. Vnius per ſe.*

ESSE vnum abſolutè & comparatè, differunt inter ſeſe. Eſſe vnum comparatè, eſt eſſe vnum cum aliquo, quo pacto Socrates eſt ſecum vnum numero, cum Platone vnum ſpecie, cum Bucephalo vnũ genere, cum magnitudine, aut figura vnum analogia. Quo loco vnum ſpecie ac genere nolim accipias formaliter, ſed fundamentaliter, ne redeamus ad vnitates pendentes ab operatione intellectus. Eſſe vnum abſolutè, eſt eſſe vnum non cùm aliquo ſed ſine comparatione ſpectatũ, quo pacto animal eſt vnum in eo quaſi momento naturæ, in quo nec ſecum adhuc nec cum alio confertur, ſiue illud ſpectetur vt animal, ſiue vt viuens, ſiue vt homo, ſiue etiã vt Socrates: modo enim non conferatur cum aliquo, cum quo dicatur vnum, ſemper ſpectatur abſolutè. Atque hoc pacto ſumendũ eſſe vnum in concluſione hac: ex eo patet, quia neceſſe eſt vt vnitas, quæ prima paſſio entis eſſe debet, conueniat cuilibet, ante quamcũque multitudinẽ, non modò pendẽtem ab operatione intellectus, qualis eſt multitudo Socratis bis ſumpti, ſed etiam diſtinctorũ ex natura rei, qualis eſt multitudo numeralis, ſpecifica, &c. *Vnum abſolutè, & comparatè quomodo differant.*

ESSE vnum in ſe, eſt eſſe *vnum ſecundùm propriam & peculiarem rationem non ſecundùm rationem ſuperioris, aut inferioris, aut accidentis*: quo pacto animal eſt, vnum, quatenus animal, non quatenus viuens, non quatenus homo, aut Socrates, non quatenus quantum, aut huius, illiúſque figuræ. Atque hoc pacto ſumendum eſſe vnum luce clariùs eſt, cùm vnitates, quæ conueniunt inferioribus per ſuperiora, aut ſuperioribus per inferiora, aut ſubiectis per accidentia, aut contrà, non conueniant illis primò, & per ſe. *Definitio vnius in ſe.*

QVOD ſi quis obiiciat: ens complecti omnem Entitatis rationem: ergo & vnum quod eſt paſſio entis, complecti omnem rationem vnitatis: quare nullo pacto reſtringendum eſſe vnum, cùm tribuitur enti, vt propria eius paſſio: Occurrendum eſt, etſi ens in commune complectitur omnem Entitatis rationem, non tamen, vt eſt ſubiectum primæ Philoſophiæ. Quapropter cùm illud non quouis modo, *Obiectio.* *Dilutio.*

ſed

ſed vt eſt reale ac per ſe, ſit eius ſubiectum: non mirum eſt, ſi vnum etiam ad vnum reale, ac per ſe reſtrictum ſit. Cur autem additæ ſint reliquæ duæ particulæ, ex dictis conſtat. Ita non modò explicata, ſed etiam probata relinquitur propoſita concluſio: tametſi pronunciatum hoc, quemadmodum & cætera, quæ valdè propinqua ſunt primis principiis difficilè probari ſolent, vt docet Ariſtoteles in Topicis, non propter ambiguitatem, ſed perſpicuitatem. 8.lib. cap.2.

Confirmatio prior.

POTEST itē concluſio his argumentis confirmari. Ens, qua ratione eſt ens, habet veras aliquas paſſiones, vt ratione Ariſtotelica initio oſtendimus: nihil autem reperitur, quod ſit magis propria paſſio Entis, de quo agit primus philoſophus, quàm vnum reale, per ſe, &c. eſt igitur propria eius paſſio. Quòd ſi quis obiiciat, priùs conuenire enti diuiſum eſſe à non ente diuiſione contradictoria, quàm eſſe vnum ſiue indiuiſum in ſe: ergo aliquid prius vno reperiri, quod paſſio entis dici poſſit: hunc in modum reſpondendum eſt. Si diuiſum eſſe ſumatur vt entibus & non entibus commune eſt, non poſſe illud dici paſſionem entis, cùm latiùs pateat: quod ipſum ſuperiùs monuimus. Quòd ſi ſumatur, vt ſupponit ens quaſi ſubiectum, quo pacto ſumitur indiuiſum, quod conſtituit vnum: non latiùs quidem de modo patebit, quàm ens: ſed tamen ea ratione non poterit paſſio entis appellari, quia quæ ſola diuiſione contradictoria diuiſa ſunt, non dicuntur diuiſa per aliquid aliud, etiam ratione diſtinctum, ſed per ſeipſa formaliter, vt homo à non homine per idipſum, quod homo eſt, & lapis à non lapide per idipſum, quod lapis eſt: alioqui aliquid expectarent, ſaltē ratione diſtinctum, per quod ſibi mutuò repugnarent, quod dici nullo modo poteſt. Præterea non enti nihil accidere poteſt, per quod diuiſum ſi ab ente, cùm ipſum nihil ſit: ergo nihil etiam requirendum eſt in ente, per quod diuiſum ſit à non ente. Accidit quod diuiſum eſſe ab ente nihil aliud eſt, quàm non eſſe ens: ergo diuiſum eſſe à non ente nihil eſt aliud, quàm eſſe ens. Atque hæc de diuiſione contradictoria, ſeu (quod idem eſt) de contradictione fundamentali, nō de contradictionis relatione, quæ eſt relatio rationis, hæc enim nihil ad rem facit, cùm ſupponat fundamenti apprehenſionem, ac proinde multitudinem entium, apprehendentis inquam, & apprehenſi, ac proinde ſit poſterior vtriuſque vnitate. Patet igitur non poſſe dici paſſionem entis, Diuiſum eſſe à non ente diuiſione contradictoria, quæ tranſcendentem vnitatem præcedat.

Obiectionis dilutio.

Ens à non ente, & non ens ab ente à ſeipſis formaliter diuiſa.

Confirmatio poſterior.

Præterea, eſſe vnum neceſſariò reciprocatur cùm ente, & ſequitur ipſam entis naturam (addantur autem conditiones eius entis, & eius vnius, de quibus eſt ſermo) igitur eſt vera paſſio entis. Conſequentia perſpicua eſt. Prior pars antecedentis facilè probatur. Nam, quòd omne vnum neceſſariò ſit ens, ex eo patet, quia vnum nihil eſt aliud, quam ens indiuiſum, quatenus indiuiſum eſt. Quod autem omne Ens neceſſariò ſit vnum, ea ratione probat D. Thomas: quia omne ens neceſſariò eſt ſimplex, aut compoſitum: quod autem eſt ſimplex, eſt diuiſum actu, & potentia, vt Angelus, quod verò compoſitum, eſt indiuiduum actu, licet ſit diuiſum poteſtate, vt homo. quam probationem innuit Ariſt. lib. 10. cap. 2. cùm ait, 1.p.q.6.art.3. & q.11.ar.1.

Quod.

Digitized by Google

Text. 5. *Quod verò eſt indiuiſibile, aut indiuiſum, id dicitur vnum.* Indiuiſibile enim dixit propter ſimplicia, indiuiſum autem, propter compoſita. Atque hanc reciprocationem entis, & vnius, habet hoc capite, cùm dicitur: *Ens & vnum mutuò ſe ſequi*, Quã eandem tradit Parmenides apud *Text. 3. In Parmenide ſect. 7.* Platonem his verbis, *Neque enim ens vni, neque vnum enti deeſt, ſed duo hæc potiùs per omnia coæquantur.* Poſterior autem antecedentis pars ex eo facilè perſpicitur, quia vnitas ſupponit entitatem, tanquam ſubiectum, non entitas vnitatem. *Platonis ſententia.*

AT obiiciat aliquis contra prioris partis probationem, hoc modo. Indiuiſio rerum compoſitarum in ſuas partes realiter conſtituentes non eſt vnitas earum tranſcendens, & pari ratione, neque indiuiſibilitas ſimplicium in eiuſmodi partes, igitur non rectè eo argumento probatum eſt, omne ens eſſe vnum, cùm concluſio intelligatur de vnitate tranſcendente. Prior pars aſſumptæ propoſitionis (quæ ſola indiget probatione) ex eo patet, quia Socrates, etiam poſtquam è viuis exceſſit, eſt vnus vnitate tranſcendente, quæ non poteſt illi non conuenire, & tamen nunc eſt verè diuiſus in animam & corpus: eodémque modo ſunt verè diuiſi in partes integrantes, qui abſciſſo capite obierunt. *Obiectio.*

HVIC obiectioni occurrendum eſt verum eſſe, quod ſumitur. Vnitas enim tranſcendens neque eſt indiuiſio, neque indiuiſibilitas in partes realiter conſtituentes, ſiue eſſentiales illæ ſint, ſiue integrales: ſed eſt indiuiſio in hoc & non hoc, ita vt illud dicatur vnum vnitate tranſcendente, quod quatenus tale eſt, non eſt hoc, & non hoc: quo pacto Angelus eſt vnus vnitate tranſcendente, quia, quatenus eſt Angelus, non aliqua ſaltem duo, quorum alterum, non ſit alterum: tametſi quatenus eſt reipſa hic, & ille Angelus, ſit hoc, & non hoc, ac proinde non vnum quid, ſed plura. Eadem ratione homo non eſt vnus vnitate tranſcendente, quatenus eſt indiuiſus, ſiue in animam & corpus, ſiue in partes integrantes: ſed quatenus, vt homo eſt, non eſt vlla duo, quorum alterum non ſit alterum, tametſi quatenus eſt re ipſa Socrates, & Plato, ac cæteri particulares, ſit hoc & non hoc, ac proinde plura non vnum aliquid. Quod idem dicendum eſt de Socrate: nam cùm probabiliùs ſit Socratem viuentem non eſſe animam & corpus, aut partes ſuas integrantes, ſed tertiam quandam entitatem conſtantem ex anima & corpore, vt patebit libro 7. multò minùs dicendum erit, illum poſt mortem eſſe animam & corpus, partéſve ſuas integrantes, cùm priores illæ ſint à ſe inuicem ſeiunctæ, poſteriores autem perierint. Verùm: quia indiuiſio illa, in qua diximus, conſiſtere vnitatem tranſcendentem, cùm exiſtit realiter, quoad compoſita quidem coniuncta eſt cum eorum indiuiſione in partes reales: quoad ſimplicia coniuncta eſt cum eorum indiuiſibilitate in eiuſmodi partes: idcirco D. Thomas ex adiunctis probauit, omne ens eſſe vnum, quia ſimplicia diuidi non poſſunt in partes realiter conſtituentes, compoſita verò, etſi diuidi poſſint, quandiu tamen in rerum natura exiſtunt, non ſunt actu diuiſa. Quocirca illud hoc loco prætereundum non eſt, hoc intereſſe inter vnitatem tranſcendentem compoſitorum *Diluitio.* *De toto, & partibus.* *Defenditur probatio D. Thomæ.* *Quo pacto vnitas tranſcendens perire poſſit.*

& ſimplicium, quòd vnitas ſimplicium non poteſt perire per diſſolutionem partium, quas non habent: ſed per ſimplicem definitionem, vt ſi Deus annihilaret Angelum: vnitas autem compoſitorum perire poteſt, non ſolùm hoc pacto, ſed etiam in quibuſdam per diſſolutionem partium: ſiue ea diſſolutio ſit vera ſeparatio formæ à materia. vt in homine: ſiue reſolutio in materiam pereunte forma, vt in equo, & cæteris rebus caducis.

Obiectio. VERVM obiiciat aliquis hunc in modum. Vnio, qua anima Socratis vnietur corpori in generali reſurrectione, erit alia ab vnione, quæ facta eſt in generatione Socratis: quandoquidem hæc fuit facta per creationem formæ in materia: illa verò fiet per coniunctionem formæ exiſtentis cum materia exiſtente: igitur vnitas compoſitionis, quàm habuit poſt reſurrectionem, non erit eadem vnitas, ſiue indiuiſio, atque illa quam habuit, dum viueret: quod ſi ita eſt, ergo nec vnitas tranſcendens erit eadem, ſed alia. Huic obiectioni occurres, vniones quidem illas, ſiue actiones viuendi, diuerſas eſſe: ſed tamen vnitatem compoſitionis reſultantem eſſe vnam & eandem, quia compoſitum vnum, & idem eſt: quemadmodum ſi Deus annihilaret Angelum, & iterum illum eundem produceret, eadem illa vnitas, quæ eſt indiuiſibilitas in partes realiter conſtituentes, inciperet eſſe cum Angelo iterum eſſe incipiente. Non eſt igitur, cur vnitas etiam tranſcendens Socratis viuentis olim, & iterum victuri poſt reſurrectionem, non ſit vna atque eadem.

Dilutio. Vnitas hominis poſt reſurrectionē quomodo ſit eadē cum ea qua eſt ante illam.

Solutio argumentorum, quæ initio propoſita ſunt.

SECTIO VII.

PRIMVM igitur argumentum eorum, quæ initio propoſita ſunt, facilè diſſoluitur ex dictis. Nam, etſi vnum communiſſimè ſumptum dicatur de entibus rationis: tamen vnum reale nō dicitur niſi de entibus realibus, eodémque modo vnum reale, ac per ſe de ſolis entibus realibus, ac per ſe.

Quorundam ſolutio. AD ſecundum non deſunt, qui dicant, vnum ſimpliciter, & multa ſimpliciter (quo duntaxat modo hæc ſunt oppoſita prædicata) non dici de ente reali, ac per ſe, quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ, ſed de ente reali, quod eſt cōmune enti per ſe, & enti per accidens. Namque omne ens per ſe, eſſe vnum ſimpliciter, etiamſi ſimul eſſe poſsit multa ſecundùm quid: & omne ens per accidēs, eſſe multa ſimpliciter, etiamſi poſsit ſimul eſſe vnum ſecundùm quid: nihilque eſſe quod ſimul ſit, & vnum ſimpliciter.

Cur non placet. VERVM, quia Philoſophi, cùm tradunt, vnum, & multa eſſe partes cuiuſdam diſiunctæ affectionis, planè videntur eam tribuere enti, quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ: alio modo videtur reſpondendum, præſertim cùm ſuperius confeſſi ſimus, quædam entia contineri ſub Metaphyſicæ ſubiecto, quæ fortaſſe non libenter fatearis eſſe vnum ſimpliciter, vt eſt domus, aut Reſpublica.

ET

Digitized by Google

Ochamus, Gregor. Gabriel, & aliis 1. ſent. d. 24.

Quid de ſententia Nominalium reſpondendum.

Et quidem Nominalium plerique exiſtimant, vnum ſimpliciter non dici, niſi de rebus ſimplicibus, definientes vnum ſimpliciter eſſe id, *quod ita eſt indiuiſum, vt nihil intrinſecè ſit in ipſo, quod non ſit ipſum*: compoſita verò, etſi cum additione ſunt vnũ: ſimpliciter tamen non eſſe vnum, verbi cauſſa, Socratem eſſe vnum hominem, vnum animal, &c. ſimpliciter tamẽ, & ſine addito, nec eſſe, nec dici poſſe vnum. Id quod ex eo probant, quia compoſita (vt aiunt) nihil aliud ſunt, quàm ſuæ partes: quare cùm partes cuiuſque neceſſariò ſint plures: neceſſariò effici, vt eorum quodque multa quidem dici poſſit, vnum autem dici non poſſit. Quod ſi ita eſt, perſpicuè ſoluetur argumentum, ſi dicas, Vnum ſimpliciter non conuerti cum ente, quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ, ſed eſſe partem diſiunctæ illius affectionis, Vnum vel multa: quippe quod conueniat omnibus entibus ſimplicibus, quemadmodum multa omnibus compoſitis.

Impugnatio reſponſionis.

Sed hæc ſententia non eſt audienda. Nam, vt mittamus illud de identitate totius cum ſuis partibus, cuius oppoſitum magis probãdum eſſe lib. 7. patebit, certè compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali, vt homo, eſt verè, ac ſimpliciter vnius eſſentiæ, itémque magnitudo, vt ſuperficies globi: eſt igitur horum quodq; verè, ac ſimpliciter ens: at nulla ratio afferri poteſt, cur id, quod eſt ſimpliciter ens, non ſit ſimpliciter vnum, niſi approbetur definitio illa vnius, quam illi pro ſuo arbitratu fingunt, quæ tamen non eſt definitio vnius, ſed ſimplicis, ſiue indiuiſibilis. Vnum enim, vt vnum eſt in diuiſione, non in indiuiſibilitate conſiſtit: ſimplex autem, ſiue indiuiſibile (idem enim eſt, quod componi, & quod diuidi nequit) negatione partium deſcribitur. Nec verò Auguſt. quem illi eodem loco pro ſe afferunt, exiſtimat, id, quod diuiſibile eſt, non eſſe vnum ſimpliciter, ſed non ita propriè eſſe vnum, atque id, quod diuidi poteſt: Quòd ſi cui etiam libeat id ſolùm vocare vnum, in quo nihil omninò ſit, quod non ſit ipſum, ſolus Deus erit verè, & ſimpliciter vnus, quod nonnunquam patres affirmant: nec iam omne ſimplex erit ſimpliciter vnum, vt hi auctores volunt: ſed ſolùm id, quod eſt ſimpliciſſimum. In eo etiam, quod dicunt compoſitum quodque eſſe multa ſimpliciter, & perperam dicunt, & ſeipſos impediunt. Nam ſuperficies globi non eſt multa entia ſimpliciter, cùm nec ſit multæ ſuperficies: ſed vna ſuperficies, vt etiam fatentur: nec verò alia vlla accidentia abſoluta, quæ eius ſint partes, vt inductione patet. Quinetiam, cùm nulla dentur multa, niſi quorum quodque ſit vnum: ſi nulla pars eius ſuperficies ſit vnum ſimpliciter, nec omnes ſimul erunt multa ſimpliciter: at ſi vera ſunt quæ dicunt, nulla earum eſt vnum ſimpliciter, cùm conſtet ex infinitis. Ita ſit, vt eorum ſententia nec vera ſit, nec ſecum ipſa cohæreat.

Quomodo ſolus Deus ſit verè & ſimpliciter vnus.

Prior reſponſio.

Duo igitur modi ſuccurrunt, quibus reſponderi poſſit. Vnus, ſi cum his auctoribus dicamus, vnum ſimpliciter non conuerti cum ente, de quo agit Metaphyſicus, ſed hoc diſiunctum, Vnum ſimpliciter, vel multa ſimpliciter: non ita tamen, vt cum eiſdem, ſola ſimplicia dicamus eſſe vnum ſimpliciter, ſed omnia, quæ ſunt verè, ac propriè vnius eſſentiæ, ſiue ſimplicia illa ſint ſiue compoſita: ea verò

ſola,quæ ita ſunt per ſe compoſita,vt non ſint vnius eſſentiæ,dicamus eſſe plura ſimpliciter. Quæ ſolutio ſi approbetur, non erit intelligendum in extrema concluſione nomine vnius per ſe, vnum ſimpliciter, ſed ſolum vnum per ſe, vt verba ſonant: quod perſpicuè reciprocatur cum ente per ſe.

Poſterior. Entia ſimpliciter quæ ſunt verè & propriè vnius eſſentia.

ALTER,ſi ea quoque compoſita, quæ non ſunt verè, ac propriè vnius eſſentiæ (ſi tamen illa ſint per ſe, & ordinatè compoſita) appellemus vnū ſimpliciter:ac proinde dicamus,vnum ſimpliciter conuerti cum ente,quod eſt Metaphyſicæ ſubiectum: idq; vnum ſubaudiamus nomine vnius per ſe in vltima concluſione. Neque enim durum videtur, aut præter conſuetudinem vt omne per ſe compoſitum ſimpliciter appellemus vnum,idq; ſolùm negemus de compoſito omninò per accidens,cuiuſmodi eſt aceruus lapidum, aut turba hominum. Quòd ſi hoc pacto omne ens, de quo agit Metaphyſicus, ſit vnū ſimpliciter: tum ad argumentum dicendum, Et vnum ſimpliciter, & multa ſimpliciter poſſe prædicari de ente per ſe, non tamen eodē modo ſumpto. Homo enim communis in ſe: eſt vnum ſimpliciter: in Socrate verò, & Platone,cæteriſq; particularib. eſt multa ſimpliciter, eodemq; modo ſe habent cætera communia, ſiue ſimplicia ſint,vt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſiue compoſita vnius eſſentiæ, vt homo,ſiue quaſi vnius eſſentię propter compoſitionem per ſe ordinatam, vt domus. Atque hinc eſt id,quod Porphyrius docet in Iſagoge, Quemadmodum plures homines in homine communi ſunt vnus homo: & (quod ſubaudiri poteſt) vnum ens, ita, & homo communis in pluribus hominibus eſt plures homines, & quod ſequitur, plura entia. Caue tamen colligas ex hac ſolutione,vllum ens per ſe poſſe ſimpliciter,& ſine adiectione appellari vnum,& multa,Id enim,quod non in ſe,ſed in multis eſt multa,non ſimpliciter,ſed quatenus in illis eſt,dicendum eſt multa,quod diligenter animaduertendum eſt.Atque hoc forſitan eſt id, quod D.Thomas ait, *Ens diuidi per vnum quidem ſimpliciter: per multa verò ſecundùm quid.* Neque enim iungit verbum,*Secundùm quid*, cum verbo, *Multa* (oportet enim in ea diuiſione ſumere multa pro multis ſimpliciter,quemadmodum & vnum) ſed cum verbo,*Diuidit*, vt ſit ſenſus,Omne ens ſine adiectione vlla dicendum eſſe vnum:at quod commune eſt cum adiectione illa duntaxat, *Quatenus eſt in particularibus*, aut alia ſimili, dicendum eſſe multa.

Animaduerſio.

Explicatio D. Thomæ.

1.p.q.11.ar.1. ad 2.

De negationibus.

AD tertium dicendum: Etſi negationes non ſunt entia realia, nec etiam rationis, niſi quatenus apprehenduntur, aut apprehendi poſſunt: tamen negationes,quæ aliquod ens quaſi ſubiectum ſibi vendicant, non cenſeri purè nihil, eo quòd comitentur entia, quibus non inſunt formæ, quarum priuationes ſunt. Atque hoc pacto indiuiſio, quam ſignificat vnum reale, comitatur entia realia,quæ in ſe non ſunt actu diuiſa. Ad id autem, quod additur de relationibus rationis, etſi nihil facit contra ea,quę dicta ſunt de vno,obiter tamen dicendum eſt, etſi nullæ earum exiſtunt,niſi per operationem intellectus: pleraſque tamen poſſe conuenire ſubiectis ſine operatione intellectus,vt patebit libro quinto.

De relationibus rationis.

SIT-NE

SIT-NE VERVM PASSIO entis propria.

QVÆSTIO VI.

Quibus argumentis non videatur propria entis paſſio.

SECTIO I.

QVOD attinet ad verum, etſi Ariſt. lib. 2. cap. 1. haud obſcurè ſignificat, illud eſſe veram, ac propriam paſſionem entis, cùm ait, *Vt vnumquodque eſt, ita & verum eſſe*, eamq; ſententiam omnes Paripatetici ex eo loco colligunt: non deſunt tamen argumenta, quibus oppoſita potiùs quæſtionis pars videatur probanda.

PRIMVM eſt, quia idem paulò ante docuerat, quædam entia non ſemper eſſe vera: ſed interdum: quod autem non ſemper conuenit, propria paſſio eſſe non poteſt. *Primum argumentũ partis negatiuæ.*

2. SECVNDVM, quia cùm verum & falſum ſint contraria: contraria autem circa idem verſentur: aut dicendum eſt, aliquod ens eſſe ſimul verum & falſum: aut certè, non omne ens eſſe verum.

3. TERTIVM, quia cùm non minùs verum ſit, id, quod non eſt, non eſſe, quàm quod eſt, eſſe, efficitur, vt Verum non minùs dicatur de non entibus.

4. QVARTVM, quia ſi verum reciprocaretur cum ente, non adderet illi niſi, aut negationem, aut relationem rationis: vt ex quæſtio. 4. perſpicuum eſt: at neutram videtur poſſe addere. Námque verum, vt verum eſt dicit perfectionem intellectus: imò etiam videtur dicere perfectionem ſimpliciter: cùm melius ſit, vnicuique verum eſſe, quàm non eſſe verum: negationes autem, & relationes rationis perfectionem nullam dicunt. Huc accedit, quòd relationes rationis pendent ab operatione intellectus: quod de propriis paſſionibus nequaquam videtur dicendum.

DENIQVE id ex eo videtur fieri non poſſe: quia verum, cùm ſit obiectum intellectus, neceſſariò antecedit intellectum naturæ ordine: omnes autem relationes rationis ſunt ſuapte natura poſteriores intellectu, cùm ab eius operatione pendeant.

Quid verum addat enti, quidque ſit totum eius formale ſignificatum.

SECTIO II.

PRO huius quæſtionis explicatione, illud in primis cõſtituendum eſt, quidnam verum addat enti, & quod ſit totum eius formale ſignificatum. Cui dubitationi breuiter ex ſuperiori quæſtione ſatisfieri poteſt.

Prima concluſio. probatur. 1. Sɪᴛ igitur prima huius quæſtionis concluſio: *Verum addere enti ſolam relationem rationis, eámque ſolam formaliter ſignificare*, In priori parte huius concluſionis omnes penè conueniunt. Potéſtque ea ex quarta concluſio ne ſuperioris quæſtionis ſic colligi: Verum, bonum, etſi quæ alia dicuntur ſimplices paſſiones entis, non poſſunt addere enti, niſi aut negationem, aut relationem rationis: at verum non addit negationem, quia non eſt nomen negatiuum, ſed poſitiuum: addit igitur ſolam relationem rationis.

2. *Veritas quid.* Pʀᴂᴛᴇʀᴇᴀ Veritas, vt omnes Philoſophi, & Scholaſtici Theologi definiunt, *eſt: adæquatio, ſeu potiùs conformitas rei, & intellectus*: conformitas autem eſt quædam relatio: addit ergo verum enti relationem: atqui non poteſt addere relationem realem, tum quia enti in commune nihil poteſt addi reale, vt patet ex concluſ. 3. eiuſdem quæſtionis: tum etiam, quia ſi verum adderet enti relationem realem, cùm Deus ſit veriſſimum ens, daretur in Deo relatio aliqua realis, quæ omnibus diuinis perſonis communis eſſet, quod & Sanctorum dictis, & penè omnium Scholaſticorum repugnat: non eſt igitur dubium: quin addat relationem rationis.

Quorundam ſententia de ſignificatione veri. Iɴ poſteriori parte non parua diſſentio eſt, Capr. enim in primum ſentent. d. 19. q. 3. Paul. Sonc. in 6. lib. huius operis q. 17. Ferr. in primũ contra Gen. cap. 7. & alij non pauci D. Thomæ ſectatores exiſtimant: verum ſignificare formaliter & relationem conformitatis, & ipſum ens: quo pacto credunt, vnum ſignificare & indiuiſionem, & ens ipſum, quod eſt indiuiſum, vt ſuperiori quæſtione diximus: Hoc autem ex eo ſibi perſuadent, quia D. Thom. multis in locis idem videtur ſentire: præſertim in Diſputat. De veritate q. 1. art. 8. vbi ſic ait. *Veritas rerum exiſtentium includit in ſui ratione entitatem earum: & ſuperaddit habitudinem adæquationis.* *Vide item ar. 1. ad 6.*

Aliorum ſententia, quæ & approbatur. Aʟɪɪ dicunt, verum ſignificare formaliter ſolam relationem, connotato tamen, ſiue inſinuato ente: quæ ſententia vera eſt, vt poſterior pars noſtræ concluſionis aſſerit, & iiſdem argumentis probari poteſt, quibus tertia pars quintæ concluſionis proximæ quæſtionis confirmata eſt: ad rem tamen præſentem accommodatis. Quibus addi poteſt hoc proprium. Veritas eſt adæquatio, ſiue conformitas rei & intellectus: conformitas autem nihil aliud eſt formaliter, quàm relatio: ergo & veritas, nihil aliud, quàm relatio conformitatis. Nec puto D. Thomam aliud ſenſiſſe in verbis citatis, quàm quòd veritas per entitatem: tanquam propria paſſio per proprium ſubiectum, aut quaſi ſubiectum, definienda ſit, vt perſpicuè colliges ex 1. p. q. 16. art. 3. ad 3.

Diluitur obiectio. Deus quomodo ſit prima veritas. Qᴠᴏᴅ ſi quis obiiciat, ſæpè Deum dici à Patribus, primam veritatem, ſummam veritatem, & ſimilia: ergo veritatem non eſſe formaliter relationem rationis: occurrendum eſt, veritatem in huiuſmodi ſententiis ſumi pro verò iudicio de rebus: vt aliàs ſæpe: quo pacto proprium eſt Dei, eſſe primam, ſummámque veritatem, quia eius iudicium ſit norma, & regula omnis veri iudicij. Quòd ſi veritas ſumatur pro veritate tranſcendente, ea ratione intelligendum eſt, Deum eſſe primam, & ſummam veritatem, qua eſt primum, ſummúmque verum

Digitized by Google

verum, ſumpto veritatis nomine pro Veri, quemadmodum verbum Ornatus nonnunquam ſumitur pro re compoſita. Ita patet poſterior pars concluſionis, ac denique tota concluſio.

Variæ ſententiæ de veritate.

SECTIO III.

Quæ deinceps explicāda in hac quæſtione.

HOc igitur ex ſuperiori quæſtione conſtituto, operepretium eſt tria diſquirere. Vnum, conſiſtátne veritas in ſola compoſitione, & diuiſione intellectus, an etiam in ſimplici rerum apprehenſione. Alterum, ſi danda eſt etiam veritas ſimplex: num ea ſit ſola conformitas rerum ad intellectum, an intellectus ad res, an verò vtraque. Neque enim definitio veritatis id ſatis explicat: præſertim cùm ita communiter ab omnibus exponi ſoleat. Veritas eſt conformitas rei, & intellectus, id eſt, inter rem, & intellectum. Tertium cuiuſnam intellectus comparatione expendenda ſit veritas, de qua in hac diſputatione præcipuè diſſeritur.

Hac nonnulli Recen. adductis quibuſdam locis D. Thom. vt 1. p. q. 19. art. 1. & 1. contra gent. cap 59. & de Veri. q. 1. art. 2. & 4.

Quorundam ſententia.

AD hæc reſpondent nonnulli, duabus aſſertionibus, Prior eſt: *Veritatem in ſola compoſitione, & diuiſione intellectus cōſiſtere.* Poſterior: *Veritatem non eſſe conformitatem rerum ad intellectum, ſed intellectus ad res, nēpè quatenus intellectus de rebus aliquid enunciat.* Itaque dicunt, ſolas enūciationes mentales eſſe formaliter veras, cùm conformantur rebus: falſas autem, cùm à rebus diſcrepant: cætera autē dici vera, vel falſa, quia habent aliquam attributionem ad mentalem enunciationem: intellectum quidem, quia profert illam: Orationem vocalem, quia illam ſignificat: res autem ipſas, quia ſunt illis obiecta actu, aut potentia, hoc eſt, quatenus intellectus de illis aliquid enunciat, aut enunciare poteſt. Quo pacto, vir probus, dicitur iuſtus, quia eſt præditus iuſtitia: iudex verò (etiamſi vitioſus) quia quod iuſtum eſt, iudicat: præco, quia iuſtam ſententiam diuulgat: & ipſum opus iuſtitiæ, vt interfectio latronis, quia eſt materia obiecta iuſtitiæ.

Sentētia Durandi.

DVRANDVS autem in 1. ſent. d. 19. q. 5. etſi quod attinet ad priorem aſſertionem idem ſentit, quod prædicti auctores: tamē poſteriori contradicit. Ait enim, veritatem non eſſe cōformitatem intellectus ad res: nec rerum ſecundùm eſſe reale ad intellectum: ſed rerū, quatenus enunciatiuè concipiuntur, ad ſeipſas ſumptas ſecundùm eſſe reale. Exempli cauſſa, hominem eſſe verùm ens, non quia intellectus dicens illum eſſe ens, eſt cōformis rei ſignificatæ, acceptæ ſecundùm eſſe reale, ſed quia homo, quatenus enunciatiuè intelligitur eſſe ens, eſt conformis ſibi ipſi ſumpto ſecúdùm eſſe reale, Quò fit, vt nomine intellectus, poſito in definitione veritatis, intelligat Durādus rē, vt eſt enunciatiuè concepta: nomine autem rei, rem ipſam ſecundùm eſſe reale.

Heruei opinio.

HERVEVS verò, quodlib. 3. q. 1. art. 2. & 3. etſi idem ſentit, quod Durandus in eo, quod ait, veritatem non eſſe conformitatem intellectus, ſed rerum (hac enim in re illum ſequitur Durandus, vt ſolet in plurimis) tamen ea ratione contrà exiſtimat, quòd putat, veritatem non eſſe conformitatem, qua res, vt enunciatiuè conceptæ conforman

Digitized by Google

mantur ſibi ipſis ſecundùm eſſe reale, ſed è contrario, qua res ſecundùm eſſe reale conformantur ſibi ipſis, vt enunciatiuè conceptis.

Aliorum probanda ſententia.

DENIQVE alij dicunt, veritatem non ſolùm conſiſtere in compoſitione & diuiſione intellectus, ſed etiam in ſimplici rerum apprehenſione, neque eſſe ſolam conformitatem intellectus creati ad res, quæ ſunt illius menſuræ: ſed etiam omnium rerum creatarum ad intellectum diuinum. Quorum ſententia, vt probabilior, tribus proximis concluſionibus explicanda, & approbanda eſt.

Non omnem veritatem conſiſtere in compoſitione, & diuiſione: & aduerſariorum argumenta.

SECTIO IIII.

Secunda concluſio, probatur.

SECVNDA concluſio: *Non omnis veritas conſiſtit compoſitione, & diuiſione, ſed aliqua etiam, atque adeò ea, de qua in præſentia eſt quæſtio, in ſimplici rerum apprehenſione.*

1. *Ex prioritate cõceptuũ ſimplicium.*

PRIORES duæ partes huius concluſionis, his rationibus probari poſſunt. Primùm quia quemadmodum conceptus ſimplices ſuaptè natura antecedunt ſuam inter ſe compoſitionem & diuiſionem: ſic etiam aliqua ſimplex conformitas inter res, & illos antecedere debet conformitatem inter res, & compoſitionem, ac diuiſionem ipſorum: nulla eſt autem ratio, cur eiuſmodi conformitas non ſit etiam veritas quædam, vt patet ex definitione veritatis.

2. *Ex ratione eſſendi.*

Deinde, quia vt vnũquodque eſt ens: ſic etiam verum eſt, quod pronunciatum omnes cum Ariſt. approbant lib. 2. cap. 1. res autem non ſolùm ſunt entia, quatenus de ipſis actu, aut potẽtia aliquid affirmatur, aut negatur, ſed etiam abſolutè: quò fit, vt etiam abſolutè acceptæ, ſeu vt antecedunt ordinem ad affirmationem, & negationem, ſint veræ.

Ex peculiari ratione veritatis entium realium.

Poſtremò, quia aliquod veritatis genus dandum eſt, quod ſit peculiare, ac proprium entium realium, quæ vera entia appellamus, & à non veris diſtinguimus: huiuſmodi autem veritas, non eſt veritas compoſitionis, & diuiſionis. Hæc enim non ſolùm entibus realibus, quæ ſola vera entia appellamus, ſed etiam entibus rationis, & negationibus cõuenit. Nam vt verum eſt, hominem eſſe animal rationis particeps, ſic etiam eſt verum, notionem generis eſſe relationem rationis ad ſpeciem: &, cæcitatem eſſe negationem aſpectus in ſubiecto apto: nec diſcrimen eſt, niſi in ſimplici veritate terminorum, quatenus videlicet homo, & animal ſecundùm realem exiſtentiam, & per ſeipſa reſpondent ſuis conceptibus ſimplicibus, quod de negationibus & entibus rationis dici non poteſt.

Ex Ariſtotele.

Eædem concluſionis partes planè, ac ſæpè aſſeruntur ab Ariſt. vt 9. lib. huius operis cap. 1 2. & 3. de anima extremis verbis cap. 6. Docet enim iis locis, duplex eſſe genus veritatis: vnum, quod cernitur in compoſitione: alterum, quod in ſimplicium apprehenſione: vt mirum ſit, quã ratione auctores oppoſitæ ſententiæ ſe Ariſtotelem ſequi exiſtiment. *9. lib. text. 21. & 22. & 3 de Anima text. 26.*

Reſpõſio quorundam.

AT dicunt eorum nonnulli, non eſſe prorſus negandam veritatem ſimplicem, ſed tamen eam nihil differre ab entitate rerum, quam proinde vocant veritatem fundamentalem, vt ſi dicas, albedinem eſſe *Dur. Heruæus & alij.*

Digitized by Google

eſſe ſimilitudinem. Verùm hæc reſponſio parum habet momenti, Pri- *Impugnatio.*
mùm: quia iam oſtendimus, in ipſa entitate rerum ante ordinem ad
compoſitionem, & diuiſionem, dandam eſſe aliquam conformita-
tem ad ſimplicem apprehenſionem: quare & aliquam veritatem for-
maliter. Deinde, quia ſi veritas ſimplex nihil aliud eſſet, quàm entitas
ipſa rei, neceſſe erit, vt hunc in modum interpretentur de veritate ſim-
Text.4. plici, pronunciatum illud, quod citauimus ex libro ſecundo, *Vt vnum-
quodque eſt ens, ita & verum eſt*: quam interpretationem, quis non vi-
deat nugatoriam eſſe, & indignam homine Philoſopho, in tam præ-
claro præſertim pronunciato: Poſtremò, quia hoc pacto planè nuga-
bitur, qui dixerit, ſiue ens verum, ſiue verum ens, quemadmodum
gladius enſis, aut enſis gladius: quod tamen nemo ſanæ mentis nuga-
tionem eſſe dixerit.

Tertia verò pars concluſionis ex dictis colligi poteſt. Eſt enim *Tertia partis*
hoc loco quæſtio de veritate, quæ primò cernitur in vnoquoque ente, *probatio.*
quæ ſanè eſt veritas ſimplex. Præterea eſſe, & non eſſe, vt dicunt com-
Text.8. poſitionem, & diuiſionem, reiiciuntur ab Ariſt. lib. 6. quaſi, aut non
pertineant, aut minùs propriè pertineant ad conſiderationem entis, de
quo in hac ſcientia diſſeritur: ergo & veritas, & falſitas, quæ in eo eſſe,
& non eſſe fundantur: at veritas ſimplex, ſi eſt propria paſſio entis pro-
priiſſimè pertinet ad hanc ſcientiam.

Sed contra hanc concluſionem multa obiiciunt auctores aduerſæ *Primũ argu-*
partis: Primùm afferunt quædam loca, in quibus Ariſt. aſſerit, verum *mentum con-*
& falſum non cerni in ſimplici rerum apprehenſione, ſed in ſola com- *tra ſecundam*
poſitione & diuiſione. Dicunt enim, id expreſsè ſcriptum eſſe primo *concluſionem.*
3. Lib. de A- de Interpretat. cap. 1. & 2. de Anima, initio cap. 6. & lib. 6. huius operis
nima. tex. 22. propè finem 2. cap. vt nulla ratione id negari poſſit. Addúntque non-
& 26. & lib. nulli, idem ſenſiſſe D. Thomam, quod non mediocri argumento eſt,
6. huius ope- eam fuiſſe Ariſtotelis ſententiam, cuius ille vbique fuit ſcrutator ſtu-
ris.
Text.8. dioſiſſimus. Ait enim 1. p. q. 16. ar. 2. *& ideo propriè loquendo veritas eſt
in intellectu componente & diuidente: non autem in ſenſu neque in intellectu
cognoſcente, quod quid eſt*, hoc eſt, apprehendente rem conceptu ſimpli-
ci, ſine vlla affirmatione, aut negatione. Quod idem aliis locis quàm-
plurimis ſcribit, vt quæſt. 1. de ver. art. 3. & 1 contra gent. c. 59.

Deinde ſic argumentatur. Si veritas eſſet conformitas inter rem, *Secundum.*
& conceptum ſimplicem, pari ratione eſſet inter rem, & ſpeciem in-
telligibilem, quæ ſimpliciter, & ſine compoſitione, ac diuiſione illam
repræſentat: at hoc eſt falſum, quia ſpecies intelligibilis præcedit na-
tura, & interdum tempore cognitionem, veritas autem eſt ſimul natu-
ra cum cognitione, aut illam ſequitur: non eſt igitur dicendum, verita-
tem eſſe conformitatem inter rem, & conceptum ſimplicem.

Tertio ſic obiiciunt. Si in ſimplici rerum apprehenſione daretur *Tertium.*
veritas, etiam daretur falſitas: ſiquidem contraria circa idem verſan-
tur: at non datur falſitas: ergo nec veritas. Aſſumptio patet ex initio
Text.21. cap. 6. lib. 3. de Anima, vbi ſic ſcribit Ariſt. *Indiuiſibilium igitur intelle-
ctio in iis conſiſtit, circa quæ falſitas non eſt*. Nec audiendus erit, qui reſ-
ponderit, ea ratione dari falſitatem in ſimplici rerum apprehenſione,

quia conceptus, qui eſt conformis vni rei, non eſt conformis alteri, vt conceptus, qui verè reſpondet homini, falsò reſpondet lapidi, & aliis infinitis rebus. Nam, qui ita dixerit, neceſſariò concedet, omnem conceptum eſſe falſum, quòd infinitæ res ſint, quibus quilibet non ſit conformis: &, quod longè minùs ferendum eſt, in Ideis etiam diuinis concedenda erit falſitas repræſentationis, quia infinita ſunt entia, quæ cuilibet earum non reſpondeant.

Quartum. POSTREMO ita obiiciunt. In iis tantùm conceptibus cernitur veritas, qui reſpondent vocibus ſignificantibus verum: at huiuſmodi conceptus non ſunt conceptus ſimplices, ſed enunciatiui: hi enim ſoli reſpondent enunciationi vocali, quæ ſola in vocibus ſignificat verum, vel falſum: non cernitur ergo veritas in ſimplicibus conceptibus, ſed in enunciatiuis tantùm.

Diſſoluuntur argumenta propoſita contra ſecundam concluſionem.

SECTIO V.

Quo pacto verum, & falſum in ſola compoſitione, & diuiſione conſiſtant.

HÆC tamen argumenta hunc in modum diſſoluenda ſunt. Ad primum dicendum, vbicumque Ariſtoteles ait, Verùm & falſum in ſola compoſitione, & diuiſione conſiſtere, intelligendum id eſſe de vero & falſo, vt cognito. Neque enim verum & falſum cognoſcuntur per primam intellectus operationem, ſed per ſecundam, in qua ſola poteſt fieri comparatio inter res & intellectum. Atque eodem modo intelligendum eſſe D. Thomam, aſſerunt Caietanus in primam partem, & Ferrarien. in primum contra Gent. *1.p.q 16. art. 2. 1. contra Gent. cap.53.* Quod enim Ariſt. ita intelligendus ſit, ex eo patet, quia alioqui ſibi apertè contradiceret, cùm in locis ſuprà citatis planè dicat, veritatem cerni non ſolùm in compoſitione & diuiſione, ſed etiam in ſimplici apprehenſione: imò etiam intellectionem ſimplicium ſemper eſſe veram, quemadmodum & cognitionem, qua ſenſus in propria ſenſibilia feruntur. *1. Cōtra Gēt. cap. 53.* Quòd verò D. Thomas hoc etiam genus veritatis agnoſcat, vel ex verbis eius in argumento citatis, & ex toto illo articulo ſecundo perſpicuum eſt. *Agnoſcit planè D. Th. veritatem ſimplicem.* Neque enim negat veritatem ſimplicem, ſed ſolùm negat, veritatem eſſe propriè in ſimplici apprehenſione, ſiue ſenſus, ſiue intellectus, quia veritas non dicitur eſſe propriè, niſi in agnoſcente verum. Si cupis alia loca videre, in quibus D. Thomas ſimplicem veritatem planè aſſerat, lege Ferrarien. eodem loco. Dicitur autem veritas non eſſe propriè, niſi in cognoſcente, quia, cùm ſit ens rationis, non habet actualem exiſtentiam, niſi obiectiuè in intellectu. *Explicatio notanda.* Quòd verò dicitur eſſe in ſolo intellectu componente, intelligendum eſt non de veritate concepta, ſed exercita, vt Caiet. aduertit. Poteſt enim intellectus prima operatione concipere ipſam veritatem, quaſi abſtractam à rebus, & tamen non poteſt intelligere rem vllam eſſe veram, ſeu conformem intellectui, aut falſam, ſiue diſcordantem ab intellectu, niſi facta comparatione rerum ad intellectum: quæ non fit, niſi ſecunda intellectus operatione.

Digitized by Google

Veritas an præcedat cognitionem.

Ad ſecundum, dicendum eſt in primis, probationem minoris repugnare maiori. Si enim veritas eſt ſimul natura, aut poſterior cognitione actuali, quam illi nomine cognitionis intelligunt, falſa eſt maior. Deinde neque hoc ipſum, quod in probatione minoris aſſumitur, verum eſt. Semper enim veritas præcedit cognitionem: in creaturis quidem ex natura rei: in Deo autem, noſtro intelligendi modo. Quicquid enim intelligitur, priùs ſaltem modo intelligendi noſtro, eorúmque ipſorum ſententia repræſentatur in ſpecie intelligibili, aut conceptu, quàm intelligatur. Id quod Diuus Thomas quæſtione prima de Veritate articulo 1. videtur animaduertiſſe, cùm ait, *cognitionem eſſe quendam veritatis defectum*. Nam cùm cognitio, vt ipſi aiunt, priùs terminetur ad conceptum, quàm ad rem, ſatis apertè apud eos colligitur, priùs dari conformitatem inter rem & conceptum: quàm cognitio rei abſoluta ſit, & completa. Concedendum eſt tamen id, quod in maiori propoſitione infertur, eam quoque conformitatem, quæ eſt inter rem, & ſpeciem intelligibilem, eſſe veritatem. Nec enim is ſolus intellectus dicitur verus, qui habet proprium conceptum rei: ſed etiam is, qui habet propriam illius ſpeciem. Magis tamen propriè dicitur eſſe veritas inter rem & conceptum, quàm inter rem & ſpeciem intelligibilem: tum, quia cognitio magis propriè dicitur de cognitione actuali, quæ habetur per conceptum, quàm de habituali, quæ habetur per ſpeciem intelligibilem: tum etiam, quia repræſentatio rerum per conceptum eſt expreſſior, quàm per ſpeciem intelligibilem.

Lege D. Tho. 1. q. 17. art. 7. & 8. & in quodl. 4 quæſt. 7. & Ferr. 1. contra Gent. cap. 59.

Veritati ſimplici non opponi contrariā falſitatem.

Ad tertium neganda eſt maior propoſitio: quandoquidem veritati, quæ in ſimplici rerum apprehenſione cernitur, nulla opponitur contraria falſitas, vt patet ex loco adducto in confirmationem minoris, & ex fine eiuſdem capitis, & ex cap 12 lib. 9. huius operis. Hoc tamen quod dicimus, intelligendum eſt de ſimplici rerū apprehenſione, quatenus ei nulla admiſcetur compoſitio, aut diuiſio: vt patebit lib. 9.

Text. 22.

Nam enūciatio ſignificet formaliter verum, vel falſum.

Ad quartum. Si verum, quod per voces ſignificatur, non ſumatur in maiore formaliter, ſed pro re, quæ denominatur vera: conceſſa maiore, neganda eſt minor. Nam, vt enunciatio ſignificat compoſitionem rerum, quæ denominantur veræ vel falſæ, veritate, & falſitate complexa: ſic etiam voces ſimplices ſignificant res, quæ denominantur veræ veritate ſimplici. Si autem ſumatur formaliter pro veritate vt exercita: vt nimirum illæ tantùm voces dicantur ſignificare verum, quæ ſignificant rem eſſe veram (quo pacto vtcumque dici poteſt, enunciationem vocalem ſignificare verum, vel falſum) falſa eſt maior. Nam, etſi in conceptibus ſimplicibus non cernitur veritas complexa: tamen cernitur ſimplex. Dixi, *vtcumque verum eſſe, enunciationem ſignificare formaliter verum, vel falſum, ſeu rem eſſe veram, vel falſam*: quia ſi habeatur ratio eius, quod formaliter, & non inſinuatiuè ſignificatur per enunciationem vocalem: nulla eſt, quæ ſignificet formaliter rem ſibi obiectam eſſe veram, vel falſam, Nam cùm dico, Homo eſt animal, non ſignifico formaliter verum eſſe, quòd homo ſit animal: ſed tantùm hominem eſſe animal. Si autem profe-

ram hanc modalem [*Hominem eſſe animal eſt, verum*] vel [*eſt conformè intellectui*] vel [*ita habet in re: vt intellectus concipit*] ſignificabo quidem obiectum illius alterius enunciationis. *Homo eſt animal*, quæ per ſubiectum principalis enunciationis ſignificatur, *eſſe verum*. ſed tamen non ſignificabo formaliter obiectum eiuſdem principalis enũciationis verum eſſe. Itaque hac ex parte, id eſt, in non ſignificanda formaliter veritate exercita ſui principalis obiecti, pares ſunt voces ſimplices & enunciatio vocalis. Sed tamen hoc eſt diſcrimen, quòd voces ſimplices nunquam ſignificant veritatem exercitam, ſiue ſui obiecti, ſiue alterius: enunciationes autem vocales ſæpè ſignificant veritatem exercitam obiecti aliarum, vt patet ex propoſito exemplo, Deinde, voces ſimplices non ſolùm non ſignificant formaliter rem vllam eſſe veram: ſed neque id innuunt: at omnis enunciatio vocalis innuit, ſuum obiectum eſſe verum. Nam cùm dico, homo eſt animal, etſi nihil aliud ſignifico formaliter, quàm hominem eſſe animal: tamen, quia ſimul innuo, rem ita habere, vt ipſe concipio: planè innuo, verum eſſe, quòd homo ſit animal. Ita patet, cur dictum ſit, vtrumque verum eſſe, enuntiationem vocalem ſignificare formaliter verum, vel falſum.

Definitio enũtiationis. VNDE collige, definitionem enunciationis in priori libro de Interpretatione traditam, non ita eſſe intelligendam, quaſi omnis enunciatio dicatur ſignificare formaliter verum, vel falſum: ſed ſolùm materialiter, id eſt, compoſitionem, aut diuiſionem rerum, quæ denominatur vera vel falſa, quamuis ſemper innuat, eam compoſitionem eſſe veram. Idcircò enim plurimæ enunciationes modò veræ ſunt, modò falſæ, quia cùm ſemper earum quæque ſignificet, ſiue innuat, ita rem habere, vt concipit is, qui illam profert: aliquando tamen aliter res habet. Ita patet, veritatem non ſolùm conſiſtere in compoſitione, & diuiſione intellectus: ſed etiam in ſimplici rerum apprehenſione.

Num veritas complexa ſit conformitas inter res enuntiatiuè conceptas: & conceptus apprehenſiuos, an iudicatiuos.

SECTIO VI.

SED quoniam dici ſolet, dari in ſecunda intellectus operatione duo genera conceptuum, alios apprehenſiuos, alios iudicatiuos: quorũ illi producantur ab intellectu, cùm aliquid enuntiatiuè apprehendimus: hi verò, cùm de eo, quod ita apprehendimus, iudicium ferimus: quærat aliquis hoc loco: vtra conformitas ſit veritas complexa: eáne, quæ cernitur inter res enuntiatiuè conceptas, & conceptus enuntiatiuos apprehenſiuos: an potiùs ea, quæ ſpectatur inter illas, & conceptus iudicatiuos. Quòd enim prior conformitas ſit dicenda veritas, ex eo perſpicuũ videtur, quia omnis apprehenſio enuntiatiua, eſt vera vel falſa, etiamſi per eam nullum feratur iudicium de rebus. Quòd verò ſit ſola poſterior, duobus argumentis videtur oſtendi. Vno, quia ſolus is, qui fert iudicium, cenſetur dicere verum, vel falſum. Altero, quia cùm Deus videatur apprehendere enuntiatiuè omnia, quæ ab homine apprehenduntur, quorum multa ſunt falſa (nihil

Quòd vtraque.

Quòd ſola poſterior.

enim

enim homo apprehendit, quod non apprehendat Deus, etiamſi aliter Deus de plurimis rebus, quàm homo, iudicet) in apprehenſione enuntiatiua daretur falſitas, iam falſitas daretur in mente diuina: quod vel ipſæ aures ferre non poſſunt.

Hvic dubitationi fortaſſe dicendum: Etſi conceptus apprehenſiuus ſimplex diſtinguitur à iudicatiuo: apprehenſiuum tamen enuntiatiuum, eſſe eundem omninò atque iudicatiuum. Nihil enim aliud videtur eſſe, apprehendere per modum enuntiatiuum, hominem eſſe animal (quod tum demum fit, cùm mente dicimus, homo eſt animal) quàm iudicare hominem eſſe animal. Dico autem per modum enuntiatiuum, quem Grammatici vocant Indicatiuum: quia apprehendere per modum infinitiuum, aut alium quemcũque, non eſt iudicare: vt ſi mente has orationes pronuncies, Stellas eſſe pares: Si ſtellæ eſſent pares, & ſimiles. Nondum enim iudicaſti, an ſtellæ ſint pares, necne. At ſi mente dicas, Stellæ ſunt pares, iam iudicas eſſe pares. Itaque ante iudicium intellectus fortaſſe non præcedunt in mente alij conceptus apprehenſiui, niſi rei, quæ prædicatur, & rei, quæ ſubiicitur, & ipſius coniunctionis, ſeu vnionis, non tamen vnitiuè acceptæ. Poteſt tamen ante iudicium de coniunctione prædicati cum ſubiecto præcedere conceptus apprehenſiuus, ipſius enuntiationis, de qua ferẽdum eſt iudicium, & ipſius quoq; enuntiabilis, quod eſt, enuntiationis obiectum. Verùm hic conceptus ad primam operationem intellectus pertinet, vt ſi mens dicat, *hæc enuntiatio, ſtellæ ſunt pares, eſt mihi dubia: vel hoc ipſum, quod eſt ſtellas eſſe pares, eſt mihi dubium.* Quòd ſi auctores, qui diſtinctionem illam inuexerunt, intelligunt nomine conceptuum apprehenſiuorum ad ſecundam intellectus operationem ſpectantium, eos, quibus ipſæ enuntiationes, aut ipſa enuntiabilia concipiuntur, ea fortaſſe ratione: quia enuntiationes ad ſecundam operationem pertineant, impropriè loquuntur. Conceptus enim, quibus ipſæ enuntiationes, & earum obiecta apprehenduntur, ſunt conceptus, ſimplices, hoc eſt, non enuntiatiui, vt patet. Confirmari autem poteſt hæc ſententia ex libro Prædicamentorum ad finem cap. de ſubſtantia, vbi Ariſtot. pro vocabulo enuntiationis mentalis, quæ dici ſolet conceptus apprehenſiuus enuntiatiuus, vſurpat nomen *opinionis*, quod vocabulum haud dubiè iudicium ſignificat, id quod aliàs ſæpè facit, vt extremo cap. 2. de Interpret.

Probabilis aſſertio.

Quinam conceptus præcedũt iudicium.

Cõceptus enũtiationum, & enũtiabilium, an ſimplices.

Qvod ſi obiicias, ſæpè à nobis fieri ratiocinationes mentales ex propoſitionibus, quibus non aſſentimur: vt ſi quis mente dicat; Homo eſt lapis, bellua eſt homo, bellua igitur eſt lapis: ergo non eoſdem eſſe conceptus apprehenſiuos, atque iudicatiuos: occurri poteſt, etſi verbis hoc modo ratiocinari poſſumus ex apertè falſis, non tamen mente, niſi ex conditione, aut hypotheſi noſtra, aut alterius, quod in idem redit, vt ſi ſenſus propoſitæ ratiocinationis hic ſit: Si homo eſt lapis & bellua eſt homo, bellua eſt lapis. Vel hic: Homo ex hypotheſi (mea, ſcilicet, vel tua, &c.) eſt lapis: bellua ex eadem hypotheſi eſt homo, igitur bellua ex eadem eſt lapis. Quamuis enim voce negare poſſimus ea, quæ certò ſcimus eſſe vera, & affirmare, quæ planè intelligimus eſſe falſa: mente tamen id facere non poſſumus, niſi fictè, quod

Obiectio.

Dilutio.

Mẽte, an omnia negare poſſimus.

Græco nomine dicitur, ex hypotheſi. At hoc non eſt ſimpliciter affirmare, aut negare, ſed fingere, aut ponere ita eſſe, aut nõ eſſe. Quocirca Ariſt. hoc ipſo libro cùm agit de primo principio complexo, quod eſt omniũ notiſſimum, ac firmiſſimum, docet: etſi non defuerint, qui illud voce negauerint: mente tamen à nemine negari potuiſſe. Ita videtur perſpicuum, nihil aliud eſſe, dicere veritatem eſſe conformitatem inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus earum enunciatiuos apprehenſiuos: atque dicere, eſſe conformitatem inter illas, & conceptus iudicatiuos cùm huiuſmodi conceptus iidem omninò videantur. *cap. 3. text. 9.*

Ad argumẽta pro vtraque parte.

NEC verò argumentum, quo colligebatur veritatem eſſe conformitatem inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus enunciatiuos apprehenſiuos, quicquam pugnat cum priori eorum, quibus videbatur eſſe conformitas inter res enunciatiuè conceptas, & conceptus earum iudicatiuos, Nam ſi huiuſmodi conceptus ſunt iidem: ergo & cõformitas inter res, & illos eadem eſt, nec datur ibi prior, & poſterior conformitas. Ad id autem, quod in poſteriori argumento ſumitur, dici poteſt, nec hominem, nec Deum apprehendere quicquam enunciatiuè, niſi iudicando: id eſt, aſſerendo aliquid, aut negando, Vnde fit, vt falſum ſit, quod ſumebatur. Nihil ab homine apprehendi enunciatiuè, quod non apprehendat Deus. Apprehendit tamen Deus omnes enunciationes, etiam falſas. Verùm hoc non eſt, apprehenſionem eſſe falſam ſed aliquid falſum verè apprehendi. Ac cùm neutra huius dubitationis pars ſit contra ea, quæ hoc loco traduntur de veritate complexa: eam, quam nos hoc loco probabilẽ fecimus, diſputationis cauſſa propoſitam volumus, dicturi libro ſexto, quid de ea, aliiſque cognatis quæſtionibus ſentiendum ſit. Sed miſſa iam veritate complexa, de ſola ſimplici, quæ ad inſtitutã diſputationẽ pertinet, deinceps diſſeramus.

Veritatem ſimplicem poſſe cerni tam in conformitate rerum quàm intellectus: argumentaq́; aduerſariorum.

SECTIO VII.

Tertia concluſio.
Ab inductione 1. probatur.

TERTIA concluſio. *Veritas ſimplex aliquando dicitur de conformitate rerum cum intellectu: aliquando de conformitate intellectus cum rebus.* Hæc cõcluſio in primis probatur inductione. Etenim res, quæ arte conficiuntur, tum dicuntur, veræ (vt vera domus, verus gladius) cùm habent conformitatem cum intellectu artificis. Contrà verò intellectus Philoſophi naturalis tum dicitur verus, cùm habet notiones rebus naturalibus conformes, eodémque modo res ſe habet in cæteris. Siue enim res conformentur intellectui, ſiue intellectus rebus, ſemper id, quod alteri conformatur, & quaſi commenſuratur, dicitur verum.

2. A dependentia eſſendi.

DEINDE, quia vnde aliquid habet vt ſit, inde habet, vt verum ſit (quod eſt omnium Philoſophorum receptiſſimum pronunciatum) ſatis autem conſtat, res omnes, quæ fiunt per intellectum, habere eſſe ex conformitate cum notionibus illius: contrà verò, notiones intellectus, quæ accipiuntur ex rebus habere eſſe ex conformitate cum rebus conceptis.

TERTIO

Digitized by Google

3. *A perfecta conformitate inter Deum, & diuinũ intellectum.*

Tertio hac ratione. Inter Deum, & diuinum intellectum datur perfecta conformitas ex vtraque parte, & abſque vlla dependentia vnius ab altero: igitur qua ratione dixeris, alteram earum conformitatum eſſe veritatem, eadem cogeris alteram fateri.

A ratione mẽſurati.

Postremo, hac ratione. Etſi conformitas, quæ cernitur inter rem, & intellectum, ſi eſt conformitas menſuræ, non ſemper dicatur veritas: tamen ſi cõformitas menſurati, ſemper dicitur veritas: at quædam res ſunt menſuratæ ab intellectu, & quidam intellectus eſt menſuratus à rebus, vt patet ex dictis: poteſt igitur veritas dici, & de conformitate rerum cum intellectu, & de conformitate intellectus cum rebus. Cur autem dixerim, conformitatem, quæ cernitur inter rem, & intellectum, ſi eſt conformitas menſuræ, non ſemper dici veritatem, ex eo patet, quia in Deo dicitur veritas, in creaturis autem minimè. Nam perfectus conceptus entis, qui quidem eſt menſura omnium rerum, atque adeò ipſius diuinæ eſſentiæ, eſt verus ex conformitate ad eſſentiam diuinam, quam primò & immediatè exprimit, & tamen Sol, qui eſt menſura conceptus naturalis Philoſophi, non eſt verus ex conformitate ad huiuſmodi conceptum: quod idem accidit in cæteris. Sed quid de conceptu, quem Angelus habet de Sole? Reſpondet Aegidius, eſſe verum non ex conformitate cùm Sole ipſo, à quo non menſuratur, quemadmodum nec ſpecies, quam habet de Sole: ſed ex conformitate ad Ideam Solis, à qua fluxit ſpecies concreata Angelo.

Non ſemper conformitatẽ menſuræ veritatem eſſe.

Quodlib. 4. q. 7.

Contra priorem partem primum argumentum.

Contra priorem partem huius concluſionis obiiciunt primò auctores primæ opinionis quædam ex Ariſt. Primùm, id quod ille ait cap. 7. huius libri, *Verum*, inquit, *eſt dicere id, quod eſt, eſſe, & id, quod nõ eſt, non eſſe.* Cùm igitur in hac definitione veri non declaretur conformitas rerum ad intellectum, ſed intellectus ad res: efficitur, vt conformitas rerum ad intellectum non ſit dicenda veritas. Deinde, id quod ad finem libri 6. ſic ſcriptum eſt: *Verum enim, falſumque non ſunt in rebus, ſed in mente*, Quibus verbis ſatis ſupérque videtur declarari, veritatem nunquam poſitam eſſe in conformitate intellectus ad intellectum, ſed ſemper conſiſtere in conformitate intellectus ad res.

Text. 27.

Text. 8.

Secundum.

Secundo obiiciunt quædam communia Philoſophorum dicta, quale eſt illud: Veritas eſt in rebus, vt in cauſſa: in oratione externa, vt in ſigno: in intellectu autem, vt in ſubiecto. Et illud, Veritas eſt perfectio intellectus. Quæ ideò dici putant, quia veritas non eſt conformitas rerum ad intellectum, ſed ſolùm eorum, quæ inhærent intellectui, ad res.

Caiet. 1. p. q. 16. art. 6.

Tertium.

Tertio, ſic obiici poteſt pro opinione Heruei, Cùm veritas rerum dicitur conformitas earum, & intellectus, aut conformitas intelligitur in eſſendo, aut in repræſentando: at non poteſt intelligi in eſſendo, quia ſæpe res, quæ intelliguntur, ſunt corporeæ, qualis non eſt intellectus: nec verò in repræſentando, quia res non dicitur vera, quòd talis ſit ſecundùm ſe, qualis eſt intellectus in ea repræſentãda, ſed quia talis ſecundùm ſe, qualis ipſa eſt ſecundùm eſſe apprehenſum, ſiue repræſentatum: non eſt igitur veritas rerum, conformitas earum ad intellectum, ſed ad ſeipſas, vt intelliguntur, ſeu apprehenduntur.

Contra

Contra poſteriorem.

CONTRA poſteriorem partem ſic obiiciunt Herneus,& Durã. in locis citatis. Intellectus nec ſecundùm ſe, nec ratione conceptus eſt verus formaliter, ſed ſolùm denominatione extrinſeca à veritate rerum:igitur conformitas intellectus ad res non eſt dicenda veritas, ſed ſola conformitas rerum ad ſeipſas ſecundùm aliud, & aliud eſſe: conſequentia perſpicua eſt. Antecedens ex eo probatur, quia intellectus ſecundùm ſe,non dicitur verus,niſi effectiuè,vt potè quia percipit res veras:conceptus autem non dicitur vèrus, niſi repræſentatiuè, nimirum,quia repræſentat res veras: neque omninò aliquid inhærens intellectui dicitur verum, niſi aut effectiuè, aut repræſentatiuè: at ea, quæ hoc pacto dicuntur vera, non ſunt vera, niſi denominatione extrinſeca,quemadmodum ea,quæ dicuntur ſana effectiuè dumtaxat,vt potio:aut repræſentatiuè, vt vrina: nulla igitur conformitas intellectus ad res,eſt dicenda veritas.

Contra vltimam probationem.

DENIQVE contra id,quod in extrema probatione obiter dictum eſt,ſic obiici poteſt. Immenſi nulla eſt menſura: Deus eſt immenſus: falsò igitur dictum eſt in probatione illa,perfectum conceptum entis eſſe menſuram diuinæ eſſentiæ.Præterea. Si Deus eſt aliqua menſura, Deus eſt menſuratus, Deus autem menſuratus eſſe non poteſt: quia quicquid eſt menſuratum,eſt imperfectum. Non eſt igitur vlla diuinæ eſſentiæ menſura. Atque hac ratione ductus videtur D. Thom. q. 1. de Veritate art.7.cùm apertè negat, inter intellectum diuinum, & diuinam eſſentiam eſſe relationem menſuræ & menſurati.

Explicatur vulgata Veritatis definitio.

SECTIO VIII.

Quanã conformitas ſit veritas.

PRO ſolutione horum,& ſimilium argumentorum altiùs aliquanto repetita explicatione vulgatæ illius definitionis,qua veritas dicitur, *conformitas,rei,& intellectus,ſiue inter rẽ & intellectum.* Animaduertendum eſt in primis,veritatem non dici quamlibet conformitatem. Nemo enim dixerit conformitatem, quæ cernitur inter quaſuis res,præciſa omni cognoſcendi potentia, eſſe veritatem Neceſſe igitur fuit, vt veritas definiretur conformitas inter rem, & potentiam cognoſcendi.Et ſatis quidem hæc explicatio foret,ſi placuiſſet Philoſophis,omnem veritatem comprehendere. Verùm, quia ea,quæ ad ſenſus pertinet,nec funditur ad omnes res, nec eſt homini propria(quamquam ſolus homo ex omnibus animalibus illam percipit)maluerunt illi, eam ſolam definire, quæ inter res, & intellectum cernitur.Atque hac de cauſſa dixerunt, veritatem eſſe conformitatem rei,& intellectus.

Quænam ſit conformitas inter res & intellectum.

DENIQVE illud intelligendum,conformitatem hanc,nõ eſſe accipiendam pro conformitate in eſſendo, cùm inter res veras, & intellectum ſæpè magna ſit difformitas, & diſſimilitudo in eſſendo (vt ſi res ſint corporeæ) ſed in repræſentando: quo ſenſu docet Ariſt. 3. de Anima cap. 8. *animam, ratione intellectus eſſe quodammodo omnia, eò quòd in intellectu omnia repræſententur. Non enim ipſe lapis,inquit, in anima, ſed forma*

forma, (hoc eſt ſimilitudo lapidis) *ineſt*. Cùm autem intellectus noſter (vt de eo potiſſimùm loquamur) nullius rei ſimilitudine ſit ex ſe prædi-tus, ſed perinde ſe habeat ex natura ſua, ac tabula, in qua nihil adhuc depictum eſt, vt ipſe docet cap. quarto eiuſdem libri: efficitur, vt conformitas, in qua veritas conſiſtit, non ſit intelligenda inter res, & intellectum noſtrum ſecundùm ſe ſpectatum, ſed ſecundùm aliquid illi accidentarium & aduentitium. Vnde cùm quatuor ſint genera rerum, quæ noſtro intellectui naturaliter adueniunt, Species intelligibiles, quæ ſunt principia formalia actuum intelligendi: Cóceptus formales, qui D. Tho. ſententia internè actus intelligendi terminant: Ipſi actus intelligendi, & Habitus, qui ex actibus gignuntur: actus autem nõ ſint repræſentatiui rerum, quæ intellectui obiiciuntur, vt tertio de Anima patebit: habitus verò, vt ſcientia, opinio, & ſimiles ſupponant ſimplicem veritatem de qua loquimur: reliquum eſt, vt conformitas, in qua ſimplex veritas conſiſtit, ſumenda ſit pro conformitate inter rem, & ſpeciem intelligibilem, aut conceptum formalem. Etenim hæ ſunt ſimilitudines rerum intellectui obiectarum: illa habitualis, hæc actualis: tametſi magis propriè cernitur inter rem, & conceptum formalem, quàm inter rem, & ſpeciem intelligibilem, vt paulò ſuperiùs oſtendimus. Quod idem D. Tho. animaduertit primo contra Gen. cap. 51. vbi negat veritatem ſpectari inter rem & actum intelligendi, & & affirmat cerni inter rem & id, quod intellectus dicit, hoc eſt, conceptum, qui exprimitur per actum intelligendi: pro qua re lege eodem loco Ferrarienſem.

Tex. 14.

Quatuor rerum genera, quæ intellectui adueniũt.

TERTIO, cùm veritas dicitur conformitas rei & intellectus, non eſt accipiendum nomen rei pro rebus ſecundùm eſſe obiectiuum (vt illæ dicantur veræ, quæ, quatenus obiiciuntur intellectui: ſunt illi conformes) ſed ſecundùm eſſe reale. Priori enim modo Chimæra, & quicquid aliud fictitium concipimus, eſſet verum ens: ſiquidem iſta omnia, quatenus obiiciuntur intellectui, ſunt conformia conceptibus, quibus apprehenduntur: at poſteriori, nihil eſt verum ens, niſi quod habet exiſtentiam realem. Neceſſe eſt igitur, vt conformitas intelligatur ſecundùm exiſtentiam realem, ſi non actualem, ſaltem potentialem, quod addiderim, quia ad conformitatem, in qua ſimplex veritas conſiſtit, non eſt neceſſe, vt res actu exiſtant: ſed ſatis eſt, ſi exiſtere poſſint: vnde fit, vt Chimæra, & cætera eiuſmodi figmenta, non ideo negentur eſſe vera entia, quia non exiſtunt actu: ſed quia non poſſunt exiſtere. Quòd ſi quis obiiciat, rem, vt poteſt exiſtere, nec tamen exiſtit, non eſſe actu conformem intellectui: ſed potentia duntaxat, ergo non eſſe actu veram: negandum eſt antecedens. Res enim, quæ poteſt exiſtere, ſecundùm ipſam poteſtatem exiſtendi, conformatur actu ſpeciei, vel conceptui.

Secundũ quod eſſe debeãt res eſſe conformes intellectui.

Cuiuſdã obiectionis dilutio.

POSTREMO, Simulatq; res, quæ poteſt exiſtere, concipitur, aut ſaltem per ſpeciem intelligibilem repræſentatur, ſtatim relatio conformitatis, quæ dicitur veritas, vel ex altera parte, vel ex vtraque conſequitur. Si enim conceptus & res omninò adæquantur per omnimodam ſimilitudinem, vt in Deo, tunc ex vtraque parte conſequitur: ſi

Quo pacto veritas reſultet in rebus, & intellectu.

autem non adæquantur omninò; ſed alterum pendet ex altero: in eo ſolo conſequitur, quod ex altero pendet ſiue res, quæ concipitur, pendeat ex conceptu: ſiue conceptus ex re, vt ex ſupradictis patet. Itaque cùm non datur perfecta adæquatio, ſemper veritas eſt relatio menſurati ad menſuram: oppoſita autem relatio, quæ illi ex altera parte reſpondet, quatenus terminatur ad illam, non dicitur veritas, ſed ſolùm relatio menſuræ.

Solutio eorum, quæ contra tertiam concluſionem obiecta ſunt.

SECTIO IX.

HIS poſitis, quæ non tam gratia diſſoluendi propoſita argumenta, quàm explicandi præſentem materiã dicta ſunt: ad primam obiectionem, quæ priorem partem concluſionis impugnat, dicendum eſt: Ariſtotelem iis in locis non agere, niſi de vero complexo, quemadmodum & de falſo illi oppoſito: imò verò nec de omni vero & falſo complexis. quia non de vero & falſo rerum enunciatarum, ſed intellectus enunciantis, de quo vero & falſo frequẽtiùs apud Philoſophos ſermo eſt, ac meritò quidem. Nam verum & falſum ſimpliciter, ac ſine addito, de ſola complexione enunciatiua dicitur. Propoſita enim quauis complexione huiuſmodi, vt Quòd homo ſit animal, vel, Quòd equus ſit lapis, ſimpliciter & ſine adiectione dicimus, Hoc eſt verum, vel, Hoc eſt falſum. At cùm loquimur de ſimplicibus ſiue rebus, ſiue conceptibus, non ſimpliciter dicimus, Hoc eſt verum: Illud falſum, ſed cum addito, Hoc eſt verum aurum, aut verum ens: Hic eſt verus conceptus auri: verus conceptus entis: & ſimiliter de falſo. Præterea etſi verum & falſum dicuntur & de rebus conceptis, & de intellectu concipiente: magis tamen propriè dicuntur de intellectu, conceptibúſve illius, quàm de rebus conceptis, quod non ſemel annotauit D. Thomas, cuius rei hæc eſt ratio, quia intellectus non ſolùm poteſt eſſe verus ac falſus in concipiendis rebus, ſed etiam ipſe ſolus eſt veritatis cognitor ac iudex.

Cur Ariſtoteles ferè loquatur de veritate complexa, & intellectus potiùs, quàm rerum, & de veri. qu. 1. & aliis locis.

Vt 1. p. q. 16.

EODEM modo reſpondendum eſt ad ſecundam, quod ad prius pronunciatum attinet. Quod vero attinet ad poſterius, occurrendum, cùm veritas dici ſolet perfectio intellectus, veritatem, pro veritatis cognitione accipi: quo etiam modo ſumitur apud Platonem, cùm ait: *Animi cibus eſt veritas:* & longè clariùs apud Auguſtinum cùm ſcribit: *Veritas eſt, qua oſtenditur id quod eſt:* & apud Gregorium Nyſſenum, cùm inquit: *Veritas eſt eius, quod verè eſt firma intellectio.* Tametſi hæc de veritate complexa præcipuè dicuntur.

In Sympoſio.
In lib. de vera Relig.
In lib. de vita Moſis.
De veritate quadam.

AD tertiam, quatenus impugnat veritatem ſimplicem (magis enim accommodatur complexæ) neganda eſt poſterior pars minoris. Ad probationem verò dicendum eſt, ex eo, quòd res talis eſt ſecundùm ſe, qualis eſt intellectus in ea repræſentanda, ſeu concipienda, naſci, vt talis ſit ſecundùm ſe, qualis eſt, vt repræſentatur, ſiue concipitur. Repræſentari enim, & concipi ſunt denominationes extrinſecus deſumptæ

Digitized by Google

ſumptæ à conceptu, quo intellectus rem concipit.

Ad id verò, quòd obiectum eſt contra poſteriorem partem concluſionis, quatenus ad ſimplicem veritatem euertendam inſtituitur (directò enim, apud illos ſolam complexam impugnat) dicendum eſt, intellectum ratione conceptus non ſolùm dici verum à veritate rerum, ſed etiam à veritate ſua. Neque enim ſolùm dicitur verus, quia res concepta eſt illi conformis, ſed etiam, quia ipſe eſt conformis rebus, ſiue omnimoda conformitate, vt in Deo, ſiue conformitate imitationis, vt in creaturis. Quocirca non eſt apta ſimilitudo propoſita inter verum, & ſanum: potio enim, & vrina ita dicuntur ſana à ſanitate animalis, vt non dicantur ſana à ſanitate ſua. *Intellectus quot modis dicatur verus.*

Ad id denique, quod in extrema probatione concluſionis reprehenſum eſt, quod quidem attinet ad priorem obiectionem, dicendum, immenſi nullam eſſe menſuram excedentem, ſiue repetitione ſui, quo modo vlna eſt menſura panni: ſiue perfectionis præſtantia, qua ratione dicimus, candorem eſſe menſuram aliorum colorum: ſiue cauſſandi ratione aliqua, quo pacto Sol eſt menſura conceptus, quem de illo habet Philoſophus, & conceptus Architecti eſt menſura ædificij: poſſe tamen immenſi eſſe menſuram per omnimodam adæquationem. Itaque non magis repugnat, dari menſuram diuinæ eſſentiæ, quæ eſt perfecta ratio, ſiue conceptus entis, quàm diuinæ durationis: quam menſuram Theologi vocant æternitatem. Vtrumque tamen more intelligendi noſtro dictum eſſe accipe, quia ex natura rei nulla datur in Deo menſura. Quòd ſi quis obiiciat, ne more quidem intelligendi noſtro, rem vllam dici menſuram ſui, Deum autem eſſe idem cum perfecta ratione entis: negandum eſt in primis, quod aſſumitur, vbi nihil eſt aliud, quod rei propoſitæ menſura eſſe poſſit, alioqui falſum eſſet id, quod dici ſolet. Rectum eſt iudex, ſeu norma ſui, & obliqui. Quod tamen ideò vſurpatur, quia in figuris nihil eſt recto rectius, ad cuius normam rectitudo recti examinari poſſit. Deinde addendum: nihil obſtare quominùs eadem res ratione diuerſarum conſiderationum dici poſſit menſura ſui, ſi ſit ſummè perfecta ſiue ſimpliciter, ſiue in certo genere duntaxat. Quòd verò attinet ad poſteriorem obiectionem, neganda eſt conſequentia propter energiam verbi, *Menſuratum*, quod quandam imperfectionem præſe fert. Itaque etſi menſuræ nomen ſoleat accommodari Deo, etiam reſpectu ſui, eo quòd nullam imperfectionem importet: tamen menſurati vocabulum, quia imperfectionem ſonat, vtpotè finitionem & circumſcriptionem, non eſt in diuinis vſurpandum. Similis eſt ratio horum nominum, *Principium & Principiatum*: nam etſi in diuinis dicimus Patrem eſſe principium Filij: reprehendetur tamen qui dixerit, filium eſſe principiatum: neque alia ſanè de cauſſa, niſi quia principiati vocabulum, non tantùm ſignificat habitudinem ad principium, ſed etiam innuit quandam dependentiam ab illo, atque adeò rationem effectus. Nec verò D. Thomas in loco citato ideo negat, inter intellectum diuinum, & eſſentiam diuinam relationes menſuræ, & menſurati, quia ratio menſuræ pugnet cum diuina natura,

Immenſi quo pacto menſura eſſe poſſit.

Obiectionis dilutio.

Menſurati nomen nō eſſe vſurpandum in diuinis.

Pater eſt principium filij: ſed filius non eſt principiatus.

noſtro etiam intelligendi modo cócepta (vt quidam putant) hoc enim pacto non docuiſſet ille, æternitatem eſſe menſuram diuinæ durationis: ſed idcircò ita loquitur, quia non datur in diuinis ratio menſuræ, cui in ipſa diuina natura reſpondeat ratio menſurati, & circumſcripti, vt patet legenti citatum articulum.

Veritatem, de qua eſt ſermo, eſſe conformitatem rerum cum intellectu diuino.

SECTIO X.

Concluſio 4.

QVARTA concluſio, *Veritas, quæ propriè ad hanc diſputationem pertinet, eſt conformitas rerum cum intellectu diuino, hoc eſt, cum rationibus formalibus ipſarum, quæ ſunt in mente diuina.* Dico autem [*quæ propriè ad hanc diſputationem pertinent*] quia non eſt hoc loco quæſtio de veritate complexa, nec de veritate intellectus, quæ magis propriè dicuntur, vt paulò ſuperiùs explicauimus: ſed de veritate rerum. Probatur concluſio hunc in modum. Veritas cuiuſque rei eſt conformitas eius cum propria & prima ipſius menſura: at eæ tantùm rationes formales rerum, quæ exiſtunt in mente diuina, ſunt propriæ, ac primæ menſuræ rerum omnium, eſt igitur veritas rerum omniū conformitas cum iis earum rationibus. Propoſitio perſpicua eſt. Aſſumptio probatur dupliciter. Primùm, quia rationes formales, quę exiſtunt in intellectu creato, aut non ſunt menſuræ rerum: ſed menſuratæ ab eis, vt conceptus quē habemus de Sole: aut ſi ſunt earum menſuræ, veluti, cóceptus, quē habet Architectus de domo faciēda (de quo quidē, quo pacto ſit mēſura diſſeremus lib. 7. cùm de Idæis diſputabimus) non tamē ſunt primæ earum menſuræ per ſe, ſed eæ tantùm, quæ ſunt in mēte diuina.

Propria ac prima rerum menſuræ.

DEINDE, quia primùm ens ideo dicitur verum ens, quia conforme eſt rationi formali perfecti entis exiſtentis in mente diuina: ergo pari ratione cætera entia, quia conformia ſunt cæteris rationibus formalibus in eadem exiſtentibus.

PRÆTEREA, res omnes ideo dicuntur veræ, quia ſunt cōformes alicui intellectui: non ſunt autem veræ veritate ea, de qua loquimur, quia ſint cōformes intellectui creato: ergo quia intellectui diuino. Maior patet ex tradita veritatis definitione. Minor ex eo primùm probatur, quia intellectus creatus, cùm decipi poſſit, veritatis regula eſſe non poteſt. Deinde, quia vnde res primùm habent, vt ſint, indè primùm habent, vt veræ ſint: cùm igitur nulla res primò habeat ab intellectu creato: vt ſit: efficitur, vt non primò habeat ex eo, vt ſit vera.

Res ab æterno veras fuiſſe.

POSTREMÒ, res, quas dicimus veras ab omni æternitate verę fuerunt (neque enim illæ vnquam cœperunt eſſe veræ res, etiamſi cœperunt verè exiſtere) atqui nulla res eſt vera, niſi quatenus conformis alicui intellectui, vt ex dictis patet: igitur nulla res eſt primò vera, niſi quatenus eſt conformis alicui intellectui æterno, qui ſolus eſt diuinus.

Quo pacto omnia dicantur vera à prima veritate.

ACCEDIT in huius rei cōfirmationem, id quod Patres ſæpè docent. Omnia dici vera à prima veritate, id eſt, à primo intellectu. Neque enim id ſolùm intelligunt denominatiuè, vtpote à veritate intellectus

lectus increati, quemadmodum nonnunquam denominamus vera hęc vel illa entia à veritate intellectus creati: quatenus videlicet de eis habetur, aut haberi poteſt verus intellectus: ſed etiam terminatiuè, hoc eſt, à propria ipſarum veritate, ſeu conformitate, quæ ad intellectum diuinum terminatur.

VNDE collige, res omnes tribus modis poſſe dici veras. Vno, à veritate intellectus increati. Altero, à veritate intellectus creati: quæ denominationes ſumuntur à veritate alterius. Tertiò, à veritate ipſarum propria, quæ ad diuinum intellectum terminatur. Primum modum ſignificat Anſelmus in Dialogo de Veritate, cùm docet, *Eodem modo ſe habere ſummam veritatẽ ad omnia vera, quo ſe habet vnum atque idem tempus ad omnia quæ ſunt in tempore.* Secundum, ac tertium complexus eſt Auicenna ſecundo lib. ſuæ Metaph. in deſcriptione illa, qua D. Thom. vtitur primo lib. contra Gent. *veritas eſt proprietas eſſe vniuſcuiuſque rei, quod ſtabilitum eſt ei, in quantum talis res nata eſt de ſe facere veram exiſtimationem, & in quantum propriam ſui rationem, quæ eſt in mente diuina, imitatur.* Atque in hoc tertio modo conſiſtit veritas, de qua agimus, & quæ propria entis paſſio cenſetur.

Quot modis res poſſint dici vera.

Cap. 24.

Cap. 60.

Quibus argumentis impugnari poſſit propoſita concluſio.

SECTIO XI.

Argumentum 1. contra 4. concl.

SED contra hanc concluſionem hæc obiici poſſunt. Primò ſi veritas rerum eſſet conformitas earum cum intellectu diuino, ſeu (quod eodem redit) cum ſuis rationibus formalibus, quæ ſunt in mente diuina: cùm omnes ſint æquè conformes ſuis rationibus formalibus: omnes eſſent æquè veræ: hoc autem dici non poteſt, ſiquidem aliæ res ſunt aliis veriores, vt patet ex cap. 1. ſecundi libri: non eſt igitur veritas rerum eiuſmodi conformitas.

Text. 24.

SECVNDÒ. Conceptus noſtri contemplatiui dicuntur veri per conformitatem cum rebus conceptis, vt cum ſole, vel lapide: igitur non ideo dicuntur veri: quia conformes ſunt propriis ipſorum rationibus exiſtentibus in mente diuina. 2.

TERTIÒ. Conformitas rerum creatarum cum intellectu diuino eſt relatio realis: at veritas tranſcendens non eſt relatio realis: non eſt igitur veritas conformitas rerum cum intellectu diuino. Aſſumptio ex eo perſpicua eſt, quia veritas tranſcendens non poteſt addere enti quicquam reale, vt ex dictis patet. Propoſitio ex eo probatur: quia conformitas creaturarum cum intellectu diuino habet fundamentum reale in creaturis, vtpote ipſam earum entitatem realem, & exercetur inter extrema realia. 3.

QVARTÒ, Veritas intellectus diuini non eſt cõformitas eius cum rebus, quarum rationes apud ſe habet: ergo nec veritas rerum eſt conformitas cum intellectu diuino. Conſequentia perſpicua videtur: eſt enim conformitas, relatio æqualis comparationis, cuius ea natura eſt, vt ex vtroque extremo reciprocetur, veluti ſimilitudo. Si enim Socrates eſt ſimilis Platoni: ergo & Socrati Plato: quòd ſi Plato non eſt 4.

ſimilis Socrati, nec Platoni Socrates. Antecedens verò probatur, quia intellectus diuinus non eſt verus, propter conformitatem cum rebus creatis, vt ex dictis apertum eſt.

5. QVINTÒ. Si res eſſent veræ per conformitatem cum rationibus ſuis, quæ ſunt in mente diuina: nec aurifex percipere poſſet quodnam eſſet verum aurum: nec Philoſophus, quænam eſſet vera eſſentia: nec denique vllus mortalium in hac vita haberet regulam, qua veritatem rei vllius cognoſceret: ſiquidem rationes illæ, quæ in diuina eſſentia ſunt: idem ſunt, quòd ipſa diuina eſſentia, quæ in hac vita cognoſci nequit: at conſequens eſt abſurdiſſimum: ergo & antecedens.

6. *Verbum diuinum quid.* SEXTÒ. In mente diuina non ſunt multæ rationes, ſeu conceptus rerum, ſed vnica ratio, & conceptus diuinæ eſſentiæ, & omnium quæ in ea relucent, quod eſt verbum diuinum: at rationes propriæ diuerſarum rerum ſunt diuerſæ: non ſunt igitur res veræ per conformitatem cum rationibus, quæ in mente diuina exiſtant.

7. POSTREMÒ. Si quo modo in mente diuina dantur multæ, ac diuerſæ rationes rerum, non dantur, niſi per operationem diuini intellectus percipientis diuinam eſſentiam, vt variè imitabilem, ſeu participabilem à creaturis: hoc enim pacto & conceptus formalis diuini intellectus complectitur infinitas rationes formales creaturarum: & obiectiuus infinitas obiectiuas: at cætera omnia videntur eſſe & entia, & vera in ordine ad diuinam eſſentiam, quatenus ea noſtro intelligendi modo antecedit omnem operationem diuini intellectus: non ſunt igitur vera per conformitatem cum rationibus, quæ ſunt in mente diuina.

Solutio eorum, quæ proximè obiecta ſunt.

SECTIO XII.

Quo pacto res ſint æquè veræ. HÆC tamen hunc in modum diſſoluenda ſunt. Ad primum diſtinguenda eſt maior propoſitio. Si enim re conferantur cum ſuis propriis ac peculiaribus rationibus, quæ ſunt in mente diuina, vt equus cum ratione equi, & lapis cum ratione lapidis: omnes dicendæ ſunt æquè veræ, cùm omnes æquè illis reſpondeãt. At ſi conferãtur cum rationibus, quæ ſibi cum aliis rebus communes ſunt, fieri poteſt, vt aliæ dicantur aliis veriores. Nam etſi *Quo pacto non ſint æquè vera.* omnes ſunt æquè veræ in rationibus vniuocis, vt homo & equus in ratione animalis: itemq; Socrates & Plato in ratione hominis, tamen in rationibus analogis, vt entis, ſubſtantiæ, accidentis, aliæ poſſunt dici aliis veriores, quemadmodum & magis entia: vt ſubſtantia, quàm accidens: & qualitas, quàm relatio: & forma, quàm materia: Atq; hoc modo ſunt omnia inæqualiter vera in ratione perfecti entis: quę cùm ſimpliciter ſoli Deo conueniat, variè tamen participatur à cæteris entibus in proprio cuiuſque genere. Vnde facilè eſt colligere analogiam veritatis, de qua loquutus eſt Ariſtot. lib. 2. cap. 1.

AD ſecũdum dicat fortaſſe aliquis, non eſſe aptam conſequentiam, eò quòd

eò quòd conceptus noſtri duobus modis ſpectari poſſint:vno, quatenus ſunt res quædam,altero quatenus ſunt repræſentatiui rerum. Atque,vt ſunt res quædam : dici veros per conformitatem cum rationibus ſuis , exiſtentibus in mente diuina : quatenus autem ſunt repræſentatiui rerum,eſſe veros per conformitatem cum rebus iis,quas per eos concipimus. Verùm obſtat,quòd conceptus noſtri eadem ratione ſunt quædam res,qua ſunt repræſentatiui rerum. Dices forſitan, ea ratione negandam eſſe conſequentiam , quia conceptus noſtri ſpeculatiui , cùm proximè pendeant à rebus,vt à quibuſdam cauſſis particularibus exemplaribus : remotè autem, ſed præcipuè ab intellectus diuino : eadem conformitate,qua conformantur rebus , conformantur etiam rationibus ſuis exiſtentibus in mente diuina. Sed neque huiuſmodi ſolutio videtur ſatis. In mente enim diuina alia eſt ratio Solis, cui conformatur Sol : alia conceptus humani repræſentantis Solem, cui huiuſmodi conceptus conformatur. Illa enim eſt ratio eſſendi Solis : hæc , ratio repræſentandi Solem. Vnde patet , conceptum, quem habemus de Sole , non eadem conformitate , qua conformatur Soli,conformari ſuæ rationi formali exiſtenti in mente diuina , ſed rationi Solis,quæ in eadem exiſtit. *Secunda.*

Tertia ſolutio auctoris propria. DICENDVM eſt igitur,hac de cauſſa conſequentiam eſſe vitioſam , quia conceptus noſtri ſpeculatiui non ſolùm dicuntur veri per conformitatem cum rebus:ſed etiam per conformitatem cum rationibus concipiendi , quæ ſunt in mente diuina , quæ conformitates ſunt inter ſe diuerſæ,& in poſteriori conſiſtit veritas tranſcendens non in priori. Id quod ex eo patet,quia fieri poteſt , vt aliquis conceptus non ſit conformis vlli rei. veluti conceptus corporis infiniti, qui tamen neceſſariò erit conformis alicui rationi concipiendi exiſtenti in mente diuina,quæ ratio,etſi eſt ratio eſſendi talis conceptus : non erit tamen ratio eſſendi rei conceptæ,ſi nullum corpus infinitum eſſe poteſt. Planiùs hæc diſtinctio cernitur in conceptibus enunciatiuis,quod D.Th. priori lib. de Interpret. ad cap. 1. annotauit in enunciationibus vocalibus. Namque eadem enunciatio mentalis poteſt eſſe vera res, & falſum ſignum : vt ſi mente dicas, Cælum eſt corpus cubicum, vera quidem res erit eiuſmodi enunciatio , quia conformis propriæ ipſius rationi formali exiſtenti in mente diuina:falſum verò ſignum,quia nulli rei erit conformis in ratione eſſendi illius:non quòd non verè ſignificet aliquid eſſe (verè enim ſignificat cœlum eſſe corpus cubicum) ſed quia eius ſignificationi nullum reſpondet verum eſſe.

D.Thom. q.1. de veri. art.6. Lectione 3.

Quorundam reſpõſionis refutatio. AD tertiã plerique [a] concedunt maiorẽ probationẽ,victi eius probatione,parum fortaſſe memores,quòd aliàs cũ D.Tho. [b] negent,verum tranſcendens addere enti aliquid reale. Sed quicquid illi excuſationis afferant,negãda eſt maior. Nã præter rationes ſuperiùs propoſitas,hæ quoque addi poſſunt. Vna,quia relatio rationis non poteſt fieri realis:at veritas tranſcendens antè Mũdi creationẽ erat relatio rationis,vt iidem cõcedunt. Altera,quia ſi qua paſſio entis eſſet relatio realis,ac proinde quidditatiuè ens,non poſſet illa prædicari in quæſtione: Quale eſt,de quodlibet ente,quod eſt cõtra rationẽ paſſionis conuertibilis

a Vt Paul. Sonc.lib. 6. q. 17. & Ian de tranſ. cap 5. b 1.d. 19 q.5. art.1. & cum Capreolo ibidem q.3. conclu.1.

tibilis cum ente. Ad probationem verò dicendum, res creatas(vt alias ſæpe annotauimus)duobus modis referri ad intellectũ diuinum,vt ad cauſſam exemplarem:vno,relatione eſſentiali,quam dicunt tranſcendentẽ:altero,relatione accidentaria, nempe quatenus ab illo ſunt mẽſuratæ. Si ergo conformitas earum cũ intellectu diuino ſumatur priori modo dicendum eſt,eſſe relationem realem:non tamen,quæ fundetur in entitate rerum:ſed quæ ſit ipſa earum entitas:quo pacto relationes tranſcendentes accidentium ad ſubſtantias ſunt ipſæ eorum eſſentiæ: de quo genere relationum non eſt hoc loco ſermo, quia non conſtituunt res in eſſe relatiuo ſimpliciter (quale eſt verum) ſed abſoluto. Si verò ſumatur poſteriori modo,dicendum eſt,illam vel ea de cauſſa nõ eſſe relationem realem, ſed rationis, quia fundatur in eſſe potentiali creaturarum, non in actuali, quod contingenter conuenit omnibus creaturis. Ex eo enim,quòd creaturæ concipiuntur à Deo in ipſa diuina eſſentia vt ab eis participabili,non quidem notitia viſionis,ſed ſimplicis intelligentiæ:conſequitur illas formaliter ea relatio menſurati à diuino intellectu,in qua tranſcendens earum veritas conſiſtit:intellectum verò diuinum,ſeu potiùs rationes formales rerum, quas continet,conſequitur relatio menſurantis. Itaque res creatæ ratione illius prioris habitudinis,quæ eſt realis,ſunt entia, ratione autem huius poſterioris,quæ eſt rationis,ſunt veræ.

Quo pacto cõformitas ſit relatio realis.

Quo pacto ſit rationis.

A D quartum dicendum eſt,non eſſe antecedens omni ex parte verum. Nam etſi veritas intellectus diuini non dicit cõformitatem illius cum rebus creatis: ſignificat tamen conformitatem eius cum re increata,quæ eſt primarium diuinæ eſſentiæ obiectum, in quo excellentiùs illæ,quàm in ſe ipſis exiſtunt. Conceſſo tamen antecedente reſpectu rerum creatarum,neganda eſt conſequẽtia, atque ad probationem dicendum conformitatem non eſſe relationem æqualis comparationis, niſi quando conformitatis nomine nulla importatur dependẽtia eius, quod dicitur conforme ab eo, quod terminat eius conformitatem, quemadmodum accidit in ſimilitudine Socratis cũ Platone. At creaturæ eatenus dicuntur conformes intellectui diuino, quatenus ſunt quædam imitationes rationum earum,quæ ſunt in mente diuina,quod vtique importat dependentiam ipſarum ab intellectu diuino.

Quo pacto intellectus diuinus ſit verus.

Q V I N T I argumẽti ſolutionẽ difficiliorem reddit D. Aug. qui 12. lib. confeſſ.& 14.ac 12.de Trinit.docet, *Veritatem non cognoſci à nobis, niſi in rationibus æternis,quæ ſunt in mente diuina:* quod etſi concluſionem propoſitam confirmat,quia tamen pugnare videtur cum experientia, ipſam quoque cõcluſionem videtur labefactare. Sed D. Th. ſtudioſiſſimus obſeruator verborum Auguſtini nodum diſſoluit ex iis, quæ ille ſcribit in 1. Soliloquiorum,quo loco docet, *Veritates, quæ in diſciplinis traduntur, eo modo cognoſci in Deo,æternisq́; rationibus, quo viſibilia videntur in Sole.* Ait enim & 1.p.q.8.art.5.& 3.contra Gentes cap.47. & aliis pleriſque locis, Duobus modis aliquid cognoſci in aliquo. Vno, vt in obiecto cognito: quo pacto videmus imaginem in ſpeculo, atque hoc pacto non cognoſci à nobis, dum hanc vitam degimus, veritatem rerum in illius rationibus æternis, quemadmodũ nec reliqua viſibilia

Cap. 25. Cap. 7. Cap. 2.

Cap. 8.

Quo pacto veritas à nobis cognoſcatur in rationibus æternis.

bilia videmus in Sole ipſo, quem directò aſpicere non poſſumus. Altero, vt in principio cognoſcendi: atq; hoc modo cognoſci à nobis veritatem rerum creatarum in rationibus æternis, quatenus eiuſmodi rationes participantur in nobis per lumen naturale: quo pacto dicimur cernere alia viſibilia in Sole, quia cernimus illa per lumen participatum à Sole. Idq; docet ſignificaſſe diuinum Vatem, cùm ſibi ipſi quærenti, *Quis oſtendit nobis bona?* hunc in modũ reſpondit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Significauit enim his verbis, veritatem omnem, quæ ad quærendã ſalutem neceſſaria eſt, ipſa participatione diuini luminis, quod in mente noſtra fulget, cognoſci à nobis poſſe. Ita fit, vt per principia naturaliter cognita rationes rerum inueſtigemus, & per conformitatem earum cum eiuſmodi rationibus, veritates, quæ naturaliter cognoſci poſſunt, intelligamus, ac proinde per conformitatem cum rationibus æternis, quæ ſunt in mente diuina.

Pſal. 4.

AD ſextum dicendum cum D. Thoma 1. p. q. 19. art. 2. & q. 3. de Verit. art. 2. & 1. contra Gentes cap. 54. Etſi ea, quæ ſunt principia cognoſcendi, nõ poſſunt eſſe multa numero in Deo, veluti ſi quis fingeret in intellectu diuino multas ſpecies intelligibiles, aut multas artes, quemadmodum re vera eſſe poſſunt in quolibet intellectu creato: tamen ea, quæ ſunt termini diuinæ cognitionis, vt talia ſunt, poſſunt eſſe multa. Vnde cùm rationes rerum tam formales, quàm obiectiuæ (quæque tamen ſuo modo) terminent intelligendi actum: non dubium eſt, quin multæ ſint, atque adeo infinitæ in mente diuina. Nam etſi Verbum Diuinum eſt vnica ratio formalis diuinæ eſſentiæ: continet tamen infinitas rationes formales creaturarum, & vt creaturæ in ſe ipſis ſunt, & vt in diuina eſſentia continentur. Ipſa etiam diuina eſſentia per Verbum expreſſa, & declarata, etſi eſt vnica ratio obiectiua Verbi diuini: complectitur tamen infinitas rationes obiectiuas creaturarum, non vt creaturæ in ſeipſis ſunt, ſed vt eminenter in ea continentur. Num autem quemadmodum dicimus, multas eſſe rationes rerum in mente diuina, ſic etiam dicere poſſumus multos conceptus, quæſtio eſt. Nobis certè non placet pars affirmatiua, quaſi propriè loquamur vnus tantùm eſt conceptus intellectus diuini: de qua re Theologi plura.

Quo pacto multa rationes in intellectu diuino eſſe poſſint.

Verbum diuinum vnica ratio formalis diuina eſſentia.

AD ſeptimum negandum eſt, creaturas eſſe aut entia, aut vera in ordine ad diuinam eſſentiam, quatenus illa antecedit more intelligendi noſtro diuinum intelligendi actum. Primùm, quia creaturæ ſunt entia, & vera habitudine ad Ideas diuinas, vt omnes fatentur: at Ideæ cùm ſint rationes exemplares creaturarum, ac proinde ſuo modo termini cognitionis diuinæ, ſupponunt actum intelligendi diuinum, quo diſtinguntur inter ſe. Deinde, quia creaturæ quemadmodum non ſunt producibiles à Deo per naturam, ſed per artem, ita nec poſſibiles niſi per artem diuinam: quare nec entia, nec vera, niſi per habitudinem ad diſtinctas rationes, in quibus diuina ars intueatur agenda omnia: at earum rationum diſtinctio ſequitur actum intelligendi diuinum, vt dictum eſt. Poſtremò, quia inde res primùm habent, vt ſint multa entia, vnde habent, vt ſint diſtincta entia: at diſtinctio creaturarum refertur primùm ad diſtinctionem rationum,

Creaturas, nõ eſſe entia nec vera, niſi ſuppoſito actu intellectus diuini.

Creaturæ non ſunt producibiles à Deo per naturam niſi per artẽ.

by Google

quæ ſunt in mente creatoris, alioqui eſſet à caſu, & præter intentionem primi agentis: ſupponit ergo diſtinctionem rationum, quæ ſunt in mente diuina, ac proinde actum intelligendi diuinum, quòd ſi earum entitas ſupponit diuinum intelligendi actum: ergo & veritas, quæ entitatem ſequitur.

Obiectio. At obiiciat aliquis, eſſentiam diuinam, etiam vt præcedit diuinum intelligendi actum, eſſe variè imitabilem, & participabilem, à creaturis, ergo creaturas eſſe entia, & vera, priùs quàm more intelligendi noſtro habitudinem habeant ad rationes, quæ ſunt in mente diuina.

Dilutio. Huic obiectioni reſpondendum eſt, Eſſe quidem diuinam eſſentiam eo pacto ſumptam imitabilem, & participabilem à creaturis, verùm non proximè, ſed remotè, vt ita loqui liceat. Quo ferè modo forma humana, etiam vt præcedit intelligendi facultatem, eſt intellectiua, & materia prima, vt præcedit molem corpoream eſt repletiua loci: proximè enim, ac formaliter, illa per ipſam intelligendi facultatem, hæc per molem corpoream, has conditiones ſibi vendicant.

An In ordine ad rationes formales diuini intellectus, an ad obiectiuas ſint creaturæ entia & vera. Qvod ſi quis quærat, cur hactenus dixerimus creaturas eſſe entia, & vera, propter habitudinem ad rationes formales exiſtentes in mente diuina, & non potiùs propter habitudinem ad obiectiuas, vt in ipſa diuina eſſentia continentur: præſertim cùm diuinæ Ideæ potiùs videantur eſſe rationes obiectiuæ, quàm formales: Reſpondendum eſt meritò id dictum eſſe, Primùm quia, cùm veritas primi entis ſit conformitas illius cum ſua ratione formali, vt paulò antè diximus (hoc enim neceſſariò fateri oportet) idem pari ratione dicendum eſt de cęteris entibus comparatione ſuarum formalium rationum in eadem mente exiſtentium. Deinde, quia rationes formales propinquiùs ſe habent ad intellectum, quàm obiectiuæ, cùm obiectiuæ ſæpè ſint res extra intellectum, & non rarò ſola formalium diſtinctione diſtinguantur inter ſe: at menſura, penes quam veritas attenditur, ad intellectum pertinet. Tertiò, quia non eſt re vera dicendum, Ideas eſſe rationes obiectiuas, ſed formales, tum quia id concedunt omnes in Ideis artificum, ex quibus diuinas inueſtigauimus: tum quia proprium Ideæ eſt, eſſe expreſſiuum, & declaratiuum, quod non conuenit rationibus obiectiuis, ſed formalibus, tum denique, quia vbi nulla eſt diſtinctio ex natura rei, veluti in iis, quæ in diuina eſſentia continentur, prior eſt diſtinctio rationum formalium, quàm obiectiuarum: at Idearum diſtinctio eſt prima omnium earum, quæ ad creaturas ſpectant. *Patres cur Ideas in verbo diuino ponūt.* Atque hac de cauſſa Patres omnes ponunt Ideas in Verbo diuino, cui appropriatur ratio formalis diuinæ eſſentiæ, non autem in eſſentia diuina, vt declarata & manifeſtata per Verbum, de qua re libro 7. accuratiùs diſſerendum eſt.

Concluſio quæſtionis, & ſolutio argumentorum, quæ ſunt initio quæſtionis propoſita.

SECTIO XIII.

Concluſio. Qvinta concluſio, qua directò quæſtioni reſpondetur. *Verum eſt propria paſſio entis.* Hæc concluſio eodem illo argumēto, quo in ſuperiori quæſtione vſi ſumus oſtendi poteſt: Verum reciprocatur

procatur cum ente, & ſequitur ipſam naturam entis: igitur eſt vera, & propria paſſio entis. Prior pars antecedẽtis ex dictis haud difficilè probatur. Nam quòd omne verum ſit ens (loquor autem de vero, vt ſignificat ſimplicem veritatem rei, & de ente, vt ſignificat entitatem realem) ex eo patet: quia res ea tantùm dicitur vera, quæ ſecũdùm eſſe reale eſt conformis intellectui diuino, vt ex dictis perſpicuum eſt: quidquid autem habet eſſe reale, ſiue actu, ſiue poteſtate, eſt ens reale. Quòd autem omne ens reale ſit verum, ea ratione patet: quia nihil eſt ens reale, niſi quod poteſt exiſtere realiter: nihil autem poteſt realiter exiſtere, niſi conforme ſit alicui rationi exiſtenti in mente diuina. Poſterior pars antecedẽtis ex eo oſtenditur: quia verum, quemadmodum de vno diximus, eſt poſteriùs ente, cùm & ſignificet formaliter relationẽ conformitatis, innuens entitatem vt fundamentum, ac veluti ſubiectum illius: & ita ſit cum eo connexum, vt de eo negari non poſſit ſine eius euerſione. Vnde eſt illud Hilarij *Perime aquæ, quòd aqua eſt, & per id poteris abolere, quòd vera ſit.* Ita patet, verum eſſe propriam paſſionem entis. Eadem concluſio confirmatur ex omnium ſententia, Omnes enim colligunt ex illo pronuntiatio ſecundi libri, *Vt vnumquodque eſt, ita & verum eſt,* veritatem eſſe propriam entis affectionem.

Cap. de Trinitate.

AD primum igitur argumẽtum eorũ, quæ cõtra hanc cõcluſionem initio quæſtionis propoſita ſunt, patet reſponſio ex iis, quæ in locum citatũ ſecundi libri annotauimus. Diximus enim quemadmodum ens duobus modis ſumitur, altero vt eſſe poteſt, altero vt eſt actu, ita conſequẽs eſſe, vt ſimplex veritas duobus quoq; modis dici poſſit: vno quatenus res conformantur intellectui diuino, vt eſſe poſſunt: altero, quatenus illi conformantur, vt ſunt actu. Quãquam ergo non omnia entia ſint ſemper vera, ſumpto vero poſteriori modo, quo pacto Ariſt. in eo loco intelligẽdus eſt, ſemper tamẽ omnia ſunt vera, ſumpto vno priori modo. Atq; hoc pacto dictũ eſt hactenus, verum eſſe paſſionem entis.

Duplex veritas ſimplex.

AD ſecundum dicendum eſt, verum illud, cui opponitur falſum, non dici de rebus, vt reſpondent conceptibus ſimplicibus: ſed tãtùm enuntiatiuis: at verum, quod eſt paſſio entis, conuenire rebus, vt reſpondent rationibus ipſarum formalibus exiſtentibus in mente diuina, quę non ſunt conceptus enuntiatiui. Itaque ad argumentum, conceſſo vtcumque, verum & falſum eſſe contraria (impropriè enim ſunt contraria, vt patet ex prædicamentis) itémque verum, & falſum circa idem verſari (verſantur enim circa compoſitionem, & diuiſionem, tum ex parte intellectus, tum ex parte rerum, vt reſpondent intellectui cõponenti, & diuidenti) negãdum eſt, inde effici, aut aliquod ens eſſe verum & falſum, aut non omne ens eſſe verum. Nam ſi ſermo ſit de vero, cui opponitur falſum, neutrum dicitur de vllo ente, niſi quatenus conceptui enuntiatiuo obiicitur, aut obiici poteſt. Si autem de vero ſimplici, quemadmodum nullum ens comparatione intellectus diuini poteſt eſſe falſum, ita nullum poteſt non eſſe verũ. Nihil enim poteſt in rerum natura exiſtere, quod poſſit nõ eſſe cõforme diuino intellectui. Quod enim intellectui humano cõparatum, forſitan eſt falſum aurum (quod quidem eſt eſſe falſum ſecundùm quid, & denominatione extrinſeca

Cap. de ſubſtantia.

Num aliquod ens poſſit eſſe falſum.

à falſa applicatione conceptus humani) idipſum comparatione intellectus diuini eſt verum aurichalcum, aut aliquid aliud quod aurum nobis eſſe videatur.

Ad tertium dicendum eſt, argumentationem non eſſe ad rem. Neque enim agimus de vero complexo: ſed de ſimplici, quamquam ſi de complexo loqueremur, adhuc dicendum foret, veriùs eſſe id, quod eſt, eſſe, quàm quod non eſt, non eſſe: quia ſemper veritas negationis in veritate alicuius affirmationis, quaſi in ſua cauſſa fundatur: ſemper autem cauſſa æquiuoca eſt verior effectu. Quòd ſi argumentatio accommodetur verò ſimplici, vt concludat non ens ea ratione, qua eſt non ens (quod eſt quodammodo eſſe) verum eſſe: dicendum eſt, non entia non habere ratione ſui vllum eſſe (etiam non entis) ſed ratione conceptus, qui dum illa concipit, confert illis eiuſmodi eſſe. Quare quemadmodum non entia, non ſunt ex ſe vllomodo entia, ſed quatenus concipiuntur quaſi entia: ſic etiam non ſunt ex ſe vllomodò vera, ſed tantùm, vt obiiciuntur intellectui: nos autem, cùm dicimus: ſed vera, intelligimus, ex ſe, ſiue ratione ſui.

Veritatem negatiuæ ſemper fundari in veritate alicuius affirmatiuæ.

Ad quartum dicendum eſt, verum non addere enti, niſi relationem rationis: proinde ratione eius, quod addit, nullã dicere perfectionem. Quod autem obiicitur, verum dicere perfectionem intellectus, ex ſuperioribus diluitur: diximus enim in ea locutione nomen Veri pro cognitione veri accipiendum, maximè autem pro cognitione fundamenti veritatis, quod eſt eſſe rei. Neque enim intellectus tam expetit cognitionem ipſius relationis, quæ dicitur veritas, quàm rei veræ.

Lege D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 3. ad 2. Vide Aureoli, apud Capreo. 1. d. 19. q. 3. art. contra 2. concl.

Qvod verò obiicitur, verum eſſe perfectionem ſimpliciter: quia meliùs ſit vnicuique verum eſſe, quàm non eſſe: nihil efficit. Id enim non niſi ratione fundamenti veritatis, concedendum eſt.

Cvm autem obiicitur, relationes rationis non poſſe eſſe proprietates rerum: quia pendent ex operatione intellectus: reſpondendum eſt, quoniam concipi eſt proprietas rerum, nihil mirum eſſe, ſi relationes rationis, quæ conſequuntur res ex eo, quòd concipiuntur, ſint etiam proprietates illarum. Cùm ergo concipi poſſe, ac proinde concipi à Deo ſit proprietas rerum omnium, & ex eo, quòd illæ concipiantur à Deo, conſequatur illas relatio veritatis, non mirum eſſe debet ſi eiuſmodi relatio ſit earum proprietas.

Num relationes rationis poſſint eſſe proprietates rerũ.

Diluuntur duæ quædam obiectiones contra ſolutionem quarti argumenti, & completur ſolutio.

SECTIO XIIII.

Prior obiectio.

Sed contra hanc ſolutionem duæ obiectiones ſeſe offerunt. Prior eſt, nec concipi, nec poſſe concipi à Deo, videri proprietatem rerum omnium: ſi enim id verum eſſet duo ſequerẽtur incommoda. Vnum, dari aliam poſitiuam paſſionem entis, priorẽ vero, quod nemo hactenus videtur dixiſſe: alterum, res omnes pendere ab operatione intellectus, & (quod hinc ſequitur) eſſe entia rationis, quo nihil abſurdiùs. Nam ſi proprietas rei pẽdet ab operatione intellectus, & ipſa

& ipſa etiam res pendeat neceſſe eſt, cùm res quælibet neceſſariam habeat connexionem cum propria paſſione.

Poſterior. POSTERIOR eſt, nec relationem veritatis conſequi res, vt concipiuntur à Deo. Si enim relationes rationis conſequuntur operationem intellectus diuini, cùm Deus neceſſariò concipiat omnia, quæ ab intellectu creato ſimplici conceptu concipi poſſunt: ſequitur omnes relationes rationis, quæ dici ſolent conuenire rebus per operationem intellectus noſtri, vt relationem generis ad ſpeciem, & ſpeciei ad genus, non minùs eſſe proprietates rerum, quàm eſſe verum: hoc autem non ſolùm ex eo abſurdum eſſe apparet: quia eſſe genus, ſpeciem, & ſimilia dicuntur attributa contingentia rerum: ſed etiam, quia iſto modo non rectè diceretur intellectus noſter facere, vt res, quæ ſunt potentia vniuerſales, ſint actu vniuerſales, eſſent enim vniuerſales ex æternitate.

Prioris ſolutio. VERVM ad priorem obiectionem, quod attinet ad prius incommodum, dici poteſt, concipi poſſe: atque adeò, concipi à Deo, eſſe proprietatem rerum omnium, non tamen, quæ ſolis veris rebus conueniat. Nam, & ea etiam, quæ eſſe nequeunt, poſſunt ſuo modo concipi. *De paſſionibus entis.* Quod autem dici ſolet, verum eſſe primam paſſionẽ entis poſt vnum, de iis, quæ cum ente reciprocantur intelligendum eſſe: non de iis, quæ latiùs patent. Verùm, quia hæc reſtringi poſſunt ad ea, quæ ſecundùm eſſe poſſibile ac reale concipiuntur, aut cõcipi poſſunt, quo pacto non latiùs patebunt, quàm ens reale: ſimpliciter reſpondendum eſt: Nihil eſſe incommodi, ſi detur alia proprietas entis inter vnum & verum. Neque enim omnes numerantur à Philoſophis: ſed tantùm inſigniores. Quocirca ex ſimplicibus duæ tantùm numeratæ ſunt poſt Vnum, quod quidem ſine alterius comparatione dicitur: altera, per quam omnia habent ordinem ad intellectum: altera, per quam ad appetitum, quibus ſolis potentiis omnia entia obiici poſſunt, etſi aliæ paſſiones entis has præcedant, aut ſequantur.

Deum pendere à conceptu ſui, quomodo intelligẽdum. QVOD verò attinet ad poſterius incommodum, dicendum eſt, nihil eſſe abſurdi dicere, creaturas pendere ab actu intellectus diuini, vt patet: dicere autem, Deum pendere à conceptu ſui, ſi id quidem intelligatur, tanquam à cauſſa, abſurdiſſimum eſt: ſin autem tanquam ab eo, quod ſi non eſſet, nec Deus ipſe eſſet: non modò non eſt abſurdum: ſed etiam neceſſarium. Vt enim Deus, ſi non exiſteret actu, non eſſet Deus, ſic etiam ſi ſe actu non conciperet. *Quorundam ſententia de relationibus rationis.* Sed ea conſequentia, qua deinde infertur, res omnes iſto modo eſſe entia rationis, tantam vim habet apud quoſdam, vt eius vitandæ cauſſa dicant, operationem intellectus diuini non ſatis eſſe ad fabricandas, vt ita dicam, relationes rationis: ſed opus eſſe ad eam rem operatione intellectus creati. *Refutatio.* Verùm hi non ſatis videntur conſideraſſe ſimile incommodum admittendum illis eſſe, ſi pendere quouis modo ab operatione intellectus creati, conſtituat entia rationis: multa enim vera entia pendent ab operatione intellectus creati, vt ſcientiæ, & artes omnes, & quæ arte conficiuntur. Quòd ſi pendere non quouis modo, ſed certo quodam intelligatur, eodem intelligi poterit reſpectu intel-

lectus diuini. Dicendum eſt igitur, quemadmodum ex operatione intellectus creati conſequuntur multæ relationes rationis, quæ rebus conueniunt, ita etiam ex operatione intellectus diuini. Atque ex his eſſe veritatem, ſeu conformitatem rerum ad intellectum diuinum: neque oppoſitum rectè dici. Quapropter neganda eſt propoſita conſequentia, quia nec omnia, quæ quouis modo pendent ab operatione intellectus, ſunt entia rationis: nec quæuis dependentia ab intellectu cõſtituit ens rationis: ſed id ſolùm in entibus rationis numerandum eſt, quod cùm de veris rebus dici poſſit, non poteſt tamen aliam exiſtentiam habere, quàm obiectiuam in intellectu, vt alibi diximus, & libro ſequenti latiùs explicabimus: quo certè modo perſpicuum eſt, nullam rem verã pendere ab vllo intellectu, ſiue creato, ſiue increato.

Vera ſolutio.

Poſterioris obiectionis diſſolutio.

Ad poſteriorem obiectionem dicendum eſt, relationes rationis, quæ dicuntur conuenire rebus per operationem intellectus creati, ſi non omnes, ſaltem plurimas conſequi operationem intellectus diuini, vt generis, ſpeciei, eiuſdem numero, diuerſi, & ſimiles. Concipit enim Deus res omnes, & omnes earum gradus conceptu diſtinctiſſimo ex parte ipſarum, Quo fit, vt relationes, quæ propter diſtinctam apprehenſionem intellectus creati conſequuntur res, non minùs conſequantur illas propter apprehenſionem intellectus diuini. Cùm autem obiicitur, hinc ſequi, relationem generis, & ſimiles, eſſe proprietates rerum: modo quidem aliquo id concedendum eſt: neque Ariſtoteles id inficiatur, ſed planè fatetur ad finem huius capitis, vbi huiuſmodi relationes vocat affectus per ſe entium, quatenus entia ſunt. Non eſt tamen ſimpliciter concedendum, eſſe eas veras rerum proprietates, niſi deſcendant cum rebus, quibus conueniũt ad inferiora, quod non faciunt relationes generis, & ſpeciei. Ad ea verò abſurda, quæ hinc colliguntur, non eſt difficile reſpondere. Ad alterum, eſſe genus, ſpeciem, & ſimilia, dici contingentia attributa rerum non ſimpliciter, ſed quatenus conueniunt rebus operatione intellectus noſtri: Ad alterum verò dicendum eſt, nullam rem, præciſa omni operatione intellectus, eſſe vniuerſalem: ſed tamẽ, quæ ab omni æternitate comparatione intellectus diuini ſunt vniuerſales, fieri à nobis vniuerſales, dum operatione intellectus noſtri abſtrahuntur à ſingularibus. Nec plus eſt incommodi hoc aſſerere, quàm ſi dicas, res quæ nobis antè operationẽ intellectus agentis, non ſunt intelligibiles actu ſeu potẽtia propinqua, quod Ariſtoteles docet 3. de Anima cap. 4. & 5. eſſe apud Deum actu intelligibiles, imò & intellectas: adde, & neceſſariò intellectas.

De relationibus generis & ſimilibus.

Qua ratione res fiant vniuerſales.

Text. 14. text. 18.

Num verũ ſit obiectum intellectus.

Ad id denique, quod in eodem 4. principali argumento obiicitur, verum eſſe obiectum intellectus, atque idcirco non addere enti ſolam relationem rationis, cùm omnis relatio rationis ſit poſterior natura intellectu: obiectum autem cuiuſque potentiæ ſit priùs ipſa potentia, reſponderet Caiet. iuxta id, quod ſcribit 1. part. q. 16. art. 3. verum non eſſe obiectum intellectus, ſed conditionem, quæ ſemper comitatur obiectum, quod quidem affirmat eſſe ens. Eadem videtur eſſe ſententia D. Thomæ eodem loco, & aliis pleriſque, quem ex eo videtur probare, quia verum non poteſt apprehendi ab intellectu, niſi apprehendatur

Caietanus.

Digitized by Google

D. Thomas.

datur ratio entis, & tamen ens apprehendi poteſt, etiamſi non apprehendatur ratio veri: quanquam ſemper apprehenſionem entis comitetur veritatis relatio. Idem quoque ſentit Scotus in primum ſent. d. 3. q. 3. §. His viſis, vbi duabus potiſſimùm rationibus probat ſententiam ſuam de hac re. Primùm, quia Verum eſt quædã paſſio entis, qua intellecta non intelliguntur entia niſi per accidens. Deinde, quia obiectum habitus cuiúſque potentiæ, non eſt prius natura obiecto potentiæ: ſubiectum autem Metaphyſicæ, quæ eſt habitus intellectus, nõ eſt verum, ſed ens, quod quidem naturæ ordine antecedit verum. Eadem ſententia videtur eſſe Auicennæ initio ſuæ Metaphyſ. cap. 5. vbi docet, conceptum entis primùm imprimi in animam, quaſi dicat, nihil poſſe obiici intellectui, niſi ſub aliqua ratione entis. Iuxta hanc igitur ſententiam, quæ valdè probabilis eſt, perſpicuè diſſoluitur argumentum. Siquis tamen oppoſitam magis probauerit, dicat verum eſſe poſterius intellectu, quoad eſſe veritatis, qualecumque illud eſt: imò etiam quoad rationem conueniendi rebus, cùm veritas non conueniat rebus, niſi per aliquam actionem intellectus, quæ præcedat cõpletum intelligendi actum: & tamen intellectum eſſe poſteriorem vero, quoad actum intelligendi completum, Neque enim actus intelligendi completur niſi præcedat conformitas inter rem intelligendam, & ſpeciem, aut conceptum illius, vt ex dictis patet. Verùm quidnam ipſi de obiecto intellectus ſentiamus, tum dicemus, cùm de obiectis potentiarum diſputabimus.

Idem Scot. 6. Metaphyſ. q. 3. & Capreo. in 1. d. 19. q. 3. ad 1. Herm.

Scotus.

Auicenna.

Oppoſita ſententia.

SIT NE BONVM PROPRIA entis affectio.

QVÆSTIO VII.

Non videri propriam entis affectionem.

SECTIO I.

QVOD demum attinet ad bonum, non pauca ſunt argumenta, quibus oſtendi videatur, non eſſe illud propriam entis affectionem, ſiue paſſionem. Primum eſt, quia non omnibus entibus conueniat. Nam nec conuenit entibus mathematicis, vt ipſe auctor docet lib. ſuperiori c. 2. nec item materiæ primæ, cùm ſit pura potentia: etenim bonum & perfectum idem videntur eſſe: pura autem potentia, vt caret omni actu, ſic etiã caret omni perfectione: idem enim ſunt actus, & perfectio, quod facilè coliges ex 2. de Anima, c. 1. & ex 3. Phyſicorum cap. 1. & 2. Nec deinde conuenit relationibus. Nam cùm diuinæ perſonæ relationibus diſtinguantur, aliqua perfectio eſſet in vna perſona, quæ non eſſet in cæteris: nec denique conuenit iis entibus, quæ dicuntur mala, vt actibus, & habitibus vitioſis, alioqui eædem res ſimul eſſent bonæ, ac malæ, quod fieri nequit. Sunt enim bonum, & malum contraria.

Primum argumẽtum pro parte negatiua.

Text. 3.

2. de Anima tex. 2. 3. lib. c. 1. text. 5. & c. 2. text. 15.

SECVNDVM, quia nec de ſolis entibus dicatur: ſiquidem bonũ, & appetibile reciprocantur, iuxta illam definitionem initio primi Ethicorum

corum adductam, *Bonum eſt, quod omnia appetunt*, multa autem appetuntur, quæ non ſunt entia, vt priuatio vitæ, ſiue alienæ, ſiue interdum propriæ: multa etiam, quæ fieri nequeunt, quo pacto flagitioſi homines vellent non eſſe in Deo Iuſtitiam. Appetitur etiam ipſa exiſtentia, atque adeò maximè, quæ tamen eſt ens, ſed modus entis, vt ſuperiùs diximus. Q. 4.

3. TERTIVM, quia ſi bonum reciprocaretur cum ente, nihil poſſet enti adiungere, niſi aut negationem, aut relationem rationis, vt ſuprà Q. 5. etiam definitum eſt: at neutrum poteſt adiungere. Non quidem negationem, quia negationes nullam perfectionem formaliter ſignificant, vt patet ex duabus proximis quæſtionibus, cùm tamen bonum videatur formaliter dicere perfectionem. Nec verò relationem rationis: tum quia bonum, qua ratione bonum eſt, mouet appetitum: relatio autem rationis nihil mouere poteſt: tum etiam, quia Deus dicitur bonus per eſſentiam, & tamen non eſt per eſſentiam relatiuum rationis: eſſet enim diuina eſſentia relatio rationis.

Pro affirmatiua. AT verò, quod bonum ſit propria entis affectio, Peripatetici omnes communi ſententia pronunciant, quam dicunt tradi ab Ariſtotele 1. Ethicorum cap. 6. his verbis: *Cùm bonum æquè atque ens dicatur, &c.*

Refutatio opinionis Heruei de formali ſignificatione boni.

SECTIO II.

IN hac quæſtione non erit idem tractationis ordo, qui in ſuperiori. Quoniam enim conſtabat inter omnes, Verum ſignificare relationē, idque ex definitione veritatis apertum erat; rationi conſentaneum fuit, vt ante omnia conſtitueremus ex iis, quæ dicta erant, nomine veri vltra naturam entis ſolam relationem rationis ſignificari; tum verò reliqua exponeremus, in quibus eſſet diſſenſio. Nunc autem quia non omnibus placet, bonum eſſe relatiuum; ſed alij dicunt nomine boni ſignificari formaliter abſolutum quid: alij relationem realem: alij abſolutum, & relationem ſimul, alij ſolam relationem rationis inſinuato ente, ab hac controuerſia ſumendum eſt diſputationis initium. Q. 5.

Varia ſententia de formali ſignificatione Boni. *Heruei opinio. Confirmatur.* AC Herueus quidem quodlib. 3. q. 2. exiſtimat, bonum non dicere formaliter relationem, ſed abſolutum tantùm, aut aliquid commune relato, & abſoluto. Hanc ſententiam tribuit Capreolus in 1. ſent. d. 34. q. 1. Scoti ſectatoribus: quam eandem Durandus eadem diſtinct. & quæſt. tacito auctoris nomine latè refert. Heruei argumenta hæc ſunt. 1. Primùm, quia nulla relatio dicit formaliter perfectionem: bonum autem perfectionem ſignificat: eò enim aliquid eſt meliùs, quò eſt perfectiùs. 2. Alterum, quia relatio ſemper dicitur ad alterum: bonum autem non ſemper, vt patet in homine probo, qui etiam per ſe ſumptus, bonus eſt, ac dicitur. 3. Tertium, quia bonum non ſignificat in Deo relationem: ergo nec in creatura, ac proinde in nulla re. Probat conſequentiam, quia bonitas creaturæ eſt ſimilitudo quædam participata bonitatis diuinæ. Antecedens verò: quia bonitas

Dei

Dei nec eſt relatio rationis,ſed verè exiſtens in rerum natura: imò etiã (quod addere poſſet) maximè exiſtens, cùm omnia creata per eam exiſtant, vt D. Dionyſ. ſcribit: nec item relatio realis, quia in Deo nulla datur relatio realis, quæ ſit omnibus perſonis communis, vt re vera eſt bonitas. Si quis autem ab Herueo quærat, quænam ſit formalis ratio boni, Reſpondet, bonum eſſe, nihil aliud ſignificare formaliter, quàm eſſe perfectum, aut ad perfectionem ordinatum. Id quod ex eo probat, quia ratio boni eſt ratio finis, aut eius, quod eſt ad finem: conſtat autem, finem formaliter ſignificare perfectionem. Denique, vt luculentiùs rem declaret, hac ratione diſtinguit bonum ab ente: quòd ens, vt ens eſt, ſignificet id, quod in qualibet entitate primum occurrit, id verò nihil aliud eſſe ait, quàm quòd ſecundùm eam aliquid dicatur eſſe tale, vt calidum, aut frigidum: at bonum, vt bonum eſt, ſignificat eandem entitatem: vt modo quodam contracta eſt, non quidem ad partem aliquam ſubiectiuam, cùm bonum æquè latè pateat atque ens: ſed ad eſſe perfectionem alicuius, aut ad alicuius perfectionem ordinatum. Quòd enim hæ rationes diſtinguantur inter ſe, vel ex eo patere docet, quia calor febrilis eſt ens Socratis, cùm Socrates ſecundùm illum habeat eſſe calidi: & tamen non eſt bonum Socratis, quia nec eſt perfectio Socratis, nec ad eius perfectionem ordinatus; quanquam ſit bonum materiæ: quia illam perficit.

De diu. nom. cap. 5.

Bonitas Dei cauſſa rerum omnium.

Quid bonum formaliter ſignificet apud Herueum.

Hæc tamen ſententia nec videtur vera, nec ſibi ſatis conſona. Primùm: quia ſanitas per ſe ipſam, & ſublata omni poſteriori ratione abſoluta, eſt bona ægroto, quod eodem modo accidit in cæteris. Deinde, quia aut Herueus ſumit perfectum, & ad perfectionem ordinatum, pro rebus denominatis à perfectione, vel ab ordine ad perfectionem, aut formaliter. Si pro rebus denominatis, facit Bonum ſynonymum enti: Ens enim ſufficit, vt denominetur bonum, ſublata quacumque alia ratione abſoluta, vt patet ex ſuperiori argumento. Si verò formaliter, non dubium eſt, quin ſibi repugnet. Nam perfectum, vt perfectum eſt, aut dicit negationem defectus (perfectum enim eſt, cui nihil deeſt, ſiue ſimpliciter, ſiue in certo aliquo genere) aut relationem ad formam perficientem, quaſi habens formam perficientem: ordinatum autem ad perfectionem, vt eſt ordinatum, eſt relatum. Fatetur igitur hoc pacto, bonum, vt bonum eſt, eſſe partim negatiuum, partim relatiuum: cùm tamen contendat oſtendere, non eſſe relatiuum, & potiori negatione nec negatiuum.

Refutatio.

Perfectum.

Refutatio opinionis Durandi.

SECTIO III.

DVRANDVS verò in ſecundo d. 34. q. 1. contrariam ſententiam ſequutus, ait: Bonum ſignificare formaliter relationem conuenientiæ, eámque eſſe realem. Quòd autem ſignificet relationem conuenientiæ, ex eo potiſſimùm oſtendit, quia idem abſolutum, vt calor, per ſolam conuenientiam cum vna re, & negationem conuenientiæ cum alia, dicitur bonum vnius, & malum alterius, vt vnum reſpectu ſani, & ægroti: & color pallidus reſpectu pomi, & vultus.

Durandi ſententia.

Digitized by Google

Quòd verò ſit realis, ſupponit certum eſſe iuxta ſententiam Ariſtotelis in fine libri ſexti, vbi docet, *etſi verum, & falſum in mente ſint, tamen bonum, & malum eſſe in rebus.* Quo loco apertè videtur docere, etſi verum, & falſum ſignificant relationes rationis: bonum tamen & malum ſignificare relationes reales. Quòd ſi quis obiiciat, ſi bonitas eſt relatio realis, ac proinde quædam pars ſubiectiua entis, fieri non poſſe, vt bonum conuertatur cum ente: reſpondet, bonum non conuerti cum ente eſſentialiter, vt quẽadmodum omnis bonitas eſt eſſentialiter ens, ſic etiam omne ens ſit eſſentialiter bonitas (ſi quidem omnis relatio eſt eſſentialiter ens, & tamen non omne ens eſt eſſentialiter relatio) ſed conuerti denominatiuè. Nam quemadmodum quicquid habet relationem conuenientiæ cum aliquo, eſt ens, ita quicquid eſt ens habet relationem conuenientiæ cum aliquo. *Cap. 2. text. 3* *Quo pacto Bonum apud Durandum conuertatur cum Ente.*

Impugnatio. SED neque huiuſmodi ſententia probanda eſt. Nam ſi bonitas eſt relatio realis, erit quidditatiuè ens, vt patet ex quæſtione tertia, atque adeò bona ſecundo modo dicendi per ſe, ſi modò bonum, eſt propria paſſio entis, vt dicitur. Iã ergo quæretur de illa bonitate, ſit ne relatio realis, eadémq; ratione deinceps de alia atque alia in infinitum. Quòd ſi hoc abſurdum vitari non poteſt, niſi dicas, aliquam bonitatem non eſſe relationem realem, idem pari ratione de prima dici poteſt: aut ſaltem non eſt aſſerendum, bonum tranſcendens in commune, dicere relationem realem. Occurrat fortaſſe aliquis pro Durando, bonum non eſſe paſſionem entis realis in commune, ſed ſolius abſoluti. Verùm hęc reſponſio pugnabit primùm cum communi Philoſophorum ſententia, qui docent, bonum æquè latè patere atque ens: imò etiam ipſius Durandi, quem paulò antè diximus aſſerere, bonum conuerti denominatiuè cum ente. Deinde hoc ſaltem negari non poteſt, bonitatem eſſe communem omnibus entibus, quæ perfectionem ſignificant: at huiuſmodi eſt apud illum relatio bonitatis: vt patet eadem quæſtione in ſolutione primi argumenti: quo fit, vt adhuc ſequatur progreſſus infinitus, quem diximus: aut danda erit aliqua bonitas, quæ ſignificet relationem rationis: ac proinde bonitas, quæ cum ente conuertitur, non erit relatio realis. *Reſponſionis cuiuſdam refutatio.*

Reſponſio Durandi. PRÆTEREA, ſi bonitas eſſet relatio realis, eſſet quoque bonitas diuina realis relatio, quod fieri nequit: nulla enim relatio realis eſt cõmunis omnibus diuinis perſonis, atque hoc pacto concludebamus quæſtione ſuperiori, veritatem non eſſe relationem realem.

Impugnatio. HVIC obiectioni reſpondet Durandus: Deum eſſe bonum relatione reali, ſi relatio realis non ſumatur pro reſpectu per ſe conſequente naturam rei, ſed pro reali denominatione ſumpta ex pluribus rebus. *Deus enim*, vt ait, *dicitur bonus quia tota bonitas creaturæ pendet à Deo.* Sed nec reſponſio hæc ſatisfacit argumento. Nam prætcrquam quòd hæc diſtinctio relationum realium à Durando, inuecta, non eſt probanda, vt patebit lib. 5. ex hac eius reſponſione ſequitur, Deum bonitate tranſcendente non eſſe bonum, niſi denominatione extrinſeca, & ex ordine ad creaturas, quod dici nullo modo poteſt.

Refutatio

Refutatio quarundam aliarum opinionum.

SECTIO IIII.

Quæ in re Thomiſtæ oẽs conſentiant.

PORRÒ D.Thomæ ſectatores partim conueniunt inter ſeſe, partium variant. Duo enim ſunt, in quibus omnes conſentiant. Vnum, quòd bonum nihil addat enti, niſi relationem rationis: alterũ, quòd includat, & huiuſmodi relationẽ, & abſolutum, quod ab ea denominatur. Verùm ſi ab eis quęratur, quo pacto bonũ hæc duo includat, & quænam ſit relatio boni, & cuius abſoluti ſit relatio, nõ parua iam inter eos diſſenſio exurgit. Nam alij exiſtimãt, bonum includere formaliter, & relationẽ, & abſolutum. Alij aſſerunt, non includere formaliter relationem, ſed tantùm ſine illa explicari non poſſe. De relatione etiam, quæ tandem ſit, implexa eſt admodum apud eos quæſtio propter varia dicta D.Thomæ, qui modo eam vocat relationem finis, modò appetibilis, modò etiam cõuenientis. Denique de abſoluto, quod à relatione denominatur, non leuis quoque eſt inter eos controuerſia, quod D.Thomas nunc videatur dicere eſſe ens, nunc ipſum actum exiſtendi, aliàs quamlibet perfectionem additam eſſentiæ rei. Ratio autem, quæ hos auctores in eam ſententiam adducit, vt credant, bonum includere & relationem & abſolutum, quouis tandem modo id intelligant, hæc ferè vna eſt. Quia ſi bonum diceret formaliter ſolum abſolutum, eſſet ſynonymum enti, quod dici non poteſt: ſi ſolam relationem rationis, iam res non eſſent bonæ, niſi per operationem intellectus: quo nihil penè abſurdius.

Quo pacto diſſentiant.

Refutatio quarũdam explicationum.

VERVM nec huiuſmodi opinio: qua ratione ait, bonum includere relationem & abſolutum, amplectenda eſt. Nam, quod ad eos attinet, qui dicunt, includere vtrumque formaliter, ſatis refutata relinquitur ex iis: quæ diximus quæſtione quinta, cuius conformatione ſimilem ſententiam de Vno impugnauimus. Quod verò attinet ad eos, qui ea ratione tantùm affirmant, includere relationem, quòd abſque illa explicari non poſſit, facilè refellitur. Primùm, quia vt bonum dicatur includere relationem, non ſatis eſt, ſi abſque ea explicari nequeat. Sic enim pater includeret filium, & cæcitas viſum: quia nec pater, niſi per filium: nec cæcitas, niſi per viſum explicari poteſt: quæ tamen non rectè dicerentur. Deinde, quia ſi bonum non ſignificat formaliter relationem, ſed ſolum id, quod ab ea denominatur, nihil ſanè diſtinguitur ab ente. Id enim, quod denominatur, ſiue appetibile, ſiue finis, ſiue conueniens, procul dubio ens eſt. Vnde ſequitur, ſi ens non indiget ad ſui explicationem huiuſmodi relatione, nec bonum illa indigere: quæ enim ſunt vnius omninò naturæ, eadem prorſus definitione explicantur. Quòd ſi quis obiiciat, ſapientiam diuinam, & iuſtitiam diuinam eſſe eiuſdem omninò naturæ, & tamen iuſtitiam indigere ad ſui explicationem reſpectu aliquo, quo nõ indiget ſapientia, nempe habitudine ad actum reddendi vnicuique quod ſuum eſt: reſpõdebis, aliam eſſe rationem in attributis diuinis, aliam in tranſcendentibus. Nam attributa diuina ſunt formaliter infinitæ perfectionis, vnde ſit, vt à nobis explicari nõ poſſint, vt ipſa in ſe ſunt, ſed tantùm, vt participantur

Concl.5.

Obiectio.

Dilutio.

Diuina attributa, vt ſunt, à nobis explicari non poſſunt.

tur à creaturis, in quibus certum eſt, iuſtitiam diſtingui à ſapientia. At tranſcendentia non ſunt formaliter perfectionis infinitæ: ſed permiſſiuè duntaxat: quia dicuntur etiam formaliter de rebus finitæ perfectionis, imò ſunt imperfectiſſima attributa cuiuſque rei: vnde fit, vt poſſint à nobis explicari, prout ſunt in ſe ipſis. Quare, ſi bonum non ſignificat formaliter relationem: ſed ſolùm ens, quod bonum dicitur: ac proinde ens, & bonum, vt ſunt in ſe ipſis, nullo pacto diſtinguntur: nulla ratio eſt, cur bonum ad ſui explicationem indigeat relatione, qua non indiget ens.

Vera ſententia de formali ſignificatione boni, & præcipua quæſtionis concluſio.

SECTIO V.

QVID ergo hac in re dicendum ſit, nonnullis concluſionibus explicandum eſt.

Prima cõcluſio probatur quoad. 1. partem. PRIMA concluſio. *Bonum addit enti ſolam relationem rationis, eamq́; ſolam formaliter ſignificat.* Quæ concluſio, cùm ſimilis ſit primæ concluſioni ſuperioris quæſtionis, eodem modo probari poteſt. Primùm, quia non poteſt addere enti, niſi aut negationem, aut relationem rationis, vt patet, ex quæſtione quinta: non addit autem negationem, quia Bonum eſt nomen poſitiuum, non negatiuum. Deinde: quia bonum nõ ſignificat formaliter aliquid abſolutum, ne ſit ſynonymum enti, vt patet ex impugnatione opinionis Heruei: non ſignificat item relationem realem, vt contra Durandum definitum eſt: ergo relationem rationis: quæ eſt ſententia D. Thomæ quæſt. 1. & 21. de Veritate vtrobique art. 1. & aliis locis quàmplurimis. *Concl. 4.* *Sect. 2.* *Sect. 3.*

Et quoad. 2. POSTERIOR patet, tum ex eadem quæſtione, in qua eadem excluſiua latè oſtenſa de ſignificatione vnius: tum etiam ex iis, quæ contra quoſdam paulò antè diximus: quæ breuiter in hanc rationem redigi poſſunt. Aut bonum ſignificat formaliter ſolum ens, aut ſolam relationem additam enti, aut vtrumque: non ſignificat autem ſolum ens, non etiam ens & relationem: ergo ſolam relationem. Adde, quòd bonum dicitur denominatiuè de ente: denominatiua autem id ſolũ ſignificant formaliter, quod addunt rebus denominatis: quemadmodum album, cùm denominatiuè dicatur de corpore, non ſignificat formaliter corpus: ſed ſolam albedinem, ſeu affectum albedine, vt tale eſt, quod Ariſtoteles docet in prædicamentis. *Ex 3. p concl. 5. quæſt. 5.* *In ſuperiori ſect. huius quæſt.* *Cap. de ſubſt.*

Secunda concluſio probatur quoad. 1. partem. SECVNDA concluſio. *Relatio, quam bonum formaliter ſignificat, non eſt relatio finis, nec acceptibilis, ſed conuenientis.* Prima pars probatur, tum quia non omne bonum eſt finis: ſed vel finis, vel medium ad finẽ, vel etiã alio modo bonum, vt patet in ſanitate, & ſciſſione venæ, & in partibus cuiuſq; rei: tum etiã, quia non omne, quod eſt finis, eſt bonũ: ſed aut bonum, aut quod bonum eſſe videatur, vt Ariſtot. docet 2. Phyſic. cap. 3. tum denique: quia nec bonum per ſe, ſemper eſt finis: ſed tum ſolùm, cùm aliquid propter ipſum fit, aut fieri intenditur, vt patet in auro, quod prima hominũ ætate non erat finis humanæ cupiditatis: quia nondum propter illud maria tranſmittebantur, aliquidve aliud agebatur, aut agi intendebatur quanquam iam tum erat bonum. *Tex. 31.*

SECVNDA

SECVNDA pars probatur. Primùm, quia ideò res dicuntur appetibiles: quia bonæ: non autem ideò bonæ, quia appetibiles. Deinde, quia bonum, vt bonum eſt, eſt obiectum appetitus, appetibile autem non item: ſed affectio quædam, quæ illud ſequitur in ſecundo modo dicendi per ſe: quo pacto ſe habet viſibile reſpectu coloris, ſiue lucidi vt Ariſtoteles docet ſecundo de Anima, cap. 7. Quod idem annotarunt Caiet. 1. par. quæſt. 5. ar. 1. & poſt eum Capreol. 2. ſent. diſt. 2. quæſt. 3. & Ferr. primo contra Gentiles cap. 37. ducti auctoritate D. Thomæ in caput primum primi Ethicorum; qui in explicando illo pronuntiato, *Bonum eſt, quod omnia appetunt*, ait, *eam deſcriptionem à poſteriori traditam eſſe*. Itaque dicunt, bonum, eſſe fundamentum appetibilitatis, quemadmodum coloratum eſt fundamentum viſibilitatis: ſiue appetibilitas, & viſibilitas ſint denominationes quædam ab actibus appetendi, & videndi, vt Caiet. ait: ſiue relationes aptitudinales ad appetitum & viſum, vt Ferrarienſis exiſtimat: ſiue quiduis aliud.

Et quoad 2. Res eſſe appetibiles, quia bona nō contra.

Text. 66.

Capr. ad vltimum contra 2. concl.

TERTIA pars probatur. Primùm, quia nihil in bono reperitur prius, quod appetibilitatis cauſſa eſſe poſſit, quàm conuenientia. Quidquid enim appetimus, id ea de cauſſa appetimus: quia nobis conuenit, aut aliis rebus quibus illud appetimus: aut certè, quia putamus id nobis, aut illis congruere: nec alia videtur eſſe ratio, ſub qua noſter appetitus moueatur. Deinde, quia vna, eadémque res (vt argumentabatur Durandus) ex eo ſolùm, quod vni rei congruit, & alteri non cōgruit, dicitur bona reſpectu vnius, & mala reſpectu alterius. Tertiò, quia qui aliam rationem formalem boni priorem ratione appetibilis, & diuerſam à ratione conuenientis excogitauerunt, nempe rationem perfectionis, aut perfectiui, aut perfecti, in ipſam rationem conuenientis vel nolentes inciderunt: niſi quòd ij, qui ſolius perfectionis, aut perfectiui meminerunt preſſiùs loquuti ſunt, quàm bono tranſcēdenti conueniat. Nam perfectionem, aut perfectiuum eſſe, ſi propriè loquendum eſt, de ſolo actu dicitur: at conueniens, ſiue congruens, res omnes complectitur, atque adeo ipſam puram potentiam. Eſt enim bona: quia congruens tum formis naturalibus, tum etiam compoſitis naturalibus, tum agentibus, &c.

D. Thom. de Veritate q. 1. art. 1.

Et quoad. 3. Rationē formalem boni in conuenientia ſitam eſſe.

TERTIA concluſio. *Conuenientia, quæ ſignificatur nomine verè boni, de quo agimus, & non apparentis tantùm eſt conuenientia ſecundùm veram exiſtentiam realem*. Hæc concluſio duobus potiſſimùm argumentis oſtendi poteſt. Vno, quia conuenientia, quæ non eſt ſecundùm veram exiſtentiam realem: ſed ſolùm ſecundùm exiſtentiam conceptam, qualis eſt ea, qua peccator conuenire humano generi non eſſe Deum malorum vltorem: non eſt vera conuenientia, ac proinde non conſtituit aliquid verè bonum.

Tertia concl.

Probatur. 1.

ALTERO, quia cùm appetibilitas cuiuſque rei fundetur in conuenientia illius, vt patet ex dictis: nihil autem appetatur, niſi ſecundùm exiſtentiam realem, ſeu veram, ſeu apparentē (hinc enim oſtendemus lib. ſequenti, finem non mouere, niſi ſecundùm eſſe reale) neceſſe eſt, vt quicquid appetitur ſit conueniens ſecundùm exiſtentiam realem, aut veram, aut apparentem. Si ergo bonum ſumatur pro verè bono,

Digitized by Google

vt de eo hoc loco agimus, neceſſe eſt vt conuenientia, in qua eius formalis ratio conſiſtit, ſit conuenientia ſecundùm veram exiſtẽtiam realem: intellige autem potentialem, vt illud dicatur verè bonum, quod congruit rei ſecundùm realem exiſtentiam, quam habere poteſt. Ita patet, quæ ſit formalis ſignificatio boni. Quibus hunc in modum explicatis facilè eſt quæſtioni reſpondere.

Quarta concluſio probatur.

QVARTA igitur, extremaq; concluſio ſit, *Bonum eſſe propriam paſſionem entis.* Quæ concluſio ex eo facilè oſtenditur, quòd bonũ & reciprocatur cum ente, & eius naturam ſequitur. Nam, quòd omne ens ſit bonum inductione patet: quia nulla res eſt quantumcumque exiguæ entitatis, quæ alicui non congruat.

QVÒD autem omne bonum ſit ens, ex iis etiam, quæ dicta ſunt, facilè colligitur. Nam cùm bonum ſignificet conuenientiam ſecundùm exiſtentiam realem poſſibilem, ſola verò entia poſſint exiſtere realiter, perſpicuum eſt, omne bonum eſſe ens. Nec refert, quòd D. Dionyſius 4. cap. de diuinis nominibus facit bonum maioris ambitus, quàm ens. Accipit enim eo loco ens pro ente, quod eſt actus, vel includit actum cuiuſmodi ſunt omnia, excepta materia prima. Itaq; vult materiam eſſe bonam, & tamen non eſſe ens, ſcilicet, actuale, vt Diuus Thomas interpretatur tertio contra Gent. cap. 20. tametſi aliter illum exponit quæſt. 1. de Veritate, art. 1. ad 2. vt ens acceperit pro ſolo exiſtente: bonum autem pro eo quod nondum exiſtit: ſed exiſtere poteſt: quod eſt preſſiùs nomen entis accipere, quàm ſecundùm eſſentiam. Ita perſpicuum eſt, bonum, & ens reciprocari inter ſe, quod ipſum Ariſtoteles docet primo. Ethic. cap. 6. vt ſuprà diximus, eſtq; omnium Philoſophorum communis ſententia.

Dionyſius quo pacto intelligatur.

QVÒD denique bonum eſſe ſequatur naturam entis, ex eo patet, quia conuenientia rerum in ipſa earum entitate fundatur. Quod D. Auguſt. ſignificat, cùm ait, *In quantum ſumus, boni ſumus.* Ita patet, bonum eſſe veram, ac propriam paſſionem entis.

1. de Doctrina Chriſt.

Solutio primi argumenti partis negatiuæ initio propoſiti.

SECTIO VI.

Nam entia mathematica habeant rationem veri.

PRIMVM igitur argumentum negatiuæ partis initio propoſitum, quod quidem attinet ad entia mathematica, hoc pacto diſſoluẽdum eſt: Mathematica entia, eo pacto, quo à Mathematicis conſiderantur (vtpotè abſque materia ſenſibili) & ſpectata virtute cauſſarum naturalium, quo pacto Ariſtoteles de illis loquitur, non poſſe exiſtere in rerum natura, etiam per ſua indiuidua ſic accepta, ac proinde eo pacto conſiderata non habere rationem boni, quemadmodum nec veri entis. Cæterùm collata cum ſupernaturali Dei virtute, vel etiam abſolutè accepta, & non ea ratione præcisè, vt abſtrahunt à materia ſenſibili, non ſolùm eſſe vera entia: ſed etiam bona. De qua re doctè loquitur Caietan. in commentar. primæ par. Diui Thomæ ad artic. 3. quæſtio. 15. niſi quòd ait, illa abſolutè accepta

Caiet. opinio.

Digitized by Google

cepta eſſe entia, nec tamen eſſe abſolutè bona. Quod verò non videtur rectè dictum, quia cùm illa abſolutè accepta habeant ordinem ad eſſe: quemadmodum ex hoc ordine ſequitur, eſſe ea abſolutè entia, ita non eſt negandum, eſſe abſolutè bona: nec Caiet. oppoſitum ſatis confirmat.

Conſectariū. Mathematica abſtrahere ab ente falſum. HINC patet, non rectè dici à quibuſdam, Mathematica abſtrahere ab ente. Nam & abſolutè accepta, & vt à Mathematicis conſiderantur, entia ſunt nec abſtrahuntur ſub ratione vlla, qua non ſint entia, id eſt, quæ per ſua ſingularia, exiſtere non poſſint, niſi eorum ſententia, aut potiùs errore, qui in Deo potentiam ſuperiorem naturali non agnoſcunt. *Obiectio.* Quòd ſi quis obiiciat, tractari ab eis quantitatem infinitam, quæ vt nulla poteſtate exiſtere poteſt in rerum natura, ita rationem entis habere non poteſt: *Dilutio.* reſpondendum eſt: Primùm quidem, rarò à Mathematicis fieri mentionem quantitatis infinitæ, veluti cùm dicunt: æquè diſtantes lineas eſſe eas, quæ non concurrunt, etſi in infinitum protrahantur; &, cùm ex infinita linea abſcindunt quantumcumque magnam volunt, aut ex infinita magnitudine deſumunt quantumlibet magnum numerum. *Quo pacto Mathematici agãt de quãtitate infinita.* Deinde, nunquam eos loqui de quantitate ſimpliciter infinita, ſed definita indefinitè, hoc eſt, ſine certi termini præfinitione, vt poſſint ex ea quantumcumque deſignatam deſumere, vt Ariſtoteles docet 3. Phyſicorum, cap. octauo. *Text. 71.* Poſtremò, quantitatem infinitam potiùs ſupponi à Mathematicis, quàm re vera tractari. Sola enim finita ab eis tractatur, ſupponitur autem infinita, quocumque id modo intelligatur, maioris perſpicuitatis gratia, ne vnquam illis deſint quantitates, quas velint aſſumere ad demonſtrandum, vt dictum eſt.

De bonitate materiæ primæ. QVOD attinet ad materiam primam, ſunt, qui reſpondeant, illam eſſe bonam per formam, quæ, vt eſt eius perfectio, ita & eius bonitas. Hæc tamen ſolutio non placet, quia, vt illa eſt ens entitate propria, ſiue vt diſtinguitur à forma, ſic etiam habere debet bonitatem propriam. Alij, vt propriam materiæ bonitatem declarent, dicunt, illam idcirco eſſe bonam per ſeipſam, quia in genere ſuo nihil ei deeſt. Sed neque hi rem prorſus attingunt. Accipiunt enim nomen bonitatis, pro Perfectionis, quod etſi ſæpe fit apud vtriuſque Philoſophiæ auctores, diuinæ, inquam, ac humanæ: non eſt tamen bonitas (ſi propriè loquendum eſt) idipſum, quod perfectio. *Triplex perfectio moralis.* Quæ vt meliùs intelligas, aduerte, triplicem dici ſolere perfectionem, Moralem, Naturalem, & Tranſcendentem, ſiue communem.

Moralis perfectio quid. PERFECTIO moralis, quæ & honeſtas & probitas dicitur, *eſt forma, ſiue actus perficiens ſecundùm rectam agendi rationem*, cuiuſmodi ſunt téperantia, fortitudo, & reliquæ huiuſmodi virtutes, earúmque actus. Atque ab hac perfectione, vt ſola entia intellectiua poſſunt dici perfecta, ita & hoc pacto bona, quomodo ſumitur bonum ab Ariſtotele, cùm definit virtutem, *Habitum, qui bonum efficit habentem, & opus eius bonum reddit.* *2. Eth. cap. 6.* *Naturalis.* Perfectio naturalis eſt *forma, ſiue actus perficiens ſecundùm naturam ſubiecti*, vt calor ignis, frigus aquæ, & motus naturales vtriuſque; comprehenditque hoc genus perfectionis ſub ſe perfectionem

mora

moralem, quia quicquid perficit ſecundùm rectam agendi rationem, perficit ſecundùm naturam rationalem, ſiue intellectiuam ſubiectam. Quo fit, vt ab hac perfectione dicantur perfecta, ac proinde bona, omnia, quæ habent formas, actúſve ſuæ naturæ conuenientes. Perfectio transcendens *eſt negatio defectus cuiuſque rei in ſuo genere*, vt perfectio cœli in genere, corporum, & intellectus in genere potentiarum: tametſi perfectionis nomen hoc tertio modo ſumptum, ferè accipi ſolet pro ipſa re perfecta, ſiue cōpoſita illa ſit, ſiue ſimplex, ſiue ſubſtantia, ſiue accidens, ſiue actus, ſiue potentia. Ab hoc autem perfectionis genere dicimus perfecta ac bona, etiam ea, quæ aliàs dicuntur mala, vt bonum furem, bonum morbum, id eſt perfectum in ſuo genere.

Tranſcendēs.

AC cùm perfectiones primi, & ſecundi generis, ſint formæ ipſæ actus perficientes, non dicentur ab eis bona, niſi ea, quæ informari, actuariúe, aut quaſi actuari poſſint, quod addiderim propter perfectiones morales, & naturales Dei, quæ nō actuant diuinam eſſentiam, ſed habent ſe noſtro intelligendi modo, more actuantium. At à tertio genere, quemadmodum omnia dicuntur perfecta in aliquo genere, ita & bona, atque hoc pacto poteſt materia dici bona per ſeipſam, quia in genere potentiæ paſſiuæ nihil ei deeſt. Denique priora duo perfectionum genera ſignificat Auctor libelli de Cauſſis cùm ſcribit, *Bonum dici per informitatem entis:* tertium autem Dionyſius in libro de Diuinis nominibus, cùm ait, *Bonum ex vna totaq; cauſſa* (id eſt integra) *proficiſci: malum autem ex particularibus defectibus accidere.* Cap. 4.

Perfectiones diuinæ quales.

CÆTERVM, quòd bonitas, ſi propriè loquendum eſt, non idem ſit, quod perfectio, ex eo primùm conſtat, quia perfectio dicitur abſolutè, bonum autem comparatè. Deinde, quia quicquid eſt bonum, in hoc vel illo genere, eſt etiam bonum genere entis, id eſt bonum ens, & tamen non quicquid eſt perfectum in hoc vel illo genere, eſt etiam perfectum ens. Quis enim dicat, materiam, aut punctum eſſe perfecta entia, cùm interim materia dicatur perfecta potentia paſſiua, & punctum perfectus terminus lineæ? Poſtremò, quia Theologi aliam tractationem faciunt de perfectione Dei, aliam de bonitate Dei, tametſi multi ſunt, qui hæc attributa, non planè & apertè diſtinguant, propter eorum affinitatem, quemadmodum non videntur diſtinguere bonum ab appetibili, cùm tamen omnis bonitas fundetur in aliqua perfectione, & omnis appetibilitas in bonitate aliqua.

Bonitatem nō idem eſſe atque perfectionem.

DICENDVM igitur potiùs, idcirco materiam propriè dici per ſe bonam, quia per ſe ſuámve eſſentiam eſt conueniens, ſiue congruens accipiendi formis, aliiſque plurimis vſibus. Quod idem D. Thomas (qui aliàs genus hoc bonitatis in materia non videbatur agnoſcere) planè fatetur tertio contra Gentiles. cap. 20.

Materia quo pacto ſit per ſe bona.

SED cùm vna eadémque res multis modis eidem poſſit eſſe conueniens, imò etiam multis rebus, quemadmodum gladius delphicus, qui in varios vſus comparatus erat: rogabit aliquis hoc loco, in qua conuenientia bonitas tranſcendens poſita ſit. Ad quā dubitationē dicendum videtur, bonitatem tranſcendētem, cùm ſit prima rerum bonitas poſitā eſſe in conuenientia earum cum Deo, quemadmodum de veritate

Bonitatē trāſcēdentē conſiſtere in conuenientia rerū cum Deo.

tate ſuo modo dictum eſt. Vt enim Deus eſt verum ens, atque adeo veriſſimum, quia omnino conformis conceptui, quem habet de perfecto ente, cætera autem ſuo quæque gradu ſunt vera, quatenus maiorem, minorémve cum illo eodem conceptu habent imitationis conformitatem: ita idem eſt bonus, ac optimus bonitate tranſcendente, quatenus ſibi eſt conuenientiſſimus, ſeque ipſo digniſſimus: cætera autem eò magis, minúſve ſunt bona, quatenus plus minúſve diuinæ bonitati congruunt. Quod enim ita dicendum ſit, his argumẽtis patet.

Probatio.1. Primùm, quia vnde res primùm habent, vt ſint, inde primam habent bonitatis rationem: cùm igitur Deus ex ſeipſo, cætera autem ex illius participatione habeant, vt ſint, efficitur, vt ipſe ſit bonus primo, communiſſimóque bonitatis genere, quia ſibi conueniens, cætera autem, quia illi congruunt.

2\. Deinde, quia, vt diuina cognitio eſt regula omnis cognitionis: ita diuina appetitio norma omnis appetitionis: igitur vt diuina cognitio antecedit omnem creatam cognitionem: ita & diuina appetitio omnem creatam appetitionem: priùs ergo res omnes ſunt appetibiles à Deo, quàm à quouis alio appetitu: res autem non ſunt appetibiles à Deo, niſi quatenus illi congruentes, conſiſtit igitur prima rerum bonitas in eo, quòd Deo congruant: quæ bonitas nulla eſt alia, niſi tranſcendens. *Bonitas rerũ conſiſtit in eo quod Deo cõgruant.*

3\. Poſtremò, ſi bonitatem creaturarum ex eo metiamur, quià congruunt his, vel illis, planè intelligemus, quemadmodum hæc congruit huic, ita non, congruere illi, veluti calor, quia ita congruit igni, vt aquæ nõ congruat: ſunt igitur creaturæ reſpectu ipſarum inter ſe, non tantùm bonæ, ſed etiam malæ: atqui res omnes creatæ, quatenus entia ſunt, ita ſunt bonæ, vt malæ non ſint (vnde eſt illud Auguſtini primo de Doctrina Chriſtiana, *Inquantum ſumus, boni ſumus*) igitur non eſt ſumenda earum bonitas tranſcendens ex ordine ad creaturas, multóque minus ipſa Dei bonitas, ſed potiùs omnium bonitas in ordine ad Deum. Atque ex hoc ordine habent creaturæ vt ſint bonæ, aliæ in ordine ad alias, vt materia in ordine ad omnes formas, quarum eſt capax, & ad compoſita tam ſubſtantialia, quàm accidentalia, quæ ex ea fieri poſſunt, & calor reſpectu ignis, & frigus reſpectu aquæ, ac reliqua eodem modo. *Res reſpectu aliarum bonæ & malæ.*

Prima obiectio. TRIA tamen ſunt, quæ contra hæc obiici poſſint. Vnum, ſi Deus eſt bonus eo bonitatis genere, de quo agimus, quia ſibi congruens: eodem modo videri dicendum, cætera eſſe bona, quia ſibi congruentia.

Secunda. Alterum, ſi creaturæ ſunt bonæ, quatenus Deo congruẽtes, ergo creaturas eſſe bonas Deo, ac proinde pendere bonitatem Dei ex creaturis, cùm per illa boni ſumus, quæ nobis ſunt bona, etiam bonitate tranſcendente: quo pacto res quælibet naturalis eſt hoc genere bonitatis bona propter materiam & formã, quæ illi ſunt bona, ſiue conuenientia.

Tertia. Tertium, creaturas multis modis congruere Deo, veluti ad manifeſtandam eius potentiam, ſapientiã, bonitatem, ad excitandam quoque in nobis eius admirationẽ, ad conciliandum eius amorem, &c. aut ergo multas eſſe bonitates trãſcendẽtes cuiuſque rei, aut nõ eſſe huiuſmodi creaturarũ bonitatẽ in eo poſitam, quòd Deo congruant neceſſe eſt.

Solutio obiectionis. VERVM ad primum dices, quemadmodum nulla creatura ex

ſeipſa eſt, ita nullius tranſcendentem bonitatem ſumendam eſſe ex conuenientia, qua quæque ſibi ipſa congruit, præſertim cùm hæc congruentia procedat ex ea, qua ipſa congruit creatori.

Ad ſecundum dices, cùm de rebus diuinis loquimur, non modo à falſa ſententia, ſed etiam ab ea, quæ ſpeciem falſitatis habeat, cauendum eſſe. Ita fit, vt quoniam dicere, creaturas eſſe bonas Deo, neſcio quid indigentiæ in Deo innuit, non videatur ea loquutio vſurpanda. Alioqui ſi res ipſa ſpectetur, cùm bonum, vt de eo nunc loquimur, nihil aliud ſignificet, quàm eſſe conueniens alicui, quemadmodum creaturæ ſine errore vllo dicuntur conuenientes, ac congruentes Deo, ita ſine errore dici poſſent bonæ Deo. Vt enim cùm dicimus, diuitias eſſe bonas iuſto, non ſignificamus, bonitatem iuſti pendere ex bonitate diuitiarum, ſed potiùs econtrariò bonitatem diuitiarum ex bonitate iuſti: ita ſiquis vero ſenſu retento dicat, creaturas eſſe bonas Deo, non ſignificabit, bonitatem Dei pendere ex bonitate creaturarum, ſed contrà bonitatem creaturarum ex bonitate Dei. Nec ſimile eſt illud, quod obiectum eſt de bonitate tranſcẽdente rei naturalis. Quòd enim res naturalis ſit bona propter materiam & formam, quæ illi ſunt bonæ, non ideo accidit, quia illi ſunt bonæ, ſed quia ſunt illius partes, quod non accidit in creaturis reſpectu Dei.

Quo ſenſu dici poſſit, creaturas eſſe Deo bonas.

Ad tertium dices, conuenientiam reſpectu Dei, in qua conſiſtit creaturarum bonitas tranſcendens, eſſe eam, qua quæque earum congruit Deo ad manifeſtationem diuinę naturæ, ac proinde earum perfectionum, quæ in ea continentur: cæteras autem conuenientias, quibus Deo congruunt, ad excitandam diuinitatis admirationem, ad conciliandum eius amorem, &c. conſequentes eſſe, & poſteriores prima earum bonitate: tametſi dici poteſt, per vnam & eandem conueniẽtiam hæc omnia præſtari, cùm alia ex aliis naturaliter ſequantur.

Propria ratio bonitatis trãſcendentis.

Solutio eiuſdem argumenti, quod attinet ad relationes, & ea quæ dicuntur mala.

SECTIO VII.

An relationes dicant perfectionem.

Lege D. Tho. 1. p. q 28. art. 2. Caietan. de Ente & eſſe. 2. Capr. 1. de 7. qu. 1. ad 3. contra 1 conc. Scoti quodl. 5. &c.

Quod verò attinet ad relationes, plerique ſunt, qui dicant, illas non ſignificare perfectionem, qua in re D. Tho. & Scotus, eorúmque ſectatores penè cõueniunt. Ac de perfectione quidem formali, quo nomine comprehendi poſſunt moralis, & purè naturalis, non caret hoc controuerſia. Altera enim ex parte, cùm omnis relatio ſit forma quædam atque actus (loquor autem tantùm de relatione reali) actus autem idem videatur eſſe, quod perfectio formalis: omnis relatio videbitur dicere perfectionem. Contra tamen, cùm intemperantia, & cætera vitia huiuſmodi, ſint formæ quædam & actus: nec tamen ſint perfectiones formales, cùm non perficiant ſubiectum, niſi velis ſecundum quid, ſiue quatenus qualitates: nil mirum videri debet ſi relationes quoque non dicantur ſignificare perfectionem formalem, præſertim cùm ſint tenuiſſimæ entitatis: earúmque eſſe non tam conſiſtat in afficiendo, & quaſi ornando proprio

prio ſubiecto, quàm in referendo illo ad aliud. Sed quicquid in hac controuerſia dicendum ſit de relationibus creaturarum: oppoſitum dicendum eſt de diuinis: qua in re melius ſentire videtur D. Thomas, qui putat, relationes, quibus perſonæ conſtituuntur & diſtinguuntur, dicere formalem perfectionem, quod negat Scotus. Dicunt enim perfectionem diuinæ eſſentiæ, ac proinde perfectionem diuinæ ſapientiæ, potentiæ, & cæterorum attributorum, quæ in diuina natura continentur: de qua re aliàs. Lege ſi placet Herueum Quodlib. 1. q. 4. contra Scotum doctè diſſerentem, eiúſque argumenta acutè diſſoluentem.

Quid ſentiendum ſit de diuinis relationibus.

AD argumentum igitur negandum eſt, ſi bonum dicatur de relationibus, aliquam perfectionem formalem fore in vna perſona diuina, quæ non ſit in aliis. Nam nec bonum eſſe, idem eſt, quod perfectum eſſe, vt ſuperiùs probatum eſt, nec quicquid eſt bonum bonitate tranſcendente, eſt etiam perfectum ex ſe, perfectione formali, vt patet in materia prima, in habitibus vitioſis, & fortaſſe in relationibus creaturarum: nec denique vlla perfectio formalis eſt in vna perſona diuina, quæ non ſit in aliis, cum eiuſmodi earum perfectio ſit indiuiſa in omnibus, quemadmodum & ipſa diuina eſſentia. Quod ſi perfectio ſumatur in argumento pro perfectione tranſcendente, quo pacto eſt perfectum quicquid eſt bonum bonitate tranſcendente, cum ea perfectio nihil aliud ſit formaliter, quàm negatio defectus in genere aliquo, non ſolùm non erit incommodum fateri, aliquam perfectionem eſſe in vna perſona, quæ non ſit in aliis: ſed etiam neceſſarium, quod idem dicendũ eſt de bonitate ipſa tranſcendente, quæ fundatur in huiuſmodi perfectione, & eſt relatio rationis, vt inferius patebit. Itaque ſi de trãſcendente, ſiue perfectione, ſiue bonitate ſermo ſit: alia ratione eſt perfecta paternitas: alia, filiatio: alia ſpiratio paſſiua, vt perſpicuum eſt: alio item modo congruit Pater naturæ diuinæ: alio, Filius: alio, Spiritus Sanctus: Pater, vt gignens, Filius, vt genitus, Spiritus Sanctus, vt ab vtroq; procedens: quæ origines ſummam, & incomprehenſibilem Diuinæ eſſentiæ fœcunditatem declarant.

Quædam de perfectione, & bonitate diuinarum relationum.

Quomodo perfectio trãſcendens & bonitas ſit in vna perſona quæ non ſit in alia.

Athan. in ſymbolo.

NEC obiicias illud Athanaſij, *Qualis Pater, talis Filius*. Qualitatis enim verbo non ſignificat Athanaſius perfectionem tranſcendentem: ſed formalem, nec verò omnem formalem: ſed eam, quæ complectitur attributa illa, quæ apud nos qualitatis nomine ſignificantur, vt ſapientiæ, iuſtitiæ. Quapropter addere etiam potuiſſet, *Quantus Pater, tantus Filius*, &c. vt eandem eſſe omnium perſonarum quantitatiuam, vt ſic dicam, perfectionẽ declararet, quæ & ipſa formalis eſt, tametſi & quantitatiuam mox explicauit ſpecialibus verbis immenſi, æterni, & omnipotentis. Itaque quicquid perfectionis formalis dicit vna perſona diuina, totum id formaliter dicunt cæteræ ex natura rei. Dico autem ex natura rei, quia ſi relationes illæ ſumantur, vt noſtro intelligendi modo diſtinguantur ab eſſentia, nullam dicunt perfectionem huius generis: quemadmodum ſapientia diuina, etſi ex natura rei includit iuſtitiam, tamen vt modo intelligendi noſtro diſtinguitur à iuſtitia, nullam includit perfectionem iuſtitiæ. Qua vna reſponſione diſſolues omnia argumenta, quæ aduerſæ partis auctores contra hanc ſententiam

Obiectionis. Dilutio.

KKK 2 ingemi

ingeminant, ſi de perfectione formali loquantur: quale eſt illud: Si relationes diuinæ dicunt formaliter perfectionem, plus perfectionis eſſe in duabus perſonis, quàm in vna, pleriſque in tribus, quàm in duabus: & illud, Fore vt perfectior ſit perſona quælibet, quàm eſſentia, cum perſona & eſſentiæ, & relationis perfectionem habeat: & illud concedendum eſſe neceſſariò, relationes ipſas, vt diſtinguuntur ab eſſentia, dicere peculiares ſibi perfectiones. Nihil enim iſta efficiunt, ſi omnes dicunt eandem omninò perfectionem formalem, & inter ſe, & cum diuina eſſentia comparatæ. Quòd ſi quis obiiciat, relationes creatas, ſi formalem perfectionem ſignificant, dicere peculiares huiuſmodi perfectiones, vltra perfectionem fundamenti: ergo & diuinas vltra perfectionẽ eſſentiæ: neganda eſt conſequentia: quia relationes creaturarum diſtinguuntur à ſuis fundamentis ex natura rei, & illa perficiunt ſi dicunt perfectionem formalem: at relationes, quibus diuinæ perſonæ diſtinguuntur, nec diſtinguuntur ex natura rei ab eſſentia diuina, nec quatenus ab ea more intelligendi noſtro diſtinguuntur, illa perficiunt, cum cõcipiamus diuinam eſſentiam, vt infinitè perfectam non formali perfectione. Si verò loquantur de perfectione tranſcendente, cùm ea nihil poſitiuum addat rebus perfectis, nullum incommodum colligetur prædictis argumentis. Dicere enim plus huiuſmodi perfectionis eſſe in duabus perſonis, quàm in vna, & in duabus, quàm in tribus: in perſona item, quàm in eſſentia, & vnamquamque perſonam ſuam peculiarem habere perfectionem, nihil aliud erit, quàm dicere, plures res perfectas eſſe, duas quàm vnam, & tres quàm duas, perſonamq; habere perfectionem eſſentiæ & perſonæ, eſſentiam autem eſſentiæ duntaxat, & quamlibet perſonam, quoad propriam & peculiarem referẽdi rationem nullum habere defectum: in quibus ſententiis nihil eſt abſurdi quemadmodum ſi Deus faciat duas formas æquè perfectas, ea demum ratione non erit abſurdum aſſerere, plus perfectionis eſſe in vtraque, quàm in altera, ſi is, qui id aſſerit ſignificare velit, plures perfectiones eſſe in vtraque, quàm in altera tantùm.

Modus diſſoluẽdi argumẽta, quæ fiunt contra veram ſententiam de relationum diuinarum perfectione.

Alterius obiectionis diluitio.

Diſcrimen inter relationes creaturarum, & diuinas.

QVOD demum attinet ad entia, quæ dicuntur mala (hoc enim erat extremum membrorum primi argumenti) reſpondendum eſt, bonum tranſcendens de iis quoque verè prędicari: neque eſſe incommodum ſi res eædem dicantur bonæ, quatenus quædam entia ſunt, & ad Deum referuntur: malæ autem quatenus referuntur ad quaſdam alias quibus non congruunt: quemadmodum non eſt incommodum, ſi dicamus, febrilem calorem eſſe bonum reſpectu materiæ, malum autem reſpectu formæ: &, auaritiam eſſe bonam congregandis caducis opibus, malam autem comparandis æternis. Etenim bonum, ac malum, non dicuntur contraria reſpectu diuerſorum: ſed eiuſdem.

Quo pacto entia quæ mala dicuntur, ſint bona.

ILLVD porrò aduerte hoc loco, ea quæ dicuntur mala, interdum opponi contrariè bonis: vt in moralibus auaritia liberalitati, & actus illius actibus huius: in naturalibus error ſcientiæ, morbus ſanitati: interdum autem priuatiuè, vt in moralibus peccatum formaliter ſumptum honeſto operi: in naturalib. cœcitas viſui. Quæ cùm ita ſint mala quidem prioris generis ſunt etiam bona tranſcendenter; poſteriora

Quo pacto mala bonis opponantur.

autem

Cap. 4 de Diuinis nom. autem non item. Eſt enim malum hoc pacto ſumptum *priuatio boni*, & vt Dionyſius ait, *nec exiſtens nec aliquid in exiſtentibus*.

Solutio ſecundi, & tertij. SECTIO VIII.

SECVNDVM argumentum initio propoſitum duobus modis ſolui poteſt. Vno, ſi dicas, Appetibile, vt in definitione veri boni à Veteribus tradita intelligitur, accipiendum eſſe, vt fundatur in vera conuenientia, & ſecundùm exiſtentiam realem in qua conuenientia diximus rationem boni conſiſtere. Hoc enim pacto reciprocatur appetibile cum bono. At priuatio vitæ, egeſtas, & reliquæ priuationes, & negationes, quæ à multis exoptantur, etſi ſæpe ſunt verè congruentes, vt cùm propter Chriſtum expetuntur: tamen quia non ſunt entia non habent conuenientiam ſecundùm propriam exiſtentiā realem: entia autem ficta & impoſſibilia, nec habent propriam exiſtentiam realem: nec verè congruere poſſunt cuiquam rei. *Quo pacto verum bonum ſit appetibile.*

ALTERO, ſi reſpondeas priuationes, & alias negationes, atq; vno nomine non entia, non eſſe ex ſe appetibilia, quo pacto dicitur proprium entis appetibile eſſe: ſed ratione alicuius entis adiuncti, aut conſequentis, aut certè quatenùs entia eſſe putantur, aut aliquam entis rationem induunt, veluti paupertas ratione eius libertatis animi, quam ſecum affert, aut regni Cœlorum, quod pauperibus promittitur, & equus rationis particeps, ſi poſſibilis eſſe putetur, aut vt tale apprehendatur. Atque hæc eſt communis ſolutio propoſiti argumenti. Quòd ſi quis obiiciat, ſciſſionem venæ, pharmacum amarum, & alia, quæ non propter ſe expetuntur: ſed propter alia, non eſſe entia: occurri poteſt hoc modo, Non idem eſſe appetibile eſſe propter ſe, & ex ſe: quemadmodum non idem eſt, eſſe bonum propter ſe, atque eſſe bonum ex ſe. Nam, etſi quicquid eſt bonum, & appetibile propter ſe, eſt etiam appetibile ex ſe, non tamen contrà accidit. Eſſe enim bonum, & appetibile ex ſe, eſt habere ex ſeſe cur appeti poſſit, ſiue appeti poſſit propter ſe, ſiue tantùm propter aliud, atq; hoc omnibus, ac ſolis entibus conuenire poteſt. At eſſe bonum, & appetibile propter ſe, eſt eſſe appetibile non ratione alterius: quod non modò non conuenit non entibus: ſed ne omnibus quidem entibus videtur conuenire, vt patet in ſciſſione venæ, potione amara, & aliis quamplurimis. Poteſt etiam dici, hæc entia eſſe appetibilia non tantùm ex ſe: ſed etiam propter ſe, ſi non naturaliter, certè ex libertate: aut ſi non, vt ex ſe patiatur appetens, ſaltem vt efficiat, aliiſve modis. *Quo pacto non entia.* *Soluitur obiectio.* *Appetibile ex ſe, & propter ſe.*

QVOD autem attinet ad exiſtentiā, ſunt qui dicant eam eſſe quoddam ens, & ideò non colligi, ſi ipſa eſt bonum quippiam, aliquid præter ens eſſe bonum. Hæc tamen opinio non placet: quia exiſtentia non poteſt numerari in membris diuidentibus entis, atque eſſe quaſi ſpecies illius, niſi ſumatur pro ſola exiſtentia diuina, vt patet ex quæſt. 4. & latiùs patebit libro quinto. Potiùs ergo dicendum eſt, exiſtentiam eam, quæ non eſt formaliter entitas, & cæteros modos eſſendi *De bonitate exiſtentiæ.*

Digitized by Google

intrinſecos, non eſſe appetibiles vt ea, quæ appetuntur, ſed vt modos eorum, quæ appetuntur, ac proinde nec bona, vt ea quæ ſunt conuenientia, ſed vt modos conuenientium: vnde nec appetuntur vnquam peculiari appetitione, ſed eadem illa, qua appetuntur ea, quorum ſunt modi eſſendi.

Cur bonitas tranſcendens ſit relatio rationis.

Ad tertium dicendum eſt, bonum tranſcendens non adiungere enti negationem: non quia formaliter, ſiue quatenus eiuſmodi eſt, dicat perfectionem, ſed quia eius ratio conſiſtit in conuenientia quadam, vt dictum eſt, quæ eſt relatio rationis. Quòd autem ſit relatio rationis, & non realis, ex eo patet, quia conuenit rebus, ſiue actu exiſtant in rerum natura, ſiue non exiſtant, & iam ex omni æternitate conueniebat: quod genus relationum nobis videtur non eſſe reale, ſed rationis, quia non poteſt mutare naturam ſuam, quam ex æternitate habuit, & ex ente rationis, fieri ens reale. Idem credimus dicendum de relationibus identitatis, ac diuerſitatis tum generica, tum ſpecifica, & aliis huiuſmodi. Alia ratio eſt de relationibus, quæ non conueniunt rebus niſi actu exiſtant in rerum natura: cuiuſmodi ſunt ſimilitudines, & diſſimilitudines in formis contingentibus, veluti ſimilitudo Socratis & Platonis in albedine, ſcientia, prudentia, &c. itémque relationes, actu agentis, & patientis: propinqui, & remoti: ſuperioris ſecundùm locum, & inferioris, atque aliæ huius generis, de qua re accuratiùs libro quinto.

Nonnulla de relationibus.

Quo pacto bonũ moueat appetitum.

Ad priorem verò impugnationem dicendum eſt, non ideo dici ſolere, bonum mouere appetitum, quia, quatenus bonum eſt moueat efficienter, ſed quia mouet vt finis, aut vt medium ad finem: neque item quia relatio ipſa conuenientiæ, quam bonum formaliter ſignificat, ſit id, quod mouet, cùm vera aliqua res appetitur: ſed quia eſt ratio, ſub qua res ipſa mouet. Quantumcumque enim res ſit perfecta, ſi tamen conueniens non ſit huic vel illi, neutiquam ab eo appetitur. Aduerte tamen etiam ipſas relationes rationis poſſe mouere appetitum vt ea, quæ mouent, ſeu directo appetuntur, cùm id experimento conſtet in relationibus multarum dignitatum, quæ pendent ex hominum æſtimatione. cernimus enim, eas auidè quæri, non tantùm ratione opum, aut poteſtatis adiunctæ, ſed etiam ratione ipſius excellentiæ conceptæ ab aliis: neque enim tam expetunt homines, vt alij de ipſis magnum aliquid concipiant (quod eſſet appetere aliquid reale) quàm vt ipſi ab illis magni æſtimentur, quod planè eſt appetere aliquid rationis, & pendens ab aliorum iudicio. Quamquam ergo ita res ſe habeat, non dicentur tamen entia rationis bona, vt hoc loco de bono ſermo eſt, id eſt, bonitate propria entis realis, quia non habent conuenientiam ſecundùm exiſtentiam realem, etiam potentialem, qua appetitum mouere poſſint, quod eſt proprium boni, quod reciprocatur cum ente, de quo propriè agit primus Philoſophus.

Entia rationis per ſe appeti.

Nõ tamẽ habere bonitatẽ de qua hic diſſeratur.

Dupliciter aliquid dici tale per ſuã eſſentiam.

Ad poſteriorem verò probationem dicendum eſt, duobus modis aliquid dici per ſuam eſſentiam tale. Vno, quia id, quod tale dicitur, conſequitur, & quaſi profluit ex eſſentia illius, quo pacto homo per ſuam eſſentiam eſt riſus capax. Altero, quia id, quod tale dicitur pertinet

tinet ad eius eſſentiam: quo pacto homo eſt per ſuam eſſentiam animal. Si quis ergo ſumpto bono vt ſignificat bonitatem tranſcendentem, reſpondeat, Deum eſſe bonum per ſuam eſſentiam priori modo: verum quidem dicet, ſed nihil Deo peculiare tribuet, cùm res omnes ſint illo modo bonæ per ſuas eſſentias, & tamen Theologi, ac Philoſophi dicant proprium eſſe Deo, eſſe bonum per ſuam eſſentiam. Si verò reſpondeat, eſſe bonum per ſuam eſſentiam poſteriori modo: falſum dicet, vt rectè probat argumentum. Reliquum eſt ergo, vt bonum in eo pronunciato ſumendum ſit, vt ſignificat perfectionem moralem, aut naturalem, aut potius vtramque, ſeu, quod idem eſt, quamcunque perfectionem formalem: quo pacto & verum eſt, & Deo peculiare, eſſe bonum per ſuam eſſentiam, cùm diuina natura ſit ipſa diuina exiſtentia, potentia, ſapientia, iuſtitia, & quæcumque alia ſua perfectio formalis, ſiue earum, quas naturales tantùm appellamus, ſiue earum, quas vocamus morales: quod in nulla omninò creatura cernitur. Atque in hoc ſenſu planè loquuntur Patres, & ſcholaſtici omnes Doctores, cùm dicunt Deum eſſe bonum per ſuam eſſentiam: quo etiam pacto intelligitur illud Domini apud D. Marcum, *Nemo bonus niſi ſolus Deus.*

Quomodo intelligi debeat propriũ eſſe, Deo eſſe bonũ per ſuã eſſentiam.

Quid interſit inter eſſe bonum per eſſentiam ſuã, & eſſe bonũ per eſſentiam.

Cap. 10.

ADVERTE tamen hoc loco, aliud eſſe dicere, Deum eſſe bonum per eſſentiam ſuam, quod iam explicatum eſt: aliud, eſſe bonum per eſſentiam: quemadmodum aliud eſt dicere, hoc eſt ens per ſuam eſſentiam: aliud, ens per eſſentiam. Qui enim dicit aliquid eſſe tale per eſſentiam, ſignificat illud continere in ſe omnem perfectionem totius eius generis, ſecundùm quod dicitur tale, latè tamen ſumpto generis nomine. Atque hoc etiam modo proprium eſt Dei eſſe bonum, ſeu perfectum per eſſentiam, quemadmodum & ens per eſſentiam, quia ipſe ſolus continet in ſe omnes perfectiones entis, quaſdam formaliter quaſdam eminenter. Vnde meritò cætera omnia dicuntur à Theologis entia, & bona per participationem.

Solus Deus per eſſentiam bonus.

Solutio argumentorum Heruei, Durandi & aliorum.

SECTIO IX.

AD primum autem Heruei, quicquid dicendum ſit de quæſtione illa, Num omnes relationes dicant perfectionem formalem de qua ille loquitur, negandum eſt nomine boni tranſcendentis ſignificari formaliter perfectionem, ſiue moralem, ſiue naturalem, ſiue tranſcendentem, cùm ſignificet relationem conuenientiæ: tametſi verum eſt, quò res ſunt perfectiores tranſcendenter, eò eſſe meliores bonitate tranſcendente.

AD ſecundùm, Etſi bonum pro perfectione morali, & naturali ſumptum dicatur abſolutè: tamen bonum tranſcendens ſemper dici comparatè, quemadmodum & bonum, quod ſignificat bonitatem fundatam in perfectione morali, de quo hic non agimus.

Ad tertium dicendum, Si ancedens intelligatur de bono pro perfectione morali, aut naturali, verum quidem ſumi antecedens, & rectè probari conſequentiam: at ſi intelligatur de bono tranſcendenti, falſum eſſe antecedens. Ad eius verò probationem dicendum, eam totam conferri ad priorem ſenſum, aut certè in ea accipi bonitatem, pro ipſa rerum entitate, pro qua etiam non rarò ſumitur veritas, vt ſuperiori quæſtione diximus. Atque hoc commune eſſe omnibus tranſcendentibus ſatis declarat commune illud Philoſophorum pronunciatum, *In tranſcendentibus concreta & abſtracta prædicari de ſe inuicem*, vt vnum de vnitate, & vnitatem de vno. lege D. Thomam q. 21. de veritate. art. 4. ex Dionyſio 2. cap. de Diuinis nominibus.

Bonitatem & veritatē aliquando ſumi pro ipſarum entitate.

Ad locum verò Ariſtotelis, quo Durandus ſibi perſuadet, relationem, quæ ſignificatur nomine boni, eſſe realem, dicendum eſt ſententiam Ariſtotelis eo loco, ſi accuratiùs expendatur, hanc eſſe tandem: Res eſſe bonas, ac malas ſine operatione intellectus: non tamen veras, aut falſas. Cæterum ex ea non effici, bonum, & malum dicere relationes reales. Nam, etſi pleræque relationes rationis ſunt, quæ non conueniant rebus, niſi qua res ipſæ concipiuntur aut alio modo in mente tractantur, vt relatio prædicati, ſubiecti, generis, ſpeciei: cuiuſmodi eſt relatio veri: tamen aliæ etiam quædam ſunt, quæ rebus conueniant præciſa omni conceptione rerum ipſarum. Atque huius generis ſunt relationes creatoris, prioris, & poſterioris ſiue tempore, ſiue natura, vt ſequenti libro docebimus, in quibus numeratur relatio boni. Senſus ergo loci eſt, Verum & falſum ſignificare relationes prioris generis: bonum autem & malum non niſi poſterioris. Quod perinde eſt, ac ſi in exemplis nunc adductis dixiſſet, res non prædicari, nec ſubiici, niſi quia concipiuntur, eſſe tamen priores, & poſteriores tum natura, tum etiam tempore, etiamſi non concipiantur. Quòd ſi quis obiiciat, relationem conuenientiæ habere in rebus extrema realia vt patet in igne & calore: itémque fundamenta abſque operatione intellectus: ergo eſſe realem: occurrendum eſt, non omnes relationes rationis indigere operatione intellectus tanquam fundamento, vt rebus conueniant, quemadmodum patet in relatione creatoris: ſed tantùm eas, quæ in priori genere continentur: quamquam omnes indigent operatione intellectus, vt exiſtant: quod patebit lib. 5.

Explicatur locus Ariſtotelis.

Nōnullas relationes rationis, præciſa intellectus operatione, rebus conuenire.

Obiectio.

Dilutio.

Denique ad rationem, qua prædicti ſectatores D. Tho. aſſerunt, bonum includere relationem rationis, & abſolutum: dicendum eſt, non inde ſequi, res eſſe bonas per ſolam operationem intellectus, quia bonum ſolam relationem rationis formaliter ſignificet: hoc enim pacto non eſſet Deus formaliter creator, nec prior natura, aut duratione creaturis, nec diuinæ hypoſtaſes æquales, aut ſimiles inter ſe, niſi per operationem intellectus: quandoquidem hæc omnia formaliter ſignificant relationem rationis, vt ipſi etiam aſſerunt. Cauſſa verò, cur id non ſequatur, eſt, Quia operatio intellectus non eſt neceſſaria, vt relatio rationis poſterioris generis cuiquam conueniat, ſed ſolùm, vt exiſtat eo modo, quo exiſtere poteſt. Quinetiam retorqueri poteſt

Diſſoluitur ratio quorūdam Thomiſtarum.

poteſt in eos proprium illorum argumentum. Si enim rectè colligunt, bonum non dicere formaliter ſolam relationem rationis, ne cogantur fateri, res non eſſe bonas, niſi per operationē intellectus, eadem ratione aſſerere non debent, illud includere formaliter abſolutū, & relationem. Nam ſi altera pars totius coniuncti pendet ab operatione intellectus, totum etiam coniunctum ab ea pendeat neceſſe eſt. Itémque ſi hæc eſt apta conſecutio, Bonū ſignificat formaliter ſolam relationem rationis, ergo Deus non eſt eſſentialiter bonus: eadem ratione hæc erit apta, Bonum ſignificat formaliter abſolutum, & relationem rationis, ergo Deus non eſt eſſentialiter bonus. Quandocumque enim prædicato eſſentiali adiungitur aliquid accidentarium, totum prædicatum ex vtroque coniunctum eſt accidentarium, vt patet in hac enunciatione, Socrates eſt homo albus. Quæ neſcio qua ratione hi auctores non animaduerterint, aut potiùs non apertè viderint.

Retorquetur argumentū in aduerſarios.

Nec ſanè puto D. Thom. ſaltem iuxta doctrinam primæ partis, quæ illi veriùs tribuenda eſt, tanquam extremo teſtamento relicta, idem atque illos ſenſiſſe. Cùm enim q. 6. art. 3. ad primū apertè doceat, Vnum ſolam rationem indiuiſionis formaliter importare, vt quæſtione quinta annotauimus, non dubium videtur, quin ſentiat, bonū quoque tranſcendens ſolam relationem conuenientiæ formaliter ſignificare. Idem enim aliis locis dicēdum putat de omnibus paſſionib. entis, quoad incluſionem, aut excluſionem entis, vt etiam prædicti auctores aſſerunt.

Prædicatū ex parte eſſentiali, & accidentaria conflatum, accidentarium eſſe.

Horum ſententiam non eſſe D. Thomæ.

Ὅτι φιλοσοφίας ἐστὶ ἡ περὶ τῶν μαθηματικῶν ἀξιωμάτων, καὶ περὶ τῆς οὐσίας.

ΚΕΦ. Γ'.

ΛΕΚΤΕΟΝ [a] δὲ, πότερον μιᾶς ἢ ἑτέρας ἐπιστήμης, περί τε τῶν [b] ἐν τοῖς μαθήμασι καλουμένων ἀξιωμάτων, καὶ

Huius eſſe Philoſophiæ & de iis quæ axiomata mathematici vocant, & de eſſentia agere.

CAP. III.

DICENDVM [a] *quoque vnius ne ſciētiæ, an diuerſarum ſit & de iis, quæ* [b] *in mathematicis dignitates appellantur, &*

CAPITIS TERTII EXPLANATIO.

DICENDVM[a] *quoque.* Tradito ſubiecto huius ſcientiæ, ſubiectiq; partibus ac paſſionibus, tradit Ariſtoteles propria ipſius ſcientiæ principia, quod erat quartum, ac extremum caput eorum quæ ad cuiuſque ſcientiæ conſtitutionem pertinere diximus. Qua etiam in re explicanda diſſoluit ſecundam quæſtionem ſuperioris libri, qua quærebatur, *Num ad hanc ſcientiam pertinerent ſola ſimplicia ſubſtantiæ principia, an etiam complexa, ex quibus omnes ſcientiæ demonſtrant.* Repetita igitur quæſtione breuiter reſpondet, Ad vnam eandémque ſcientiam pertinere & de ſubſtantiis, vt ſubſtātiæ ſunt, & de communibus principiis, quæ dicuntur dignitates, diſſerere: eámque ſciētiam eſſe primam Philoſophiam.

Totius capitis ſumma.

[b] *Quæ in Mathematicis.* Dignitates etſi omnium ſcientiarum demonſtratio-

Mathematicas antiquo-

res eſſe, & in demonſtrando fœliciores.

nibus vires ſubminiſtrant: tamen in mathematicis, quæ antiquiores videntur, & in demonſtrando fœliciores ſunt nomen dignitatum acceperunt.

[c] *Omnibus enim.* Duobus modis inſtitutum oſtendit. Primùm ex communitate ipſarum dignitatum, conſtant enim terminis communiſſimis, vt entis, totius, partis & ſimilibus, quibus ſcientiæ particulares non vtũtur, niſi contractis ad proprias materias. Deinde ex auctoritate eorũ artificum, qui in certo aliquo duntaxat entium genere verſantur. Nemo enim eorum de communium principiorum veritate conatus eſt agere, exceptis quibuſdam veterib. Phyſicis, qui cùm ignoratis adhuc reb. materiæ expertibus, de omnib. entiũ generibus ſe agere exiſtimarent, non immeritò crediderunt, ad ſe pertinere communium principiorũ tractationem.

Agere de cõmunibus principiis ad Metaphyſicum pertinere.

[d] *At cum aliquid.* Reprehendit nihilominus veteres Phyſicos. Primũ, quòd ea in re officium ſuperioris artificis vſurparint. Deinde, quòd eorũ quidã ita egerint de primis, ac cõmunib. principiis, vt ea demõſtrari conati ſint: quod vitiũ ex ignoratione artis analyticæ natum fuiſſe ait. Ars enim analytica non ſolùm docet, principia demõſtrationũ eſſe indemõſtrabilia: ſed etiã ea, quæ inter illa vocãtur dignitates tãtæ perſpicuitatis exiſtere, vt antè quàm præceptorem ideas, iam tibi ea nota ſint, atque perſpecta, vt patet ex 1. Poſt. cap. 2.

Reprehenduntur veteres Phyſici circa primorũ principiorum tractationem.

καὶ περὶ τῆς οὐσίας. φανερὸν δὴ, ὅτι μιᾶς τε καὶ τῆς τοῦ φιλοσόφου καὶ ἡ περὶ τούτων ἐστὶ σκέψις. ἅπασι [c] γὰρ ὑπάρχει τοῖς οὖσιν, ἀλλ' οὐ γένει τινὶ χωρὶς ἰδίᾳ τῶν ἄλλων. καὶ χρῶνται μὲν πάντες, ὅτι τοῦ ὄντος ἐστὶν ᾗ ὄν, ἕκαστον δὲ τὸ γένος ὄν. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ χρῶνται, ἐφ' ὅσον αὐτοῖς ἱκανόν. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅσον ἐπέχει τὸ γένος περὶ οὗ φέρουσι τὰς ἀποδείξεις. ὥστ' ἐπεὶ δῆλον ὅτι ᾗ ὄντα ὑπάρχει πᾶσι· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς τὸ κοινόν, τοῦ περὶ τὸ ὂν ᾗ ὂν γνωρίζοντος, καὶ περὶ τούτων ἐστὶν ἡ θεωρία· διόπερ οὐθεὶς τῶν κατὰ μέρος ἐπισκοπούντων ἐγχειρεῖ λέγειν τι περὶ αὐτῶν, εἰ ἀληθῆ ἢ μὴ, οὔτε γεωμέτρης, οὔτ' ἀριθμητικὸς, ἀλλὰ τῶν φυσικῶν ἔνιοι εἰκότως τοῦτο δρῶντες. μόνοι γὰρ ᾤοντο περί τε τῆς ὅλης φύσεως σκοπεῖν, καὶ περὶ τοῦ ὄντος. ἐπεὶ [d] δ' ἔστιν ἔτι τοῦ φυσικοῦ * τι ἀνωτέρω (ἓν [e] γάρ τι γένος τοῦ ὄντος ἡ φύσις) τοῦ καθόλου καὶ τοῦ περὶ τὴν πρώτην [f] οὐσίαν θεωρητικοῦ, καὶ ἡ περὶ τούτων ἂν εἴη σκέψις. ἔστι [g] δὲ σοφία τις καὶ ἡ φυσικὴ, ἀλλ' οὐ πρώτη. ὅσα δ' ἐγχειροῦσι τῶν λεγόντων τινὲς περὶ τῆς ἀληθείας, ὃν [h] τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. δεῖ γὰρ περὶ τούτων ἥκειν προεπισταμένους, ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας [i] ζητεῖν. ὅτι μὲν οὖν τοῦ φιλοσόφου καὶ τοῦ περὶ πάσης τῆς οὐσίας θεωροῦντος ᾗ [k] πέφυκε, καὶ περὶ τῶν συλλογιστικῶν ἀρχῶν ἐστὶν ἐπισκέψασθαι, δῆλον.

** τι ἀνωτέρω habet Græcũ exemplar.*

Text. 8.

Προσήκει [l] δὲ τὸν μάλιστα γνωρίζοντα περὶ ἕκαστον γένος, ἔχειν λέγειν τὰς βεβαιοτάτας ἀρχὰς τοῦ πράγματος· ὥστε καὶ τὸν περὶ τῶν ὄντων ᾗ ὄντα, τὰς πάντων βεβαιοτάτας. ἔστι δ' οὗτος ὁ φιλόσοφος. βεβαιοτάτη [m] δ' ἀρχὴ πασῶν, περὶ ἣν διαψευσθῆναι ἀδύνατον. γνωριμωτάτην τε γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην (περὶ γὰρ ἃ μὴ γνωρίζουσιν, ἀπατῶνται πάντες) καὶ ἀνυπόθετον. ἣν γὰρ ἀναγκαῖον ἔχειν τὸν ὁτιοῦν ξυνιέντα τῶν ὄντων, τοῦτο

Quod Ariſt. prima ſubſtãtia nomine intelligat.

[e] *Natura enim.* Antè pauca verba Naturam acceperat ea ratione quâ ſignificat eſſentiam cuiuſque rei: nunc preſſius idem nomẽ accipit (per ſynecdochen tamen) pro ipſis rebus naturalibus, quæ natura conſtant.

[f] *Prima ſubſtantia.* Primæ ſubſtantiæ nomine intelligit Subſtantiam corporis expertem, quæ prima eſt comparatione ſubſtantiæ naturalis, vel certè intelligit Deum vt Commentator exponit.

[g] *Eſt quidem, & ipſa.* Hoc ad dubium illud pertinet quod ſuperiori lib. cap. 2. in proponenda, & tractanda quæſtione ſecunda inſertum eſt.

[h] *Quo pacto ea approbanda.* Hoc eſt, qua probatione, demonſtrationéve admittenda.

Dum

& de ſubſtantia agere. Ac perſpicuum eſt, & vnius ſcientiæ, & eius, quæ Philoſophi eſt propria, horum etiam conſiderationem eſſe. Omnibus [c] *enim entibus conueniunt, non priuatim alicui generi ab aliis ſeiuncto. Et vtuntur his quidem omnes, quia ſint entis, quà ratione eſt ens, & vnumquodque genus ſit ens: verùm eatenus vtuntur, quatenus eis ſatis eſt: hoc verò eſt, quoad patitur genus, de quo demonſtrationes afferunt. Quare cùm ea omnibus, quatenus entia ſunt conuenire conſtet (hoc enim ipſis commune eſt) ad eum profectò qui ens, quatenus eſt cognoſcit, horum quoque contemplatio pertinet. Quocirca nemo eorum qui per partes conſiderant, quicquam de iis conatur dicere, veráne ſint, an ſecus, neque Geometra, neque Arithmeticus, ſed Naturalium quidem, non immeritò id facientes. Hi enim ſoli de natura, & de eo, quod eſt, ſe agere exiſtimabant. At* [d] *cùm aliquis adhuc Naturali ſit ſuperior (natura* [e] *enim vnum quoddam genus eſt entis) eius; qui vniuerſalis eſt, quiq; contemplator eſt primæ* [f] *ſubſtantiæ, horum quoque fuerit conſideratio. Naturalis autem diſciplina eſt quidẽ & ipſa ſapientia quæ-*

Text. 8.

dam, ſed non prima. ¶ *Quæcumque autem nonnulli eorum, qui de veritate dicunt quo* [h] *pacto ea approbanda ſint: diſſerere conantur, ob imperitiam Analyticæ artis id faciunt. Debent enim ij, qui accedunt hæc priùs ſcire: non autem dum audiũt quærere. Quod igitur ad Philoſophum: eiuſq; qui quatenus* [k] *natura fert de omni ſubſtantia diſſerit, de ratiocinationum quoque principiis agere pertinet, perſpicuum eſt.*

Eſt [l] *autẽ rationi conſentaneũ, vt is qui in vnoquoq; genere cognoſcendo maximè verſatur, firmiſſima rei principia afferre poſſit: quare & is, qui in entibus quatenus entia ſunt, ea, quæ ſunt omnium firmiſſima: eſt autem hic ipſe Philoſophus. Firmiſſimum* [m] *verò omnium principium illud eſt, in quo fieri nequit, vt quiſquam fallatur: nam & notiſſimum eſſe, quòd tale ſit neceſſe eſt (in iis enim, quæ non norunt, falluntur omnes) & non ex ſuppoſitione. Quod enim neceſſe eſt, vt teneat is, qui quamlibet rem intelligat, id*

[i] ***Dum audiat quærere.*** Quærendi verbũ ad ea ſpectat, de quibus diſputatio ſuſcipitur, non ad ea quæ in diſputatione nota, & perſpecta eſſe debent, eiuſmodi ſunt prima communiſſimaq; principia quorũ rationẽ auditores inquirere non debent.

[k] ***Quatenus natura fert.*** Siue illud ᾗ πέφυκε cum Argyropylo interpreteris, ***Ea ratione qua natura talis eſt***, ſiue vt nos cũ Beſſarione: addita eſt hæc particula moderationis cauſſa. Nec enim primus Philoſophus diſputat de omni ſubſtantia, niſi vel ea ratione, qua ſubſtãtia eſt, vel quatenus fert natura, & conditio ſubiecti primæ Philoſophiæ, id eſt, ratione eorum attributorum, quæ ſine materia conſiderari poſſunt. Vel idcircò id additum eſt, vt ſignificaretur imperfecta participatio huius ſcientię ab humana natura: de qua re nonnihil dixerat 1. li. cap. 2. & 2. lib. cap. 1.

Qua ratione Metaphyſicus agit de omni ſubſtantia.

[l] *Eſt autem rationi.* Docuit in priori parte huius capitis, principia omnib. ſcientiis cõmunia eſſe propria huius ſcientiæ: nunc docet ad eãdem pertinere principia firmiſſima, ſeu, quod idem eſt certiſſima. Hæc autẽ etſi eadem ſunt, atq; communiſſima, tamen ratione diſtinguuntur, vt patet. Probatio, qua vtitur, hæc eſt. Quia ad eum artificem pertinent firmiſſima principia, qui eſt in cognoſcẽdo accuratiſſimus: huiuſmodi autem eſt primus Philoſophus. Prior propoſitio ex eo patet, quia firmitas ſcientiæ ex firmitate principiorum pendet. Poſterior ex ca. 1. primi libri perſpicua eſt.

Principia firmiſſima ad Metaphyſicã ſpectare.

[m] *Firmiſſimum verò.* Etſi principia Metaphyſica ſunt firmiſſima comparatione principiorũ cuiuſq; alterius ſcientię: tamen ſi ipſa inter ſe cõferantur, nõ ũ aliquod reperietur quod ſit cęteris firmius, ac certius: ac proinde firmiſſimũ ſimpliciter: quemadmodũ etſi omnia genera ſumma dicũtur

Qua ratione principia Metaphyſica firmiſſima ſint.

trarias opiniones, hoc autem fieri non poteſt, ergo nec illud. Maiorem propoſitionem ex eo probat, quia opiniones contrariæ ſunt illæ, quarum obiecta contradictoriè opponuntur, quod etiam habes extremo capite ſecundi lib. de Interpretatione. Opinio enim, quæ ait, Socratem eſſe album, non eſt contraria (ſaltem per ſe primò) illi, quæ dicit, Socratem eſſe nigrum, ſed ei, quæ negat, Socratem eſſe album. Idcircò enim Socrates (ſaltem Ariſtotelis ſentẽtia) non poteſt ſimul eſſe albus & niger, quia eſſet albus & non albus, niger & non niger, vt patet ex iis, quæ ille ſcribit ad finem cap. 6. Dico autẽ *Ariſtotelis ſententia*, quia plerique recentiores Theologi negant, ex quibuſuis contrariis ſequi contradictoria, quòd credant ſupernaturali virtute fieri poſſe, vt aliqua contraria ſimul perfectè inſint in eodem ſubiecto: quod tamen fieri nequiret, ſi ex illis ſequerentur contradictoria. Quicquid tamen de eorum aſſertione ſentiendum ſit (quam valde quidem dubiã facit Gregorius Ariminenſis: Capreolus verò cum aliis quibuſdam planè negat: noſq; lib. 8. examinabimus, cùm de intentione formarum agemus) illud certum eſt, duas contrarias opiniones ſiue iudicia, nullo modo poſſe ſimul eſſe in eodem ſubiecto. Nam cùm contraria iudicia ita verſentur circa eiuſdem prædicati, & ſubiecti coniunctionem, vt alterum ſit eius approbatio, reiectio autem includat negationem approbationis: efficitur, vt contraria iudicia includant contradictionem: quod luculentiùs eo loco explicabitur.

Quænam dicantur opiniones contrariæ.

Theologos quoſdam aduerſari Ariſtoteli.

Grego. 1. d. 17. quæſt. 3. art. 2. Capr. ibid. q. 1. ad arg contra 2. concl.

id ſuppoſitio non eſt. Quod autem neceſſariò tenere debet is, qui quiduis cognoſcat, id [n] *etiam ſecum ferat neceſſe eſt. Perſpicuum eſt igitur, huiuſmodi principium eſſe omnium firmiſſimum. Quod nam* [o] *verò illud ſit, deinceps dicamus.*

Text. 9. *Etenim fieri non poteſt, vt idem ſimul inſit & non inſit eidem, & ſecundùm idem: ſintq; ad logicas difficultates adiecta, quæcumque alia à nobis adiungi poſſent: Hoc autem eſt omnium principiorum firmiſſimum, cùm ei prædicta definitio conueniat. Non enim fieri poteſt, vt idem quiſquam eſſe, & non eſſe exiſti-*

Text. 17. *met, quemadmodum* [p] *nonnulli Heraclitum dicere arbitrantur: neque enim neceſſe eſt, vt quæ quis dicit, ea & ſentiat. Quòd ſi fieri nequit, vt eidem ſimul contraria inſint (addantur* [q] *autem à nobis & huic propoſitioni, quæ, addi conſueuerunt) eſt autem ea opinio opinioni contraria, quæ contradictionis eſt: perſpicuum eſt, fieri non poſſe, vt idem ſimul rem eandem & eſſe, & non eſſe exiſtimet: ſimul enim contrarias opiniones haberet qui ea in re deceptus eſſet. Quocirca* [r] *omnes, qui demonſtrant ad hanc vltimam ſententiam omnia reuocant: hæc enim cæterarum quoque omnium dignitatum ſuaptè natura principium eſt.*

[q] *Addantur autem.* Eædem illæ particulæ, quæ contradictoriis addi ſolent, *Secundùm idem, Ad idem, Simpliciter, & Eodem tempore*, addendæ etiam ſunt contrariis, vt vera contrarietas efficiatur.

[r] *Quocirca omnes.* Confirmat iterum principium à ſe propoſitum eſſe firmiſſimum ſimpliciter. Cõfirmatio ex vſu demonſtrandi ducitur hunc in modum. Omnes, qui demonſtrant, reuocant demonſtrationes ſuas ad principium propoſitum, eſt igitur firmiſſimum ſimpliciter. Antecedentis ratio ex eo ſumitur, quia propoſitum pronunciatum eſt ſuaptè natura principium cæterarum omnium dignitatum, & potiori ratione omnium particularium principiorum. Quod qua ratione verum ſit, ſeorſum expendamus.

Omnes demonſtrationes ad propoſitũ principium reuocari.

Digitized by Google

VTRVM HOC PRINCIPIVM, impoſsibile eſt, idem ſimul eſſe, non eſſe, ſit omnium primum.

QVÆSTIO I.

Quibus rationibus non videatur primum.

SECTIO I.

Primum argumẽtum pro parte negatiua.

ETSI Ariſtotelis ſententia in hac quæſtione planè eſt affirmatiua: non deſunt argumenta, quæ negatiuam partem oſtendere videantur. Vnum eſt, Quia ſimplicia ſunt priora compoſitis: propoſitum autem pronunciatum, cùm ſit modalis propoſitio, itémque de extremo coniuncto, atque etiam conſtet verbis, quæ poſſunt reſolui in plures conceptus (cuiuſmodi ſunt, idem, & ſimul) multis modis eſt compoſitum.

2. ALTERVM, Quia affirmationes ſunt priores negationibus: propoſitum autem pronunciatum eſt negatiuum, cùm idem valeat, Impoſsibile atque non poſsibile.

3. TERTIVM, Quia notiora natura ſunt priora minùs notis: propoſitum autem pronunciatum eſt ſuaptè natura minùs notum, quàm ſi dicas, ens eſt ens. Nulla enim enuntiatio eſt notior, & euidentior ea, qua aliquid affirmatur de ipſo, vt Boëtius inquit, ea præſertim, in qua termini omnium notiſsimi, cuiuſmodi eſt ens.

4. QVARTVM. Quia primũ principiũ non poteſt probari per aliud: propoſitum autem pronunciatum videtur ea ratione probari in contextu, Quia impoſsibile eſt contraria ineſſe ſimul in eodem ſubiecto.

5. QVINTVM. Quia ſi propoſitum pronunciatum eſſet primum principium ſimpliciter, per illud demonſtrarentur cætera omnia principia: hoc autem fieri nequit, tum quia per vnum ſolum principium non tantùm demonſtrari non poteſt, ſed nec concludi quicquam: tum etiam quia cætera omnia principia, cùm ſint propoſitiones immediatæ, planè ſunt indemonſtrabiles.

6. POSTREMVM. Quia ſi vlla eſſet ratio, propter quam propoſitum principium dicendum eſſet firmiſsimum, ac proinde primum, illa eſſet maximè, Quia in eo non contingit deceptio (ea enim pluris fit ab Ariſtotele, & ab omnibus probari ſolet) at hæc ratio in primis aſſumit falſum: deinde æquè probat, omnia principia eſſe firmiſsima, non eſt igitur propoſitum pronunciatum omnium primum. Minor, quod ad priorem partem attinet, ea ratione perſpicuè oſtendi videtur, quia propoſitum pronunciatum, vt approbetur, indiget inductione ex iis, quæ ſenſibus percipiuntur, quod primo libro de omnibus principiis Cap. 1. q. 4. conſtitutum eſt: ex qua re fit, vt quemadmodum in ſenſibus poteſt dari deceptio: ita etiam in illo dari poſsit. Quod verò attinet ad poſteriorem

Digitized by Google

riorem ex eo probatur, quia Ariſtot. intelligit, neminem poſſe decipi in propoſito pronunciato, quia eius termini non poſſint non probè concipi ab omnibus: aut quia ſi probè teneantur, nemo poſſit oppoſitum illius in animum inducere: at primum dici non poteſt, tum quia aliæ ſunt principia ex terminis etiam communibus conſtituta, quæ non minùs probè videntur teneri ab omnibus: quale eſt illud, *Quodlibet eſt, non eſt*, & illud, *Quæ eidem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt eadem*: tum etiam quia multi ſunt, qui non probè teneant conditiones veræ contradictionis, quas tamen omnes in propoſito pronunciato intelligere oportet: dandum eſt igitur ſecundum: ex quo planè ſequitur in nullo quoque aliorum principiorum contingere deceptionem. Nullum eſt enim principium, quod rectè perceptis terminis non ſtatim approbetur: alioqui non omnia principia propoſitiones per ſe notæ.

Refutatio duarum opinionum, quæ negatiuam partem quæſtionis amplectuntur.

SECTIO II.

Hoc loco q. 5. ANTONIVS Andreas tribus primis argumentis perſuaſus aſſerit, propoſitum pronunciatum non eſſe primum principium ſimpliciter, ſed hoc potiùs, Ens: ſed tamen appellari ab Ariſtotele primum principium, quia eſt primum comparatione eorum, quæ circumferuntur, vt illius, *Omne totum eſt maius ſua parte*, & illius, *Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia*, & ſimilium. *Antonij Andreæ de primo ſimpliciter principio ſententia.*

HÆC tamen ſententia, nec vera eſt, nec Ariſtotelicæ doctrinæ conſentanea. Quòd enim vera non ſit, ex eo patet, quia propoſitiones identicæ, cuiuſmodi eſt, Ens eſt ens, quemadmodum ſunt artis expertes, & penè nugatoriæ: ſic etiam in ſcientiis non admittuntur, tantum abeſt, vt ad aliquam earum omnes ſcientiarum demonſtrationes reuocentur. Quòd verò, nec Ariſtotelicæ doctrinæ ſit conſentanea, extrema verba huius capitis apertè declarant, ait enim Ariſtot. *pronunciatum illud. Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe, vltimum in reſolutione omniũ demonſtrationum, & principium cæterarum omnium dignitatum.* Quibus verbis nullum pronunciatum excipit, quod priùs ſit, & ad quod cætera, tanquam ad primum ſimpliciter reuocentur. *Refutatio.* *Text. 9.*

Text. 4. ALII dicunt primum principium ſimpliciter eſſe pronunciatum illud. *De quolibet eſt affirmatio, aut negatio vera*, cuius meminit Ariſtoteles cùm aliis locis quamplurimis, tum verò libro ſuperiori cap. 2. in tractanda quæſtione ſecunda ſub his verbis: *Quoduis affirmetur, aut negetur neceſſe eſt.* Ratio huius ſententiæ eſt, Quia vel hoc pronunciatum, vel illud, *Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe*, dicendum eſt primum principium ſimpliciter. Neque enim aliud generalius reperiri poteſt, ad quod omnes demonſtrationes reuocentur, at illud non poteſt eſſe primum ſimpliciter, cùm ſit negatiuum: hoc ergo potiùs dicendum eſt ſimpliciter primum. *Aliorum eadem de re opinio. Fundamentũ huius opinionis.*

SVNT

Digitized by Google

Cur pleriſque non probetur.

Iauel. hoc loco quæſt. 9.

SVNT quibus propterea non placeat horum opinio, quia ita loquantur de his principiis, quaſi ſint re vera duo. Dicunt enim, idem omninò principium contineri in vtraque propoſitione, ſed hoc intereſſe, quòd in altera efferatur per verbum affirmandi, & negandi, quatenus vſurpatur à Logico, in altera per verba eſſendi, & non eſſendi, quatenus pertinet ad Metaphyſicum: nam ſi res ipſa expendatur, horum ſententiam nihil differre ab opinione illorum, qui dicunt, primum principium eſſe illud, *Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe.*

Reiicitur eorum ratio.

Verùm hæc conciliatio non placet. Primùm, quia pronunciatum hoc, *De quolibet eſt affirmatio, vel negatio vera*, poteſt etiam efferri per verba eſſendi, & non eſſendi, vt effertur capite 7. huius libri, veluti ſi dicas, Quodlibet eſt, aut non eſt, & viciſſim illud *Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe*, per verba affirmandi, & negandi, vt ſi dicas, *Fieri non poteſt, vt idem ſimul affirmetur, ac negetur*, quo pacto effertur capite 4. & 6. primo etiam poſterior. cap. 8. ambo efferuntur per verba affirmandi, & negandi. Deinde, quia vtrouis modo efferantur, ſententia affirmatiui adeo diuerſa eſt à ſententia negatiui, vt doceat Ariſtoteles in loco proximè citato, negatiuum in nulla demonſtratione aſſumi, affirmatiuum autem admitti in iis demonſtrationibus, quæ ducunt ad impoſſibile: quæ diſtinctio non ad verba tantùm ſpectat, ſed ad ſenſum, ac rem ipſam. Poſtremò, quia cap. 7. huius libri defenſo eatenus negatiuo, tum demùm incipit Ariſtoteles defendere affirmatiuum, vt re vera ab illo diſtinctum, & quòd propriis quibuſdam argumentis contra proteruos indigeat.

Text. 27.

Text. 15.
Text. 27.
1. Poſt. Text. 26. & 27.

Text. 27. & 28.

Cur hoc pronunciatum, Quodlibet eſt vel nō eſt, non ſit primū ſimpliciter principium.

DICENDVM eſt igitur, pronunciatum hoc, *De quolibet eſt affirmatio, aut negatio vera*, ſeu mauis dicere, *Quodlibet eſt, vel non eſt*, etſi eſt cum primo principio maximè coniunctum, & cæterorum omnium primum, non eſſe tamen primum ſimpliciter: eſt enim poſterius negatiuo iam dicto, cùm ad illud ſuaptè natura perſpicuè reuocetur. Si quis enim neget hanc conſequentiam, De Cygno affirmatur album, ergo non negatur, in qua quidem principium affirmatiuum exercetur, poterit ille vrgeri hoc apertiore incommodo, Ergo eſt ſimul albus, & non albus, quod eſt contra principium negatiuum. Atque hac de cauſſa non meminit Ariſtoteles in hoc capite affirmatiui: in locis autem citatis poſterius de affirmatiuo, quàm de negatiuo egit. Quinetiam in loco citato primi Poſter. cùm docet, affirmatiuum aſſumi in demonſtrationem, negatiuum autem minimè, excellentiam negatiui non obſcurè ſignificat. Vt enim præſtantia primæ cauſſæ ex eo colligitur, quòd ita cæteræ ex illa pendeant, vt ipſa non contineatur in ordine illarum, ſic etiam præſtantia negatiui principij ea ratione declaratur, quòd ita omnibus demonſtrationibus vires ſubminiſtret, vt in nulla earum includatur. Quod quo pacto intelligendum ſit, ad eum locum expoſitum habes.

Principij ſimpliciter primi excellentia.

Cap. 1. Text. 26.

Affirma-

Digitized by Google

Affirmatiuæ partis approbatio.

SECTIO III.

HIs ergo ſententiis reiectis dicendum eſt, pronũciatum hoc, *Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe,* eſſe primum principium ſimpliciter, quæ concluſio hunc in modum oſtendi poteſt. Illud eſt primum principium ſimpliciter, quo non modò omnes concluſiones, ſed etiam cætera omnia principia à priori confirmari poſſunt: atqui hoc principio confirmantur à priori non modò omnes concluſiones, ſed etiam cætera omnia principia: eſt igitur primum principium ſimpliciter. Maior patet, quia primum principium ſimpliciter, & firmiſſimum ſimpliciter idem ſunt, & pro eodem accepta ſunt ab Ariſtot. in hoc capite: quod autem eſt firmiſſimum ſimpliciter, id ſuaptè natura eſt cauſſa firmitatis cæterorum omnium. Minor ex eo probatur, quia non modò concluſiones omnes, ſed etiam cætera omnia principia confirmantur à priori, deductione ad contradictionem, quod eſt omnium maximum, ac manifeſtiſſimum impoſſibile, huiuſmodi autem impoſſibile hoc ſolo principio exprimitur. *Aſſertio præcipua. Probatur 1. Quo pacto primum principium omnes cõcluſiones, & principia à priori confirmet.*

Præterea illud eſt primum principium ſimpliciter, quod cùm ſit neceſſarium, nec oſtenſiuè, nec per deductionem ad impoſſibile demonſtrari poteſt: at hoc principium eſt huiuſmodi: eſt igitur primum principium ſimpliciter. Maior, & prior pars minoris perſpicuæ ſunt, Poſterior minoris pars ex eo probatur, Quia cuius veritas eſt omnium notiſſima, id nec oſtenſiuè, nec deductione ad impoſſibile demonſtratur, cùm omnis demonſtratio fiat ex notioribus: veritas autem propoſiti principij eſt omnium notiſſima, quod patet ex falſitate oppoſiti pronunciati, quod eſt omnium abſurdiſſimum. Atque hanc eſſe Ariſtotelis ſententiam ex cõditionibus, quas ille attribuit propoſito pronunciato perſpicuum eſt. Docet enim, eſſe omnium firmiſſimum, ac notiſſimum, cæterarúmque dignitatum ſuaptè natura principium: quæ, niſi principio ſimpliciter, conuenire non poſſunt. Quo fit, vt meritò dicat Auen-rois hoc loco, *ſine hoc pronunciato non modò poſſibile non eſſe philoſophari, ſed ne diſputare quidem, aut ratiocinari.* *2. Non poſſe illud vllo modo demonſtrari.*

At obiiciat aliquis hunc in modum, Quàm abſurda eſt duarum contradicentium enunciationum affirmatio, tam abſurda eſt earum negatio: atqui traditum pronunciatum damnat illarum affirmationẽ: ergo aliud tradendum eſt, quo damnetur earum negatio, vt ſi dicas, *Impoſſibile eſt, idem ſimul, nec non eſſe.* At hoc principio addito neutrum erit primum ſimpliciter, quia per neutrum demonſtrabuntur cætera omnia (neutrum enim per alterum demonſtrari vllo modo poteſt, cùm ſint æqualium virium) non eſt igitur dicendum, traditum principium eſſe primum ſimpliciter. *Obiectio.*

Huic obiectioni reſpondendum eſt, neminem negare duas enunciationes contradicentes, qui non eaſdẽ aliis verbis affirmet, verbi cauſa,

idem facit: qui negat has duas contradicentes, Socrates eſt albus, Socrates non eſt albus, atque qui eaſdem affirmat, ſeu concedit. Negare enim Socratem eſſe album, nihil aliud eſt, quàm affirmare illum non eſſe album: itémque negare illum nō eſſe album, nihil eſt aliud, quàm affirmare eſſe album. Quod idem cernitur in vniuerſalib. pronunciatis. Nam idem eſt negare, omnem hominem eſſe album, atque affirmare aliquem non eſſe album: idémque eſt negare aliquem non eſſe album, atque affirmare, omnem eſſe album. Ita fit, vt non opus ſit alio principio ad damnandam negationem duarum contradicentium, præter illud, quod damnat illarum affirmationem, ſiue approbationem.

Solutio argumentorum, quæ initiò propoſita ſunt.

SECTIO IIII.

In quo ſita ſit primi principij ſimplicitas.

AD primum argumentum pro parte negatiua initio propoſitum dicendum eſt, parum referre, quod propoſitum pronunciatum habeat formā modalis propoſitionis: poteſt enim redigi in formam enunciationis de ſimplici inexiſtentia, vt ſi dicas, *Nulla res ſimul eſt, & non eſt.* Quamquā ſimplicitas primi principij potiùs in eo poſita eſſe debet, vt non poſſit per alia principia demonſtrari, quàm vt paucioribus verbis conſtet. Quò fit, vt nihil ad rem attineat, ſi ſit de extremo coniuncto, aut conſtet aliis particulis, quæ in plures conceptus reſoluantur: modò ipſum nullo pacto per alia priora principia demonſtrari poſſit.

Non omnem enūciationem negatiuā probari à priori per aliam affirmatiuam.

Ad ſecundum dicendum, non omnem enunciationem negatiuam probari à priori per aliam affirmatiuam; tametſi omnis negatiua includit aliam priorem, ac ſimpliciorem affirmatiuā, & particulam negatiuam adiectam. Itaque ad argumentum, concedendum eſt, generatione quidem, & ipſa etiam enuntiationum natura ſpectata, priores eſſe affirmationes negationibus: at quod ad vim demōſtrandi attinet, non eſſe id verùm vniuersè.

Non eſſe minus per ſe notum propoſitum principiū quàm hoc, Ens eſt ens.

Ad tertium negandum eſt, minùs notū eſſe propoſitū pronunciatum, quàm illud; *Ens eſt ens.* Quod hunc in modū probari poteſt. Non minùs nota eſt falſitas cōtradicentis propoſitionis, quàm veritas eius, cui contradicit, nec veritas illius, quàm falſitas huius: ergo non minùs nota eſt falſitas huius, Ens non eſt ens, quàm veritas illius. Ens eſt ens. At propoſitum pronunciatum contradicit huic, *Ens non eſt ens,* ſi quidem ait fieri non poſſe, vt idem ſimul ſit, & non ſit: non eſt igitur minùs nota eius veritas, quàm hujus, *Ens eſt ens.* Atque hoc quidem ſatis eſt ad ſolutionem argumenti. Sed quia eadem ratione cōcludi poteſt, non minùs notam eſſe veritatem hujus pronunciati, *Ens eſt ens,* quàm illius, impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, ac proinde non minùs illud, quàm hoc ponendum eſſe primum principium ſimpliciter; Addendum eſt, hac ex parte non eſſe parem rationē in vtroque, quòd pronunciatū hoc, *Ens eſt ens,* quemadmodum eſt artis expers, ita nunquam aſſumitur ad quicquam demonſtrandum.

Ad quartum dicendum eſt, propoſitum pronunciatum non probari in contextu per illud, *Impoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe in eodem ſubiecto*, ſed ſolùm hoc, *Fieri non poſſe, vt quiſquam oppoſitum ſibi perſuadeat*. quod in contextu apertiſſimum eſt. Aliud eſt autem probare, neminem poſſe in animum inducere oppoſitum illius: aliud, oſtendere, illud eſſe verum: veritas enim illius non poteſt per aliam magis perſpicuam veritatem demonſtrari, & tamen magis perſpicuum eſt (ſaltem apud Ariſtotelem) duo contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto, quàm quòd nemo poſſit approbare duo contradictoria. Multa enim vel ipſis ſenſib. iudicamus per ſe nota quorum oppoſita cernimus ab aliis approbari, vt patet in hac propoſitione, Mel eſt dulce, cuius contraria iudicat ægrotus, verum eſſe. Si quis tamen per proteruiam propoſitum pronunciatum negauerit: ſi modò aliquid affirmet, licitum erit apud eiuſmodi hominem illud probare per id, quod ille affirmauerit, vt Ariſtoteles inferiùs docebit. Verùm ea probatio non erit à priori, nec ita à poſteriori, vt illud re vera notum faciat, cùm ſit notiſſimum: ſed erit probatio ad reuincendum hominem.

Veritatem primi ſimpliciter principij non poſſe per aliã magis perſpicuam demonſtrari.

Cap. ſequẽti.

Ad quintum dicendum eſt, cætera principia per hoc non oſtenſiuè, ſed deductione ad impoſſibile demonſtrari poſſe, vt dictum eſt.

Nonnullorum de ſenſuũ deceptione opinio.

Refutatio.

Ad ſextum, quod attinet ad priorem partem minoris, ſunt qui reſpondeant, etſi in ſenſibus dari poſſunt multæ deceptiones: nunquam tamen dari tantam, vt iudicent idem ſimul eſſe, & non eſſe, vt eſſe album, & non eſſe album, id, quod Ariſtoteles videtur ſentire capit. 5. huius libri, vbi ſcribit, *hanc deceptionem non contingere in ſenſibus*. Verùm cùm experientia oppoſitum doceat (ſæpe enim iudicamus aſpectu, lignum dimidia parte ſubmerſum in aquis fractum eſſe, atque diſtortum: tactu autem eſſe integrum, ac rectum) id autem, quod Ariſtoteles ſcribit, cap. 5. planè de vno, eodémque ſenſu circa proprium ſenſibile intelligatur, vt eo loco patebit, potiùs dicendum eſt, tantam eſſe vim propoſiti pronunciati, vt nunquam intellectus contra eius præſcriptum ſequatur iudicium ſenſus, aut vim cuiuſcumque argumenti quantæcumque probabilitatis ſpecie oppoſitum probantis: quod tamen in aliis principiis ſecus accidit. Sunt enim, qui dicant, atque adeò ſentiant, principia illa, *Omne totum eſt maius ſua parte*. *Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe*, & alia quædam, non eſſe vniuerſè vera, ſed ſolùm in rebus finitis. Itémque illud, *Contraria non poſſe eſſe ſimul, non eſſe verum*, niſi naturaliter. Itaque, vbi aperta contradictio non cernitur, paſſim videmus de eadem re contrarias ſententias: quo fit, vt in altera neceſſariò ſit error. Vbi autem aperta ſpectatur contradictio, quantumcumque iudicium ſenſus, aut ratiocinatio aliqua videatur illam ſtatuere, nunquam intellectus præbet aſſenſum: quippe in quo iudicium oppoſitæ veritatis tanta perſpicuitate impreſſum eſt à natura, vt nulla ratione corrumpi poſſit: quod idem videtur accidere in illo altero principio. *Neceſſe eſt, vt quodlibet ſit, aut non ſit*, non quòd ipſum per ſe tanta perſpicuitate notum ſit, quanta eſt primum principium, ſed quia adeò propinquum

à Text. 24.

Vera argumẽti ſolutio.

Vbi apertè eſt contradictio, nũquã intellectum aſſentire.

eſt primo principio, vt à nemine negari poſſit, quin ſtatim videat, ex negatione illius ſequi negationem principij. Nam ſiquis dicat falſum eſſe Socratem ſedere, aut non ſedere, continuò videt, ſe neceſſariò cõceſſurũ, aut Socraté ſedere ſimul, & non ſedere, aut nec ſedere, nec nõ ſedere, quæ idem valent, & primo principio apertiſſimè repugnant.

Obiectio.

Sed quid: Nonne Ariſtoteles in reliqua parte huius libri defendit hæc duo principia non modò contra proteruos, qui ſola contentionis cauſa ea negabant, ſed etiam contra quoſdam imbecilli ingenij Philoſophos, qui fallacibus rationibus decepti illa non verbis tantùm, ſed mente etiam falſa eſt affirmabant.

Hoc

CAPITIS QVARTI EXPLANATIO.

Quid præſtet hoc capite Ariſtoteles.

SVnt [a] *autem quidam.* Conſtituto in extrema parte ſuperioris capitis firmiſſimo, primóque omnium principio, tria deinceps capita conſumit Ariſt. in refutatione eorum, qui illud ſiue per proteruiam, aut fallacem aliquam rationem negabant, ſiue per imperitiam demonſtrare nitebantur. Vtrique enim, quantum in ipſis erat, illud euertebãt: primi, quia quod falſum eſt, principium non eſt, ſecundi, quia quod cadit ſub demonſtrationem, etſi ratione aliqua principiũ eſſe non poſſit primum tamen eſſe non poteſt. Ea autẽ de cauſa

Ratio ſuſceptæ diſputationis.

ſuſcepta eſt hoc loco ab Ariſtot. tam longa diſputatio, quia non parua cura incumbit primo Philoſopho, vt eos diſputatione coarguat, qui artium principia non recipiunt, primum præſertim ac firmiſſimũ, ex quo tota Philoſophia pendet. Quoniam verò ij, qui illud nitebantur demonſtrare, per inſcitiam, & ruditatem peccabant, paucíq; poterant ad veritatis ſemitam reduci iis breuiter ad artem Analyticam reiectis totam reliquam diſputationem ad eos conuertit, qui per proteruiam, aut deceptionem illud negabant. Cùm igitur ait (*ſunt autem quidam*) eos ſignificat, qui per deceptionem illud inficiabantur. Neque enim ſolùm dicebant fieri poſſe, vt aliquis re vera exiſtimet idem ſimul eſſe, & non eſſe, ſed etiam, vt re vera ita ſit, quantùm videlicet argumenta oppoſitum demonſtrare videbantur, vt paulò antè diximus.

Ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ εἶναι καὶ μὴ εἶναι.

ΚΕΦ. Δ.

Εἰσὶ [a] δέ τινες οἳ (καθάπερ εἴπομεν) αὐτοί τε ἐνδέχεσθαί φασι τὸ αὐτὸ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὑπολαμβάνειν οὕτως. χρῶνται δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ πολλοὶ καὶ τῶν [b] περὶ φύσεως. ἡμεῖς [c] δὲ νῦν εἰλήφαμεν ὡς ἀδυνάτου ὄντος ἅμα εἶναι καὶ μὴ εἶναι, καὶ διὰ τούτου ἐδείξαμεν ὅτι βεβαιοτάτη αὕτη τῶν ἀρχῶν πασῶν. ἀξιοῦσι δὲ [d] καὶ τοῦτο ἀποδεικνύναι τινὲς δι' ἀπαιδευσίαν. ἔςι γὰρ ἀπαιδευσία, τὸ μὴ γινώσκειν τίνων δεῖ ζητεῖν ἀπόδειξιν, καὶ τίνων οὐ δεῖ. ὅλως [e] μὲν γὰρ ἁπάντων ἀδύνατον ἀπόδειξιν εἶναι. εἰς ἄπειρον γὰρ ἂν βαδίζοι, ὥστε μηδ' οὕτως εἶναι ἀπόδειξιν. εἰ δέ τινων μὴ δεῖ ζητεῖν ἀπόδειξιν, τίνα ἀξιοῦσιν εἶναι μᾶλλον τοιαύτην ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν.

ἔςι

Quanto aliter Ariſt. circa primũ principium, quàm nonnulli Philoſophi, ſe habuerit.

[b] *Qui de natura.* In his referuntur Democritus, Anaxagoras, & Heraclitus, vt in progreſſu patebit. Protagoras enim, qui hoc ipſo capite citatur, ad Sophiſtas pertinet.

Cur duæ opiniones contraria in eodem eſſe non poſſunt.

[c] *Nos autem nunc.* Hinc intelliges, quantò aliter Ariſtoteles circa primum principium ſe habuerit. Alij enim, quia putabant fieri poſſe, vt contraria ſimul eidem ineſſent, colligebant, fieri quoque poſſe, vt idem ſimul eſſet, & non eſſet, quod eſt oppoſitũ primi principij. At ipſe, cùm capite ſuperiori accepiſſet hoc principium, vt per ſe notiſſimũ (neq; enim illud probauit) ex veritate eius implicitè oſtendit,

illud

by Google

Hoc argumentum hunc in modum diſſoluẽdum eſt, duobus modis intelligi poſſe, principia hæc mente negari: vno abſolutè: altero ex cõditione: abſolutè quidem, ſi mens eò adducatur argumentorum vi, vt verè, & abſque vlla conditione ſibi perſuadeat, illa eſſe falſa. Atque hoc ipſum eſt, quod hactenus diximus fieri non poſſe, & Ariſtoteles hoc capite probauit. Ex conditione verò, ſi nondum mens abſolutè deducatur de ſententia, ſed tãtùm, quia neſcit ſoluere argumenta, quæ contrà obiiciuntur, fateatur, illa eſſe falſa, quatenus argumenta oſtendere videntur. Quo pacto non defuerunt, qui interna mentis diſſentione illa inficiarentur: quorum Ariſtoteles in progreſſu meminit.

Dilutio.

Quo pacto prima principia negari poſſint.

---

illud eſſe firmiſſimum, ac certiſſimum, id eſt, neminem poſſe oppoſitum ſibi perſuadere. Probatio enim illa, Quia duæ opiniones contrariæ non poſſunt ſimul eidem ineſſe, ex eo vim habet, quia fieri non poteſt, vt idem ſimul ſit, & non ſit. Si enim illæ eidem ſimul ineſſent, idem ſimul eſſet, & non eſſet, quod Ariſtot. ex omnibus contrariis ſimpliciter denominantibus ſubiectum, colligi putat ad finem cap. 6. tametſi id pleriſque Theologis nõ placet, vt diximus ad finem expoſitionis ſuperioris capitis.

Tex. 27.

Fieri non poſſe idem ſimul eſſe & non eſſe.

CAPVT IIII.

SVnt [a] autem quidam, qui (quemadmodum diximus) & ipſi aſſerant, fieri poſſe, vt idem ſit, atque non ſit, & ita eſſe aliquis exiſtimet. Vtuntur autem hac ſententia plerique etiam eorum, qui [b] de natura diſſerunt. Nos [c] autem nunc vt impoſſibile accipimus, ſimul eſſe, & non eſſe: atque ex eo principium hoc principiorũ omnium firmiſſimum eſſe demonſtrauimus. Sunt [d] autem, qui per ruditatem, hoc etiam ipſum ſe demonſtrare exiſtiment, eſt enim ruditas, haud noſſe, quarum rerum demonſtratio quærenda ſit, & quarum non ſit. Etenim [e] omnium omninò demonſtrationem eſſe impoſſibile eſt: in infinitum enim progrediendum eſſet, vt neque hoc modo demonſtratio eſſet futura. Quod ſi quorumdam non eſt quærenda demonſtratio, quodnam potiùs tale principium eſſe cenſeant, dicere profectò nequeunt.

Licet

[d] *Sunt autem qui.* Significat eos qui primum principium demonſtrari poſſe credebãt. Quo loco ignorationem artis analyticæ, quaſi per excellentiam vocandã putauit, *ἀπαιδευσίαν, ruditatem*, ſiue *ineruditionem*, cuius contrarium eſt *eruditio*, quæ Græcis eſt *παιδεία*: cuius meminit initio primi de partib. animalium. Huius rei cauſa, Aſſequutũ eſſe modũ ſciendi, qui in Analyticis libris traditur, dicitur cap. 3. li. 2. huius operis *πεπαιδεῦσθαι*, pro qua re vide quæ eo loco diximus. Ex hoc loco intelliges quàm rudis, & imperitus cenſeri debeat, is qui artis dialecticæ ignarus eſt, quantumcumque eruditionis aliundè comparauerit.

Ignoratio analyticæ artis cur ἀπαιδευσία dicatur.

In primis verbis.

[e] *Etenim dubium.* Ratio, qua hos breuiter refutat, ſic habet. Aut omnium eſt demonſtratio, aut quædam ita ſunt perſpicua, vt demonſtratione non egeant: non eſt autem dicendum omnium eſſe demonſtrationem, alioqui dabitur progreſſus infinitus in principiis, atque adeo nulla prorſus demonſtratio vnquam abſoluetur: ergo aliqua ſunt ita perſpicua, vt non cadant ſub demonſtrationem. Quòd ſi ita eſt, nullum ſanè principium magis indemonſtrabile reperietur, quàm quod

Confutantur ij, qui primũ principiũ demonſtrari poſſe affirmabãt.

propoſitum eſt. Ideo autem Ariſt. in probanda minore non fecit mentionem circularis demonſtrationis, qua quidem dicebant, omnia demonſtrari, vt habes 1. Poſte. cap. 3. quia circulo demonſtrare nihil eſt aliud, quàm idem per idem oſtendere, quod non ſolùm non eſt demonſtrare, ſed ne ſimpliciter quidem probare: omnis enim probatio ex notioribus eſſe debet.

Circulo demonſtrare quid ſit.

ἔστι [f] δ' ἀποδεῖξαι ἐλεγκτικῶς καὶ περὶ τούτου ὅτι ἀδύνατον, ἂν μόνον τὶ [g] λέγῃ ὁ ἀμφισβητῶν· ἂν δὲ μηδὲν, γελοῖον τὸ ζητεῖν λόγον, πρὸς τὸν μηδενὸς ἔχοντα λόγον, ἢ μηθένα ἔχει λόγον. ὅμοιος [h] γὰρ φυτῷ ὁ τοιοῦτος, ᾗ τοιοῦτος. τὸ [i] δ' ἐλεγκτικῶς ἀποδεῖξαι, λέγω διαφέρειν, καὶ τὸ ἀποδεῖξαι· ὅτι ὁ ἀποδεικνύων μὲν ἂν δόξειεν αἰτεῖσθαι τὸ ἐν ἀρχῇ· ἄλλου δὲ τοῦ τοιούτου αἰτίου ὄντος, ἔλεγχος ἂν εἴη, καὶ οὐκ ἀπόδειξις.

Ἀρχὴ [k] δὲ πρὸς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, οὐ τὸ ἀξιοῦν, ἢ εἶναί τι λέγειν, ἢ μὴ εἶναι, (τοῦτο μὲν γὰρ τάχ' ἄν τις ὑπολάβοι, τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτεῖν) ἀλλὰ τὸ σημαίνειν γέ τι, * καὶ ὡς αὐτῷ καὶ ἄλλῳ. τοῦτο γὰρ ἀνάγκη, εἴπερ λέγει τι. εἰ γὰρ μὴ, οὐκ ἂν εἴη τῷ τοιούτῳ λόγος, * οὔθ' αὐτῷ πρὸς αὑτὸν, οὔτε πρὸς ἄλλον. ἂν δέ τις τοῦτο διδῷ, ἔσται [l] ἀπόδειξις· ἤδη γάρ τι ἔσται ὡρισμένον· ἀλλ' [m] αἴτιος οὐχ ὁ ἀποδεικνὺς, ἀλλ' ὁ ὑπομένων· ἀναιρῶν γὰρ λόγον, ὑπομένει λόγον. Text. 10. Text. 6.

** Græcum aliud exẽplar habet καὶ ὡς αὐτῷ.*

Πρῶ

[f] *Licet tamen.* Quanquam primum principiũ non poſsit ſimpliciter demonſtrari, vt dictum eſt, docet tamen Ariſtoteles, poſſe illud demonſtrari ad hominem, vt potè cauſſa redarguendi eius, qui illud negauerit, atque adeò ex dictis illius, quando re vera nihil eſt primo principio notius.

Primum principium demõſtrari poſſe ad hominem.

[g] *Aliquid dicat.* Hoc eſt, certum aliquid verbis ſignificet, vel hoc enim ſatis erit, vt conuincatur, vt inferius patebit. Quòd ſi nihil certi dixerit, ſed inania verba effuderit, ridiculus erit, qui ad illum arguendum rationem aliquã quæſierit: namque riſu dignus eſt, qui cum eo, qui ratione non vtitur, quatenus ratione non vtitur, via & ratione diſputat.

[h] *Planta eſt ſimilis.* Non dixit brutis animantibus, vel quia bruta animantia, etſi naturaliter, aliquid tamen certum voce declarant: vel quia ſermone noſtro ad certum aliquid agendum moueri ſolent, quorum vtrumque ſtirpibus (quibus iſti ſtupiditate ſua ſimiles eſſe dicuntur) à natura negatum eſt.

Eum, qui nihil affirmat, ſimilem eſſe plantis.

[i] *Demonſtrari autem.* Docet demonſtrationem primi principij, quæ fieri poteſt redarguendi hominis cauſa, vt dictum eſt, non eſſe re vera demonſtrationem ſimpliciter, non modò oſtenſiuam, ſed nec ducentem ad incommodum. Quòd enim non poſsit eſſe oſtenſiua ex eo patet, quia non poteſt procedere ex notioribus, cùm nihil ſit notius primo principio. Quòd verò nec ducens ad incommodum, ex eo oſtendi poteſt, quia omnis demonſtratio ducens ad incommodum, quæ ſimpliciter demonſtrationis nomine cenſetur, ducit ad maius incommodum, quàm ſit illud, quod ab aduerſario admittitur, nempe vt ille renuens concedere, quod maius eſt, deſinat admittere minùs, quod antè conceſſerat. Quod certè in demonſtratione primi principij accidere non poteſt, cùm is qui illud negauerit, non poſsit duci ad maius incommodum, quàm ſit illius negatio. Ita ſit, vt qui primum principium demonſtrare nititur, ſi leges ſimpliciter demonſtrandi ſpectentur, neceſſariò incidat in vitium petitionis principij. Dum enim procedit ex minùs notis ad notiſsimum pronunciatum oſtendendum, aut ducit aduerſarium ad minùs incommodum, quàm ſit illud quod refutandum ſuſcepit gratis, & ſine probatione videtur petere aſſenſum concluſionis, quam ſibi à principio oſtendendam aut refellendam propoſuit, quod principij, ſiue eius, quod in principio erat, petitio appellatur. Quocirca meritò ait Theophraſtus (id quod Alexander ex lib. illius de Affirmatione refert) primi principij demonſtrationem violentam eſſe, & præter naturam. Quod ſi in

Demõſtrationẽ primi principij ad hominem, non eſſe veram demõſtrationem.

Quid cõcludit demõſtratio ducens ad impoſsibile.

Eum qui primum principium demonſtrare nititur, principiũ petere.

ſi in huiuſmodi redargutione non ſpectentur leges ipſius demonſtrationis, ſed ſola conditio eius, qui redarguitur, huc enim ſpectant verba illa. *Si autem alia eius rei cauſſa ſit*) cùm ille pro notioribus ſumat, quæ re vera minùs nota ſunt, aut maiora putet incommoda; quæ minùs abſurdi continent, etſi eiuſmodi argumentatio non ſit vera demonſtratio, erit tamen vera redargutio. Vera enim redargutio non tam ſpectat, quod rei natura habeat, quàm quod aſſerat is, qui veritati aduerſatur.

Demonſtrationem primi principij violentam eſſe, & præter naturam.

Licet [g] tamen redarguendo, id etiam impoſſibile eſſe demonſtrare, ſi modo is, qui contrà diſputat, aliquid dicat. Quod ſi nihil dicat, ridiculum ſane erit aduerſus eum quærere rationem, qui nullius rationem habet, quatenus rationem, qui nullam: iam enim is, quatenus talis eſt, plantæ [h] eſt ſimilis. Demonſtrare [i] autem redarguendo, & demonſtrare, hac ratione differre dico quod is, qui demonſtrat, id, quod initio quæritur, petere videri poteſt. Si autem alia eius rei cauſſa ſit, redargutio fuerit, non demonſtratio.

Text. 10. Com. 18.

Principium [k] autem ad hæc omnia eſt, non petere quidem, vtrum eſſe aliquid, aut non eſſe dicat (id enim aliquis forſitan eius, quod initio quærebatur, petitionem eſſe exiſtimabit) ſed & ſibi & alteri aliquid ſignificare: hoc enim faciat neceſſe eſt, ſi quid dicat: ſin minus, nec ipſi ſecum, nec cum alio ſermo eſſe poterit. Quod ſi quis hoc concedat, erit [l] demonſtratio, iam enim definitum aliquid erit, ſed [m] tamen eius rei cauſſa non erit is, qui demonſtrat, ſed qui defendit: dum enim orationem de medio tollit, orationẽ defendit.

Text. 11.

Pri

[k] *Principium autem.* Aggreditur refutationem eorum qui negabant primum principium admiſſis contradictionis ſimul veris: quos hoc capite ſeptem rationibus coarguit. Pro prima igitur, quæ ex verborum ſignificatione ſumenda eſt, docet Ariſtoteles, quo ex fundamento contra iſtorũ deliramenta procedere cõueniat. Quod enim non oporteat pro diſputationis initio quærere ab eis, an certam aliquam propoſitionẽ concedant, cuius contradicentem non admittant, ex eo oſtẽdit Ariſtoteles, quia nihil aliud hoc eſſet, quam petere apud illos principium. Hoc enim eſt, quod negant, ita aliquid eſſe verum, vt eius contradictorium ſimul verum eſſe non poſſit. Non videtur ergo ex eorum conceſſione aliud ſumendum pro principio impugnationis, quàm quod illi, cùm loquuntur, certum aliquid verbis ſignificent, cùm ſibi ipſis, vt intelligant, quid dicant, tum etiam aliis, vt ab eis intelligantur. Nam etſi illi etiam hac in re principium re vera petũnt (nihil enim certi ſignificatur, ſi ſimul contradictorium ſignificatur.) neceſſariò tamen ab illis concedendum eſt, ſi modo velint ad diſputationem admitti. Alioqui perinde habendi erunt atque ſtirpes, quibus nullus eſt vocis vſus, nullius humani ſermonis perceptio.

Refutatio eorum, qui admittebant cõtradictorias ſimul veras. Initium diſputationis cõtra hos vnde ſumendum.

[l] *Erit demonſtratio.* Redargutiua ſcilicet, non vera, & quæ ſimpliciter dicatur demonſtratio.

[m] *Sed tamen eius rei.* Senſus eſt, ſed cauſſa cur tunc ſumatur pro fundamento diſputationis, quod verba ſignificent aliquid certum, & definitum, non erit is, qui redarguet (neque enim ille id ex ſe ſumet, ne petat principium) ſed is, qui ſuſtinet abſurdam propoſitionem, contra quem ipſe argumentatur. Hoc enim illius vitium eſt, quod tollens orationem, id eſt, cum negatione primi principij euertat omnem definitam ſignificationem verborum; nihilominus, cùm ab eo, quæritur, habeat-ne ſermo determinatam ſignificationem, quaſi immemor ſui ſuſtinet orationem, id eſt, admittit certam, & definitam verborum ſignificationem, ne ſtirpibus videatur ſimilis eſſe, & ad diſputationem ineptus. In hanc ferè ſententiam exponit Alexand.

SEQVI

Seqvitvr deinde apud Argyropylum periodus quædam, quæ apud Alex. legitur: eam tamen prætermiſimus, quia nec admodum cohæret cum antecedentibus, & conſequentibus, nec habetur in emendatioribus codicibus, nec apud alium interpretem.

Πρῶτον [a] μὲν οὖν δῆλον, ὡς τοῦτ' αὐτὸ ἀληθές, ὅτι σημαίνει τὸ ὄνομα τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι τοδί. ὥστ' οὐκ ἂν πᾶν οὕτως καὶ οὐχ οὕτως ἔχοι. ἔτι ° εἰ γὰρ ἄνθρωπος σημαίνει ἕν, ἔστω τοῦτο τὸ ζῷον δίπουν. λέγω P δὲ τὸ ἓν σημαίνειν τοῦτο· * εἰ τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπος, ἂν ᾖ τι ὁ ἄνθρωπος, τοῦτ' ἔσται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι. διαφέρει δ' οὐθέν, οὐδ' εἰ πλείω τις φαίη σημαίνειν, μόνον δὲ ὡρισμένα. τεθείη γὰρ ἂν ἐφ' ἑκάστῳ λόγῳ ἕτερον ὄνομα, λέγω δ' οἷον, εἰ μὴ φαίη τὸν ἄνθρωπον ἓν σημαίνειν, πολλὰ δέ, ὧν ἑνὸς μὲν εἷς λόγος, τὸ ζῷον, τὸ δίπουν. εἰσὶ δὲ καὶ * ἕτεροι πλείους, ὡρισμένοι δὲ τὸν ἀριθμόν. τεθείη γὰρ ἂν ἴδιον ὄνομα, καθ' ἕκαστον τὸν λόγον· εἰ δὲ μὴ τεθείη, ἀλλ' ἄπειρα σημαίνειν φαίη, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἴη λόγος. τὸ γὰρ μὴ ἕν τι σημαίνειν, οὐθὲν σημαίνειν ἐστί. μὴ σημαινόντων δὲ τῶν ὀνομάτων, ἀνῄρηται τὸ διαλέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς αὑτόν. οὐθὲν γὰρ ἐνδέχεται νοεῖν, μηθὲν νοοῦντα ἕν. εἰ δ' ἐνδέχεται, τεθείη ἂν ὄνομα τούτῳ τῷ πράγματι ἕν. § ἔστω ἄρα δή (ὥσπερ ἐλέχθη καὶ κατ' ἀρχάς) σημαῖνόν τι τὸ ὄνομα, καὶ σημαῖνον ἕν. * οὐ δὴ ἐνδέχεται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, * σημαίνει ὅπερ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ· εἰ τὸ ἄνθρωπος σημαίνει, μὴ μόνον καθ' ἑνός, ἀλλὰ καὶ μίαν φύσιν καὶ ἕν. οὐ γὰρ τοῦτο ἀξιοῦμεν, τὸ ἓν σημαίνειν τὸ καθ' ἑνός· ἐπεὶ εἰ οὕτω γε, κἂν τὸ μουσικὸν καὶ λευκόν, καὶ τὸ ἄνθρωπος ἓν ἐσήμαινεν. ὥστε ἓν ἅπαντα ἔσται· συνώνυμα ‡ γάρ. καὶ

* *Videtur deeſſe εἶναι.*

* *Argyropylus videtur legiſſe, καὶ τῶν ἄλλων ἕτεροι. quod idē poſtulat ſententia. Cōm. 29.*

Text. 11.

* *Sic legit Alex. & ferè interpretes quidam codices habēt οὐδ' εἰ.*

Alius habet σημαίνει ὅπερ

[a] *Primum igitur.* Ex definita, & certa verborū ſignificatione, quam aduerſarius cogitur admittere, illud in primis colligit Ariſt. ſaltem hac in re non poſſe dari contradictoria ſimul vera, vt ſermo definitū, ac certum aliquid ſignificet, & nihil ſignificet certū ac definitum. Quòd autē hic dicitur, nomen ſignificare hoc eſſe, pro eo accipiendum eſt, ac ſi dicatur, ſignificare certum ens, aut non ens.

Omne nomen quod ſimpliciter vnum eſt ſignificare vnum.

° *Præterea, ſi homo.* Collecturus eodem argumento, neque in cæteris rebus dari contradictoria ſimul vera: tria antè præmittit: Primū pronūciatum eſt, Hoc nomen, homo (quod quidem intelligendum eſt de quouis alio quòd verè, ac ſimpliciter ſit vnum nomē) ſignificare vnū quid ratione aliqua definitionéve circumſcriptum, & ab aliis diſtinctum. Nihil refert, quod quidam obiiciunt, nomen caſu æquiuocum ſignificare multa, modò illa ſint finita. Poterit enim vnumquodque ſignificatum ſuo nomine donari, iuxta propriam cuiuſque rationem: quod ſi fiat, iam omne nomen quod ſimpliciter vnum erit, ſignificabit vnum ratione propria, atque à cæteris diſtincta. Namque ipſum nomen æquiuocum non eſt re vera vnum nomen ad plura, quamuis ex vnitate vocis vnum appellari ſoleat, Quòd ſi quis ita deliret, vt dicat, fieri poſſe, vt nomen æquiuocum proximè ac immediatè ſignificet infinita, is, iterum incidet in incommodum ſuprà memoratum, vt prorſus nulla ſit inter homines ſermonis communicatio, nec quiſquam ſeipſum loquentem intelligat. Nam quemadmodum nemo intelligit, niſi vnum, id eſt, aliquid certa notione apprehenſum, & ab aliis diſtinctum (alioqui neceſſe foret, vt quandocumque aliquid mente concipimus, omnia ſimul conciperemus) ita nemo, vel ſibi, vel alteri, nomine vllo ſignificare quicquam poteſt, niſi vnum. Nihil enim aliis ſignificamus, niſi quod ipſi concipimus. Quocirca, cùm nomen æquiuocum in oratione ſumimus, niſi ij qui audiunt, illius ſignificationem, ex adiunctis ad vnum ſignificatum trahant, nullam omnino ſententiam concipere poſſunt, veluti ſiquis dicat, Gallum vidi.

2. Aequiuocum nomen non eſſe re vera vnum nomen.

Quo pacto nemo intelligat.

p *Dico autem vnum.* Exponit quid ſit ſignificare vnum, nihilque aliud eſſe ait, quàm ſignificare ipſum eſſe, ſiue quidditatem rei. Videtur autem loqui de nominibus communibus, in quibus ſolis per ſe verſantur ſcientiæ. Quamquam ſuo modo idem dici poteſt de propriis, ſumpta quidditate pro particulari natura rei. Quamquam nomina ſæpe imponuntur, ab accidentibus, tamen ea, ad quæ ſignificanda imponuntur, ſunt ipſæ naturæ rerum, quicquid illæ ſint, nihil enim propriè ac primò eſt homo, niſi ipſa quidditas hominis concretè ſignificata, atque ita ſuo modo res ſe habet in cæteris. Itaque cùm Ariſtot. ait (*ſi hoc homo eſt*) ſenſus eſt, ſi hoc nomẽ, hominem ſignificat, &c. vt Alex. exponit. reliqua ex dictis patent.

Quid ſit ſignificare vnũ.

Ad quæ ſignificãda imponantur nomina.

q *Non ergo fieri poteſt.* Præmittit ſecundum pronunciatum, quod ex primo colligit, nempe fieri non poſſe, vt eſſe hominis, ſiue ratio hominis ſignificet idem, quod nõ eſſe hominis, hoc eſt, ſit vnum & idem, quod ratio non hominis etiam ſi apud eos qui primum principium negãt, ambo de eodem dicãtur, vt de Socrate. Quod autem non ſint idem ex eo probat, quia nomen, *homo*, vnam tantùm rationem ſignificat, nempe animal bipes (ſublata iam æquiuocatione, ſi quã habet) etiã ſi illorum ſententia de eodem dicatur de quo dicitur non homo. Neque enim rectè colligat, quis hominem & non hominem vnum, & idem ſignificare, quia de eodem dicantur. Iſto enim pacto quæcunque de eodem dicuntur (vt muſicum, & album; ac homo de Socrate) idem ſignificarẽt: atque adeò quæ his vocabulis ſignificantur, vnum & idem eſſent: ex quo fieret, vt cõtradictio non in ipſis rebus, ſed in ſolis vocabulis cerneretur: ſi modò vlla contradictio in ſola voce poteſt conſiſtere. Neque enim plus intereſſet, inter hominem, & non hominem quàm inter hominem, & ἄνθρωπον, quam diuerſitatem ſola idiomatum varietas fecit: quod tamen vel ipſi aduerſarij minimè volunt. Etenim cùm dicunt: contradictoria poſſe eſſe ſimul vera, de oppoſitione rerum loquuntur, non vocabulorum. Ac meritò quidem, quia nec oppoſitio vocabulorum vlla eſſet, ſi omnia idem ſignificarent.

Ex eo, quòd nomina dicãtur de eodem, non rectè colligi ſignificare idem.

r *Erunt enim ſynonyma.* Synonyma, & homonyma idem valent hoc loco quemadmodum & vocabula præ ſe ferunt. Sed tamen, cùm conuenientia intelligi poſſit, vel diuerſarum rerum in eodem nomine, vel diuerſorum nominum in eadem re-

Primùm n igitur hoc ipſum verũ eſſe perſpicuum eſt, nomen ſignificare eſſe, aut non eſſe hoc: ex qua re fit, vt non quiduis hoc modo, & non hoc modo habeat. Praeterea o ſi homo vnum ſignificat, ſit illud animal bipes: dico autem p vnum ſignificare hoc, veluti ſi hoc homo eſt & homo aliquid ſit, hoc erit hominis eſſe. Nihil verò intereſt, ſi quis plura ſignificare dicat, modo definita ſint: poni enim poteſt cuique rationi aliud nomen: veluti ſi non dicat, hominem ſignificare vnum, ſed plura: quorum vnius quidem vna ſit ratio illa, Animal bipes: aliorum autem aliæ plures, ſed tamen numero definitæ: poteſt enim iuxta rationem quamque proprium imponi nomen. Quòd ſi imponi nequeat, ſed infinita ſignificare dicat perſpicuum eſt, orationem non eſſe. Etenim non vnum quippiam ſignificare, nihil ſignificare eſt. Sublata autem nominũ ſignificatione, mutuus hominum inter ipſos, & vniuſcuiuſque re vera ſecum ſermonis vſus tollitur. Nihil enim intelligi ab eo poteſt, qui nihil intelligat vnum. Quòd ſi poteſt: licebit ei rei nomen vnum imponere.

Text. 11. ¶ *Sit igitur nomen (quemadmodum & initio dictum eſt) aliquid ſignificans, & vnum ſignificans. Non q ergo fieri poteſt, vt eſſe hominis id ipſum, quod non eſſe hominis ſignificet, ſi verbum homo, non ſolùm de vno, ſed etiam naturam vnam, atque vnum ſignificat. Neque enim hoc exiſtimamus vnum ſignificare, de vno, inquã dici: quandoquidem ſi ita res habeat, iam Muſicum, & Album, atque Homo vnũ ſignificabunt: quare vnum erunt omnia. r erũt enim ſynonyma, neque*

re: hoc loco vtrumque vocabulum ſumitur, quatenus ſignificat conuenientiam diuerſorum nominum, ſiue aliarum vocum in eadem re: quæ conuenientia magis dici ſolet Polyonymia, quàm Synonymia, aut Homonymia.

Cur interpres hoc loco verbum è verbo non expreſſerit.

[f] *Neque erit contradictio.* Græcè eſt ad verbum. *Neque erit eſſe, & non eſſe niſi ſecundùm homonymiam ſeu nominum diuerſitatem.* Quia tamen Ariſtot. ſignificat contradictionē periphraſi illa, *Eſſe & non eſſe idem*, quæ obſcuram admodum orationem efficit: potiùs non omiſſis verbis ſenſum expreſſimus, cùm præſertim ex verbis quibus Ariſtoteles vtitur, contrarius ſenſus facilè concipi poſſit.

Synonyma, & homonyma.

[t] *Quod ſi non aliud.* Præmittit tertiū hoc pronunciatum, quod ex ſecundo colligit. Hęc nomina, *homo & non homo*, nō idem ſignificare. Nam ſi non diuerſa ſignificāt homo & non homo, ſed vnum & idem, non diuerſa etiā, ſed idem ſignificabunt eſſe, ſeu ratio hominis, & non hominis, quod falſum eſſe ſuperioris pronſiciati demōſtratione conſtat. Quod autem ad verba attinet, cùm Ariſtoteles ait: *Hoc enim ſignificat, &c.* explicat, ſeu potiùs repetit, quid ſit hoc loco vnum ſignificare vnum numero, aut ſubiecto, aut quouis alio modo, præterquàm vnum ratione quo pacto vnum ſignificant veſtimentum, ac tunica, ſi vna eſt eorum ratio.

καὶ [f] οὐκ ἔσται εἶναι καὶ μὴ εἶναι τὸ αὐτὸ, ἀλλ' ἢ καθ' ὁμωνυμίαν· ὥσπερ ἂν εἰ ὃν ἡμεῖς ἄνθρωπον καλοῦμεν, ἄλλοι μὴ ἄνθρωπον καλοῖεν. τὸ δ' ἀπορούμενον, οὐ τοῦτό ἐστιν, εἰ ἐνδέχεται ἅμα τὸ αὐτὸ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἄνθρωπον τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα. εἰ [t] δὲ μὴ σημαίνει ἕτερον, τὸ ἄνθρωπος, καὶ τὸ μὴ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ, τοῦ εἶναι ἀνθρώπῳ. ὥστ' ἔσται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ. ἓν γὰρ ἔσται. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ εἶναι ἕν, ὡς λώπιον καὶ ἱμάτιον, εἰ ὁ λόγος εἷς. εἰ δὲ ἔσται ἕν, ἓν σημαίνει τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, καὶ μὴ ἀνθρώπῳ. ἀλλ' ἐδέδεικτο ὅτι ἕτερον σημαίνει.

Ἀνάγκη [u] τοίνυν εἴ τί ἐστιν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος ζῷον εἶναι δίπουν. τοῦτο γὰρ ἦν ὃ ἐσήμαινε τὸ ἄνθρωπος. εἰ δ' ἀνάγκη * τόδε, οὐκ ἐνδέχεται μὴ [x] εἶναι * τόδε αὐτὸ ζῷον δίπουν. ¶ τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀνάγκη εἶναι, τὸ ἀδύνατον εἶναι, μὴ εἶναι ἄνθρωπον. οὐκ ἄρα ἐνδέχεται ἅμα ἀληθὲς εἶναι εἰπεῖν, τὸ αὐτὸ ἄνθρωπον εἶναι, καὶ μὴ εἶναι ἄνθρωπον. ὁ [y] δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ εἶναι ἄνθρωπον. τὸ γὰρ ἀνθρώπῳ εἶναι, καὶ τὸ μὴ ἀνθρώπῳ εἶναι, ἕτερον [z] σημαίνει· εἴπερ καὶ τὸ λευκὸν εἶναι, καὶ τὸ ἄνθρωπον εἶναι ἕτερον. πολὺ γὰρ ἀντίκειται ἐκεῖνο μᾶλλον, ὥστε σημαίνειν ἕτερον. εἰ δὲ καὶ τὸ λευκὸν * φήσει τὸ αὐτὸ καὶ ἓν σημαίνειν, πάλιν τὸ αὐτὸ ἐροῦμεν, ὅπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, ὅτι ἓν τὰ πάντα ἔσται, καὶ οὐ μόνον τὰ ἀντικείμενα. εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται τοῦτο, συμβαίνει τὸ λεχθέν, ἂν [a] ἀποκρίνηται τὸ ἐρωτώμενον.

ἐὰν

* aliàs τότε. Text.12. * alius habet τότε. * alius habet φύσει.

Extruitur prima ratio ex iis quæ poſita ſunt.

[u] *Si quid igitur.* Iam concludit ex certa, & definita ſignificatione nominum, ex qua diximus primam rationem deſumendam, in nullis omnino rebus dari contradictoria ſimul vera. Ratio hæc eſt: ſi quid verè dicitur homo, id neceſſe eſt eſſe animal bipes, vt patet ex primo pronunciato: quod autem neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt non eſſe: igitur impoſſibile eſt, idem non eſſe animal bipes, ſiquidem Neceſſe eſſe, idem ſignificat, quod Impoſſibile eſt non eſſe. ita ergo fit, vt impoſſibile ſit verè dicere, ſimul aliquid eſſe hominem, & non eſſe hominem. Quæ ratio in cæteris etiam contradictoriis eodem modo valet.

[x] *Vt non ſit homo.* Pro eo, ac ſi diceret, vt non ſit animal bipes. [y] *Eadē ratio.* Idē valet argumētatio ſi incipias à negatione hominis, cuius ratio eſt, Nō eſſe animal bipes. Non ſi quid verè dicitur non eſſe homo, id neceſſe eſt, vt dicatur non eſſe animal bipes, quod autem neceſſe eſt non eſſe impoſſibile eſt eſſe, ergo, &c.

[z] *Aliud enim, ac aliud.* Probat conſequentiam propoſitę rationis ex ſecundo pronunciato. Niſi enim ex illo conſtaret, eſſe hominis, & non eſſe hominis non idem ſignificare, negaret aduerſarius conſequentiam, atque ad probationem diceret, Neceſſe eſſe, non idem ſignificare, quod impoſſibile non eſſet, quoniam aſſereret eſſe hominis & non eſſe hominis idem ſignificare: nunc autem cùm probatione

ſecundi

ed by Google

ſecundi pronunciati demonſtratum ſit, id fieri non poſſe (quod etiam perſpicuè confirmatur in albo, & homine, argumento à minore ſumpto) fit id, quod dictum eſt, hoc eſt, neceſſariò ſequitur principalis concluſio, Impoſſibile, nimirum, eſſe, vt idem ſimul ſit homo, & nō ſit homo. [aa] *Si modo ad id.* Poſſet aduerſarius, vt vim propoſitæ rationis effugeret, ita ſe habere in reſpōdendo, vt cùm initio redarguēs ab eo quæreret: eſſet ne Socrates homo, illi reſponderet nō ſimpliciter, Eſſe, vel Non eſſe, ſed tū, Eſſe, tum etiam, Non eſſe: hoc enim pacto non poſſet redarguens vlterius progredi. Huic ergo cauillationi occurrit Ariſt. propoſitã rationē aptè rem conficere, ſi modò is, qui defendit poſitionem, legitimè ad id, quod quæritur, reſpondeat, quod tum demū faciet, ſi tantùm reſpondeat, Ita eſſe, vel, Nō ita. Quòd ſi ille non tantùm ad id, quod quæritur, ſed ad non quæſita etiam reſpondeat, vitio illius tribuendum erit, quòd argumētatio vlterius non procedat. Quòd autem ea reſpōſio vitioſa ſit: ex eo probat Ariſt. quia cū Socrati, de quo quærimus an ſit homo, multa alia attributa cōueniant, vt ꝙ ſit albus, quòd magnus, &c. aut omnia præter id, quod designatè quærimus, afferenda ſunt in reſponſione, aut nullū: eſt enim par ratio in omnibus, cùm nihil cęterorū quæratur, cùm ergo fieri nō poſſit, vt omnia afferantur, eò quòd nihil prohibeat eſſe infinita: efficitur, vt nihil afferendū ſit in reſponſione, niſi quòd in quæſtione exprimitur. Addit Alex. hoc quoque vitio notādos eſſe aduerſarios, quòd cùm rogati, ſit ne Socrates homo, reſpōdent, illum eſſe hominē, & non eſſe hominem in ipſa reſponſione principium petant. De hoc enim poſita erat quæſtio, Num fieri poſſet vt idem ſimul eſſet, & non eſſet. Quo loco aduerte, tertiū pronunciatū, quod antè præmiſſum eſt, huic cauillationi diluendæ vtile fuiſſe. Ideò enim ad quæſitum illud ſimplex, Num Socrates ſit homo, non eſt reddenda reſponſio, ꝙ ſit homo, & nō ſit homo, ſeu (quod eodem redit) quòd ſit homo & non homo, quia homo, & non homo, nō idem, ſed diuerſa ſignificāt.

Occurritur cauillationi aduerſarij.

Vitium eorū, qui reſpondēt ad non quæſita.

Illud etiam aduerte, id quod Ariſtoteles ait, fieri poſſe, vt eidem infinita conueniant (quod de iis, quæ actu, ac ſimul conueniunt intelligendum eſt) ſaltem propter infinitas relationes rationis, vt placet D. Thom. dictum eſſe. Ac rectè quidem ait: *ſaltem*, quia idem dicendum eſt de infinitis negationibus, vt innuit ipſe Ariſtoteles, cùm ait: *Quæcumque inſunt, aut non inſunt.* Quæ ſi vera ſunt, non ſolùm negationes, ſed etiam plurimæ relationes rationis poſſunt cōuenire rebus abſque operatione intellectus, quòd ſæpius monuimus.

Infinitas relationes rationis, & negationes poſſe ſimul eidem rei conuenire.

neque [f] erit cōtradictio niſi ſecundùm homonymiã, vt ſi quem nos hominē vocamus, alij non hominē appellent. Id autem, de quo eſt quæſtio, nō illud eſt. Nū contradictio hominis & non hominis in nomine ſit poſita, ſed in re ipſa. Quòd [t] ſi non aliud ſignificant Homo & Non homo: perſpicuum quoque eſt, nō eſſe hominis non aliud ſignificare, quam eſſe hominis. Itaque erit hominis eſſe, ipſū nō eſſe hominis: erūt, enim vnū. Hoc enim ſignificat eſſe vnū veluti tunica, & veſtis, ſi ratio vna ſit. Si verò vnū erūt, vnū profectò & eſſe hominis, & nō eſſe hominis ſignificāt: at demōſtratū erat, aliud ſignificare.

Si [u] quid igitur verè dicitur homo, id animal bipes ſit neceſſe eſt: hoc enim erat, quod homo ſignificabat, quòd ſi hoc neceſſe eſt: fieri non poteſt, vt hoc idem non

Text. 12. *ſit animal bipes: ¶ hoc enim ſignificat Neceſſe eſſe, Fieri non poſſe, vt [x] non ſit homo. Non igitur fieri poteſt, vt idem ſimul verè dicatur, & eſſe homo, & non*

Lect. 7. p. 8. *eſſe homo. Eadem [y] ratio eſt, ſi quid dicatur non eſſe homo: aliud [z] enim atque aliud ſignificant eſſe hominis, & non eſſe hominis: quandoquidem & album eſſe, & hominem eſſe diuerſa ſunt: multò enim magis illud opponitur: quare aliud atque aliud ſignificant. Si verò & album dicat, vnum atque idem ſignificare, idem illud rurſus, quod antea dictum eſt proferemus, Vnum eſſe omnia, & non tantùm oppoſita. Quòd ſi hoc fieri nequit, iam id, quod dictum eſt, efficitur, ſi [aa] modò ad id, quod quæritur: reſpondeat. Sin*

bb *Et ſi millies* Græcè *μυριάκις*, id eſt *decies millies*, quod Beſſario vertit infinities. Vetus interpres, & Perionius, quos ſequuti ſumus, magis accommodatè ad Latinum vſum reddunt. *Millies*, Senſus tamen rectè exprimitur ab Argyrophylo qui pro *μυριάκις* legit. *Quàm maximè*. Nihil enim aliud ſignificat Ariſtoteles quam quòd, etſi veriſſimum eſſe concedatur, Socratem eſſe ſimul hominem, & non hominem: tamen quærenti, num Socrates ſit homo, non ſimul reſpondendũ eſt, eſſe hominem, & non hominem, ſed tantùm eſſe hominem, aut, non eſſe hominem.

cc *Quod tamen niſi faciat*. Id eſt, niſi aut ſimpliciter reſpondeat, aut omnia reddat, non legitimè diſputat. Quidam Græci codices, & Perionici verſio habent. Quod ſi faciat, non diſputat. Quæ lectio, ſi vera eſt, ſic eſt exponẽda. Quòd ſi omnia conetur reſpõdere, quæ rei inſunt, ac non inſunt omnis de medio diſputatio tollitur, quia nunquam reſponſio abſoluetur. Nos negatiuam magis probauimus, vt cæteri interpretes. *Varia lectio.*

dd *Omninò autem*. Proponit ſecundam rationem, quæ ducitur ex ratione prædicationis ſubſtantialis hunc in modum. Si contradictoria eſſent ſimul vera, nulla eſſet ſubſtantia, quidditáſque, id eſt, nulla eſſet prædicatio ſubſtantialis: ſed omnia prædicarentur vt accidentia, hoc autem fieri non poteſt, ergo nec illud. Maiorem dupliciter probat. Primùm, quia ea, quæ prædicantur ſubſtantiali prædicatione de vna, & eadem re, ſunt vnum & idem, vt animal, & ſubſtantia, quemadmodum & ipſa ſubſtantia eſt vna & eadem: at contradictoria, vt hominem eſſe, & non eſſe hominẽ, (aut ſi mauis) eſſe hominem, & eſſe non hominẽ, non ſunt vnum & idem, vt ſuperiùs dictum, ac probatũ eſt. Deinde, quia quando aliquid ſubſtantiali prædicatione dicitur ſubiectũ, eſt id ipſum, quod prędicatũ: quod in accidentariis, non eſt cõcedendum: ne, cùm multa accidãt eidẽ rei ſubiectæ cogamur admittere, rem vnam eſſe multas. Socrates autẽ verbi cauſſa non poteſt eſſe id ipſum quod homo, & id ipſum, quod non homo, quod ex dictis patet. Atque hæ duæ probationes adeò ſunt inter ſe connexæ in cõtextu, vt vna & eadẽ videantur. *Secũda ratio.*

ee *Quòd non aliud*. Quàm videlicet idipſum, quod res eſt.

ff *Album enim*. Etſi Argyropylus habet, *Albedo enim*, quemadmodum & Beſſario placuit tamẽ magis verſio antiqua, tum quia ſenſus planior eſt (nec enim albedo,

ſed

ἐὰν δὲ προστιθῇ ἐρωτῶντός τινος ἁπλῶς καὶ τὰς ἀποφάσεις, οὐκ ἀποκρίνεται τὸ ἐρωτώμενον· οὐθὲν γὰρ κωλύει εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ ἄνθρωπον καὶ λευκόν, καὶ ἄλλα μυρία τὸ πλῆθος· ἀλλ' ὅμως ἐρομένου, εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν ἄνθρωπον τοῦτο εἶναι, ἢ οὔ, ἀποκριτέον τὸ ἓν σημαῖνον, καὶ οὐ προσθετέον, ὅτι καὶ λευκὸν καὶ μέγα. καὶ γὰρ ἀδύνατον, ἄπειρα ὄντα τὰ συμβεβηκότα διελθεῖν. ἢ οὖν ἅπαντα διελθέτω, ἢ μηθέν. ὁμοίως τοίνυν εἰ καὶ bb μυριάκις ἐστὶ τὸ αὐτὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, οὐ προσαποκριτέον τῷ ἐρομένῳ εἰ ἔστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἔστιν ἅμα καὶ οὐκ ἄνθρωπος· εἰ καὶ μὴ τἆλλα ὅσα συμβέβηκε προσαποκριτέον, ὅσα ἐστὶν ἢ μὴ ἐστίν, ἐὰν cc δὲ μὴ * τοῦτο ποιῇ, οὐ διαλέγεται. * *Aliàs non habetur μὴ.*

Ὅλως dd δ' ἀναιροῦσιν οἱ τοῦτο λέγοντες οὐσίαν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι. πάντα γὰρ ἀνάγκη συμβεβηκέναι φάσκειν αὐτοῖς, καὶ τὸ, ὅπερ ἀνθρώπῳ εἶναι, ἢ ζῴῳ εἶναι, μὴ εἶναι· εἰ γὰρ ἔσται τι ὅπερ ἀνθρώπῳ εἶναι, τοῦτο οὐκ ἔσται μὴ ἀνθρώπῳ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ· καίτοι αὗται ἀποφάσεις τούτου. ἓν γὰρ ἦν ὃ ἐσήμαινεν, καὶ ἦν τοῦτό τινος οὐσία. τὸ δ' οὐσίαν σημαίνειν ἐστὶν, ὅτι ee οὐκ ἄλλο τι τὸ εἶναι αὐτῷ. εἰ δ' ἔσται αὐτῷ καὶ τὸ ὅπερ ἀνθρώπῳ εἶναι, ὅπερ μὴ ἀνθρώπῳ εἶναι, ἢ ὅπερ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ, ἄλλο ἔσται. ὥστ' ἀναγκαῖον αὐτοῖς λέγειν, ὅτι οὐθενὸς ἔσται τοιοῦτος εἰδικὸς καὶ οὐσιώδης, καὶ ἀεὶ τοῦ ὑποκειμένου προσηρμοσμένος λόγος, ἀλλὰ πάντα κατὰ συμβεβηκός· τούτῳ γὰρ διώρισται οὐσία καὶ τὸ συμβεβηκός. τὸ ff γὰρ λευκὸν τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν, ὅτι ἔστι μὲν λευκός, ἀλλ' οὐχ ὅπερ λευκόν. ¶ εἰ δὲ πάντα κατὰ συμβεβηκὸς λέγεται, οὐθὲν ἔσται πρῶτον τὸ gg καθόλου. εἰ hh δ' ἀεὶ τὸ συμβεβηκὸς καθ' ὑποκειμένου τινὸς σημαίνει τὴν κατηγορίαν, ἀνάγκη ἄρα εἰς ἄπειρον ἰέναι· ἀλλ' ἀδύνατον.

Text. 13.

Text. 14.

οὐδὲ

ſed album prædicatur de ſubiecto) tum etiam, quia penè idem pronuntiatum habetur primo Poſt. cap. 18. vbi τὸ λευκὸν verti ſolet Album, non Albedo.

g g *Id quod vniuerſale.* Nomine primi intelligit ſubſtantiam, quæ eſt primum genus entium vt per ſubſtantiam ſignificet ſubſtantialem prædicationem, quemadmodum paulò antè. Itaq; verba hæc ad expoſitionem minoris propoſitionis propoſitæ rationis videtur pertinere, vt Ariſtoteles idem eſſe dicat, omnia prædicari, vt accidentia, atque nihil prædicari, vt ſubſtantiam. *Nomine primi ſubſtãtiam intelligi.*

h h *Quod ſi accidens.* Probat minorem rationis propoſitæ (nēpe, fieri non poſſe, vt omnia prædicētur vt accidentia); hunc in modũ. Si omnia prædicarētur vt accidentia, daretur infinitus progreſſus in accidētibus: hoc autem fieri non poteſt: ergo nec illud. Maior ex eo oſtenditur. Quia omne accidens eget ſubiecto aliquo, de quo dicatur, Quod ſit, vt ſi nulla ſit ſubſtantia, de qua accidens dicatur, accidens A. dicatur de B. accidente, & B. de C. atq; ita aliud de alio in infinitum, veluti album de frigido, & frigidum de quanto, & quantũ de alio accidente, quod ſubiciatur quanto, & ita deinceps. Vt autē oſtendat fieri nõ poſſe, vt detur infinitus progreſſus in accidentib. quę eſt minor propoſitio, duo ſupponit. Alterũ eſt, ad vnum ſubiectum ex multis conficiendum, non poſſe connecti plura quàm duo, quorum alterũ ſit, vt materia, alterum vt forma: vt ſi dicas. Animal rationale eſt ſubſtantia: vel, Socrates albus eſt muſicus. Quòd ſi vni quaſi materiæ addas duas formas, iam non erit vnũ ſubiectũ, vt ſi dicas Socrates albus, muſicus eſt grammaticus, quod ipſe iam docuerat ſecundo de interpretat. c. 3. Alterum verò eſt, duobus tantũ modis accidentia poſſe prędicari, aut de ſe inuicem, ratione cõmunis ſubiecti, vt muſicũ de albo, & viciſſim albũ de muſico; aut de ipſo ſubiecto, quod itē docuerat primo Poſt. c. 18. Hæc ſi aduerſarius rogatus conceſſerit, iam ſic argumentatur Ariſt. Neutro modo poteſt dari progreſſus infinitus in accidentibus: ergo nullo. Cõſequentia patet ex poſteriori ſuppoſitione. Antecedens, quod ad priorē modum prędicandi attinet, ex eo ſupponit quaſi perſpicuũ, quia in eo reperitur vltimũ ſubiectũ, vtpote illud, ratione cuius accidentia de ſe inuicē prædicantur: quò fit, vt illo prædicãdi modo non habeatur in infinitũ deorſum verſus, facto progreſſu à prædicatis ad ſubiecta. Quod verò attinet ad poſteriorem (quod eſt *Non dari progreſſum infinitum in accidentibus.* *Duplex prædicatio accidentium.*

Sin verò ſimpliciter rogante aliquo, negationes quoque addat, nõ reſpõdet ad rogatũ, nihil enim prohibet, quominus idē ſit & homo, & albũ, & alia multitudine infinita. Sed tamen rogante verũne ſit hoc hominē eſſe, an non, reſpondendũ eſt id, quod vnũ ſignificat, nec addendũ, eſſe albũ aut magnũ: neque enim fieri poteſt, vt accidētia, cùm infinita ſint, quiſquã percurrat: aut igitur omnia recēſeat: aut nullũ. Eodem igitur pacto, etſi b b *millies idē ſit homo, & nõ homo, interrogāti tamē, nũ homo ſit: reſpondendũ nõ eſt, eſſe ſimul non hominē, niſi etiam cætera omnia, quæ acciderunt ſiue ſint, ſiue non ſint, afferantur: hoc* c c *enim niſi facias, non diſputat.*

Text.13. *Omninò* d d *autē, qui hoc dicunt, ſubſtantiam, & quidditatē de medio tollunt. Omnia enim accidere dicant neceſſe eſt, & id nõ eſſe, quòd verè hominis eſſe, aut animalis eſt. Si quid enim erit ipſum hominis, eſſe, id nõ erit non hominis eſſe, aut non eſſe hominis. Atqui hæ ſunt eius negationes. Vnum enim erat quod ſignificabat, atque id erat alicuius ſubſtantia: ſubſtantiã autem ſignificare eſt, quòd* e e *non aliud quicquã ſit eius eſſe. Quod ſi eius eſſe, hominis quoque eſſe fuerit: aliud ſane fuerit nõ hominis eſſe, aut nõ eſſe hominis. Quare dicãt, ipſi neceſſe eſt, nullius propriã, & eſſentialem, ac ſemper ſubiecto conuenientem eſſe eiuſmodi rationē: ſed omnia per accidens dici, hoc enim intereſt inter ſubſtantiam, & accidens. Album enim* f f *propterea homini accidit, quòd albus quidē eſt; ſed non eſt id ipſum, quod album.*

Text.14. *¶ Si verò per accidens omnia dicantur, id* g g *quod vniuerſale eſt, nihil primũ erit. Quòd* h h *ſi ſemper accidens de ſubiecto aliquo prædicationem ſignificat, in infinitum eatur neceſſe eſt. At fieri non poteſt. Neque*

facto

facto progreſſu ſurſum verſus à ſubiectis ad prædicata) ea ratione probatur, quia duobus tantùm modis id poſſet accidere. Vno, ſi quemadmodũ albũ accidit Socrati, ſic aliud accidens, vt muſicũ, accideret Socrati albo, & aliud deinde Socrati albo muſico, atq; ita in infinitũ, altero, ſi relicto ſubiecto diceremus, quemadmodũ album accidit Socrati, ita muſicũ accidere albo, & muſico accidere grammaticum, & ita in infinitum. Prior modus impugnatur, quia Socrates albus muſicus, non poteſt eſſe vnum ſubiectum, vt patet ex priori ſuppoſitione. Poſterior duplicitet. Primùm, quia in accidentibus inter ſe comparatis non datur ordo, ſed indifferenter fit reflexio inter quęlibet, neque magis hoc accidit illi, quã illud huic: vbi autem datur reflexio, non datur progreſſus in infinitum. Deinde, quia iam iſto modo incidit in illum, quo accidens ea ratione prędicatur de accidente, quia ambo prædicãtur de eodem ſubiecto, in quo quidem modo iam ſuppoſitum erat, non dari progreſſum in infinitum.

In accidentib. non dari ordinem.

οὐδὲ γὰρ πλείω συμπλέκεται δυοῖν. τὸ γὰρ συμβεβηκὸς, οὐ συμβεβηκότι συμβεβηκὸς, εἰ μὴ ὅτι ἄμφω συμβέβηκε ταὐτῷ. λέγω δ' οἷον, τὸ λευκὸν καὶ μουσικὸν, καὶ τοῦτο λευκὸν, ὅτι ἄμφω τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν. ἀλλ' οὐχ ὁ Σωκράτης μουσικὸς οὕτως, ὅτι ἄμφω συμβέβηκεν ἑτέρῳ τινί. ἐπεὶ τοίνυν τὰ μὲν οὕτως, τὰ δ' ἐκείνως λέγεται συμβεβηκότα, ὅσα οὕτως λέγεται, ὡς τὸ λευκὸν τοῦ Σωκράτους, οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρα εἶναι ἐπὶ τὸ ἄνω, οἷον τῷ Σωκράτει τῷ λευκῷ, καὶ ἕτερόν τι συμβεβηκός. οὐ γὰρ γίνεταί τι ἓν ἐξ ἁπάντων, οὐδὲ δὴ τῷ λευκῷ ἕτερόν τι ἔσται συμβεβηκὸς, οἷον τὸ μουσικόν. οὐθέν τι γὰρ μᾶλλον τοῦτο ἐκείνῳ, ἢ ἐκεῖνο τούτῳ συμβέβηκεν. καὶ ἅμα διώρισται, ὅτι τὰ μὲν οὕτως συμβέβηκε, τὰ δ' ὡς τὸ μουσικὸν Σωκράτει. ὅσα δ' οὕτως, οὐ συμβεβηκότι συμβέβηκε τὸ συμβεβηκὸς, ἀλλ' ὅσα ἐκείνως. ὥστ' οὐ πάντα κατὰ συμβεβηκὸς λεχθήσεται. ἔσται ἄρα τι, καὶ ὡς οὐσίαν σημαῖνον. εἰ δὲ τοῦτο, δέδεικται ὅτι ἀδύνατον ἅμα κατηγορεῖσθαι τὰς ἀντιφάσεις.

Ἔτι [i i] εἰ ἀληθεῖς αἱ ἀντιφάσεις ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ πᾶσαι, δῆλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἕν. ἔσται ἄρα τὸ αὐτὸ καὶ τριήρης καὶ τοῖχος καὶ ἄνθρωπος, εἰ [k k] κατὰ παντός τι ἢ καταφῆσαι ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται, καθάπερ ἀνάγκη τοῖς τὸν Πρωταγόρου λέγουσι λόγον. εἰ γὰρ τῷ δοκεῖ μὴ εἶναι τριήρης ὁ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι οὐκ ἔσται τριήρης· ὥστε καὶ ἔστιν, εἴπερ ἡ ἀντίφασις ἀληθής. καὶ γίγνεται δὴ τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου, ὁμοῦ πάντα χρήματα· ὥστε μηδὲν [i i] ἀληθῶς ἓν ὑπάρχειν. τὸ ἀόριστον οὖν ἐοίκασι λέγειν, καὶ οἰόμενοι τὸ ὂν λέγειν, περὶ τοῦ μὴ ὄντος * λέγουσι. τὸ γὰρ δυνάμει ὂν καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ, τὸ ἀόριστόν ἐστιν. ἀλλὰ [m m] μὴν λεκτέον γε αὐτοῖς κατὰ παντὸς τὴν κατάφασιν ἢ τὴν ἀπόφασιν. ἄτοπον γὰρ εἰ ἑκάστῳ, ἡ μὲν αὐτοῦ ἀπόφασις ὑπάρξει, ἡ δ' ἑτέρου, Text.15.

** Græci codices inſerũt hoc loco verbum δυνάμει quod à nullo interpretum vertitur.*

An in accidentibus inter ſe detur ordo.

At obiiciat aliquis, hãc rationem nihil concludere. Primùm, quia in accidentib. datur ordo: Qualitates enim primæ ſubiiciuntur ſecundis, & ex ſecũdis aliæ ſupponuntur aliis, quò fit, vt non rectè ſumpſerit Ariſt. non dari in accidentibus ordinem. Deinde, quia, etſi in priori prædicandi modo non detur progreſſus infinitus deorſum verſus, nec in poſteriori ſurſum, dicet tamen fortaſſe aliquis, dari in priori ſurſum, & in poſteriori deorſum, quod ſi verum eſt, nihil eſt concluſum ab Ariſtotele.

Prior obiectio. *Poſterior.*

Obſeruatio. Ad hæc, in primis dicendum eſt, Ariſtot. non argumentari hoc loco, niſi ex conceſſis ab aduerſario: alioqui nihil probaret, vt ſuprà dictum eſt, cùm ſaltem ex minùs notis ad notiora confirmanda progrediatur: id quod in omnibus rationibus ſequentibus eſt obſeruandum.

Solutio prioris. Deinde ad priorem obiectionem dicendum cùm D. Thoma, Etſi in pleriſque accidentibus datur ordo cauſſæ, cùm alia quaſi oriantur ex aliis, non tamen dari ordinem ſubiectionis. Etenim nullum accidens Lect.9. p.10.

eſt

eſt propriè ſubiectum alterius, quamuis poſſit eſſe cauſſa, cur ſubiectũ illud recipiat. At hic agi de ordine ſubiectionis. Ad poſteriorem dicendũ eſt, ſi quis daret in priori modo progreſſum in infinitũ ſurſum verſus, iã incideret in poſteriorẽ, & viciſſim: ſi illũ cõcederet in poſteriori deorſum, iam incideret in priorũ. Quare ea in re nihil prætermiſſum eſſe ab Ariſt.

Poſterioris.

Text.35.

Neque enim plura, quàm duo copulantur, quippe cum accidens non ſit accidenti accidens, niſi quia vtrumq́; eidem accidit. Verbi gratia, & album eſt muſicum, & hoc albũ eſt, quia vtrumq́; accidit homini. Verum Socrates nõ ea ratione eſt muſicus, quòd vtrumq́; alicui alteri accidat. Cùm igitur quædam hoc modo, alia illo accidẽtia dicantur, quæ ita dicuntur vt albũ de Socrate, ea ſuperiora verſus infinita eſſe nequeũt, vt Socrati albo aliud quoddam ſit accidens: non enim ex omnibus vnum quid efficitur. Sed neque albo aliud quoddã erit accidens, veluti muſicum: neque enim magis hoc illi, quàm illud huic accidit. Definitum quoque & illud eſt, alia hoc pacto accidere, alia, vt muſicũ Socrati: quæ autem hoc modo accidunt, ea accidenti non accidunt, ſed quæ illo modo. Quare non omnia per accidens dicentur. Erit igitur aliquid, quod ſubſtantiam ſignificet. Quòd ſi ita eſt, demonſtratum relinquitur, fieri non poſſe, vt ſimul contradicentia prædicentur.*

* *Aliàs in homine.*

Text.15.

Præterea ii *ſi contradicentia ſimul de eodem vera ſunt omnia, perſpicuum eſt, omnia vnum fore. Erunt igitur idem, & triremis, & murus, & homo, ſi* kk *quid de omni re, aut affirmare, aut negare poſſumus, quemadmodum neceſſe eſt fateantur ij, qui Protagoræ ſententiam ſequuntur. Nam ſi homo cuipiam videatur non eſſe triremis, patet, illum non fore triremem: quare & triremis eſt, ſi contradictio eſt vera. Atque etiam illud Anaxagoræ efficitur, res omnes ſimul eſſe, proinde nihil* ll *verè vnum eſſe. Ipſum igitur indefinitũ aſſerere videntur, & exiſtimantes, ſe de ente loqui, de non ente agunt. Id enim, quod indefinitum eſt, potentia ens eſt, non actu. At* mm *verò concedenda eſt eis de quauis re affirmatio, aut negatio. Abſurdum eſt enim, ſi ſua cuique negatio conueniat; alterius autem, quod*

Tertia ratio.

ii *Præterea ſi contradictoria.* Proponit tertiam rationẽ, quæ ducitur ex diſtinctione rerum hoc modo. Si cõtradictoria ſunt ſimul vera, omnia ſunt vnũ, nullaq́; datur diſtãtia inter verũ & falſum, hoc eſt, fieri poteſt, vt vtraque ſint vera ſimul, & vtraque falſa, hæc autẽ ſunt abſurdiſsima, ergo & illud. In hac ratione (cuius minor propoſitio ponitur conceſſa ab aduerſario, alioqui nihil fit) propoſita priori parte maioris ait Ariſt. idem incommodum ſequi ex opinione Protagoræ Sophiſtæ, & Anaxagoræ Philoſophi: dicebat enim Protagoras, quicquid videtur in habere, vt videtur. Anaxagoras autem, omnia eſſe in omnibus, quamquã pro Anaxagora hanc excuſationem afferre Ariſt. quod eius ſententia quodammodo vera ſit in materia, quæ, cùm ex ſe indefinita ſit, & omnium formarũ capax, quodammodo cenſetur eſſe omnia. Anaxagoras autem hoc peccabat, quod perinde de rebus: quæ ſunt potentia, loquebatur, ac ſi eſſent actu.

Protagoras.
Anaxagoras.

kk *Si quid de omni* Id eſt, indifferẽter quauis re vtralibet pars contradictionis eſt vera, ſiue negatiua, ſiue affirmatiua, quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ſi vtraq; eſt vera.

ll *Nihil verè vnum.* Verè vnum hoc loco alij exponunt, diſtinctũ ab aliis. Quia tamen diſtinctio ab aliis non eſt de ratione vnius, nec Anaxagoras ita dicebat, omnia eſſe ſimul, vt nihilominus non diſtingueret ſingula propriis rationibus, potius dicendum, verè vnum ſignificare, non multa. Nulla enim res corporea eſt, quæ Anaxagoræ ſententia non eſſet cæteras omnes.

Verè vnum.

mm *At verò concedenda.* Probat priorem partem maioris ex eo, quia qui putant

contra

contradictoria poſſe eſſe ſimul vera, coguntur fateri, quamlibet, ſiue affirmationē, ſiue negationem poſſe eſſe veram, atque adeo, triremem poſſe verè affirmari de homine, itémque parietem, & cætera omnia, & quod hic ſequitur, omnia eſſe vnū, & idem inter ſe. Quòd ſi aliquis admittens contradicentia ſimul vera, neget, triremem aut quiduis aliud, poſſe dici de homine, cogit illum Ariſt. hac ratione. Magis videtur pugnare cum homine negatio hominis, quàm negatio triremis non conuenientis homini, vt ais, at negatio hominis non pugnat per ſe cū homine, ergo nec negatio triremis: quare neque huius contradictorium, quod eſt triremis, pugnabit cū homine: quod idem eodem modo concludi poteſt in reliquis.

•• *Et negatio dicatur.* Supple. *Et viciſſim affirmatio, ſi negatio dicatur.* Ita videtur ſupplere Alex.

•° *Nec neceſſe eſſe.* Probat poſteriorem partem maioris hac ratione: Quia, ſi contradictoria ſunt vera, fieri poteſt, vt eadem ipſa ſimul falſa ſint, vt, ſi vera ſunt hæc, Socrates eſt homo, & Socrates non eſt homo, vera etiam eſſe poterunt per aduerſarium, hæc, quæ illis cōtradicunt, Nec Socrates eſt homo, nec Socrates non eſt homo, ſiue ex vtraque parte ſeorſim ſumātur duæ enunciationes ſimplices, ſiue vna cōiuncta ex duobus. Quòd, ſi tota hæc poſterior oratio vera eſt, cùm ea dicat, ſuperiorem eſſe falſam (hoc enim ſignificant negationes in principio ſingularum ſimplicium enunciationum poſitæ) efficitur, vt ſuperior illa ſit falſa, ita fieri poteſt, vt contradictoriæ enunciationes ſint veræ ſimul, ac falſæ.

ἑτέρου ὃ μὴ ὑπάρχει αὐτῷ οὐχ ὑπάρξει. λέγω δ' οἷον, εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ οὐ τριήρης, εἰ μὲν οὖν ἡ κατάφασις, ἀνάγκη καὶ •• τὴν ἀπόφασιν. εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει ἡ κατάφασις, ἥ γε ἀπόφασις ὑπάρξει μᾶλλον, ἢ ἡ αὐτοῦ, * εἰ οὖν κἀκείνη ὑπάρξει, καὶ ἡ τῆς τριήρους. εἰ δ' αὕτη, καὶ ἡ κατάφασις. ταῦτά τε οὖν συμβαίνει τοῖς λέγουσι τὸν λόγον τοῦτον, καὶ ὅτι οὐκ •° ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι. εἰ γὰρ ἀληθὲς, ὅτι ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ οὔτ' ἄνθρωπος, οὔτε οὐκ ἄνθρωπος ἔσται. τοῖν γὰρ δυοῖν, δύο ἀποφάσεις. εἰ δὲ μία ἐξ ἀμφοτέρων ἐκείνη, καὶ αὕτη μία ἂν εἴη ἀντικειμένη.

* Græci codices addunt, ἢ τῆς τριήρους, quod omnes merito expungunt vno excepto Perionio.

Text. 16.

Ἔτι ‡‡ ἤτοι περὶ ἅπαντα οὕτως ἔχει, καὶ ἔστι καὶ λευκὸν καὶ οὐ λευκόν, καὶ ὂν καὶ οὐκ ὄν, καὶ περὶ τὰς ἄλλας φάσεις καὶ ἀποφάσεις ὁμοιοτρόπως, ἢ οὔ, ἀλλὰ περὶ μέν τινας, περὶ τινὰς δ' οὔ. καὶ εἰ μὲν μὴ περὶ πάσας, αὗται ἂν εἶεν ὁμολογούμεναι· εἰ δὲ περὶ πάσας, πάλιν ἤτοι καθ' ὅσων τὸ φῆσαι, καὶ ἀποφῆσαι, καὶ καθ' ὅσων ἀποφῆσαι, καὶ φῆσαι, ἢ κατὰ μὲν ὧν φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι· καθ' ὅσων δὲ ἀποφῆσαι, οὐ πάντων φῆσαι. καὶ εἰ μὲν οὕτως, εἴη ἄν τι παγίως οὐκ ὄν· καὶ αὕτη βεβαία δόξα. καὶ εἰ τὸ μὴ εἶναι βέβαιόν τι καὶ γνώριμον, * βεβαιοτέρα ἂν εἴη φάσις ἡ ἀντικειμένη. εἰ δὲ ὁμοίως καὶ ὅσα ἀποφῆσαι φάναι, κατάφασιν ἀνάγκη, ἤτοι ἀληθὲς διαιροῦντα λέγειν οἷον ὅτι λευκόν, καὶ πάλιν ὅτι οὐ λευκόν, ἢ οὔ. καὶ εἰ μὲν μὴ ἀληθὲς διαιροῦντα λέγειν, οὐ λέγει τε ταῦτα, καὶ οὐκ ἔστιν οὐθέν. τὰ δὲ μὴ ὄντα, πῶς ἂν φθέγξαιτο, ἢ βαδίσειε; καὶ

* Aliàs γνωριμωτέρα.

Negationes quid efficiunt præpoſitæ enūciationibus.

Quarta ratio.

‡‡ *Præterea aut.* Addit quartam rationem, quæ huiuſmodi eſt. Si contradicentes enūciationes ſunt ſimul veræ: aut in omnibus ita ſe res habet: aut in quibuſdā. Si tantùm in quibuſdam, certè in iis, in quibus non ita ſe res habet (quod ſuperius ſaltem in ſubſtantialibus prædicationibus concedendum eſſe oſtenderat) in iis, inquam, dabuntur pronunciata definitæ veritatis, hoc eſt, quæ ita ſint vera, vt oppoſita ſint falſa, quod aduerſarij minimè videntur velle. Sin autem in omnibus ita ſe res habet, aut in quocumque eſt vera affirmatio, eſt etiam vera negatio, & viciſſim, in quo negatio, & affirmatio, aut in quibus eſt vera affirmatio, eſt item vera negatio, non tamen vice verſa: hoc enim potiùs aliquis dixerit, quàm quòd in quibuſcunque eſt vera negatio, ſit vera affirmatio. Quicquid enim

enim eſt homo, poterit videri nõ eſſe homo, cùm poſſit videri aliquid, quod non admodum diſtet ab homine: atque ita, illorum ſententia: quicquid eſt homo, poteſt non eſſe homo, & tamen non quicquid non eſt homo, continuò poteſt videri homo. Nemo enim punctum verbi cauſa, aut lapillum hominem putet. Si ergo in quibuſcumque eſt vera affirmatio, eſt item vera negatio: non tamen vice verſa, in quibuſcumque negatio, & affirmatio, erit aliquid certè nõ ens, id eſt, dabũtur negatiuæ certę, ac definitæ veritatis, quibus nimirũ repugnabit veritas oppoſitarum affirmationum, vt, pũctum non eſſe hominem. Quòd ſi in genere negationũ datur aliqua firmitas, maior ſanè dabitur in oppoſito genere affirmationis, ſiquidẽ, vt vel prima Dialecticæ rudimenta docent, veritas negatiuæ cõcludi nequaquã poteſt, niſi ex veritate alicuius affirmatiuæ: veritas autem nunquam ex veritate negatiuæ concluditur: quod aperto argumẽto eſt, veritatẽ affirmatiuæ eſſe fundamentũ veritatis negatiuæ. Ita fit, vt dici non poſſit, in quibus eſt vera affirmatio, eſſe verã negationem: nõ tamen viciſſim, in quibus negatio, & affirmationem. Hoc enim nihil eſt aliud quàm dicere firmiorem eſſe veritatem negationum, quàm affirmationũ. Quòd ſi hæc inter ſe reciprocantur, vt in quibuſcumque eſt vera affirmatio, & in quibus negatio, affirmatio, ſit etiam negatio, & in quibus negatio, affirmatio, id fieri non poſſe deinceps oſtendit.

Veritatem affirmatiua eſſe veritatis negatiua fundamentum.

quod ipſis non conuenit, non conueniat. Exempli cauſſa, ſi verum eſt, hominem nõ eſſe hominem dicere: perſpicuum eſt, & non triremem dici. Si igitur affirmatio dicitur, & ⁿ ⁿ negatio dicatur neceſſe eſt. Si verò affirmatio non conuenit, negatio certè magis, quam propria cõueniet. Ergo ſi & illa ineſt, triremis etiam negatio inerit: quòd ſi hæc, & affirmatio. Et hæc igitur eueniunt iis, qui hanc ſententiam vſurpant, nec ° ° neceſſe eſſe aut affirmare: aut negare dicum. Nam ſi verum eſt, eſſe hominem, & nõ hominem, perſpicuum eſt, nec hominem, nec nõ hominem fore, duorum enim duæ negationes ſunt. Quòd ſi illa vna eſt ex duabus conſtans, & hæc ſanè vna erit oppoſita.

Text. 16. *Præterea ᵖ ᵖ aut in omnibus ita res habet, éſtque & album, & non album, & ens, & non ens, atq; in cæteris affirmationibus, & negationibus eodem modo, aut non ita, ſed in quibuſdam ita habet, in quibuſdam non item. Si non in omnibus, hæ vtique certò conſtabunt. Si verò in omnibus, rurſum, aut de quibuſcumque licet affirmare, licet negare: & de quibuſcumque negare, affirmare: aut certè de quibus quidem affirmare licet, licet etiam negare, non autem de quibuſcumque negare, affirmare. Ac ſi res quidem hoc pacto habeat, erit aliquid haud dubiè non ens, atque hæc firma erit opinio. Quòd ſi ipſum non eſſe firmum quiddam, notũmque eſt, * firmior profectò erit oppoſita affirmatio. Sin ᑫ ᑫ autem eodem modo res habet. & quacumque licet, negare, licet affirmare: neceſſe eſt, aut diuidentem, verum dicere, veluti album eſſe, & rurſum, non album, aut non. Et quidem, ſi non accidit, vt verum dicat diuidens: nec profectò hæc dicit, nec omninò quicquam eſt: ea*

* *Aliàs, notior.*

ᑫᑫ *Sin autem eodem.* Probat latè non reciprocari iſta inter ſe: vt, in quibuſcumque eſt vera affirmatio, ſit vera negatio, & in quibus negatio, & affirmatio, quod aduerſarij planiùs videntur dicere, cùm omnia incerta faciant. Probatio hæc eſt, Si fieri poteſt, vt iſto modo omnes contradicentes ſint ſimul veræ, aut id conceditur diuiſim, vt ſi dicas, hæc eſt vera, Socrates eſt albus, & hæc item vera, Socrates non eſt albus, aut cõiunctim tantummodò, vt ſi dicas, hoc totũ, Socrates non eſt albus, & Socrates non eſt albus, eſt verum. Iam enim Ariſtot. hoc capite ad finẽ rationis primæ quoſdam hoc poſteriori modo reſponſuros ſuſpicatus eſt. Si ſolum cõiunctum, duo ſequuntur abſurda. Vnum eſt, quòd is, qui diuiſim contradicentes pro-

Prius abſurdum.

nunciat, nihil dicat, atque adeò nihil ſit in rerum natura, ne ipſe quidem, qui loquitur, aut ſe intelligere aliquid putat. Nam, cùm omnia diuiſim affirmari poſſint, & negari, ſi nulla, nec affirmatio, nec negatio diuiſim vera eſt, nihil omninò eſt. Etenim ſi quicquam eſſet, ſaltem contradicentes, quæ aliquid eſſe affirmarent, Veræ eſſent. Alterùm abſurdum eſt, quòd omnia ſint vnū, id quod ſuperiori etiam ratione oſtenſum eſt.

Poſterius.

Nam ſi omnes cōtradicentes coniunctim veræ ſunt, omnia verè dicuntur de quolibet. Si omnia verè dicuntur de quolibet, omnia ſunt omnibus communia: Si omnia omnibus ſunt cōmunia, nihil eſt vlli rei proprium: Si nihil vlli rei proprium eſt, nulla eſt omninò diſtinctio: ſiquidem diſtinctiones, niſi per propria, fieri nullo modo poſſunt. Quòd ſi contradicentes ſunt veræ diuiſim, eadē rerum confuſio, & indiſtinctio in primis ſequitur: nihil enim refert, ſiue diuiſim, ſiue coniūctim omnia de omnibus dicantur. Deinde ſequitur, omnes, quicquid dicant, verū dicere. Aut enim dicunt affirmationem, aut negationem, quarum vtraque ponitur vera: Itémque omnes falſum dicere, cū vera dicentibus repugnēt, alioqui idem omnes dicerent. Fit etiam, vt vnuſquiſq; ſe falſum dicere fateatur, ſi modò cùm loquitur, dicat ſe ab aliquo diſcrepare. Quiſquis enim ab aliquo vera dicente diſcrepat, falſum dicit. Fit denique, vt cùm huiuſmodi homine diſputatio haberi non poſſit: omnia enim affirmat, & omnia negat, & rurſus quamlibet affirmationem, & negationem inficiatur. Alioqui iam aliquid definitum ac certum ſtatueret, & non quodlibet aſſereret.

Vide gradationem.

καὶ πάντα δὴ ἂν εἴη ἕν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται· καὶ ταὐτὸν ἔσται καὶ ἄνθρωπος καὶ θεὸς, καὶ τριήρης, καὶ αἱ ἀντιφάσεις αὐτῶν.* εἰ δὴ ὁμοίως καθ᾽* ἑκάστη, οὐδὲν διοίσει ἕτερον ἑτέρου. εἰ γὰρ διοίσει, τοῦτ᾽ ἔσται ἀληθὲς καὶ ἴδιον. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ διαιροῦντα ἐνδέχεται ἀληθεύειν, συμβαίνει τὸ λεχθέν. πρὸς δὲ τούτῳ, ὅτι πάντες ἂν ἀληθεύοιεν, καὶ πάντες ἂν ψεύδοιντο, καὶ αὐτὸς αὑτὸν ὁμολογεῖ ψεύδεσθαι. ἅμα δὲ φανερὸν ὅτι περὶ οὐδενός ἐστι πρὸς τοῦτον ἡ σκέψις. οὐθὲν γὰρ λέγει. οὔτε γὰρ οὕτως, οὔτ᾽ οὐχ οὕτως λέγει, ἀλλ᾽ οὕτως τε καὶ οὐχ οὕτως. καὶ πάλιν γε ταῦτα, ἀπόφασιν ἄμφω, ὅτι οὔθ᾽ οὕτως, οὔτε οὐχ οὕτως λέγει, ἀλλ᾽ οὕτως τε καὶ οὐχ οὕτως· εἰ γὰρ μὴ, ἤδη ἄν τι εἴη ὡρισμένον. ἔτι xx εἰ ὅταν ἡ φάσις ἀληθὴς ᾖ, ἡ ἀπόφασις ψευδὴς, κἂν αὕτη ἀληθὴς ᾖ, ἡ κατάφασις ψευδὴς, οὐκ ἂν εἴη ἅμα τὸ αὐτὸ φάναι καὶ ἀποφάναι ἀληθῶς, ἀλλ᾽ ἴσως φαῖεν ἂν τοῦτ᾽ εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον. Text. 17.

Ἔτι ff ἆρα ὁ μὲν ἢ ἔχειν πως ὑπολαμβάνων, ἢ μὴ ἔχειν, διέψευσται· ὁ δὲ ἄμφω, ἀληθεύει. εἰ γὰρ ἀληθεύει, τί ἂν εἴη τὸ λεγόμενον,* εἰ μὴ ὅτι τοιαύτη τῶν ὄντων ἡ *φύσις; εἰ δὲ μὴ ἀληθεύει, ἀλλὰ μᾶλλον ἀληθεύει ὁ ἐκείνως ὑπολαμβάνων, ἤδη πως ἔχοι ἂν τὰ ὄντα, καὶ τοῦτο ἀληθὲς ἂν εἴη, καὶ οὐχ ἅμα καὶ οὐκ ἀληθές; εἰ δὲ ὁμοίως ἅπαντες καὶ ψεύδονται καὶ ἀληθῆ λέγουσιν, οὔτε φθέγξασθαι, οὔτε εἰπεῖν τῷ τοιούτῳ ἔστιν. ἅμα γὰρ ταῦτά τε καὶ οὐ ταῦτα λέγει. εἰ δὲ μηθὲν ὑπολαμβάνει, ἀλλ᾽ ὁμοίως οἴεται καὶ οὐκ οἴεται, τί ἂν διαφερόντως ἔχοι τῶν πεφυκότων;

Ὅθεν tt καὶ μάλιστα φανερόν ἐστιν, ὅτι οὐθεὶς οὕτω

** Pro εἰ γὰρ vt Alex. aut. * Al. ἑκάστου. Idē habes ſuperius ad finē text. 12.*

** Duæ ſequētes particulæ deſūt in Græcis codicibus, quas tamē ferè omnes interpretes agnoſcunt. * Al. φύσις ἀληθεύει. Idem Alenſis hoc loco.*

Com. 46. Text. 18.

xx *Præterea ſi cùm.* D. Tho. ait hanc argumentationem inniti definitionib. veri & falſi. Sed tamen id non apparet ex contextu. Alexander putat, non ideo Ariſto. illam inſtituere, vt aduerſarium cōuincat (quippe quam fatetur etiam apud illum petere principium) ſed vt abſurditatem poſitionis illius reprehendat, quod rebus manifeſtiſſimis, & in confeſſo veris repugnet. Verùm, quia Ariſt. ſe ſtatim corrigit, potiùs videtur dicendum, nolle illum, vt habeatur ratio huius argumentationis. Sæpe enim accidit in ſcribendo, vt malè inſtituta per incuriam oratio è veſtigio emendetur, aut parum habere momenti ſignificetur.

Alia expoſitio.

ff *Præterea ſi, ne qui aut modo aliquo.* Adhibet quintam rationem, quæ etſi obſcura eſt, tamen videtur ſumi ex conſenſione, ſeu correſpondentia rerum, & exiſtimationis, atque in hunc modum colligere. Aut is ſolus verum dicat, qui exiſtimat rem quamque vno modo ſe habere, vtpotè eſſe talem, vel non eſſe talem, aut

Quinta ratio.

aut potiùs, qui exiſtimat, res omnes habere vtroque modo: ſi is ſolus, qui putat res omnes habere vtroque modo: ergo, cùm huius ſententiæ, quæ planè pugnat cùm ipſa rerum experientia, nulla ratio reddi poſſe videatur, confugiendum erit ad rationem illam Heracliti, Sic eſſe, quia ſic fert natura rerum, qua nihil ineptius: ſi verò is ſolus, qui putat res vno modo tantùm ſe habere, ergo vno modo tantùm ſe habent (reſpōdent enim ſibi mutuò res, & veræ exiſtimationes) quo fit, vt dentur pronunciata, quæ ita ſint vera, vt non ſint etiā falſa. Quòd ſi quis occurrens dicat, neminem dicere ſolum verum, aut ſolum falſum, infert Ariſtot. ſequi ex hac reſponſione, fieri non poſſe, vt quiſquā loquatur, ſi modo dicat ſe loqui. Falsò enim id affirmabit, vt ex hac reſponſione patet. Quòd ſi quis eò pergat inſaniæ, vt ad vitanda hæc abſurda, dicat, neminem cùm loquitur, certā aliquā exiſtimationē habere de rebus, ſed ſimul oppoſitas, proinde nō ſequi, dari aliquid falſum, ſed omnia eſſe vera (ſiquidē falſum in diſſenſione rerum & exiſtimationis poſitū eſt) is ſanè à ſtirpibus nihil diſtabit, vt ſupra dictum eſt. *Heracliti inepta ratio.*

[tt] *Hinc & illud.* Sextam rationem auſpicatur ex iis, quæ proximè dixerat. Sumpto enim argumento ex ea exiſtimatione, quā habemus de rebus expetendis, & fugiendis, nō tam probat, contradicentes non eſſe ſimul veras, quàm, neminem id ſibi in mentem inducere, ne eos quidem, qui primum principium inficiantur, quod quidem dixerat extrema parte ſuperioris capitis. Ratio hunc in modum habet. Si quis putet contradicentes eſſe ſimul veras, is certè, cùm deliberat de rebus amplectendis, aut fugiendis, æquè ſe habebit ad earum proſequutionem, & fugam: æquè enim Megarenſis aliquis putabit, bonum eſſe proficiſci Megaram, & non proficiſci, & quilibet cùm primum ſurgit, æquè putabit bonum eſſe ruere in puteum, aut præcipitium & non ruere: atqui nemo æquè ſe habet ad fugam, & proſecutionem rerum, ſiquidem quaſdam potiùs quærit, quàm fugiat: alias potiùs fugit, quàm quærat, non putat igitur, ſaltem in rebus proſequendis & fugiendis, contra *Sexta ratio.*

ea verò, quæ non ſunt, quonam pacto aut loquentur, aut ambulabūt? Omnia etiam vnum fuerint, quemadmodum & ante dictum eſt, idemq́; erunt, & homo & Deus, & triremis, eorumq́; negationes: ſi enim ſimiliter de vnoquoq́; dicentur, nihil alterum ab altero differet. Nam ſi differret, illud iam verum, ac proprium erit. Eodem verò modo accidit id, quod dictum eſt, ſi diuidentem verum dicere contingat. Adhæc: omnes vera dicent, & omnes mentientur, atque adeò ſeipſum quiſque mentiri confitebitur. Simul autem manifeſtum eſt, de nulla re cum hoc homine eſſe diſputationem: nihil enim dicit: etenim neque ita ait, neque non ita, ſed ita & non ita: ac rurſus horum vtrumque negat, nec ita, nec non ita, dicens, ſed ita, & non ita. Si enim non hoc

Text. 17. *modo res haberet, aliquid iam definitum eſſet.* ¶ *Præterea* [rr] *ſi cùm affirmatio vera eſt, negatio falſa ſit, & cùm hæc eſt vera, affirmatio ſit falſa, non licebit vtique idem ſimul verè affirmare, ac negare. At forſitan dicant, hoc illud eſſe, quod initio poſitum erat.*

Præterea [ſſ] *an is, qui aut modo aliquo rem habere, aut non habere exiſtimat, mentitur, is autem, qui vtrumque putat, verum dicit, Si enim verū dicit, quid aliud quæſo fuerit id, quod dicitur, quàm quòd talis ſit rerum natura? Sin autem non verū dicit, ſed is potiùs, qui illo modo exiſtimat, iā profectò res modo aliquo habebunt, idque verū erit, non item ſimul & non verum. Quòd ſi omnes æquè & mentiuntur, & vera dicunt, ei certè, qui talis eſt, nec loqui, nec dicere quicquam licet, ſimul enim & hæc, & non hæc dicit. Si verò nihil exiſtimat, ſed æquè putat, atque non putat, quid quæſo inter hunc & ſtirpes interſit?*

Text.16. *Hinc* [tt] *& illud apertiſſimum eſt, neminem non modò*

dicentes eſſe ſimul veras. Quòd ſi in his rebus non ſimul approbat contradicentes, par ratio eſt, vt non putet æquè verum eſſe, Socratem eſſe hominem & non eſſe hominem, mel eſſe dulce, & non eſſe dulce, & ſic in cæteris.

Reſponſio pro aduerſariis. u u *Quòd ſi non ſcientes.* Dicerent aduerſarij, Quòd aliquis in rebus agendis hanc potiùs partem contradictionis amplectatur, quàm illam, non ex eo naſci, quod certò ſciat, hanc eſſe amplectendam, illam refutãdam: ſed quòd ita veriſimiliter opinetur: veriſimilẽ autem exiſtimationẽ de approbatione vnius contradicentis, non excludere omninò veritatem alterius. Ac poſſet quidem Ariſt. his ſtatim occurrere, ſaltẽ hac ratione perſpicuum eſſe, nõ omnes contradicentes, eorum iudicio, æquè veras eſſe, vt videntur docere. Verùm hac reſpõſione quaſi perſpicua prætermiſſa, ad hoc ſaluberrimum documentum reprehenſioni coniũctum ſe conuertit. *Documẽtum.* Quòd more ægrotorũ, qui ſuum morbum agnoſcunt, cùm nihil ſe certò ſcire, ſed ſolùm opinari fateantur, diligentiùs curare deberent, vt veram de rebus ſcientiam aſſequerentur. Cognitio enim, quæ veriſimilitudini, ſiue probabilitati innititur, eſt infirma quædam notitia rerum, quæ tamen diligenti inquiſitione in certam ſcientiam poteſt conualeſcere: quod ſanè apud eos accideret, ſi primis principiis, quæ ſunt veræ ſcientiæ fontes, non repugnarẽt. Itaque vt ægrotanti (quod ait Alexander) non res ipſæ ſunt accuſandæ, quaſi nihil ſalubritatis habeant, ſed curandum eſt, vt medicamentis ſalubribus adhibitis conualeſcat, ſic valentibus, qui inchoatam cognitionem habent, danda opera eſt, vt perfectam ſcientiam nanciſcantur. *Alius ſenſus.* Poteſt & aliter intelligi reſponſio Ariſtotelis, quaſi ita dicat, Si opinio vos mouet, vt alteram potiùs partem amplectamini, cùm opinio ſit infirma cognitio, ad eius perfectionem aſpirare debetis: perfecta autem cognitio de rebus amplectendis fugiendis, ſi res ipſæ in ſe ſpectentur, in eo poſita eſt, veſtra ſententia, vt omnes æquè ſint amplectendæ, & non amplectendæ, fugiendæ, & non fugiendæ: igitur hoc ipſum curare deberetis, vt neque amplecteremini, quas approbaris, nec reiiceretis quas repudiatis: ſed ſtirpium more nihil probabilitate earum ad agendum moueremini: quod vtique eſſet culmen veſtræ Philoſophiæ attingere.

οὕτω διάκειται, οὔτε τῇ ἄλλων, οὔτε τῇ λεγόντων τὸν λόγον τοῦτον. διὰ τί γὰρ βαδίζει Μεγάραδε, ἀλλ' οὐκ ἡσυχάζει οἰόμενος βαδίζειν; οὐδ' εὐθέως ἕωθεν πορεύεται εἰς φρέαρ ἢ εἰς φάραγγα, ἐὰν τύχῃ, ἀλλὰ φαίνεται εὐλαβούμενος, ὡς οὐχ ὁμοίως οἰόμενος μὴ ἀγαθὸν εἶναι τὸ ἐμπεσεῖν καὶ ἀγαθόν; δῆλον ἄρα ὅτι τὸ μὲν βέλτιον ὑπολαμβάνει, τὸ δ' οὐ βέλτιον. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ μὲν ἄνθρωπον, τὸ δ' οὐκ ἄνθρωπον καὶ τὸ μὲν γλυκύ, τὸ δ' οὐ γλυκὺ ἀνάγκη ὑπολαμβάνειν. οὐ γὰρ ἐξ ἴσου ἅπαντα ζητεῖ καὶ ὑπολαμβάνει, ὅταν οἰηθῇ βέλτιον εἶναι τὸ πιεῖν ὕδωρ καὶ ἰδεῖν ἄνθρωπον, εἶτα ζητεῖ αὐτά. καίτοι ἔδει, εἰ ταὐτὸν ἦν ὁμοίως καὶ ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ἀλλ' ὥσπερ ἐλέχθη, οὐδεὶς ὃς οὐ φαίνεται τὰ μὲν εὐλαβούμενος, τὰ δ' οὔ. ὥστε ὡς ἔοικε πάντες ὑπολαμβάνουσιν ἔχειν ἁπλῶς, εἰ μὴ περὶ ἅπαντα, ἀλλὰ περὶ τὸ ἄμεινον καὶ χεῖρον. εἰ u u δὲ μὴ ἐπιστάμενοι, ἀλλὰ δοξάζοντες, πολὺ μᾶλλον ἐπιμελητέον ἂν εἴη τῆς ἀληθείας, ὥσπερ καὶ νοσοῦντι ἢ ὑγιαίνοντι τῆς ὑγιείας. καὶ γὰρ ὁ δοξάζων, πρὸς ἐπιστάμενον, οὐχ ὑγιεινῶς διάκειται πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

Ἔτι z z εἰ ὅτι μάλιστα πάντα οὕτως ἔχει, καὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τό γε μᾶλλον καὶ ἧττον ἔνεστιν ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων. οὐ γὰρ ἂν ὁμοίως φήσαιμεν εἶναι τὰ δύο ἄρτια καὶ τὰ τρία· οὐδ' ὁμοίως διέψευσται ὁ τὰ τέτταρα πέντε οἰόμενος, καὶ ὁ χίλια. εἰ οὖν μὴ ὁμοίως, δῆλον ὅτι ἅτερος ἧττον ὥστε μᾶλλον ἀληθεύει. εἰ οὖν τὸ μᾶλλον ἐγγύτερον, εἴη γε ἄν τι ἀληθὲς, οὗ ἐγγύτερον τὸ μᾶλλον ἀληθές. κἂν εἰ μὴ ἔστιν, ἀλλ' ἤδη γέ τι ἐστὶ βεβαιότερον καὶ ἀληθινώτερον, καὶ τοῦ λόγου ἀπηλλαγμένοι ἂν εἴημεν τοῦ y y ἀκράτου καὶ κωλύοντός τι τῇ διανοίᾳ ὁρίσαι.

Ὅτι

Septima ratio. z z *Præterea, ſi vel maximè.* Adiungit ſeptimam ac poſtremam rationem ex gradibus veritatis deſumptam hoc modo. Etſi demus, veriſſimũ eſſe, quod aduerſarij aiunt,

aiunt, in omnibus affirmationem, & negationem eſſe ſimul veras, tamen hoc negari non poteſt: quin concedendi ſunt in rerum natura veritatis gradus, vt alia dicantur magis vera, alia minùs: hoc autem dato, neceſſariò concedendum eſt, non in omnibus contradicentes eſſe ſimul veras: nullo igitur modo id aſſerendum eſt. Maiorem ita probant, Nam vt illis concedamus, binarium eſſe numerum parem, idémque de ternario aſſeramus, veriùs tamen conuenit binario eſſe parem, quàm ternario. Eodémque modo, etſi, illorũ ſententia, tum quatuor, tum etiam mille ſint quinque, & nõ quinque: minùs tamẽ, falſum eſt, ac proinde veriùs, quatuor, quàm mille, eſſe quinque. Minorem probat ex eo, quia ideò aliquid dicitur verius, quia eſt abſoluto vero propinquiùs, id eſt, ei, quod ita verum eſt, vt nullo etiam modo ſit falſum, quemadmodum id dicitur leuiùs, quod propinquiùs eſt leui nõ habenti quicquam grauitatis. Cæterùm, quia hoc fortè non concedetur ab aduerſario, ſatis eſſe ait Ariſtoteles ad probationem minoris quòd detur in rerũ natura aliud alio verius, aut ſaltem minùs falſum, vt oſtẽſum eſt. Hinc enim rectè ſequitur, aliquã contradictionis partem dari poſſe ita veram, vt oppoſita vera nõ ſit. Quæ enim dixerit priorem partem huius cõtradictionis, bonum eſt famelico ſumere cibum, Non bonum eſt famelico ſumere cibum: vel huius, Binarius eſt numerus par, Binarius non eſt numerus par, eſſe veriorem, ſeu minùs falſam poſteriori, ita vera erit, vt oppoſita non ſit vera.

Veriùs quid.

modò cæterorum: ſed ne eorum quidem, qui iſta dicent, hoc pacto affectum eſſe. Cur enim Megaram proficiſcitur, nec quieſcit exiſtimans proficiſcendum? nec verò ſummo manè mox in puteũ pergit, aut in præcipitium, ſi forſitan occurrat? at cauere videtur: vt qui non æquè bonum atque non bonũ eſſe exiſtimet in illa ruere. Perſpicuum eſt igitur, huiuſmodi hominẽ hoc quidem meliùs, illud verò non melius, eſſe exiſtimare. Quòd ſi ita eſt, & hoc profectò hominem eſſe, illud non hominem: hoc dulce, illud nõ dulce exiſtimet neceſſe eſt. Neque enim omnia ex æquo quærit, atque approbat, cùm meliùs eſſe iudicat aquam bibere, & hominem videre, deinde ea ipſa quærit. At oportebat ſanè, ſi æquè idem eſſet homo, atque non homo: ſed, quemadmodum dictum eſt, nemo eſt, qui non alia cauere videatur, alia non item. Itaque omnes, ut videtur ſi non in omnibus, certè in genere melioris & deterioris, vno modo rem habere exiſtimant. Quòd u u ſi non ſcientia, ſed opinione ducuntur: multò magis danda eſt veritati opera: quemadmodum & ægrotanti, quàm valenti magis adhibenda eſt ſanitatis cura. Qui enim opinatur, ſi cum ſciente conferatur, non benè ad veritatem affectus eſt.

Præterea x x ſi vel maximè ſic, & non ſic habeant omnia: ineſt tamen in rerum natura magis & minùs: neque enim æquè paria eſſe duo, ac tria dixerimus: nec decipietur æquè is, qui quatuor, atq; is, qui mille, quinque eſſe exiſtimauerit. Quòd ſi non æquè decipiuntur: perſpicuum eſt: alterum minùs decipi: quo fit, vt magis verũ dicat. Si ergo id, quòd magis tale dicitur: propiùs accedit, erit profectò aliquid verũ, cui magis verum, ſit magis propinquũ. Quòd ſi non eſt: at certè aliquid iam firmius, ac verius eſt: ab y y eaq; inſana ſententia, & quæ prohibet quicquam mente definire, liberi erimus.

Non

y y *Ab eáque inſana ſententia.* Intemperatam vertit Beſſario. Vtrumque autem dici poteſt, cùm hæc ſententia non ſolùm tollat de medio omnem diſtantiam boni, ac mali, quo appetitus coërcetur, & temperans fit: ſed etiam diſcrimen veri, ac falſi, quo intellectus rectè, ac ſanè iudicat. Quòd autem Argyropylus, *Miram,* vertit, ad admirabilem licentiam omnia affirmandi, & omnia negandi, qua directò notatur hæc ſententia, referri poteſt: quæ ipſa ſumma eſt inſania, & intemperantia, tum appetitus, tum etiam intellectus.

Inſania negantium primum principium.

CAPITIS QVINTI EXPLANATIO.

Inſtitutũ auctoris in hoc cap.

AB [a] *eadem verò.* Diſputauit hactenus communiter aduerſus eos omnes, qui primum principium negauerunt, nunc diſputaturus ſpeciatim cõtra duo genera Philoſophorum, qui diuerſis de cauſsis in hãc abſurdã philoſophandi rationem inciderũt: docet initio huius capitis, nihil eſſe diſcriminis inter opinionem Protagoræ Sophiſtæ, atque eã, quæ recitata, & impugnata eſt. Dicebat enim Protagoras, quicquid videtur cuilibet, ſiue exteriori ſenſu, ſiue qualibet interiori cognoſcendi facultate, verũ eſſe. Docet igitur, Protagoræ opinionem effici ex ea, quæ impugnata eſt, & viciſſim impugnatam ſententiam ex Protagoræ opinione: ac proinda ambas pari ratione veras eſſe, aut falſas. Protagorã narrat Socrates apud Platonem in Menone ampliùs quadraginta annos pecuniæ cumulãdæ cauſſa iuuentutem inſtituiſſe, totóque eo tempore clarum extitiſſe.

Protagoræ ſententia.

Eius vita inſtitutum.

Ὅτι οὐ πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές ἐστι.

Κεφ. Ε΄.

Ἔστι [a] δ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ ὁ Πρωταγόρου λόγος, καὶ ἀνάγκη ὁμοίως ἄμφω αὐτοὺς, ἢ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι. εἴτε [b] γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἐστὶν ἀληθῆ, καὶ τὰ φαινόμενα, ἀνάγκη πάντα ἅμα ἀληθῆ καὶ ψευδῆ εἶναι. πολλοὶ γὰρ τἀναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλήλοις, καὶ τοὺς μὴ ταὐτὰ δοξάζοντας ἑαυτοῖς, διεψεῦσθαι νομίζουσιν. ὥστ' ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι· καὶ [c] εἰ τοῦτ' ἐστὶν, ἀνάγκη τὰ δοκοῦντα εἶναι πάντα ἀληθῆ. τὰ ἀντικείμενα γὰρ δοξάζουσιν ἀλλήλοις οἱ διεψευσμένοι καὶ ἀληθεύοντες. εἰ οὖν ἔχει τὰ ὄντα οὕτως, ἀληθεύουσι πάντες. ὅτι μὲν οὖν ἀπὸ [d] τῆς αὐτῆς εἰσι διανοίας ἀμφότεροι οἱ λόγοι, δῆλον. ἔστι [e] δ' οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος πρὸς ἅπαντας τῆς ἐντεύξεως. οἱ μὲν γὰρ πειθοῦς δέονται, οἱ δὲ βίας. ὅσοι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἀπορῆσαι ὑπέλαβον οὕτως, τούτων εὐΐατος ἡ ἄγνοια. οὐ γὰρ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν ἡ ἀπάντησις αὐτῶν. ὅσοι δὲ λόγου χάριν λέγουσι, τούτων δ' ἔλεγχος ἴασις, τοῦ τ' ἐν τῇ φωνῇ λόγου, καὶ τοῦ ἐν τοῖς ὀνόμασιν. Text.19.

Ἐλήλυθε [f] δὲ τοῖς διαπορουσιν αὕτη ἡ δόξα ἐκ τῶν αἰσθητῶν, ἡ μὲν τοῦ ἅμα τὰς ἀντιφάσεις καὶ τἀναντία ὑπάρχειν, ὁρῶσιν ἐκ ταὐτοῦ γινόμενα τἀναντία. εἰ οὖν μὴ Cap.5. ἐνδέχεται γίνεσθαι τὸ μὴ ὂν, προϋπῆρχεν ὁμοίως τὸ πρᾶγμα ἄμφω ὄν, ὥσπερ καὶ Ἀναξαγόρας μεμίχθαι πᾶν ἐν παντί φησι, καὶ Δημόκριτος· καὶ γὰρ οὗτος τὸ κενὸν καὶ τὸ πλῆρες ὁμοίως καθ' ὁτιοῦν ὑπάρχειν μέρος· καίτοι τὸ μὲν ὂν τούτων εἶναι, τὸ δὲ μὴ ὄν.

¶ πρὸς,

[b] *Nã ſi omnia.* Oſtẽdit impugnatã ſententiã colligi ex Protagoræ opinione.

[c] *Quid ſi ita res.* E contrariò oſtendit, Protagoræ opinionẽ ex impugnata ſententia effici.

[d] *Ex eadem intelligentia.* Hoc eſt, idem valere, ac proinde pari ratione veras eſſe, aut falſas.

Duo Philoſophorum genera.

[e] *Congrediendi verò.* Duo fuerunt Philoſophorum genera (ſi tamen omnes Philoſophorum nomine digni ſunt) qui contra primi principij præſcriptum, contradicentes ſimul veras eſſe dicebant. Alij enim fallacibus rationibus ſeducti, cùm eas ſoluere non valerent, ita eſſe non modò verbis, ſed mente etiam aſſerebant, nõ abſolutè tamen, vt ſuprà diximus, cùm principio illo nihil notiùs reperiri poſſit, ſed quatenus rationibus oppoſitum concludentibus reſiſtere nequiebant. Qua de cauſſa Ariſt. fieri non poſſe docuit, vt quiſquam rem eandem ſimul eſſe, ac non eſſe exiſtimet. Alij verò, nec rationibus fallacibus circumſcripti, nec vllo alio errore mentis deluſi, ſed ſolo contentionis ſtudio eam ſententiam contra primi principij manifeſtiſsimam veritatem defendere non dubitabant, quod ſperarent, ſe nulla ratione redargui. Docet Ergo Ariſt. non eodem modo aduerſus vtroſque diſputandum eſſe. Priores enim, quoniam dubitando, hoc eſt rationibus alicuius momenti, & quæ dubitationem aliquam afferre queunt, in eam negationẽ inciderũt, cùm

Non eſſe eodẽ modo aduerſus vtroſque diſputandũ.

cùm morbo mentis laborent, adhibita ſolutione rationum ſanari facilè poſſunt. Neque enim pertinaciter, aut gloriæ aucupandæ cauſſa ſuam ſententiam defendunt, ſed vi tantummodo rationum coacti, quæ ſi ſoluantur, nihil eſt quod ampliùs requirant. At poſteriores cùm ſanum habeant iudicium, nec eam ſententiam aſtruant, niſi freti diſputandi facultate, qua exiſtimant, ſe nullo pacto poſſe conuinci, ſola redargutione curandi ſunt, hoc eſt, ſola ſuę ipſorum orationis repugnãtia, quo pacto ſuperiori capite cõmuniter contra omnes primi principij euerſores diſputatum eſt.

Non omne quod videtur verum, tale eſſe.

CAPVT V.

AB [a] eadem verò opinione, Protagoræ etiam ſententia naſcitur, & æquè neceſſe eſt, vtramque aut eſſe, aut non eſſe. Nã [b] ſi omnia, quæ videntur, & quæ apparent, vera ſunt, neceſſe eſt, omnia ſimul & vera, & falſa eſſe: multi etiam contraria inter ſe opinantur, & eos, qui non eadem, quæ ipſi ſentiunt, falli exiſtimant, quo fit, vt neceſſe ſit ream eandem, & eſſe, & non eſſe. Quòd [c] ſi ita res habet, neceſſe eſt, ea quæ videntur: vera eſſe omnia: oppoſita enim inter ſe opinãtur ij, qui falluntur, & qui verũ dicunt. Ergo ſi ea, quæ ſunt, hoc pacto habent, verum profectò omnes dicunt. Atque vtramque ſententiam ex [d] eadem intelligentia proficiſci perſpicuum eſt. Congrediendi [e] verò modus non idem eſt cum omnibus. Alij enim perſuaſione, alij vt indigent. Qui enim dubitando eò progreſſi ſunt, vt ita exiſtimarent, eorum ignoratio facilè ſanari poteſt: neque enim eorum cõtentio de ſermone eſt, ſed de intelligentia. Qui verò diſputationis gratia ita dicunt, eorũ curatio redargutio eſt eius orationis, quæ & in voce, & in nominibus poſita eſt.

Orta [f] eſt autem in ijs, qui dubitant, opinio hæc ex ijs, quæ ſenſibus percipiuntur, contradicentia, inquam & contraria ineſſe, cùm ex eodem contraria fieri cernerent. Itaque ſi id, quod non eſt, fieri nequit, iam antè profectò res erat vtrúmque, quemadmodum & Anaxagoras ait, rem quamuis in quauis mixtam eſſe, & Democritus item. Nam & hic inane plenúmque æquè in quauis parte eſſe, tametſi horum alterum ens, alterum non ens eſſe exiſtimat.

1. Met. cap. 4. & 1. Phyſ. cap. 4. Text. 32. 33.

¶ *Eos*

Quæ in re inſumatur huius capitis diſputatio.

Hæc cùm ita ſint, contra priores diſputat Ariſtoteles toto hoc cap. adducendis nimirum ac ſoluendis rationibus, quibus illi mouebantur. Contra poſteriores autem partim diſſeruit cap. ſuperiori, partim diſputabit cap. 6.

Hoc loco verbum *ἀπάντησις*, ſiue *occurſus*, quorundam interpretum ſententia ad redarguentes pertinet, vt ſit ſenſus, *horum non orationi, ſed menti occurrendum eſt.* Verùm nos quia dictio *αὐτῶν* magis cùm verbo *ἀπάντησις*, quã cùm verbis *τὸν λόγον*, & *τὴν διάνοιαν* videtur iungi: ad eos potiùs, contra quos hoc loco diſſeritur, illud referẽdum putauimus. Hi enim cùm primũ principium negant, veris Philoſophis ſe opponunt, ſiue mente id faciãt fallacibus rationibus impediti, ſiue ſola voce, & cõtentionis ſtudio.

Ratio Anaxagoræ.

[f] *Orta eſt autem.* Proponit argumenta, quibus Anaxagoras, & Democritus adduci potuerunt, vt contradicentes ſimul veras admitterent, vt quidam eos admiſiſſe exiſtimabant: aitque, illa, ex generatione rerum ortum habuiſſe. Nam cùm Anaxagoras videret ex eadem re fieri contraria, vt aërem, & terram ex aqua, perſuaſumque haberet ex non ente nihil fieri, colligebat, in qualibet eadem re ineſſe ſimul contraria, ac proinde contradicentia. Putabat enim non alia ratione entia gigni poſſe ex entibus, niſi vnumquodque ſimilare corpus ex infinitis corpuſculis eiuſdem naturæ in eadem re latentibus coaleſceret. vt 1. libr. huius operis, & 1. Phyſ. habes.

Demo

Democritus verò, cùm experiretur, ignem fieri ex non igne, & aquam ex nō aqua, & ita cætera ex non talibus, qualia eſſent, quæ gignerentur, demonſtratum exiſtimabat, in quauis re, atque adeo in quauis cuiuſque rei particula, eſſe ſimul ens & non ens, quæ quidem plenum ac vacuum appellabat. Ita putabat vterque rectè colligi: rem quamlibet eſſe ſimul & non eſſe.

Solutio ex diſtinctione entis actu, & potentia.

¶ πρὸς [g] μὲν τοὺς ἐκ τούτων ὑπολαμβάνοντας, ἐροῦμεν ὅτι τρόπον μέν τινα ὀρθῶς λέγουσι, τρόπον δέ τινα ἀγνοοῦσι. τὸ γὰρ ὂν λέγεται διχῶς. ὥστ' ἔστιν ὃν τρόπον ἐνδέχεται γίγνεσθαί τι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἔστι δ' ὃν οὔ. καὶ ἅμα τὸ αὐτὸ εἶναι ὂν καὶ μὴ ὄν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ ὄν. δυνάμει μὲν γὰρ ἐνδέχεται ἅμα τὸ αὐτὸ εἶναι τὰ ἐναντία, ἐντελεχείᾳ δ' οὔ. ἔτι [h] δ' ἀξιώσομεν αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν καὶ ἄλλην οὐσίαν εἶναι τῶν ὄντων, ᾗ οὔτε κίνησις ὑπάρχει, οὔτε φθορὰ, οὔτε γένεσις τὸ παράπαν. Text. 20.

Ὁμοίως [i] δὲ καὶ ἡ περὶ τὰ φαινόμενα ἀλήθεια, ἐνίοις ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐλήλυθε. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς οὐ πλήθει κρίνεσθαι οἴονται προσήκειν, οὐδὲ ὀλιγότητι. τὸ δ' αὐτὸ, τοῖς μὲν γλυκὺ γευομένοις δοκεῖ εἶναι, τοῖς δὲ πικρόν. ὥστ' εἰ πάντες ἔκαμνον, ἢ πάντες παρεφρόνουν, δύο δ' ἢ τρεῖς ὑγίαινον, ἢ νοῦν εἶχον, δοκεῖν ἂν τούτους κάμνειν καὶ παραφρονεῖν, τοὺς δ' ἄλλους οὔ. Ἔτι δὲ πολλοῖς τῶν ἄλλων ζώων τἀναντία φαίνεσθαι καὶ ἡμῖν· καὶ αὐτῷ δὲ ἑκάστῳ πρὸς αὑτὸν οὐ ταὐτὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀεὶ δοκεῖν. ποῖα οὖν τούτων ἀληθῆ ἢ ψευδῆ, ἄδηλον. οὐθὲν γὰρ μᾶλλον τάδε ἢ τάδε ἀληθῆ, ἀλλ' ὁμοίως. διὸ Δημόκριτός γέ φησιν, ἤτοι οὐθὲν εἶναι ἀληθὲς, ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον. ὅλως [k] δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν, ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναί φασιν.

ἐκ

Lectione 10. p. 4.
Text. 21.

[g] *Eos igitur.* Diſſoluit propoſita argumenta, primùm quidem diſtinctione entis actu, & potentia, deinde negatione cōſequētiæ. Quod enim Anaxagoras ſumebat, nihil fieri ex non ente, verum quidem eſt, ſi non ens ſumatur pro eo, quod non eſt potentia, hoc eſt, pro eo quod eſſe nō poteſt: falſum autem, ſi ſumatur pro eo quod eſt actu, omnia enim fiūt ex materia, quæ nō eſt ens actu, ſed potentia, id eſt, quæ ſecundùm ſe non pertinet ad certam aliquam ſpeciē rei naturalis, ſed per formā pertinere poteſt. Proinde non ſequi, ſiue omnia, ſiue contraria, eſſe actu in eadem re, ſed poteſtate dumtaxat, quo quidem pacto ex cōtrariis non ſequuntur contradicētia. Quòd verò Democritus econtrariò ſumebat, quodlibet ens fieri ex non ente, verum quidem eſſe, ſi non ens ſumatur pro eo, quod ita non eſt ens, actu, vt tamen ſit ens potentia, qualis eſt materia: falſum autem ſumatur pro eo, quod nec eſt actu, nec potentia ens: quo tamen pacto ſumendum foret, vt ſequerentur contradicentes ſimul veræ. Aduerte autem, fieri ex aliquo, non idem eſſe hoc loco, atque fieri ex termino à quo, ſed fieri ex ſubiecto.

Solutio negatione conſequentiæ.

[h] *Deinde verò eos.* Diſſoluit eaſdem rationes negatione conſequentiæ. Quamquam enim quis admittat, effici ex illis, vt in rebus ſenſibilibus, mutationi obnoxiis dentur contradicentes ſimul veræ: tamen non efficitur, vt dentur in omnibus, quippe cùm præter res ſenſibiles ſint aliæ quædam ſubſtantiæ omnis mutationis expertes, in quibus rationes propoſitæ nihil conficiunt. Quamquam verò Ariſtot. hoc dicere potuit accommodatè ad ſuam ſententiam de ſubſtantiis ſeparatis, potiùs tamen videtur hoc loco Platonis partes agere, alludens ad ideas. vt D. Thom. exiſtimat. Id enim ſignificant verba illa, *Rogabimus & aliam ſubſtantiam eorum, quæ ſunt, &c.* Nam nec dixiſſet Ariſtot. rogandos eſſe illos, vt ſubſtantias ſeparatas à ſe poſitas admitteret, quas neceſſaria ratione ſe inuexiſſe exiſtimabat: nec etiam illæ dici poſſunt ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ rerum, quales dicebantur apud Platonem ideæ. Hunc tamen locum tranſtulit Argyrophylus accommodatè ad Ariſtotel. ſententiam hunc in modum, *Et inſuper eos admonebimus, & aliam in ratione.*

donec verũ ſubſtãtiã eſſe exiſtimare, &c. Quæ lectio Græco cōtextu haud ſatis reſpondet.

[i] *Sed & veritas.* Proponit ſententiam eorum, qui propterea contradicētes ſimul veras admittebant, quòd putarent, quicquid verum eſſe apparet, verum eſſe. Qua in re primùm docet, hanc ſentētiam ex rebus etiam ſenſibilibus profectam fuiſſe, quod paulò pòſt, qua ratione acciderit exponet: tum tria eorum argumēta proponit. Primũ eſt, Si qua eſt ratio, ob quam nō quicquid verum apparet, verum ſit, ea eſt maximè, quia cũ homines contraria ſentiunt, iudicium veri, & falſi penes plures eſt: hoc autem nō eſt dicendum, ergo nec illud. Maior ab illis ex eo forſitan perſpicua ſupponebatur, q̃a natura non deficit in pluribus, ſed in paucioribus. Minorē ex eo oſtendebant, quia ſi iudicium veri, & falſi ex multitudine, & paucitate eorũ, qui hãc, vel illam partem approbant, metiendũ eſſet, cùm mel à rectè valentibus iudicetur dulce, ab ægrotis autem amarum, virtúſque ab homine ſanæ mētis dicatur amplectenda, ab inſano autem, & peruerſæ mētis repudiãda: ſi duobus, aut tribus exceptis cæteri omnes ægrotarent, aut inſani eſſent, iam ægroti, & inſani eſſent valentes, ac mentis compotes, qui autē rectè valent, ac mentis ſunt ſanæ, ægrotarent, ac inſanirent, ſiquidem apud vos iudicium de ſapore, ac virtute penes eos tãtùm eſt, qui rectè valent, ac ſanæ ſunt mentis. Si hoc igitur abſurdum eſt, vt dicitis: efficitur, vt non ex multitudine, & paucitate hominum metiendum ſit iudicium veri, & falſi, ſed quod cuique videtur verum, id planè verum ſit. Cæterùm, quia diceret aliquis, non quod pluribus videtur, id ſolùm, ac ſemper verum eſſe, ſed quod iis, qui corpore, ac animo rectè valent, hoc ſecundum argumentum adhibebant. Brutæ animantes cùm rectè valent, cōtra atque nos, dum bene habemus, de pleriſque rebus iudicant: quod enim pabulum approbat bos, id ferè reiicit homo: ſæpe quoque homines, qui mente, ac corpore rectè valent, alij ab aliis in iudicio earũdem rerum diſſentiunt, vt patet in controuerſia Philoſophorum de humana fœlicitate, de bono & æquo, & pleriſque rebus agendis: quin etiam vnuſquiſque noſtrum etiam, tum cùm nullo morbo laborat, alio atque alio tempore contraria fert iudicia ſecundùm ſenſum, imò verò, quod addere poſſet, & ſecundùm mentem: nō eſt autem potior ratio, cur alij, quàm alij, aut iidem hoc tempore, quàm alio (ſi modo omnes, ac ſemper benè habeant) rectiùs iudicent: igitur ſi vlla eſt in rebus veritas, ſane iudicium de rebus æquè verum eſt in omnibus. Id quod etiam confirmabant ex ſententia illa Democriti, *Aut nihil verum eſſe.* determinatum videlicet, & cuius oppoſitum verum non ſit) *aut ſi quid eſt, verum, exploratum id nobis non eſſe.*

Refutatio eorum, qui dicebãt, quicquid videtur, cuilibet, verũ eſſe.

Primum argumentũ eorũ, qui quicquid apparet, verum eſſe dicebant.

Secundum.

❡ Eos [g] igitur, qui ex his ducuntur, partim rectè dicere, partim ignorare dicemus. Duobus enim modis dicitur ens. Itaque eſt, quo pacto aliquid ex nō ente fieri poſſit, eſt itē, quo nō poſſit: idemq́; ſimul ſit nō ens, & nō ens: nō tamen eadē ratione. Nam poteſtate idem ſimul cōtraria eſſe poteſt, actu nō itē. Deinde [h] verò eos rogabimus, vt aliam quoque rerum ſubſtantiam eſſe exiſtimēt, cui neque motus, neque corruptio, nec generatio vlla inſit.

Tex. 21. *Sed [i] & veritas eorũ, quæ apparent, apud quoſdã, ex ſenſibilibus eſt orta. Neque enim æquum eſſe exiſtimãt, vt multitudine, & paucitate verum diſcernatur, cùm idē alijs guſtantibus videatur dulce, alijs amarũ. Quocirca ſi oēs ægrotarent, aut omnes inſanirēt: duo autem, vel tres rectè valerent, aut ſana mētis eſſent: hi profectò ægrotare, inſaniq́; eſſe viderentur, cæteri non itē. Præterea pleriſq́; alijs animalibus cōtraria apparere, itēque nobis, neque etiam eadem quemque ſemper, quæ aliàs, ſenſuum iudicio æſtimare. Quænã igitur vera ſint ex his aut falſa, obſcurũ eſt, neque enim magis hæc, quàm illa, ſed æquè vera ſunt omnia. Hinc Democritus ait, aut nihil verum eſſe, aut nobis manifeſtum non eſſe.*

Omninò [k] autem, quia prudentiam ſenſum eſſe, atque hunc alterationem exiſtimant: neceſſariò effici dicunt, id, quod ſenſui apparet, verum eſſe. Ob

[k] *Omninò autem.* Proponit tertium argumentum illorum, quod ita habebat, Quicquid videtur ſenſui, eſt verum: omne iudicium de vero eſt iudicium ſenſus, igitur

Tertium.

igitur omne iudicium de vero eſt verum; ſeu, quod idem eſt, quicquid videtur verum, eſt verum. Maiorem probabant, Quia actus ſentiendi eſt alteratio quædam facta à re ſenſibili in ſenſu, id autem, quod alteratur, tale fit per alterationem, quale eſt id, à quo alteratur, quandoquidem omne agens aſſimulat ſibi id, quod patitur: cùm igitur veritas conſiſtat in conformitate iudicij, & rei, de qua iudicium fertur, efficitur, vt quicquid ſenſui videtur, ſit verum. Minorem ex eo veram eſſe exiſtimabāt, quia putabant prudentiam, ſiue ſapientiam, hoc eſt, actum iudicandi de vero, eſſe ſenſum, ſiue actum ſentiendi, iudicandive ſecūdùm ſenſum.

Veteres accuſat.

[l] *Ob hæc enim & Empedocles, & Democritus.* Docet Empedoclem, Democritū, & alios pleroſque iis, quæ in hac extrema ratione dicta ſunt, cōceſſis, planè teneri reos illius inſanæ ſententiæ, quæ contradicentes ſimul veras eſſe concedit. Quā quidem nomine talium appellat, quòd indigna ſit, quę inter opiniones referatur. Itaque etſi forte hi auctores contenderent, ſe non fuiſſe in hac ſententia: tamen Ariſtot. ex iis, quæ illi conceſſerunt, atque adeo docuerūt, affirmat, eos, velint nolint, obnoxios illi fuiſſe, & omnibus incommodis, quæ illam ſequuntur.

ἐκ [l] τούτων γὰρ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Δημόκριτος, καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἕκαστος, τοιαύταις δόξαις γεγένηνται ἔνοχοι. καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν, μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν. Text. 150.

Πρὸς [m] παρεὸν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισι. καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει ὅτι ὅσσον ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίστατο. καὶ Παρμενίδης δὲ ἀποφαίνεται τὸν αὐτὸν τρόπον. Ὡς [n] γὰρ ἕκαστος ἔχει κρᾶσιν μελέων πολυκάμπτων, Τὼς νόος ἀνθρώποισι παρέστηκεν. τὸ γὰρ αὐτό ἐστιν ὅπερ φρονέει [o] μελέων φύσις ἀνθρώποισι, Καὶ πᾶσιν, καὶ παντί. τὸ [p] γὰρ πλέον ἐστὶ νόημα. Ἀναξαγόρου δὲ καὶ ἀπόφθεγμα μνημονεύεται πρὸς τῶν ἑταίρων τινάς, ὅτι τοιαῦτα αὐτοῖς ἔσται τὰ ὄντα, οἷα ἂν ὑπολάβωσι. φασὶ δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ταύτην ἔχοντα φαίνεσθαι τὴν δόξαν, ὅτι [q] ἐποίησε τὸν Ἕκτορα ὡς ἐξέστη ὑπὸ τῆς πληγῆς, κεῖσθαι ἀλλοφρονέοντα· ὡς φρονοῦντας μὲν καὶ τοὺς παραφρονοῦντας, ἀλλ' οὐ ταὐτά. δῆλον οὖν ὅτι εἰ [r] ἀμφότεραι φρονήσεις, καὶ τὰ ὄντα ἅμα οὕτω τε καὶ οὐχ οὕτως ἔχει. Com. 52.

ᾗ [ſ] καὶ χαλεπώτατον τὸ συμβαῖνόν ἐστιν. εἰ γὰρ οἱ μάλιστα τὸ ἐνδεχόμενον ἀληθὲς ἑωρακότες (οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ μάλιστα ζητοῦντες αὐτὸ καὶ φιλοῦντες) οὗτοι τοιαύτας ἔχουσι τὰς δόξας, καὶ ταῦτα ἀποφαίνονται περὶ τῆς ἀληθείας, πῶς οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι τοὺς φιλοσοφεῖν ἐγχειροῦντας; τὸ γὰρ τὰ πετόμενα διώκειν, τὸ ζητεῖν ἂν εἴη τὴν ἀλήθειαν.

Αἴτιον [t] δὲ τῆς δόξης τούτοις, ὅτι περὶ τῶν ὄντων Text. 22.

μὲν

Empedoclis verba.

[m] *Ad præſens homini.* Hæc verba Empedoclis eò pertinere videntur, vt ſignificent, intellectum non diſtingui à ſenſu: in eandémque ſententiam referuntur ab Ariſt. 3. de Anima cap. Itémque vt declarent ſenſum eſſe alteratione̅ à rebus ſenſibilibus factā: ſic enim exponēda ſunt, Secundùm id, quod adeſt, apparetq́; efficitur hominibus prudētia, veritatíſque comprehenſio, vt Alex. exponit. Ita fit, vt intelligat Empedocles mutato habitu, id eſt conſtitutione corporis à ſenſibilibus, quibus ſenſus alterantur, mutari prudentiam, ſiue ſapientiam, hoc eſt iudicium quo intellectus verū iudicat, non quòd mutetur ſapientia vt non ſit, ſed vt alia ſapientia ſit.

Parmenidis.

[n] *Namque vt temperies.* Hæc etiā verba, hominis ſunt nullam vim animi agnoſcentis ſenſibus ſuperiorem, qua nimirū homo ſenſus cohibere, & naturales propenſiones comprimere poſſit.

[o] *Membrorū natura.* Senſus horū verborum eſt, Solam naturā corpoream membris inſitā, eſſe eam, quæ ſapit, id eſt, cui omnium hominū ſapientia tribuenda eſt.

[p] *Nā quod plus eſt.* Hoc eſt plus valet Quibus verbis declarat Ariſt. Parmenidē nō poſuiſſe mentem ſiue intelligentiā ſuperiorē ſenſibus, quaſi dicat. Vis enim animi, quam ponimus dominantē ſenſibus, & quam negat Parmenides, intelligentia eſt.

Homeri.

[q] *Quod Hectorem.* Quod Homerus dicit, Hectorem ex accepto vulnere iacentem,

tem, at inſanientem aliud ſapere cœpiſſe (quaſi inſani ſapiant quidem, verum, ſed tamen aliter, atque ſani) argumento eſt illum putaſſe ſapientiã nihil diſtingui à ſenſu, & quod quiſque iudicat, id verum eſſe, Sapientia enim nõ niſi verorum eſt. Quamquam verò, aliud ſapere, in loco Homeri citato pro deſipere accipi poteſt, tamen quia Homerus alias notatur eius vitij, quod intellectũ à ſenſũ non diſtinxerit, vt habes 3. de Anima, cap. 3. ideo Ariſto. iuxta priorem expoſitionẽ illum hoc loco interpretatur, ſeu potiùs illius interpretationem ab aliis inuectam tradit.

Text. 150. *Ob [l] hæc enim & Empedocles, & Democritus, &, vt vno verbo dicam, cæteri omnes, talibus opinionibus obnoxij facti ſunt. Nam & Empedocles eos, qui habitu mutantur, prudentia mutari, his verbis ait.*

Ad [m] præſens homini ſemper prudentia creſcit.

Et alio rurſus loco inquit;

Mutari vt variè contingit corpore cuique,
Sic animus diuerſa ſapit.—

Parmenides quoque idem aſſerit ita ſcribens,

Qualis [n] temperies membrorum cuique ſuorum eſt,
Huic etiam talis mens contigit.—

Idem eſt enim atque illud;

Membrorum [o] natura viris ſapit inſita iunctis.

Quod [p] enim plus eſt, intelligentia eſt. Sed & Anaxagoræ breuis illa ſententia ad quoſdam eius familiares memoriæ prodita eſt; Talia ipſis fore ea, quæ ſunt, qualia ipſi exiſtimabant. Aiunt quoque, Homerum in eadem ſententia videri, quod [q] Hectorem cùm ex vulnere, mente dimotus eſſet, iacere fecerit aliud ſapientem, quaſi qui mente capti ſunt, ſapiant illi quidem, ſed non eadem. Patet igitur ſi [r] vtraque prudentia eſt, ea etiam quæ ſunt, ita ſimul, & non ita habere.

Quæ [ſ] etiam ex re moleſtiſſimum eſt, quod efficitur. Si enim ij, quibus verum maximè videre contigit (ſunt autem hi, qui illud maximè quærunt, ac amant) talia ſibi perſuadent, atque hæc de veritate pronuntiant, quomodo non meritò ij animo concidant, qui philoſophari conantur? Erit enim nihil aliud veritatem quærere, quàm volantia inſequi.

Text. 21. *Vt [t] hi autem ita opinarentur, hæc cauſſa fuerit, quia*

[r] *Si vtraque prudentia.* Quaſi dicat: Si iudicium inſanorum, æquæ ac hominum ſanè mentis ſapientia eſt, ac proinde verũ, cùm ſani, & inſani maxima ex parte de iiſdem rebus contraria iudicent, planè efficitur, vt eædem res ſimul eſſe, & non eſſe poſſint.

Inuehitur in veteres quoſdam.

[ſ] *Quæ etiam ex re.* Contineri non poteſt Ariſtot. quin in eiuſmodi Philoſophos inuehatur, & meritò quidem. Vt enim Hoſpes Eleates apud Platonẽ in Sophiſta rectè ait, *Aduerſus eos omnes rationum conatu pugnandũ eſt, qui ſcientia prudentia, mentéque ſublatis, quicquam aliud aſſeuerant.* hi autẽ omnem ſcientiã, & quicquid præterea in nobis eſt, quo veri percipiendi capaces ſumus, de medio tollũt, ac proinde nihil aliud quàm ſuo philoſophãdi exemplo, atq; doctrina eos, qui philoſophari cupiunt, à Philoſophię ſtudio deterrent. Exemplo quidem, Quia ſi ij, qui totam vitæ ſuæ rationem in veritatis inueſtigatione poſuerunt adeo abſurdas, & à verò alienas opiniones in mentem induxerunt: quo pacto non eis concidat animus, qui nouitij ad Philoſophandum accedũt? Doctrina verò, quia qui omnia vera eſſe affirmant, nullam ſynceram veritatem ſuperſtitem relinquũt. Neq; enim omnia vera eſſe poſſunt (quod ipſi aiunt) niſi ſimul etiam ſint falſa, cùm affirmationes negationibus, & negationes affirmationibus repugnent. Ita fit, vt veritatem ſinceram quærere perinde ſit, ac ſi quis aues volantes currendo inſequatur, quod moleſtiſſimum ſanè, ac grauiſſimum auditu eſt: iſto enim modo nihil aliud erit Philoſophorum more veritatem quærere, quàm impoſſibilia conari.

[t] *Vt hi autem ita opinarentur.* Tradit cauſſas, & quaſi fontes detegit, vnde iſtorum error manarit. Vna fuit infinitio materiæ rerum ſenſibilium, altera earum mutabilitas, & inconſtantia. Priorem ſic explicat. Cùm hi de rebus omnibus,

Prior cauſa horum opinionis.

Digitized by Google

quaſi primi Philoſophi diſſerere inſtituiſſent, nec alias præter ſenſibiles, & corruptibiles agnouiſſent: hæ verò conſtent materia, quæ ex ſe omninò indefinita eſt, & ens potentia ad omnia, vt ſuperiùs dictum eſt, illud eſt cõſecutum, vt quidã eorum reſpicientes ad amplitudinem, & capacitatem materiæ, nec diſtinguentes potentiam ab actu, omnia de omnibus verè affirmari, & negari poſſe exiſtimarent.

μὲν τὴν ἀλήθειαν ἐσκόπουν· τὰ δ' ὄντα ὑπέλαβον εἶναι τὰ αἰσθητὰ μόνον. ἐν δὲ τούτοις, πολλὴ ἡ τῆς ἀορίστου φύσις ἐνυπάρχει, καὶ ἡ τοῦ ὄντος οὕτως, ὥσπερ εἴπομεν. δι * ὁ εἰκότως μὲν λέγουσιν, οὐκ ἀληθῆ δὲ λέγουσιν. οὕτω γὰρ ἁρμόττει μᾶλλον εἰπεῖν, ἢ ὥσπερ Ἐπίχαρμος * εἰς Ξενοφάνην. ἔτι x δὲ πᾶσαν ὁρῶντες ταύτην κινουμένην τὴν φύσιν, κατὰ δὲ τοῦ μεταβάλλοντος, οὐδὲν ἀληθευόμενον, περί γε τὸ πάντῃ πάντως μεταβάλλον, οὐκ ἐνδέχεσθαι ἀληθεύειν. ἐκ y γὰρ ταύτης τῆς ὑπολήψεως ἐξήνθησεν ἡ ἀκροτάτη δόξα τῶν εἰρημένων, ἡ τῶν φασκόντων ἡρακλειτίζειν, καὶ οἵαν Κρατύλος εἶχεν, ὃς τὸ τελευταῖον οὐθὲν ᾤετο δεῖν λέγειν, ἀλλὰ τὸν δάκτυλον ἐκίνει μόνον, καὶ Ἡρακλείτῳ ἐπετίμα εἰπόντι, δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι. αὐτὸς γὰρ ᾤετο οὐδ' ἅπαξ. Ἡμεῖς z δὲ καὶ πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἐροῦμεν, ὅτι τὸ μὲν μεταβάλλον * ὅτε μεταβάλλει, ἔχει τινὰ αὐτοῖς ἀληθῆ λόγον μὴ οἴεσθαι εἶναι. καίτοι ἐστί γε ἀμφισβητήσιμον. τό τε γὰρ ἀποβάλλον ἔχει τι τοῦ ἀποβαλλομένου, καὶ τοῦ γιγνομένου ἤδη ἀνάγκη τι εἶναι. ὅλως τε εἰ φθείρεται, ὑπάρξει τι ὄν· καὶ εἰ γίγνεται, ἐξ οὗ γίγνεται, καὶ ὑφ' οὗ γεννᾶται, ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ τοῦτο μὴ ἰέναι εἰς ἄπειρον. ἀλλὰ a a ταῦτα παρέντες, ἐκεῖνα λέγομεν, ὅτι οὐ τὸ αὐτό ἐστι τὸ μεταβάλλειν κατὰ τὸ ποσὸν καὶ κατὰ τὸ ποιόν. κατὰ μὲν οὖν τὸ ποσὸν ἔστω μὴ μένον, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶδος ἅπαντα γιγνώσκομεν.

ἔτι

Alias ὁ Ξενοφάνης.

Com. 52.

** Aliàs ὅτι.*

Hoc lib. tract. 5. cap. 4.

* *Quocirca veriſimiliter.* Quoniã ea, quæ ſupra in diſſoluenda ratione Anaxagoræ dicta ſunt, ad huius cauſę refutationẽ valent, id tantùm exiſtimauit Ariſt. dicẽdum hoc loco, vtcumque veriſimili ratione hos Philoſophos motos fuiſſe: non tamen vera, & quæ probari debeat, vt ex dictis patet. Æquiùs enim eſſe ait illos propter vtcũque probabilẽ rationem, qua permoti ſunt, aliqua ex parte excuſare, quàm propter errorem, quem inde hauſerũt, acriùs reprehendere. Quod ſecus fecit Epicharmus Poëta, qui cùm intelligeret Xenophanem nonnulla ignoraſſe, vt ſcribit Alex. aliis pleriſque quæ in eo laudare poterat, prætermiſſis, illũ propter errata, quæ deprehenderat, ſcommatis & maledictis inceſſit. Albertus refert hanc Xenophanis reprehenſionem ad ſtupiditatem ſententiæ illius, quæ 1. lib. narrata eſt. Alij legunt, tum Græcè, tum etiam Latinè. *quàm vt Epicharmus, aut Xenophanes.* quæ lectio, ſi vera eſt, ſignificat, acriùs Epicharmum, & Xenophanem inſectari ſolitos fuiſſe eos, quos erraſſe cõperiſſent. De Xenophane enim ſic refert Laërt. ſcriptum eſſe à Timone Xenophanem ſub acerbum, & Homeri nobile flagrum. Epicharmi honorificè meminit Plato in Theæteto. Ait enim illum fuiſſe ſummum Poëtam in Comœdia, vt Homerus fuit in Tragœdia.

Ariſtotel. modeſtus in reprehendendo.

Lib. 9. de vitis Philoſophorũ in Xenoph.

Poſterior cauſa.

x *Præterea, cùm omnem.* Hæc eſt altera cauſſa, ex qua error illorum eſt ortus, rerum videlicet ſenſibilium mutabilitas, & inconſtantia. Nam cùm illi totam rerum naturam irrequieto motu inſtar fluminis omni ex parte mutari, ac fluere arbitrarentur, ita nimirum, vt nihil in re vlla eſſet, quod continenter non mutaretur: de eo autem, quod omni ex parte mutatur, dum ita mutatur, ac variatur, nullum fixum entis gradum dici poſſe intelligerent (mutatio enim non eſt ens, ſed entis acquiſitio, aut deperditio) illud effici exiſtimabant, veritatẽ enunciationum, ſi vlla eſt, non eſſe ex rebus ipſis, ſed ex opinione, quæ de illis habetur, metiẽdam: quare ſi quid verum eſt, quodcunque videtur, id omne, ac ſolùm verum eſſe.

Extrema ſententia. Heracliti ſectatorũ.

y *Ex hac enim.* Hinc manaſſe docet opinionem Cratyli, aliorúmque Heracliti ſequacium, quæ fuit ſumma, ſiue extrema huius ſectæ. Eo enim proceſſit Cratylus in ea defenſanda, vt longè poſt ſe præceptorem Heraclytum reliquerit. Primùm enim adeo in ea profecit, vt tandem putaret res non eſſe verbis oſtendendas, quòd prius illæ defluerent, quàm verba finirentur. Proinde longè meliùs eſſe cenſebat, ſi digito oſtenderentur, tum ob maiorem breuitatem, tum maximè, quia

quod

quod digito monſtratur, quicquid illud tandem ſit, & quantumcumque varietur totum id digitus monſtrat. Deinde illud præceptoris ferre non poterat, quod dixiſſet, neminem poſſe bis eundem fluuium ingredi. Ipſe enim ne ſemel quidem id fieri poſſe exiſtimabat, quòd in ipſo tranſitu alia, atque alia aqua alium, atque alium fluuium efficeret, vel quòd res tranſiens, alia atque alia eſſet. Qua ſimilitudine ſignificabat, non rectè ſenſiſſe præceptorem, ſi vel quantulumcumq; ſpatium rem nullã in eodem ſtatu permanere exiſtimauerat.

quia veritatem illi quidem de rebus exquirebant: ſed tamen ea duntaxat, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, eſſe arbitrabantur: in his autem indefiniti natura, eiusq;, quod eo pacto eſt ens, vt expoſuimus abundè ineſt. Quocirca [u] *veriſimiliter quidem dicunt, vera autem non dicunt: hoc enim potius modo loqui par eſt, quàm quo Epicharmus in Xenophanem. Præterea* [x] *cùm omnem hanc naturam mutari, de eo autem, quod mutatur, nihil verè dici cernerent, de eo, quod omni ex parte mutaretur, nihil verè dici poſſe exiſtimabant. Ex hac* [y] *enim exiſtimatione orta eſt extrema illa opinio eorum quas commemorauimus, ea, in qua fuerunt ij: qui ſe Heracliti ſectatores profitebantur, quámque Cratylus habuit, qui tandẽ nihil dici oportere exiſtimabat, ſed digitum modo mouebat. Heraclitúmque obiurgabat, quòd dixiſſet, non poſſe quemquam bis fluuium eundem intrare: ipſe enim ne ſemel quidem exiſtimabat. Nos* [z] *autem ad hanc quoque rationem dicemus, eos vera quadam ratione dici, vt exiſtiment id, quod mutatur, cùm mutatur, non eſſe, quamquam hoc non caret controuerſia. nam & id, quod abiicit, aliquid habet eius, quod abiicitur: & eius quod fit, aliquid iam ſit neceſſe eſt: ac omninò, ſi corrũpitur, erit res aliqua: ſi fit, & id ex quo fit, & à quo generatur, neceſſe eſt, exiſtat, idq; non in infinitũ progrediatur. Sed* [a a] *his omiſſis illa dicimus, non idẽ eſſe, quantitate, atque qualitate mutari. Atque, vt demus rationem quantitatis non manere: certè rationem formæ omnia cognoſcimus.*

Cõtra eos qui ex mutabilitate verũ, nihil certi percipi poſſe putabant primũ argumentum.

[x] *Nos autem ad hanc.* Diſputat contra eos, qui ex mutabilitate rerum nihil certum, & definitũ de re vlla dici poſſe colligebãt. Primúmque illis concedit, aliqua ex parte illud verũ eſſe, quod dicebant, Quod mutatur, cùm mutatur, nullum fixum ac certum entis gradũ ſibi vendicare. Qua enim ratione mutatur, nõdum habet cõpletum eſſe, ſed illud acquirit. At ſimpliciter, & abſolutè id dubium eſſe, ne dicat falſum mitiùs enim pollicitus fuerat ſe acturum cum iis, qui ratione aliqua deluſi primum principiũ negaſſent. Nam, quod id abſolutè dicẽdum non ſit, ipſa mutationis ratio poſtulat. Quicquid enim formam abiicit, adhuc habet partem illius, in qua certus aliquis gradus entitatis deſignari poſſit: alioqui iam totam abieciſſet. Id etiam, quod acquirit, iam habet partem illius in qua certũ aliquid fixumq; accipi valeat: alioqui iam totam haberet. Ruſus, quod corrumpitur, certum ens ſit neceſſe eſt, alioqui nihil corrumperetur. Quod item generatur ex aliqua materia, & ab aliquo efficiente generatur: nec huiuſmodi materia generatur ſimul ex alia, & illa ex alia, & hoc efficiens ab alio, & illud ab alio, & ſic in infinitum: ſed neceſſe eſt, cùm generatio cuiuſq; rei fit, dari aliquam materiam & aliquod efficiens, quæ nullo modo generentur, vt 2. lib. oſtenſum eſt. Ita fit, vt etiamſi res, qua ratione mutantur, nullum certum entis gradum ſibi vendicent, tamen in eo, quod nondum abiecerunt, aut iam conſecutæ ſunt: itemq; ratione materiæ, ſaltem primæ & efficientis primi, certum aliquid deſignari poſſit, quod illis tribuatur. Quapropter ij, etiam qui continentem rerum mutationem profitentur, aliqua etiam excipere coguntur, ſi ſuam velint defendere ſententiam. Alioqui non modo non eſſet perennis fluxus rerum omnium, ſed ne vlla quidem mutatio.

Niſi certum, & definitum aliquid ſit, nõ poſſe dari mutationem vllam.

[a a] *Sed his omiſſis illa.* Quoniam ij quibuſcum diſputat, negandis rebus apertiſſimis

Impugnandis rebus apertiſſimis en.rnari vim intelligendi.

Digitized by Google

mis imbecillum, & quodammodo eneruatum reddiderunt intellectum, omiſſis fortioribus, ac robuſtioribus argumentis, quale eſt, quod modò tetigit ad planiores, magiſque populares rationes ſe conuertit, quarum hæc eſt vna. Etſi illis concedatur, res omnes perpetuò fluere: eam tamen continentem mutationem accidere rebus ratione quantitatis, id eſt, materiæ, nō autem ratione qualitatis, hoc eſt formæ, per quam res cognoſcūtur, & ex qua nominantur ita fieri, vt nō ſit cum negetur in rebus ſtabile fundamentum veræ orationis, & ideo ad ſolā earū ſpeciē, & , vt ita dicā apparentiā confugiatur. Fluxus, enim materiæ ſtabilitatem formæ nō impedit. Appellat autem Ariſt. hoc loco formā nomine qualitatis, & nomine quantitatis materiam: tum quia qualitas eſt nota quędam & indiciū formæ, quantitas autem materiæ: tū etiā, quia omnem varietatem formę ſequitur variatio alicuius qualitatis, acceſſionem autem, & deceſsionem nouæ materiæ, acceſſio, & deceſſio nouæ quantitatis: Quibus de cauſsis, aliiſque nonnullis ſolet quantitas dici ſequi materiam, & qualitas formam. Quo autem pacto fluente materia forma non fluat (quod in ſola nutritione viuentium perfectorum propriè accidit) priori lib. de generatione explicatum eſt.

Secūdum argumentum.

Appellat formam qualitatē materiā primam quātitatem.

¶ ἔτι bb δ' ἄξιον ἐπιτιμῆσαι τοῖς οὕτως ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων τὸν ἀριθμὸν εἰδότες οὕτως ἔχοντα, περὶ ὅλου τοῦ οὐρανοῦ ὁμοίως ἀπεφήναντο. ὁ γὰρ περὶ ἡμᾶς τοῦ αἰσθητοῦ τόπος, ἐν φθορᾷ καὶ γενέσει διατελεῖ μόνος ὤν· ἀλλ' οὗτος οὐθὲν, ὡς εἰπεῖν, μόριον τοῦ παντός ἐστιν. ὥστε δικαιότερον ἂν δι' ἐκεῖνα τούτων ἀπεψηφίσαντο, ἢ διὰ ταῦτα ἐκείνων κατεψηφίσαντο. ἔτι cc δὲ δῆλον, ὅτι καὶ πρὸς τούτους ταὐτὰ τοῖς πάλαι λεχθεῖσιν ἐροῦμεν. ὅτι γὰρ ἔστιν ἀκίνητός τις φύσις, δεικτέον αὐτοῖς, καὶ πειστέον αὐτούς. dd καίτοι γε συμβαίνει τοῖς ἅμα φάσκουσιν εἶναι καὶ μὴ εἶναι, ἠρεμεῖν ee μᾶλλον φάναι πάντα, ἢ κινεῖσθαι. οὐ γὰρ ἔστιν εἰς ὅ,τι μεταβάλλει. ἅπαντα ff γὰρ ὑπάρχει πᾶσι. *Text. 24.*

Περὶ gg δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς οὐ πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές, πρῶτον μὲν, ὅτι οὐδ' ἡ αἴσθησις ψευδὴς τοῦ ἰδίου ἐστὶν, ἀλλ' ἡ φαντασία οὐ ταὐτὸν τῇ αἰσθήσει. εἶτ' *Text. 24.*

Tertium argum.

bb *Praeterea reprehenſione.* Tertium argumentum adhibet, quòd non rectè colligant ex fluxu quarundam rerum: omnium omninò inſtabilitatem. Nam, vt illis concedatur, res omnes, quæ ſunt apud nos, eſſe ex omni parte mutabiles: tamen cùm eæ omnes minima ſint pars vniuerſi: quænam quæ conſecutio eſt, ſi ex earum continenti fluxu, omnium omninò rerum inconſtantia colligatur? Iuſtius ſanè illi, quoniam nullum interitum, nullam inconſtantiam in rebus cœleſtibus experti erant, aliquam terrenarum ſtabilitatem ex illarum conſtantia collegiſſent (id enim rectè feciſſent ſecundùm ſpeciem) quam cœleſtes ac maximas, terrenarum argumento fluxas, & caducas eſſe pronunciaſſent.

Vnde hauſerint opinionē de perēni fluxu rerū omnium.

Quo loco aduerte hos Philoſophos ex rebus quæ accreſcunt, & decreſcunt ſibi perſuaſiſſe res omnes eſſe in continenti fluxu. Cùm enim obſeruaſſent, res viuētes, in menſe, aut longiori tempore accrementum & decrementum accipere, nec tamen id, cùm paulatim fit, ſenſu percipi, ſuſcipicati ſunt, cœleſtes etiam, quas non cernimus vnquam deficere, longiſsimo tamen aliquo temporis ſpacio tandem defecturas, aut certè ob id non penitus diſſolui, quia continenter, alantur ex his, quæ è terra aſcendunt. Quod quàm male colligatur non opus eſt docere. Quàm verò id abſurdum ſit, & è veritate alienum, alibi oſtendendum eſt.

Alia verſio.

Quorundam reſponſio.

Aliorum.

Sunt tamen, qui in hanc ſententiam locum hunc vertendum putent, *Reprehendēdos eſſe eos qui hoc modo de rebus exiſtimarunt, propterea quod cùm pauciores numero ſenſibilium rerum corrumpi viderent (eas nimirum, quæ ſunt apud nos) de toto tamen vniuerſo ſenſibili eandem ſententiam tulerunt.* Sed quoniam Ariſt. non putat, corpora corruptibilia eſſe pauciora numero ſempiternis, ſed longè plura ſunt qui velint, res pauciores numero ſumi, hoc loco pro minoribus magnitudine, vt numeri vocabulum pro magnitudine vſurpetur. Alij, quoniam hæc interpretatio violenta eſt admodum, exiſtimant, corpora corruptibilia cenſeri hoc loco pauciora numero ſempiternis, quia conferuntur non modò cum cœlis, ſed etiam cum aſtris, quæ ſunt penè infinita: ea potiſsimùm, quæ à nobis diſtinctè non cernuntur. Verùm, ſiue hoc modo dicant,

ſiue

Digitized by Google

ſiue Ariſtotelem loqui velint de corporibus ſimplicibus,ex quibus cætera conſtãt (horum enim numerus apertè minor eſt in iis,quæ intereũt,quàm in ſempiternis) obſtat primum,quòd impropriè,accipiunt verbum ἐλάττω, quod propriè non pauciora, ſed minora ſignificat, cùm interim nihil cogat accipi hoc loco impropriè pro paucioribus,vt nonnunquam fit.

Text. 24. *¶ Praeterea* [b b] *reprehenſione digni ſunt qui ita exiſtimant, quia cùm vel ipſorum ſenſibilium numerũ hoc pacto habere in minoribus animaduerterẽt: de toto cælo ſimilem ſententiam pronunciarunt. Is enim locus rerum ſenſibilium qui circa non eſt, corruptioni ſolus, generationiq; obnoxius eſt, at is nulla propè dixerim pars eſt vniuerſi. Itaq; iuſtius illa propter hæc abſoluiſſent, quàm propter hæc illa damnaſſent. Illud* [c c] *quoque apertum eſt, nos eadem illa, quæ olim, diſſeruimus, his eſſe obiecturos: eſt enim eis oſtendendum, ac perſuadendum, immobilem quandam naturam eſſe: tametſi* [d d] *accidit iis, qui ſimul eſſe, & non eſſe dicunt,* [e e] *quieſcere omnia magis, quàm moueri dicant. Nihil eſt enim, in quod mutetur quicquam, quippe cùm* [f f] *omnia in omnibus inſint.*

De [g g] *veritate autem illius pronunciati. Non omne quod apparet, verum eſſe, Primum quidem illud dicimus, neque ſenſum de proprio obiecto mendacem eſſe: at phantaſia non idem eſt, quod ſenſus.*

Deinde

Impugnatio. Deinde obſtat id quod pro ratione redditur, locũ videlicet corruptibilium rerũ eſſe nullũ propemodum: neque enim ex paruitate loci colligitur, minorem eſſe numerum eorũ corporum, quę in eo cõtinentur: ſed minorẽ eſſe magnitudinem omnium ſimul. Poſtremò, quòd ipſa verborum ſyntaxis non patitur, vt verbũ τὸν ἀριθμὸν iungatur cum verbo, τῶν ἐλαττόνων, vt ſignificentur pauciora numero. ſed tota periodus hãc omnino collocationem poſtulat. ἔτι δ᾽ ἄξιον ἐπιτιμῆσαι τοῖς οὕτω ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι καὶ δόντες τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν οὕτως ἔχοντα ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων, περὶ ὅλου τοῦ οὐρανοῦ ὁμοίως ἀπεφήναντο. quàm ſyntaxim verſio noſtra exprimit. Itaque Ariſtoteles ſumens numeri vocabulum pro multitudine rerum, ſeu potiùs, vt paſſim ſolet, pro ipſis rebus multis, duo paucis verbis in huiuſmodi Philoſophorum ſententia reprehendit: Vnũ quod vel ex ſola ſenſibilium rerum mutatione collegerunt, τὸν ἅπαντα, *hoc eſt totum vniuerſum*, ſimpliciter (quicquid tandem illud contineat) eſſe mutabile, cùm etiam re vera cõtineat res omnis materiæ, ac mutationis expertes. Alterum quòd non eſt inconſtãtia maiorum, & inſigniorum ſenſibilium, ſed minorum (quæ etiam ſimul iuncta minimam, ac propè nulla partem magnitudinis efficiunt totius vniuerſi) collegerint, totum cælũ, id eſt, totũ hoc vniuerſum ſenſibile eſſe inſtabile, & inconſtans ac proinde totum vniuerſum ſimpliciter, quod illi à ſenſibili non diſtinguebant. *Numerus quo pacto hic ſumatur.*

[c c] ***Illud quoque apertum.*** Quartum argumentum adiungit, Quod aliqua, ſaltem res detur in rerũ natura penitus immobilis, vtpotè primus motor, quod ipſe olim oſtenderat. 8. Phyſicorum, lib. 13. huius operis repetet. *Quartũ argũm.*

[d d] ***Tametſi accidit.*** Poſtremò arguit eoſdem Philoſophos, quòd abſurda illa ſententia de contradicentibus ſimul veris, quam colligunt ex continenti, & irrequieta mutatione rerum, potiùs repugnet earum mutationi, quàm in ea fundetur. Si enim omnia de omnibus verè affirmantur, ac negantur, non erit vllus terminus affirmatiuus, aut negatiuus, ex quo vel ad quem res vlla mutari poſſit, ſiquidem nihil mutatur niſi in id, quod non habet. *Tandem eos perſtringit. ex ipſorũ ſententiæ repugnantia.*

[e e] ***Vt quieſcere omnia.*** Quieſcere non propriè ſumitur hoc loco, ſed pro eo, quod eſt non mutari: quod enim mutari non poteſt nec quieſcere: eſt enim quies priuatio motus, mutationiſve. *Prima obiectio in eos, qui quicquid verum eſſe apparet, verum eſſe dicebant.*

[f f] ***Cum omnia.*** Tam, quæ negatiuè ſignificantur vt non album, quàm quæ affirmatiuè vt album. Alioqui ſi negatiua non ineſſent, poſſent vtique res mutari ab eſſe, ad non eſſe.

[g g] ***De veritate autẽ*** Diſputat cõtra eos, qui quicquid verũ apparet verum eſſe dicebant, ac primum illis obiicit, quod etſi ſenſus (quo nomine intelligit exteriores)

ſemper

Digitized by Google

ſemper concedantur veri, cùm propria ſenſibilia percipiũt, vt aſpectus colorem, & auditus ſonum, tamen non inde ſequi, quicquid verum apparet, eſſe verum. Phãtaſia enim (quo vocabulo ſignificat interiores ſenſus) non eſt idem, quod ſenſus, in ea verò reperiri poteſt falſum iudicium, præſertim cùm non moueatur immediatè à rebus, ſed à ſpeciebus earum, quæ per ſenſus percipiuntur, ac proinde poſſit accipere imagines rerum pro rebus ipſis: id quod nonnunquam accidit in iis qui atra bile laborant, cũ ſint vehemẽtis imaginationis, ſæpè ita cogitant de rebus abſentibus, aut quæ nullæ ſunt, vt eas ſe apertè cernere iudicent.

ἔτι h h ἄξιον θαυμάζειν εἰ τοῦτ' ἀποροῦσι πότερον τηλικαῦτά ἐστι τὰ μεγέθη, καὶ τὰ χρώματα τοιαῦτα, οἷα τοῖς ἄποθεν φαίνεται, ἢ οἷα τοῖς ἐγγύθεν· καὶ πότερον οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἢ οἷα τοῖς νοσοῦσι· καὶ βαρύτερα, πότερον οἷα τοῖς ἀσθενέσι, ἢ οἷα τοῖς ἰσχύουσι· καὶ ἀληθῆ, πότερον οἷα τοῖς καθεύδουσιν, ἢ οἷα τοῖς ἐγρηγορόσιν. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ οἴονταί γε, φανερόν. οὐδεὶς γοῦν ἐὰν ὑπολάβῃ νύκτωρ Ἀθήνησιν εἶναι, ὢν ἐν Λιβύῃ, πορεύεται εἰς τὸ ᾠδεῖον. ἔτι i i δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος, ὥσπερ καὶ Πλάτων λέγει, οὐ δήπου ὁμοίως κυρία ἡ τοῦ ἰατροῦ δόξα καὶ ἡ τοῦ ἀγνοοῦντος· οἷον περὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ὑγιοῦς, ἢ μὴ μέλλοντος.

Secunda.

h h *Deinde admiratione.* Deinde obiicit, mirũ eſſe quod aiũt, omnia, quæ vera eſſe videntur, æquè vera eſſe, Nemo enim eſt, qui non dicat, veriùs iudicari magnitudinẽ rei obiectæ, eiúſque colorem, cùm è loco propinquo cernũtur, quàm cùm è remoto. Nemo etiam dubitat ſintne veriora quæ valentibus videntur, an quæ ægrotis. Nec item rectius ne iudicet de grauitate ponderis robuſtus, an imbecillus. Denique veriora ſint, quæ vigilantibus apparent, anne quæ dormientibus.

Ἔτι k k δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν αἰσθήσεων, οὐχ ὁμοίως κυρία ἡ τοῦ ἀλλοτρίου καὶ ἰδίου, ἢ τοῦ πλησίον, καὶ τοῦ αὑτῆς· ἀλλὰ περὶ μὲν χρώματος ὄψις, οὐ γεῦσις· περὶ δὲ χυμοῦ, γεῦσις, ἀλλ' οὐκ ὄψις· ὧν l l ἑκάστη ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ περὶ τὸ αὐτὸ οὐδέποτε φησὶν ἅμα οὕτω καὶ οὐχ οὕτως ἔχειν. ἀλλ' m m οὐδ' ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ περί γε τὸ πάθος ἠμφισβήτησεν, ἀλλὰ περὶ τὸ ᾧ συμβέβηκε τὸ πάθος. λέγω δ' οἷον, ὁ μὲν αὐτὸς οἶνος, δόξειεν ἂν ἢ μεταβαλὼν, ἢ τοῦ σώματος μεταβαλόντος, ὁτὲ μὲν εἶναι γλυκὺς, ὁτὲ δὲ οὐ γλυκύς· * ἀλλ' τογὲ γλυκὺ οἷόν ἐστιν ὅταν ᾖ, οὐδεπώποτε μετέβαλεν· ἀλλ' ἀεὶ ἀληθεύει περὶ αὐτοῦ· καὶ ἔστιν ἐξ ἀνάγκης τὸ ἐσόμενον γλυκὺ τοιοῦτον. *Text. 19.*

* *Alius habet. ἀλλ' ἐνοτι.*

Cùm venitur ad actionẽ ſæpe relinqui doctrinam.

Auget autem admirationem ipſa eorum actio. Cùm enim venitur ad actionem perſpicuum eſt longè retro ab eis relinqui doctrinam iſtam de æquali veritate omnium. Nam ſi quis illorum cùm eſt in Africa, Athenis ſe in ſomniis eſſe putet, non continuò cum è lecto ſurgit in Odeum proficiſcitur, ſed quod in ſomniis vidit, vanum eſſe, quod in vigilia, verum ſtatuit.

Hoc loco pro Odeo, quod verbum cantui deſtinatum locum ſignificat, alij legunt Areopagum, alij Lyceum. Verùm id videntur facere, vt exemplis illuſtrioribus vtantur. Nam, & Græca omnia exemplaria quæ quidem viderimus, & Alexandri explanatio habent τὸ ᾠδεῖον. cæterum hoc vocabulum, etſi commune eſt, notum, tamen Athenis locum publicúmque hic ſignificat, quòd illi videntur non aduertiſſe.

Tertia obiectio.

i i *Præterea de re.* Tertio obiicit illud Platonis, quo eundem errorem in Protagora refellebat ſi de veritate futurorum agitur, verius haberi iudicium Medici, quàm ignari hominis, veluti ſitne ægrotus valetudinem recuperaturus, an non.

Quarta.

k k *Præterea in ipſis.* Quarto loco obiicit, quòd non æquè verus ſit ſenſus, cùm verſatur circa ſenſibile per accidens, quod vocat alienum obiectum, vt cùm aſpectus indicat de ſapore, atque cùm verſatur circa ſenſibile per ſe, quod appellat proprium, veluti cùm idem iudicat de colore: neque item cùm verſatur circa ſenſibile commune, quod vocat proprinquum, vt cùm tactus indicat de magnitudine, aut numero, atque cùm verſatur circa proprium, quod appellat, *Id*

id quod eſt ipſius. nimirum ſenſus, vt cùm idem ſenſus iudicat de calido, aut frigido. Sæpius enim errãt ſenſus in ſenſibilibus per accidens, quàm per ſe: ſæpius item in ſenſibilibus communibus, quàm propriis. Quin etiam circa propria ſenſibilia nullus ſenſus errat, ſi modò & valeat ipſe, & res obiecta, nec longiùs diſtet, nec propior ſit, quàm natura ſenſus poſtulet, & omnia remoueantur, quæ impedimento eſſe poſſunt. Quid autem ſit ſenſibile per ſe, ac per accidens, itémque, commune, ac proprium, in quæ diuiditur ſenſibile per ſe, in 2. lib. de Anima, ca. 6. explicatũ habes.

Deinde [h] [h] *admiratione dignũ eſt, ſi hoc dubitent, tantæ ne ſint magnitudines, taleſq́; colores, quales videtur iis, qui procul ſunt: an quales iis, qui propè. Et num res tales ſint, quales videntur iis, qui rectè valent, an iis, qui ægrotant, & grauiora, ea ne, quæ imbecillibus, an quæ robuſtis: & vera, ea, quæ dormientibus, an quæ vigilantibus. Nam quod non ita exiſtiment, perſpicuum eſt. Nemo enim qui in Africa ſit, ſi noctu Athenis ſe eſſe putet, in Odeum proficiſcitur. Præterea* [i] [i] *de re futura, quemadmodum & Plato ait, non eſt profectò æquè certa Medici, & ignari opinio: verbi gratia, de eo qui futurus ſit, aut non futurus ſanus.* à Text. 60.

Præterea [k] [k] *in ipſis ſenſibus, non æquè certum eſt de alieno obiecto, atque de proprio iudicium, aut de propinquo, atque de eo, quod ipſius eſt: ſed de colore, aſpectus, non guſtatus: de ſapore autem guſtatus, non aſpectus indicat: quorũ* [l] [l] *nullus vnquam eodem tempore circa idem ſimul ita habere, atque non habere dicit. Quin* [m] [m] *neque vnquam in alio, atque alio tẽpore de affectione ipſa dubitarũt, ſed de eo, cui affectio accidit, Exempli cauſſa, idem vnum, ſi aut ipſum mutetur, aut corpus, interdum dulce, interdum non dulce videri poteſt: attamen ipſum dulce, quale eſt cùm fuerit, nunquam mutatum eſt: ſed ſemper de eo verum nunciat ſenſus, eſtq́; neceſſariò tale, quod dulce futurum eſt.*

Atqui

ll *Quorũ nullus vnquam.* Quinto loco ſic videtur argumentari. Nullus ſenſus eodem tempore iudicat, rem eandem ita ſe habere, & non ita, vt eſſe albam, & non albam: ergo ſi veritas ſequitur iudicium ſenſus nunquam duæ contradicẽtes erũt ſimul veræ. Vnde tamẽ hæc conſecutio firma ſit, haud facilè cernitur. Quamquã enim nullus externus ſenſus hoc iudicet, tamẽ internus id videtur iudicare poſſe; vt cùm aſpectus iudicat lignũ dimidia parte demerſum in aquã eſſe diſtortũ, tactus autem non eſſe diſtortum, ſed rectũ: tum enim videtur imaginatio iudicare poſſe eſſe diſtortum, & non diſtortum. Dicendum eſt tamen ex eo hanc conſequentiam habere vim, quod loquatur de contradictione in ſenſibilibus propriis, qualis eſt albi, & non albi, dulcis, & non dulcis: de his enim proximè locutus fuerat. Quare cùm negationes propriorũ ſenſibilium meliùs perſpiciantur iis ſenſibus, quibus illa ſenſibilia ſunt propria, quàm ab imaginatione, quemadmodum, & ipſa propria ſenſibilia, quibus opponuntur: efficitur argumento à maiore, vt ſi nullus ſenſus iudicat eodem tempore rem aliquam eſſe factam ſuo proprio ſenſibili, & non affectam, nec imaginatio id iudicare poſſit. Dubitare itaque poterit imaginatio, ſitne res affecta certo aliquo ſenſibili, an non: at iudicare, quòd ſit affecta illo, & non affecta, nullo modo poterit. Quamquam ne dubitare quidem poterit, niſi ſenſibilia ſint communia, qualis eſt figura ligni, quæ eadem à diuerſis ſenſibus percipitur. Nàm ſi ſenſibile ſit proprium, cùm idem ab alio ſenſu percipi nequeat, niſi per accidens: ſi quando duo ſenſus in iudicando de illo pugnauerint (vt ſi aſpectus iudicet, rem flauam eſſe dulcem guſtatus autem dicat eſſe amaram) ſemper imaginatio in iudicando ſequetur iudicium illius ſenſus, qui per ſe circa illud verſatur. Quinta. Obſeruatio.

mm *Quin neque.* Sexto loco hac ratione illorum ſententiam refellit. Si res tales ſunt, quales videntur, vt dicitis, negare non poteſtis, quin aliquid ſit neceſſarium: atqui ſi aliquid eſt neceſſarium, non omnia ita, & nõ ita ſe habent: igitur ſi res tales ſunt, quales videntur eſſe, non eſt dicendum, omnia ita non ita ſe habere. Priorem Sexta obiectio.

propoſitionem ex eo ſuadet, quia ſenſus nunquam dubitat de qualitate quæ per ſe cadit ſub proprium eius obiectũ,ſed ſemper de ea eodem modo iudicat, atque ideo ſemper verè iudicat: quamuis de ſubiecto illius ſæpe dubitet, ſæpe etiam in iudicando fallatur.Verbi cauſſa ,guſtatus aliquãdo iudicat id, quod re vera vinum eſt, eſſe vinum,quia dulce ſit,interdum etiam non eſſe vinum,vel quia acidum ſit factum , vel quia lingua infecta eſt amaris humoribus:qui,cũ vino miſcentur,amarum illud videri faciunt. At ipſum dulcem ſaporem ſemper iudicat eſſe dulcem, & amarum eſſe amarum,nec aliter vnquã de hiſce ſentit.Si ergo res tales ſunt quales eſſe videntur , ſaltem hæc neceſſariò erunt talia , dulce , inquam dulce,& amarũ,amarum,ac cętera eodem modo: neceſſarióque hoc pacto afficiẽt ſenſus,nec aliter de illis vnquam iudicabitur.

καί τοι [n] [n] ταῦτ᾽ ἀναιροῦσιν οὗτοι οἱ λόγοι ἅπαντες, ὥσπερ καὶ οὐσίαν μὴ εἶναι καθ᾽ ἑνός. οὕτω μηδὲ ἐξ ἀνάγκης μηθέν. τὸ γὰρ ἀναγκαῖον, οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως καὶ ἄλλως ἔχειν. ὥστ᾽ εἴ τι ἔστιν ἐξ ἀνάγκης, οὐχ ἕξει οὕτω τε καὶ οὐχ οὕτως. ὅλως [o] [o] τ᾽ εἴπερ ἐστι τὸ αἰσθητὸν μόνον, οὐθὲν ἂν εἴη μὴ ὄντων τῶν ἐμψύχων. αἴσθησις γὰρ οὐκ ἂν εἴη. τὸ μὲν οὖν μήτε τὰ αἰσθητὰ εἶναι, μήτε τὰ αἰσθήματα, ἴσως ἀληθές. τοῦ γὰρ αἰσθανομένου πάθος τοῦτό ἐστι· τὸ δὲ τὰ ὑποκείμενα μὴ εἶναι ἃ ποιεῖ τὴν αἴσθησιν, καὶ ἄνευ αἰσθήσεως, ἀδύνατον. οὐ γὰρ δὴ ἥ γ᾽ αἴσθησις αὐτὴ ἑαυτῆς ἐστιν, ἀλλ᾽ ἔστι τι ἕτερον παρὰ τὴν αἴσθησιν ὃ ἀνάγκη πρότερον εἶναι τῆς αἰσθήσεως. τὸ γὰρ κινοῦν, τοῦ κινουμένου φύσει πρότερόν ἐστι· κἂν εἰ λέγεται πρὸς ἄλληλα ταῦτα αὐτά, οὐθὲν ἧττον.

Κατὰ

[n] [n] *Atqui hoc tollunt* Probat poſteriorem propoſitionẽ ex oppoſito conſequentis hoc modo.Si omnia ita,& non ita ſe habent,vt hæ ſententiæ dicunt,tollitur de medio omne neceſſarium, quemadmodum ſupradictum eſt, tolli omne prædicatum ſubſtantiale (neceſſarium enim id dicitur , quod aliter ſe habere non poteſt) igitur ſi aliquid eſt neceſſarium, vt ex eorum dictis probatum eſt,non omnia ita, non ita ſe habebunt:id enim ſaltem,quod neceſſarium fuerit, non ita ſe habebit.

[o] [o] *Denique*

CAPITIS SEXTI EXPLANATIO.

Quid agatur in hoc capite.

SVnt [a] *autem nonnulli.* Diſputauit ſuperiori capite communiter cõtra totum genus eorum Philoſophorum, qui fallacibus rationibus decepti cõtradicentes ſimul veras eſſe fatebantur:nunc contra eos ſpeciatim diſſerit,qui, ea ratione id aſſerebant,quòd omnia,quæ vera eſſe viderentur, vera eſſe dicerent, ſiue ratione aliqua ducti id aſſererent,ſiue ore tenus , ac per proteruiam. Primùm igitur docet vtroſque hoc vel maximè ad confirmationem ſententiæ , quàm defendebãt quærere ſolitos, Quis tandem ſit ille,cuius iudicio ſtãdum ſit in diſcernendis iis,qui rectè valent,ab iis,qui non rectè,& omninò ſapientibus in vnaquaque re ab iis,qui ſapientes non ſunt.Si enim in rebus, quæ ad ſenſus pertinent , ea ſunt vera,quæ valentes,ac integri ſenſibus vera eſſe iudicãt,in iis autem, quæ ad intellectum ſpectant,ea,quæ prudentes,ac ſapientes dicunt (hoc enim illi ponũt dicturos eos, qui non omnia, quæ vera videntur , vera eſſe aſſeuerant) aliquis tandem conſtituendus eſt iudex,qui valentes , ac ſapientes à cæteris diſtinguat. Cùm hoc igitur fieri nequaquam poſſit, tum quia alij alios magis probant : tum etiam,quia eadem eſt difficultas in quærendis iis, qui communem illum iudicem conſtituant (& hi enim ipſi iudices ſint neceſſe eſt, à quibus proinde neceſſe eſt tota de veritate

Cui rationi maximè innitantur negantes primũ principium.

Κατὰ τῶν ζητούντων τὸν περὶ ἕκαστα κρινοῦντα ὀρθῶς.

ΚΕΦΑΛ. ς′.

Εἰσὶ [a] δέ τινες, οἳ ἀποροῦσι καὶ τῶν ταῦτα πεπεισμένων, καὶ τῶν τοὺς λόγους τούτους μόνον λεγόντων. ζητοῦσι γὰρ τίς ὁ κρίνων τὸν ὑγιαίνοντα, καὶ ὅλως τὸν περὶ ἕκαστα κρινοῦντα ὀρθῶς. τὰ [b] δὲ τοιαῦτα ἀπορήματα ὅμοιά ἐστι τῷ ἀπορεῖν, πότερον καθεύδομεν νῦν ἢ ἐγρηγόραμεν. *Text.6.*

Δύνανται

o o *Denique ſi ſolùm.* Poſtremò hanc adhibet rationem. Si eſſe omnium rerum in eo tantùm conſiſtat, quòd ſenſui tales appareant (hoc enim, vt omnes interpretantur, ſignificant verba illa, *Denique ſi ſolùm id ſit, &c.* nihil omninò erit, animantibus de medio ſublatis: hoc autem eſt falſum: ergo & illud. Maiorem probat, quia, ſublatis animantibus, ſenſus, nullus erit. Minorem ex eo oſtendit. Quia etſi ſublatis animantibus nulla fortaſſe futura ſint ſenſibilia actu, id eſt, actu percepta (ſi quidem nullæ erunt ſenſuũ perceptiones, quæ ſunt accidentia eorum, quæ ſentiunt) tamen fieri non poteſt, vt ſublatis ſenſibus, eo ipſo tollantur res ipſæ ſenſibiles. Cũ enim ſenſus ſe ipſum ſentire non poſſit (aut ſaltem nõ antequam ab alia re extrinſecus moueatur) omne autem mouẽs abſolutè ac ſimpliciter ſit prius naturâ, quàm id, q̃d mouetur, etiãſi quatenus inuicem referuntur, ambo ſint ſimul natura, efficitur, vt ſublatis ſenſibus non continuò tollantur ſenſibilia, atque adeò, neque omnia entia. Nullam enim rem agnoſcebant illi niſi ſenſibilem. Videtur autem Ariſt. vti hoc loco verbo, *Fortaſſe*, propter quoſdam ſui temporis Philoſophos, qui ſubſtantiis ſeparatis ſenſus tribuebãt. Addidi porrò, a Text. 136. *aut ſaltem non antè*, quia ſenſus quodammodo ſentiunt ſe ſentire, vt habes 3. de Anima, cap. 2. verùm non niſi cùm à rebus ſenſibilibus mouentur.

Atqui a a *hoc tollunt de medio hæ omnes ſententiæ: & quemadmodum nullius rei ſubſtantiam eſſe dicũt, ita nec neceſſarium quicquam. Quod enim neceſſariũ eſt, aliter ſe habere non poteſt. Quare, ſi quid ex neceſſitate ſit, id profectò non ita, ac nõ ita ſe habebit. Denique* o o *ſi ſolùm id eſt, quod ſenſu percipi poteſt, nec animalia exiſtant: nulla res omnino fuerit. Nullus enim ſenſus erit. Fortaſſe igitur verum erit, neque ſenſibilia eſſe, nec ſenſuum perceptiones: ſentientis enim hæc affectio eſt, at fieri nequit, vt non exiſtant res ſubiectæ, quæ ſenſum efficiunt, etiam non exiſtente ſenſu. Neque enim ſenſus ipſe ſui ipſius ſenſus eſt, ſed aliquid eſt aliud præter ſenſum, quod ſenſum neceſſariò antecedit: quippe cùm id, quod mouet, priùs natura ſit eò, quod mouetur, neque id minùs ita habeat, ſi hæc ipſa ad ſe inuicem dicãtur.*

CAP.

---

tate controuerſia pendeat) colligunt illi, quodcunque videtur, id tandem verum eſſe. Nam quod non ad plura, vt ita dicam, ſuffragia decernendum ſit de veritate, ſatis oſtenſum eſſe putant ea ratione ſuperiori cap. adducta, qua probatum ſi plures ægrotarent, aut mentis non eſſent ſanæ, quicquid illi iudicarent, id tandem verum habẽdum foret, quod tamen non concedimus. Alia ratio. Cui rationi hæc adiungi poteſt: Si plurium iudicium in examine veritatis pro regula habendum eſſet: ſanè iudicium de pictura, de architectura, déque his operibus artium, non ad peritos earum rerum, qui pauci ſunt, ſed ad imperitam plebem deferendum eſſet, quod nemo dixerit.

Aduerſus eos qui quærunt, qua ratione quis de ſingulis rectè iudicaturus ſit.

CAP. VI.

Text. 26. SVNT a *autem nonnulli & eorum, qui hæc approbant, & eorum, qui ea ſermone tenus vſurpant, qui hunc in modum ambigant. Quærunt enim, quiſnam internoſcat eum, qui rectè valeat, & omninò eum, qui de ſingulis rectè iudicet.* b *Huiuſmodi autem quæſtiones ſimiles ſunt ei, quæ quis quærat, dormiamus nunc ánve vigilemus. Namque*

b *Huiuſmodi autem quæſtiones ſimiles ſunt ei, &c.* Occurrit Ariſtot. illorum quæſtioni, eam, & eiuſmodi alias ſimiles eſſe huic, Dormiamus ne modò an vigilemus, quæ quidem Refutatio.

proponi ab aliquo poteſt gratia quærendi iudicis, ad quem certò, & abſque errore pertineat diſcernere vigilantes à dormientibus. Nam cùm omnia, quæ vigilantes facimus, in ſomniis etiam nos facere exiſtimemus, adeò vt ſomnia etiam ipſa in ſomniis interpretemur, fieri poteſt, vt qui ſe nunc affirmant vigilare, dormiant, & qui credunt ſe dormire, vigilent, potiúſque ij dormiant, qui illos dormire aſſerũt. Omnes ergo huiuſcemodi quæſtiones ait Ariſtot. idem valere, atque eodem, vt ita dicã pede claudicare, quòd nimirũ omnium rerum rationem exigant, nec abſque periculo erroris quicquam ſine demonſtratione admittendum putent. Quo igitur pacto nemo quærat, Dormiamus ne modò, an vigilemus, exiſtimans omninò id dubium eſſe, ſed ratione forſitan aliqua fallaci perſtrictus, aut vt experiatur num aliquis partem oppoſitã demõſtrare poſſit, ita hi nõ quærunt, quẽm iudicem cõſtituere oporteat diſcernendæ veritatis, quaſi prorſus, ac abſolutè dubitent, num omnia ſint æquè vera (etenim ex eorum actionibus contrarium conſtat, vt ſupradictum eſt) ſed vt illis aliqua ratio reddatur, qua oppoſitum demonſtretur. Hic enim eſt ipſorũ error, ſaltem exteriùs ſignificatus, quòd quærant rationem eorum, quæ ita aperta ſunt, vt demonſtratione non egeant. Itaque non minùs abſurdum eſſe cenſet Ariſt. quærere iudicem, qui diſcernat, cùm omnia ſint æquè vera, quàm ſi quis iudicem quæreret, qui vigilantes à dormientibus diſcerneret. Vt enim hoc per ſe notum eſt ſenſu, ita quid in illo dicendum ſit, eſt per ſe notum, neque adeò notiſſimum intellectu.

Horum error.

Δύναται δ' αἱ ἀπορίαι αἱ τοιαῦται πᾶσαι τὸ αὐτό. πάντων γὰρ λόγον ἀξιοῦσιν οὗτοι εἶναι. ἀρχὴν γὰρ ζητοῦσι, καὶ ταύτην δι' ἀποδείξεως λαμβάνειν· ἐπεί γε ὅτι οὐ πεπεισμένοι εἰσὶ, φανεροί εἰσιν ἐν ταῖς πράξεσιν. ἀλλ' ὅπερ εἴπομεν, τοῦτο αὐτῶν τὸ πάθος ἐστί. λόγον γὰρ ζητοῦσιν ὧν οὐκ ἔστι λόγος. ἀποδείξεως γὰρ ἀρχὴ, οὐκ ἀπόδειξίς ἐστιν. οὗτοι [c] μὲν οὖν ῥᾳδίως ἂν τοῦτο πεισθεῖεν. ἔστι γὰρ οὐ χαλεπὸν λαβεῖν. οἱ δὲ ἐν τῷ λόγῳ τὴν βίαν μόνον ζητοῦντες, ἀδύνατον [d] ζητοῦσιν. ἐναντία γὰρ εἰπεῖν ἀξιοῦσιν, εὐθὺς ἐναντία λέγοντες.

Εἰ [e] δὲ μή ἐστι πάντα πρός τι, ἀλλ' ἔνιά ἐστι καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ, οὐκ ἂν εἴη πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές. τὸ γὰρ φαινόμενον, τινί ἐστι φαινόμενον. ὥστε ὁ λέγων ἅπαντα τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ, ἅπαντα ποιεῖ τὰ ὄντα πρός τι. διὸ [f] καὶ φυλακτέον τοῖς τὴν βίαν ἐν τῷ λόγῳ ζητοῦσιν· ἅμα δὲ καὶ ὑπέχειν λόγον ἀξιοῦσιν, ὅτι οὐ τὸ φαινόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ᾧ φαίνεται, καὶ ὅτε φαίνεται, καὶ ᾗ, καὶ ὥς. ἂν δ' ὑπέχωσι μὲν λόγον, μὴ οὕτω δ' ὑπέχωσι, συμβήσεται αὐτοῖς τἀναντία ταχὺ λέγειν. ἐνδέχεται γὰρ τὸ αὐτὸ, κατὰ μὲν τὴν ὄψιν μέλι φαίνεσθαι, τῇ δὲ γεύσει μή· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, δυεῖν ὄντοιν, μὴ ταὐθ' ἑκατέρᾳ τῇ ὄψει, ἐὰν

Aliter habet ἑκάτερα.

Græci codices hoc loco habent, ἀποδείξεως γὰρ ἀρχὴ, id eſt, *Demonſtrationis enim principium.* Nobis veriſimile fuit, quemadmodum & reipſa facillimum, librariorum vitio haberi ἀρχὴ pro ἀρχῆς. præſertim cùm Argyrophylus, & Perionius poſteriori modo legerint. Potuit tamen Ariſtoteles dicere. *Principium demonſtrationis non eſſe demonſtrationem*, pro eo, quod eſt, Non cadere ſub demonſtrationem, ſeu Non eſſe demonſtrationis effectum, quam phraſim vſus Philoſophorum non omninò reſpuit.

c *Atque his quidem.* Repetit id quod dixerat in prima parte ſuperioris capitis, cùm docuit, non eodem modo diſputandum eſſe cùm iis qui per errorem, & cùm iis, qui per proteruiam primum principium inficiarentur. Quo loco verba, *His quidem*, partitiua ſunt, quibus reſpondent illa, *Qui verò, &c.*

d *Id quærunt quod.* Cùm hi, qui data opera negant primum principium, ſtatim initio diſputationis contraria dicant, hoc eſt maximè repugnantia admittant, dari videlicet contradicentes ſimul veras: deinde cenſeant (id quod verè cenſent) redarguentem ducere oportere reſpondentem ad maximè repugnantia, fit, vt cùm redarguiſſe poſtulant, id poſcant, quod fieri nequit. In quæcumque enim repugnantia

pugnantia illos adegeris, ea illi nihil repugnare reſpondebant. Id quod Ariſt. hoc loco iterum commemorat, quia ſi rationibus iis, quas in hoc cap. proponet, non eos deduxerit ad aliqua, quæ ipſi repugnantia eſſe fateantur: non ſibi id vitio detur, ſed illorum poſitioni quæ adeò abſurda eſt, vt qui eam ſemel defendere audent, nullum omninò pronunciatum quicquam abſurdi continere putent.

Namque tales dubitationes idem omnes valent, quippe cùm hi omnium rationem eſſe cenſeant. Quærunt enim principium, idq; per demonſtrationem accipere nituntur. Etenim non eſſe eos in eam ſententiam adductos, ipſi actionibus declarant. Verùm hic (quòd iam diximus) eorum morbus eſt: quærunt enim rationem eorum: quorum non eſt ratio vlla, quippe cùm demonſtrationis principij demonſtratio non ſit. Atque [c] *his quidem facilè hoc perſuadebitur: neque enim difficilè percipi poteſt. Qui autem id ſolùm quærunt, vt diſputationis vi cogantur, id* [d] *quærunt, quod fieri nequit: contraria enim dici poſtulant, cùm ipſi ſtatim contraria dicant.*

At [e] *ſi non omnia ſunt ad aliquid, ſed quædam etiam ſunt, quæ ipſa per ſe dicantur: non vtique verum erit, quicquid apparet: apparens enim, alicui apparens eſt. Ita, qui omnia, quæ apparent, vera eſſe dicit, is omnia, quæ ſunt: ad aliquid facit. Quapropter* [f] *obſeruandum quoque eſt ab iis, qui vim in diſputatione poſtulant, ſimúlque id, quod aſſerunt, defendendum cenſent: non id quod apparet, eſſe, ſed quod apparet, cui apparet, & quando, & quatenus, & quomodo apparet. Quòd ſi id, quod aſſerunt, defendant: non hoc autem modo defendant, accidet eis, vt quàmprimum contraria dicant: fieri enim poteſt, vt res eadem aſpectui quidem mel videatur eſſe, guſtatui autem non item, & vtrique oculo, cùm duo ſint, non eadem appareant, ſi ſint*

Cōtra eos ſpeciatim, qui quicquid verum videtur, verum eſſe dicebant.

[e] *At ſi non omnia.* Iam ſpeciatim eos refellit, qui ea de cauſſa contradicentes ſimul veras eſſe dicebant, quia quicquid verum eſſe videtur, verum eſt: id quod hoc loco faciendum diximus. Prima ratio ſic videtur habere. Si nō omnia ſunt ad aliquid, ſeu aliqua etiam ſunt abſoluta, non quicquid apparet eſt verum, ergo ſi quicquid apparet eſt verum, omnia ſunt ad aliquid, ad ſenſum videlicet vel opinionē: atqui nō omnia ſunt hoc pacto ad aliquid, igitur non quicquid apparet, eſt verum. Prior cōſequētia apta eſt, cùm ex oppoſito conſequentis inferat oppoſitū antecedentis. Aduerte tamen, in antecedente eiuſdem conſequentiæ verba illa (*Non quicquid apparet, eſt verum*) hunc habere ſenſum, Non in ipſa, vt ita dicam, apparentia conſiſtunt veritas. Hunc enim ſenſum probāt verba ſequentia cùm dicitur, *Id enim quod apparet alicui, eſt apparens,* quæ idē valet, ac ſi dicas, Apparere enim, eſt referri ad aliquam cognoſcendi potentiam. Simili modo expoſuimus ad finem ſuperioris capitis verba illa, *Si ſolùm id ſit, quod ſenſu percipi poteſt.* Aduerte autem hoc loco veritatis nomen pro fundamento veritatis accipi: ipſa enim veritas formaliter ſumpta, relatio eſt quædam.

Admonitio.

[f] *Quapropter obſeruandum.* Antequàm euertat conſequens prioris conſequentiæ, admonet proteruos, ne abſolutè dicant omnia, quæ vera eſſe videntur, eſſe vera. Nam cùm ex eorum ſentētia ſequatur omnia eſſe prædicto modo ad aliquid, nempe ad ſenſum vel opinionem, potiùs dicere deberent, eſſe vera iis, quibus videntur vera, & per eas potentias, per quas videntur vera, & eo tempore, atque eo modo, quo videntur vera. Niſi enim cum his moderationib. omnia eſſe vera concedant, eueniet, inquit, ipſis, vt citò dicant contraria, id eſt, vt nullo negotio ſibi ipſis repugnent. Nam cùm experientia conſtet nunquam accidere, vt eadem res eidem homini ſecundùm eandem potentiam cognoſcendi, eodem tempore, & eodem modo videatur talis, & non talis (in quibus conditionibus vera & germana

Ex data admonitione argumentum.

contradictio conſiſtit) efficitur, vt ea ratione apud illos dentur contradicentes ſimul veræ, quia eædem res, quibuſdam videntur tales, aliis autem non tales: aliis autem ſi eiſdem, tamen ſecundùm aliam & aliam potentiam: aut alio, & alio tẽpore, aut alio, atq; alio modo: quod ſanè non eſt dari cõtradicentes ſimul veras. Ita fit, vt cùm contradicẽtes ſimul veras eſſe prędicẽt, nullas ſimul veras aſſignare poſſint.

[g] *Si ſint diſſimiles.* Vt ſi alter purus ſit, alter pallido humore ſuffuſus Hic enim efficiet, vt res omnes per illum pallidæ appareãt, quę alteri non pallidæ videbuntur.

ἐὰν [g] ὦσιν * ἀνόμοιαι· ἐπεὶ [h] πρός γε τοὺς διὰ τὰς πάλαι εἰρημένας αἰτίας τὸ φαινόμενον φάσκοντας ἀληθὲς εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο πάνθ' ὁμοίως εἶναι ψευδῆ καὶ ἀληθῆ. οὔτε γὰρ ἅπασι ταὐτὰ φαίνεσθαι, οὔτε ταὐτῷ ἀεὶ ταὐτὰ, ἀλλὰ πολλάκις τἀναντία κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. ἡ μὲν γὰρ ἁφὴ, δύο λέγει [i] ἐν τῇ ὑπάρξει τῶν δακτύλων, ἡ δ' ὄψις ἕν· ἀλλ' οὔτε τῇ αὐτῇ γε καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ αἰσθήσει, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ· ὥστε [k] τοῦτ' ἂν εἴη ἀληθές.

Alias habet ἀνόμοιοι.

Extenſio admonitionis.

[h] *Nam ut.* Eandem admonitionẽ extendit Ariſt. ad eos, qui non per proteruiam: ſed per errorem dicebant omnia, quæ videntur eſſe vera, & pari ratione omnia, quæ videntur falſa, eſſe falſa, & omnia eſſe æquè vera & falſa. Niſi quòd ait, facilem ad hos eſſe obiectionem, hoc eſt, quæ minùs negotij ac laboris afferre poſſit iis, qui illos conuincere ſtudent. Id, quod ea ratione dictum eſſe crediderim, quia ſuperiores illi, cùm ſint proterui, & pertinaces, forſitan non verebuntur dicere, vni, & eidem homini ſecundùm eandem potentiam, eodem tempore, ac modo, adiectiſque aliis quibuſuis determinationibus videri rem eandem, & ſecundùm idem eſſe talem, & non eſſe talem: at hi poſteriores, cùm candidè, & ſimpliciter diſputent, id dicere non audebunt.

Ἀλλ' [l] ἴσως διὰ τοῦτο ἀνάγκη λέγειν τοῖς μὴ δι' ἀπορίαν, ἀλλὰ λόγου χάριν λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθὲς τοῦτο, ἀλλὰ τούτῳ ἀληθές. καὶ ὥσπερ δὴ πρότερον εἴρηται, ἀνάγκη καὶ πρός τι ποιεῖν ἅπαντα, καὶ πρὸς δόξαν καὶ αἴσθησιν. ὥστ' [m] οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται οὐθὲν, μηθενὸς προδοξάσαντος. εἰ δὲ γέγονεν ἢ ἔσται, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἅπαντα πρὸς δόξαν. ἔτι [n] εἰ ἕν, πρὸς ἓν, ἢ πρὸς ὡρισμένον. καὶ εἰ τὸ αὐτὸ καὶ ἥμισυ καὶ ἴσον, ἀλλὰ οὐ πρὸς τὸ διπλάσιόν γε τὸ ἴσον. πρὸς δὴ τὸ δοξάζον εἰ [o] ταὐτὸ ἄνθρωπος, καὶ τὸ δοξαζόμενον, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ δοξάζον, ἀλλὰ τὸ δοξαζόμενον. εἰ δ'

Text. 27.

[i] *Cùm digiti admouentur.* Cùm duæ res paruæ iunguntur, & altera alteram tegit, atque aſpectui ſubtrahit, tum ambæ oculorum iudicio ſunt vna, attrectatione autem digitorum iudicantur duæ.

Videri fortaſſe poteſt hoc loco verbum αἰσθήσει errore ſcriptum fuiſſe poſt illa, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, ſed eſt hyperbaton, nec id quidem valde durum.

[k] *Itaque fuerit hoc.* Id eſt, ſi huiuſmodi Philoſophi dicerent, omnia eſſe vera reſpectu eorum, quibus videntur vera, & falſa, reſpectu eorum, quibus videntur falſa: non autem abſolutè, omnia eſſe vera, & falſa forſitan id verum eſſet, ſeu potiùs magis ferendum.

Quod concedere cogantur aduerſarij.

[l] *Sed hac forſitan de cauſſa neceſſe eſt, vt ij, qui non dubitationis.* Regreditur ad argumentationem propoſitam, atque vt euertat conſequens prioris conſequentiæ: Omnia, inquam, eſſe ad aliquid, ait proteruos, vel ex eo, quod per digreſſionem dictum eſt, cogi vt illud concedant. Si enim illi abſolutè dicere non poſſunt hoc eſſe verum: ſed comparatione huius hominis, & huius potentiæ cognoſcentis, &c. neceſſe eſt concedant, omnia conſiſtere in habitudine ad ſenſum, aut opinionem, interiorémve cognoſcendi facultatem. Non meminit autem eorum, qui per errorem peccabant, quia ſuperiori probatione facilè contenti erunt.

Hoc loco vbi eſt ὐκ ὅτι ἔστιν ἀληθὲς τοῦτο, forſitan verba commutata ſunt. Meliùs enim haberet collocatio hunc in modum ὐκ, ὅτι ἐστι, &c. vt ſenſus eſſet *non quidem hoc eſſe verum: ſed huic verum, &c.* cùm tamen de ſenſu nulla ſit difficultas, parum refert, vtro legatur modo.

[m] *Quare*

Digitized by Google

m *Quare nec ſunt.* Iam euertit conſequens duabus rationibus. Prior eſt. Quia ſi omnium rerum eſſe conſiſteret in habitudine ad ſenſum, aut opinionem, nihil omninò fuiſſet, aut futurum eſſet, niſi antè de eo haberetur opinio: quod quàm abſurdum ſit, nemo eſt, qui non videat. Quis enim neget multa fieri in rerum natura, de quibus nulla vnquam hominibus cogitatio ſubit, vt quæ gignuntur in viſceribus terræ, aut in ſolitudine accidũt. Neque verò hi ad cognitionem diuinam recurrebant, cùm facerent hominem menſuram eſſendi omnium rerum, vt Socrates apud Platonē in Cratylo à Protagora dictum commemorat. Quamquā, etſi ad diuinam cognitionem recurrerent, nihil ad rem dicerent. Nam, etſi nihil eſt, quod diuinam cognitionem effugiat, non eſt tamen eſſe rerum id ipſum, quod cognoſci à Deo. *Prior impugnatio conſequentis.*

ſi g ſint diſſimiles. Nam h ijs, qui propter cauſſas iam pridem expoſitas, id, quod apparet, verum eſſe dicunt, atque ob id omnia aquè falſa ac vera eſſe contendunt, illud obyciendum eſt: neque omnibus omnia apparere, neque eidem ſemper eadem, ſed ſæpe contraria eodem tempore. Tactus enim, cùm i digiti admouentur, duo eſſe nunciat: aſpectus vnum: verùm id neque ſenſu eodem, neque eadem ex parte, eodémque modo, atque eodem tempore. Itaque k fuerit hoc verum.

Idem refert Socra. apud Plat. in Theateto.

Text. 27.

Sed l hac forſitan de cauſſa neceſſe eſt, vt ij, qui non dubitationis, ſed diſputationis cauſſa hæc dicunt, non eſſe hoc verum fateantur, ſed huic verum: & , vt antea dictum eſt, illud etiam eſt neceſſe, vt omnia ad aliquid faciant, & ad opinionem & ad ſenſum. Quare m nec fuit, nec erit quicquam: ſi nemo id antè opinatus ſit. Quòd ſi fuit, aut erit, perſpicuum eſt non fore omnia ad opinionem. Præterea n ſi vnum eſt: ad vnum, aut ad definitum aliquid refertur: etſi idem & dimidium, & æquale eſt: non tamen æquale ad duplum dicitur: ad opinionem igitur. Si o homo item, & quod ſub opinionem cadit, idem ſunt, non eſt certè homo id quod opinionem habet, ſed id de quo habetur opinio.

Lect. 15. p. 4.

Quòd

n *Præterea ſi vnū.* Poſterior ratio ſic habet. Si relatiuum eſt vnum ſpecie, ad correlatiuum vnum ſpecie refertur, aut, vt accurratiùs id dictũ ſit, ad vnum ſpecie non vagum, & indifferens, ſed certum, ac determinatum. Quā uis enim res aliqua ſit dimidia ſimul, & æqualis reſpectu aliarum, tamen non eſt æqualis reſpectu duplæ, ſed reſpectu æqualis, nec eſt dimidia reſpectu æqualis, ſed reſpectu duplæ, & ita res ſe habet in cæteris. Si igitur iſtorum ſententia vera eſt, vniuſcuiuſque rei eſſe conſiſtet in habitudine ad id, quod illam opinatur. Quare cùm res ſint ſpecie infinitæ, id, quod eas opinatur, erit infinita ſecundùm ſpeciem, quod nemo dixerit. Hæc ratio apparens quidem incommodum infert, & apud eos, contra quos diſputat, forſitan non eſt parui momenti. Re tamen vera, infinitis ſpeciebus rerum, vt numerorum, aut figurarum reſpondent infiniti conceptus, qui hoc loco appellantur opiniones, etſi homo ipſe, qui opinatur, ſiue concipit, ſit vnus atque idem. *Poſterior.*

o *Si homo item.* Exemplum eſt conciſè introductum, vt ſuperiùs. Eo autem oſtendit Ariſtot. id, quod proximè dixerat, nempè omnia ſecundùm iſtos in eo habere poſitum eſſe, quòd de eis habeatur opinio. Quo loco verbum. *Homo* in priori parte conditionalis poſitum, aut ſcribendi incuria pro eo, quod opinatur, poſitum eſt ab Ariſtotele aut potiùs ſecundùm pro homine, quatenus eſt id, quod opinatur, ſiue opinionem habet, vt à Diuo Thoma ſumitur. *Exemplum.*

Eſt

Digitized by Google

Eſt enim ſenſus, Quamquam enim homo, qui opinatur, idem ſit, atque id, de quo habetur opinio, tamen quatenus homo, vt hi volunt, non erit id, de quo opinionē habet, ſed id, de quo habetur opinio, quod quidem eſt habere eſſe in habitudine ad id, quod opinatur.

Aliorum argumenta.

Hoc loco alia pleráque argumenta afferuntur ab auctoribus ad refellendam huiuſmodi ſententiam. Qualia ſunt illa apud Alexand. Si eſſe rerum poſitum ſit in eo, quod exiſtimetur, exiſtimans, vt exiſtimans, nihil erit, niſi fuerit etiam exiſtimatus. quo fit, vt ſi à nemine cùm exiſtimat, exiſtimetur, id quod nihil eſt, exiſtimet, & (quod hinc ſequitur) conferat rebus eſſe, quod tamen niſi eſſe habeat facere non poteſt. Et illud mutata opinione mutabitur eſſe rerum. Et illud, ſi quis me exiſtimet vnum, alius verò plures, ero ſimul & plures. Item, ſi quis putet aliquem eſſe in hoc loco, alius verò putet eundem eſſe in alio, erit is ſimul in diuerſis locis. Quale etiam eſt illud apud Auerrois. Si opinio dat eſſe rebus, tollitur de medio omnis generatio. Quinetiam ſequitur, vt inquit Albertus, duplum non referri primò ad dimidium, ſed ad exiſtimans. Neque enim habere poteſt duo correlatiua, quorum habitudine primò habeat eſſe. Verùm hæc omnia minùs abſurda ſunt, quàm negatio primi principij quorum euerſores his argumentis impugnantur.

εἰ δ᾽ ἕκαστον ἔσται πρὸς τὸ δοξάζον, ἄπειρα ἔσται τῷ εἴδει τὸ δοξάζον. ὅτι p μὲν οὖν βεβαιοτάτη δόξα πασῶν, τὸ μὴ εἶναι ἀληθεῖς ἅμα τὰς ἀντικειμένας φάσεις, καὶ τί συμβαίνει τοῖς οὕτω λέγουσι, καὶ διὰ τί οὕτω λέγουσι, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Ἐπεὶ q δ᾽ ἀδύνατον τὴν ἀντίφασιν ἀληθεύεσθαι ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ, φανερὸν ὅτι οὐδὲ τἀναντία ἅμα ὑπάρχειν ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ. τῶν r μὲν γὰρ ἐναντίων, θάτερον στέρησίς ἐστιν οὐχ ἧττον. οὐσίας ſ δ᾽ ἡ στέρησις ἀπόφασίς t ἐστιν ἀπό τινος ὡρισμένου γένους. εἰ οὖν ἀδύνατον ἅμα καταφάναι καὶ ἀποφάναι ἀληθῶς, ἀδύνατον καὶ τἀναντία ὑπάρχειν ἅμα, ἀλλ᾽ ἢ πῇ ἄμφω, ἢ θάτερον μὲν πῇ, θάτερον δὲ ἁπλῶς.

*

Ὅτι

p *Quod igitur ac.* Epilogus eſt eorum, quæ his tribus capit. dicta ſunt.

Cōtraria qua ratione in eodem ſubiecto eſſe nequeant.

q *Cum autem fuerit nequeat.* Colligit hoc conſectarium ex dictis, Fieri non poſſe, vt contraria ſimul inſint. Cùm enim affirmatio, & negatio contradicentes ſimul veræ eſſe nequeant (quod proterui etiam & pertinaces concedere coguntur, vt ex dictis patet) vnum autem contrarium ſimpliciter exiſtens in ſubiecto afferat ſecum priuationem, atque adeo negationem alterius, efficitur, vt duo contraria ſimul in eodem ſubiecto exiſtere non poſſint, niſi aut ambo aliqua ex parte inſint, aut alterum aliqua ex parte, alterum ſimpliciter. Illud contrarium dicitur ſimpliciter ineſſe ſubiecto, quod abſque adiectione illud denominat, quo pacto calor ineſt igni, & frigus aquæ in ſuo naturali ſtatu conſtitutæ. Atque hoc pacto non poſſunt contraria ſimul eidem ineſſe. Illud autem dicitur ineſſe aliqua ex parte, ſiue ſecundùm quid quod ita imperfectè ineſt, vt ſubiectum non abſque adiectione denominet, quò pacto calor, & frigus inſunt aquæ omninò tepidæ, & candor Aethiopi, & omnes formæ rerum, quæ ex ligno gigni poſſunt, exiſtunt materia ligni. Nam neque aqua omninò tepida dicitur calida, aut frigida, niſi ſecundùm dimiditatem graduum, neque Aethiops candidus, niſi dentibus, aut oculis, nec formæ rerum, quæ ex ligno generari poſſunt, dicuntur ineſſe materiæ ligni, niſi poteſtate.

r Neque

Digitized by Google

[r] *Neque enim minùs priuatio.* Hoc eſt, non minùs vnum contrariorum eſt priuatio alterius, ſeu affert ſecum priuationem alterius, quàm alterum illius Id, quod Ariſtoteles dixit ſpectata illorum oppoſitione, ſiquidem contraria pati repugnantia ſe mutuò excludunt. Nam ſpectata eorum perfectione, ſemper id, quod deterius, ſeu minùs perfectum eſt, cenſetur priuatio, alterius, vt habes 3 Phyſ. cap. 1. & aliis locis. Poſſunt etiam hæc verba ſic explicari, quaſi dicat Ariſt. Non minùs alterum contrariorum ſimpliciter exiſtens priuare, ſiue excludere alterum, quàm alterum cõtradicentium, niſi quòd contraria ſeſe mutuo excludunt à certo ſubiecto: contradicentia autem à quouis, ſiue ente, ſiue non ente. Atque hoc videntur ſubiecta verba declarare. Itaque Ariſt. iuxta hanc expoſitionem tantam credit eſſe repugnantiam contrariorum in certo ac determinato ſubiecto, quanta eſt contradicentium reſpectu cuiuſque. Quod ſi verum eſt, ne diuina quidem virtute fieri poteſt, vt duo contraria exiſtant ſimpliciter, ac perfectè in eodem ſubiecto de qua re lib. 8.

Qua ratione vnum contrarium ſit alterius priuatio.

Quòd ſi res queque refertur ad id, quod opinionem habet: erit vtique id, quod opinionem habet, ſpecie infinita. Quòd [p] igitur hæc opinio ſit omnium firmiſſima, Non eſſe oppoſitas enunciationes ſimul veras, quidque accidat iis, qui id aſſerunt, & cur ita loquantur, hactenus dictum ſit.

Hoc loco com. 59.

Cum [q] autem fieri nequeat, vt contradictio ſimul de eodem vera ſit, perſpicuum eſt, fieri non poſſe, vt contraria eidem ſimul inſint. Neque [r] enim minùs priuatio eſt, contrariorum alterum: ſubſtantiæ [s] verò priuatio, negatio [t] eſt à definito aliquo genere. Ergo, ſi fieri nequit, vt ſimul verè affirmemus, ac negemus: fieri etiam non poteſt, vt contraria ſimul inſint, ſed aut vtrumque aliqua ex parte: aut alterum aliqua ex parte, alterum ſimpliciter.

* * *

Cap.

[s] *Subſtantiæ verò priuatio.* Priuationis nomen, quod latè acceptum eſt in verbis proximè præcedentibus, vtrouis modo illa exponantur, propriè iam nunc accipitur, ſed tamen pro ſola priuatione formæ ſubſtantialis, ad quam cæteræ priuationes formarum accidentalium reducuntur. Appellatur autem priuatio formæ ſubſtantialis, priuatio ſubſtantiæ, quia ſæpè nomen ſubſtantiæ apud Ariſtotel. pro forma ſubſtantiali ſumitur. Vel dic, ſi placet, ſubſtantiæ nomen accipi hoc loco pro quacumque forma, vt omnes priuationes propriè dictæ comprehendantur. Quanquam non memini apud Ariſtot. ſubſtantiæ vocabulum ſic accipi, etſi latiſſimè nonnunquam ſumatur pro quauis eſſentia, quæ tamen acceptio hic non congruit.

Priuationis ſubſtantiæ vocabulo quid hic intelligatur.

[t] *Negatio eſt à quodam.* Id eſt, Negatio eſt formæ à proprio, & determinato ſubiecto.

Digitized by Google

CAPITIS SEPTIMI EXPLANATIO.

Defendi hoc capite primũ principium affirmatiuũ.

AT[a] *verò neque* Tria ſuperiora capita conſumpſit Ariſt. in defendendo primo principio tum ab imperitis, tum etiam à proteruis, & pertinacibus nunc, id eſt, hoc capite, conatur defendere illud, quod ad finem capit. 3. maxima neceſſitudine cum primo coniunctum eſſe diximus. Neceſſe, inquam, eſſe, quoduis aut eſſe, aut non eſſe, ſeu, quod eodem redit, Neceſſe eſſe quodlibet de quolibet affirmari, aut negari, quòd Ariſt. vocat, nõ dari mediũ inter contradicẽtes queadmodũ dicimus, in numerorũ genere non dari medium paris, & imparis quod neceſſe ſit quemlibet numerum eſſe parem, aut imparem. Aduerte autem, primum principium negatiuum, quod hactenus defenſum eſt, latiùs patere, quàm affirmatiuum, quod hoc capite defenditur. Siquidem negatiuum, cùm dicat cõtradicentes, nec ſimul veras, nec ſimul falſas eſſe poſſe, vt cap. 3. expoſuimus, in omni genere contradicentium verum eſſe intelligitur, etiam cùm materia eſt de futuro, contingenti. Ad affirmatiuum, cùm aſſerat neceſſe eſſe, vt altera contradicentium ſit vera: non eſt verum in materia de futuro contingenti ſumptis partibus contradictionis determinatè, ſiue diſiunctiuè (vt ſi dicas, Huius contradictionis, Socrates diſputabit cras, Socrates non diſputabit cras, prior eſt vera poſterior falſa, aut vice verſa) ſed indeterminatè ſiue diſiunctìm, veluti ſi dicas Altera eſt vera, altera falſa, nullam deſignando, vt ex priori libr. de Interp. patet. Quò fit, vt hac etiam ratione meritò affirmatiuum principium non ſit cenſendum primum principium. Quòd igitur non detur medium inter contradicentes enunciationes, ſeptem rationibus probat Ariſt. Deinde aperit vnde natus ſit oppoſitus error. Tum verò tradit modum quo eius fauores commodiùs refelli poſſint. Poſtremò docet, cui veterum potiſſimum adſcribenda videatur ſententia de contradicentibus ſimul veris, cui etiam, de ſimul falſis.

Ὅτι ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι ἓν καθ' ἑνὸς ὁτιοῦν.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ἀλλὰ [a] μὴν οὐδὲ μεταξὺ ἀντιφάσεως ἐνδέχεται εἶναι οὐθέν· ἀλλ' ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι ἓν καθ' ἑνὸς ὁτιοῦν. Δῆλον [b] δὲ πρῶτον μὲν ὁρισαμένοις τί τὸ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος. τὸ μὲν γὰρ λέγειν τὸ ὂν μὴ εἶναι ἢ τοῦτο εἶναι, ψεῦδος· τὸ δὲ τὸ ὂν εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι, ἀληθές. ὥστε καὶ ὁ λέγων εἶναι, ἢ μὴ εἶναι, ἀληθεύσει, ἢ ψεύσεται. ἀλλ' [c] οὔτε τὸ ὂν λέγεται μὴ εἶναι, ἢ εἶναι, οὔτε τὸ μὴ ὄν. ἔτι [d] εἰ τι μεταξὺ ἔσται τῆς ἀντιφάσεως, ὥσπερ τὸ φαιὸν μέλανος καὶ λευκοῦ, ἢ ὡς τὸ μηδέτερον ἀνθρώπου καὶ ἵππου· εἰ μὲν οὖν οὕτως, οὐκ ἂν μεταβάλλοι. ἐκ μὴ ἀγαθοῦ γὰρ εἰς ἀγαθὸν μεταβάλλει, ἢ ἐκ τούτου εἰς μὴ ἀγαθόν. νῦν δ' ἀεὶ φαίνεται. οὐ γάρ ἐστι μεταβολή, ἀλλ' ἢ εἰς τὰ ἀντικείμενα καὶ μεταξύ. εἰ δ' ἔστι μεταξύ, καὶ οὕτως εἴη ἄν τις εἰς λευκὸν, οὐκ ἐκ μὴ λευκοῦ γένεσις. νῦν δ' οὐχ ὁρᾶται. ἔτι [e] πᾶν τὸ διανοητὸν καὶ νοητὸν, ἡ διάνοια ἢ κατάφησιν, ἢ ἀπόφησιν· τοῦτο δ' ἐξ ὁρισμοῦ δῆλον, ὅταν ἀληθεύει ἢ ψεύδεται. ὅταν μὲν ὡδὶ συνθῇ, φᾶσα ἢ ἀποφᾶσα ἀληθεύει· ὅταν δὲ ὡδὶ, ψεύδεται. ἔτι [f] παρὰ πάσας δεῖ εἶναι τὰς ἀντιφάσεις, εἰ μὴ λόγου ἕνεκα λέγεται. ὥστε καὶ οὔτε ἀληθεύσει τις, οὔτ' οὐκ ἀληθεύσει· καὶ παρὰ τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὂν ἔσται. ὥστε καὶ παρὰ γένεσιν καὶ φθορὰν, μεταβολή τις ἔσται·

ἔτι

Cap. 3. à text. 11.

Quo pacto intelligatur in materia futurorum contingentium.

Epitome huius capitis.

Prima ratio ad euertẽdum contradictionis medium.

[b] *Quod ita demum.* Prima ratio ſumitur ex definitionibus veri, & falſi pronunciati hoc modo Verum pronunciatum eſt dicere id, quod eſt, eſſe, aut quod non eſt non eſſe, falſum autem, dicere id, quod eſt, non eſſe, aut quod non eſt, eſſe, igitur omne pronunciatum, in quo eſſe, aut non eſſe dicitur, verum vel falſum eſt, atqui nullum pronunciatum afferri poteſt, in quo eſſe, aut non eſſe non dicatur, ſiquidem omne pronunciatum affirmat, aut igitur nullum pronunciatum efferri poteſt, quod non ſit verum aut falſum.

[c] *Sed neque ens* Quaſi dicat, Ab iis autem, qui medium contradictionis ponunt neque id, quod eſt, neque id, quod non eſt, neceſſariò eſſe, aut non eſſe dicitur,

cùm

cùm aliquid eorum ſententia, nec eſſe, nec non eſſe poſsit.

d *Præterea aut aliquid medium.* Secunda ratio huiuſmodi eſt. Medium aut eſt per participationem, quo pacto fuſcus color eſt medium quippiam inter hominem, & equum: at neutro modo dari poteſt medium inter eſſe, & non eſſe: igitur, nullo. Quòd autem inter eſſe, & non eſſe non poſſit dari medium per negationem ex eo patet, quia ſi daretur, neque illo, neque in illud poſſet fieri mutatio. Omnis enim mutatio, aut eſt generatio aliqua, aut corruptio, quarum illa fit ex nõ ente (præſertim bono ſiue perfecto) in ens (præſertim bonum, & perfectum, vt habes priori lib. de Gen.) hęc verò fit ex ente, præſertim perfecto, in non ens, pręſertim perfectum. Cũ ergo ſemper fieri videatur mutatio ex mediis, in extrema, aut ex iis quæ extrema ſunt, in media (ait autem *Semper*, propter eos veteres, qui continẽter omnia mutari aſſerebant) aut ſaltem in plurimis fiat, efficitur vt tale mediũ dari non poſſit. Niſi quis abſurdiſſimè dicat, poſſe fieri mutationẽ ex nec homine, nec non homine in hominem, aut non hominem, aut certè ex horũ altero in illud, quo pacto nulla generatio fit, aut corruptio. Siquidẽ nulla mutatio fit, niſi in extrema, aut media, nõquã m autem fit mutatio ab extremo in extremum, niſi priùs facta mutatione in mediũ, ſi inter extrema detur mediũ. Quòd verò dari non poſſit mediũ per participationẽ, ex eo probat, quia etiã hoc pacto daretur mutatio, quæ nec eſſet ex nõ ente in ens, nec ex ente in non ens. Perſpicuũ eſt enim inter extrema & media per participationẽ, fieri mutuam tranſmutationem, vt inter album & fuſcũ. *Secunda.* *De mutatione, nonnulla.*

Neceſſe eſſe, quodlibet vnum de vno alio aut affirmare aut negare.

CAP. VII.

AT verò a neque inter contradicentia quicquam interiectum eſſe poteſt, ſed neceſſe eſt vnum de vno affirmare, aut negare, quicquid tandem illud ſit. Quod b ita demum perſpicuum erit, ſi antè quid verum ſit, quid falſum, definierimus. Etenim dicere: id, quod eſt, non eſſe, aut quod non eſt, eſſe: falſum eſt: id autem, quod eſt, eſſe, aut quod non eſt, non eſſe verum. Quare & is, qui eſſe, aut non eſſe dixerit, aut verum, aut falſum pronunciabit. Sed neque c ens neque non ens, eſſe, aut nõ eſſe dicitur. Præterea d aut aliquid medium erit inter contradicentiam, vt fuſcum inter nigrum & album, vt neutrum inter hominem & equũ. Si igitur hoc pacto, non fiet vtique mutatio. Ex non bono enim in bonum mutatio fit, aut ex hoc in non bonũ: nunc autem ſemper fieri videtur: non enim datur mutatio, niſi in oppoſita ac media: Sin autem interiectum aliquid eſt, hoc etiã modo dabitur generatio quædam, quæ non ſit in album ex non albo: nunc autem nulla cernitur. Præterea e omne quod ratione, ac mente percipitur, ratio ipſa aut affirmat, aut negat: id autem ex definitione perſpicuum eſt, quando verum, aut falſum dicat. Cùm enim hoc modo componit, aut affirmans, aut negans, verum dicit: cùm autẽ hoc alio modo falſum. Ad f hæc, præter omnia contradicentia eſſe illud oportet, niſi diſputationis cauſſa dicatur: quare neque verum dicet quis, neque non verum: eritque præter ens, & non ens: ex qua re fiet, vt præter generationem & corruptionem mutatio ſit aliqua.

Præt

e *Præterea omne quod.* Tertia ratio hæc eſt. Quicquid ratio, ac intellectus iudicat, id ipſum affirmat, aut negat, nullum enim iudicium fertur, niſi affirmando, aut negando, affirmatio autem & negatio, cùm rebus conformantur, ſunt veræ: cùm ab illis diſcrepant, ſunt falſæ, vt patet ex veri, & falſi pronunciati explicatione: quando autem affirmatio eſt rebus conformis, tum negatio diſcordat: & vice verſa: igitur neceſſe eſt, vt altera ſit vera, altera falſa. *Tertia ratio.*

f *Adhuc præter omnia.* Quarta ratio ſic habet, Aut inter quæuis contradicentia *Quarta.*

Digitized by Google

datur medium aut inter nulla, niſi quis contentionis cauſſa, & abſque ratione vlla in aliis illud concedat, in aliis neget: eſt enim in omnibus par ratio: at nec inter verum, & non verum, nec inter ens, & non ens, quæ ſunt contradicentia, datur medium: igitur inter nulla. Minor, quod attinet ad verum, & non verum, ex eo patet: quia, etſi quis dicat dari medium inter verum, & falſum, tamen nemo fuit, qui diceret dari enuntiationem vllam, quæ nec eſſet vera, nec non vera. Quamuis etiam fuerunt, qui videantur poſuiſſe medium inter ens particulare & non ens, vt inter hominem, & non hominem, vt paulò poſt patebit: tamen ſumpto ente in commune, nemo dixerit dari aliquid, quod nec ſit ens, nec non ens, præſertim cùm inde etiam ſequatur fore aliquam mutationẽ, quæ non ſit generatio, nec corruptio, vt ſecunda argumentatione deductum eſt, ſiquidem generatio, & corruptio tendunt immediatè, aut à non ente in ens, aut ab ente in non ens. Sumuntur autem hoc loco quemadmodum & ſuperiùs generationis, & corruptionis nomina, vt ſignificant mutationes à quouis non eſſe ad quoduis eſſe, vel à quouis eſſe ad quoduis non eſſe.

ἔτι g ἐν ὅσοις γένεσιν ἡ ἀπόφασις τὸ ἐναντίον ἐπιφέρει, καὶ ἐν τούτοις ἔσται· οἷον ἐν ἀριθμοῖς οὔτε περιττὸς, οὔτε οὐ περιττὸς ἀριθμός· ἀλλ' ἀδύνατον· ἐκ h τοῦ ὁρισμοῦ δὲ δῆλον. ἔτι i εἰς ἄπειρον βαδιεῖται, καὶ οὐ μόνον ἡμιόλια τὰ k ὄντα ἔσται, ἀλλὰ καὶ πλείω. πάλιν γὰρ ἔσται ἀποφῆσαι τοῦτο πρὸς l τὴν φάσιν καὶ τὴν ἀπόφασιν, καὶ τοῦτ' ἔσται τι. ἡ γὰρ οὐσία m ἔσται τις αὐτοῦ ἄλλη. ἔτι n ὅταν ἐρομένου εἰ λευκόν ἐστιν, εἴπῃ ὅτι οὔ, οὐθὲν ἄλλο ἀπέφησεν, * ἢ τὸ μὴ εἶναι· ἀπόφασις δὲ τὸ μὴ εἶναι.

* aliàs habet ἢ τὸ εἶναι.

Ἐλήλυθε

Quinti. g *Præterea in quibuſcumque.* Quintæ rationis hic eſt ſenſus: Si inter affirmationem, & negationem contradictoriè oppoſitas daretur medium, potiori ratione daretur inter affirmationem, & negationem contractas ad certum genus, quando ſcilicet, negatio ſumitur pro differentia contraria differentiæ ſignificatæ per affirmationem, vt inter impar, & non impar, quæ ſumuntur vt differentiæ numerorum, aut inter rationale, & irrationale, quæ ſumuntur vt differentiæ animalium: at inter huiuſmodi affirmationem, & negationem non datur medium (nec enim datur numerus, qui nec ſit impar, nec non impar, id eſt, par: nec item animal, quòd nec ſit rationale, nec irrationale) igitur nec inter affirmationem, & negationem ſimpliciter. Maior ex eo patet, quia affirmatio, & negatio contractæ ad certum genus, non ex eo carent medio, quia ſignificant contraria (multa, enim contraria habent medium) ſed ex repugnantia affirmationis, & negationis abſolutè, ac ſimpliciter ſumptæ, quam participant, reſpectu talis generis.

h *Idque ex definitione.* Paris nimirum, & imparis. Siquidem Par, definitur eſſe *numerus, qui æquis conſtat partibus*: impar verò, *qui non æquis*, nec vllus præterea eſt numerus, qui neutris conſtet.

Sexti. i *Præterea, in infinitum.* Sexta ratio hanc habet ſententiam. Si detur medium contradictionis, non ſolùm ea, quæ ſunt (ſeu potiùs quæ ſignificantur nominibus, vt rectè exponit Alexander) ſeſquialtera proportione excedent ea, quæ concedi ſolent: ſed etiam infinities illa ſuperabunt: at alterum eſt contra omnium ſententiam, alterum fieri non poteſt: ergo non datur medium contradictionis. Maior ex eo patet, quia præter hæc duo, *Quæ ſunt*, & *Quæ non ſunt*, nihil aliud eſt, de quo inter homines ſit ſermo: qui autem ponunt medium inter contradicentia, tertium quoddam genus adhibent, quod nec ſit ex iis, quæ ſunt, nec ex iis, quæ non ſunt. Ita fit, vt eorum ſententia, ea, quæ nominibus ſignificantur ſeſquialtera proportione ſint plura, quàm quæ communi ſententia conceduntur: duo enim ſeſquialtera proportione à tribus ſuperantur. Iam verò cùm quicquid contingit affirmare, contingat etiam negare, ſi hæc tria genera affirmantur: erit illorum ſimul quædam peculiaris negatio contradictoria. Quare cùm par ſit ratio vt huius contradictionis detur medium: iam emergent quatuor genera, quæ rurſus ſimul ſumpta alia negatione negari poterunt intericcta rurſus alio contra-

dictionis

dictionis medio, & ſic deinceps in infinitum. Ita penè D. Tho. Aliter Commentator, & Albertus.

Lect. 16. p. 6. Alex. comm. 66. Alb. tract. 4. cap. 1.

[k] *Ea, quæ ſunt.* Itaque ſumuntur hic ea, quæ ſunt, ſiue res (quemadmodum ex Alexandro diximus) vt ſolent res ſignificatæ à verbis ſignificantibus diſtingui. Proinde, quod paulò pòſt dicitur *erit aliquid*, idem valet, ac ſi diceretur, Erit diſtinctum ſignificatum à ſignificatis contradicentium.

Præterea [g] in quibuſcumque generibus negatio contrarium inducit, in iis quoque illud erit, quo pacto in numeris, neque impar erit numerus, neque non impar: at hoc fieri nequit, idq́; [h] ex definitione patet. Præterea [i] in infinitum fiet progreſſio, nec tantùm ſeſquialtera erunt ea, [k] quæ ſunt, ſed etiam plura. Rurſus enim hoc ad [l] affirmationem, & negationem negare licebit, & hoc erit aliquid quandoquidem alia quædam erit eius [m] ſubſtantia. Præterea [n] cùm rogante aliquo, an album ſit, dicat quis, Non, nihil aliud, quàm non eſſe pronuntiauit, at ipſum non eſſe negatio, eſt.

Aduenit

[l] *Ad affirmationem, & negationem.* Id eſt, ſimul cum affirmatione, & negatione contradicentibus, vt ſit vna negatio horum trium affirmationis, negationis, & medij.

[m] *Eius ſubſtantia.* Subſtantiam pro ratione, ſeu definitione accipit, vt ſæpe alibi. Vnde colligunt Scoti ſectatores, negationẽ habere propriam formalitatem, quæ nimirum propria, ac peculiari definitione explicetur.

De formalitate negationis.

Septima, ratio.

[n] *Præterea cùm rogante aliquo.* Septima, ac poſtrema ratio eſt huiuſmodi. Ad eam quæſtionem, qua quærat aliquis. Sit-ne hoc, vel illud album, duæ tantùm reſponſiones redduntur, Eſſe ſcilicet vel, Non eſſe, qui autem reſpondet Non eſſe, nihil aliud ſignificat, quàm negationem albi: igitur inter eſſe album, & non eſſe album, nihil eſt medium. Quod idem concludi poteſt in cæteris contradicentibus. Conſequentia ex eo perſpicua eſt: quia ſi quid eſſet medium inter album, & non album: id autem, de quo quæſtio excitaretur, non eſſet album: non rectè reſponderet, qui diceret, Non eſſe album: fieri enim poſſet, vt illi conueniret medium inter eſſe album, & non eſſe album. Niſi aduerſarius abſurdiſſimè, atque adeo contra ſe reſpondeat, Non album ſignificare etiam medium illud inter album, & non album, quod non ſolùm repugnat minori propoſitioni: ſed etiam inducit oppoſitum eius ſententiæ, quam ille tuetur. Si enim Non album ſignificat quicquid eſt præter Album, ſanè inter Album, & Non Album nihil eſt medium.

Quod autem ad verba attinet, illud animaduertendum eſt, vbi nos dicimus *Nihil aliud, quàm non eſſe pronuntiauit*, omnes & Græcos, & Latinos codices loco illius, *non eſſe*, habere, *eſſe*. In verbo autem *pronuntiauit*, Græcos nobiſcum conuenire, qui habent ἀπέφηνε Latinos verò diſcordare, qui habent *negauit*, vt pro ἀπέφηνε videantur legiſſe ἀπέφησε, aut vt habet quidam manuſcriptus, ἀπόφησι. At dicere quidem *nihil aliud, quàm eſſe pronuntiauit*, planè falſum efficit ſenſum. Qui enim reſpondet, Non, haud profert eſſe, ſed non eſſe. Dicere autem *nihil aliud, quàm eſſe negauit*, etſi veram habet ſententiam, non tamen ſatis cohæret cum verbis ſequentib. quibus nõ infertur non eſſe ex negatione: ſed contra negatio ex non eſſe, vt nimirum oſtẽdatur non dari mediũ inter affirmationem, & negationẽ, ex eo quòd non datur inter eſſe, & non eſſe. Cùm ergo contextus altero modo corrigẽdus eſſet, magis germana lectio nobis futura viſa eſt, ſi relinqueretur verbum ἀπέφηνε, vt erat, & pro ἢ τὸ εἶναι legeretur ἢ τὸ μὴ εἶναι. id eſt, *quàm non eſſe*, præſertim cùm mox repetatur *ipſum non eſſe*, cùm dicitur ἀπόφασις δὲ τὸ μὴ εἶναι vt veriſimile ſit illud μὴ aut excidiſſe ex priori loco, aut à ſciolo aliquo expunctum fuiſſe. Quòd ſi quis malit legere ἢ τὸ εἶναι, & pro ἀπέφηνε ſubſtituere ἀποφῆσαι, aut potiùs, ἀπέφησε, vt hæc ſit ſententia (*nihil aliud, quàm eſſe negauit*) ſic intelligenda erunt verba ſequentia, vt inferat Ariſtoteles, ex eo, quòd non datur medium inter affirmationem, & nega-

 tionem,

Digitized by Google

tionem non dari medium inter eſſe, & non eſſe. Quod certè non congruit cum ſuperioribus, cùm Ariſtoteles paulò ſuperiùs è contrariò probauerit, non medium inter affirmationem & negationem, quia non datur inter eſſe, & non eſſe. Oporte bitque facere verbum ἀντίφασιν ſubiectum & τὸ μὴ εἶναι prædicatum quæ loquendi formula non admodum vſitata eſt.

Vnde ortus ſit error impugnatus.

o *Aduenit autem.* In hac poſteriori capitis parte docet primùm Ariſt. vnde ortus ſit error nunc impugnatus: Aitque, hanc ſententiam, quemadmodũ & cæteras idgenus inopinabiles, quas vel ipſa natiua mentis lux continuò reiicit, è duobus fontibus manaſſe. Quidam enim earum aſſertores, cùm fallaces rationes, quibus illæ concludi videbantur ſoluere non poſſent, victi, coactique manus dederunt. Alij, cùm omnia, quæ demonſtrari non poſſunt, negare inſtituerent, prima princia negauerunt, quòd illa neutiquam demonſtrari poſſe cernerent. Vnde facilè perſpicitur, quàm ſit vtilis, Analyticorum, & Elenchorum tractatio, vtpotè cuius ignoratio, tam miſerè huiuſmodi Philoſophos tranſuerſos egerit, & in tam immanium errorum ſcopulos impulerit.

Ἐλήλυθε o δ' ἐνίοις αὕτη ἡ δόξα, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τῶν παραδόξων. ὅταν γὰρ λύειν μὴ δύνωνται λόγους ἐριστικούς, ἐνδόντες τῷ λόγῳ, σύμφασιν ἀληθὲς εἶναι τὸ συλλογισθέν. οἱ μὲν οὖν διὰ τοιαύτην αἰτίαν λέγουσιν, οἱ δὲ διὰ τὸ πάντων λόγον ζητεῖν. ἀρχὴ p δὲ πρὸς ἅπαντας τούτους ἐξ ὁρισμοῦ. ὁρισμὸς δὲ γίνεται ἐκ τοῦ σημαίνειν τι ἀναγκαῖον εἶναι αὐτούς. ὁ q γὰρ λόγος, οὗ τὸ ὄνομα σημεῖον, ὁρισμὸς γίνεται τοῦ πράγματος.

Ἔοικε r δ' ὁ μὲν Ἡρακλείτου λόγος λέγων πάντα εἶναι καὶ μὴ εἶναι, ἅπαντα ἀληθῆ ποιεῖν· ὁ δ' Ἀναξαγόρου, εἶναί τι μεταξὺ τῆς ἀντιφάσεως, ὥστε πάντα ψευδῆ. ὅταν γὰρ μιχθῇ, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε οὐκ ἀγαθὸν τὸ μίγμα· ὥστε οὐδὲν εἰπεῖν ἀληθές.

Ὅτι

Præcipuũ argumentũ contra huiuſmodi errores.

p *Principium autem.* Quoniam rationes, quæ contra hunc errorem adductæ ſunt, docilem, & minimè proteruum reſpondentem deſiderant, tradit Ariſtot. modum, quo eius aſſertores efficaciùs refutari poſſint. Is autem erit (quemadmodum contra alios capit. 4. dictum eſt) ſi ab eis quæratur, num verba, quibus illi in diſſerendo vtuntur, certum aliquid ſignificent, nec-ne. Si enim dixerint, nullum verbum eſſe, quod non magis rem vnam, quàm aliam ſignificet, nec magis entia, quàm non entia declaret, non erit cum illis diſputandum, vt cum iis, qui nihil definitè dicant, ſed omnia prorſus non ſolùm entia inter ſe, ſed etiam non entia cum entibus confundant. Sin autem certam verborum ſignificationem conceſſerint, vt diuerſis nominibus diuerſæ rationes ſiue definitiones in mente reſpondeant: tum manifeſtè conuincentur alteram contradictionis partem veram eſſe concedere, alteram falſam. Definitiones enim ita conueniunt rebus ſignificatis, vt nec illis non conuenire, nec cæteris conuenire poſſint. Quo fit, vt qui eas de rebus ſignificatis affirmauerint, aut de aliis negauerint, verum dicant, qui autem de illis negauerint, aut de aliis affirmauerint, falſum pronuncient.

Quo pacto nomen ſit rationis ſignum.

q *Ratio enim cuius.* Nomen dicitur ſignum rationis, hoc eſt conceptus formalis definitiui, quia quod nomine implicitè ſignificatur, id explicitè ſignificatur, eiuſmodi conceptu. Dico autem Rationis vocabulo intelligendum eſſe conceptum formalem, non autem obiectiuum, quoniam Ariſtot. planè ait, rationem eſſe definitionem, quæ ſanè appellatio, niſi quis abutatur vocabulis, conceptui, obiectiuo accommodari non poteſt. Vnde patet, apud Ariſt. in definitionibus vniuocorum, & æquiuocorum rationis vocabulum pro formali conceptu potiùs accipiendum eſſe, quàm pro obiectiuo, vt quidam volunt. De qua re ſuperiùs nonnihil diximus. *Cap. 2. q. 2. Sect. 5.*

r *Por*

Digitized by Google

[z] *Porrò Heracliti.* Duo errores ſunt hactenus impugnati: vnus eorum, qui contradicentes ſimul veras eſſe dicebant, alter eorum, qui ſimul falſas, conceſſo medio inter contradicentes. Docet igitur Ariſtot. hoc loco, cui veterum prior, cui etiam poſterior videatur tribuendus. Aduerte tamen hos errores non ita hoc loco tribui Heraclito, & Anaxagoræ, quaſi illi proprij eorum auctores extiterint, ſed quia ex illorum dictis videantur ſequi. Cùm enim Heraclitus diceret, res omnes quoad omnia continentur mutari, nec vnquam vlla ex parte eſſe in eodem ſtatu, quicquid autem omni ex parte mutatur neceſſariò debeat quoad omnia partim eſſe partim non eſſe: efficitur, vt eius ſententia concludendum videatur, omnia ſimul eſſe, & non eſſe. Cùm verò Anaxagoras omnia in omnibus cõmixta, & confuſa eſſe diceret, etiam contradicentia vt bonum, & non bonum, eo quòd ci, quodlibet ex quolibet fieri videretur, tota autem mixtio nunquam ſit eiuſdem naturæ cum vllo eorum, ex quorum commixtione conſtat (neque enim mulſum verbi gratia, eſt aut vinum, aut mel, quod idem accidit in cæteris) efficitur, vt apud illum videatur colligendum, omnia eſſe falſa. Nullum enim attributum hoc pacto verè diceretur de vlla re, quod quidem eſſet medium contradictionis inducere.

Quibus auctoribus videātur aſcribendi errores impugnati.

Cur prior Heraclito.

Cur poſterior Anaxagoræ.

Text. 28.

Aduenit [o] autem quibuſdam ſententia hæc eo modo, quo & alia, quæ ſunt præter opinionem. Dum enim rationes contentioſas ſoluere nequeunt, rationi cedentes id, quòd concluſum eſt, verum eſſe fatentur. Quidam igitur ob hanc cauſſam ita dicunt: alij, quia omnium rationem quærunt. Principium [p] autem ad hos omnes ex definitione ſumendum eſt, definitio autem ex eo fit, quòd aliquid eos ſignificare ſit neceſſe: ratio [q] enim, cuius nomen eſt ſignum, definitio rei eſt.

Porrò [z] Heracliti ſententia, quæ omnia eſſe, & non eſſe aſſerit, vera omnia facere videtur: Anaxagoræ autem medium aliquid contradictionis eſſe: atque eſſe, atque ita falſa eſſe omnia. Cùm enim mixta ſunt, nec bonum, nec non bonum eſt mixtio ipſa: quo fit, vt nihil verè dicatur.

Ea

Porrò non ſine cauſſa vſus eſt Ariſtoteles, verbo *Videtur*, in aſcribendis his erroribus Heraclito, & Anaxagoræ. Nam, etſi videantur ex eorum ſententia colligi (quod ſatis fuit, vt eorum loquendi licentiam hac tacita reprehenſione notaret) non tamen re vera colliguntur, niſi Heraclitus putauit, quicquid aliqua ex parte de aliquo dicitur, dici de eo ſimpliciter: & Anaxagoras credidit, ex mixtione contrariorum ſequi mixtionem contradicentium, quod veriſimile non eſt. Nam quòd ad Heraclitum attinet, cùm ille poſuerit, res omnes omni ex parte eſſe in continenti fluxu, potiùs exiſtimauit nullam eſſe, quæ habeat eſſe ſimpliciter, quàm omnia poſſe de illis ſimpliciter affirmari. Quò fit, vt potiùs ex eius ſententia colligatur, omnia eſſe falſa, vt mirandum non ſit, ſi ei quoque tribuatur cap. ſequenti ſententia eorum, qui omnia falſa eſſe aſſerebant. Quòd verò attinet ad Anaxagoram, etſi ille dixit, In qualibet re mixtum eſſe bonum, & non bonum, album, & non album, &c. nullo tamen modo credibile eſt, accepiſſe illum formaliter, & vniuerſaliter terminos negatiuos, ſed pro rebus veris denominatis, vt non bonum pro vitio, & non album pro ebeno. Non ſequitur ergo apud illum, nullum terminum negatiuum poſſe dici de lapide: latiùs enim patent termini negatiui, quàm quatenus ſolas res veras denominant. Itaque adhuc Anaxagoræ ſententia diceretur lapis non Chimæra, non ſubſtantia incorporea & cæt. imò etiam non aqua, non ignis, &c. quia non ponebatur formaliter mixtus ex negationibus.

CAPITIS

CAPITIS OCTAVI EXPLANATIO.

Quid agatur in hoc capite.

D*Is* [a] *verò definitis* Tandem hoc extremo capite refutat Ariſt. quædam abſurda, quæ conſequuntur hactenus impugnatas ſententias, & eorum ſcilicet, qui cõtradicentes ſimul veras eſſe dicebãt, & eorum, qui ſimul falſas. Alterum abſurdum eſt, non dari in rebus diſcrimen veri, & falſi, alterum, tolli de medio, diſtinctionem motus & quietis. Quòd ergo ad prius abſurdũ attinet, colligit primùm ex dictis, perſpicuum eſſe, fieri nõ poſſe, vt vel omnia ſint falſa, vel omnia vera. Nã cũ determinatum, ac conſtitutũ ſit, neceſſe eſſe, vt altera contradictionis pars ſit vera, altera falſa, perſpicuum eſt, nec omnia poſſe dici vera, nec omnia falſa, quæ tamen ex impugnatis ſententiis conſequuntur. Nam cùm alij dicant, contradicentes eſſe ſimul veras, perſpicuè fatẽtur omnia eſſe vera: cùm verò alij aſſerũt eſſe ſimul falſas, non dubium eſt, quin cõcedãt, omnia eſſe falſa, ſi quidem præter contradicentes nihil eſt tertium, vt oſtenſum eſt.

Ὅτι τὰ μοναχῶς λεγόμενα, καὶ τὰ κατὰ πάντων ἀδυνατὸν ὑπάρχειν. ΚΕΦ. Η.

ΔΙωρισμένων [a] δὲ τούτων, φανερὸν, ὅτι καὶ [b] τὰ μοναχῶς λεγόμενα, καὶ τὰ κατὰ πάντων, ἀδύνατον ὑπάρχειν, ὥσπερ τινὲς λέγουσιν· οἱ μὲν οὐθὲν φάσκοντες ἀληθὲς εἶναι· (οὐθὲν [c] γὰρ κωλύειν φασὶν οὕτως ἅπαντα εἶναι, ὥσπερ τὸ τὴν διάμετρον σύμμετρον εἶναι·) οἱ δὲ πάντα ἀληθῆ. σχεδὸν [d] γὰρ * αὐτοῖς οἱ λόγοι οἱ αὐτοὶ τῷ Ἡρακλείτου. ὁ γὰρ λέγων ὅτι πάντα ἀληθῆ καὶ πάντα ψευδῆ, καὶ χωρὶς λέγει τῶν λόγων ἑκάτερον τούτων. ὥστ' εἴπερ ἀδύνατα ἐκεῖνα, καὶ ταῦτα ἀδύνατον εἶναι. ἔτι [e] δὲ φανερῶς ἀντιφάσεις εἰσὶν, ἃς οὐχ οἷόν τε ἅμα ἀληθεῖς εἶναι· οὐδὲ δὴ ψευδεῖς πάσας· καίτοι [f] δόξειεν ἂν μᾶλλον ἐνδέχεσθαι ἐκ τῶν εἰρημένων. ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας τοὺς τοιούτους λόγους αἰτεῖσθαι δεῖ, καθάπερ ἐλέχθη καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω λόγοις, οὐχὶ εἶναί τι ἢ μὴ εἶναι, ἀλλὰ σημαίνειν τι. ὥστε ἐξ ὁρισμοῦ διαλεκτέον λαβόντας τί * σημαίνει τὸ ψεῦδος, ἢ τὸ ἀληθές. εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο * τὸ ἀληθὲς, ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι, ψευδές ἐστιν, ἀδύνατον πάντα ψευδῆ εἶναι. ἀνάγκη γὰρ τῆς ἀντιφάσεως θάτερον εἶναι μόριον ἀληθές. ἔτι

* Alexander legit οἱ περὶ τοὺς λόγους.

* Codices Græci habẽt σημαίνειν: ſed omnes interpretes legunt σημαίνει.

* Hanc lectionem refert Alexander. Codices, qui nunc extant, ſic habent. ἢ τὸ ἀληθὲς φάναι ἢ ἀποφάναι ψεῦδός ἐστιν, &c.

[b] *Et quæ vno.* Ea, quæ vno modo dicuntur, & quæ de omnibus, non poſſe conſtare, pro eo dixit, ac ſuperiùs dixiſſet, fieri non poſſe, vt vno modo dicantur omnia, nempè aut omnia vera, aut omnia falſa.

[c] *Nihil enim prohibet.* Hoc eſt nihil prohibet, quominùs omnia perinde ſint falſa, vt falſum eſt, diametrum eſſe commenſurabilem lateri, quod quidem ita falſum eſt, vt verum eſſe non poſſit. Sanè hi non ſolùm credebant, nullam eſſe veritatem actu, ſed ne poteſtate quidem.

Occurritur obiectioni.

[d] *Ferè enim eorũ ſententia.* Ne verba hæc ad vtroſque recitatos Philoſophos referantur (vt re vera referenda ſunt) obſtare videtur id, quod ad finẽ ſuperioris capitis dictum eſt. Hoc enim ſolũ Heraclito tributum eſt eo loco, quod ex eius ſententia videatur ſequi, omnia eſſe vera: hic autem vtraque ſententia illa tribuitur, & quod omnia ſint vera, & quòd falſa omnia. Nihil tamẽ re vera obſtat, quominus ad vtroſque referri poſſint. Namque Heraclitus dum omnia vera eſſe confitetur, omnia etiã falſa eſſe dicere cogitur. Affirmatiua enim pronunciata, ſi vera ſunt negatiua reddunt falſa, & viciſſim affirmatiua arguũtur falſa, ſi negatiua ſunt vera. Ita patet ex Heracliti ſentẽtia ſequi, omnia eſſe tum vera, tum etiam falſa, quod diuiſim dixerant recitatæ ſententiæ. Coactus eſt autem Ariſtoteles adhibere hanc tertiam ſententiam, ne quis illum ineptæ diuiſionis argueret. Etenim non ſolùm, ſi omnia eſſent vera, aut omnia falſa, ſed etiam, ſi omnia eſſent vera, ſimul, & falſa omnia, dicerentur vno modo, hoc eſt ſine diſcrimine veri, & falſi. Docet ergo Ariſt. hanc quoque ſententiam ex dictis refutatam relinqui. Nam ſi nec omnia ſunt vera, nec omnia falſa, perſpicuum eſt, non eſſe omnia vera ſimul, ac falſa.

[e] Præ.

e *Præterea ſunt planè.* Quòd generaliter dixerat, ex iis, quæ dicta ſunt, euerti ſententiam eorùm, qui diſtinctionem veri & falſi de medio tollebant id modo adhibitis particularibus argumentis concludit. Vnum eſt, quòd de quibuſdam contradicentibus nemo dubitare poſſit, quin verum, & falſum diuidant, qualia ſunt verum eſſe, & non eſſe verum, eſſe ens, & non eſſe ens, vt ſuperiori capite dixerat, aut quemadmodum Alexander ait, vt, diametrum eſſe commenſurabilem, & non eſſe commenſurabilé, & breuiter, omnes contradicentes, quarum altera eſt neceſſaria, altera impoſſibilis.

Primum argumentum particulare contra eos, qui tollunt diſcrimen veri & falſi.

Secundum.

CAP. VIII.

HIs a *verò definitis, perſpicuum eſt, &* b *quæ vno modo, & quæ de omnibus dicantur, conſtare non poſſe, quemadmodum nonnulli dicunt, alij quidem nihil verum eſſe aſſerentes (nihil* c *enim prohibere inquiunt, quo minus ita ſint omnia, vt diametrum eſſe commenſurabilem) alij autem vera omnia, ferè* d *enim eorum ſententiæ eædem ſunt, quæ Heracliti. Qui enim vera eſſe omnia, & falſa omnia pronunciat, ſeparatim quoque vtramque harum ſententiarum ſtatuit: quare ſi illa eſſe nequeunt, hæc etiam vt ſint, fieri nullo modo poteſt. Præterea,* e *ſunt planè contradicentia, quæ nec ſimul vera, nec ſimul falſa omnia eſſe poſſint,* f *tametſi ex iis, quæ dicta ſunt, magis id effici videri poteſt. Verum ad omnes huiuſmodi ſententias petere oportet, quemadmodum & in ſuperiori diſputatione dictum eſt, non quidem, eſſe aliquid, aut non eſſe, ſed aliquid ab eis ſignificari. Ita ex definitione diſſerendum eſt, ſumendo quid falſum, aut verum ſignificet.*

Comm. 73.

Text. 29.

¶ *Quòd ſi nihil aliud eſt verum, quàm affirmare, aut negare, itemque falſum, fieri non poteſt, vt omnia falſa ſint: neceſſe eſt enim, vt vera ſit altera contradictionis pars.*

Præ-

f *Tametſi ex iis, quæ dicta ſunt, &c.* Quoniam aduerſarij, ij, ſaltem, qui pertinaciter propoſitum defẽdunt, facilè negabunt ita rẽ habere in quibuſuis contradicentibus, ait Ariſtot. plus virium eſſe in iis, quæ ſuperius non ſemel dicta ſunt de determinata ſignificatione nominum. Proinde adhibitis definitionibus iis, quæ nominibus veri, & falſi reſpondent, longè efficaciùs apud hos rem poſſe confici. Cùm igitur nullam aliam explicationem veri, & falſi pronunciati afferre poſſint, niſi quæ ſuperiori capite adducta eſt, ex ea autem planè ſequatur, ſi altera contradicentiũ eſt vera, alteram neceſſariò eſſe falſam, & viciſsim, ſi altera falſa, alteram eſſe veram, efficitur, vt nullo pacto dicere poſsint, omnia eſſe vera, vel omnia eſſe falſa. Quòd autem ex definitionibus veri, & falſi id ſequatur, perſpicuum eſt. Si enim res eſt certè qui illam affirmat eſſe, verum dicit, qui negat, falſum. Si verò res non eſt, quiſquis illam eſſe negat, verum pronunciat, quiſquis affirmat, falſum ait, vt ex ipſis definitionibus perſpicuum eſt. Ita patet, ex veri, & falſi explicatione, ſemper affirmationem & negationem eiuſdem de eodem verum, & falſum diuidere, atque ita, nec omnia pronunciata eſſe vera, nec omnia falſa.

Locus hic, cùm dicitur (quòd ſi nihil &c.) variè legitur, & intelligitur. Nos ſecuti ſumus probabiliorem lectionem, quam ex quibuſdam codicibus refert Alexander. Græci, qui nunc extant, ſic habent εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο ἢ τὸ ἀληθὲς φάναι ἢ ἀποφάναι ψεῦδός ἐστι, &c. hoc eſt, *Quòd ſi nihil aliud eſt, quàm verum affirmare, aut falſum negare,* &c. Cuius membri (ſi cui placet) hæc forſitam fuerit ſententia. Quòd ſi nihil aliud eſt verum, quàm id, quod eſt affirmare, & id, quod non eſt negare, &c. vt *Eſſe* ſumatur pro vero, & viciſsim *Verum, ac Falſum* pro eſſe, & non eſſe.

Tertium.

[g] *Præterea ſi quid vis.* Tertium adhibet argumentum, quod huiuſmodi eſt: Quicquid affirmatur, aut negatur, verè affirmetur aut negetur neceſſe eſt, vt perſpicuum eſt ex iis, quæ ſuperiori capite dicta ſunt (ex eo enim, quod oſtenſum eſt, nullum eſſe contradictionis medium, planè ſequitur, alteram ſaltem contradictionis partem eſſe veram) igitur fieri non poteſt, vt omnia ſint falſa. Altera enim inquit pars contradictionis (*ſubaudi tantùm*) falſa ſit neceſſe: quod quidẽ explicationis, non probationis cauſſa videtur adiectum. Niſi illud, *Falſa*, pro verbo *Vera*, irrepſit vitio librariorum, quod valde probabile eſt, hoc autẽ pacto non oportebit ſubaudire particulam, *Tantùm*. Itaque hoc argumentum particulare eſt: ſic enim probat, fieri non poſſe, vt omnia ſint falſa, vt non cõcludat, fieri nõ poſſe, vt omnia ſint vera.

ἔτι δ' εἰ πᾶν ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι ἀναγκαῖον, ἀδύνατον ἀμφότερα ψευδῆ εἶναι. θάτερον γὰρ μέρος τῆς ἀντιφάσεως ψεῦδός ἐστιν. συμβαίνει [h] δὴ καὶ τὸ θρυλλούμενον πᾶσι τοῖς τοιούτοις λόγοις, αὐτοὺς ἑαυτοὺς ἀναιρεῖν. ὁ μὲν γὰρ πάντα ἀληθῆ λέγων, καὶ τὸν ἐναντίον αὐτοῦ λόγον ἀληθῆ ποιεῖ· ὥστε τὸν ἑαυτοῦ οὐκ ἀληθῆ· ὁ γὰρ ἐναντίος, οὔ φησιν εἶναι αὐτὸν ἀληθῆ· ὁ δὲ πάντα ψευδῆ, καὶ αὐτὸς ἑαυτόν. ἐὰν [i] δ' ἐξαιρῶνται, ὁ μὲν τὸν ἐναντίον, ὡς οὐκ ἀληθὴς μόνος ἐστίν· ὁ δὲ τὸν αὐτὸν αὐτοῦ, ὡς οὐ ψευδὴς, οὐδὲν ἧττον ἀπείρους συμβαίνει αὐτοῖς αἰτεῖσθαι λόγους ἀληθεῖς καὶ ψευδεῖς. ὁ γὰρ λέγων τὸν ἀληθῆ λόγον ἀληθῆ, προσυπακούεται τὸ, ὅτι ἀληθής. τοῦτο δ' εἰς ἄπειρον βαδιεῖται.

Φανερὸν [k] δ' ὅτι οὐδ' οἱ πάντα ἠρεμεῖν λέγοντες, ἀληθῆ λέγουσιν, οὐδ' οἱ πάντα κινεῖσθαι. εἰ μὲν γὰρ ἠρεμεῖ πάντα, ἀεὶ ταῦτα ἀληθῆ καὶ ψευδῆ ἔσται. φαίνεται δὲ τοῦτο μεταβάλλον. ὁ γὰρ λέγων, ποτὲ, αὐτὸς οὐκ ἦν, καὶ πάλιν οὐκ ἔσται. εἰ [l] δὲ πάντα κινεῖται, οὐθὲν ἔσται ἀληθές. πάντα ἄρα ψευδῆ. ἀλλὰ δέδεικται ὅτι ἀδύνατον. ἔτι ἀνάγκη τὸ ὂν μεταβάλλειν. ἔκ τινος γὰρ εἴς τι ἡ μεταβολή.

Ἀλλὰ

Quartum.

[h] *Illud etiam tritum.* Quartum adiicit argumentum, quòd tã oſtendit fieri nõ poſſe, vt omnia ſint vera, quàm vt omnia ſint falſa. Vis argumẽti in eo poſita eſt, quòd huiuſmodi ſententiæ ſeipſas tollãt, ac perimant, vt trito ſermone dici ſolet. Quod ideo adiectũ eſſe ait Alexander, quia ante illum Plato in Theæteto eodem argumento contra huiuſmodi ſententias vſus fuerat, quod tunc inter eius ſectatores trito ſermone vulgatum erat. Quòd verò illæ ſeipſas tollant, ac refellant perſpicuum eſt. Nam qui dicit omnia eſſe vera, veram eſſe aſſerit oppoſitam enunciationem, ſiue quæ ait, nihil eſſe verum, ſiue quæ ait, non omnia eſſe vera. Harum autem vtralibet, euertit primam illam. Qui namque ait, Nihil eſſe verum, aut, Non omnia eſſe vera, planè negat omnia eſſe vera. Qui verò aſſerit omnia eſſe falſa, ſe quoque falſum dicere affirmat, cùm ait, falſa eſſe omnia. Ita fit, vt vtraque ſententia ſe ipſam refellat, ac euertat.

Pronuntiata ſeipſa euertentia.

Aduerſariorum ficta reſponſio.

[i] *Quod ſi excipiant.* Dicat aliquis fortaſſe, aduerſarios non proferre has ſententias abſque exceptione. Qui enim ait omnia eſſe vera, forſitan excipiat oppoſitam enunciationem, tum contrariam, tum etiam contradicentem. Qui autem dicit omnia eſſe falſa, forſitan illam ipſam excipiat, qua, id pronunciat. Quare non effici, vt huiuſmodi ſententiæ, ſi rectè intelligantur ſe ipſas refellant.

Refutatio.

Huic reſponſioni occurrit Ariſtoteles fieri non poſſe, vt auctores harum poſitionum, eas duntaxat enunciationes excipiant, ſi modo veras ſententias proferre velint. Nam, vt poſteriori ſententia incipiamus, fieri non poteſt, vt ea ſola ſit vera, quæ aſſerit omnia eſſe falſa. Si enim ea eſt vera, illa etiam erit vera, quæ aſſerit illam eſſe veram, & ruſus ea, quæ aſſeruerit veram eſſe eam, quæ aſſerit illam eſſe veram, & ſic deinceps in infinitum. Quare falſa erit eiuſmodi exceptio. Falſa quoque erit exceptio prioris ſententiæ, ſi ſolam oppoſitam enunciationem à veris exceperit. Nam cùm eæ omnes ſint falſæ, quæ falſam enunciationem veram eſſe dicunt, illa etiam erit falſa, quæ eiuſmodi oppoſitam veram

Digitized by Google

veram eſſe dixerit, Et rurſus ea, quæ dixerit veram eſſe hanc ipſam, quæ illam veram eſſe affirmat, atque ita deinceps in infinitum. Neceſſe igitur erit, vt hi auctores poſtulent excipi infinita à ſuis pronunciatis, ſi veras ſententias proferre velint. Verum his exceptis adhuc emergent alia infinita quæ excipienda ſint, vt ab ea, quæ omnia falſa eſſe affirmat, Quòd verũ ſit excipi infinita, &, quòd verũ ſit dicere verũ eſſe excipi infinita, & ita in infinitũ. Ab ea verò, quæ oĩa aſſerit eſſe vera, Quòd falſum ſit excipi ſola oppoſita, &, Quòd falſum ſit dicere verum eſſe excipi ſola oppoſita, & ita in infinitũ. Quare effugere nullo modo poſſunt hæ ſententię quin ſeipſas refellant, ac euertant.

Preterea [i] *ſi quid vis aut affirmare, aut negare neceſſe eſt, fieri non poteſt, vt vtraque falſa ſint: altera enim contradictionis pars falſa eſt. Illud* [h] *etiam tritum his omnibus ſententÿs accidit, vt ipſæ ſe ipſas periment. Qui enim ait, vera eſſe omnia, cõtrariam quoque huius ſententiam veram facit: quare & ſuam non veram contraria enim, eam veram non eſſe dicit. Quæ autem, falſa omnia eſſe, pronunciat, ea etiam ſe ipſam falſam declarat. Quod ſi excipiant, ille quidem contrariam, vt quæ ſola non ſit vera, hic autem ſuam ipſam, vt quæ falſa non ſit, efficitur nihilominus, vt ÿ infinitas orationes veras, & falſas poſtulent. Qui enim veram orationem, veram eſſe ait, ſubaudit hoc, quòd vera ſit: hoc autem in infinitum progredietur.*

Illud [k] *etiam perſpicuum eſt, neque eos, qui dicunt omnia quieſcere, neque eos, qui moueri omnia, verum dicere. Nam ſi omnia quieſcunt: ſemper eadem vera, & falſa erunt: at hoc mutari videtur: qui enim ita dicit, aliquando ipſe non erat, & rurſus non erit. Sin* [l] *autem mouentur omnia, nihil verum erit: falſa igitur omnia. At demonſtratum eſt, id fieri non poſſe. Preterea neceſſe eſt, vt id, quod eſt, mutetur: ex aliquo enim in aliquid mutatio eſt.*

At

[h] *Illud etiam perſpicuum.* In hac poſteriori capitis parte refutat Ariſtot. alterum abſurdum eorum, quæ in hoc capite ab illo refutanda diximus, nempe, tolli de medio diſtinctionẽ motus & quietis, quod ipſum ex ſupra impugnatis ſententiis videtur conſequi, aut certè illis eſſe conſentaneum. Si enim omnia ſunt vera, nullus datur motus, quãdoquidẽ motus facit rem aliter habere nũc quàm antea, quo fit, vt enunciationes, quę priorẽ rei ſtatũ pronunciabant iam nunc ſint falſæ. Quod ſi omnia ſunt falſa, nulla eſt rerum quies. Si enim certus aliquis rerum ſtatus daretur, aliquid certum, ac proinde verũ de rebus pronunciari poſſet. Vtramque igitur ſententiam refellit Ariſt. & eam, quæ aſſerit omnia quieſcere, & eam quæ omnia moueri. Quòd enim non omnia quieſcant, ex eo patet, quia iſto modo quæ vera eſſent, ſemper eſſent vera, quæ autem falſa, ſemper falſa, quandoquidem abſque mutatione alicuius rei non tranſit enunciatio ex vera in falſam, nec ex falſa in verã, Nunc autẽ pleraſque enunciationes fieri videmus ex falſis veras, & ex veris falſas, vt Socrates loquitur, Socrates non loquitur.

Impugnatas ſententias videri tollere diſtinctionẽ motus & quietis.

Non omnia quieſcere.

Hoc loco verba illa *ſemper eadem vera, & falſa erunt* hunc ſenſum habent, Omnia, quæ vera ſunt, ſemper vera erunt, & omnia, quæ falſa, ſemper falſa. vt coniunctio, Et, non copulet verum, & falſum reſpectu eiuſdem ſubiecti, ſed diuerſas propoſitiones ex contrariis prædicatis, & ſubiectis.

[l] *Sin autem mouentur.* Quòd verò non omnia moueantur, duobus argumentis oſtendit. Vno, quia ſi omnis mouentur, nihil eſt verum, ſed omnia falſa, quod oſtenſum eſt fieri non poſſe. Conſequentia præterquam quòd Veteribus probatur, ex eo patet, quia veritas conſiſtit in quadam firmitate, & ſtabilitate. Vel etiam ex eo, quia quod mouetur quatenus aliquod eſſe acquirit, nondum eſt, ſecundùm illud eſſe, quo fit, vt [illegible] ex parte quieſcat, nulla ex parte ſit: qua

Non omnia moueri.

veró ratione res non eſt, ea ex parte vera dici non poteſt. Alteró, quia omnis mutatio eget ſubiecto, quod in aliquo eodem eſſe permaneat, & ex vno termino in alterum pergat, alioqui nihil mutaretur. Vt enim Socrates mutetur loco, aut ex ignorante ſapiens fiat neceſſe eſt, vt ſaltem hoc, quód ipſe permaneat idem ſub vtroque termino, ſtabile in eo ſit: alioqui ſit ſubiectum eius mutationis ſub termino à quo fuit Socrates, & in termino ad quem non erit Socrates, nó erit vtique Socrates mutatus: quod idem de cæteris rebus eodem modo concluditur. Nec ſolum hoc in mutatione accidẽtaria neceſſe eſt eueniat, ſed etiam in ſubſtantiali. Nihil enim ex altero generabitur, aut in alterum corrumpetur, niſi ex altero in alterum materia eadem permanens tranſeat. Ita patet quo pacto vel ex ipſa mutationis natura colligatur, non omnia continenti mutatione variari.

Subiectũ mutationis ſtabilitatẽ aliquã habere.

ἀλλὰ [m] μὴν, οὐδὲ πάντα ἠρεμεῖ, ἢ κινεῖται ποτὲ, ἀεὶ δ' οὐθέν· ἔστι γάρ τι, ὃ ἀεὶ κινεῖ τὰ κινούμενα· καὶ τὸ πρῶτον κινοῦν, ἀκίνητον αὐτό.

At verò [m] neque omnia interdum quieſcunt, interdum mouentur, ſemper autem nihil: eſt enim aliquid, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur: primumq́; mouens, quod ipſum immobile eſt.

[m] *At verò neque omnia.* Ne quis ex eo quod oſtenſum eſt, neque omnia ſemper quieſcere. Neque omnia continenter moueri, forſitan putet, Ariſtotelis ſententiam eſſe, res omnes eſſe eiuſdem naturæ, vt interdum moueantur, interdum quieſcant, nihilque eſſe, quod aut ſemper moueatur, aut ſemper quieſcat: occurrit ille, ſe id minimé ſentire, quippe qui docuerit 8. libro Phyſicorum dandum eſſe neceſſarió aliquod primum mouens, quod perenni motu moueat omnia, quæ mouentur, quod ipſum ſit immobile.

Ariſtot. ſententia de primo motore.

Eſſet autem hoc loco tractanda quæſtio ea contra Pyrrhonicos, & quoſdam Academicos, nonnullóſque alios Philoſophos, *Deturne in rebus ſyncera pronunciatorum veritas, eademq́; certa, & determinata.* &, *Num ea à nobis percipi poſſit.* Sed ne volumen plus iuſto excreſcat, differenda eſt potius in cap. quartum, & quintum libri vndecimi, quo loco Ariſtoteles iterum de eadem re agit.

Reijcitur in librum 11. quæſtio de certa pronuntiatorum veritate.

FINIS QVARTI LIBRI.

Deo Ieſu Chriſto, æterni Dei æterno filio laus & gloria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM QVAE IN HOC OPERE NOTATV DIGNISSIMÆ VIDEBANTVR.

AD LECTOREM.

Cum iam altera voluminis pars prælo eſſet emiſſa, cæpit Bibliopolam cogitatio præmittendi exiguum libellum Inſtitutionum Dialecticarũ eiuſdem Auctoris. Itaque ne idem foliorum numerus, quem agnoſces concurrere, quæſitoris curam retardaret, ÿs quæ ex Inſtitutionibus annotantur (ad inſtar eius Indicis quem Turnonenſes iam pridem excuderunt) libri & capitis numeros tantum ſubiunximus: præſertim cùm capita ſingula ferè ſingulis paginis non ſint longiora: Litteræ autem P. M. F. Paginarum Principium, Medium, & Finem, notant.

ABERRARE.

ABERRARE ab oſtio, prouerbiũ explicatur, 284.P

ABSOLVTVM.

ABSOLVTVM nomen quid & cur ſit dictum, lib.1. cap.24.
Abſoluta Enuntiatio, *Vide Enuntiatio.*
Abſoluta Quæſtio, *Vide Quæſtio.*

ABSTRACTA.

ABSTRACTA cur ſic dicta, lib.1.cap.21.
Abſtracta ſunt quaſi capita & fontes concretorum, lib.1.cap.23.
Abſtracta accidentia qui definiantur, libr.5. cap. 6.
Abſtrahẽdi modum per comparationem perfectiorem eſſe, 115.P

ACADEMIA, ET ACADEMICI.

ACADEMIAE veteris & nouæ vnde orta diſtinctio, 15.M F
Academici vnde dicti, 15.M
Academici originem ſuæ familiæ non modo ad Platonem & Socratem: Sed ad veteres etiam illos Anaxagoram, Parmenidem, & Xenophanem referunt, 16.P.M
Academicorum dogmata, 17.P
Academicorum quàm abſurda philoſophandi ratio, 16.P
Academicorum Philoſophandi ratio occaſionem multis hæreſibus præbuit, 16.M
Academicorum auctoritas longo annorum ſpatio ſuppreſſa, 18.F
Academicorum princeps Plato, 15.P

ACCENTVS.

ACCENTVS captio, *Vide Captio Accentus*, lib. 7.cap.7.

ACCIDENS.

PER ACCIDENS prædicari quid, lib. 2. cap.1.
Accidens quid, lib.1.cap.7.
Accidens duplex, ſeparabile & inſeparabile, lib.2.cap.7.
Accidens non poſſe perfecte intelligi, niſi per ſubſtantiam, 425.M
Accidentis & ſubſtantiæ diſcrimen, lib.2.c.10.

Digitized by Google

Accidentis nomen qui in captione accidentis accipiatur,lib.8.cap.10.

Accidentis captio. *Vide Captio Accidentis.*

Accidentis interrogatio duo genera quæſtionum complectitur,lib.7.cap.8.

Accidentis in Accidentia Diuiſio *Vide Diuiſio.*

Accidentis ſubſtantia in quo conſiſtat,563.M

Accidentia qui negarunt in entibus numeranda,251.F

Accidentia non poſſunt ſubſtantiam generare niſi virtute ſubſtantiæ,267.F

Accidentia in Euchariſtia quomodo exiſtant ſine ſubiecto,86.P

Accidentia omnia propria inferiorum ſunt etiam propria ſuperiorum,non autem vice verſa,127.F

Accidentia nõ ſunt ſimpliciter entia,ſed quodammodo,lib.5.cap.8.

Accidentia non habent ſimpliciter quidditatem,ſed quodammodo,lib.5.cap.6.

Accidentia omnia ſiue proximè ſiue remotè per ſubſtantiam definiuntur,lib.5.c.6.

Accidentia plurima aliis egent additamentis præter ſubſtantiam,lib.5.cap.6.

Accidentia eſſe ſine ſubiecto non implicat contradictionem,477.P

Accidentia ſenſibilia agunt in nos non ſolum virtute propria,ſed etiam ſubſtantiæ,113.M

Accidentia quatenus entia ſunt includere reſpectum ad ſubſtantiam.535.

Accidẽtium inter ſe comparatorum an detur ordo diſputatur,668.M.F.& ſeq.

Accidentium inter ſe dari ordinem cauſſæ, cum alia ex aliis quaſi oriantur,non tamen dari ordinem ſubiectionis,669.P

Accidentium gigni in nobis ſpecies intelligibiles,313.M

Accidentium abſtractorum definitio non eadem quæ concretorum,lib.5.cap.6.

Accidentium definitiones qui ſint nominum interpretationes,lib.5.cap.8.

Accidentium concreta reductiuè tantum ad prædicamenta pertinent,lib.7.cap.36.

in Accidentibus inter ſe comparatis non datur ordo, ſed indifferenter fit reflexio inter quælibet,667.P

Accidentaliter prædicari quid,lib.2.cap.2.

ACCVRATVS.

Accurata demonſtrandi ratione quid intelligatur,95.M

Accurrato docendi genere qui delectentur, 361.M

Aceruatio,*Vide Sorites.*

Ἀκροάσεως nomen quid ſignificet prioris verbis cap.3.1.lib.Metaphyſices,560.M

ACTIO.

Actio qua introducitur forma ſubſtantialis recipitur per ſe primo in eo quod corrumpitur,87.M

Actio & paſſio ſunt vna res.Ibidem.

Actio quid,lib.3.cap. 14.

Actio & paſſio quemadmodum non ſunt duæ res ita etiam non eſſe duo entia,dici tamen aliquando impropriè duo entia,587.F

Actionis duæ affectiones,lib.2.cap.14.

Actionem non tribui parti tamquam agenti, ſed toti probat Ariſtoteles,82.M

Actiones intentionales quæ dicantur,80.M

Actiones eſſe ſingularium tribus modis poſſe intelligi,78.P

Actiones non omnes oriri à ſuppoſitis, tribus argumentis probatur,78.F.& 80.

Actiones omnes quæ cognitiones non ſunt, verſari per ſe circa ſingularia per ſe exiſtẽtia probatur,83.F

Actiones omnes recipi per ſe in ſingularibus per ſe exiſtentibus probatur,82.F

Actiones quot modis dicantur verſari circa aliquid,81.M

Actiones omnes proficiſci per ſe ab agentibus aliquid,81.M

Actiones omnes proficiſci per ſe ab agentibus ſingularibus per ſe exiſtentibus probatur,82.P

Actiones humanæ variè conſideratæ ad diuerſas ſcientias ſpectant,392.P

Actiones duplices animæ & corporis, lib.2. cap.14.

Actiones non omnes recipi in ſuppoſitis duabus rationibus probatur,79. M & F

Actiones quaſnam intelligat Ariſtoteles,cum dicit actiones omnes, generationeſque in ſingularibus ſiue circa ſingularia verſari, tres opiniones,80.per totam paginam.

Actionum duo genera in rebus naturalibus, propriæ ſcilicet & impropriæ,257.F

Actionum duplex terminus,87.F

ACTVS.

Actus per ſe exiſtens non eſt quantitatis capax, ſed eſt ſubſtantia ſeparata ab omni materia,274.F

Actus omnis ſubſtantialis propriam habet operationem,275.P

Actus præcipua ſignificatio eſt actus purus, 109.F

Actus per ſe exiſtẽs non dicit alium ordinem ad actum quo informari poſſit quàm accidentalem, nec id quidem vniuerſe, ſed in rebus creati tantum,275.P

Actus ſiue forma & perfectio duplex,273.M

Actus intelligendi realis eſt non intentionalis,80.M

Actus entitatiuus quem poſuit Scotus impugnatur,273.F

Actus ſimpliciter eſt prior potentia,485.F

Actus ſignatus & exercitus,lib.3.c.9.

Actus per ſe exiſtens natura ſua perfectior eſt actu informante,274.M

Googl

Actuum voluntatis & intellectus diſcrimen, 85. M
Actuum voluntatis diſcrimen, ab actibus intellectus & appetitus ſenſitiui, 85. P

ADÆQVATIO.

Adæquationis nomen quomodo accipiẽdum cum dicimus veritatem quæ eſt entis proprietas, eſſe adæquationem rei & intellectus, 290. M
Adam & Eua quam felicitatem habuerint in ſtatu innocentiæ, 58. F

ADIECTIO ADIECTIVA.

Adiectionum varia genera, lib. 8. cap. 11.
Adiectiua, *Vide nomina adiectiua.*
Adiunctorum locus, *Vide circumſtantium locus.*
Adonai nomen tetragrammatum Hebræis non erat licitum proferre, 306. M
Aduerſatiuæ Enuntiationes, ad copulatiuas reuocantur, lib. 3 c. 26.
Ægidius Romanus etſi neget poſſe à nobis ſubſtantias ſeparatas cognoſci in hac vita, id tamen videtur admittere de anima rationali, 315. F
Æqualia quæ dicantur, lib. 2. cap. 11.

ÆQVIPOLLENTIA.

Æquipollẽtia modalium. *Vide Modalium æquipollentia.*
Aequipollentes Enuntiationes quæ, lib. 3. c. 7.
Aequipollentium regulæ, lib. 3. c. 7.
Aequipollentium cognitio vtilis, lib. 2. c. 7.
Aequiuocationis captio. *Vide captio æquiuocationis.*

ÆQVIVOCVM.

Aequiuocum nomen quid, lib. 5. cap. 19. & lib. 5. cap. 8.
Aequiuocum non definitur niſi prius diſtinguatur, lib. 5. cap. 8.
Aequiuocum non cenſetur vnum nomen ſed multa, lib. 1. c. 14. & lib. 5. c. 1.
Aequiuocũ nomen an ſit verum nomen, 551. P
Aequiuocum nomen non eſt re vera vnum nomen, 662. F
Aequiuocum diuerſa ratione vniuocum eſſe poteſt, lib. 1. c. 31.
Aequiuoca oratio. *Vide Amphibologica oratio.*
Aequiuoca & vniuoca ſunt inter ſe omninò contraria, lib. 1. c. 24.
Aequiuoca ob memoriam aut ſpem, lib. 1. c. 20.
Aequiuoca æquiuocata tractauit Ariſtoteles, lib. 1. cap. 21.
Aequiuoca comparatione relationum quæ, lib. 1 cap. 20.
Aequiuoca, æquiuocantia & æquiuoca æquiuocata quæ, lib. 1. c. 32.
Aequiuoca conſilio quæ & cur ſic dicta, lib. 1. cap. 20.
Aequiuoca cõſilio duplicia relationis & comparationis relationum, lib. 1. c. 20.
Aequiuoca caſu quæ & cur ſic dicta, lib. 3. c. 14.
Aequiuoca relatione quadruplicia, ob quadruplicem cauſſatum numerum, lib. 1. c. 20.
Aequiuoca caſu quæ & cur ſic dicta, lib. 3. c. 14.
Aequiuocorum appellatio rebus magis propriè quam nominibus conuenit, lib. 1. c. 22.
Aequiuocis omnibus commune eſt dici de multis, 518. M
Aequiuocatio magis latet in communioribus, lib. 5. cap. 13.
Aequiuocationis tria genera, lib. 8. c. 4.

AER.

Aer facillimè omnium elementorum externas recipit impreſſiones, 249. P
Aerem cur rerum materiam conſtituerit Anaximenes, 249. P
Aerem rerum omnium materiam eſſe voluit Anaximenes eũmque infinitum eſſe, 248. F
Aeterna iuxta Ariſtotelis doctrinam cauſſam, habere ſui eſſe, 289. P

AFFECTIO.

Affectio rei nunquam eſt tantæ perfectionis quantæ eſt res ipſa, 545. M
Affectiones entis cur etiam dicantur affectiones vnius, 23. P
Affectiones entis habent inter ſe quandam contrarietatem latè ſumptam, 525. M
Affectiones entis eſſe Analogas, 521. P
Affirmamus & negamus pleraque de rebus ſingularibus, 136. F
Affirmatio. *Vide Enuntiatio affirmans.*

AGERE, AGENS.

Agere quod Græcè ποιεῖν quid propriè ſignificet, 30. F
Agentium duo genera, 401. F
Agentium quare addi poteſt tertium genus, 401. F

ALBERTVS.

Albertus Magnus ait eum qui non dubitat bis errare, ſemel in via, iterum in termino, 419. F
Albertus Magnus quodnam poſuerit obiectum logicæ, 383. M
Alberti Magni ſententia de muſcis quod careant memoria, 31. M

ALEXANDER.

Alexander Macedo arduum modulum Mineruæ cantante Timotheo ad arma concitatus eſſe fertur, 28. F
Alexander non minus Ariſtotelem quam genitorem adamauit, 2. M
Alexandri expenſa ne quid Ariſtoteli deeſſet ad philoſophandum, 1. M. F
Alexandri in Ariſtotelem pietas, 2. M

Alexandri Aphrodiſienſis in commentando Ariſtotele gloria, 7. F. & quo tempore floruerit, ibidem.
Alexandri Aphrodiſienſis opinio de ſecundo libro Metaphyſices, 281.P
Alienatio, *Vide Diſtractio*.
Alpharabius vult Deum eſſe ſubiectum Metaphyſicæ, 490.P

AMBIGVITAS.

Ambiguitatis Captio. *Vide captio Ambiguitatis.*
Ambiguitatis duo genera, lib.8.cap.6.
Ambigua oratio, *Vide Amphibologica, Æquiuocum.*

AMPHIBOLIA.

Amphiboliæ captio, *Vide captio Ambiguitatis.*
Amphibolica oratio, non eſt oratio, ſed orationes, lib 3.cap.1.
Amplè acceptum nomen ſemper accipitur diſiunctim, reſpectu eſſe, fuiſſe, &c. lib. 8. cap. 37.

AMPLIATIO.

Ampliatio quid, lib.8.cap.36.
Ampliatio quintuplex quorundam ſententia. Ibid.
Ampliatio magis propria oratorũ quàm dialecticorum, lib.7.cap.37.
Ampliatio quadruplex, lib.8.cap.37.
Ampliationis materia tota ex locis Dialecticis deſumitur, lib.7.cap.37.
Ampliationis ſeptem documenta, lib.8.c.34.
Analyticæ ignoratio cur *ἀπαιδευσία*, dicatur, 659.M

ANALOGIA.

Analogia Attributionis, *Vide æquiuoca relationis.*
Analogia proportionis, *Vide Æquiuoca comparationis relationum.*
Analogia attributionis creaturarum ad Deum, 541. P
Analogia Entium rationis, 540.P. & 541. M
Analogia attributionis Accidentium, 540.F
Analoga ſecundum proportionem neceſſario ſignificant formam quæ ineſt omnib. membris diuidentibus, 538.F
Analogiæ varij modi, 537 P
Analogiæ & Attributionis & proportionis in ente reſpectu Dei & creaturæ quænam ſint fundamenta, 542.M
Analogiæ locus, *Vide ſimilium locus.*
Analogiam attributionis creaturarũ ad Deum quomodo negat D. Tho. 543.P
Analogiam attributionis tantum in Ente agnoſcentes, coguntur fateri, ſolam ſubſtantiam eſſe formaliter ens, 540.M

ANALOGVM.

Analogum propriè dictum duplex ſecundum attributionem, & ſecũdum proportionem. 537. P
Analogi quæſtio ad quæſtionem generis reuocatur, lib.7.cap.8.
Analoga ſæpe apud Ariſtotelem vniuerſalia dicuntur, lib.1.cap.16.
Analoga ſecundum attributionem duorum ad tertium quæ dicantur, 538.P
Analoga ſub æquiuocorum definitione amplexus eſt Ariſtoteles, lib.1.c.22.
Analoga ſunt media inter æquiuoca & vniuoca, lib.1.cap.22.
Analoga ſecundum attributionem non neceſſario ſignificare formam quæ inſit in omnibus membris diuidentibus, 538.F
Analoga quædam definiuntur nulla præcedente diſtinctione, lib.5.cap.8.
Analogorũ quorũdam diuiſiones reuocantur ad diuiſionem totius vniuerſalis, lib.4.c.6.
Analogorum quędam diſcrimina explicantur, 537. & 538. per totas.
Analogorum ſignificata minus principalia quomodo includant reſpectum ad principale, 535.F
In Analogis & caſu æquiuocis, & quæ non ſignificant immediatè vnam naturam, rationes omnia immediatè ſignificatorum eſſe ſecundum commune nomen, 536.F
Analogicæ conuenientiæ fundamẽtum, 502.F

ANAXAGORAS.

Anaxagoras Anaximenis auditor primus eſſentiale ſubſtantiarum diſcrimen cõſtituit. 255. M
Anaxagoras rerum materiam dixit eſſe atomos ſimilis naturæ, quæ ante in Chao latitabant, 255.M. & qua ratione ductus id fecerit, ibid.F. eiúſque opinionis refutatio, ibid. & 256.P.M.
Anaxagoras id mentem dicebat facere in tota rerum natura, quod mens noſtra in nobis, 171.F. & 172.P
Anaxagoras omnia aſſerebat eſſe in omnibus 669.M
Anaxagoras quomodo Chaos ſtatuerit, 164.P
Anaxagoras floruit poſt captiuitatem Babylonicam ſub Xerxe & Longimano Artaxerxe Perſarum Regibus, Annis ferme centum poſt Thaletem, 168.F
Anaxagoras infinita poſuit rerum principia, 168. M
Anaxagoras cur poſterior Empedocle vocetur ab Ariſtotele, 168.M
Anaxagoras generis ſplendore, & animi gloria clariſſimus, 255.M

Anaxagoras

Anaxagoras & Democritus quibus rationibus contradicentes ſimul eſſe veras perſuadebant, 677. F
Anaxagoras non cenſuit quatuor vulgata elementa eſſe principia ſed mixturas quaſdã, 168. F
Anaxagoras nomine infinitarum partium intellexit materiam, vt eam interpretatur Ariſtoteles, 256. M
Anaxagoræ ſententia de principiis examinatur, 202. per totam.

ANAXIMANDER.

Anaximander Thaletis diſcipulus & primus in Schola ſucceſſor, primus inuexit nomen principij, & Caput Ionicæ familiæ vocatus eſt, 250. M

ANAXIMENES.

Anaximenes & Diogenes Appolloniates aërẽ dixerunt principium rerum, 167. F
Anaximenes tertius fuit à Thalete, & Anaximandrum Thaletis diſcipulum audiuit, 167. F
Anaximenes Mileſius tertius à Thalete in familia Ionica, aërem poſuit rerum omniũ materiam quem dixit eſſe infinitum, 248. F

ANGELI.

Angeli antequam eſſent beati ſupernaturali beatitudine, contemplatione ſuarum eſſentiarum, naturaliter excitabantur ad deſiderandam diuinæ eſſentiæ cõtemplationem, vt ſentit D. Tho. 60. F & 61. P
Angeli an imagines cognoſcere poterunt. 357. F
Angelorum ſpecies intelligibiles vt comprehendantur, ſatis eſſe ſi percipiantur naturæ generales & ſpeciales quas repræſentant, 356. M
Angelicus intellectus non cognoſcit infinita in ſeipſis ſimul, 349. P

ANIMA.

Anima humana cur videatur in hac vita quidditatiuè percipi non poſſe, 315. M
Anima rationalis qua ratione firmiſſima probatur remanere poſt ſeparationem à corpore, 82. M
Animæ immortalitatem etſi obſcurius Ariſtoteles quam Plato, verius tamen, & Chriſtianæ fidei congruentius expreſſit, 22. P
Animam humanam cognoſcere ſe in hac vitã per ſpecies aliarum rerum, poſt ſeparationem vero per ſuam eſſentiam, docet Diuus Thomas, 315. M
Animam ſeparatam cognoſcere aliquas ſubſtantias ſeparatas vſque ad vltimas differentias contra S. Thomam, 315. F
Animæ ſeparatæ medium intelligendi non omnino percipi in hac vita, 315. P
Animas omnium animantium non informantes, ſed aſſiſtentes dixit Plato, 271. M

ANIMALIA.

Animalia non omnia quæ locum mutent habere memoriam, 31. F
Animalia quæ ſcopulis adhęreſcunt quos ſenſus habeant, 31. M

ANTECEDENS.

Antecedentis & conſequentis vocabula qui ſumantur in locis dialecticis, lib. 7. cap. 25.
Antecedentia & conſequentia quæ, lib. 6. c. 37.
Antecedentiũ & conſequentium loci ac vſus, ibid.
Antecedentium & conſequentium duo genera, lib. 7. cap. 25.
Antiqui Philoſophi non contemnendi, 285. M
Antiquorum lectio quãtæ ſit vtilitatis, 275. P

ANTISTHENES.

Antiſthenes Socratis auditor magis amauit in præceptore conſtantiam vitæ, ac moram, quam liberam in vtramque partem diſputandi conſuetudinem, 16. F
Antiſthenes Cynicæ ſectæ princeps, 16. M

APES.

Apes non ſentire ſonum ſed aërem qui mouetur, 33. F
Apes habere auditum affirmat Plinius, 34. M
Apes an polleant auditu, dubitat Ariſtot. 9. de hiſtoria animalium, 34. P
Apes qua ſagacitate proſpiciunt in futurum, 33. M
Apum natura deſcribitur, 35. P

APHRICA.

Aphricam ſemper noui aliquid adferre vnde natum prouerbium, 333. M

APPELLANS, APPELLATIO.

Appellans vox ab Appellata qui differat, lib. 8. cap. 41.
Appellatio duplex relationis & rationis, lib. 8. cap. 41.
Appellatio vocis alia conſideratione etiam

duplex quoad ſignificatum formale,& quo ad materiale. lib.8.cap.41.
Appellationis cognoſcendæ tria documenta lib.8.cap.42.
Appellationis nomine quid intelligendum, lib.8.cap.41.
Appellatiua nomina, *Vide Vniuerſalia nomina.*

APPETERE.

Appetere hominem naturaliter intuitiuam diuinæ naturæ cognitionem qui auctores crediderint, 55.P
Appetere hominem naturaliter intuitiuam diuinæ naturæ cognitionem ſex rationibus probatur,53.F.& 54.per totam,quæ refutantur,57.M.F.& 58.59.60.& 61.Contraria ſententia ab auctore probatur fusè,55.& 56.per totas paginas,& maximè rationib.ex Theologia ductis, 57.P
Appeti ſemper aliquid felicitatis in omni appetitione, 541.M
Appetendi actum elici poſſe ſine fide orthodoxa, 53.F

APPETIBILE.

Appetibile ex ſe & propter ſe quomodo differant, 643.F
Appetibile in definitione veri boni quomodo ſit ſumendum, 643.P
Appetibilitas cuiuſque rei fundatur in eius conuenientia, 635.F
Appetitio diuina appetitio eſt omnis appetitionis, 639.P

APPETITVS.

Appetitus eliciti non naturales qui,47.F
Appetitus innatos omnes eſſe naturales, Elicitos vero non omnes, 47. P
Appetitus elicitus quotuplex,46,P
Appetitus concupiſcentiæ fundatur in appetitu amicitiæ,85 F
Appetitus innatus impropriè dictus quis, 44.F
Appetitus elicitus quomodo dici poſſit naturalis,53.F
Appetitus fruſtra inditus diceretur, ſi in nullo ſatiaretur, 51.F
Appetitus naturalis aliter in natura libera,aliter in ea quæ ad vnum determinata eſt,exit in actum,53.P
Appetitus quibus rationibus videri poſſet fruſtrà à natura datus,quæ refutantur, 51. F.52. per totam & 53.P.M
Appetitus elicitus ſciendi omnibus hominibus naturalis eſt.48.M
Appetitus duplex innatus & elicitus,53.F
Appetitus elicitus quid, 46.P
Appetitus ſenſitiuus & intellectiuus ſoli inter appetitus innatos qualitates earum rerum ſunt quarum ſunt appetitus,45.M
Appetitus innatus quid,44.F
Appetitum ſciendi in actum magis quàm in habitum ferri,29. F
Appetitum Brutorum animantium omni libertate carere,49. M
Appetitum intellectiuum poſſe verſari circa vniuerſalia probatur,84.M
Appetitum non verſari completè & vltimatè niſi circa ſingularia,84.F
Appetitu elicito communiter & propriè naturali,non autem propriiſſimè omnes homines appetere ſcientiam,48.F
Appetitu innato omnes homines appetere ſcientiam,48.P
Appetituum naturalium elicitorum genus triplex,47.M

APPOSITIO, APPOSITA.

ab Appoſitione locus ad locum formæ reuocatur,lib.7.cap.20.
Appoſita verborum quæ dicantur, lib.8.ca.38.
Apprehenſio ſimplex quid ſit ex ſententia D. Thomæ,130.P

AQVA.

Aqua calefacta celerius congelatur, 269.P
Aqua cum calefit in aliquibus particulis relinqui ſummum frigus ſententia quorundam,268.M
Aquæ quaſdam partes pati ab igne quaſdam vero non,ridiculum,268.F
Aquam calefactam non reduci ad priſtinum frigus vllo accidente,268.M
Aquam eſſe rerum materiam voluit Thales Mileſius,257.F

ARABES.

Arabes obiectum Dialecticæ ſtatuerunt modum ſciendi ſumpto propriè ſciendi verbo,382.F

ARCESILAS.

Arceſilas primus omnium in Academia docere cœpit,nihil eſſe ακατάληπτον id eſt, comprehenſibile, ſed omnia incerta, 15.F.
Arceſilas Pyrrhonis Sceptici nihil approbantis ſententiam amplexus eſt. 15.M
Arceſilas caput nouæ Academiæ haberi cœpit,15.F

ARCHELAVS.

Archelaus Socratis præceptor phyſicus ideo dictus, quod phyſicam primus Athenas inuexit,349.P

Digitized by Google

ARCHIMEDES.

Archimedes dum in puluere quædam ſcribit ne patriam quidem captam eſſe ſenſit,49.F
Architecti cur pluris fiant, quàm qui manus operi adhibent,39.M

ARGVMENTANS, ARGVMENTVM.

Argumentantis officia & documenta nouem, lib.7.c.42.
Argumentum quid,l.6.c.6.
Argumentum dicitur aliquando quælibet ſumptio,lib.7.c.9.
Argumentum dialecticum à Demonſtratiuo quid differat,lib.7.c.9.
Argumentum Dialecticum quid,l.7.c.9.
Argumentum demonſtratiuum quid, l.7.c.5.
Argumenti nomẽ quî vſurpetur in locis Dialecticis,l.7.c.39.
Argumenta ex locis quomodo quærenda,lib.7.cap.37.
Argumenta non ſunt per vim trahenda, ſed quaſi vocanda,l.7.c.37.
Argumenta demonſtratiua omnia quî poſſint eſſe Dialectica,l.7.c.4.
Argumentorum demonſtratiuorum loci tres, lib.7.cap.5
Argumentorũ duo genera inſitum & aſſumptum,*Vide locorum Duo genera.*
Argumentorum varia genera, in tabella expreſſa,lib.7.c.11.
Argumentorum ordo quid,lib.7.c.39.
in Argumentis diſponendis quæ methodus ſeruanda,lib.7.c.40.

ARGVMENTATIO.

Argumentatio quid,l.6.c.6 & 7.
Argumentatio ab argumento dicta,l.6.c.6.
Argumentatio multo efficacior definitione ac diuiſione,l.1.c.4.
Argumentatio eſt quædam conſequentia, libro.6 cap.1.
Argumentatio ex quorundam ſententia duplex,l.6.c.8.
Argumentatio quadruplex, lib 6.cap.1.& lib.8.cap.36.
Argumentationis author Ariſtoteles,l.1.c.5.
Argumentationis varia nomina,l.6.c.6.
ad Argumentationis ſtructuram duo neceſſaria inuentio & iudicium,l.6.c.7.
Argumentationis munus,lib.1.c.4.
Argumentationem vel Syllogiſmum eſſe obiectum logicæ vt ab Ariſtotele tractatur, 383.M
Argumentationem ſolam ex inſtituto tractauit Ariſtoteles,l.5.c.5.
Argumentationes quæ plus virium habent, lib.6.c.36.

ARISTIPPVS.

Ariſtippus primus ex auditoribus Socratis mercedem à diſcipulis ſuis exegit, & quæſtu Philoſophatus eſt,637.F

ARISTOTELES.

Ariſtoteles multo apertius egit de cauſſis quàm veteres,195.P
Ariſtoteles non obſcuram in ſe aliorum philoſophorum inuidiam cõcitauit, quin Platonem ipſum hominem alioqui modeſtiſſimum ſibi infenſiorem reddidit,pag.2.P
Ariſtoteles cur ferè in libr. 4. Metaphyſices loquatur de veritate complexa & intellectus potius quàm rerum.616.M
Ariſtoteles cum extrema inſtare intellexiſſet, primæ cauſſæ miſericordiam cum vehementius implorasſet,vita functus eſt, & qui id Auctores tradiderunt,3.M
Ariſtoteles quia in humanam Philoſophiam nihil admittendum cenſuit quod probari humanis rationibus non poſſet, maluit in rebus diuinis citra conſiſtere, quàm diuina oracula proprio iudicio interpretari,ne adumbratam quidem Chriſti cognitionem tradidit,22.F.& 23.P
Ariſtoteles quos lectores ſuorum librorum optauerat,6.P
Ariſtoteles cur obſcurè ſcripſerit,Ibid.
Ariſtoteles quos libros ſcripſit,3.F.& 4.P.M
Ariſtoteles anno ſexageſimo tertio ætatis mortuus,3.M
Ariſtoteles quare ſæpè ambigue loquatur, 6. M F
Ariſtoteles quæſtionem de admiranda vi Euripi ſepties die ac nocte reciprocantis explicare non poterat, & qui id Authores tradiderunt,3.P.
Ariſtoteles cur hoc opus ordiatur ab appetitu hominibus innato duæ cauſſæ traduntur, 28.F
Ariſtoteles qua ratione cœpit præferri cæteris Philoſophis,23.P
Ariſtoteles curMetaphyſicorum libros ſcripſerit,23.F
Ariſtotelis inſtitutum 3. Libro Metaphyſices, 427.F
Ariſtoteles mortuo Alexandro impietatis crimine accuſatus, cauſſam primum pro ſe egit,quàm ſolam dixit toto vitæ tempore, pag.2.F.& 3.P
Ariſtoteles cur ſcripta ſua non poliuerit, 6. M
Ariſtoteles ſæpè ad verba & non ad ſenſum argumentatur,6.F
Ariſtoteles plurimi facit Philoſophorũ omnium conſenſum,227.F

Digitized by Google

Ariſtoteles cur eadem quæ in Phyſicis dixerat de cauſſis, iterum repetit libr. 1. Metaphyſices,234.F
Ariſtoteles quàm accurate omnes diſciplinas ſit perſecutus 11.M
Ariſtoteles, quanto aliter quam veteres Philoſophi de primo principio diſſeruerit, 658. F & 659.M
Ariſtoteles cur aliter in cauſis materialibus, aliter verò in efficientibus,dum infinitionẽ earum refellit,progrediatur,339.M
Ariſtoteles omnium conſenſu auctor eſt librorum Metaphyſices.pag.1.P
Ariſtoteles quam fuerit lectioni deditus & quam diu Platonem audiuit,ibid.
Ariſtoteles quare multorum Philoſophorum ſententias ſoleat refutare,7.P
Ariſtoteles minus errauit quam cæteri Philoſophi, 21.P
Ariſtoteles præceptor Alexandri deligitur, pagin.2.P
Ariſtoteles ſibi conciliatur, nunc aſpectum cognoſcendis rebus Auditu vtiliorem, nũc auditum aſpectu,aſſerens,64.M
Ariſtoteles in Stoicorum & Academicorum ſuperſtitionem(etſi nonnulla peccauit,) nõ eſt prolapſus,17.F
Ariſtoteles ſe Platonicũ eſſe profitetur, 678.F
Ariſtoteles per quinquennium Alexandrum in litterarum ſtudiis erudiuit,2.M
Ariſtoteles ſæpe de induſtria obſcurus, *Vide in præfatio. Inſtit.*
Ariſtoteles quare cum Athenas reliquiſſet Chalcide deinceps ſit commoratus, 3.F
Ariſtoteles docuit in Lyceo tredecim annos, pag.2.M
Ariſtoteles plures fuerunt,8.P
Ariſtotelis in Platonem animus,2.P
Ariſtotelis mos,285 F
Ariſtotelis egregia ſententia,100.M
Ariſtotelis modeſtia in reprehendendo,612.P
Ariſtotelis eulogia,13.f.& 14.P
Ariſtotelis ingenium,8.M
Ariſtotelis philoſophandi ratio 14. 15. 16. 17. & 18.
Ariſtoteles quare diſcendi gratia peregrinatus non ſit.12.F
Ariſtotelis & Platonis comparationem longa oratione proſequitur auctor. 10. f. 11. & 12. per totas paginas.
Ariſtotelis libri quomodo ſeruati, 7. m. & quomodo corrupti, ibid. m. f. & à quibus correcti.ibid.F
Ariſtotelis libri nonnullitur, an ab eo ſcripti ſint dubitetur,8.P
Ariſtotelis inſtitutum in hoc opere,28.F
Ariſtotelis plerique libri de diuinis rebus ſcripti qui ad nos non peruenerunt, 71.F
Ariſtotelis opinio de mundi æternitate cum Platonis ſententia de eius ortu confertur, 21.F
Ariſtotelis ſententia de beatitudine quomodo fidei doctrinæ conſentiat,21.M
Ariſtotelis Philoſophandi ratio,17.m.F
Ariſtotelis in diſputatio mos.101.F
Ariſtotelem verè poſuiſſe formas ſubſtantiales,170.F. & 171.P
Ariſtotelica doctrina reiecta priſci Eccleſiæ Doctores cur Stoicam & Academicam ſectati ſunt,20.F
Ariſtotelicæ doctrinæ auctoritas,18.F.M.

ARS.

Ars noſtra & diuina qui differant,239.F
Ars,exemplar, & inſtrumenta,quomodo differant,240.F
Ars æmula naturæ,lib.7.c.40.
Ars quomodo per experientiam gignatur, 37 F
Ars ſimpliciter experientiæ anteponenda eſt, 40.F
Artis ordo naturæ ordini conſentaneus,lib.7. cap.40.
Ad Artis generationem non neceſſario concurrunt multæ experientiæ habituales, 38.P
Artem præferendam experientiæ tribus argumentis probatur,39.M
Artem & ſcientiam per experientiam hominibus prouenire quomodo dicat Ariſtoteles,76.F
Artes mechanicæ quæ dicantur,400.F
Artes omnes differunt ex quibuſdam probabilibus,vt inductione patet,386.F
Artes omnes quo ad actionem in ſingularibus verſantur,138.M
Artes omnes experientia comparari quomodo verè dicat Ariſtoteles, & tamen quoſdã artifices carere experientia,77.M
Artium in liberales & illiberales diuiſio qualis,402.F.& 403.M.

ARTIFEX.

Artifex cur ſæpè aberret à ſcopo,39.P
Artifices particulares quo pacto de cauſſis agunt,234.P
Artificioſa forma ſine materia eſſe non poteſt lib.6.c.7.

ARTAXERXES.

Artaxerxes Longimanus quo tempore apud Perſas regnabat,168.F

ASPECTVS.

Aſpectus includit ſeu potius ſupponit tactum,63.F

Digitized by Google

Aſpectus percipit res more intellectus, 62. F
Aſpectus non impeditur vno contrario à perceptione alterius, 63.P
Aſpectus quid, lib.5. cap.6.
Aſpectus percipit per medium multò nobilius quam ſunt media cæterorum ſenſuum, 63.P
Aſpectus quo pacto, & quibus rationibus nobis ſit carior cæteris ſenſibus,62.M
Aſpectus cur locum altiſſimum obtineat in corpore humano,63.M
Aſpectus quomodo cæteris ſenſibus ſit ad cognitionem aptior,62.M
Aſpectui rerum cœleſtium cognitio accepta refertur,63.M
Aſpectum non eſſe nobis cariorẽ cæteris ſenſibus quatuor rationibus probatur, 61.F. & 62. per totam, quæ reiiciuntur, 63.64.P.M
Aſpirationis captio, *Vide Captio accentus.*

ASTROLOGIA.

Astrologia nõ verſatur circa res purè Mathematicas,205.F
Aſtrologiæ cognitio longa indiguit aſtrorum obſeruatione,41.M
Aſtrologiam ſolam principes ſuo ſtudio dignam iudicant,96.M
Attributa diuina vt ſunt, à nobis explicari nõ poſſunt,633.F

AVDITVS.

Avditvs quo pacto ad cognoſcendum aptior aſpectu dicatur ab Ariſtotele, 64. M

AVEN-ROIS.

Aven-rois opinio de materia cœli reiicitur,62.F
Auen-rois & Themiſtij error, vnum eſſe omnium hominum intellectũ exiſtimantium, reiicitur,65.M.& 69.F

AVGVSTINVS.

D.Avgvstinvs quomodo intelligendus, cum aſſerit, poſſe habere fidem, naturæ eſſe hominum, habere autem, gratiæ eſſe fidelium,58.P
D.Auguſtinus Platonem Ariſtoteli prætulit, 13.M
D.Auguſtinus parum admodum in Ariſtotelis lectione verſatus fuit,13.M
D.Auguſtini locus pro vtilitate dialecticæ, 414.F
D.Auguſtini ſententia de neceſſitate dialecticæ,413.P
D.Auguſtini locus, *Feciſti nos ad te, & inquietũ eſt cor noſtrum donec requieſcat in te,* ex cap.1. lib.1.Confeſſ.exponitur, 60.M
Auguſtini dictum de tempore,293.F
Auguſtini ſententia Deum ſuæ ſempiternæ ſapientiæ cauſſam eſſe ſempiternam diſcutitur,235.F
D.Auguſtini de Platone ſententia *ſuauius illum ad legendum, quam potentius ad perſuadendum ſcripſiſſe,* 70. P

AVSCVLTATIO.

Avscvltationis via, lib.7.cap.40.
Auſcultationis nomẽ quomodo accipiẽdum in phyſicorum librorũ inſcriptione, 4.M.F
in Auſcultatione ſeruandi ſunt ordines compoſitionis,lib.7.cap.40.
Auſcultatorios libros cur de ſtylo conſcripſit Ariſtoteles,5.F

AVTHORITAS.

Avthoritas duplex, diuina & humana,lib.7.cap.35.
Authoritatis locus & vſus,lib.3.cap.35.& 36.
ab Authoritate negatiue quando non valet argumentum,lib.7.cap.35.
ab Authoritate duobus modis ducitur argumentum,lib.7.cap.35.

B

BEATITVDO.

Beatitvdinis alienæ deſiderium eſſe hominis naturale ſecundum quid 60.M
Beatum omnia poſſibilia cognoſcere in verbo,opinio quorundam,351.M

BONITAS.

Bonitas Dei cauſſa rerũ omnium, 623. P
Bonitas materiæ primæ,637.M
Bonitas tranſcendens conſiſtit in conuenientia rerum cum Deo,738.F
Bonitatis tranſcendẽtis propria ratio quæ ſit 640.M
Bonitatem & veritatem ſumi aliquando pro ipſarum entitate,646.P
Bonitatem ex eo conſtat non eſſe idem quod perfectionem quia perfectio dicitur abſolute,bonum verò comparatè,618.M

BONVM.

Bonum an ſit propria entis affectio diſputatur,629.& ſequentib. Ponuntur argumenta pro parte negatiua, Ibid.& 630.P.M
Bonum eſt volũtatis adæquatum ſubiectum, 121.M

Bonum quid formaliter ſit variæ ſententiæ, 630.M.F
Bonum quid formaliter ſignificet apud Herueum, 631.P. eiuſque refutatio, ibid.M
Bonum quid ſit formaliter Durando & eius refutatio, 631.F.& 632.per totam.
Bonum includere formaliter relationem & abſolutum, 633.M
Bonum quid includat formaliter variæ Thomiſtarum opiniones, 633.P.M
Bonum quomodo conuertatur cum ente Durando, 632.P.
Bonum nihil addere enti niſi relationem rationis, omnes Thomiſtæ affirmant, 635.P
Bonum addit enti ſolam relationem rationis eámque ſolam formaliter ſignificat, 634. P
Bonum eſt quod omnia appetunt, eſt deſcriptio à poſteriori tradita, 635.P
Bonum eſt propria paſſio entis, 636.P
Bonum quomodo maioris ambitus dicatur apud Dionyſium Areopagitam quam ens, 636.M
Bonum eſt nomen poſitiuum nõ negatiuum, 684.P
Bonum omne bonitate tranſcendente perfectum eſt, 641.M
Bonum tranſcendens non ſignificare perfectionem formalem, 645.F
Bonum tranſcendens quomodo non iungat enti negationem, 644.P
Bonum quomodo ſumatur ab Ariſtotele cum definit virtutem eſſe habitum qui bonum efficit habentem, & opus eius bonum reddit, 637.F
Bonum auctor libelli de cauſis cum ait dici per informationem entis quomodo intelligendus, 638.M
Bonum duplex ex ſententia Platonis, 42.M
Boni ratio formalis ſita eſt in conuenientia, 635.M
Bona ex circunſtantia quæ, lib.7.cap.36.
Bona neceſſaria quæ, ibid.
Bona triplicia, vtilia, honeſta & iucunda, lib.5. cap.13.

BRVTA.

Brutorum animaliũ cognitio naturalis, 154.M
Brutorum animalium tres gradus ex cognitione ſumpti, 31.M.& 32.P

BVCEPHALVS.

Bucephalus ideo dicitur verus equus, quia adæquatur conceptui quem Deus habet de vero equo, 240.F

BVRIDANVS.

Buridani ſententia de ſubiecto Metaphyſicæ 492.M. & refutatur, 494.

C

CACODAEMONI quæ captio maximè familiaris, lib.8.cap.11.

CAIETANVS.

Caietanus non rectè arguit Scotum, cap.3.de Ente & Eſſentia, 534 M
Caietani ſententia de conceptibus rerum ſingularium, 139 M
Caietani opinio de cognitione quidditatiua, animæ rationalis, 314.M

CALEFACTIO, CALIDVM.

Calefactio quomodo procedat à calore, 86.P
Calidum & frigidum eſſe rerũ principia voluit Parmenides, 251.M

CANIS.

Canis mirum exemplum, 34.P

CAPTIO.

Captio accentus quid, lib.8.cap.8.
Captio accentus quintuplex, ibid.
Captio accidentis omnium deterrima & periculoſiſſima, lib.8.cap.10.
Captio accidentis quid, ibid.triplex, ibid.
Captio accidentis vnaquæque habet octo formas colligendi, lib.8.cap.10.
Captio accidentis vnde oriatur, ibid.
Captio æquiuocationis, lib.8.cap.4.
Captio ambiguitatis, lib.8 cap.5.
Captio compoſitionis, lib.8.cap.6.
Captio conſequentis, lib.8.cap.14.
Captio conſequentis continetur quodammodo ſub captione Accidentis, ibid.
Captio diuiſionis, ibid.
Captio eius quod ſimpliciter dicitur & ſecundum quid duplex, lib.8.cap.11. Dæmoni familiaris eſt, ibid.
Captio figuræ dictionis ſæpe ad captionem accidentis pertinet, ibid.
Captio figuræ dictionis triplex, ibid.
Captio ignorationis Elench.lib.8.cap.12.
Captio non cauſſæ vt cauſſæ, lib.8.cap.15.
Captio petitionis principij quid, lib. 8. cap.3. quintuplex, ibid.
Captio plurium interrogationum vt vnius, lib.8.cap.16.
Captionibus ſingularibus Sophiſtarum quî occurrendum, lib.8.cap.18.

CASVS.

Caſus ad coniugata reuocantur, lib.7.cap.16.
Caſu æquiuoca. *Vide Æquiuoca caſu.*

CATEGOREMA.

Categorema nunc rem, nunc vocem ſignificat, ibidem.

Catego

Digitized by Google

Categorema quid, lib.1. cap.9.

CATEGORIA.

Categoria quid. *Vide Prædicamentum.*
Categoria cur ſic dicta, lib.2. cap.1.
Categoriæ naturalis diſpoſitio, lib.2.cap.8.
Categoriarum intelligentiæ neceſſaria eſt quinque vocum notio, lib.2.cap.8.
ad Categorias omnia præter Deum Opt.Max. modo aliquo reuocantur, lib.2.c.9.

CAVSA.

Cauſa efficiens. *Vide Efficiens.*
Cauſa & effectus mutuò ſe reſpiciunt, lib. 7. cap. 24.
ex Cauſa tribus modis effectus concluditur, lib.7.cap.23.
Cauſa proxima ſiue cohærens cum effectu habet cauſalitatem completam, 333. M
Cauſa inferior quo pacto pendeat à ſuperiori, 330. M
Cauſſa vt cauſſa eſt non includit in ſua ratione vllam materiam ſiue ſenſibilem, ſiue intelligibilem, 233.M
Cauſſa accipitur tribus modis, 236.P
Cauſſa prima non participat eſſe neç veritatem, ſed eſt primum eſſe & prima veritas, 289.M
Cauſſa eſt id ad quod aliud ſequitur, 235.P
Cauſſa exemplaris à quatuor cauſſarum generibus diſtincta, 230.M
Cauſſam exemplarem non eſſe vere cauſſam, 239.P
Cauſſam vt cauſſa eſt eſſe ſubiectum Metaphyſicæ, quidam crediderunt, 493.P
Cauſæ quæ cuique ſcientiæ accommodatæ, lib.7. cap.5.
loci Cauſarum vſus, lib.7.c.23.
Cauſæ aliter tractantur in Phyſica, aliter in Metaphyſica, 421.M
Cauſæ externæ tres, efficiens, finis, & exemplar, lib.5. cap.4.
non Cauſæ, vt cauſæ captio. *Vide Captio non cauſa.*
Cauſæ nomen in captione non cauſæ qui accipiatur, lib.8.cap.15.
Cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ quæ dicantur, 330.P
Cauſæ per ſe ſunt quæ ſecundum proprias naturas, & non ſecundum aliquid quod eis accidat ſunt cauſæ, 329.F
Cauſæ quatuor, lib.7.cap.19.
Cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ, non cauſant niſi ſimul exiſtant, 332.P
Cauſæ per accidens ſunt quæ vel non per ſeipſas, ſed per aliquid quod ipſis accidit ſunt cauſæ: vel dicuntur cauſæ per ſe effectibus, 329. F
Cauſæ infinitæ qualis eſt Deus Opt.Max.concurſus eſt finitus & quare, 333.F
Cauſæ omnes mediæ dependent ab vna ſuperiori, 338.M
Cauſſæ & affectui accidunt infinita, 331.F
Cauſſæ omnes in rebus naturalibus quo pacto reperiantur, 239.M
Cauſſæ nomen eſt analogum, 235.P
Cauſſæ definitio analoga, 235.F
Cauſſæ definitio communi excutitur, 235.M
Cauſſæ nomen duob.modis ſumi poſſe, 502.P
Cauſſæ accidentaliter ſubordinatæ quæ dicantur, 330. F
Cauſſæ vniuerſalius explicantur à Metaphyſico quam à Phyſico, 326.F
Cauſſæ nomẽ cum in quatuor vulgata cauſſarum genera diuiditur, non accipitur in tota ſua latitudine, ſed pro cauſſa principali quæ digna eſt cui effectus tribuatur, 239.P
Cauſſarum vniuerſalium effecta, eſſe vniuerſalia, 88.P
Cauſſarum quatuor genera quomodo inter ſe affecta ſint, 338. M
Cauſſarum infinitionem dari non poſſe in diuerſis generibus cauſſarum, 337.M
Cauſſarum omnium tractatio quomodo ad vnam ſciẽtiam pertineat, & quomodo non, 440.F. & 441.P.M
Cauſſarum eſſentialiter ſubordinatarum in perfectione comparatio, 343.M
Cauſſarum infinitatem à Metaphyſico explicandam eſſe, 426.F
Cauſſarum omnium tractatio an ad vnam pertineat ſcientiam nullibi expreſſe determinat Ariſtoteles, 440.F
Cauſſarum nomẽ tribus modis vſurpatur pro cauſſis in cõmune, Secũdo pro iis quæ ſunt primę quæq; in ſuo genere. Tertio pro omnibus omnino cauſis ſecundũ ſpeciẽ, 440.F
Cauſſarum eſſentialiter ſubordinatarum differentiæ, 331 P
Cauſſarum explicatio ad Metaphyſicum propriè pertinet, 233.M
Cauſſarum quatuor connexio, lib.7.c.22.
Cauſſarũ pauciora eſſe quam quatuor genera probatur argumẽtis veriſimil. lib.230.F.& ſeq.
Cauſſarum plura eſſe quam quatuor genera quibus argumentis probari poſſit, 230.
Cauſſarum genera cur ex ſolis rebus naturalibus collegerit Ariſtoteles, 237.P
Cauſſarum quatuor tantum eſſe genera probat Ariſtoteles duobus argumentis, 237.F
Cauſſarum eſſe quatuor genera nec plura nec pauciora, 236. & 237.
Cauſſarum vnum genus non pendere ab alio genere, quo ad rationem cauſſandi, 380 M
Cauſſarum rationes quænam Deo conuenire poſſent, 242.P
Cauſſas materiales in infinitum ſubordinatas dari non poſſe, tribus rationibus probatur, 335.F. & 336.P
Cauſſas eſſentialiter ſubordinatas concurrere ad

ad eundem effectum eo modo, quo multi trahentes vnum ſaxum, ad tractum, quorundam ſententia, 334 P
Cauſas eſſentialiter ſubordinatas non poſſe eſſe infinitas, 332. M. 333. M
Cauſſas cur definire ſoleat Ariſtoteles per motum, 234. M
in tribus Cauſſis ſubordinatis quomodo amittat ſecunda vim cauſſandi.
in Cauſſis finalibus non dari infinitũ progreſſum tribus rationibus probatur, 337. M. & F
in Cauſſis per ſe eſſentialiterq; ſubordinatis dari non poſſe infinitionem, 332. P
in Cauſſis per ſe accidentaliter tamen ſubordinatis datur infinitio, 331. F
Cauſſalis enuntiatio. *Vide Conditionalis.*

CHAOS.

Chaos quomodo poſuerit Anaxagoras, 169. p. m.

CHRYSIPPVS.

Chryſippus Stoicorum in tradendis diſſerendi præceptis Princeps, 18. M

CHRISTVS.

Chriſti ſcientia infuſa qualis, 350. F
Chriſti humana natura non per ſe exiſtit, ſed in verbo, 87. F

CICERO.

Cicero probat longa oratione, natura omnes homines in ſcientiæ amorem nullo emolumento inuitatos rapi, 49. M. F. & 50. per totam paginam.
Cicero in diſſerendi facultate primas tribuit Stoicis, 18. P
Cicero Platoni addictiſſimus, &c.

CIRCVLARIS.

Circularis ſyllogiſmus. V. Syllogiſmus circu.
Circulo demonſtrare quid ſit, 660. P

CIRCVNSTANTIA.

Circunſtantium locus, lib. 7. c. 36. & 37
Circunſtantium tria genera, lib. 7. c. 26.
Cæcitas eſt in oculo, quomodo vere dicatur, 512. P

COELVM.

Cœli mira rotunditas, 448. F
Cœlos motu efficere harmoniam & concentum opini. Pythagoreorum, 181. F

COGNITIO.

Cognitio diſtincta quid, & quid confuſa, 114. m
Cognitio perfecta rei ex cognitione omnium cauſſarum eſſentialiter ſubordinatarũ pendet. 332. P
Cognitio diſtincta totius vniuerſalis tunc habetur, cum eius communitas per omnia illius inferiora cognoſcitur.
Cognitio principiorum naturaliter acquiſita quàm ſit certa, 76. M
Cognitio confuſa totius eſſentialis quid, 115. P
Cognitio animæ Chriſti & beatorum, 352. P
Cognitio quæ veriſimilitudini innititur, eſt infirma quædam notitia rerum, quæ tamen diligenti inquiſitione in certam ſcientiam poteſt conualeſcere, 674. P
Cognitio habitudinis animæ Chriſti, 351. P
Cognitio diuina norma eſt omnis cognitionis, 639. P
Cognitio diſtincta duplex, & duplex item confuſa, & ſingula diſtinctionis membra explicantur, 114. M. & F. & ſeq.
Cognitio duplex, altera confuſa, altera diſtincta, 114. P
Cognitio naturalis potentiæ actiuæ an requirat comprehenſionem omnium indiuiduorum, 355. F
Cognitio potentiæ paſſiuæ, 353. F
Cognitio beatorum in verbo ad plura vel pauciora extenditur pro lumine gloriæ, 353. M
Cognitio in alio duplex, 350. P. & quo pacto vtraque ſit accipienda. ibid.
Cognitio diuina qualis, 349. P
Cognitio diſtincta naturarum omnium non ſpectat ad metaphyſicum, 105. F
Cognitio confuſa entis quæ ſit, 115. F
Cognitio quidditatiua quid apud Scotum, 30. F
Cognitionis brutarum animantium tres gradus, 21. M
Cognitionis infinitorum in ſe & in diuina eſſentia diſcrimen, 352. M
Cognitionis ſummæ tres gradus, 36. P. M
Cognitionis abſtractiuæ cognitio qualis eſt cognitio vniuerſalium, indiget examine intuitiuæ, quæ in hac vita ſine ſenſu fieri nequit, 72. F
Cognitionem terminorum cum ſatis eſſe aſſerat Ariſtoteles ad cognitionem principiorum quomodo intelligendum, 84. M
Cognitionem nullam eſſe quæ ſit cognitu difficilis ſi res omnes conferantur cum intellectibus æqua proportione diſpoſitis, 300. F
Cognitionem diuinam ſucceſſiuam eſſe non poſſe

Digitized by Google

poſſe,358.M
Cognitionem quidditatiuam ſeparatarũ ſubſtantiarum eſſe in anima ſeparata,315.F

COGNOSCERE.

Cognoſcimus quamcunque rem prius confuſè quàm diſtinctè,117.F
Cognoſcimus omnia imperfectè cum ſola principia tenemus, perfectè verò cum ſingula ex principiis demonſtrantur,69.F
Cognoſci à nobis quidditatiuè in hac vita genus ſummum prædicamenti ſubſtantiæ, 311.F.M
Cognitu facilius non idem eſſe quod ſimpliciter notius,128.F
Cognitu difficile ex ſe duobus modis dici poſſe, aut quia illi per ſe conueniat vt difficilè cognoſcatur aut quia ex natura illius prouematur, vt aut omnino aut non facilè niſi à perfectis intellectibus cognoſcatur, 299.P

COLLECTIO.

Collectionis ordo. *Vide Ordo collectionis.*
Collectionis ſtudioſiſſimus Socrates, libro 7. cap.40.
Collectionis omnia ſenſuum imbecillitati accommodatiſsima.ibid.
Collectione quî inueſtiganda definitio, lib.5. cap.7.3.
Collocatio argumentorũm. *Vide Ordo argumẽtorum.*

COMMVNE.

Comitantium locus,l.7.c.26.
Commune nomen.*Vide Vniuerſale.*
Communes loci ſine propriis parum valent, lib.7. c.38.
Commune multiplex,526.F
Comparatione relationum æquiuoca. *Vide Æquiuoca comp.relat.*
Comparatiuis nominibus cur vtatur Ariſtoteles,38.F
Completè diſtribui quid,l 5.c.20.
Complexum proprium. *V. Proprium cõplexum.*

COMPOSITIO.

Compoſitio.*Vide Collectio.*
Compoſitio inuentionis ordini accommodatior, diuiſio autem naturæ ordini, perfectæque diſciplinæ,l.5.c.7.
Cõpoſitionis captio.*Vide Captio compoſitionis.*
Compoſitionis Ordo.*Vide Ordo compoſitionis.*

COMPOSITVS.

Compoſitus ſenſus ac diuiſus triplex, l.8.c.6.
Compoſitus ſenſus ac diuiſus in orationibus coniunctis,l.8.c.7.
Compoſitus ſenſus ac diuiſus, quo pacto cõmodè explicetur in modabilibus,l.8.c.6.

CONCEPTVS.

Conceptus & nominis eãdeam eſſe ſignificationem quoad ſynceritatem,308.P
Conceptus entis quidditatiuus à ſolo Deo habetur,310.M
Conceptus alius reſpondet nomini Dei, alij verò Dei deſcriptionibus,307.M
Conceptus quid ſit,158.M
Conceptus aliquis nulli rei conformis, neceſſariò erit conformis alicui rationi concipiendi exiſtenti in mente diuina,621.M
Conceptus rerum vniuerſalium nunquam excedere repræſentationem ſpecierum intelligibilium,149.F
Conceptus eſt ſimplex qui reſpondet nomini Dei, vt nomen ſimplex eſt, 307.F
Conceptus entis an ſit abſolutus,558.M
Conceptus omnino confuſus entis,etſi nõ eſt proprius cuiuſquam particulis entis,tamen includit confuſe proprios modos eſſendi eorum omnium quæ proximè entis nomine ſignificantur,552.P
Conceptus formalis entis poteſt eſſe non ſolum vnus re, ſed etiam præciſus re ab omnibus conceptibus membrorum diuidentium, 550.m. Non eſt tamen vnus ratione, nec item præciſus ratione ab omnibus cõceptibus formalibus membrorum diuidẽtium niſi ſecundum quid,ibid.F
Conceptus quinam præcedant iudiciũ, 611.P
Conceptus qui reſpondent nomini Deus cum ſit ſimplex,cur non ſit quidditatiuus,308.M
Conceptus Dei ſimplex quem in hac vita habere poſſumus facilis eſt,& quare, 309.P
Conceptus rerum ſingularium non propriè dici reflexos,ſed tranſlatitiè tantùm, 160.M
Conceptus entis obiectiuus trifariam diſtinguitur,547.M
Conceptus quidditatiui duplex genus,308.F
Conceptus obiectiuus entis nec eſt vnus re, nec præciſus re,ab omnibus obiectiuis mẽbrorum diuidentium,548.M
Conceptus entis formalis trifariam diſtinguitur in omnino diſtinctum, Omnino confuſum, & partim diſtinctum, partim confuſum,547.P
Conceptus quo cognoſcitur Deus ex omnibus perfectionibus quas formaliter continet, nobis non ſolum difficilis, ſed & impoſsibilis,309.M
Conceptus duplex medius & vltimus,l.1.c.11.
Conceptus medij & vltimi diſcrimen, ibid.
Conceptus quomodo differant à vocibus & ſcriptis,

ſcriptis,lib.1.cap.10.
Conceptus ſignificant res immediatè,ibid.
Conceptus ſunt iidem apud omnes,ibid.
Conceptus ſunt ſigna formalia,ibid.
Conceptus ſunt ſigna naturalia,ibid.
Cóceptus ſunt ſimilitudines rerum in intellectu conſignatæ,ibid.
Conceptus priuatus quid ſit,543.F
Conceptus formalis cur dicatur actualis ſimilitudo,ibid.
Conceptus formalis duplex,ſimplex, & compoſitus,ſiue complexus,544.P
Conceptus entis eſt imperfectiſſimus,121.F
Conceptus obiectiuus quid,544 M
Conceptus duplex, formalis & obiectiuus, pag.543.F
Conceptus enunciationum & enunciabilium an ſimplices,611.M
Conceptus duobus modis dici poteſt vnus, aut re,aut ratione.547. F.Duobus item modis præciſus,vel re,vel ratione.ibid.
Cóceptus vnus & præciſus à multis num poſſit eſſe analogus reſpectu illorum,55.P
Conceptus ſimplices ſuaptè natura antecedũt ſuam inter ſe compoſitionem,& diuiſionẽ, 606.M
Conceptus noſtri ſpeculatiui non ſolum dicuntur veri per conformitatem cum rebus, ſed etiam per conformitatem cum rationibus concipiendi,621.M
Conceptus relatiui qui de Deo habentur non ſunt eſſentiales,304.F
Conceptus entis confertur cum conceptibus vniuocis,544.M
Conceptus formalis entis nõ poteſt ſimpliciter dici vnus Conceptus,niſi quo pacto nomen Vocale æquiuocum ſimpliciter,& ſine adiectione dicitur vnum nomen, 550. F. & 551. P
Conceptus noſtri ſpeculatiui eadem conformitate qua conformantur rebus, conformantur etiam rationibus ſuis exiſtentibus in mente diuina,621.M
Conceptus obiectiuus entis non eſt vnus ratione,niſi ſecundum quid,548. M. nec præciſus ratione ab omnibus obiectiuis membrorum diuidentium, niſi ſecundum quid, ibid.F.& ſeq.
Conceptus purè poſitiui abſoluti attributorũ quæ propriè de Deo dicuntur, nullus eſt quidditatiuus eo modo quo in hac quæſtione quidditatiui nomen accipiendum eſt,305.P
Conceptus negatiui qui de Deo haberi poſſunt,non ſunt eſſentiales,304.M
Conceptum beatorum de Deo ſimplicem & quidditatiuum eſſe,308.M
Conceptuum quatuor genera quæ de Deo haberi poſſunt,304.M
Conceptum ſpeciei infimæ non neceſſariò præcedere conceptum ſuperiorum, 122. M
Conceptum entis eſſe ſimpliciſſimum,552.F
Conceptum vnum numero formalem dari poſſe,qui repreſentet omnia entia, quatenus entia ſunt, 553.M
Conceptum eundẽ formant omnes qui verbum Dei audiunt,307.F
Conceptum obiectiuum non reſpondere formali,niſi in repræſentando,552.F
Conceptuum duo genera quæ in ſecunda intellectus operatione dantur, 610.F
Concludendi duo generales modi, *Vide Modi Concludendi.*
Concludere plura,lib.6.cap.13.

CONCLVSIO.

Cõcluſio nulla datur quæ ex in infinitis principiis pendeat,341.P
Concluſio eſt pars ſyllogiſmi,lib.6.cap.10.

CONCRETVM.

Concretum Nomen quid,lib.15.cap.23.
Concreta cur ſic dicta,ibid.
Concretum duplex, proximè deriuatum &, remotè,ibid.
Concretum latiùs patet connotatiuo, lib.1.c.4
Concreta accidentium non pertinent ad prædicaméta,niſi reductione quadã,lib.7.c.36.
Concreta accidentia quî definiantur. lib.5.c.6.
Cõcretorũ pro abſtractis vſurpatio, lib.4.c.13.

CONDITIONALIA.

Conditionalis multiplex, rationalis, cauſalis, temporalis,localis,&c.ibid.
Conditionalis omnis enuntiatio duabus præcipuis partibus conſtat,lib 3.cap.15.
Conditionalis partes multiplicari poſſunt in infinitum,ibid.
Conditionalis nihil in re ponit,ibidem.
Conditionales verè non omnes neceſſariæ, nec omnes falſæ impoſsibiles.ibid.
Conditionalium ſyllogiſmorum duplex figura,lib.6.732.
Conditionalium veritas in ſola conſecutione conſiſtit:ibidem.
Confirmationis ordo,lib.7.cap.41.

CONFORMITAS.

Conformitas quæ cernitur inter rem & intellectum,ſi eſt conformitas mẽſuræ nõ ſemper dicitur veritas,tametſi cõformitas mẽſurati ſemper dicitur veritas,613.P
Conformitas quænam ſit inter res & intellectum,614.F
Conformitas nihil aliud eſt formaliter quàm relatio, 604.M

INDEX.

Conformitas perfecta ex vtraque parte datur inter Deum & Diuinum intellectum, 61■P
Conformitas aliqua ſimplex inter res & conceptus antecedere debet inter res & cōpoſitionem & diuiſionem eorundem, 606.M
Conformitas quænam dicatur veritas, 614.M
Conformitas quo pacto ſit relatio realis, 622. P. & quo pacto relatio rationis, ibid. M
Confuſa ſuppoſitio. *Vide Suppoſitio confuſa.*

CONIVGATA.

Coniugata cur in connexis argumentis numerentur, lib. 7. cap. 16.
Coniugatorum vſus & pronunciata, libro 7. c. 16. & 36.
in Coniugatis tres cautiones neceſſariæ, lib. 7. cap. 16.
in Coniugatis cauenda, antiquitas, ibid.
Coniugatorum locus, lib. 7. cap. 16.

CONIVNCTA.

Coniuncti extremi enunciatio, lib. 3. cap. 5.
Coniūcta enunciatio. *Vide Enunciatio Coniūcta.*

CONIVNCTIO.

Coniunctio eſt forma enunciationis coniunctæ, lib. 3. c. 14.
Coniunctio, Et, quando accipiatur copulatim & quando copulatiuè, lib. 8. cap. 7.
Coniunctio, Vel, quando diſiunctim ac diſiūctiuè, ibid.
Coniunctio multorum vt non poteſt concipi niſi ipſa concipiantur, ita nec diſiunctio, pag. 559. F

CONTRARIA.

Contrariè oppoſita quæ, lib. 2. cap. 7.
Cōtrariarum enuntiationū conditio, lib. 3. c. 6.
Contrarium vnum quomodo ſit alterius priuatio, 689. P
Contrarium per ſuum contrarium non definiendum, lib. 1. cap. 9.
Contrariæ enuntiationes quæ, lib. 3. cap. 6.
Contraria duplicia immediata & mediata, lib. 2. cap. 17.
Contrariorum media duplicia nominata & innominata, ibid.
Contraria prima tradiderūt antiqui quæ perſpicuè ad vnum & multitudinem videntur reduci, 515. F
Contraria cur ad vnū reuocari dicantur, 517. M
Contraria qua ratione in eodem ſubiecto eſſe nequeant, 694. F
Contrariorum eandem eſſe ſcientiam, pag. 435. P. M

CONTROVERSIA.

Controuerſiæ Philoſophorum de ſubſtantia & origine animæ rationalis, 314. F. & ſeq.

CONVENIENTIA.

Conuenientia Analogica eſt, conuenientia ſecundum quid, 554. P
Conuenientia quæ ſignificatur nomine vere boni, & non apparentis tantum, eſt conuenientia ſecundum veram exiſtentiam realem, 635. F

CONVERSA, CONVERSIO.

Conuerſa, & conuertens enuntiatio quæ, lib. 5. cap. 8.
Conuerſiuus Syllogiſmus. *Vide Syllogiſmus conuerſiuus.*
Conuerſio triplex, ſimplex, per accid. & per contra, lib. 5. cap. 8.
Conuerſio enuntiationis quid, lib. 5. cap. 8.
Conuerſio modalium. *Vide Modalium conuerſio.*

COPVLATIVA.

Copulatiuus deceſſus. *Vide Deſcenſus copulatiuus.*
Copulatiui Syllogiſmi affirmatiui nulli ſunt Ibid. cap. 23.
Copulatiua enūtiatio triplex, neceſſaria, contingens, & impoſſibilis, lib. 3. cap. 16.
Copulatiua enuntiatio, non propriè dicitur hypothetica, lib. 3. cap. 14.
Copulatiuæ enuntiationis partes non habent certum numerum, ibid.
Copulatiua veritas, ibid.
Copulatiuorum ſyllogiſmorū negatiuorum figura vnica, ibid.
Copulatus deſcenſus. *Vide Deſcenſus copulatus.*
Copulata ſuppoſitio. *Vide Suppoſitio copulata.*

CORPVS.

Corpus duplex aliud ad prædicamentum ſubſtantiæ, aliud ad prædicamentum quantitatis pertinens, 472. F
Corpora bina poſſe virtute diuina exiſtere in eodem loco, 449. M
Corporum cœleſtium natura ex ſentētia Platonis, 456. F
Corporea ſubſtantia ſola ex materia & forma definitur, lib. 5. cap. 6.
Corruptionem colligi ex alteratione paſſiua 257. M

CRATYLVS.

Cratyli de mutabilitate rerum ſentētia, 681. F

CREATIO.

Creatio etſi nullam ſupponit entitatem rei actu exiſtentem, ſupponit tamen totam illius eſſentiam potentia exiſtentem, vt per ipſam

Digitized by Google

ipſam creationem accipiat eſſe actu, 582.P
Creatio eſt actio non Phyſica, 83.F

CREATVRA.

Creatura quemadmodum nulla ex ſeipſa eſt ita nullius tranſcendentem bonitatem ſumendam eſſe ex cōuenientia qua quæque ſibi ipſi congruit, 640.P
Creatura in Deo cognito plura ſimul cognoſcere valet quàm à Deo ſimul creari poſſint, & quare, 352.F
Creaturam quatenus eſt ens neceſſario definiendam per Deum ſi definitio eſſe debeat omnino perfecta, 542.M
Creaturæ quatenus dicuntur entia per attributionem ad Deum appellari entia denominatione extrinſeca ab entitate diuina. At quatenus dicuntur entia ſecundum proportionem eſſe ac dici entia à propriis entitatibus, 542.P
Creaturæ ſunt entia & vera propter habitudinem ad rationes formales exiſtentes in mente diuina, 624.M
Creaturæ pendent ab actu intellectus diuini, 627.F
Creaturæ quemadmodum non ſunt producibiles à Deo per naturam ſed per artem, ita nec poſſibiles niſi per artem diuinam, 623.F
Creaturas non eſſe aut entia aut vera in ordine ad diuinam eſſentiam, quatenus illa antecedit more intelligendi noſtro intelligēdi actum, 623.F
Creaturas eſſe Deo bonas quo ſenſu dici poſſit, 640.P

CRITICI.

Critici qui olim dicti, 595.M

CYNICI.

Cynica ſecta a mordendi reprehendendíque conſuetudine canina dicta, 16.F

CYRENAICI.

Cyrenaici & Ariſtippi conuitium in Mathematicas ſcientias, 437.M

D

DÆMON.

DÆMONEM definiūt Platonici, Animal animo patibile, mēte rationale, corpore aërium, tempore æternum, 467.F

DATVM.

Datum cur ſic dictum, lib.7.c.4.

DEFINIRE.

Definire ex omnibus ſimul cauſis facilius eſt quam ex vna tantum, lib.5.cap.4.
Definiri non eodem modo rebus omnibus conuenit, lib.5.c.6.
Definire pluribus verbis quando liceat, lib.5. cap.22.

DEFINITIO.

Definitio duplex tradi poteſt rerum naturalium, altera per materiam & formam quæ dicitur Phyſica, altera per genus & differentiam quæ eſt metaphyſica, 457.F
Definitio quid, lib.5. c.1. & 2.
Definitio duplex rei & nominis, lib.5.c.2.
Definitio cauſſalis quid, ibid.
Definitio cauſſalis inter deſcriptiones numeratur, lib.5.c.4.
Definitio communis vitioſa, lib.5. c.10.
Definitio cur breuis eſſe debeat, lib.5.c.12.
Definitio cur dicatur oratio, lib.5.c.1.
Definitio debet eſſe ex notioribus, lib.5.cap.9.
Definitio debet eſſe rei immutabilis, lib.5.c.8.
Definitio definiti propria eſſe debet, lib.5.c.10.
Definitio eſſentialis cur ſic dicta, lib.5.cap.5.
Definitio eſſentialis duplex, Phyſica & Metaphyſica, ibid.
Definitio eſſentialis rariſſima, ſaltem in ſubſtantiis, ibid.
Definitio eſſentialis vna eſt vnius rei, ibid.
Definitio eſt imago eſſentiæ, lib.5.cap.8.
Definitio eſt principium & fundamentū ſcientiæ, lib.5.cap.6.9. & 12.
Definitio eſt quaſi caput omnis diſputationis, lib.5.cap.9. & 12.
Definitio identica vitanda, lib.5.cap.2.
Definitio interdum ſumitur pro tota enunciatione quæ definitione conſtat, lib.5.cap.1.
Definitio mentalis, ratio appellatur, libr.1 cap.19.
Definitio metaphoras præſertim remotas & difficiles reſpuit, lib.5.cap.9.
Definitio minus vniuerſalium quî facilior quàm magis vniuerſalium, lib.5.cap.7.
Definitio nominis quid, lib.5.cap.2.
Definitio nominis neceſſaria, ibid.
Definitio omnis modo aliquo dici poteſt definitio rei, lib.5.cap.2.
Definitio per ſe non eſt enūciatio, lib.5.cap.1.
Definitio quî collectione ac diuiſione inueſtiganda, lib.5.cap.2.
Definitio qui ſubſtantiis & accidentibus conueniat, lib.5 cap.6.
Definitio qui vniuerſalis & affirmatiua dicatur, lib.5.cap.1.
Definitio rei quid, lib.5.cap.3.
Definitio rei duplex eſſentialis & deſcriptiua,

Digitized by Google

na,lib.5 cap.3.
Definitio rei figurantis non conuenit, l.5.c.8.
Definitio ſpecialis differendi modus, l. 4.c.1.
Definitio verba inuſitata & ambigua reſpuit, lib.5.cap.9.
Definitio vnde dicta,lib.5.cap.1.
Definitionis ac deſcriptionis pronunciata communia,lib.7.cap.14.& 36.
Definitionis eſſentialis varia nomina, libro 5. cap.3.& 5.
Definitionis inueſtigatio apud Ariſtotelem duplex,per compoſitionem & diuiſionem, lib.5.cap.7.& 13.
Definitionis nomen duobus modis ab Ariſtotele accipitur,lib.5.cap.1.
Definitionis locus,lib.7.cap.13.
Definitionis munus,lib.1.cap.4.
Definitionis præcepta,lib.3.cap.9.10.11.& 12.
Definitionis qualis eſſe debeat perſpicuitas, lib.5.cap.1.
Definitionis author Socrates,lib.1.cap.5.
in Definitione nihil deeſſe aut ſupereſſe debet,lib.5.cap.11.
Definitione tribus modis probare poſſumus, lib.7.cap.13.
in Definitione verba actum ſignificantia ſæpè pro ipſis facultatibus accipiuntur, libro 5.cap.13.
Definitiones eſſentiales nonnullæ cauſſales etiam dici poſſunt,lib.5.cap.4.
Definitiones tot eſſe debent quod ſunt eſſentiæ,lib.5.cap.8.
Definitiones quibus modis colligãtur, 117. M
Definitiones omnium ſubſtantiarum & accidentium reſolui in ſubſtantiarum genus ſummum,ibid.
Definitiones vnius rei plures quidem verbis, ſignificatione autem vnica,lib.3.cap.5.

DEFINITVM.

Definitum duplex propinquum & remotum, lib.5.cap.8.
Definitum omne debet eſſe ens verum,ibid. vniuerſale,ibid.ſpecies,ibid vnũ per ſe,ibid.
Definitum naturâ ſignificat confuſè,lib.1.c.19.
Definitum remotum non ſimpliciter appellandum definitum,lib.5.cap.8.
Definitum quid,lib.5.cap.3.& 10.
Definiti conditiones quinque,lib.5.cap.8.
Definiti locum cur non tradat Author, libro 7.cap.13.

DELIBERATIO.

Deliberatio ad quam quæſtionem pertineat lib.7.cap.4.

DEMOCRITVS.

Democritus affectabat ipſa dictione obſcuritatem,174.P
Democritus quibus rationibus cõtradicentes veras eſſe probabat,677.F
Democritus cur à Pythagoreorum albo reiiciatur,179.F
Democriti opinio de pleno & vacuo explicatur,178.M

DEMONSTRATIO.

Demonſtratio duplex, quia, & propter quid, lib.7.cap.2.
Demonſtratio potiſſima quid,ibid.
Demonſtratio quia duplex,73.M
Demonſtratio ducens ad impoſſibile quid concludat,660.F
Demonſtratio perfecta quæ,243.M
Demonſtratio per cauſſam efficientem cur rarius fiat,243.P
Demonſtrationis ſumptiones ſeu principia aut indemonſtrabilia eſſe debent, aut iam demonſtrata,lib.7.cap.3.
Demonſtrationis propter quid medium eſt cauſa proxima,lib.7.cap.2.
Demonſtrationis quia, medium eſt effectus, aut cauſa remota,ibid.
Demonſtrationis definitio explicatur,ibid.
Demonſtrationis finis,lib.7.cap.1.
Demonſtrationis potiſſimæ à reliquis ſyllogiſmorum generibus diſcrimen,ibid.
Demonſtrationis propter quid concluſio per ſe nota eſſe non debet,lib.7.cap.3.
Demonſtrationem ad eam ſcientiam pertinere ex qua medium ad demonſtrandum ſumitur,112.P
Demonſtrationem primi principij eſſe violentam & præter naturam,661.P
Demonſtrationem eſſe principale Dialecticæ ſubiectum aſſerit Ariſtoteles,181.M
Demonſtrationem non eſſe ſubiec[illegible]n Dialecticæ,181.M

DEMONSTRATIVVS.

Demonſtratiuus Elenchus. *Vide Elenchus demonſtratiuus.*
Demonſtratiuorum argumentorum loci tres, lib.7.cap.6.

DENARIVS NVMERVS.

Denarij numeri præſtantia,258.P

DENOMINANS.

Denominans nomen quid,lib.1.cap.25.
Denominantia ſunt non ſolum abſtracta, ſed etiam contracta,lib.1.cap.25.

DENOMINATIO.

Denominatio philoſophica quomodo differat à denominatione Grammatica, libro 1. cap.25.

DENOMINATIVVM.

Denominatiuum diuerſa ratione denominatiquè eſſe poteſt,ibid.

Denominatiuum duplicem reſpectum præ ſe fert,alterum ad vocem denominantem,alterum ad rem denominatam,ibid.
Denominatiuum nomen quid,ibid.
Denominatiuum quid differat à connotatiuo, ibidem.
Denominatiua non de omnibus de quibus dicuntur, denominatiuè prædicantur, libro 11.cap. 25.
Denominatiua duplicia primaria & ſecundaria,ibidem

DEPENDENTIA.

Dependentia eſſentiæ ex dependentia exiſtentiæ colligitur,535.P
Deſcriptæ rei locum cur non tradat author, lib.7.cap.14.

DESCRIPTIO.

Deſcriptio cur ſic dicta,lib.5.cap.3.
Deſcriptio quid,ibid.
Deſcriptio quomodo conſeruanda,ibid.
Deſcriptio Geometrica in commune accepta non dicitur principium ſingularium deſcriptionum,450.F
ad Deſcriptionem quæ definitiones reuocentur,lib.5.cap.3.
Deſcriptionis varia nomina,ibid.
Deſcriptionis locus,lib.7.cap.18.
Determinationem omnem fieri per aliquam formam,325.F

DEVS.

nomen,Deus,cur non commune, ſed ſingulare ſit,lib.1.cap.27.
Deus nulla Cathegoria concluditur, lib.2.c.9.
Deus,vt quid ſit cognoſcamus, percurrere oportet omnia eius attributa quæ ſunt infinita, 36.F
Deus operationes ad extra non agit vt ſuppoſitum ſed vt ſingularis per ſe exiſtẽs, 87. M
Deus cur potius quid non ſit, quam quid ſit in hac vita cognoſcatur,309.M
Deus ſolus bonus dicitur per eſſentiam,645.M
Deus ſolus quomodo verè & ſimpliciter ſit vnus,601.M
Deus concipit res omnes, & omnes ipſarum gradus cõceptu diſtinctiſſimo ex parte ipſarum,629.M
Deus & creatura qua analogia prius conueniant,542.M
Deus cur dicitur vnus priuatiuè,545.M
Deus quomodo ſit prima veritas,604.F
Deus apprehendit omnes enũciationes etiam falſas,612.M
Deus nomen Entis ſibi propriè vẽdicat, 253.P
Deus quomodo à nobis cognoſci poſſit,304.P
Dei etſi prædicata ſimul infinita, plurima tamen in hac vita cognoſcimus etiam plura quam cæterarum ſubſtantiarum quæ materia carent,310.P
Dei prædicata omnia ſunt indifferentia ad naturam finitam & infinitam,310.M
Dei proprium conceptum haberi poſſe etiam in hac vita,304.P
Dei attributa multa poſſe à nobis in hac vita cognoſci,304.P
Dei proprium eſt naturam ſuam & omnium ſimplicium entitatum poſſibilium percipere,310 F
in Deo ſunt omnia, ſed ipſa non ſunt Deus 253.P
Deo proprium eſſe, bonum eſſe per ſuam eſſentiam,& quomodo,645.P
nominum quæ Deo ſunt propria ſignificatio, 306.P
Deum eſſe bonum per eſſentiam, & eſſe bonum per eſſentiam ſuam differunt, & quomodo,645.M
Deum pendere à conceptu ſui, quomodo intelligendum,627.F
Deum eſſe materiam primam,omniumrerum formis onuſtum qui aſſeruerunt,275.M
Deum produxiſſe amorem, quomodo verum ſit,173.M
Deum eſſe ſubiectum Metaphyſicæ qui defenderint & quibus rationibus, 490. P. vt refutatur,494.
Deos eſſe humana forma quam ſit abſurdum, 446.P
Deos eſſe corporeos & aqua poſteriores qui arbitrati ſunt,167.P

DIALECTICA.

Dialectica definitur diſſerendi doctrina, lib.1. cap.1 & lib.5.cap.6.
Dialectica formatrix omniũ artium,lib.1 ca.4.
Dialectica non ad cognitionem modo, ſed ad actionem etiam dirigitur,lib.7.cap.44.
Dialectica propoſitio cur dicatur Interrogatio,lib.7.cap.7.
Dialectica propoſitio quid,ibid. & lib.7.ca.7.
Dialectica propoſitio quadruplex, lib.7.cap.8.
Dialectica quæſtio cur dicatur Theorema, ibidem.
Dialectica quæſtio quid,ibid.
Dialectica quo pacto in partem inueniendi & iudicandi diuidatur,lib.1.cap.5.
Dialectica tradit omnes diſſerẽdi modos tam qui externa oratione,quã qui interna perficiuntur,lib.1.c.7.
Dialectica ſola tradit modum diſſerendi, licet aliæ omnes diſciplinæ diſſerant, lib.1.cap.1.
Dialectica vnde dicta,ibid.
Dialectica etſi communis non habet tamen firmum & irrefragabile iudicium.110.F
Dialectica explicat ea quæ ſunt omnib. ſcientiis communia.412.F
Dialectica cur dicatur modus ſciendi,313.M

Digitized by Google

Dialectica cur facilius ipſa per ſe quam vlla alia ſcię̃tia ſine Dialectica acquiratur, 414.M
Dialectica ad emendanda rationis vitia conſtituta eſt, 385.P
Dialectica ſola poteſt artificioſè tractare probabilia, 413.M
Dialectica reliquarum ſcientiarum miniſtra, 209.P
Dialectica duplex eſt, quo ad doctrinam & quo ad vſum, 381.P
Dialectica cur Dialectica & Logica dicta ſit, 367. per totam paginam, & 368.P
Dialectica cur à quibuſdã reuocetur ad ſcientias contemplatiuas, 399.P
Dialectica cur organum philoſophiæ dicatur, 399.P
Dialectica cur ſit ſermocinalis ſcientia, 381.F
Dialectica an ſit ſcientia, & pro negante quæſtionis parte ponuntur argumenta, 365.M.F
Dialectica ſi accipiatur pro ſola Topica diſciplina, tum demum eandem totam eſſe & docentem & vtentem, officiis à ſeipſa diſtinctam, 388.F
Dialectica exercitatio quouſque progredi debeat, 415.M
Dialectica omnium ſcientiarum miniſtra eſt, 387.M
Dialecticæ Ariſtotelicæ ſubiectum eſt, Argumentatio vel ſyllogiſmus, lib.1.cap.5.
Dialecticæ definitio tradita, 1.Top.1.non vniuerſæ arti conuenit, lib.1.cap.2.
Dialecticæ ſubiectum, lib.1.cap.3.
varia ſubiecti Dialecticæ nomina, ibid.
Dialecticæ encomia, lib.1.cap.1.
Dialecticæ neceſſitas, ibid.
Dialecticæ vt Sophiſticæ ſubiectum, quomodo idem quod primi Philoſophi, 524.P
Dialecticæ ignarus non niſi magno labore alias ſcientias aſſequitur, 412. F
Dialecticæ ſubiectum an ſit vnum vnitate eſſentiæ, variæ ſententiæ, 385. M
Dialecticæ ſubiectum duabus rationibus differt à ſubiectis Grammaticæ & Rhetoricæ, 385. P
Dialecticæ natura ac definitio, 368.M
Dialecticæ finis eſt viam & rationem tradere qua incognita ex cognitis aperiantur, 368. P. M
de Dialecticæ fine peculiari duæ philoſophorum ſententiæ reiiciuntur, 366 per totam, & 367.P
Dialecticæ ignorãtia multos errores inter veteres Philoſophos protulit, 413.F
Dialecticæ concluſiones eſſe neceſſarias, 343.F
Dialecticę diſtinctio in generalem & particularem ex Auen rois, 342.P
Dialecticæ finis vnde colligatur, 367.P
Dialecticæ ſubiectum eſſe quippiam verum & reale, 382.F
Dialecticam eſſe docentem ratione totius artis cum tota in docendo verſetur, vtentem vero ratione eius partis, quæ tantum docet ex probabilibus diſſerere, 388.M
Dialecticam eſſe ſcientiam agentem non efficientem, 399.M
Dialecticam eſſe partem Philoſophiæ, 405.M. F. 406. & 407. per totas paginas.
Dialecticam tria reddunt obſcuriorem, & ſingulæ cauſæ priuatim explicantur, 415. P.M
Dialecticam non eſſe partem Philoſophiæ, ſententia fuit Græcorum, 404 M
Dialecticam non eſſe partem Philoſophiæ argumenta proponuntur, 403.M.& F
Dialecticam non eſſe ſimpliciter neceſſariam ad cæteras ſcientias comparandas, ſed ex hypotheſi ſi quis breuiter atque ordine reliquas ſcientias velit aſſequi, 412.P
Dialecticam non videri neceſſariam ad alias ſcientias argumenta quędam proponuntur, 410.F.& 411.P. quæ diſſoluuntur, 414. 415. per totas paginas, & 416 P.M
Dialecticam eſſe ſcientiam practicam non tamen effectiuam ſed actiuam, 398. per totam paginam.
Dialecticam eſſe inſtrumentum Philoſophiæ opinio Stoicorum, 404.M
Dialecticam non recte probari à quibuſdam eſſe contemplatiuam, 395.M.& F
Dialecticam non eſſe contẽplatiuam nec practicam tribus rationibus probatur, 394. M. Quæ diſſoluuntur, ibid.F.& 395.P
Dialecticam & Rhetoricam eãdem eſſe, apud omnes gentes, 394. P
Dialecticam neceſſario dicendam vel practicam vel contemplatiuam, 394.M
Dialecticam docentem non eſſe ſcię̃tiam aliquot argumentis diſceptatur, 399. F. & ſequentibus. Quæ diſſoluuntu[r] 39[?] F. & ſequentibus.
Dialecticam eſſe vere ſc[ie]ntiam probatur, 391. P. & M
Dialecticam non diu[i]ſi[t] P[l]ato à prima Philoſophia, 390.P
Dialecticam D.Auguſtinus, Plato, & M. Tullius ſcientiis omnibus anteponebant, 389.F. & quibus rationibus ducti, 390.F
Dialecticam docentem non eſſe illam ſcientiarum præſtantiſſimam, 390.& 39[1] P
Dialecticam & logicam non eſſe eandem diſciplinam tradit Plotinus, 390.[F]
Dialecticam docentem & vtentem non eſſe duos habitus diſtinctos, 388.M
Dialecticam quare & quomodo à prima Philoſophia diſtinxit Ariſtoteles, 390.M
Dialecticam recte in docentem & vtentem diuidi, 388. P
Dialecticam multas & veras habere demonſtrationes, 361.M

in Dialectica diutius verſantes cui ſimiles iudicet Auctor, 415.F

DIALECTICVS.

Dialecticus Syllogiſmus quid, lib.7.cap.5.
Dialecticus tradit rationem communicandi cum aliis, lib.1.cap.7.
Dialecticus quomodo de rebus omnibus diſſerat, 108.M
Dialecticus quomodo agat de genere & ſpecie, 382.F
Dialecticus intelligit omnes differendi modos per propria eorum principia, 391.F
Dialectici Syllogiſmi altera ſumptio poteſt eſſe neceſſaria, lib.7.cap.6.
Dialectici Syllogiſmi quî vtraque ſumptio poſſit eſſe neceſſaria, ibid.
Dialectici Syllogiſmi finis, lib.7.cap.1.
Dialectici & Sophiſtæ induunt perſonam primi Philoſophi, 525.F
Dialectici proprium eſt de quacſique re propoſita ex probabilibus diſſerere, 387.P
Dialecticum argumentum. *Vide argumentum Dialecticum.*
Dialecticum Syllogiſmum Ariſtoteles vocat Epicherema, ibid.

DIAMETER.

Diameter quadrati cur non ſit commenſurabilis lateri, 602.P
Dictum in modalibus quid, lib.3. cap.9.

DIFFERRE.

Differre quid ſit, lib.1.cap.1.
Differendi modi. *Vide Modi differendi.*
Differendi multi errores contingunt, lib.1.c.1.

DIFFERENTIA.

Differentia quid, lib.7. cap.5.
Differentia communis, lib.5.cap.5.
Differentia generalis quid, ibid.
Differentia indiuidua quid, ibid.
Differentia maxime propria, lib.7. cap.10.
Differentia maxime propria duplex, generalis & ſpecialis, ibid.
Differentia propria. ibid.
Differentia ſpecialis quid, ibid.
Differentia triplex, ibid.
Differentiæ in Categoriis non ponuntur, lib.2. cap. 8.
Differentiæ minus communes non ſunt per ſe ſubiectæ magis communibus, lib.4.c.8.
Differentiæ propriæ non definiuntur, lib.5.c.8.
Differentiæ quî deſcribantur, lib.5.cap.8.
Differentiæ contrahunt per ſe genus, proprietates vero & accidētia per accidens, li.4.c.8.
Differentiæ locus ad locum definitionis reuocatur, lib.7.cap.13.
Differentiæ indiuiduantes etſi ratione ſui ſint infinitæ, tamen naturæ vniuerſales quę per eas contractæ ſunt ad diuerſa indiuidua non ſunt infinitæ ratione ſui, ſed per accidens, 458.F.& 459.P
Differentiæ vltimæ duobus modis dicuntur, pag.569.F
Differentiæ non vltimæ quæ re vera dicantur, 571.M
Differentiæ niſi ſint quidditatiuè entia, ea, quæ ex iis conſtant, non eſſent omni ex parte entia, 568.F
Differentiam nullam internam ſumi à tota forma, 569.M
Differentiarum maximè propriarum duo officia, lib.2. cap.5.
Differentias vltimas ſumi ex ſola vltima realitate formæ, ſiue vltimo gradu entitatis formæ non recte tradidit Scotus, 571.P.F
Difficilium nomine quidnam intelligat Ariſtoteles, 65.P

DIFFICVLTAS.

Difficultas quæ accidit in cognitione rerum quæ ſunt admodum tenuis entitatis, partim naſcitur ex earum imperfectione, partim ex imperfectione intellectus noſtri, 245.M
Difficultas, quæ accidit in cognitione rerum quæ ſunt excellentis admodum naturæ, vt ſunt ſubſtantiæ corporis expertes, ex ſola imperfectione noſtri intellectus naſcitur, 244.M
Difficultas, quæ in rerum cognitione accidit, ſi abſolutè & ſimpliciter loquendum eſt, ex imperfectione noſtri intellectus naſcitur, 246 F
Difficultas ſicut & facilitas primo cernitur in actione, 244.M
Difficultatis in cognoſcendis rebus duæ cauſæ, 294.F

DIGNITAS.

Dignitates omnium ſcientiarum demonſtrationibus vires adminiſtrant, 647 F
Dignitates quibus principiis conſtent, 648. F
Dignitatis ordo. *Vide Ordo dignitatis.*

DIOGENES.

Diogenis Cynici egregia doctrina & factum, 73.P
Directè concludere quid, lib.6.cap.12.
Diſcretum nomen. *Vide Singulare.*

DISIVNCTA, DISIVNCTIO.

Diſiuncta argumenta, lib.7.cap.1.
Diſiunctio non eſt in rebus, ſed in ipſa indeterminatione intellectus. Cum tamen

vnitas

Digitized by Google

men vnitas & conuenientia omnium rerum quatenus entia ſunt, in rebus ſit ipſis, pag.556.P
Diſiunctio ex enunciationibus neceſſario, aut neceſſario connexis non eſt extruenda, lib. 4 cap.1.
Diſiunctio vocis quid, lib.4.cap.2.
Diſiunctionis vnitas æquè tribui poteſt caſu æquiuocis, atque analogis.556.P.

DISIVNCTIVVS.

Diſiunctiuus & diſiunctus ſenſus quî differant, lib.6.c.38.
Diſiunctiua enunciatio nullum habet principalium partium certum numerum, lib. 3.cap.17.
Diſiunctiuæ quædam neceſſariæ, quædam impoſsibiles, quædam contingentes, ibid.
Diſiunctiuorum Syllogiſmorum affirmantium figura duplex, lib.6.cap.32.
de Diſiunctiuarum veritate duæ ſententiæ, Ibidem 3.cap.17.

DISPARATA.

Diſparata nomina quæ, lib.2.cap.5.
Diſparata quî tractanda, lib.7.cap.49.

DISPVTANS, DISPVTATIO.

Diſputandi ordo, lib.7.cap.42.
Diſputantium officium, ibid.
Diſputatio in argumentando & reſpondendo ſita eſt, ibid.
Diſputatio veritatis cognoſcendæ gratia ſuſcipitur, ibid.
Diſputationem in vtramque partem negligẽtes ſimiles ſunt iis, qui quo eundem ſit neſciunt, 424. M

DISPOSITIO.

Diſpoſitio argumentorũ. *Vide Ordo argumẽtorũ.*
Diſpoſitio quid, lib.1.cap.12.

DISSERENDI.

Diſſerendi formulas ſimiles eſſe manuariis inſtrumentis, 412.M
Diſſerendi vſum Dialectici proprium eſſe probatur, 387.P

DISSIMILIA.

Diſſimilia quæ dicantur, lib.1.cap.12.
Diſſimilium locus, lib.7.cap.31.
Diſtinctio ex natura rei quotuplex. 508 M.

DISTRIBVI, DISTRIBVTIO.

Diſtribui completè quid, lib.6.cap.10.
Diſtributio termini per negationem, libro 6. cap.10.

DIVIDENS.

Diuidentis duplex labor, confirmandi, refutandi contraria, lib.7.cap.40.& 41.
Diuidentia membra quæ, lib.4.cap.1.
Diuidentia membra ſi non res certe ratione debent eſſe oppoſita, lib.4.cap.13.
Diuidentium membrorum repugnantia ſæpè non in verbis, ſed in ſenſu ſita eſt, ibid.

DIVIDI.

Diuidi non poteſt proprie quod nullo modo eſt vnum, lib.4.cap.2.

DIVINA.

In Diuina natura nullam eſſe omnino diſtinctionem graduum ſuperioris & inferioris entitatis, 554.M
Diuinæ authoritati præcipuè innituntur argumentationes Theologicæ, lib.7. cap. 35.
Diuinæ authoritatis vis rationes omnes naturales longè ſuperat, ibidem.
Diuinæ perfectiones vt à nobis cognoſcuntur, quo pacto ſint infinitæ, 308.F
de Diuinis quomodo ſit loquendum, 640.P

DIVISIO.

Diuiſio qua ratione ſit prior vno, 521.P
Diuiſio quid, lib.4.cap.7.
Diuiſio, ſpecialis diſſerendi modus, lib.4.cap.1.
Diuiſio eſt quidam ſciendi modus, ibid.
Diuiſio duplex nominis & rei, lib.4.cap.2.
Diuiſio rei duplex, partitio & propriè dicta diuiſio, ibid.
Diuiſio vocis, *Vide diſtinctio vocis.*
Diuiſio propriè dicta duplex, totius eſſentialis, & totius vniuerſalis, lib.4.cap.4.
Diuiſio totius eſſentialis duplex Phyſica & Metaph.ibid.
Diuiſio Phyſica totius eſſentialis qu[illegible].ibi[illegible]
Diuiſio eſſentialis Phyſ[illegible] cur phyſica [illegible] realis dicta, ibid.
Diuiſio Metaphyſica to[illegible]ſentialis quid, lib.4.cap.5.
Diuiſio Metaphyſica & [illegible] ſic dicta, ibidem.
Diuiſio indiuidui in ſpeciem & differentiam indiuiduantem ad diuiſionem Metaph. reuocatur, ibidem.
Diuiſio totius vniuerſalis quid, lib.4.cap.6
Diuiſio totius vniuerſalis triplex, ibid.
Diuiſio totius vniuerſalis per acciden[illegible]plex, lib.4.cap.7.
Diuiſio ſubiecti in accidentia quid, ibid.
Diuiſio accidentis in ſubiecta quid, ibid.
Diuiſio accidentis in accidentia, ibid.
Diuiſio generis in differentias, lib.4.cap.8.
Diuiſio differentiæ communioris in inferiores, ibid.
Diuiſio ſpeciei infimæ in differentias indiuiduantes, ibid.

Digitized by Google

Diuiſio generis vtiliſſima, ibid.
Diuiſio generis admodum rara apud nos. ibid.
Diuiſio in proxima mẽbra facienda, lib. 4. c. 11.
Diuiſio totius poteſtate in ſuas potentias ad partitionem reuocatur, & quare, lib. 4. c. 3.
Diuiſio neceſſaria, lib. 4. cap. 12.
Diuiſionis accuratior tractatio ad Metaphyſicum ſpectat, lib. 4. cap. 1. & 3.
Diuiſionis quintuplicis inueſtigatio, lib. 4. c. 7.
Diuiſionis cuiuſque membra omnia, vel copulatim, vel disiunctim ſimul accepta reciprocantur cum diuiſio, lib. 4. cap. 10.
Diuiſionis bonæ præcepta, lib. 4. cap. 10. 11. 12. & cap. 13.
Diuiſionis ordo, *Vide Ordo diuiſionis.*
Diuiſionis munus, lib. 4. cap. 4.
Diuiſionem Ariſtoteles non ſtatuit diſtinctũ diſſerendi modum, Plato maximè, lib. 1. c. 4.
de Diuiſione ſolus ferè Boëtius ex inſtituto tractauit, lib. 4. cap. 7.
Diuiſione quî inueſtiganda disiunctio, lib. 5. cap. 7. & 13.
Diuiſione exactius inueſtigatur definitio, quã compoſitione, lib. 5. cap. 7.
Diuiſiones multæ fiunt nominibus concretis, quæ tamen intelligendæ ſunt quaſi factæ nominibus abſtractis, lib. 4. cap. 13.
Diuiſiones per accidens quinque vt diuiſiones per ſe, lib. 4 cap. 7.
Diuiſionum duæ formulæ, lib. 4 cap. 9.
Diuiſionum omnium Princeps eſt, diuiſio generis in ſpecies, lib. 4. cap. 5.
in Diuiſionibus per accidens membra non ſunt per ſe partes diuiſionis, lib. 4. cap. 5.

DIVISVM.

Diuiſum non eſſe paſſionem entis, & quibus mo... conſiderari poſsit, 548. P
Diuiſum ... iuſlibe... ſionis in ſingulis mẽbris ſub audie... eſt, lib. 4. cap. 13.
Diuiſum ſinguli... mbris maius, omnibus ſimul ſum... le, lib. 4. cap. 10.

DOCENDO, DOCTORES.

Docendi potiora eſſe principia, quàm docendi formam, 96. P
in Docendi ordine duo vitia diligenter cauẽd... lib. 7. cap. 41.
Docto...s Eccleſiæ, Academiæ veteris & Stoicam doctrinam Peripateticæ antepoſuerunt, & quare, 19. per totam ſequent.
Doctores veteris Eccleſiæ quomodo cum recentioribus de doctrina Ariſtotelis conueniant, 19.

DOCTRINA.

Doctrina omnis diſſerendo traditur, libro 1. cap. 1.
Doctrinæ ordo, *Vide Ordo doctrinæ.*

DOMVS.

Domus habitatur propter protectionẽ, 438. F

DVBITARE.

Dubitare quid apud Ariſt. 435. P
Dubitandi verbo cur vtatur ſæpè Ariſtoteles, 527. P. M

DVBITATIO.

à Dubitationibus ordiendum in omni ſcientia explicanda, 430. F

E

ECCLESIA.

ECCLESIA indies in rerum cognitione proficit, & fidelium ruinis fit, cautior, 23. M
Eccleſiæ Doctores cur Stoicos & Academicos ſectati ſunt, 20. F

EFFECTVS.

Effectus ex cauſſa tribus modis concluditur, lib. 7. cap. 23.
Effectus nomen tam multiplex quàm nomen cauſſæ, lib. 7. cap. 24.
Effectus magis ſequitur naturam cauſſæ particularis quàm vniuerſalis, 153. F
Effectus dicitur à ſola cauſſa efficiente, 243. F
Effectorum locus, lib. 7. cap. 24. & 36.
Effectorum vſus idem qui cauſſarũ, lib. 7. c. 24.

EFFICIENS.

Efficiens cauſſa triplex, lib. 7. cap. 21.
Efficiens quid, lib. 5. cap. 4.
Efficiens definitur eſſe id, vnde eſt primũ mutationis principium, 257. M
Efficientem vnam primam cauſam, & vnum finem in omni ſerie cauſſarum eſſentialiter ſubordinatarum, 338. P
Efficientem cauſſam quomodo inueſtigare cœperunt veteres, 169
Efficientes principales duplices, lib. 7. c. 21.
Efficientes famulantes quæ, lib. 7. c. 21.
Efficientes cauſſæ triplicis generis in duo rurſum genera diuiduntur, principales, & famulantes, lib. 7. cap. 21.
Efficiẽtes cauſſas ſubordinatas non eſſe infinitas probatur ex perfectione cauſſarum efficientium, 334. F. ex diſcrimine.
Efficientium & inſtrumentalium, 335. P. ex finitione formalium & finalium, ibidem M. ex generatione rerum, ibid. F
Efficientes cauſſas eſſentialiter ſubordinatas non eſſe

Digitized by Google

non eſſe infinitas,334 M
Efficientes cauſſæ ſubordinatæ quo ſunt ſuperiores,eo ſunt perfectiores,334.M
ad Efficientes cauſſas quæ reuocentur, libro 7.cap.21.
ad Efficientes cauſſas inſtrumenta omnia reuocantur,lib. 7 cap.21.
Efficientes cauſſas non eſſe omnes inſtrumētales,ex earum rerum diſcrimine,335.
Efficientium locus,lib.7.cap.21.& 36.
Efficientium ſcientiarum diuiſio,402. M

ELEMENTA.

Elementa quomodo diſtinxerunt veteres, 250.F
Elementa non poſſe conſtare ex accidentibus cum materia iunctis,265 F

ELENCHVS.

Elenchus quid,lib.8.cap.12.
Elenchus dicitur & meta redargutionis, & Argumentatio qua ad eam contendunt Sophiſtæ,lib 8 cap.3.
Elenchus demonſtratiuus,ibid.
Elenchus Dialecticus,ibidem.
Elenchus Pſeudographicus,ibid.
Elenchus Sophiſticus,ibid.
Elenchorum quatuor genera,lib.8.c.12.

EMPEDOCLES.

Empedocles cum de rerum principiis loquitur quomodo intelligendus, 464.P
Empedocles intellectum non diſtinxit à ſenſu,780.M
Empedocles quam cauſſam immodalitatis rerum tradiderit,467.F
Empedocles quoſnam Deos longæuos non autem perpetuos eſſe dixerit,non ſatis conſtat,467.F
Empedocles duas efficientes cauſas poſuit, 174.M
Empedocles non ſatis ſibi conſtans in tradendendis rerum principiis, 468.F
Empedocles non rectè diſtinxit principiorum officia, 201.M
Empedocles & Anaxagoras propiūs ad cauſam finalem quàm Plato acceſſerūt, 144. M
Empedocles regni oblati contemptione clarus, 256.F
Empedocles quo pacto fecerit elementa cauſſas materialess,177.M
Empedocles finalem cauſſam non diſtinxit ab efficiente, 175.F
Empedocles nihil prius eſſe voluit quatuor vulgatis elementis, 25.F
Empedocles quatuor elementa prima principia eſſe cenſuit omnium rerum,168.P

ENS.

Ens & vnum dicuntur per ſe de quouis particulari, 516.P
Ens qua ratione ens eſt nō ita dici analogum, vt reſpectu omnium, quæ ſunt, analogum ſit, eſt enim vniuocum iis omnibus quæ in qualibet vniuoca natura conueniunt, 536.P
Ens eſſe ſubiectum Metaphyſicæ,488.P. & rationibus probatur,494.& 495.F
Ens non poſſe eſſe genus,532.F
Ens qua ratione eſt Ens, non eſſe vniuocum probatur, 532. M
Ens qua ratione eſt,Ens eſſe Analogum, 536.P
Ens eſſe æquiuocum quibus rationibus ſuadere conatur Aureolus, 528.P.M
Ens quomodo dicat Ariſtoteles eſſe æquiuocum, 528.F
Ens eſſe vniuocum quibus Argumentis probent Scotus & Nominales, 529. & 530. per totas pag.
Ens,qua ratione eſt ens,nō eſſe omnino ęquiuocum probatur, 531.M
Ens,vt ens eſt,explicare ad vnam tantū ſcientiam ſpectat, 526.M
Ens,quatenus ens eſt,duobus modis ſumi poteſt, vno vt generali ratione ſcibile, altero vt ſpeciali ratione ſcibile eſt,513.F
Ens tanquam in partes ſubiectas primo diuiditur in ſubſtantiam,poſt in prima accidētium genera & reliqua omnia quę dicuntur entia non ratione alicuius ſuperioris naturæ,511.P
Ens & vnum non ſunt diuerſæ naturæ ab vna re particulari,ergo ſunt eadem,514 F
Ens eſſe analogum & analogia attributionis & proportionis 539.F.& 540 per totam
Ens non eſſe Analogum Deo & creaturis, Analogia attributionis duorum ad tertium probatur,539. M F
Ens & vnum quare dicantur vna natura, 514.P
Ens non eſſe vniuocum, ſiue ſuma[illegible] commune Deo & creatur[illegible] ſiue ſubſta[illegible] ac cidentibus,313.P
Ens non ſignificare al[illegible] ſimp[illegible] x quod ſit omnibus entibus co[illegible] e,312 F
Ens à nobis quiddita[illegible] noſci in hac vita,nec in futura,31[illegible] F. & quare, Ibidem & ſequen.
Ens ſe habet ad intellectum,vt ſe habet lux ad viſum,293. P
Ens & vnum quomodo dicantur ſepar[illegible] ab omni materia,& quomodo non,47[illegible] M
Ens & vnum tribus modis accipi p[illegible] pro ente indepēdente; ſecundo pro ente & vno tranſcendētibus;tertio ens pro quantitate continua, vnum pro vnitate numerali, 475 P
Ens rationis non eſſe obiectum Dialecticæ, 381.M
Ens quatenus Ens quomodo dicatur habere cauſam,503.M

Ens

Ens vt eſt ſubiectum Metaphyſicæ, an complectatur Entia rationis & Entia per accidens,& ponuntur argumenta in confirmationem partis negatiuæ, 405.F.& pro affirmatiua parte,496.

Ens rationis non eſſe ſubiectum Dialecticæ, multis verbis probatur contra D. Thomã, 367.F.369.& 370 per totas.

Ens & vnum non poſſe eſſe genere, 459. P

Ens non eſſe vniuocum contra Scotum,115.M

Ens eſſe ſubiectum Metaphyſicæ,25.P

Ens rationis eſſe ſubiectum Dialecticæ probat D. Thomas, cuius ſententiam reiicit auctor,364.M.F

Ens nũ abſtrahi poſsit à membris diuidentibus,549.F

Ens habere veras & proprias paſsiones, 585.F

Ens, res, & aliquid, quomodo diſtinguantur apud quoſdam, 586.M.F

Ens potentia quod habere poteſt eſſentiam verè dicitur ens,582 F

Ens quo pacto ſubeat vicem materiæ primæ, 572.F

Ens etſi poteſt prædicari in quæſtione quid eſt de paſsionibus particularium entium, ſaltem, de quibuſdam tamen non poteſt hoc pacto prædicari de ſuis paſsionibus, 570.P

Ens quatenus ſignificat exiſtentiam nec de vlla differentia rei, nec de paſsionibus entis prædicatur in quæſtione quid eſt, præter quam de Deo,568.M

Ens tribus potiſsimum nominibus ſignificari ſolet,naturæ,quidditatis, & eſſentiæ, 568.P

Ens reale ſolum habet veram quidditatem, 567 M

Ens quatenus ſignificat eſſentiam,prædicatur de omnibus rebus & omnibus earum dif- [illegible] in quæſtione quid eſt,568.P

Ens à n[illegible] ente,& [illegible] ens ab ente ſeipſis formaliter diuiſ[illegible]

Ens finitu[illegible] qu[illegible] ſubiectum Metaphyſicæ eſſe v[illegible] [illegible]bus rationibus probarint,492.M [illegible] & [illegible]tatur,494.P

Ens quid ſignificet ex ipſa impoſitione,&quid ex vſu philoſophorum,567.F

Ens nõ poteſt prædicari quidditatiue de vno, [illegible].M

[illegible] [illegible]quod an poſſit eſſe falſum,625 F

[illegible]ns in [illegible]mmune complectitur omnem entis rationem,non tamen vt eſt ſubiectum primæ philoſophiæ,597.F

Ens quomodo conſtituatur,595.F

Eus quomodo ſit ſubiectum Metaphyſicæ, 49[illegible].M

Ens neceſſario prædicari de differentiis internis,569.M.

Entis conceptum tum formalem, tum Obiectiuum eſſe plurés ſententia Caietani Cardinalis,546.F

Entis diſtinctam cognitionem ſolus Deus habere poteſt,115.F

Entis conceptum formalem eſſe vnum, obiectiuum vero non eſſe vnum niſi vnitate diſiunctionis qui dixerint,545.F.& quomodo id probent,546.P.M

Entis vtrumque conceptum obiectiuum ſcilicet & formalem eſſe vnum ac præciſum propriis conceptibus membrorum immediatè diuidentium, quorundam ſententia, & quibus rationibus probetur, 544.M. F.& 545.P.M.

Entis immediatè membra diuidẽtia per eundem naturæ gradum conuenire ac diſtingui,553.F

Entis perfecta cognitio pendet à cognitione Dei,541.M

Entis nomen nec cum copulatione, nec cum Diſiunctione ſignificat ſua ſignificata, ſed abſolutè, 553.P

Entis paſsiones non eſſe omnino nihil, 502. P

Entis prædicatio eſſentialis quam latè pateat, 453. F

Entis nomen generaliter ſpectatum duobus modis accipi poteſt,non vt ſignificat actum exiſtendi, altero vt ſignificat ipſam naturam rei exiſtentis, 567.M

Entis nomine ſolum ens materiæ expers intellexiſſe Parmenidem, quorundam ſententia, 252.M

Entis nomen cur propriè Deo conueniat,pag. 567.M

Entis confuſa cognitio quæ ſit, 115.F

Entia contenta ſub vniuoca natura,neceſſario eſſe compoſita, ſi differant eſſentialiter, 553. M

Entia rationis & res fictæ habent tantum eſſe obiectiuum, lib.8.cap.37.

Entia nullo modo dicuntur habere eſſe niſi quatenus apprehenduntur ab intellectu, pag.512.M

non Entia eſſe aliquo modo entia, 511.F

Entia Mathematica eo pacto quo à Mathematicis conſiderantur non habere rationem boni nec veri entis, 636.F

Entia rationis per ſe appeti, 644.M

Entia ſimpliciter quæ ſunt verè & propriè vnius eſſentiæ, 601.P

Entia mala quomodo dicantur bona,642. F

Entia rationis quomodo non habeant bonitatem, 644.F

Entia omnia quo pacto abſoluta dici poſſunt, 558.F

Entium particularium rationes an addant aliquid rationi, Entis,558. F. & ſeq.

ἘΝΤΕΛΕΧΕΙΑ.

Ἐντελέχεια, fictum ab Ariſtotele vocabulum, 272.M

Ἐντελέχεια.

INDEX.

Ἐνδελέχεια quid rectè interpretetur, 279. F. & 280.M
Ἐνδελέχεια variis modis ab Ariſtotele dicitur, 280.P
ENTHYMEMA.
Enthymema quid, lib.6.cap.33.& 36.
Enthymema cur ſic dictũ duplex ratio, ibid.
Enthymema eſt imperfectus Syllogiſmus, lib.6.cap.33.
Enthymema & exemplum frequentius ab Oratoribus vſurpatur, lib.6.cap.36.
Enthymema & Syllogiſmus plus virium habent quã reliquæ argumẽtationes, l.6.c.36.
Enthymema apud Ariſtotelem Syllogiſmum interdum ſignificat, lib.6.cap.36.
Enthymemata Oratorios Syllogiſmos vocat Ariſtoteles, lib.6.cap.36.
ENVNTIARE.
Enuntiare in actu exercito quid, lib.3.cap.9.
Enuntiare in actu ſignato quid, lib.3.cap.9.
ENVNTIATIO.
Enunciatio falſa quid, lib.3.cap.3.
Enunciatio modalis: *Vide Modalis enunciatio.*
Enunciatio neceſſaria: *Vide Neceſſaria enũciatio.*
Enunciatio indefinita quid, lib.3.cap.5.
Enuntiatio particularis quid, lib.3.cap.5.
Enuntiatio ſimplex quid, lib.3.cap.3.
Enuntiatio ſingularis quid, lib.3.cap.1.
Enunciatio ex ſubiecto communi præciſè accepto ad ſingularem reuocatur, lib.3.cap.5.
Enunciatio vera quid, lib.3.cap.5.
Enunciatio affirmans, lib.3.cap.5.
Enunciatio coniuncta quid, lib.3.cap.3.
Enuntiatio contingens, *Vide contingẽs enũtiatio.*
Enuntiatio finita: *Vide finita enuntiatio.*
Enuntiationis abſolutæ variæ diuiſiones, ibid.
Enuntiationis abſolutæ materia, lib.3.cap.4.
Enuntiationis abſolutæ qualitas duplex eſſentialis, & accidentalis, ibid.
Enuntiationis abſolutæ quantitas, ibid.
Enuntiationis definitio in priori libro de interpretatione tradita quomodo ſit intelligenda, 610.M
Enuntiationis varia genera, 370.F
Enuntiationis negatiuæ veritas concludi non poteſt, niſi ex veritate alicuius affirmatiuæ. 671.P
Enuntiationem negatiuam non omnem probari à priori per aliam affirmatiuam, 656.M
Enuntiationem ſolam ex omnibus perfectis orationibus tractat Dialecticus, lib.3.cap.2.
Enuntiationes ſolas mentales dici veras quorundam opinio, 605.M
Enuntiationum abſolutarum æquipollentia, lib.3.cap.7. oppoſitio, lib.3.cap.6.
EPICHEREMA.
Epicherema duobus modis ſumitur, lib.2.c.6.
EPICTETVS.
Epicteti Stoici Enchiridion laudatur à D. Auguſtino 9. de ciuitate Dei, 20.P
EPICVREI.
Epicurei non ab Ionica familia, ſed ab Italica prodiiſſe cenſentur, 15.P
Epicurea ſecta à Cyrenaico pmanauit, 437.M
ESDRAS.
Eſdras & Neemias miſſi ſunt ex Perſide vt muros & templum Hieroſolymæ reſtituerent tempore Artaxerxis Longimani Perſarum regis. 168.F
ESSE.
Eſſe cum eſſentia non facere compoſitionem ſerui,
Eſſe duobus modis accipi poſſe, 581.F
Eſſe diſtingui ab eſſentia in corruptibilibus, non itẽ in perpetuis quorundã opinio, 573.
Eſſe hominis ſeu rationem hominis nõ idem ſignificare quod non eſſe, 663.M
ESSENTIA.
Eſsẽtia definitione explicatur, *V. definitio quid.*
Eſſentia rei definitione ſola propriè tractatur, lib.7.cap.9.
Eſſentia cuiuſque rei cognita cognoſci & demonſtrari ex ea poſſunt omnes eius proprietates, 55.F
Eſſentia creaturarum accipit exiſtentiam vt vltimum modum intrinſecum; ſeu vltimã actualem, 583.F
Eſſentia diuina quomodo concurrat cum intellectu beatorum, 149.P
Eſſentiæ rerum maxima ex partæ incognitæ, lib.4.cap.6.
Eſſentia diuina quomodo imitabilis & participabilis, à creaturis, 615.M
Eſſentia & exiſtẽtia ſeparari nequeant, 577.F
de Eſſentia qualibet duo conceptus formari poſſunt, lib 5.c.1.
Eſſentiam nullam conſtare ex e[illegible] pletis, 264.M
Eſſentiam nullam conſtare [illegible] materia & accidentibus, 263.F
Eſſentiam diſtingui ab exiſtentia ſententia Ariſtotelis, 576.P. & [illegible]
Eſſentiã quomodo pari & impari conſtare dixit Pythagoras, 182.P. M
ESSENTIALE, ESSENTIALITER.
Eſſentiale Totum, *Vide Totum eſſentiale.*
Eſſentialiter prædicata quid, l.2.c.2.
Ethicus. *Vide Moralis Philoſophus.*
Etymologia ad definitionem non [illegible] catur, l.5.c.26.
EVCHARISTIA.
in Euchariſtia quantitas quãuis amittet ſuam exiſtentam in pane, 576.F
Ex mutabilitate rerum nihil certi percipi putantes reprehenduntur, 683.M
EXCEPTIVVM.
Exceptiuum ſignum quid efficiat, l.3.c.21.
Exceptiuæ enuntiationes quæ, l.3.c.19.& 12.

Digitized by Google

Exceptiuarum quatuor formulæ, ibid.
Exceptiuarum oppoſitio,ibid.

EXCLVSIVA.

Excluſiua dictio non excludit cōcomitantia, lib.3.cap.20.
Excluſiuæ quatuor modis efferuntur, lib. 3. cap. 19.
Excluſiuarum duo genera,lib.3.cap.19.
Excluſiuarum expoſitio,ibid.
Excluſiuarū oppoſitio quadruplex,lib.3.ca.26.

EXEMPLAR.

Exemplar quid,lib.5.cap.4.
Exemplaris cauſſa non reductitiè ſed directò ad formalem cauſſam reuocatur,241.M
Exemplaris cauſſa eſt primum à Platone introducta,240.F
Exemplarem cauſſam quomodo tractarunt Plato & Ariſtoteles,& in ea explicanda,cōuenerunt,242.F
Exemplarem cauſſam reuocari ad finalem ſententia quorundam,239.F
Exemplaria quid proprie ſint,239.M

EXEMPLVM.

Exemplum quid,lib.6.cap.35.
Exemplum duplex,ibid.
Exemplum quidam negarūt vllam eſſe argumentationis formam,lib.7.cap.27.
Exemplum eſt inductio imperfecta,Ibid.
Exemplum , & Enthymema frequentius ab Oratore vſurpantur,ibidem.
Exempla inductiones oratorias vocat Ariſtoteles,ibidem.
Exempla ad ſimilium locum reuocātur, lib.7. [illegible]
Exempla quæ propriè [illegible]licantur, quæ impropriè,lib.[illegible].cap.[illegible]

EXERCITATIO.

Exercit[illegible] duplex , altera in examinandis & retexendis aliorum ſcriptis altera in nouis operibus componendis cernitur,lib.7.cap.44.
Exercitatio pernеceſſaria Dialectico, ibid.

EXISTENTIA.

Exiſtentia non poteſt numerari in membris diuidentibus Ens,643.F.& ſeq.
Exiſtentia eſt vltima actualitas cuiuſque formæ,580.F
Exiſtentia quidnam addat eſſentiæ variæ ſententiæ, & harum quænam probanda ſit 578.M.F. & 579.P.M
Exiſtentia creaturarum non eſt idem omnino quod ipſarum eſſentia, 579.F
Exiſtentia rerum an diſtinguatur ab eſſentiâ variæ Philoſophorum ſententiæ, 572. M.F. & ſequentibus.
Exiſtentia creaturarum diſtinguitur ab illarum eſſentia ex natura rei, non tamen formaliter , ſed tanquam vltimus eius modus intrinſecus,580.P
Exiſtentia non ponitur per ſe in prædicamentis,578 P
Exiſtentia creaturarum non diſtinguitur realiter ab illarum eſſentia , ſiue vt res à re, 579 F.
Exiſtentiam rei non exiſtentis non propriè eſſe in potentia vt ſit actu,ſed rem ipſam eſſe in potentia vt ſit actu per eam,581.P
Exiſtentiam rei eſſe vltimum modum intrinſecum,580.M
Exiſtentiam prædicari de Deo in quæſtione quid,568.M
Exiſtentias inferiorum non conſtitui ex exiſtentiis ſuperiorum,581.M
Ἐξωτερικῶν librorum nomine quid intelligatur,5.P.M

EXPERIENTIA.

Experientia eſt ſingularium,Ars vero vniuerſalium,39.P
Experientia artem gignit,37.F
Experientia mater Philoſophiæ,268.M
Experientia humana , quomodo ab experientia aliorum animantium differat,37.P
in Experientia propriè dicta quid ſpectandū, 37.P

EXPERIMENTVM, EXPERTVS.

Experimentum eſt iudicium quoddam , ſeu potius multa iudicia partis ſenſitiuæ,70.M
Experimentum medium eſt inter iudicium vnius ſingularis propoſitionis , & iudicium vniuerſalis principii,71.M
Experimentum neceſſarium eſſe ad iungendum apte terminos ſentit Caietanus,75.F
Expertus cum artifice comparatur,28.F

EXPONIBILIS EXPOSITIO.

Exponibiles enuntiationes quæ , & cur ſic dictæ,lib.3.cap.18.
Expoſitio Syllogiſmorum,lib.6.cap.33.

EXPOSITORIVS SYLLOGISMVS.

Expoſitorius Syllogiſmus quid, lib. 6. cap. 23.
Expoſitoria probatio duplex,lib.6.cap.28.
Expoſitorij Syllogiſmi perfecti ſunt,ac per ſe euidentes,lib.6.cap.24.
Expoſitorij Syllogiſmi cur ſic dicti,ibidem.
Extrema Syllogiſmi quæ,lib.6.cap.10.

FABV

Digitized by Google

F

FABVLA.

FABVLARVM ſignificationes ſtudioſius perſcrutari non eſſe munus Philoſophi, pag. 664.M

FACVLTAS.

Facultas, *Vide Potentia.*

FALLACIA.

Fallacia, *Vide Captio.*

FALSA.

Falſi meta. *Vide Meta falſi.*
Falſa enuntiatio, lib.3.cap.3.

FELICITAS.

Felicitas humana quidditatiua qua in re conſiſtat, 316.M
Felicitas ad quam homo natura eſt propenſus, & quam habuerunt primi parentes in ſtatu innocentiæ, quænam ſit, 58.M.F
Felicitatis pars quæ in perfectione virtutis moralis conſiſtit, vtilior eſt in hac vita plúſque adfert animo quietis & tranquillitatis, 51. M
Felicitas huius vitæ conſiſtere non poteſt ſecundum eſſentiam in ſola diuinæ naturæ cognitione, 51. P
Felicitas humana in quo præcipuè ponatur, pag.24.F
Felicitas humana maximè conſiſtit in contemplatione, 50.F. & 51.P

FELIX, FIDES.

Felix quomodo illud appetere poſſit, quod fieri nequit, 70.M
Fidei regimen eſt præſtantius omni humano regimine, 36.F

FIGMENTA.

Figmenta non definiuntur definitione rei, ſed nominis tantum, lib.5.cap.8.
Figmenta non habent verá eſſentiam, li.1.c.8.
Figmentorum qui definitiones rei dici poſſint, lib.5.cap.8.
Figmentorum nomina non propriè primæ aut ſecundæ intentionis dicuntur, lib.1.c.12.

FIGVRA.

Figura ſecunda quæ, lib.6.cap.12.
Figura Syllogiſmi quid, lib.6.cap.11.triplex.
Figura ſecunda & tertia non niſi directè concludunt, lib.6. cap.13.
Figura prima, lib.6. cap. 12.
Figura tertia, quæ, lib.6.cap.12.
Figura prima directè & indirectè concludit, lib.6. cap.13.
Figuræ dictionis captio. *Vide Captio figura dictionis.*
Figuræ tertiæ modi vtiles ſex, lib.6.cap.17.
Figuræ tertiæ proprium eſt particulares tantum quæſtiones confirmare, ibid.
Figuræ tertiæ regula vna peculiaris, lib.6.c.19.
Figuræ cuiuſque ſexdecim modi, ſiue apti, ſiue inepti, lib.6. cap.19.
Figuræ ſecundæ duæ peculiares regulæ, lib.7. cap. 19.
Figuræ ſecundæ modi vtiles quatuor, li.6.c.16.
Figuræ primæ modi directè concludentes vtiles quatuor, ibid. & lib.6.cap.2.
Figuræ primę modi directi indemonſtrabiles, lib.6.cap.21.
Figuræ primæ modi directi proximè nituntur duobus potiſſimis principiis regulatiuis, ibi.
Figuræ primæ modi indirecti quinque, lib. 6. cap. 15.
ad Figuræ primæ modos directos cæteri omnes Syllogiſmi reuocantur, lib.6.cap.21.
Figuræ primæ principia ſunt omnium Syllogiſmorum regulatiua, ibid.
Figurarum omnium regulæ generales quatuor, lib.6. cap.5.
Figura qualitatis ſpecies, lib.2. cap.12.

FINALIS, FINIS.

Finalem cauſſam quam conſtituat Plato, 176.F
Finalem cauſſam qua ratione inueſtigarunt veteres, 171.M
Finalem cauſſam vt à cæteris diſtinctam, nullum ex veteribus tradidiſſe, 196.F
Finis eſt cauſa, & principium cauſſarum omnium;
Finis non modo eſt cauſa cauſarum, ſed multo etiam magis mediorum quò in finem deſtinantur, lib.7.cap.12.
Finis triplex, lib.7. cap.12.
Finis dicitur id cuius gratia aliquid fit, 237. F
Finis quid, lib.5.cap.4.
Finis contemplatiuæ ſcientiæ c[illegible] & ſimplicis & com[illegible] veritat[illegible] cognit[illegible]nem, 289.F
Finis vt finis eſt verius [illegible] ad media quàm ad efficientem, [illegible].M
Finis duplex ſcientis [illegible] & [illegible], 396.M
Finis hominis duobus modis ſpectari poteſt, 56. F
Fine ſublato tolli cauſſam efficientem, 431.P
locus ex Fine, eiuſque vſus, lib.7.cap [illegible] & 36.
Finita enuntiatio quid, lib.3.cap.5.
Finitio. *Vide Definitio.*

FORMA.

Forma quid, lib.4.cap.4.
Forma qualitatis ſpecies quid, lib.2. cap.12.
Forma Syllogiſmi abſoluti ex figura, & modo conſtat, lib.6. cap.11.
Forma triplex, eſſentialis, accidentaria & externa, lib.7. cap.20.
Forma vocatur nomine qualitatis ab Ariſto-

Digitized by Google

tele materia verò dicitur quantitas, 684.P
Forma humana non continet formaliter omnia formarum genera, 355.M
Forma humana quomodo quidditatiuè à nobis cognoſci poſſit in hac vita, 313.F
Forma informans de ratione ſua habet inhærere ei cuius eſt forma, 148.D
Forma cur vocetur ratio & quidditas, finis, terminus, diuina ſimilitudo & proles, ἐντελέχεια, &c. 279.P.M
Forma nihil accipit detrimenti ex coniũctione cum propria materia, 69.P
Forma definitur eſſe ratio quidditatis, 257.M
Forma cur vocetur ſpecies, 479.P
Forma omnia exornat & diſtinguit, 280.F
Forma cur dicatur lux, 280. M
Formæ intelligibilis proprium munus eſt facere præſentem intellectui, eamq; illi intelligibiliter vnire, 149.P
Formæ ſubſtantialis momentaneam introductionem non eſſe actionem, ſed actionis terminum, 83.M
Formæ non infinitæ ſecundum ſpeciem, 354.F
Formæ ſubſtantiales an conſtituendæ ſint inter materiam primam & accidentia diſputatur, 261. & ſequentibus.
Formæ tribuendum quod res naturales ita in actione vnius facultatis occupentur, vt aliarum operationes non exerceant, 267.P
Formæ quomodo rerum exiſtentium ſimulachra à Platone dicantur, 271.M
Formæ erant Idearum participationes ex doctrina Platonis, 271.P
Formam humanam quatenus talis eſt, habere duplicem gradum perfectionis ſententia quorundam, 313.F. quæ reiicitur, 314.P
Formam eſſe totam rei quidditatem quomodo intelligat Ariſtoteles, 344.M
Formam aliquam ſubſtantialem dari in qua[illegible]turali ſaltem earum quæ oriuntur & in[illegible]nt quæ antecedat naturæ ordine non mod[illegible] acci[illegible]ntia aduentitia, ſed etiam propria & cong[illegible]nita, 262.M
Formam [illegible]ſtantialem immediatè agere, 261.F
Formas ſubſtantiales non eſſe plures in eadem re, 341.F
Formas ſubſtãtiales non poni ſenſibiles, 261.F
Form[illegible] ſubſtantiales dari probatur ex doctri[illegible], 270.F
Fo[illegible]nis o[illegible]ibus tam Phyſicis quàm Metaphyſicis peculiares proprietates reſpondere, 336.M

FORMALIS, FVTVRVS.

Formalis conſequentia. *Vide Conſequentia Formalis.*
Formalium cauſſarum locus, lib. 7. c. 20. & 36.
Futuri contingentis veritas, lib. 3. cap. 6.

G

GALENVS.

Galenvs cum Medicus fuerit non alia ratione de animali diſſeruit, quàm quatenus in corpore animalis vis agendi & patiendi ſpectatur, 272.P
Galenus quid falsò de anima humana ſenſerit, 272. P
Galenus docuit eſſentiam animę non quidem prorſus temperiem corporis, ſed quodammodo temperamentum quatuor primarum qualitatum, 272.M
Galenus mortalem poſuit hominis animam, 272. F

GENERATIO.

Generatio cuiuſque rei, quomodo terminatur ad Ens & vnum, 515.M
Generatio rerum vt fit, quæ requirãtur, 460.P
Generatio ſubſtantiæ à nemine veterum cognita, 169.F
Generationis ordo. *Vide Ordo generationis.*
per Generationem quid fiat, 83.F. & 84.P
Generatione rerum conceſſa neceſſe eſt eandem numero materiam eſſe perpetuã, 460. P. formam vero eandem ſpecie aut genere, ibid. 460.M
Generationes non progredi in infinitum, 355. P
Generationum, & corruptionum locus ad efficientium locum reuocatur, lib. 7. cap. 21.

GENERATVM, GENETHLIACI.

Generatum ex aliqua materia & ab aliquo efficiente generatur, 683.F
Genethliaci magi & Iudiciarij ſibi difficilia ſcire arrogant, 93.F

GENVS.

Genus duplex, ſummum, & ſubalternum, lib. 2. cap. 3.
Genus latius patet ſpecie, quoad prædicationem quoad eſſentiam autem, ſpecies ſuperat genus, lib. 4. cap. 10.
Genus per ſe diuiditur non in differentias, ſed per differentias, lib. 4. cap. 8.
Genus quid, lib. 2. cap. 5.
Genus reale. *Vide Reale genus.*
Genus remotum loco proximi generis in definitione quî ponatur, lib. 5. cap. 3.
Genus ſubalternum, lib. 2. cap. 3.
Genus ſummum quid, ibid.
Genus eſt velut materia, differentia velut forma, 455. M

Genus

Digitized by

INDEX.

Genus & ſpecies dicuntur entia rationis tantum locutione impropria, 571.P
Genus ſpeciem & ſimilia dici contingentia attributa rerum non ſimpliciter ſed quatenus conueniunt rebus operatione intellectus noſtri, 628.M
Genus ſummum ſubſtantiæ difficilè à nobis percipi, 148.M
Genus non dicitur eſſentialiter de differentiis diuidentibus, 537.P
Genus de potentia quidem diuina ſeparari poteſt à ſuis ſpeciebus, 145.M
Genus medium nullum eſſe inter ſubſtantiam & accidens, 166.P
Generis diuiſio. *Vide Diuiſio generis.*
Generis nomen ſæpè pro quacunque re vniuerſali vſurpatur, lib. 2. cap. 3.
Generis quæſtio, lib. 7. cap. 8.
Genera ſumma non definiuntur eſſentialiter, ſed deſcribuntur, lib. 5. cap. 6. & 8.
Genera non poſſunt eſſe præter ſpecies cùm ſpecies eſſe poſſunt ſine ſuis indiuiduis, 456.P
Genera minus vniuerſaliä eſſe principia quibus argumentis demonſtretur, 412.F
Genera vt ſunt diſtincta à ſuis ſpeciebus non prædicari de differentiis, 453.M
Genera remota an verò quæ magis ad indiuidua accedunt ſint dicenda principia, 452.M
Genera ſumma non propriè inter ſe differre, 571.F

GEOMETRIA.

Geometria ad metiendas terras ab Ægyptiis inuenta, 447.M
Geometria & Geodæſia quibus differant, 447.M

GRAMMATICA.

Grammatica quas diſciplinas complectatur, 400.M
Grammaticā non eſſe eandem apud omnes gentes, 394.P
Grammaticorum quorūdam inſolentia, 95.M

GRATIA.

Gratia diuina quantùm homines egeant, 60.P

GREGORIVS.

Gregorius Nazianzenus & Tertullianus Ariſtotelicam doctrinā reprehenderunt, 19.M

H

HABERE, HABITVS.

Habere quid, lib. 2. cap. 16.
Habitus operantes & potentiæ per actus ſuos, aut per obiecta definiuntur. ibid.
Habitus qualitatis ſpecies quæ, lib. 2. c. 12.
Habitus iudicatiui, in quibus intellectus ſine temeratis vitio principiis aſſentiatur experimento indigent, 71.M. & F. quod ex variis Ariſtotelis locis probatur, ibid. Eanque eſſe Ariſtotelis ſententiam probatur auctoritate Themiſtij, Philoponi, Auen rois, & D. Tho. 72.P. Tandem concluſio tribus rationibus confirmatur, 72. per totam pag.
Habitus quinque, quibus ſemper anima verū diſcit, 41.F
Habitus concluſionum non omnes indigent experimento ipſarum proprio, ſed quidam tantum, 73.P
Habitus apprehēſiui terminorum vt per modum habitus inſint generantur ſine experimento, aliqua ſenſu apprehenſione duntaxat, 70.M
Habitus omnis potentiam faciliorem reddit, 126.M
Habitus nomine in priuantibus quid intelligatur, lib. 2. cap. 17.
Habitus omnes operantes per duplex additamentum definiuntur, lib. 5. cap. 6.
Habitus omnes quibus concluſiones ſciuntur propter quid habentur ex principiis. 73.P
Habitus intellectus quid conferat, 110.M
Habitus gignuntur per actus ſimiles iis, 110.M
Habituum principiorum vera cauſſa eſt lumē intellectus, 76.M
Habituum duo eſſe genera in ſcientiis, 70.M

HECTOR.

Hector ex accepto vulnere aliud, inquit Homerus, ſapere cœpit, 681.P

HÆRESIS, HÆRETICVS.

Hæreſis negātium po[illegible] Deum e[illegible]e à nobis cognoſci refutatur, 344.[illegible]
Hæreticorum & Philoſoph[illegible]rum quorundam inſanā opinio de materi[illegible] prima, 75.M
Hæreticorum noſtri temporis error quo ad vſum loci effectorum, lib. 7. cap. 24.

HERACLITVS.

Heraclitus quibuſdam vſus eſt dice[illegible] [illegible]m eſſe & non eſſe 656.F
Heraclitus excelſi animi vir & ter[illegible]ena om[illegible] contemnens, 249.M
Heraclitus ſeptuaginta ferè annis vixit poſt Thaletem, 167.F
Heraclitus tempore Darij Regis florebat, cuius conſuetudini & muneribus Philoſophiā antepoſuit, 167 F
Heraclitus omnia ſenſibilia continenter fluere aſſeuerauit, 188.M

Digitized by Google

Heracliti de principiis rerum inepta ratio, 673.P

Heracliti aſſiduæ lachrymæ, quare, 149.F

HERMOTIMVS.

Hermotimus in quo cum Anaxagora de primo intellectu conſenſerit, 172.P

Hermotimi anima relicto corpore vagari ſolita, 173.P

HESIODVS.

Heſiodus terram poſuit rerũ materiale principium, 173.F

Heſiodus & Homerus quo tempore fuerint, 174.P

Heſiodus terram primum principium poſuit, 200.P

Heſiodus quomodo intellexit terram eſſe rerum omnium materiale principium, 247.F

HIPPASVS.

Hippaſus & Heraclitus ignem principium rerum poſuerunt, & in eo cæteris antiquis præfertur Ariſtoteles, 167.F

Hippaſus, & Heraclitus ignem voluerunt eſſe rerum materiam, 149.M. & quare, ibid.

HIPPOCRATES.

Hippocrates animantium omnium naturas ex calido, humido, frigido & ſicco, conſtare dixit, 272.M

Hippocratis ingenium, & de eius ſcriptis inſignis laus, 8.F. & 9.P

HIPPON.

Hippon dixit aquam eſſe primum principiũ, imò & animam dixit eſſe aquam, 167.M

HISTORIA

Hiſtoria animalium quem ſortiatur ordinem inter libros Ariſtotelis, 424.M

Hiſtoriam opus eſſe maximè Oratorium aſſerit Cicero, 400.F

HOMERVS.

Homerus quæ de Syrenum cantibus finxerat quid ſit ex Cicerone, 49.F

Homerus ſæpè à Platone in libris de republica laudatur, 8.M

HOMO.

Homo interior qui dicatur, & qui exterior, 541.F

Homo appetit naturaliter id quo maximè excellit brutis animantibus, 50.F

Homo nexus Dei & mundi, à quibuſdam, ab aliis rerum materialium & immaterialium horizon, 24.F

Homo ad quam felicitatem ſit natura propenſus, 58.M

Homo non habet naturaliter neceſſaria ad conſequendum vltimum finem, 56.F

Homo cur neceſſario habeat potentiam vnã ſenſitiuam communiorem & ſuperiorem omni ſenſitiua parte brutorum animantium, 163.F

Homo & non homo nõ idẽ ſignificare, 664.P

Homo indiget extraordinario, vt conſequatur ea bona in quibus naturalis beatitudo conſiſtit. 59.M. & quare, 60.P

Hominis finis eſt clara diuinæ naturæ contemplatio, 55.F

Homini naturale eſt cognito effectu velle cauſſam cognoſcere, quatenus naturaliter cognoſci poteſt. 60.F

Hominem non habere naturalem inclinationem ad particularem aliquam beatitudinem, ſed ad beatitudinem in commune, quatenus ſtatus omnium bonorum coniunctione perfectus, opinio eſt D. Thomæ, quam reiicit auctor, 58.P.M

Homines cur Philoſophari cœperint, 98.P

Homines quam variè doceri velint, 360.F

HOMONYMA, HONOR.

Homononyma, vel Aequiuoca.

Honor qui rebus referendus, 101.M

HVMANA.

Humana forma excedit modum eſſendi formarum naturalium, 177.F

in Humana authoritate cur duo requirantur, agnitio rerum & virtus, lib. 7. cap. 35.

ex Humana authoritate quæ firmiora argumenta, lib. 7. cap. 35.

HYPOTHESIS, HYPOTHETICVS.

Hypotheſis, lib. 6. cap. 6.

Hypotheticus Syllogiſmus triplex conditionalis, copulatiuus, & diſiunctiuus, lib. 6. c. 32.

Hypotheticus Syllogiſmus quid, libr. 6. cap. 32. & 72.

Hypothetica Enuntiatio triplex conditionalis, copulatiua & diſiunctiua, lib. 3. c. 14.

Hypothetica Enuntiatio quid, lib. 3. cap. 3.

Hypothetica cur ſic dicta, lib. 3. cap. 14.

Hypothetica forma, eſt coniunctio, lib. 3. cap. 14.

Hypotheticarum inueſtigatio, lib. 3. cap. 14.

Hypothe

Digitized by Google

Hypotheticarum negantium veritas quo pacto diiudicanda, lib.3.cap.15.
Hypotheticarum nulla eſt oppoſitio, niſi contradictoria, lib.3.cap.15.
Hypotheticarum qualitatis accidentales, lib.3.cap.14.
Hypotheticarum qualitas eſſentialis, ibid.
Hypotheticarum quantitas nulla eſt, ibid.

I

IDEA.

IDEA eſt principalis quædam ac prototypa ratio eſſentiæ rei, cuius eſt idea, 241.F
Idea nulla ponitur à Platone quæ ſit materiæ propria, & quare, 178.P
Ideæ Platonis impugnantur, 445.F.& 446.P
Ideas à Platone vt cauſſas immobilitatis fuiſſe inductas, 146.P
Ideas eſſe principales formas, 241.F

IGNORANTIA.

Ignorationis Elenchi captio, *Vide Captio ignorationis.*

IMAGO, IMITATIO.

Imaginem non videri in ſpeculo, ſed immediatè rem ipſam, probant perſpectiui, 354.P
Imitationis nomen mutauit Plato in nomen æquiuocationis, 140.P.M

IMMEDIATA.

Immediata contraria, *Vide Cõtraria immediata.*
Immenſi ſeu infiniti quomodo detur menſura, 618.P.M
Imperfecta oratio, *Vide Oratio imperfecta.*

IMPOSSIBILE.

Impoſſibilis enuntiatio quid, lib.3 cap.5.
Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, vtrum ſit principium omnium primũ, 652. & ſeq. Argumenta verò pro parte negatiua ponuntur, ibid. quæ ſoluuntur, 656. & 657.
ad Impoſſibile quî fiat reductio. *Vide Reductio ad Impoſſibile.*
Impoſſibile quid, lib.3.cap.9 & 10.
Impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe, non minus eſſe notum quàm hoc ens eſt ens, 656.F

IMPOTENTIA, INÆQVALIA.

Impotentia naturalis quid, lib.2.cap.12.
Inæqualia quæ dicantur, lib.2.cap.12.

INDEFINITA.

Indefinita enuntiatio idem valet ac particularis, lib.3.cap.5.
Indefinita enuntiatio quid, ibid.
Indefinitæ enũtiationes ex materia neceſſaria non ſemper æquiualent vniuerſalib. ibi.
Indefinitarum enuntiationum oppoſitio, lib.3.cap.6.

INDI, INDIRECTE.

Indi ad Socratem præclara reſponſio apud Euſebium, 423.F
Indirectè concludere quid, lib.6.cap.12.

INDIVIDVANS, INDIVIDVVM.

Indiuiduans differentia quid. *Vide Differentia indiuidui.*
Indiuiduum nomen. *Vide Singulare.*
Indiuiduum quid, lib.2.cap.4.
Indiuiduum quadruplex, lib.1.cap.26.
Indiuiduum vagum quomodo intellectu concipiatur, 154.F
Indiuiduum ſpecificũ eſſe quod agit in aſpectum noſtrum, 123.P
Indiuidui diuiſio. *Vide Diuiſio indiuidui.*
Indiuiduo ante oculos poſito nullam aliam naturam vniuerſalem ab eo abſtrahes & cognitione ſeparabis quàm ſpeciem infimam, 120.M
Indiuidua non definiũtur eſſentialiter, ſed deſcribuntur, lib.5.cap.6.
Indiuidua generum ſemper cognoſcuntur vagè, 255.M
Indiuiſibilia quomodo incipiant & deſinant eſſe. 182.P.

INDVCTIO.

Inductio quid, lib.6.cap.34.
Inductio populari ſenſui accommodata eſt, ibidem.
Inductio quæ à ſingu[illegible]bus ad vniuerſalia progreditur præcipua e[illegible], ibid. m.
Inductio quando ſit con[illegible]quer[illegible] formalis ibidem.
Inductio & Syllogiſmus frequentius vſurpantur, à Dialecticis, lib.6.cap.36.
Inductionis author Socrates, lib.6.cap.34.
Inductiones variæ variis modis fiunt, 74.M
Locus ab Ineſſe ad denominatum ad [illegible]næ locum reuocatur, lib.7.cap.20.
Infima ſpecies. *Vide ſpecies infima.*

INFINITVM.

Inter infinitum & finitum quomodo non detur proportio, 557.F
Infinitum non poteſt per ſeipſum formaliter finire, 326.P
Infinitum duplex intenſiuum & extenſiuum, 344.P

Infinitum

Digitized by Google

Infinitum tempore infinito percurri & cognoſci poſſe,345.P
Infinitum qua infinitum ignotum eſt, 348.M
Infinitum extenſiuè quid,348.P
Infinitum quo pacto abſolui poſſit,348.M
Infinitum potius rationem partis quàm totius habere,348.M
Infinitum extenſiuè triplex, magnitudine ſucceſſione,& multitudine, 344.F
Infinita quædam in diuina eſſentia cognoſci ab intellectu creato,351.F
Infinita quomodo in alio cognoſci poſſunt ab intellectu creato,349.& ſeq.
Infinita non poſſe ſucceſsiue cognoſci ab intellectu diuino,329.F
Infinita poſſe confusè cognoſci & appeti, 349.P
Infinita à nullo intellectu poſſe diſtinctè cognoſci,3 19.M
Infinita in ſeipſis non poſſe ſimul diſtinctè cognoſci ab intellectu creato,348.F
Infinita ſuapte natura innumerabilia eſſe, 347 F
Infinita non poſſe tẽpore finito,ſiue in ſeipſis ſiue in alio ſucceſsiuè cognoſci,347.P
Infinita num tẽpore finito cognoſci poſsint, 343. F. Argumenta proponuntur pro parte agente, 745. per totam & 346. confirmatur pars negatiua,346.F.347.& 348.
Infinita,tria ſignificata, 343.F.& 344.P
Infinita nequeunt ſimul exiſtere,332.P
Infinitorum cognitio in ſe & in diuina eſſentia quomodo differant,352.M
Infinitorum diſtincta & non ſucceſsiua cognitio ſemper excedit proportionem naturæ finitæ naturaliter operantis, 350.M

INFINITAS, INFINITIO.

Infinitatem non or[illegible]em extenſionis ſupponere infini[illegible]atem [illegible]tenſionis,352.P
Infinitatem [illegible]on o[illegible] inem intenſiuam æquari infinita[illegible] diuinæ, [illegible] P
Infinitionem non dari in cauſſis formalibus. 324.per totam paginam.

IN[illegible]ORINABILIS, INSTANS,&c.

In[illegible]ina[illegible]ilis meta, *Vide, Meta paradoxi.*
In[illegible]ns ſe[illegible]er aliud atque aliud exiſtit,482.F
[illegible]rumenta omnia ad efficientes cauſſas reuocantur,lib.7.cap.12.
Inſtrumenta ad quænam cauſſarum genera reuocanda,239.P

INTELLIGERE, INTELLECTVS.

Intelligere nemo poteſt quicquam niſi vnum, 662.F
Intellectus ſubſtantiarum ſeparatarum quantum ſuperet noſtrum,143.M
Intellectus noſter quem locum habeat inter potentias cognoſcentes,243.
Intellectus qua ratione excedit ſenſum, 161.M
Intellectus agentis neceſſitatem vnde colligat Ariſtoteles,162.F
Intellectus cum percipit ſingulare per ſe opus eſt concurſu phantaſmatum,147.F
Intellectus ponit diſcrimen inter id,cui ſignificando eſt impoſitum nomen Dei,& ſignificat huiuſmodi orationum Actus purus, Ens independens,&c.207. M
Intellectus creatus etiam in alia re naturaliter cognita non poteſt ſimul infinita percipere naturaliter nihil tamen impedit quin poſſit ſupernaturali Dei munere,349.F
Intellectus operatio non eſt neceſſaria vt relatio rationis cuiquam conueniat, ſed ſolum vt exiſtat eo modo, quo exiſtere poteſt,646.F
Intellectus agens ex ſe in differens eſt in productionem cuiuſcumq; ſpeciei naturæ materialis, 146.F
Intellectus diuini operationes non ſatis eſſe ad fabricandas relationes rationis, ſed opus eſſe operatione intellectus creati quorundam opinio, 627. F
Intellectus noſter per ſe fertur in ens, & in omne quod ſub ente continetur, 136.M
Intellectus poſſibilis eſt quaſi materia prima ad recipiendas omnes ſpecies intelligibiles, 146. F
Intellectus imponit ſingularibus propria & diſtincta nomina, 136.M
Intellectus cum affirmat,aut negat,nihil aliud quàm iudicium fert de connexione prædicati cum ſubiecto,127.M
Intellectus noſter difficile in hac vita intelligit res illuſtriſſimas,quia habet parum proportionis ad eas intelligendas,298.M
Intellectus primæ operationes ſunt in nobis naturales, vt quæ antecedunt omnem voluntatis operationem,152.F
Intellectus quomodo dicatur appetere ſuum obiectum ſub ratione veri, 45.F
Intellectus noſter in hac vita eſt parum aptus ad intelligenda ea, quæ ſunt à ſenſibus remota eò quòd à ſenſibus in intelligendo pendeat,295.F
Intellectus noſtri virtus finita non poteſt ſimul naturaliter attingere infinitum, 306.P
Intellectus diſtinguit hominem à magnitudine Mathematica per habitum Metaphyſicæ, 112. P
Intellectus noſter quarum ſimilitudinum ſit capax in hac vita, 317.F
Intellectus diuinus quo pacto ſit verus,622.M

Digitized by Google

Intellectus noſtri imperfectio naturalis,48. P
Intellectus nobilitas,150.M
Intellectus noſtri cum materia prima comparatio,298.P
Intellectus quot modis dicatur verus,617.P
Intellectui quatuor genera rerum aduenitunt,615.P
Intellectum noſtrum vt receptiuum & paſſiuum actus intelligendi eſſe puram potentiam nullámque pati difficultatem, in eo actu accipiendo quorumdam ſententia, 298.M
Intellectum ſæpe confert Ariſtoteles cum materia prima,52.F
Intellectum nunquam aſſentire vbi eſt aperta contradictio,657.F
Intellectum agentem cur induxit Ariſtoteles. 163.M
Intellectum non eſſe vnum in omnibus hominibus, vt voluerunt Auen-Rois & Themiſtius,66.P
Intellectu percipi ſingularia opinio Sancti Thomæ,140.F
Intellectu comprehenſa, aliquo modo prius fuiſſe in ſenſu quomodo intelligendum, 71.P

INTENTIO.

Intentionis primę ac ſecundæ quæ,lib.1.ca.32.
Intentionis prima ac ſecunda nomina quæ, ibidem.

INTERROGATIO.

Interrogationum tria genera,lib.8.cap.16.
Interrogationum plurium captio, *Vide Captio plurium interrogationum.*
Interpretatio nominis,*Vide Definitio nominis.*

INVENIRE, INVENTIO.

Inuenire argumenta ingenij eſt, facile inuenire artis,lib.7.cap.37.
Inuentio,lib.6.cap.7.
Inuentio argumentorum cur iudicio non prę ponatur,lib.6.cap.7.
Inuentionis vis,lib.7.cap.49.
in Inuentione ſeruandi ſunt ordines reſolutionis & collectionis,lib.7.cap.49.

INVIDENTIA, IVDICATIO.

Inuidentia cur non cadat in Deum.100.F
Iudicatio ad quam quæſtionem pertine[illegible] lib.7.cap.4.

IVDICIVM.

Iudicium,lib.6.cap.7.
Iudicium duplex,ibidem.
Iudicium vna tantum potentia fieri,138.P

IVS.

Ius canonicū,partim Theologiæ, partim Politicæ ſubiicitur,401.F
Iuris vtriuſque ſcientiam difficiliter ſine Dialectica poſſe comparari,414.M

IVSTINVS MARTYR.

Iuſtinus Martyr,non cōtra Stoicos,neque Platonem, ſed contra Ariſtotelem librum inſcripſit,19.M

IVSTITIA.

Iuſtitia originalis primis parentibus donata rationi appetitum vt ſubiciebat,59.P
Iuſtitia quid,lib.5.cap.6.

L.

LAVDATIO.

Laudatio ad quam quæſtionem pertineat, lib.7.cap.4.
Lapis ſic dictus ab actione lędendi pedē,306.P

LEVCIPPVS.

Leucippus & Democritus infinita materialia principia ſtatuerunt,254.F
Leucippus & Democritus cur à Pythagoreorum albo reiiciantur,179.F
Leucippus & Democritus floruerunt exactis aliquot ante annis Romanorum regib. ſub Xerxe & Artaxerxe Perſarum regib.177.F
Leucippus fuit Zenonis Eleatę auditor & pręceptor Democriti,177.F.*Vide De[illegible]*

LIBE[illegible]

Liber tertius Metaphyſicæ quomodo habeat ſe ad 2.Phyſic.363.M.F.& ſequent.
Liber Ariſtotelis de Mundo ad Alexandrum laudatur,12.P
Libri quatuordecim de ſecretiori parte philoſophiæ apud Ægyptios an ſint Ariſt[illegible] 12.P
Libri primi phyſicorum cum ſecu[illegible]do con[illegible] xio,365.P

LINEA. LITTERA.

Lineæ partes etſi diſtinguntur realiter tamen non diſtinguuntur actu ſed potentia duntaxat,342.P
Litterarum conſideratio non Dialectica eſt, ſed Grammatica,lib.1.cap.6.

LOCVS.

Locus ab ineſſe ad denominari,ab oppoſitione ad formales locos reuocatur,lib.7.c.10.
Locus duplex : Maxima, & Differentia maximæ. Ibidem.
Locus differentiæ maximæ quid, lib.7.cap.10.
Locus maxima quid,ibid.
Locus tranſumptionis, *Vide Tranſumptionis locus.*
Locum Ariſt.vocat Elementum,lib.7.cap.9.
Loci non ſolum ſuppeditant materiam probationis,ſed etiam amplificationis,ibid.
Loci omnes duobus modis ſpectari poſſunt, vt communis,& vt proprij,lib.7.cap.12.
Loci argumentorũ demonſtrationes tres ſunt lib.7.cap.5.
Loci aſſumpti duo,lib.71.cap.11.
Loci communes ſine propriis parum valent lib.7.cap.35.
Loci differentiæ maximæ curioſa quæſtio,lib. 7.cap.10.
Loci iuſti viginti,lib.7.cap.11.
Loci non omnes cuilibet quæſtioni argumenta ſuppeditant,lib.7.cap.37.
Locorum duo genera, inſitum, aſſumptum, lib.7.cap.11.
Locorum qui Ariſt.primus inuentor extiterit.
Locorum ſingulorum pronũtiata, quibus tractatur comparata quæſtio,lib.7.cap.36.
quorum Locorum tractatio ad Dialecticum pertineat,lib.7.cap.12.
In Locorum tractatione cur nonnulla author ex diuinis ſcripturis attulerit,lib.7.cap.14.
in Locis argumentorum qua libertate vtendum,lib.7.cap.37.
in Locis modus loquendi,lib.7.cap.10.
de Loco maximæ curioſa quæſtio,ibid.
Localis enuntiatio. *Vide conditionalis locus quid lib.7.cap.9.*
Locales enuntiationes partim ad conditionales,partim ad copulatiuas reuocantur,lib.3. cap.15.& 16.

LOGICA.

Logicã eſſe miniſtrã Dialecticæ tradit Plotinus,390.P.& qua ratione adductus,ibid.

LVTHERANI.

Lutherani Stoicorũ dementiæ ſectatores, 17.P

M

MAGNITVDO.

Magnitudo quomodo comprehendatur,354.P
Magnitudines conſtare vnitatibus quomodo intellexit Plato,476.M

MAIOR.

Maior propoſitio quid,lib.6.cap.10.
Maiorum locus,lib.9.cap.8.
Maius extremum quid,lib.6.cap.10.

MALVM.

Malum ſummum dari non poteſt,46.M
Mala quomodo opponuntur bonis,642.F

MANES PERSA.

Manes Perſa,vnde dicũtur Manichæi non eſſe eadẽ principia externa corruptibiliũ & æternorum turpiſſimo errore defendit,470.P

MATERIA.

Materia quid,lib.4.cap 4.
Materia latè accepta triplex ex qua,in qua, & circa quam,lib.7.cap.19.
Materia dicitur bona per ſeipſam quia in genere potentiæ paſſiuæ nihil ei deeſt,638.P
Materia quo pacto ſit per ſe bona,638.F
Materia eſt cauſſa diuiſionis ideo nomine paris,forma vero vnionis ideo & nomine imparis à Pythagora explicata,172.P
Materia prima & primum efficiens diuerſa ratione ſunt infinita,326.P
Materia collata cum abſoluta Dei potentia incomprehenſibilis eſt ab intellectu creato & quare,354.P
Materia inferiorum ad quas formas habeat propenſionem,57.M
Materia an ſit in corporibus cœleſtibus, & qualis ſecundum Ariſtotelem, 362. & ſequentibus.
Materia definitur eſſe primum ſubiectum ex quo aliquid ita fit, vt non per accidens inſit,237.M
Materia rerum corruptibilium nec perit, nec reſoluitur,470.F
Materia prima eſſe probatur ex mutua rerum permutatione,246.F
Materia an reuera ſit in rebus naturalibus diſputatur,244.& ſeq.
Materia quid colligatur eſſe ex dictis Platonis in Timæo,260.P
Materia prima cognoſcitur analogia ad materiam arte factorum,178.P
Materia cur dicatur naturæ fundamentum, Chaos ſiue cõfuſio, ſylua per ſe ignota,ſubiectum,mater, Tenebræ,277.M.F
Materia prima vocatur ab Ariſtotele turpis & malefica,278.F
Materia prima eſt actu,non tamen actus,pag. 276.P
Materia ideo cauſſa eſt quiá pura potentia, 242.F.& 243.P
Materia prima cur dicatur propè nihil, pagina,276.P

Mater

Digitized by Google

Materia non eſt actus informans neque ex informante actu & potentia conſtans, pagina 274.P
Materia non eſt actus per ſe exiſtens, 274.P
Materiæ primæ quidditas cognoſcitur ex ordine ad formam ſubſtantialem in communi, 353.F
Materiæ cœleſtis quidditas cognoſcitur ex ordine ad formam inſeparabilem, 353.F
Materiæ vero inferiorum ex ordine ad formam ſeparabilem, ibid.
Materiæ primæ eſſentiam percipere difficile eſſe, 245.M
Materiæ primæ duplex conſideratio, 245.P
Materiæ primæ cognitio dicitur adulterina quæ fit per analogiam, 278.M
Materiam corrupti quomodo dicat Ariſtoteles materiam eſſe geniti, 340.F
Materiam primam dari, etſi non percipiatur ſenſu, tamen id tam facile concluditur, vt merito ab omnibus Philoſophis ſupponatur, 339.F
Materiam ſecundam non eſſe cum punctis in linea comparandam & quare, 340.F
Materiam & formam neceſſariò eſſe perpetuas, 460.M
Materiam ſolam cur cauſſam dixerunt veteres, 165.M
Materiam qui medium inter elementa conſtituerunt, 249.F.& 250.P
Materiam eſſe puram potentiam oſtendi nequit niſi prius conſtiterit ſit-ne in rerum natura ſubſtantialis forma quæ verè informet, 260.F
Materiam qui optimè inter aliquos ſubodorati ſunt, 250.M.F
Materiam eſſe vnum quid omnibus transmutationibus ſubiectum aſſeruit Plato: Deinde eam non eſſe corpus aliquod vnum ſenſibile ex quatuor vulgatis elementis. Tertio non habere ex ſeſe formam vllam quæ impedimento eſſe poſſit formis introducendis, 259.M
Materiam à Metaphyſico tractandam eſſe probatur, 233.F
Materiam eſſe puram potentiam probatur ex ſententia Ariſtotelis, 275.F.277.P
Materiam eſſe puram potentiam, neque tamen eſſe nihil, 276.F.& 277.P
Materiam cur adulterina quadam ratione vix opinabilem dicat Timæus apud Platonem, 278.F
Materiam primam dari oſtenditur ex motu, pag. 245.M
de Materia & forma naturali cōmunem opinionem eſſe Ariſtoteli cum Platone, 204.P

MATERIALIS.

Materialis conſequentia. *Vide Conſequentia materialis.*
Materialia principia infinita qui poſuerunt, pag. 254 M.
Materialia quomodo ſint intelligibilia, 143. F
Materialium cauſſarum locus, lib.7.c.19.& 36.

MATHEMATICI.

Mathematici maximè vtuntur locis definitionis, lib.7 cap.5.
Mathematici agunt de quantitate infinita, pag. 637.M
Mathematici non magnopere Dialectica indigent, quare, 414.P
Mathematici prius cognouerunt ex effectu ſolem reuerti ex Tropicis, diametrúmque quadrati non eſſe commenſurabilem lateri, quàm earum rerum cauſſas inuenirent, pag.77. P
Mathematici qui ſe de accurata demonſtrandi ratione iactant reprehenduntur, 95.M
Mathematici ſeruant ordinem compoſitionis & diuiſionis, lib.7.cap.40.

MATHEMATICA.

Mathematicæ exercent & diſponunt intellectum ad res naturales, 426.M
Mathematica quomodo accurato doctrinæ ordine dici poſſunt priores Phyſica, 425.M
Mathematicæ ſcientiæ à Sophiſtis exploſæ quod parum pecunioſum hominem faciant, 437. F
Mathematicæ ſcientiæ nihil demonſtrant per cauſſam finalem, 437.M
Mathematicæ à ſacerdotibus Ægyptiis inuentæ ſunt, 41.P
Mathematicæ quem cum prima Philoſophia ordinem ſortiuntur, 423.P.& F
Mathematicæ ſcientiæ ſunt priores Metaphyſica ordine inuentionis, 422.F
Mathematicæ diſciplinæ quomodo certiores quàm Metaphyſica, 25.M
Mathematicæ ſimplic[illegible] & abſolutè priores ſunt doctrinæ ordine [illegible]tural. Philoſophia, pag. 426.P
Mathematica non poſſe ſeparata cohærere, 449.F. & 450. P
Mathematica entia non eſſe diuerſa à ſenſibilibus quantitatibus, 449. P
Mathematica entia non dari ſeparata à rebus, pag. 446.F
Mathematica entia & ſenſibilia quo pac[illegible] differant, 483.M
Mathematica non abſtrahere a[illegible]ente, 63. P
Mathematicarum rerum abſtractio ab entitate non ideo fit, quia id poſcat earum natura, ſed quia imperfectâ à Mathematicis conſiderantur, 426.P
Mathematicas ſcientias & antiquiores eſſe & in demonſtrando feliciores, 647.F
in Mathematicis ſcientiis nec dari cauſam efficientem nec finalem, 436.F

Digitized by Google

MAXIMA.

Maxima. *Vide Locus maxima.*
Maximæ cur ſic dictæ, lib.7.cap.10.
Maximæ differentiæ. *Vide Locus differentia maximè.*
Mediata contraria. *Vide Contraria mediata.*

MEDICI, MEDIVM.

Medici quidam ponunt in animantibus virtutem regitiuam, 270.M
Medium quî cum extrema coniungendum, li 6.cap.10.
Medium Syllogiſmi quid, lib.6. cap.10.
Medium in altera ſaltem præmiſſarum complere diſtribuendum,lib.6.cap.10.
Medium omne inter contraria modo aliquo vtrique extremo repugnat, & cum vtroque modo aliquo conuenit, lib.1. cap.22.
Medium. *Vide Argumentum quid.*
Medium nõ ſemper id dicitur quod inter duo extrema continetur, ſed interdum etiam quicquid inter duo collocatum ſit, 339.P
Medij inueniendi documenta, lib.6. cap.38.

MEMORIA, MENDAX.

Memoria cur data brutis animantibus,31.F
Mendacem memorem eſſe oportet, li.7.c.43

MENS.

Mens & amor mundi integra cauſſa efficiens, 173. F
Mens cur vnitas à Pythagora dicta, 180. F. & 181. P
Mente an omnia negare poſſimus, 611. F

MENSVRA.

Menſuræ varia genera, 617. P
M[illegible] propriæ ac primæ rerũ quæ, 618. M
menſurati nomen [illegible] eſſe vſurpandum in diuinis, 917. F

MENTALES, MERITORIÆ.

Mentales differendi formas non eſſe entia rationis, 370. F
Memoriæ cauſſæ ad efficientes reuocantur, lib.7. cap.21.

META.

Me[illegible] Solœciſmi, lib.8. cap.3.
M[illegible]a Redargutionis, lib.8. cap.3.
[illegible]eta Paradoxi, ſeu inopinabilis, ibid.
Meta Redargutionis tredecim locos habet captioſorum argumentorum, ſex in verbis, ſeptem in rebus, lib.8. cap 4.
Meta Falſi, lib.8. cap.3.
Meta Nugationis, lib.8. cap.3.
ad Metam Nugationis quo pacto ducant Sophiſtæ, lib.8.cap.17.
ad Metam Solœciſmi quo pacto ducãt Sophiſtæ, lib.8. cap.17.
ad Metam Falſi quomodo ducant Sophiſtæ, ibid.
ad Metam Inopinabilis, quo pacto ducant Sophiſtæ, ibid.
Metæ Sophiſtarum quinque redargutionis, falſi, paradoxi, negationis, & Solœciſmi, li. 8. cap.3.

METAPHORA.

Metaphora omnium troporum frequentiſſimus & pulcherrimus, lib.7.cap.37.
Metaphora ex loco ſimilium deſumitur, lib 7. cap. 37.

METAPHYSICA.

Metaphyſica ordine doctrinę eſt vltima ſcientia, 119. P. & quare, 120.F
Metaphyſica diuiſio. *Vide Diuiſio Metaphyſ.*
Metaphyſica à quo hanc inſcriptionem μετὰ τὰ φυσικὰ acceperit, 27.M
Metaphyſica cur diſtincta nõ fuerit antequam eſſe ſubiectum traderetur, 498 F
Metaphyſica & de genere & ſpecie agere debet, 527. F
Metaphyſica quomodo differat à Dialectica modo facultatis, 524.M
Metaphyſica dignatione quadam Philoſophia dicitur, & quare, 518.M
Metaphyſica cur cæterarum ſcientiarum Iudex, 109. M
Metaphyſica ſubiectum ſibi conſtituit, 110.F
Metaphyſica alia eſt quæ in hac vita haberi poteſt, alia verò eſt abſolutè ſumpta,108.P
Metaphyſica quomodo aliis ſcientiis dicatur prior doctrinæ ordine & quomodo non, 424. M
Metaphyſica etſi à nobis in hac vita longè minus certam & accuratum demonſtrandi modum, quàm diſciplinæ Mathematicæ, abſolutè tamen & per ſe conſiderata certitudine, Mathematicas ſcientias ſuperat, 25. M
Metaphyſica quibus nominibus appelletur à Philoſophis, 27. M
Metaphyſica cur inutilis videri poſſit,rationes tres vero ſimiles, 25.F.& 26.P.quæ refutantur, 27.P
Metaphyſica tollitur ſublatis rebus materiæ expertibus, 24.M
Metaphyſica cur de communibus rerum omnium attributis agat,234.P
Metaphyſica cur dicatur Theologia, 101.F
Metaphyſica quo pacto cæteris ſcientiis præcipiat, 98.P
Metaphyſicæ finis eſt naturalis contemplatio eorum omnium quæ in ſuo conceptu materiam non includunt, 500.F

Metaphy

Digitized by Google

Metaphyſicæ ſubiectum cur non ſit ſubſtantia, vt Phyſicæ, 501.F
Metaphyſicæ ſubiectum de quo vniuerſe demonſtrantur affectiones per veras cauſſas & principia ſubiecti dici poteſt ens finitum, 495.M
Metaphyſicæ ſubiectum commune ratione cuius cætera cadunt ſub adæquatum ſubiectum dicendum eſt ſubſtantia in commune, 495.M
Metaphyſicæ plures an ſint admittendæ diſputatur, 498.F.& 499.
Metaphyſicæ ſubiectum commune purè Metaphyſicam dici poteſt ſubſtantia ſeparata, 495.P
Metaphyſicæ ſubiectum præſtantiſſimum eſt Deus, 495.P
Metaphyſicæ ſubiecti quæ ſit ratio formalis, 107 F
Metaphyſicæ ſubiectum quàm late pateat, 111.M
Metaphyſicæ cognitio vt communis artifex eſt quàm latè pateat, 108 M
Metaphyſicæ ſeu primæ philoſophiæ tractandæ modus, 564.M
Metaphyſicæ vtilitas, 26.P.M
Metaphyſicæ ſubiectum eſt Ens, 25.P
Metaphyſicæ nobilitas. 25.P.M
Metaphyſicæ explicatio cur Philoſopho neceſſaria, duplex cauſſa traditur, 24.M
Metaphyſicæ ſtudioſis plerique Ariſtotelis ætate duabus potiſsimum de cauſsis inuidiam conflabant, 28.M
Metaphyſicæ vtilitas, 101.F.& 164.& 165.P
Metaphyſicæ inquiſitionis terminus quis, 101.F
Metaphyſicæ ſeu primæ philoſophiæ dignitas 98.P
Metaphyſicæ ſubiectum adæquatum eſt Ens quatenus Ens, 495.F
Metaphyſicam eſſe neceſſariam ad quamlibet ſcientiam perfectè comparandam tamen ſine ea perfectè comparari in ſuo genere, 423.M
Metaphyſicam ſemper habere ſubiectum circa quod verſari poſsit, 110.F
Metaphyſicam eſſe priorē Phyſica & Mathematica, ordine exquiſitæ doctrinæ, 423.M
Metaphyſicam non eſſe practicam ſed Theoricam, 98.F
Metaphyſicam non ſubalternare ſibi propriè cæteras ſcientias, 424.F
Metaphyſicam vltimo loco fuiſſe inuentam, 106.M
Metaphyſicam eſſe ſcientiam maximè contemplatiuam probatur, 286.F

METAPHYSICVS.

Metaphyſicus vt talis res omnes materiæ expertes diſtinctè cognoſcit ſecundum omnes conceptus tam generales quam ſpeciales, 107.M
Metaphyſicus omnia ratione aliqua intelligit, 104.P
Metaphyſicus de quibus differat, 105.F
Metaphyſicus omnes cauſſas excepta materia accipit, lib.7.c.5
Metaphyſicus vt communis artifex debet cognoſcere puram potentiam, ſeu materiam ipſam, 109.F
Metaphyſicus cur cæteris ſcientiis ſubiecta diſtribuat, 108.F
Metaphyſicus ſolus cur cæteris artificibus præſit, 108.M
Metaphyſicus in quo diſtinguatur à Dialectico, 112.F.& 113.P
Metaphyſicus qua ratione agat de omni ſubſtantia, 649.P
Metaphyſicus tractat res plurimas minimæ entitatis, 297.M
Metaphyſicus de quibus agat, 424.P
Metaphyſicus de duobus generibus rerum agit, 422.F
Metaphyſicus & Dialecticus quomodo de rebus omnibus differant, 108.M
Metaphyſicus omnium rerum principia diſtinctè cognoſcit, 107 P
Metaphyſicum non aliter agere de naturis rerum niſi ſub conceptibus generalibus, 111.P

METHODVS.

Methodus, *Vide, Ordo.*
Methodus in ſcribendo quæ ſeruanda, lib. 2. cap.4.
Methodus tractandi quæ præcipua, & Doctoribus Scholaſticis probatiſsima, lib.7 c. 41.
Methodus cognoſcendi apud Platonem duplex, lib.5.cap.8.
Methodus in argumentis diſponendis ſeruanda, lib.2.c.4.

MINOR, MINVS.

Minor propoſit o quid, lib.6.cap.10.
Minus extremum quid, lib.6.cap.10.& 12.
Minus vniuerſalia facilius abſtrahi, 120.M
Minorum locus, lib.7.cap.29.

MOBILE, MOBILITAS

Mobile nihil eſt aliud quam Ens naturale ſiue conſtans naturis, 425 F & 426.P
Mobilitas duplex, 111.F

MODALIS.

Modalis Syllogiſmi materia duplex propinqua & remota, lib.6 cap.29.
Modalis Enunciatio quid, lib.3.cap.& 9.
Modalis quadruplex ex neceſſario, ex contingenti, ex poſsibili, ex impoſsibili, lib.3. c.9.
Modalis conſtans modo aduerbiali minus vſitata, lib.3.cap.9

Digitized by Google

Modalis omnis aut neceſſaria aut impoſsibili, lib.1.cap.10.
Modales contrariæ, ſubcontrariæ, contradicentes,& ſubalternæ quæ, lib.3. cap.11.
Modalium æquipollentia, lib.3.cap.12.
Modalium conuerſio, lib.3.c.13.
Modalium enuntiationum duæ formulæ lib. 3.cap.9.
Modalium duplex materia lib.3.cap.10.
Modaliũ duplex qualitas eſſentialis, lib.3.c.10.
Modalium quantitas duplex, lib.3.c.10.
Modalium contingentium natura varia & anomala, lib.3.c.14.
Modalium oppoſitarum duo genera, l.3.c.11.
Modalium oppoſitarum cõditiones, lib.3.c.11.
Modalium Syllogiſmorum forma, ex figura & modo conſtat, lib.6.cap.19.
Modalium Syllog.figura triplex ibid.
Modalium Syllog.ſtructura.ibid.
in Modalibus ſenſus compoſitus ac diuiſus duplex, lib.8.cap.6.

MODVS.

Modus cognoſcendi quid Platoni. duplex, diuiſio & collectio, lib.5 cap.7.
Modus enuntiationum duplex, lib.3.cap.9.
Modus Syllogiſticus, lib.6.cap.11.
Modum ſciendi non eſſe obiectum Dialecticæ, 382.F.& ſeq.
Modum differendi habere vnitatem ordinis, 385.F
Modum ſciendi ſiue differendi latè ſumptum eſſe ſubiectum Dialecticæ, 384 M.F
Modum ſciendi antè alia quærendũ eſſe, 361.P
modi in Modalibus duplex officium, l.3.c.10.
Modi differendi generales tres, diuiſio, definitio,& argumentatio, lib.1.cap.4.
Modi differendi ſunt quaſi inſtrumenta cognitionis, ibid.
Modi differendi ſunt orationes, lib. 1.cap.6.
Modi generales concludendi duo, directus & indirectus, lib.6.c.12.

MORALIS.

Moralis Philoſophus potiſsimum vtitur fine, lib.7 cap.5.
Morales quæſtiones lib.7.cap.8.

MOTRICES SVBSTANTIÆ.

Motrices orbium cœleſtium ſubſtantiæ quomodo infinitos ſuorum orbium motus cognouerint ex doctrina Ariſtotelis, 345.P

MOTVS.

Motus quo modo ad Phyſicum & quo ad Metaphyſicum ſpectet, 422.P.M
Motus non orbis qua ratione cognitus, 77. F
Motus eſt actus mobilis à mouente, 438.F
Motus intrinſecus rei, eſt is qui conuenit rei non per aliam realitatem ſiue entitatem, 580.P
Motum & tempus cognitione confuſa facillimè, diſtinctà verò difficile cognoſci, 293.F
Primum Mouens vocat Ariſtoteles vnum ipſum,& quare, 203.F

MVLTITVDO, MVNDVS,&c.

Multitudo poſitiuè, an negatiuè ſumatur, 589.P
Mundum eſſe animal omnes penè veteres arbitrati ſunt, 166.M
Muſcæ flabello repulſæ non ideo identidem ſe ingerunt, quia careant memoria, ſed quia ſtolidæ ſunt, 34.P
Mutabilitas omnium rerum non rectè ex fluxu quarundam rerum colligitur, 684.M

MVTATIO.

Mutatio eſt rerum ſingularium non vniuerſalium, lib.c.8.
Mutationes quæ tendunt in deterius cur non dicantur generationes, 340.M

N

NATVRA.

Natura in rebus efficiendis à minus perfectis ad perfectiora cõtendit, l.7.c.39
Natura vi cauſſarum gignit effecta, lib.7.c.39.
Natura prius dici duobus modis, 132.M
Natura humana in verbo non eſt ſuppoſitum, 79.M
Natura neque omittit neceſſaria neque addit ſuperuacanea, 261.M
Natura diuina ſola ex ſe exiſtit, 581.M
Naturæ nomine quid ſignificet Ariſtoteles, c. 1.lib.2.Metaph.283.F
Naturæ ſimplices quo pacto diſtinctè cognoſci poſsint, 115.P
Naturæ ordo duplex generationis & perfectionis, 1.lib.7.cap.39.
Naturæ vniuerſales nõ poſſunt ſeparari à ſingularibus, 458.F
Naturæ ordo, *Vide Ordo.*
Naturam abhorrere ſuperuacanea, 143.F
præter Naturam aliquid dicitur dupliciter, pag.57.M

NATVRALIS.

Naturalis Philoſophus, *Vide Phyſicus.*
Naturalis impotentia, *Vide Impotentia naturalis.*
Naturalis potentia, *Vide Potentia naturalis.*
Naturalis Philoſophia & Mathematicæ diſciplinæ, an ordine antecedunt Metaphyſicã, 416.F
Naturalis temperies in mixtis non poſſe niſi à formis

Digitized by Google

formis ſubſtantialibus conſeruari,266.M
Naturales quæſtiones,lib.7.cap.8.
Naturales res plurimæ in quibus maior eſt qualitatum inæqualitas cur diutius conſeruantur,266.F
Naturalia definiuntur vel per materiam, vel per formam,vel per vtramque,457.M
Naturalia in quibus actionibus ad agendum accidentibus indigent,269.F
Naturalia non conſtant ex materia & accidentibus,264.M
Naturalium rerum diſtinctionem eſſentialē cognoſci à poſteriori per accidētia,& omnes proprias earum actiones per eadē tanquam per inſtrumenta exerceri,272.F
Naturaliter ſub genere ſummo diſpoſita quæ dicantur,lib.2.c.8.

NECESSARIA.

Neceſſaria ſequentia.*Vide ſequentia neceſſaria.*
Neceſſaria Enuntiatio quid,lib.3.cap.5.& 7.
Neceſſarium quid,lib.3.c.9.& 10.& lib.6.c.5.
Neceſſariò prædicari quid,lib.2.c. 2.

NECTAR.

Nectaris & ambroſiæ nomine quid veteres Poëtæ intellexerint,465.F.& ſeq.

NEGATIO.

Negatio quæ indiuiſionibus vitioſa ibid.
Negatio quæ nomina diſtribuat, lib.8.cap.32.
Negatio ſpecialis aliquid negat,negatio verò in communi nihil,lib.1.cap.30.
Negatio.*Vide Enuntiatio negans.*
Negatio infinitans,lib.8.c.19.
Negatio negans,lib.8.c.32.
Negationis & priuationis diſcrimen, l.3. c.17.
Negationis meta.*Vide Meta negationis.*
Negationem habere propriam formalitatem ex ſententia Scoti,693.P
Negatione ſemper diſtribuitur prædicatum Enuntiationis negatiuæ,lib.6.cap.10.
Negatione tribus de cauſſis vtendum in diuiſionibus, lib.4.cap.12.
Negationes dicuntur entia infimo entitatis gradu, 511.F
Negationes quæ aliquod Ens quaſi ſubiectum ſit vendicant non ſunt pure nihil,602.F
Negationes propoſitæ enuntiationibus quid ſignificent, 670.F

NEGATIVVM.

Negatiuum nomen duplex,lib.1. cap.29.
Negatiuum nomen quid, ibid.

NIHIL.

Nihil ex non ente fieri quomodo ſit concedendum, 678.P
Nihil fit ex nihilo naturaliter, 245.F

NOMEN.

Nomen æquiuocum. *Vide Æquiuocum.*
Nomen infinitum non eſt Nomen, lib.1. cap. 12. & 15.
Nomen quid, lib.1.cap.12.
Nomen ſæpe idem eſt quod categorema, lib. 1. cap. 18.
Nomen quo pacto ſit rationis ſignum, 694.F
Nomen nullum eſt quod ſuapte natura id ſignificat ad quod ſignificandum imponitur, 307. P
Nomen quod ſimpliciter vnum eſt,ſignificare quoque vnum diſtinctum,662.M
Nominis definitio. *Vide Definitio quid.*
Nominis quidditas eſt ipſa eius ſignificatio, lib.2. cap.5.
Nominis affectiones, Suppoſitio, Status, Ampliatio,Diſtractio,Reſtrictio,Appellat.ibid.
Nominis ſignificatio eſt rei ſignificatæ mediante conceptu repræſentatio,307.F
Nominis ſignificatio differt à ſignificatione conceptus, vt ſignificatio ex impoſitione à ſignificatione naturali, 307.M
Nomina & verba triplicia mentis vocis & ſcripturæ, lib.1.cap. 7.
Tria hæc ad Dialecticam pertinent,ibid.
Nomina communia quomodo dicantur nobis nota,531.F
Nomina vice rerum habentur,lib.2.cap.9.
Nomina adiectiua adiectiuè ſumpta non ſunt nomina,lib.1.cap.12.
Nomina diuina eſſe impoſita ad ſignificãdam ipſam diuinam eſſentiam purè, ſed tamen his auditis nunquam eam à nobis ſynceiè concipi,306.M
Nomina ſunt rebus impoſita vt homines ſuos conceptus ſibi mutuò aperirent,307.M
Nomina concreta in corruptibilibus & in diuinis differunt,574.M
Nomina ad quæ ſignificãda imponãtur, 663.P
de Nominum affectionibus vt ſuppoſitione, ſtatu,&c.quouſque Dialectico legēdum ſit, lib.1.cap.9.
Nominum ac verborum nuncupationes,lib.1. cap.17.& lib.6.cap.9.
Nominum caſus nō ſunt nomina,l.1.c.12.& 15.
Nominum vſum Iuniores Suppoſitiones terminorum appellant,lib.2.cap.17.
Nominum complexio vel incōplexio ex conceptu pendet,307.F
Nominalium ſententia de vniuerſali,lib.5.c.8.

NOTATIO.

Notationis locus.Ibid.
Notationis vſus in argumentando,ibid.
ex Notatione nominum ſingularium propriorum-ve quando firma vel infirma ducantur argumenta,lib.7.cap.15.

NOTIVS.

Notius nihil eſt ſeipſo,lib.5.cap.9.
Notius natura dici duobus modis,132.M

NVMERVS.

Numerus quo pacto ſumatur ab Ariſtotele, 685.M

Numerus abſtractus à rebus nihil aliud eſt quam ipſæ vnitates quarum quælibet eſt id id quod vel maximè vnumquid eſt, 472.M
Numerum eſſe ſubſtantiam enixe contendebat Plato, 473.
Numerorum duo genera conſtituit Plato, alterum ſeparatum à rebus naturalibus, alterum in rebus naturalibus, 258.M
Numeros rerum materiam poſuit Pythagoras, 182.P
Numero differre quid, lib.2.cap.4.

O

OBIECTVM.

OBIECTVM potentiæ quomodo dicatur quidditatiuè de iis quæ à potentia attinguuntur, 570.F
Obiectum adæquatum intellectus duplex extenſiuè & intenſiuè, 316 M
Obiecti rationem magis participans, magis cadere ſub potentia quomodo intelligendum, 317.P
ex Obliquis ſyllogiſmus. *Vide Syllogiſmus ex Obliquis.*

OCEANVS.

Oceanum & Tetym quomodo rerum omniũ parentes conſtituerunt Orpheus Muſæus & alij eius ætatis Poëtæ, 248.P
Omnia non eſſe vnum contra Empedoclem, 672.P
τὸ Ὂν & ὁ ὢν duobus modis ſumi, 515.F
Opiniones contrariæ quæ dicantur, 651 P

OPPOSITA.

Oppoſita & nõ oppoſita nomina quæ, l.1.c.31
Oppoſita quadruplicia, lib.7.cap.32.
Oppoſita quî tractãda, lib.7.cap.49.
Oppoſita ab eadem facultate cognoſcuntur, 5.9.M
Oppoſitorum locus, lib.7.cap.32. & 36.
loci Oppoſitorum vſus generalis, lib.7.cap.32.
Oppoſitorum vſus ſpecialis, lib.7.cap.13.
ex Oppoſitis ratiocinari quid, lib.6.cap.31.

OPPOSITIO.

Oppoſitio abſolutarum enuntiationum quid. lib.3.cap.6.
Oppoſitio abſolutarum enuntiationum quadruplex contraria, ſubcont. contradicentes & ſubalt ibidem.
Opus duplex eſt quod. ſcientia practica vt finem intuetur, 597.P

ORATIO.

Oratio quid, lib.3.cap.1.
Oratio duobus modis ex dictionibus componitur explicitè & implicitè, lib.1.cap.1.
Oratio ex cognitis incognitum aperiens, lib. 3.cap.2. & 3.
Oratio duplex, perfecta, & imperfecta, libro 3. cap.2.
Oratio imperfecta duplex, lib.3.cap.2.
Oratio perfecta multiplex, ibid.
Oratio vocalis: *Vide Vocalis oratio.*
Orationis totius ſignificatio conſtat ex ſignificationib. partium ſcilicet dictionum, lib.3. cap.1.
Orationis partes nomen & verbum, libro 1. cap.16.
Orationis ſupplementa, & colligationes ibid.
Orationum perfectarum ſolam enunciatiuam tractat Dialecticus, lib.3.cap.2.
Orationes minores quæ, lib.1.cap.15.
Orationes multæ inopia vocabulorum pro nominibus vſurpantur, lib.1.cap.15.

ORDO.

Ordo perfectionis aliquis datur inter omnes rerum ſpecies quibus aliqua perfectio ineſt, lib.7.cap.4.
Ordo perfectionis præcipuè duplex, & reſolutionis & collationis, lib.7. cap.39.
Ordo reſolutionis, ibid.
Ordo refutationis. *Vide Refutationis ordo.*
Ordo temporis, lib.7. cap.39.
Ordo in diſciplinis duplex, 131.P
Ordo doctrinæ quis ſeruandus in partib. Philoſophiæ, 426.F
Ordo accuratæ diſciplinæ conſentaneus eſt ordini naturæ, 425. M
Ordo doctrinæ quis ſit inter Phyſicam & Mathematicas ſcientias, 425.M
Ordo doctrinæ quis dicatur, & quotuplex, pag. 424.
Ordo argumentorum, aut in docendo cernitur, aut in diſputando, lib.7.cap.40.
Ordo argumentorum duplex, naturæ & doctrinæ, lib.1. cap.9.
Ordo argumentorum quid, ibid.
Ordo collationis, ibid.
Ordo compoſitionis, ibid.
Ordo confirmationis. *Vide Confirmationis ordo.*
Ordo dignitatis contrarium habet ordinem, generationis nomine carentem, ibid.
Ordo dignitatis ſeruandus in tractandis oppoſitis & diſparatis, lib.7.cap.30.
Ordo dignitatis ſub ordine perfectionis continetur, lib.7.cap.39.
Ordo diuiſionis, ibid.
Ordo doctrinæ, lib.1.cap.6. & 7. & 39.
Ordo generationis, lib.7.cap.39.
Ordo generationis præcipuè duplex compoſitionis & diuiſionis, lib.7. cap.30. & 40.

Ordo.

Digitized by Google

INDEX.

Ordo naturæ duplex generationis & perfe-ctionis,lib.7.cap.39.
Ordo naturæ quis,lib.1.cap.6.
Ordinis neceſſitas in argumentis,lib.7.cap.39.

ORIGENES.

Origenes Arianorum fons à D.Thoma voca-tus,22.F

ORPHEVS.

Orpheus Muſæus & Linus floruerunt tempo-re Hebræorum Iudicum idque ante Sam-ſonem,166.F
Orpheus & cæteri Theologi antiqui an aquam poſuerint principium non ſatis con-ſtat,167.P
Orpheus Muſæus & Linus cur Theologi di-cti,165.F

OSTENSIVVS SYLLOGISMVS.

Oſtenſiuus Syllogiſmus. *Vide Syllogiſmus oſten-ſiuus.*
Oſtenſiua Syllogiſmorum probatio,ſeu redu-ctio,lib.6.cap.25.
Oſtenſiuæ reductionis artificium, lib.6.ca.26.

P

PAR, PARADOXVM.

PARIVM locus,lib.7.cap.30.& 36.
Paradoxum.*Vide Meta paradoxi.*
Paradoxa quæ,lib.7.cap.6.

PARMENIDES.

Parmenides quomodo poſuerit amorem pri-mam cauſſam efficientem,172.F
Parmenides & Meliſſus qua in re diſſentiant, pag.252.P
Parmenides quo tempore floruit,170.M
Parmenides Meliſſum erudiuit,ibid.
Parmenides non omnino ſuſtulit cauſſam ef-ficientem,ibidem.
Parmenides videtur tetigiſſe conditionẽ for-mæ,184.F
Parmenides non poſuit mentem ſuperiorem ſenſibus,680.F
Parmenides quomodo rectius quam cæteri veteres de primo principio, philoſophatus eſt,153.M
Paronyma.*Vide Denominatiua.*

PARS.

Partes eſſentiales Phyſicæ, materia & forma, lib.4.cap.4.
Partes integrãtes duplices,homogeneæ & he-terogeneæ,lib.4.cap.3.
Partes rationis quæ,lib.4.cap.5.
Partium locus,lib.7.cap.7.
in Partiũ loco tres cautiones neceſſariæ,ibid.
loci Partium vſus,ibid.

PARTICIPATIO, PARTICVLARIS.

Participatio inæqualis quadruplex,555.M
Particularis enuntiatio. *Vide Enuntiatio particu-laris.*
Particularis propoſitio disiunctiuum ſenſum habere debet,lib.6.cap.28.
Particularia ſigna duplicia. *Vide Signa particu-laria.*

PARTITIO.

Partitio duplex,lib.4.cap.3.
Partitio quid,lib.4.cap.3.

PASSIO.

Paſſio quid,lib 2.cap.14.
Paſſio & actio ſunt vna res,lib.2.cap.14.
Paſſio qualitatis quid,lib.2.cap.12.
ad Paſſionem veram quæ requirantur,585.F
Paſſiones cõmunes entibus realibus & ratio-nis,532.P
Paſſiones duplices animi & corporis,l.2.c.44.
Paſſionis duæ affectiones,ibid.
Paſſiones entis tantum iis conueniunt quæ ſunt quidditatiuè Entia,568.M
Paſſiones entis quoad formale abſtractũ vel eſſe negationes quæ ſunt non entia,vel re-lationes rationis:Si autem concretè ſuman-tur nec poſſe dici non entia,nec verò entia rationis, quia ſubiectum pro quo accipiun-tur ſit ens reale,570.F
Paſſionum ſeu proprietatum entis du[illegible] ge-nus,57 M
Paſſionum entis duo genera,586.P. & de qui-bus agat Ariſtot.lib.4. Metaphyſices cap.11. ibidem.

PATER.

Pater eſt principiũ Filij,ſed filius non eſt prin-cipiatus,717.F
Pater cur filij cauſſa in diuinis non ſit,nec pa-ter & filius ſpiritus ſancti,235.F
Patres Eccleſiæ cur omnes Ideas in mente di-uina poſuerint,624.F
Patibilis qualitas quid,lib.2.cap.12.

PERFECTIO.

Perfectio naturalis eſt forma ſiue actus perfi-ciens, ſecundum naturam ſubiecti, pagina 637.F
Perfectio transcendens & bonitas quomodo

Digitized by Google

ſit in vna perſona quæ non ſit in alia, pag. 641.M
Perfectio triplex, moralis, naturalis, & tranſcẽdens, 637.F
Perfectio moralis eſt forma ſiue actus perficiens ſecundum rectam agendi rationem. pag. 637.F
Perfectio tranſcendens eſt negatio defectus cuiuſque rei in ſuo genere, 638.P
Perfectionis ordo. *Vide Ordo perfectionis.*
Perfectionem res ſortiuntur à Deo, limitationem à ſe, 191.F
Perfectiones morales & naturales Dei non actuant diuinam eſſentiam, ſed habent ſe noſtro intelligendi modo more actuãtium, 638.P

PERFECTVS.

Perfectus Syllogiſmus. *Vide Syllogiſmus perfectus.*
Perfecta oratio, *Vide Oratio.*
Perfectiora pluribus materiis ſecundis indigent, imperfectiora paucioribus, pagina 340.P

PERIPATETICA.

Peripatetica doctrina non in iis tantum artibus, quæ in rebus verſantur principatum obtinet, ſed in diſſerendi etiam dicendíque tradendis facultatibus, pagina 18.P
Peripatetica diſciplina cæteris Philoſophorum ſectas, ſumma auctoritate cortexit à ſola pene doctrina fidei emendata, pagina 18.P
Peripatetici mediam quandam viam inter Stoicos & Academicos ingreſſi, veram & Germanam Philoſophandi rationem inuenerunt, 17.M

PER SE NOTA.

Per ſe nota enuntiatio duobus modis dicitur, lib.7.cap.3.
Per ſe nota propoſitio in Topicis quę, libro 7. cap.10.
Per ſe ſubſiſtere quid, lib.2.cap.10.
Perſonæ diuinæ ſunt eædem in eſſentia diuina ſed non inter ſe, 76.M

PETITIO.

Petitio principij quintuplex, libro octauo, capite 13.
Petitionis principij captio, *Vide Captio petitionis principij.*
in Petitione principij cur concluſio dicatur principium, lib.8.cap.13.

PHANTASIA, PHANTASMA.

Phantaſiæ & phantaſmatum nomine quid intelligatur, 156.F
Phantaſmata cur non concurrant cum intellectu agente ad productionem ſpecierum intelligibilium, pagina 149. & pagina 150.P
Phãtaſmata eſſe diſpoſitiones intellectus paſſibilis, 148.M
Phantaſmata concurrere cum intellectu paſſibili ad productionem conceptuum rerum ſingularium, vt eius formas & vt rationes concipiendi, quaſi ſupplementa noſtrarum ſpecierum intelligibilium, pagina 149.M
Phantaſmata eſſe ſupplementa ſpecierum intelligibilium, 148.F
Phantaſmata quomodo dicantur inſtrumenta intellectus paſſibilis, &c.pag.149.M
Phantaſmata non eodem modo concurrunt cum intellectu paſſibili ad productionem rei ſingularis, quo concurrunt cum intellectu agente ad productionem ſpeciei intelligibilis, 146.F
Phantaſmata quo pacto concurrant ad productionem ſpecierum intelligibilium, pagina 157.P
Phantaſmata quo pacto imprimantur in ſenſum externum, 157.P
Phãtaſmata vaga & determinata differre ſpecie, 157.P
Phantaſmatum cum intellectu paſſibili concurſus ad productionem conceptus duobus modis dicitur neceſſarius vno per ſe, altero per Accidens, pag.147.M
Phantaſmatum concurſus cum intellectu ad productionem conceptus ad quod cauſſæ genus reducatur, 147.P

PHILOSOPHARI.

Philoſophari homines cœperũt ex cognitione effectorum, & ignoratione cauſſæ, pagina 77.P

PHILOSOPHIA.

Philoſophia & ſapientia qui differant, pagina 14.M
Philoſophia priſcorum, vt vocat Ariſtoteles, balbutiẽs expreſſiorem in Socrate formam accepit, 14.F
Philoſophia naturalis cur non ſit ſapientia, pagina 96.M

Philo-

Digitized by Google

Philoſophiæ nomine quænam ſcientiæ ſint digniores, 518.M
Philoſophiæ munus eſt quærere cauſas patentium effectorum, 6.F
Philoſophiæ definitio ex Platone, 14.F. eadem ex Stoicis, ibid.
Philoſophiæ propria & germana ſignificatio, 404.M
Philoſophiæ nomine quid intelligat Ariſtoteles, 286.P
Philoſophiæ variæ definitiones, 404. F. & 405. P
Philoſophiæ etymologia, 14.M
In Philoſophia nō alia veritas quæritur quàm quæ per ſe nota eſt, aut ex per ſe notis deducitur, 6. F

PHILOSOPHVS.

Philoſophus non putat diſtinctè ſe cognoſcere ſpeciem diſtinctione pertinente ad ſuam ſcientiam, niſi ſciat reſoluere definitionem illius vſque ad ſupremum eius genus, pag. 342. M
Philoſophus moralis. *Vide Moralis Philoſophus.*
Philoſophus cur quodammodo fabularum ſtudioſus dicatur, 98.M
Philoſophi, philoſophiæq; ignari quid concipiant auditis nominibus communibus, pag. 127. M
Philoſophi veteres vnde hauſerint opinionem de fluxu rerum, 684. M
Philoſophi diſcrimen ab Oratore, pagina 152. F
Philoſophi finis eſt veri cognitio & boni adeptio, 7.P
Philoſophorum omnium conſenſus definitione cauſſarum eſſentialiter ſubordinatarum, 337.F
Philoſophorum ſectæ ex Ionica familia ortæ, 14.F. & 15.F
Philoſophos hæreticorum Patriarchas vocat Tertullianus, 21.P
Philoſophos in Eccleſia eſſe velut quaſdam Ægyptiacas plagas ſcribit Diuus Gregorius pag. 21. P
Philoſophicus diſcurſus à qua ignoratione incipiat, 102.F

PHRYNIS.

Phrynis Muſicus primus apud Athenienſes cythara ceciniſſe fertur, 286.P

PHYSICA.

Phyſica & Mathematicæ ſcientiæ priores ſunt Metaphyſica ordine inuentionis, pagina 422. F
Phyſica quid, lib. 5. cap. 6.
Phyſica diuiſio. *Vide Diuiſio Phyſica.*
Phyſica multa ſupponit ex Mathematicis, pagina 426. M
Phyſicæ pars quæ tractat de cœlo prima eſt earum omnium quæ in ſpecie agunt de rebus naturalibus, 420.F
Phyſicam eſſe priorem Mathematicis exquiſito doctrinæ ordine, 425.P
Phyſicam antecedere doctrinæ ordine Mathematicam & Metaphyſicam, opinio quorundam: & contra eam quinque argumenta adferuntur, pagina 417. per totam paginam.
Phyſicam & Mathematicam abſolutè ordine doctrinæ priores eſſe Metaphyſica, pagina 423. F

PHYSICVS.

Phyſicus etſi demonſtret ſubſtantias ſeparatas eſſe, tamen ad Phyſicum non ſpectant, pag. 421. F
Phyſicus accipit quæuis cauſſarum genera, libro 7. cap. 5.
Phyſicus percipit ſubſtantiam corpoream non ſolum, vt eſt prior qualitatibus, ſed etiam quantitate, 421.P
Phyſicorum libros ad Metaphyſicam ſpectare quorundam ſententia & pro ea ſex argumenta, 418. per totam pag. quæ diſſoluuntur, 42[illegible]. & 421.
Phyſicus quo pacto explicet cauſſas, pagina 234. M

PHYSIOGNOMICA.

Pgyſiognomica ſigna ad comitantium locum reuocantur, lib. 7. cap. 26.

PLATO.

Plato quomodo ponebat idem principium omnium rerum, 464. F
Plato omiſit examen intuitiuæ cognitionis nimium fidens intellectui. Vnde ſæpius in errorem lapſus, 72.E
Plato ſolum nomina vniuoca vocauit nominibus Idearum, 189.F
Plato quid doceat noſtræ fidei conſentiens, 20. P
Plato cur eſſentias rerum numeros fecit, 475. F. & 476. M
Plato quarum rerum poſuit Ideas, 184.M
Plato non ponit obliuionem primorum principiorum, ergo nec in ſcientias quæ ſunt habitus concluſionum, 66. F

Plato cur etiam à non Philoſophis legatur, 13. P
Plato & Ariſtoteles qua ratione conueniant & diſſentiant in formarum ſubſtantialium aſſertione, 271.M
Plato ex ſacris voluminib. in Ægypto hauſit cognitionem diuinæ legis librorumq; Salomonis & Prophetarum. Verum homo Ethnicus, humano ſenſu omnia intelligens, & fortaſſe corrigere auſus, occaſio fuit complurimis noſtrorum, vt in varios errores inciderent, 22.F
Plato verè cõſtituit formas ſubſtantiales cum doceat formas eſſe quaſdam Idearum participationes, 271.P
Plato hæreticorum condimentarium à Tertulliano vocatus, 22.F
Plato in diuinis plura peccauit quàm Ariſtoteles, 12.M
Plato an progreſſus ſit ad puram materiæ potentiam ſtatuendam incertum eſt, pagina 160. P
Plato exemplarem cauſſam inuenit, 240.F
Plato quid ſenſerit de cauſſa finali, 176. per totam pag.
Plato ſolum finem cauſſam vocandam iudicauit, ibid.
Plato in Timæo cur nec formam informantem, nec finem numerauerit in cauſſis, pag. 244. P
Plato aperte induxit cauſſam materialem & formalem, 194.P
Plato duo numerorum genera poſuit ſenſibile vnum, intelligibile alium, 206.F
Plato in quibus cum Pythagoricis idem ſenſit, 191.F. & in quibus ab eis diſſ[illegible], 192. P. Diſſenſioniſque ratio, ibid
Plato primus Ideas inuexit, 188.P
Pla[illegible] duabus rationibus vtebatur ad ponendas Ideas, 209.P
Plato quid nomine Magni Parui, & Vnitatis intellexerit, 191.P
Plato cur duo ex parte materiæ principia poſuerit, 192.P. & eius opinionis impugnatio, ibid. M
Plato à puero cum Cratylo Heracliti diſcipulo verſatus eſt, 188.M
Plato quid de Dialectica ſenſerit, 96.P
Plato ſtatuit Magnum & Paruum principia Idearum, 191.P
Plato duo genera rerum ſeparatarum à ſingularibus poſuit, 190.F
Platonis argumenta pro reminiſcentiis diſſoluuntur, 69.M.& F
Platonis ſententia de numero modorũ ſciendi, lib.5.cap.7.
Platonis comparatio cum Ariſtotele, pag. 10. 11. & 12.
Platonis fictio neminem acquirere nouam ſcientiam refutatur, 65.M.66.M
Platonis de Ideis opinio excutitur, 208.P
Platonis de Homero iudicium, 8.M
Platonis peregrinatio diſcendi cauſſa, 10.M
Platonis in Academia ſucceſſores, 15.M
Platonis & Ariſtotelis dicta de materia conciliantur, 260.M
Platonis ratio materiam primam eſſe puram potentiam probans explicatur, pag. 276. M
Platonis quædam dicta de materia prima, 259. M
Platonis ſententia de Sapientia, 97.P
Platonis de principio materiali ſententia, 195. F
Platonis rationes ad ponendas Ideas ex ſpecie intelligibili ductæ quid efficiant, pagina 209. F
Platonis rationes quibus Ideas ſtabiliebat reprehenduntur, 208.F.& ſeq.
Platoni defertur eloquentiæ palma quod is in ea re magis ſe exercuerit, Ariſtoteles verò intelligentiæ rerum magis incubuerit, pag. 11. P
Platonem Ariſtoteli cur D. Auguſtinus & Cicero antepoſuerint, 13.M

PLOTINVS.

Plotini nobiliſſimi Platonici præclariſſima ſententia de materia, 274. F

PLVTARCHVS.

Plutarchi iudicium de Chryſippo cum præponit, & poſtponit moralibus Phyſicam, 427. P

POETÆ.

Poëtæ multa mentiuntur, 100.F
Poëtæ quidam dixerunt inuidiam cadere in Deum, 100. M
Poëtarum priſcorum ſententia de rerum ęternitate refellitur, 465. M

POLITICA.

Politica qua ratione etiam contemplatiuis ſcientiis præſit, 97.M

POSITIO.

Poſitio quid, lib.2.cap.15.
Poſitio duplex naturalis & non naturalis, lib. 2. cap. 15.
Poſitiones, lib.7. cap. 3.
Poſitiones quorſum in ſcientiis præmittantur, 75. P

Poſitiuum

Poſitiuum nomen quid,lib.1.cap.29.
Poſteriora meliora,prouerbium,103.P

POTENTIA.

Potentia naturalis quid,lib.2.cap.21.
Potentia pura quænam vocatur apud Philoſophos,273.P.M
Potentia inferior quicquid poteſt, poteſt & ſuperior,& aliquid vltra,138.M
Potentiæ paſſiuæ cognitio,353.F
Potentiæ actiuæ comprehenſio quid requirat,355.F
Potentiæ naturales per duplex additamentum definiuntur,lib.5.cap.6.
Potentiæ apud Latinos ferè non ſunt nomina impoſita,lib.5.cap.13.
Potentiæ pluribus intentæ imperfectius ſingula perficiunt,348.F
Potentiæ paſſiuæ præcipuum ſignificatum eſt pura potentia,109.F
Potentiæ paſſiuæ naturali reſpondere ſemper aliquam potentiam actiuam quomodo intelligendum ſit,59.M.F
Potentiam paſſiuam non dari in homine ad actus ſupernaturales,55. M. & quare negetur,ibid.
Potentiam eſſe actu priorem in iis quæ à potentia ad actum procedunt qua propter & materiam eſſe priorem forma,495.M.F
Potentiarum cur maior vis quàm habituum, 113.P
Potentias quæ ſunt proprietates naturarum communium,non oriri ab illis per aliquam veram actionem,ſed per quandam naturalem conſecutionem, 86.M
Potentias ſuperiores definiendas eſſe per exceſſum,161.F
in Potentiis dari proportionem maioris inæqualitatis,162.P
Poteſtates Syllogyſmorum.*Vide, Syllogiſmorum poteſtates.*
Præcurrentium locus,lib.7.cap.26.

PRÆDICAMENTVM.

Prædicatum quid,lib.2.cap.8.
Prædicamenta decem,lib.2.cap.9.
in Prædicamentis non niſi entia realia ponũtur,lib.2.cap.8.
in Prædicamentis ſolum genera,ſpecies & indiuidua ponuntur.ibid.

PRÆDICARI.

Prædicari contra naturam ſeu indirectè quid, lib.2.cap.1.
Prædicari in vniuerſali comparatione inferiorum idem eſt quod verè affirmari, lib. 1.cap.16.
Prædicari ſecundum naturam, ſiue directè quid,lib.2.cap.1.

PRÆDICATIO.

Prædicatio in quale duplex, eſſentialis, & accidentaria,lib.2.cap.2.
Prædicatio in quale accidentaria duplex, neceſſaria & contingens,ibid.
Prædicatio per accidens quæ,lib.2 cap.1.
Prædicatio vniuerſalium duplex, in quid & quale,lib.2.c.2.
Prædicatio accidentium duplex,667.F
Ad Prædicationem veram quid requiratur, 557.P

PRÆDICATVM.

Prædicatum nullum quidditatiuum ſubſtantiarum abſtractarum, ſub incorporea ſubſtantia à nobis cognoſci in hac vita, probatur duobus argumentis,311.P
Prædicatum vniuocum nullum poſſe eſſentialiter dici de differentiis quibus contrahitur,454.P
Prædicatum quid,libro primo,capite decimo quarto.
Prædicatum hoc cognoſcibile eſſe non difficile conuenit vlli rei eo quod nulla omnino res ſit quæ non ſit per ſe,& ex ſua eſſentia cognoſcibilis,300.P
Prædicato eſſentiali quandocunque adiungitur aliquid accidentarium totum prædicatum ex vtroque coniunctum eſt accidentarium,647.P
Prædicata eſſentialia eſſe apud Ariſtotelem plus quam ratione diſtincta,325.F
Prædicata eſſentialia inferiora eſſe ſubordinata ſuperioribus,342.F
Prædicata quænam ad diuinam quidditatem pertineant,305.M
Prædicata ſubſtantiarum abſtractarum multo melius quam prædicata Dei à nobis in hac vita concipiuntur,310.P
Prædicata ſunt quædam communia Deo & creaturis,310.M
Prædicata Dei ſunt indifferentia ad naturam, finitam & infinitam,310.M
Prædicata eſſentialia etſi nec actu nec potentia diſtinguuntur,realiter, diſtingui tamen formaliter,342.P

PRAXIS.

Praxis quid apud Scotum,397.F
Praxim eſſe actum cuiuſcunque potentiæ aptum dirigi ab intellectu etiamſi ſit operatio,398 F

PRIMA PHILOSOPHIA.

Prima Philoſophia ſola eſt libera & ſui gratia.99.P
Prima Philoſophia cur maximè diuina ſit,pa. 101.F
Prima figura. *Vide Figura prima.*
Primæ Philoſophiæ definitio,404.F
Primæ Philoſophiæ poſſeſſionem nõ eſſe humanam,99.F

PRIMA INTENTIO.

Primæ intentionis nomina quæ,lib.1.c.32.
Primæ intentiones ſunt fundamẽta ſecundarum,ibid.
Primæ intentiones quæ,ibid.

PRINCEPS, PRINCIPATVS.

Principes nõ ſunt maximè liberi niſi propriis affectibus maximè dominentur,46.M
Principales efficientes. *V. Efficientes principales.*

PRINCIPIVM.

Principium eſt Analogum , principiis rerum naturalium & principio temporis , & principio viæ,& quomodo,138.M
Principium quo pacto non latius pateat quã cauſa,514.M
Principiũ & cauſſa inter ſe conferuntur, 238.F
Principium aliquod idem numero neceſſariò dandum eſſe diuerſarum rerum,464.F
Principium internum rei propriè vocatur elementum,199.F
Principium primum negantes cui rationi innitantur,682.F
Principium demonſtrationis non eſſe demõſtrationem,684.F
Principium & cauſſam reciprocari inter ſe quomodo dicat Ariſtoteles,238.F
Principium materiale debet ex ſe expers eſſe ſenſibilis contrarietatis,100.F
Principium illud eſt primum ſimpliciter quod cum ſit neceſſarium,nec oſtenſiuè , nec per deductionem ad impoſſibile poteſt demoſtrari,655.M
Principium primum negãtium inſania, 675. E
Principium primum demonſtrare nitens petit principium.660.F
Principium primum demõſtrari poſſe ad hominem,660.P
Principium primum demonſtrari poſſe aſſerentes refutantur,659.F.& ſeq.
Principium primum quo pacto omnes concluſiones , & principia à priori confirment, 655.M.
Principium illud eſt firmiſſimũ ad quod omnes qui demonſtrant reuocant ſuas demõſtrationes,651.F
Principium firmiſsimum ſimpliciter quodnã dicatur,650.P.M
Principij primi veritatem nõ poſſe per aliam magis perſpicuam demonſtrari, 657.P
Principij petitio. *Vide, Petitio principij.*
Principij primi ſimplicitas in quo ſita ſit,pag. 656.M
Principij primi ſimpliciter duæ conditiones, pag.198.F
Principij ſimpliciter primi excellentia,654.F
Principij primi demonſtrationem ad hominẽ non eſſe veram demonſtrationem,660.F
de Principio primo variæ Philoſophorũ ſententiæ,652 M.F
Principia maximè vniuerſalia cur dicantur omnium notiſsima,133.M
Principia externa omnium rerum eſſe eadem tam corruptibilium quam incorruptibiliũ. Interna verò non eſſe eadem niſi ſecundũ Analogiam,479.M
Principia formalia interna diuerſarum numero rerum non poſſe eſſe eadem numero, 464.F
Principia interna non ſunt eadem numero cõparatione diuerſorum , ſed eadẽ ſpecie, genere,aut analogia, iuxta identitatem eorum quæ illis conſtant , externa tamen eſſe eadem numero,464.F
Principia eſſe vtraque tam partes quæ primo componunt reali compoſitione,quam prędicata eſſentialia quæ ſola ratione ſiue ex natura rei conſtituunt,457.P
Principia eadem ſunt definitionum & rerum quæ definiuntur,451. M
Principia ſunt ſeparata ab iis quorum ſunt principia,456.P.
Principia communia etſi à Metaphyſico non demonſtrantur ab eo tamen defenduntur, 443.P
Principia omnibus ſcientiis communia propria ſunt Metaphyſici,649.M
Principia communia demonſtrationis explicare,non magis pertinet ad vnam ſcientiã quam ad aliam,441.F
Principia demonſtrationis. *Vide demonſtrationis principia.*
Principia per ſe nota duplicia , communia & propria,lib.7.c.3.
Principia per ſe nota quæ,ibid.
Principia regulatiua primæ figuræ , libro ſexto,cap.21.
Principia quomodo ingrediantur omnem demonſtrationem,183.F
Principia communiſſima facilè cognoſci ex iis verò deductas concluſiones difficilè,pa. 284. P
Principia prima quomodo negari poſſunt, 654.P

Digitized by Google

INDEX.

Principia Metaphyſica qua ratione dicantur firmiſsima,649.F
Principiorum cognitionem omnem demonſtrationem antecedere,133.P
Principiorum communium ſeu dignitatum non poteſt dari idem ſubiectum commune,442.P
Principiorum communium ex quibus omnes ſcientiæ demonſtrant,conſideratio eſt Metaphyſici,442 F
Principiorum communiū nec definitiua nec demonſtratiua cognitio tradi poteſt, 441.F
Principiorum veriſsimorum nomine quid intelligat,Ariſtot.288.M.& 289.P

PRIVANTIA, PRIVATIO.

in Priuantibus quid habitus ſeu formæ nomine intelligatur,lib.2.cap.17.
Priuatio quid,lib.2.cap.17.
Priuatio à negatione quî differat,ibid.
Priuatio duplex patiens regreſſum ad habitum,& non patiens,ibid.
Priuatio ab Ariſtotele vocatur malefica, & quare,279.P
Priuationis ſubſtantiæ vocabulo quid intelligat Ariſtoteles capite quinto , libri quarti Metaphyſ.
Priuationes an recipiant magis & minus, 589.M
Priuationes quomodo dicantur appetibiles, 643.M

PRIVATIVVM.

Priuatiuum nomen quid,libro primo, capite 29.
Priuatiuè oppoſita,lib.2.cap.17.

PROBABILIS.

Probabilis conſequentia.*Vide Conſequentia probabilis.*
Probabilia duplicia,per ſe aut per aliud.
Probabilia quæ,ibid.

PROBLEMA.

Problema Dialecticum quadruplex,lib.7.ca.8.
Problema Dialecticum quid,lib.7.cap.7.
Progreſſum in infinitum non dari in accidentibus,667.
Prolationis ſyllabarum captio.*Vide Captio accidentis.*

PRONVNCIATVM.

Pronuntiatum , propter quod vnumquodque tale & illud magis,explicatur.287.F
Pronunciata ſingulorum locorum quib. quæſtio comparata tractatur , libro ſeptimo, cap.36.

PROPOSITIO.

Propoſitio quid,lib.6.cap.9.
Propoſitio per ſe in duas tantum partes reſoluitur,ibid.
Propoſitio per ſe nota,in Topicis quæ, lib. 7. cap.10.

PROPRIVM.

Proprium duplex , complexū & ſimplex apud Ariſt.lib.2.cap.6.
Proprium complexum quid,ibid.
Proprium complexum duplex definitio & deſcriptio,ibid.
Proprium primi generis ſecundi & tertij quid, ibidem.
Proprium quarti generis quid, ibid.
Proprium quarti generis duplex generale , & ſpeciale, ibid.
Proprium ſimplex,quadruplex,ibid.
Propria nomina. *Vide Singularia nomina.*
Proprij loci qui quærendi, lib.7.cap.31.

PROPRIETAS.

Proprietatis locus ad locum definitionis reuocatur, lib.7. cap.14.
Proprietates cognoſci per ſpecies earum rerum quarum ſunt proprietates quorundam ſententia, 313.P
Proprietates rerum demonſtrari à Metaphyſ. per principia communia quorundam opinio quæ refutatur, 107.P

PROTAGORAS.

Protagoras quicquid videtur eodem modo ſe habere dixit quo videtur, 664.M
Protagoras, quicquid videtur cuilibet,ſiue exteriori ſenſu, ſiue interiori cognoſcendi facultate verum eſſe dixit, 676.P
Protagoram amplius quadraginta annos pecuniæ cumulandę cauſſa iuuentutem inſtituiſſe, 676.M

PROVIDENTIA.

Prouidentiam diuinam Ariſtotel. curſim tantum attigit & quare, 22. P. In ea tamen diſputatione Platoni, etſi multa de prouidentia ſatiſque apertè ſcripſerit pręferendus, ibid

PRV

PRVDENTIA.

Prudẽtia hominis & animantis quomodo diſtinguantur,35.F
Prudentia dupliciter ſumitur,ibid.F

PSEVDOGRAPHVS.

Pſeudographus Elenchus. *Vide Elenchus pſeudographus.*
Pſeudographus ſyllogiſmus quid,lib.8.n.1.
Pſeudographus ſyllogiſmus,vnde dictus.ibid.
Pſeudographi ſyllogiſmi finis,lib.7.cap.1.

PTOLEMÆVS.

Ptolemæus Philadelphus magna pecuniæ vi Ariſtotelis aliorumque philoſophorum libros conquiſiuit,8.P

PYTHAGORAS.

Pythagoras hecatomben obtulit propter inuentam demonſtrationem,33. Theorematis libri primi Elementorum Euclidis, pagina,77.M
Pythagoras Samius natione in Italiam conceſſit,15,P
Pythagoras Italicæ familiæ caput,15.P
Pythagoras numeros eſſe voluit rerum materiam,157.F
Pythagoras non ſapientem ſed philoſophum nominauit,14.M
Pythagoras clarus cœpit haberi aut ſub finem imperij Cyri primi Perſarum regis, aut non multo poſt, floruitque ad finem Imperij Darij primi, in quod tempus incidit vltimus Romanorum Rex,Prophetantibus apud Hebræos,Aggæo,Zacharia, & Malachia,180.P
Pythagoræ de motu cœli opinio,182.F

PYTHAGOREI.

Pythagorei rerum omnium proprietates tribus numeris tribuebant.180 F
Pythagorei in quibus ab aliis naturalibus diſſentiant & in quibus conueniant,204. F. & 205.per totam.
Pythagorei nec finitũ nec infinitũ, nec vnum eſſe voluerunt accidentia rerum, ſed pertinere ad ipſas earum eſſentias,186 F
Pythagorei decem corpora ſimplicia aſſerebant,182. M
Pythagorei quid contrariorum poſitiuorum nomine intellexerint,183.M
Pythagorei numeros poſuerũt materiam omnium rerum,182.P
Pythagorei duplicem terræ globum ponebãt, 191.M
Pythagoreorum ſententia de rerum materia refellitur,258.M.F
Pythagoreorum de numero ſententia explicatur,180.M
Pythagoreorum ſeries,183.P
Pythagoreorum opinio, qui ad par & impar nouem inſuper addebant contrarietates vt decem eſſent complicationes principiorum ex quibus omnia fierent,182.F
Pythagorici de rerum materia quomodo intelligendi ex quorundam ſententia,189 P
Pythagorici qua ratione cuique loco numeros accommodabant,207.P
Pythagorici tribus de cauſſis reprehenduntur, 206.P

Q

QVADRARE.

QVADRARE rectangulum altera parte longius, quid, 439.F

QVÆSITVM.

Quæſitum cur ſic dictum, lib.7.cap.4.

QVÆSTIO.

Quæſtio quid, lib.6.cap.6.
Quæſtio abſoluta quæ, lib.7.cap.36.
Quæſtio comparata quæ, ibid.
Quæſtio Dialectica duobus modis rogari poteſt, lib.7.cap.8.
Quæſtio Dialectica quadruplex, definitionis, proprij, generis, & accidentis, ibid.
Quæſtio Dialectica, quid, lib.7. cap.7.
Quæſtio duplex, abſoluta & comparata,lib.7. cap.36.
Quæſtio duplex,theſis & hypotheſis,lib.6.c.6.
Quæſtio nulla ſine medio demonſtrari poteſt, lib.7. cap. 7.
Quæſtio omnis duas habet partes integrantes, datum & quæſitum, lib.7.cap.4.
Quæſtio quid res ſit propriè indemonſtrabilis, lib.7.cap.4.
Quæſtiones Dialecticæ alio modo triplices, lib.7.cap.8.
Quæſtiones demonſtrabiles tres, lib.7. cap.4.
Quæſtionum omnium quæ in controuerſiam venire poſſunt tractatio ad aliquam ſcientiam pertinet, 512.M.F
Quęſtionum vſum non eſſe ſpernendũ,430.M
in Quæſtionibus quatuor de eadem re quis ordo ſeruari debeat, lib.7.cap.40.

QVALITAS.

Qualitas quid, lib.2.cap.12.
Qualitatis quatuor proximæ ſpecies, ibid.
Qualitatis tres affectiones, ibid.

Qualitatis

Digitized by Google

INDEX.

Qualitatis voce quomodo vtatur D. Athanaſius,641.F
Qualitates quæ per ſe conſequuntur eſſentias naturales, etſi generẽtur iiſdem generationibus quibus eſſentiæ quas conſequuntur, tamen non generantur eiſdem primò, ſed ſecundaria ratione,515.M
Qualitates reb. naturales eadem actione produci qua formæ ſubſtantiales,270.M
Qualitates virtuales mixtorum non agere in ſubiecta propria,270.P
Qualitates contrariæ ad certam quamdam temperiem redactæ naturaliter in mixtis conſeruantur,266.M
Qualitates primas cur vocet Ariſtoteles elementorum differentias,271.F
Qualitates virtuales in elementis ponentium ſententia refutatur,269.P.M
Qualitates primas ſuaſit Ariſtoteles loco formarum ſubſtantialium,271.F

QVANDO.

Quando quid,lib.2.cap.16.

QVANTITAS.

Quantitas eſt primum accidens ſubſtantiæ corporeæ,425.P
Quantitas ſeiuncta ab omni ſubſtantia ſenſibili virtute diuina dari poteſt,449.M
Quantitas non amittit ſuam exiſtentiam in quantitate,ſed modum exiſtendi,583.P
Quantitas quid,lib.2.cap.11.duplex continua & diſcreta,ibidem.
Quantitas continua quid,ibidem.
Quantitas diſcreta quid,ibid.
Quantitatis ſyllabarum captio, *Vide Captio accidentis.*
Quantitatis continuæ ſpecies,lib.2.cap.11.
Quantitatis diſcretæ ſpecies duæ numerus & oratio,ibid.lib.2.cap.11.
Quantitatis tres affectiones,ibid.
Quantitatem per conſecrationem non accipere exiſtentiam ſubſtantiæ,583.M
Quantitates continuę punctuandi linea & ſuperficies incipiunt eſſe ſine generatione & deſinunt ſine corruptione,482.M
Quantitatum continuarum partes duplices, diuiſibiles, ſeu materiales & indiuiſibiles ſeu formales,lib.4.cap.4.

QVATERNARIVS NVMERVS.

Quaternarij numeri præſtantia,255.P

QVID & QVIDDITAS.

Quid res ſit, ſola proprie definitione tractat, lib.7.cap.4.
Quidditas in quibuſdam aliud eſt ab iis quorum eſt quidditas, in quibuſdam non ſit, pag.471.F
Quidditatiue rem intelligere & quidditatiue comprehendere quomodo differant,301.P
Quodlibet eſt vel non eſt,eſt cum primo quidem principio coniunctum, non eſt tamen ipſum primum principium,654.F

R

RATIO.

Rationis vocabulum quo pacto ſumatur in definitione æquiuocorum, pag.551.M F
Rationis nomine appellatur mentalis definitio lib.1.cap.19.
Rationis partes.*Vide Partes rationis.*
Rationes particularium entium cum ratione entis tripliciter poſſe comparari,557.F
in Ratione rerum aſſignanda ad naturas rerum confugere ineptum eſt,468.F
Rationes formales propinquius ſe habent ad intellectum quàm obiectiuæ,624 M
Rationes multæ rerum eſſe poſſunt in intellectu diuino,623.M
Rationes rerum tam formales quàm obiectiuæ terminant intellectum,623.M

RATIOCINARI, RATIOCINATIO.

Ratiocinari ex oppoſitis quid,lib.6.cap.31.
Ratiocinari per impoſſibile quid,ibid.
Ratiocinatio.*Vide Syllogiſmus.*

RATIONALES.

Rationales enuntiationes,*Vide Conditionales.*
Rationales partim ad conditionales reuocantur,partim ad copulatiuas,lib.3.cap.15.& 16.

REALIS.

Realis diuiſio quæ,& cur ſic dicta,lib.4.cap.4.
Reale genus quid,lib.2.cap.8.
Realium ſententia de vniuerſali,lib.5.cap.8.

RECIPERE, RECIPROCARI.

Recipere per ſe actionem quid ſit,83.P
Reciprocari,*Vide Conuerti.*

RECIPROCATIO, RECORDATIO.

Reciprocatio enuntiationis,*Vide Conuerſio.*
Recordatio differt à reminiſcentia,37.M

REDARGVTIO.

Redargutio quid,lib.8.cap.3.

Digitized by Google

Redargutionis meta. *Vide, meta redargutionis.*
Redargutionem maxime expetunt Sophiſtæ, lib.8.cap.3.

REDVCTIO.

Reductio ad impoſſibile, lib.7.cap.27.
Reductio ad impoſſibile non admodum proprie ſic ita, ibid.
Reductio ad impoſſibile omnibus Syllogiſmis imperfectis conuenit, ibid.
Reductio oſtenſiua. *Vide oſtenſiua reductio.*
Reductio Syllogiſmorum duplex oſtenſiua, & ex hypotheſi, lib.6.cap.22.
Reductio ſyllogiſmorum per expoſitionem duplex, lib.6.cap.28.
Reductionis ad impoſſibile artificiũ, l.1.c.27.

REDVPLICATIVA DICTIO.

Reduplicatio nonnunquam declarat conditionem ſine qua non, lib.3.cap.22.
Reduplicatiuę dictionis duplex acceptio, ibid.
Reduplicatiuæ enuntiationes quæ, ibid.
Reduplicatiua expoſitio, ibid. lib.6.cap.28.

REFVTATIO.

Refutationis ordo triplex, lib.7.cap.41.
Refutationis ordo quis omnium accuratiſſimus, ibidem.
Regulatiua principia, *Vide Principia regulatiua.*

RELATIO.

Relatio quid, lib.2.cap.13.
Relatio quam bonum ſignificat formaliter, non eſt relatio finis, nec acceptibilis, ſed conuenientis, 634.F
Relationẽ quæ ſignificatur nomine boni quomodo dicat Ariſtoteles eſſe realem, 646.P
Relatione æquiuoca, *Vide Aequiuoca relatione.*
Relationes diuinæ, & creatæ quomodo differant, 642.M
Relationes creatæ ſi formalem perfectionẽ ſignificẽt dicere peculiares perfectiones vltra perfectionẽ fundamenti, & quare non eadem ſit in relationibus diuinis ratio, 642.P
Relationes an dicant perfectionem, 640.F
Relationes rationis non omnes indigere operatione intellectus tanquam fundamento vt rebus conueniant, 646.F
Relationes nonnullas rationis præciſa intellectus operatione rebus conuenire, 646.M
Relationes rationis, etſi nullæ exiſtãt, niſi per operationem intellectus, pleraſque tamen poſſe conuenire ſubiectis ſine operatione intellectus, 602.F.& 603.P
Relationes generis & ſpeciei & ſimiles quomodo dicantur proprietates rerum, 628.M
Relationes quæ propter diſtinctam apprehenſionem intellectus creati ſequũtur res, non minus conſequũtur illas propter apprehenſionem intellectus diuini, 628.M
Relationes rationis infinitas, & negationes poſſe eidem rei conuenire, 665.F
Relationes rationis an poſſunt eſſe proprietates rerum, 626.F
Relationum non ſunt Ideæ ſecundum Platonem, 210.P
Relationum varia genera, 644.P.F
De Rationib. diuinis quid ſit ſentiendũ, 641.P

RELATIVE OPPOSITA.

Relatiue oppoſita quæ, lib.2.cap.17.
Relatiuum nullum proprie definitur per correlatiuum, lib.5.cap.9.

RELATA.

Relata quæ, lib.2.cap.13.
Relata æquiparantiæ quæ, ibid.
Relata duplicia æquiparantiæ, & diſquiparantiæ, ibidem,
Relata inæqualis cõparationis duplicia maioris ſcilicet cõparationis, & minoris, ibid.
Relata inæqualis cõparationis quæ, l.2. cap.13.
Relata omnia definiuntur per ſua correlatiua, lib.5.cap.6.
Relata omnia per duplex additamentum definiuntur, ibid.
Relata quî per ſe inuicem definiantur, l.5.c.9.
Relata ſecundum dici quæ, ibid.
Relata ſecundum eſſe quæ, lib.5.cap.9.
Relata ſunt æquè cognita, & incognita, ibid.
Relata ſunt ſimul naturâ, lib.2.cap.3.& l.5.c.9.
Relatorum nullum genus poſuit Plato ſeparatum ab indiuiduis, 210.M
Relatorũ tres præcipue proprietates, li.2.c.13.

REMINISCENTIA, REPRÆSENTARI.

Reminiſcentia Platonis multis argumẽtis refutatur, 67. per totam.
Repræſentari & cõcipi, ſunt denominationes extrinſecus deſumptæ à cõceptu quo intellectus rem concipit, 616.F.& 617.P

REPVGNANTIA.

Repugnantia quæ dicantur, l.7.c.34.& l.1.c.31.
Repugnãtia quî ab oppoſitis differant, l.7.c.3.
Repugnantiũ locus cur inſtitutus ſit, l.7.c. 34.
Repugnantium locus, l. 7.c.34.& 36.

RES.

Res à materia ſeparatæ mobiles eſſe non poſſunt, 447.P
Res vnde primũ habent, vt ſint, inde primam habent bonitatis rationem, 639.P
Res reſpectu aliarum bonæ, vel malæ, 639.M
Res non dici bonas per ſolam operationem intellectus, 646.F
Res, etſi nulla ſeipſam recipit, tamen recipere aliquid quod ſit idem cum re ipſa, 583.F

Digitized by Google

Res nulla dicitur ſimpliciter in potentia ad ſeipſam, poteſt tamen dici in potentia ad id quod futurum ſit idem re cum ſcipſa, 582.F
Res ſi conferantur cum ſuis propriis ac peculiaribus rationibus quæ ſunt in mente diuina, omnes dicendæ ſunt æquè veræ, 260.F. Si conferantur cum rationibus, quæ illis cum aliis rebus communes ſunt, aliæ ſunt aliis veriores, ibid.
Res dicuntur appetibiles quia bonæ, non autem ideo bonæ, quia appetibiles, 635.P
Res inde habent, vt ſint multa entia, vnde habent vt ſint diſtincta entia, 621. F
Res quando aliæ aliis dicuntur veriores, 490.F
Res quo pacto eſt, eo & vera eſt, 269.P
Res quas dicimus veras, ab æternitate veræ fuerunt, 618. F
Res ideo dicuntur veræ, quia ſunt conformes alicui intellectui, 618.M
Res omnes tribus modis dici poſſunt veræ á veritate intellectus increati, à veritate intellectus creati, & à veritate ipſarum propria, 614. P
Res compoſitæ magis propriè definiuntur quàm ſimplices, 283.P
Res quæ poteſt exiſtere, ſecundum ipſam poteſtatem exiſtendi, conformatur actu ſpeciei, vel conceptui, 615. F
Res nulla verè in duobus generibus poni poteſt, 263.F
Rerum bonitas conſiſtit in eo quod Deo congruant, 639. M
Rerum tria genera quæ à nobis non æquè facilè aut difficilè intelliguntur, 293. P

RESOLVTIO.

Reſolutio ſenſuum imbecillitati conuenientiſſima, lib.7. cap.9.
Reſolutionis ordo. *Vide Ordo reſolutionis.*

RESPECTVS, REPONDENS, &c.

Reſpectus nullus intelligi poteſt ſine ſuo termino, lib.5. cap.9.
Reſpondentis officium & documenta nouem, lib.7. cap.43.
Reſpondentiũ ad non quæſita vitium, 665. M

RESTRICTIO.

Reſtrictio quid, lib.8.cap.36.
Reſtrictio quàm multis modis fiat, lib.7.c.40.
Reſtrictionis genere tres, ſpecies tredecim, lib.8. cap.37.

RHETORICA.

Rhetorica diuiditur in docentem & vtentem, pag.379.P
Rhetoricam & Grammaticam eſſe efficientes, non agentes, 349.M

S

SAPIENTIA, SAPIENS.

SAPIENTIAM primas cauſſas contemplari, 42.P
Sapientis eſt ſcire omnia non ſingulatim, ſed quoad fieri poteſt, 95.F
Sapientis eſt ſcire non quæuis, ſed homini difficilia, 95. F
Sapientis ſextum attributum eſt omnibus precipere, 46. F
Sapientis tertium attributum in accurata demonſtrandi ratione poſitum eſt, 45.P
Sapientis quartum attributum eſt maxima ad docendum aptitudo, 96. P
Sapientis ſex attributa, 88.M
Sapientis primum attributum eſt omnia ſcire, 95. P
Sapientem appellandum eſſe qui per ſolam materiam aliquid demonſtrauerit, 434.F

SCEPTICI, SCIENS.

Sceptici Philoſophi dicti ſunt, qui metuentes ne quid falſum admitterent, de rebus omnibus hæſitabant, 15. F
Sciendi verbo quid intelligendũ, an hoc Ariſt. pronuntiato omnes homines natura ſcire appetunt, 29.M
Scientis ſignum poſſe docere alios, 11.P

SCIENTIA.

Scientia eſt ſuaptè natura accuratior, ac certior quo in rebus ſuaptè natura prioribus verſatur, 92.P
Scientia quænam maximè expetenda, 93.P
Scientia ſubalterna poteſt conſiderare ea quæ per ſe accidunt, nec tamen propriè conſiderare aut tractare quidditatẽ cuius tractatio ad ſubalternantem propriè pertinet, 445. F
Scientia libera & liberalis quomodo differant, 99. F
Scientia quænam cæterarum princeps, 93.P
Scientia ea aptior eſt ad docendum quæ magis verſatur in cauſſarum conſideratione, pag. 96.P
Scientia contemplatiua homo maximè excellit brutis animantibus, 50. F
Scientia contemplatiua maximè appetitur ab hominibus, 50.F
Scientia contemplatiua eſt præſtantiſſima hominis operatio, 50.F
Scientia eſt perfectiò ſimpliciter in cuius ratione nulla omninò imperfectio includitur, ob quam voluntas eam repudiare poſſit, 49. P
Scientia quænam nobiliſſima exiſtimari debeat, 416.M
Scientia demonſtratiua quid ad ſui perfectionem requirat, 442. P
Scientia per accidens verſatur in ſingularibus, 161. P
Scientia vnde dicatur præſtantiſſima, 500.P
Scientia quæ agit de multis, quorum vnum eſt primum ex quo cætera pendent, tum natura, tum appellatione præcipuè agit de primo, 512. F

Digitized by Google

Scientia eſt tantũ rerum immutabiliũ, li.6.c.8.
Scientia eadem agit de ente ac ſubſtantia, & de iis quæ illis per ſe accidunt, 445.P
Scientia quænam Sapientiæ nomine erit ornanda, 438.P
Scientia vna eſt totius ſubiecti ſcibilis, quemadmodum totius ſubiecti ſenſibilis vnus eſt ſenſus, 512.F. & 513.P
Scientia nunquam dicitur eſſe in intellectu per modum ſcientiæ niſi cum ea vti poſſumus cum volumus, 71.P
Scientiæ comparandi modus ſine præceptore, 76.F
Scientiæ practicæ magis expetuntur indigentiæ cauſa & à pluribus, at gratia ſolius cognitionis ne experti quidem, 53.M
Scientiæ ſolæ morales ſunt actiuæ, 399.F
Scientiæ partim naturales, partim Mathematicæ quæ, 401.M
Scientiæ cõtemplatiuæ finis eſt cognitio, practicæ verò opus, 396.P
Scientiæ particulares quo pacto conſiderent communia, 488.F
Scientiæ principium, & fundamentum definitio, lib.5.cap.8.
Scientiæ practicæ multæ ſunt quæ nihil extra confectum relinquunt, 80.M
Scientiam non eſſe de iis quæ aliter ſe habent quomodo ſit intelligendum, 297.F
Scientiam an omnes homines appetãt ſciendi cauſſa, pro negatiua parte ponuntur argumenta, 42.M.F. & 43.M.F
Scientiam quare multi refugiant, 52.M
Scientiam omnes homines appetunt ipſius ſcientiæ cauſa, 49.P.M
Scientiam practicam & contemplatiuam diuerſo modo fines ſuos principales attingere, 397.P
Scientiam vnam genere verſari circa omnes ſubſtantias & quomodo verſetur, 513.F
Scientiarum perfectio conſiſtit in cognitione rei per demonſtrationem propter quid, 287.M
Scientiarũ moralium diuiſio, 401.P
Scientiarum dignitas vnde colligenda, 25.M
Scientiarum practicarũ duplex genus, 397.M
Scientiarum triplex diuiſio, 400.P
Scientias practicas à contemplatiuis vera diſcernendi ratio, 396.M.& F
Scientias non eſſe nobis inditas à natura contra Platonem, 68.M
in Scientiis addiſcendis traditur documentum ſpeciale, 361.F

SCHOLASTICI.

Scholaſticorum Doctorũ Methodus, li.7.c.41.

SCOTVS.

Scotus de cauſſa exẽplari quid ſenſerit, 240.P
Scotus iniuria reprehendit Porphyriũ 1. Sententiarum, qui conuenientiam omnium rerum in Ente vocari ait ab Ariſtot. æquiuocam, 558.F
Scotus quam vocet cognitionem quidditatiuam, 300.F
Scotus quid ſenſerit de cognitione veritatis, 291.P
Scotus reiicitur, quod dicat prius ſignificare nomina quàm conceptus qui nominibus reſpondent, 308.M
Scotus quo pacto probet poſſe cognoſci à nobis Ens quidditatiuè, 312.P
Scotus ponit obiectum Dialecticæ Syllogiſmum, 383.M
Scotus aſſerit naturam humanam non poſſe à nobis cognoſci ſub ratione illa propria & ſpeciali, ſub qua ordinatur ad ſuum finem, qui eſt clara diuinæ naturæ contemplatio, & qua ratione ductus, 56.M. Sed ab auctore refutatur, ibid.M.F
Scotus ſuum prototypum emendat, 125.F
Scoti ſententia de nominum diuinorum ſignificatione, 306.M
Scoti opinio refellitur de conceptib. ſubſtantiarum, 309.P
Scoti opinio de diſtinctione differẽtiarum in vltimas & non vltimas impugnatur, 569.P
Scoti nonnulli ſectatores dicunt ad comparandos habitus apprehenſiuos terminorum cuiuſque ſcientiæ, opus eſſe experimento, ſed refutantur, 71.M
Scoti de ſciendi appetitu ſententia refutatur, 44.P.M
Scoti animaduerſio de cauſis mediis, 333.M
Scoti ſententia de primo cognito quam quatuor rationibus conatur perſuadere, 118.F. & 119.P

SCRIPTA.

Scripta & voces ſigna externa & mediata, lib.1.cap.10.& 11.
Scripta nomina & verba. *Vide vocis nomina.*
Scripta quomodo à conceptibus & vocibus differant, lib.1.cap.10.& 11.
Scripta ſunt ſigna inſtrumentalia, ibid.
in Scribendo quæ Methodus ſeruanda, lib.7.cap.41.
Secunda figura. *Vide figura ſecunda.*

SENECA.

Senecæ contra Ariſtotelem & Platonem argumentum, 131.F
Senecæ & Ciceronis quædam dicta de cauſſis reprehenduntur, 244.F

SENSIBILE, SENSITIVA.

Senſibilium rerum mutabilitas errandi occaſionem dedit veteribus, 682.F
Senſitiua cognitio omnibus animantib. communis eſt, 31.M

SENSVS.

Senſus nomen pro actu non pro facultate accipiendũ, in his verbis, cuius rei ſignum eſt ipſe

ipſe amor ſenſuum,cap.1.lib. 1. Metaphyſ.
Senſus duplex vtilitas, vna ſalutis & incolumitatis cæterorumque vitæ commodorum gratia, altera ipſius cognitionis ſenſitiuæ in ſe ſpectatæ cauſa, non quatenus refertur ad vitæ tutelam,30.M
Sẽſus vnius generis verſatur circa omnes ſpecies ſenſibilium,ſingulæ autem ſpecies ſenſus circa ſingulas ſpecies ſenſibilium, 513.P
Sẽſus fertur in ſenſibilia vt ſunt ſenſibilia dũtaxat,44.F.& 45.P
Senſus nullus eſt qui ex ſe cauſam ſui obiecti cognoſcat,340.M
Senſus & appetitus ſenſitiuus circa quæ obiecta verſentur,84.P
Senſus communis non ſolum percipit obiectum viſus,ſed etiam aliorum particulariũ ſenſuum,138.F
Senſus ſe inuicem iuuant in rerum cognitione,& quare,64.P
Senſus quomodo poſſunt decipi,657.M.F
Senſus compoſitus. *Vide Compoſitus ſenſus.*
Senſu aliquo orbatus & ſcientia quoque aliqua orbatus ſit neceſſe eſt.227.M
Sententia quænam Euthymema dicatur, lib. 6.cap.33.

SIGNIFICARE.

Significare vnum quid ſit,663.P
Significare quid,lib.1.cap.8.
Significare aliquid, & dici de alio quod non eadem ſunt,lib.1.c.24.
Significare per ſe in oratione quibus vocibus conueniat,lib.1.c.13.

SIGNIFICATIO.

Significatio totius orationis conſtatur ex ſignificationibus ſuarum partium, lib.1.c.16. & lib.3.c.1.

SIGNVM.

Signum vniuerſale qui diſtribuit nomina.lib. 8.cap.32.
Signum quid,lib.1.c.8.
Signa ex conſuetudine,lib.1.c.9.
Signa ex impoſitione,ibid.
Signa ex impoſitione propriè ſignificantia duplicia,categoremata, & ſyncategoremata, ibid.
Signa ex inſtituto.ibid.
Signa ex inſtituto duplicia,ibid.
Signa formalia,lib.1.c.8.
Signa inſtrumentalia,ibid.
Signa naturalia,ibid.
Signa particularia duplicia,lib.3.c.5.
Signa vniuerſalia duplicia,ibid.
Signorum ex impoſitione duplex ſignificatio, propria & impropria,lib.1.c.9.
Signorum formalium & inſtrumentalium diſcrimen,lib.1.c.8.
Signorum quantitas propoſita negatione mutatur,lib.3.c.5.

SIMILIA, SIMILITVDO.

Similia quæ dicantur,lib.1.c.12.
Similium locus,lib.7.c.17.& 36.
Similitudines rerum infinitas non poſſe finito tempore produci.358.P
Simitas non ſignificat formaliter naſum, nec pater filium.596.P

SIMONIDES.

Simonidis dictum de Deo,309.F
Simonidis ſententiæ refutatio,99.F

SIMPLEX.

Simplex Enuntia quid. *V. Enuntiatio ſimplex.*
Simplex proprium. *V. Proprium ſimplex.*
Simplex conuerſio. *V. Conuerſio ſimplex.*
Simplex Enuntiatio duplex, abſoluta, & modalis,lib3.c.3.
Simplicis extremi Enuntiatio quid,lib.3.c.5.
Simul natura quæ ſint,lib.2.c.13.

SINECDOCHE.

Sinecdoche ex locis potiſsimũ totius aut partium deſumitur,lib.7.c.32.

SINGVLARE.

Singulare id eſt quod eſt vnum tantum numero,464.P
Singulare nomen quid,lib.1.cap.26.
Singularia non cadunt ſub ſcientiam niſi ratione ſuarum ſpecierum,451.F
Singularia facilius à nobis cognoſcuntur quã quæuis vniuerſalia,120.P
Singularia cur ſola cõplete expetantur, 138.M
Singularia apta ſunt vt per ſe intelligantur, alioqui non intelligerentur per ſe à Deo optimo Maximo,136.P
Singularia ſolo ſenſu à nobis percipi poſſe ſeptem argumentis probari poſsit, 136. & 137. per totam. Quæ diſſoluuntur, 161. & ſequentibus.
Singularia apud nos cauſſas eſſe cur vniuerſalia cognoſcantur,262 M
Singularia Deo excepto ſunt mutabilia, lib. 5. cap. 8.
Singularia excepto Deo à diſciplinis reiiciũtur,lib.1.c.27.
Singularia nomina apud Grammaticos propria,lib.1.cap.26.
Singularia non niſi remotè definiũtur, l.5.c.8.
Singularis Enunciatio quid,lib.3.c.5.
Singularia materialia quo pacto non ſint intelligibilia,144. P
Singularium nomine non eſſe intelligenda ſola ſuppoſita,82.P
Singulariũ cognitio reflexa quomodo fiat ex mente Ariſtotelis, 144.M.& 145. per totam paginam,& 152.P.M
Singularium materialium non dari conceptũ peculiarem qui defenderint,139.M Eiuſque ſententiæ refutatio,140.P.M

Singularium dari ſpecies intelligibiles quibus argumentis probetur, 141.& 142. & eorundem refutatio,146.M,F.& 147.P.M.non dari probatur,143.
Singularium dari ſpecies intelligibiles eſſe contra omnium peripateticorum ſententiam,146.P
Situm eſſe.*Vide Poſitio.*

SOCRATES.

Socrates quare quæſiuit vniuerſalia in ſingularibus,189.P
Socrates primus auctor Ethices,188.F
Socrates ſibi duo iure ſuo vendicat, Orationes ſcilicet inductiuas, & Definitioñe vniuerſalis,189.P
Socrates cur ad moralem Philoſophiam ſe contulerit,10.P
Socrates collectionis ſtudioſiſsimus,l. 7.c.40.
Socratis ironia Platoni probatur,15.M
Socratis Philoſophandi non ſatis probata,ratio,10. M
Socratis modeſtia,10.M
Socratis ingenium,laus,doctrina, & mos diſceptandi,9.per totam.

SOL.

Solis conuerſio cur fiat cum attingit ſolſtitia, 102.P
Solœciſmi meta.*Vide Meta ſolæciſſimi.*

SOLON.

Solon vnus ex Græciæ ſapientibus non eſſe humanam poſſeſsionem ſapientiæ ſignificauit,99.F

SOLVTIO.

Solutio vera eſt,vitij explanatio,lib. 8.c. 28.

SOPHISMA.

Sophiſma.*Vide Captio.*
Sophiſmatum tria genera,lib.8.c.2.

SOPHISTA.

Sophiſta etiam verſatur circa Ens, 381.M
Sophiſta induit perſonam primi philoſophi, vt verum docere & ſapiens eſſe videatur, pag.513.
Sophiſtam verſari circa non ens ex ſententia Platonis,381.M
Sophiſtarum fines, ſeu metæ quinque,l.8.c.3.
Sophiſtarum importunitas,lib.cap.12.
Sophiſtarum nomen ex quo tempore contẽptui habitum,85.M

SOPHISTICA, SOPHISTICVS.

Sophiſtica non modo apparet tentatrix cognoſcẽdæ veritatis ex probabilibus vt Dialectica,ſed etiam demonſtratrix ex neceſſariis vt philoſophia,524.F
Sophiſticus Elenchus. *Vide Elenchus ſophiſticus.*
Sophiſticus ſyllogiſmus,quid,lib.8.cap.2. & l. 7.cap.1.
Sophiſtici ſyllogiſmi finis, lib.7.cap.1.
Sophiſticæ inſtitutum eſt ſapientiæ oſtentatio quæſtus cauſſa, 524.F
Somni deſcriptio,lib.5.c.3.
Sorites,lib. 6.cap.5.

SPECIES.

Species exiſtere per ſua indiuidua,469.F
Species infimas differentiaſque ſpecificas aliquando nomine generis appellari,455.P
Species intelligibiles Angelorum quomodo percipiantur,356.M
Species intelligibiles rerum immaterialium non imprimũtur ab obiectis ſed more proprietatum profluunt ab ipſis ſubſtantiis incorporeis,317.F
Species intelligibiles ſubſtantiarum ſeparatarũ,cur in hac vita haberi nõ poſſint, 137.M
Species infima quomodo dicatur cognitu facillima,122.M
Species intelligibilis quæ primo imprimitur intellectui eſt ſpeciei infimæ,119.F
Species infima poſitis apte iis omnibus quæ ad cognitionem cõcurrunt remotiſque impedimentis eſt cognitu facillima,119.M
Species intelligibilis rei materialis ſequitur conditionem phantaſmatis quatenus poteſt,150.F
Species intelligibiles dari generum in ſubſtãtiis ſeparatis,159.M.F
Species intelligibiles dari in intellectu quæ præciſe naturas genericas repræſentẽt, 158. M.F.& 159.P
Species ſenſibiles quo pacto imprimantur in ſenſum extremum,156.F
Species ſenſibiles quibus Socrates cernitur vt quoddam animal,& vt quidam homo & vt Socrates,an differant ſpecie nec ne,156.M
Species intelligibiles ſemper gignũtur actione intellectus agentis & phantaſmatum ſimul concurrentium,155.
Species intelligibiles neceſſarias non eſſe ad intelligendum,ſententia quorundam,313.P
Species quid,lib.2.c.4
Species Cicero formas commodius dici putat,lib.2.c.4.
Species duplex,infima & ſubalterna.ibid.
Species ex genere & differentia ſola ratione conſtituitur,lib.4.cap.
Species infima quid,lib.2.c.4.
Species omnes ac ſolæ eſſentialiter definiuntur lib.5.c.5.& 8.
Species ſubalterna quid,lib.2.c.4.
Speciei quæſtio,lib 7.c.8.
Species ſubſtantiales cur magis ſubſtantiæ quam genera,121,F

Speciem

Speciem infimam eſſe primum cognitum ſententia Scoti,118.F.& ſequent.
Specie differre quid,l.2.c.3.
de Specierum intelligibiliũ perfectione quorundam Thomiſtarum ſententia refutatur, 15c.M
Specierum non naturalis ſed liberà productio quo pacto fiat,157.M.F

STAGIRA.

Stagira quæ ſolo æquata fuerat, ab Alexandro reſtaurata,& quare,2.M

STATVS.

Status nominis quid,lib.8.c.36.
Status nominum duo documenta,lib. 8.c.38.
Status nominum triplex,lib.8.c.37.

STELLA.

Stella mirabilis quæ anno, 1572. in Caſſiopeia viſa eſt,103.P

STOICI.

Stoici Dialecticam omnibus diſciplinis præferebant,389.F
Stoici vnde nomen acceperunt, 16.F
Stoici cur ſolum efficiens cauſſam appellarũt, 243.F
Stoici exemplar ad cauſſam efficientem reducunt,240.M
Stoici vita & moribus cum Chriſtiana diſciplina haud parum concordabant,20.F
Stoici inueniendi artem prætermiſerunt, 18.P
Stoici melius ſenſerũt quã Ariſtoteles de beatitudine in ſpe, de qua loquitur Chriſtus, cum beatos eſſe eos aſſerit qui multa propter iuſtitiam patiuntur, non autem de beatitudine in ſeipſa,21.P.M
Stoicorum de fœlicitate ſententia cum fidei doctrina conſentiens,19 F
Stoicorum dogmata, 17.P
Stoicis cur primæ partes in Dialecticis à nonnullis deferantur, 18.P
Stoicos D. Hieronymus tãquam Philoſophorum Principes, & Chriſtianæ fidei maximè conſentientes laudauit, 19.P

SVBALTERNA.

Subalterna ſpecies. *Vide Species ſubalterna.*
Subalternum genus. *Vide Genus ſubalternum.*

SVBCONTRARIÆ.

Subcontrariæ non propriè dicuntur oppoſitæ, lib.3.cap.6.

SVBIECTVM.

Subiectum cuiuſque artis ea omnia complecti debet, de quibus in illa tanquam in particularibus ſubiectis completis demonſtrationes fiunt proprietatéſque demonſtrantur, 374.P
Subiecti Metaphyſices ratio formalis, 106.P
Subiecti adæquati alicuius ſcientiæ tres conditiones, 384.M
Subiecti in accidentia diuiſio. *Vide Diuiſio.*
Subiecto conſtituto cuique ſcientiæ à Metaphyſico ac tradito proprio artifici, nihil eſt cur Metaphyſicus amplius circa illud verſari debeat, 110.M
ad Subiectum attributionis cuiuſque ſcientiæ conſtituendum tres conditiones requiſitæ, 369. P.M
Subiecta ſcientiarum modo genera, modo ſpecies dicuntur, & quare, 513.M
Subiecta ſcientiarum non requirere neceſſario vnitatem eſſentiæ, 385.F

SVBORDINATIO, SVBSEQVENTIA.

Subordinatio eſſentialis quid requirat, 342. F
Subſequentium loco ſæpius Orator quam Dialecticus vtitur, lib.7.cap.26.
Subſequentium locus, ibid.

SVBSTANTIA.

Subſtantia incorporea vt talis nec continetur in ſubſtantiæ corporeæ eſſentia formaliter nec eminenter,310.F
Subſtantia nulli poteſt eſſe accidens,264.P
Subſtantia eſt primum genus entium,667.P
Subſtantia ab accidente quî differat,lib.2.c.10.
Subſtantia quid,ibid.
Subſtantiæ primæ nomine quid intelligat Ariſtoteles,648.F
Subſtantiæ ſeparatæ an à nobis in hac vita quidditatiuè intelligi poſſint diſputatur,pa. 300.& ſequentibus.
Subſtantiæ nomẽ quidnam immediate ſignificet,336.F
Subſtantiæ ſub quâ ratione formali ad Metaphyſicum ſpectent,444.F
in Subſtantiæ categoria comprehenſum ſiue directè ſiue indirectè præcedit naturę ordine omnia accidentium prædicata,263.M
Subſtantiæ propria ratio,non in ſubſtãdo poſitam eſſe,ſed in per ſe exiſtẽdo, 272.F.& 273.P
Subſtantiæ ſeparatæ quomodo à nobis cognoſcantur tribus aſſertionibus probatur, 310.per totam.
Subſtantiæ ſeparatæ diuerſo modo in phyſic. & in Metaphyſica tractantur,421.F
Subſtantiæ vt ſyncere nominibus ſignificantur,ita poſſunt ſyncere concipi, etiamſi per certa quæ ſubſtantiæ non ſunt veniatur in ſimplicem ſubſtantiæ conceptum latentis, 309.P
Subſtantiæ ſeparatæ quo pacto Metaphyſicam à cæteris ſcientiis diſtinguunt,500.F.& ſeq.
Subſtantiæ duplices primæ & ſecundæ, libro primo,cap.10.

Digitized by Google

primæ Subſtantiæ quæ,ibid.
ſecundæ Subſtantiæ quæ,ibid.
Subſtantiæ ſolæ ſimpliciter definiuntur eſſentiali definitione,lib.5.c.6.
Subſtantiam non generari per ſe ex ſubſtantia completa,264.P
Subſtantiam quidam diuidunt in corpus phyſicum & Metaphyſicum,420.F.quæ diſtinctio reprobatur,ibid.
Subſtantiam ſeparatam eſſe ſubiectum Metaphyſicæ qui defenderint & quibus argumentis,490.F.& refutantur,494.
Subſtantiam in commune eſſe ſubiectum primæ Philoſophiæ qui dixerint,& quibus id argumentis probarint, 491.M. F. & 492.P & refutantur,494.
Subſtantiam genus ſummum per eundẽ omnino naturæ gradum; eſſe talem ſubſtantiam,& ſubſtantiam & omnino Ens, 554.F
Subſtantiarum ſeparatarum cognitionem an determiuerit Ariſtoteles, controuerſum eſt inter Peripateticos,301.M
Subſtantiarum omnium explicatio non pertinet ad vnam ſcientiam,niſi quatenus ſubſtantiæ ſunt,444.P
Subſtãtiarum quatuor proprietates inſigniores,ibid.lib.5.c.6.
Subſtantias ſeparatas quidditatiuè in hac vita cognoſci quibus argumentis probari poſſit, 302.M. F. & 303. per totam & auctores qui affirmatiuam quæſtionis partem amplexati ſunt,303.F

SVMMVM GENVS, BONVM.

Summum genus *Vide Genus ſummum.*
Summi boni nomine quid intelligat Ariſtoteles,93.M

SVPERIORA.

Superiora etſi ſunt imperfectiora ſuperioribus,tamen eorum ratio cauſandi eſt perfectior,343.P
Superiora quomodo differant ſpecie ab inferioribus.342.F
Supertranſcendentia quæ,lib.1.cap.28.
Supponendi verbo qui vtendum,lib.8.cap.20.

SVPPOSITIO.

Suppoſitio accidentalis quid,lib.8.cap.8.
Suppoſitio communis,lib.8.cap.23.
Suppoſitio confuſa quid,lib.8.cap.30.
Suppoſitio confuſa tantum quid,ibid.
Suppoſitionis confuſæ tantum duo documenta,lib.8.cap.31.
Suppoſitio copulata quid,lib.8.cap.33.
Suppoſitio determinata quomodo dignoſcenda,ibidem.
Suppoſitio diſtributiua quid,lib.8.cap.32.
Suppoſitio determinata quid,lib.9.cap.30.
Suppoſitionis diſtributiuæ documenta, quinque,ibidem.
Suppoſitio diſtributiua pro generibus ſingulorum quid,lib.8.cap.34.
Suppoſitio diſtributiua pro ſingulis generum quid,ibidem.
Suppoſitio diſtributiua ſimpliciter & cum exceptione quid,lib.8.cap.35.
Suppoſitio & in enuntiatione & extra enuntiationem locum habet,lib.8.cap.20.
Suppoſitio formalis,ibid.
Suppoſitio impropria quid,lib.8.cap.23.
Suppoſitio materialis quid,lib.8.cap.21.
Suppoſitio naturalis quid,lib.8.cap.28.
Suppoſitio perſonalis quid,lib.8.cap.25.
Suppoſitio perſonalis quid,lib.8.cap.28.
Suppoſitio perſonalis cur ſic dicta,ibid.
Suppoſitio propria quid,lib.8.cap.23.
Suppoſitio ſimplex quid,lib.8.cap.24.
Suppoſitio ſimplex & perſonalis ſunt contrariæ inter ſe,lib.8.cap.27.
Suppoſitio ſingularis ſeu diſcreta,lib.8.cap.23.
Suppoſitio quid,lib.8.cap.9.
Suppoſitio abſoluta quid, lib.8.cap.36.
Suppoſitio abſoluta eſt media inter ſimplicem & perſonalem, lib.8.cap.27.
Suppoſitio abſoluta quadam ex parte magis inclinat ad perſonalem, ibid.
Suppoſitionis abſolutę duo documẽta,l.8.c.26
Suppoſitionis abuſus apud recẽtiores,li.8.c.21
Suppoſitionis diuiſio in tabula deſcripta, lib.8. cap. 22.
Suppoſitionis explicatio. *Vide Deſcenſus.*
Suppoſitionis materialis tria documenta, lib. 8. cap, 20.
Suppoſitionis neceſſitas ex Ariſtot. ibid.
Suppoſitionis perſonalis tria documenta, lib. 8. cap. 25.
Suppoſitionis cuiuſque affectionum vtilitas lib.8. cap.42.
Suppoſitionis ſimplicis perſonalis & abſolutæ collatio, lib.8. cap.27.
Suppoſitionis ſimplicis tria documenta, lib.8. cap. 24.
Suppoſitionis ſingularis documentũ, li.8.c.23.
Suppoſitionem abſolutam quam tractauit Auctor, lib. 8. Inſtit. Dialecticarum recentioribus eſſe ignotam, 553.F
Suppoſitionum accidentia ſeu Affectiones. *Vide Ampliatio, Diſtractio, Reſtrictio, Status, Appellatio,* lib.2. cap.5.

SYLLOGISMVS.

Syllogiſmus abſolutus tribus terminis duabus propoſitionibus vnáque concluſione conſtat, lib.6. cap. 10.
Syllogiſmus circularis, lib.6.cap.31.
Syllogiſmus conuerſiuus, ibid.
Syllogiſmus deducens ad impoſſibile eſt ſpecies hypotheticæ, lib.6.cap.22.
Syllogiſmus Dialecticus, lib.7. cap.1.
Syllogiſmus duplex, perfectus & imperfectus, lib. 6. cap.21.

Syllogiſmus

INDEX.

Syllogiſmus duplex,ſimplex & hypotheticus, lib.6.cap.8.

Syllogiſmus & enthymema plus viriũ habent quàm reliquæ argumentationes,lib.6.ca.36.

Syllogiſmus & inductio frequentius vſurpantur à Dialecticis,lib.6.cap.36.

Syllogiſmus ex hypotheſi quid,lib.6.cap.22.

Syllogiſmus ex obliquis,lib.6.cap.30.

Syllogiſmus ex oppoſitis,lib.6.cap.31.

Syllogiſmus hypotheticus.*Vide Hypotheticus.*

Syllogiſmus imperfectus quid,lib.6.cap.1.

Syllogiſmus modalis.*Vide Modalis ſyllogiſmus.*

Syllogiſmus oſtenſiuus quid,lib.6.cap.22.

Syllogiſmus perfectus quid,lib.6.cap.21.

Syllogiſmus per impoſſibile quí differat à cõuerſiuo,lib.6.cap.3.

Syllogiſmus Pſeudographus, *Vide Pſeudographus ſyllogiſmus.*

Syllogiſmus quoad materiã quadruplex, Demonſtratiuus,Dialecticus, Pſeudographus, & Sophiſticus,lib.7.cap.1.

Syllogiſmus ſimplex,duplex,abſolutus & modalis,lib.6.cap.9.

Syllogiſmus ſimplex quid,lib.6.cap.8.

Syllogiſmus Sophiſticus. *Vide Sophiſticus ſyllogiſmus.*

Syllogiſmus vel argumentatio non eſt obiectum Logicæ,vt in ſeipſa ſpectatur,383.F

Syllogiſmi abſoluti materia quadruplex, lib. 6.cap.9.

Syllogiſmi Dialectici finis,lib.7.cap.1.

Syllogiſmi ex obliquis.lib.6.cap.30.

Syllogiſmi omnes ad quatuor primæ figuræ reuocantur,lib.6.cap.21.

Syllogiſmi qui contrarias enuntiationes colligunt,Elenchi merito appellantur,libro 8. cap.12.

Syllogiſmi ſimplicis materia duplex prima & remota,lib.6.cap.9.

à Syllogiſmo reliquæ argumentationes vires accipiunt,lib.6.cap.36.

ad Syllogiſmum reliquæ argumentationes reuocantur.

Syllogiſmum fere vnum tractauit Ariſtot.*Vide Argumentatio.*

Syllogiſmorum ex obliquis documenta quatuor,lib.6.cap.30.

Syllogiſmorum poteſtates ſex,lib.6.cap.31.

Syllogiſmorum reductio duplex oſtenſiua, & ex hypotheſi,lib.6.cap.22.

Syllogiſticus modus,*Vide Modus ſyllogiſticus.*

Syllogiſtica figura,*Vide Figura ſyllogiſtica.*

SYNCATEGOREMA.

Syncategoremata non ſunt nomina.lib.1.c.12.

SYNONYMA.

Synonyma quomodo vnum ſignificent,pagina 664.M

Synonymum,*Vide Vniuocum.*

T

TACTVS.

TACTVS hominis omnium optimus, pag.34.F.& 35.P

Tactus eſt fundamẽtum cæterorum ſenſuum, 63.F

Tactu negato nullum animal viuere poteſt, pag.63 F

Tale per ſuã eſſentiam dicitur dupliciter,644. F.& 645.P

TARQVINIVS.

Tarquinius ſuperbus quo tempore Romæ regnauerit,180.P

TEMPVS.

Tempus cur ſeptenarium vocabant Pythagorei,187.P

Tempus quomodo diuidatur,348.P

Temporis ordo,*Vide Ordo temporis.*

Tempus ſignificare quid.lib.1.cap.12.

Tempus adſignificare, ſeu ſignificare cum tempore,ibid.

in Tempore,ibid.

in Tempore eſſe,*Vide Quando.*

TEMPORALIS.

Temporalis enuntiatio.*Vide Conditionalis.*

Temporales enuntiationes, partim ad conditionales,partim ad copulatiuas reuocantur, lib.3.cap.15.& 16.

TENEBRÆ.

Tenebræ tum dicuntur cerni cum in rebus obiectis lumine capacibus nullum cernitur lumen,277.F.& 278.P.

TERMINVS.

Terminus communis analogus vt diſtribuatur quid requiratur,557.P

Terminus quis generationis ſtatuẽdus, 460.F

Terminus quid,lib.1 cap.18.& lib.6.cap.9.

Terminus vnde dictus,lib.1.cap.18.

Terminorum variæ nuncupationes, *Vide Nominum ac verborum varia nuncupationes.*

Terminorum variæ diuiſiones, lib.1.cap.37. & ſe.& lib.6.cap.9.

TERRA.

Terra quomodo dicatur appetere inferiorem locum,45.P

Terra cur vocata à veteribus Poëtis magna mater explicat Arnobius,247.M

Terram rerum omnium principium materiale poſuit Heſiodus,247.F

Terram eſſe primam rerum omnium materiam qui iudicarunt,247.M

Tertia figura,*Vide Figura tertia.*

Theſis,lib.6.cap.6.

THALES MILESIVS.

Thales Mileſius floruit ætate Ezechielis & Danie-

Danielis prophetarum, quo tempore apud Romanos regnabant, Tarquinius Priſcus & Seruius Tullus,166.P
Thales Mileſius cur primus primæ philoſophiæ auctor dicatur,166.P
Thaletis opinio de primo principio non recte à quibuſdam explicata.248.M
Thales cur aquã poſuit primum principium, 248.P
Thales Mileſius primus auctor & quaſi parens naturalis philoſophiæ,247.F
Thaletis nulla ſcripta extabant tempore Ariſtotelis,& quæ ſcripſerat,167.P

THEOLOGI, THEOLOGIA.

Theologi quidam negant ex quibuſuis contrariis ſequi contradictoria,651.M
Theologi quomodo rerum ideas ponant, pagina,241.M
Theologia non alia principia habere poteſt, quàm per reuelationem accepta,500.F
Theologia qua ratione diſtinguatur à Metaphyſica,500.M
Theologia ſacra omnium ſcientiarum nobiliſſima,401.F
Theologiæ ſacræ finis eſt cognitio eorum ad quæ intelligenda nullum naturale lumen creaturæ ſatis eſt,500.M

THEOPHRASTVS.

Theophraſtus Ariſtoteli ſucceſſor deligitur, pag.3.M

THEORICA.

Theoreticam ſeu contemplatiuam ſcientiam practicæ anteponendam cenſet Ariſtotel. Pag.40.F

ΘΕΟΣ.

Θεὸς vnde deriuatum nomen,306.P

D. THOMAS.

D.Thomas quomodo intelligendus cum ens rationis conſtituit ſubiectum Logicæ pagina,370.P
D.Thomæ ſententia qua aſſerit *hominem naturaliter ferri in finem vltimum, nec tamen naturaliter illum poſſe aſſequi ſed per gratiam tantum*, explicatur,61.P
D.Thomæ ſententia explicatur quæ ait libros Phyſicorum præcedere cæteros libros naturalis philoſophiæ, quemadmodum Metaphyſica præcedit cæteras ſcientias, 424. M. F
D.Thomæ ſententia de cognitione vniuerſalium,118.P.quam tribus rationibus probant eius ſectatores,ibidem per totam.

TIMOTHEVS MVSICVS.

Timotheus muſicus quis fuerit & quo tempore floruerit,185.F
Topicus Syllogiſmus. *Vide, Dialecticus Syllogiſmus.*

TOTVM.

Totum eſſentiale quibus nominibus vocetur pag.116.
Totum vniuerſale quo cognitionis genere à nobis cognoſcatur,116.P
Totum multiplex,lib.7.cap.18.
Totum,vt totum,vnum quid eſſe debet, libro 4.cap.2
Totum eſſentiale quid,lib.4.cap.4.
Totum vniuerſale quid,lib.4.cap.4.
Totius poteſtate diuiſio,lib.4.cap.5.
Totius locus,lib.7.cap.18.& 36.

TRANSCENDENS.

Tranſcendens nomen quid,lib.1.cap.28.
Tranſcendentia non poſſe ſignificare diuerſas naturas reales,516.M
Tranſcẽdentia non ſignificare vnam aliquam naturam quæ ſit communis Deo & primis generibus Entium,499.F
Tranſcendentia ſex,ibid.lib.1.cap.28.
Tranſcendentia quomodo diſtinguãtur apud quoſdam,586.M
Tranſumptionis locus ad locum notationis reuocatur,lib.7.cap.15.

TROIA.

Troiæ excidium in ætatem Sanſonis incidit, 166.F
Troiæ excidium ſexcẽtis triginta annis Thaletis Mileſij obitum anteceſſit,166.F

TROPVS.

Tropus,lib.1.cap.9.
Tropi omnes ex locis dialecticis deſumuntur, lib.7.cap.37.
Tropi omnes ad Oratores pertinent,ibid.
Tropi nec ad probandum, nec ad amplificandum, ſed ad ornandam orationem ſumuntur,ibidem.

V

VBI.

VBI quid,lib.2.cap.15.
Vbi duplex cõmune & propriũ,l.2.c.15.
Vbi ſex habet ſpecies,lib.2.cap.15.

VEL.

Vel quando disiunctim, quando disiunctiue accipiatur,lib.8.cap.7.

Verbum

Digitized by Google

VERBVM.

Verbum diuinum, vnica ratio formalis diuinæ eſſentiæ, 625. M
Verbum principale quid, lib. 1. cap. 36.
Verbi diuini productio in Platonis Timæo legitur, 20. M
De Verbi diuini productione nihil ſcripſit Ariſtoteles, quod non errori, ſed puræ ignorationi tribuendum eſt, at Plato eam ita malè intellectam in Timæum tranſtulit, vt fons Arrianorum haberi poſſit, 21. M
Verbi prædicationem non tollit partiū enuntiationis commutatio, lib. 1. cap. 14.
Verbi vox omnibus dictionibus communis, lib. 1. cap. 18.
Verba præteriti ſæpe omnem temporis differentiam complectuntur, 38. M
Verba triplicia. *Vide Nomina.*
Verba non indicatiui modi non ſunt verba, lib. 1. cap. 16.
Verba vt verba hoc peculiare habent, vt ipſa per ſe prædicari poſſint, lib. 1. cap. 14.
Verborum variæ nuncupationes. *Vide Nominum, ac verborum variæ nuncupationes.*

VERITAS.

Veritas ſimplex an complexa, vtra perfectior, 289. P
Veritas intellectus diuini etſi non dicit conformitatem illius cum rebus creatis, ſignificat tamen conformitatem eius cum re increata, quæ eſt primarium diuinæ eſſentiæ obiectum, 622 M
Veritas prima ſimplex prior eſt omnibus aliis, 290. P
Veritas triplex, 617. P
Veritas eſt proprietas eſſe cuiuſque rei, quid ſtabilitum eſt ei inquantum talis res nata eſt de ſe facere veram exiſtimationem, & in quantum propriam ſui rationem quæ eſt in mente diuina imitatur, 619. P
Veritas negatiuæ ſemper fundatur in veritate alicuius affirmatiuæ, 626. P
Veritas ſimplex eſt duplex, vna quatenus res conformantur intellectui diuino, vt eſſe poſſunt, altera quatenus illi conformantur, vt ſunt actu, 625. M
Veritas primi entis eſt conformitas illius cum ſua ratione formali, 624. M
Veritas non cognoſcitur à nobis, niſi in rationibus æternis quæ ſunt in mente diuina, & quomodo, 622 F
Veritas rerum exiſtentium includit in ſui ratione entitatem earum, & ſuperaddit habitudinem adæquationis opinionis S. Thom. 604. M
Veritas eſt adæquatio ſeu conformitas rei & intellectus, 604. P. & 614. M. F
Veritas num ſit conformitas inter res enuntiatiuè conceptas & conceptus apprehenſiuos, an iudicatiuos, 610. F
Veritas non omnis conſiſtit in compoſitione & diuiſione, ſed aliqua etiam in ſimplici rerum apprehenſione, 606. P
Veritas quod dicatur eſſe in ſolo intellectu componente intelligendum eſt non de veritate concepta ſed exercita, 608. F
Veritas cum dici ſolet perfectio intellectus, veritas pro veritatis cognitione accipitur, pag. 616. F
Veritas eſt eius quod verè eſt firma intellectio, 616. F
Veritas eſt qua oſtenditur id quod eſt, 616. F
Veritas eſt animi cibus, 616. F
Veritas quo pacto reſultat in rebus & intellectu, 615. F
Veritas ſemper præcedit cognitionē in creaturis quidem ex natura rei, in Deo autem noſtro intelligendi modo, 609. P
Veritas quæ propriè ad diſputationem Metaphyſicam ſpectet quid ſit, 618. P
Veritas quomodo dicatur non eſſe propriè, niſi in cognoſcente, 608. F
Veritas futuri contingentis, lib. 3. cap. 6.
Veritas cum dicitur conformitas rei & intellectus non eſt accipiendum nomen rei ſecundum eſſe obiectiuum, ſed ſecundum eſſe reale, 615. M
Veritas non omnis dicitur omnis cōformitas, 614. M
Veritas ſimplex aliquando dicitur de conformitate rerum cum intellectu, aliquando de conformitate intellectus cum rebus, 612. M. Quod probatur inductione & à decendentia, ibidem à perfecta conformitate inter Deum, & diuinum intellectum, & à ratione menſuratj, 613. P
Veritatis cognoſcendæ difficultas in quo poſita ſit, in ipſis rebus, an in nobis, diſputatur, 241. & ſequent.
Veritatis cauſam aliter practicus, & aliter contemplatiuus conſiderant, 287. P
Veritatis cognoſcendæ difficultas vnde oriatur, 284. F
Veritatis communis tractatio maximè ad primum Philoſophum pertinet, 283. P
Veritatis cognitio cur partim facilis, partim difficilis, 282. F
Veritatis aliquod genus dandum eſt, quod ſit peculiare, ac proprium entium realium, quæ vera Entia appellamus, & à non veris diſtinguimus quæ veritas non eſt compoſitionis & diuiſionis, pagina 606. M
Veritatis gradus dantur in rerum natura, vt alia dicantur magis vera, alia minus, pag. 675. P

Veritatis cognoſcendæ difficultatem partim in nobis, partim in rebus ipſis ſitam eſſe, 242. F
Veritati ſimplici non opponi contrariam falſitatem, 609.M
Veritatem quomodo accepit Ariſtoteles cum diſiunxit fines ſcientiæ Theoreticæ & Practicæ, 289.M
Veritatem in ſola compoſitione & diuiſione intellectus conſiſtere qui ſenſerint, 605.P
Veritatem non eſſe conformitatem rerum ad intellectum, ſed intellectus ad res, nempe quatenus intellectus de rebus aliquid enuntiat qui aſſeruerint, 605.P
Veritate prima quomodo omnia dicantur vera, 618.F
de Veritate variæ ſententiæ explicantur, 605. per totam.

VERVM.

Vera Enuntiatio, quid, lib.5.cap.5.
Verum quomodo dicatur prima paſſio Entis poſt vnum, 617.M
Verum num ſit obiectum Intellectus, 618.F.& ſequentib.
Verum cui opponitur falſum non dici de rebus vt reſpondent conceptibus ſimplicibus: ſed tantum enuntiatiuis: At verum quod eſt paſſio Entis conuenire rebus vt reſpondent rationibus ipſarum formalib. exiſtentibus in mente diuina, 625.M
Verum eſt propria paſſio Entis, 614.F
Verum ſignificare formaliter ſolā relationem connotato tamē, ſiue inſinuato ente, 604.M
Verum addere Enti ſolam relationem rationis, eámque ſolam formaliter ſignificare, 604. F
Verum an ſit paſſio Entis diſputatur, 603. & ſeq. ponuntur Argumenta partis negatiuæ, 603.M.F
Verum & falſum quo pacto in ſola compoſitione ac diuiſione conſiſtant, 608.M
Veriſſima ea dicuntur quæ ſunt cauſſæ cæteris, cur vera dicantur, 286.F.& 287.P

VESPERTILIO.

Veſpertillionum ſimilitudo ab Ariſtotele allata in quo ſenſu intelligi debeat, 298.F

VETERES.

Veteres propter ſolius materiæ cognitionem ſe ſapientes eſſe arbitrabantur, 439. M
Veteres non omnino negauerūt cauſſam formalem, 244. P
Veteres omnes naturales in quo conuenerunt in explicatione cauſſarum, 165.F
Veteres Philoſophi rectius quam Plato rerum naturalium principia inquiſiuerunt, 484.F
Veteres Phyſici non ſatis accommodatè prima rerum principia pertractarunt, 648. M
Veterum ſententiæ de ſapiente ſimpliciter quomodo intelligendæ, 95.96.& 97.
Veterum abſtruſæ opiniones de principiis rerum, 177.M
Veterum ſententiæ de cauſſis, 165.P
Veterum error in abſtrahenda ſubſtantię, pag. 125. P
Veterum prima Philoſophia, 489. M

VIA, VIVERE.

Via duplex auſcultationis & inuentionis, lib.7. cap.40.
Videndi ſenſus cur nobis carior quam reliqui, 30. P

VIRTVS.

Virtus regitiua quam Medici quidam in animantibus ponunt aliis qualitatibus præſidentem non erit accidentalis, ſed ſubſtantialis, 270.M
Virtutis cuiuſque tractatio ad quam quæſtionem pertineat, lib.7.cap.40.
Virtutem moralem eodem modo appeti ab homine quo appetitur ſcientia, 51.M
Virtutes non ſunt nobis inditæ per Idearum participationem, ergo nec ſcientiæ contra Platonem, 68.F
Virtutes intellectuales ſunt altioris ordinis, 51.M

VISVS.

Viſus quid, lib.5. cap. 6.

VNITAS.

Vnitas apud Pythagoricos nō medio vniuerſi, ſed primæ cauſſæ accommodabatur, 257.F
Vnitas par impar à Pythagoricis vocata, & quare, 257. P
Vnitas hominis poſt reſurrectionem quomodo ſit eadem cum ea quæ eſt ante Reſurrectionem, 600. M
Vnitas tranſcendens quo pacto petire poſſit, 599. F
Vnitas tranſcendens, neque eſt indiuiſio, neq; indiuiſibilitas in partes realiter conſtituentes, ſiue eſſentiales illæ ſint, ſiue integrantes, ſed eſt diuiſio in hoc & non hoc, 599.M

VNIVERSALIS, VNIVERSALE.

Vniuerſalis res poteſt diſtinctè cognoſci, vt totum eſſentiale & confuſè, vt totum eſſentiale, 116. P. M

Vniuerſalis

Vniuerſalis natura cognoſcitur eadem potentia qua cognoſcitur res ſingularis, habente tamen ſe vt linea recta ſe habet,ad ſeipſum præſens inflexam, 154.P
Vniuerſalis Enuntiatio, *Vide Enuntiatio vniuerſalis.*
Vniuerſale quid,lib.2.cap. 1.
Vniuerſale nomen quid,lib.1.cap.26.
Vniuerſale totum.*Vide Totum vniuerſa.*
Vniuerſale duobus modis conſideratur, 113.F
Vniuerſale illud eſt nobis notius cuius indiuiduum fortius mouet ſenſum,119.P
Vniuerſalia non fieri præciſa omni operatione intellectus,618.M
Vniuerſalia quo ſunt vniuerſaliora eo ſunt cognitu difficiliora,119.M
Vniuerſalia ſola per ſe cadunt ſub ſcientiam, 119.M
Vniuerſalia quorũ ſpecies intelligibiles prius imprimuntur in intellectu ſunt nobis cognitu faciliora,119.F
Vniuerſalia quæ facilius abſtrahuntur facilius cognoſcuntur,120.M
Vniuerſalia vt vniuerſalia ſunt non eſſe ſubſtantias,486.F
magis Vniuerſalia quomodo dici poſſint nobis notiſſima,125. M
Vniuerſalia ſi ſumantur vt tota eſſentialia vniuerſaliora ſunt nobis notiora,117.P
minus Vniuerſalia quomodo dixit D. Thom. eſſe nobis notiora,131.F
Vniuerſalia cur dicantur ratione notiora & ſenſu ſingularia,161.M
Vniuerſalia vt Vniuerſalia ſunt, non intelliguntur à nobis niſi per abſtractionẽ à ſingularibus,116.F
Vniuerſalia abſtrahendi duplex modus,124.P partim inter ſe conuenientes,partim eſſentientes,ibid.F.M.& F
Vniuerſalia eſſe nobis cognitu faciliora quod aſſerit Ariſtoteles, 1. Phyſicorum duobus modis accipi poſſe, 131.P
minus Vniuerſalia ſimpliciter & abſolute nobis ſunt cognitu faciliora,128.P
Vniuerſalia ſunt magis principia in genere cauſſæ materialis, minus autem vniuerſalia in genere cauſſæ formalis,457.F
Vniuerſalia eſſe cognitu difficillima, 423.P
Vniuerſalia nomina apud Grammaticos appellatiua,lib.1.cap.26.
Vniuerſalia nunquam mutantur niſi ex accidenti ſcilicet ratione ſingularium,lib.5.c.8.
Vniuerſalia ſigna duplicia. *V. Signa vniuerſalia.*
Vniuerſalia ſola definiuntur,& cur,lib.5.cap.8.
Vniuerſalium cognitio non fit niſi per abſtractionem à ſingularibus,120. M
Vniuerſalium nomine quid intelligendũ,89.P
Vniuerſalium prædicatio duplex in quid, & in quale,lib.2.cap.2.
Vniuerſalium quinque inueſtigatio,lib. 2.c.7.
Vniuerſaliora eſſe notiora à nobis probat D. Tho.tribus rationibus,125.F.& 126.P.M
ad Vniuerſaliora concipienda nos eſſe maaſſuetos,127.P
Vniuerſaliora eſſe priora natura minus vniuerſalibus,472.P
Vniuerſaliora an prius confuſè cognoſcantur, quominus vniuerſalia proponitur,117.F
Vniuerſaliora eodem genere cognitionis eſſe nobis notiora, ſententia D.Tho.118 P
Vniuerſaliora quî difficilius definiantur, libro 5.cap.7.
Vniuerſaliſſima eſſe cognitu difficillima ex Ariſtotele probatur,123,M F
Vniuerſaliſſima quibus ſunt difficillima cognitu,89.

VNIVOCVM.

Vniuocum diuerſa comparatione æquiuocum eſſe poteſt,lib.1.cap.21.
Vniuocum nomen quid,lib.1.cap.21.
Vniuocum omnibus cauſis dari non poſſe, 436.P
Vniuocum eſſentiale triplex tantum nempè genus ſpecies aut differentia,532.F
Vniuoca nomina penè nulla ſunt, ſi quoad omnia ſignificata conſiderentur, lib. 1.c.21.
Vniuoca vniuocantia & vniuocata quæ, lib. 1.cap.22.
Vniuoca vniuocata tractauit,Ariſtoteles, lib. 1.cap.22.
Vniuocorum conuenientia,534.F

VNVM.

Vnum addere Enti aliquid reale ex Sententia Scoti,588.& eiuſdem argumenta,ibidem.
Vnum non addere Enti aliquid reale poſitiuũ ab eo formaliter diſtinctum, eo pacto quo attributa diuina diſtinguuntur inter ſe, 592 P.M
Vnum non eſt reipſa diſtinctũ ab Ente, 591.P
Vnũ nihil addit Enti quod reale & poſitiuum ſit & ab ente realiter diſtinguatur,591 M
Vnum non eſt omnino idem cum ente,591.P
Vnum addere Enti ſolam negationẽ diuiſionis per modum priuationis, ita tamen vt non ſignificet formaliter ipſum ens, ſed ſolum connotatiuè,590 F
Vnum qua ratione vnũ eſt, & ab ente diſtinguitur nullam dicere perfectionem, 589.P
Vnum nihil addere Enti præter negationem diuiſionis,ſententia eſt Thomiſtarũ, 589.F
Vnum addit Enti negationem diuiſionis per modum priuationis, ita tamen vt formaliter non includat Ens, 591 M
Vnum & multitudo non dicuntur de non entibus

tibus niſi quatenus non entia modo aliquo entia ſunt.594.M
Vnum addit enti negationem aliquam, vel relationem rationis,592.F
Vnum communiſſime ſumptum etſi dicatur de entibus rationis, tamen vnum reale nō dicitur niſi de entibus realibus,600.M
Vnum ſimpliciter & multa ſimpliciter,nō dici de ente reali ac per ſe quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ,quorundam opinio, 600.F
Vnum eſſe neceſſario reciprocatur cum Ente,598.F
Vnum eſſe veram paſſionem Entis,& quo pacto ſit,596.F
Vnum ſolam rationē indiuiſionis formaliter importat,647.M
Vnum ſimpliciter non dici niſi de rebus ſimplicibus opinio nominalium, 602. P. Quæ refutatur ab auctore,ibid.M
Vnum nō eſſe paſſionem Entis quibus rationibus probari poſſit,585.P.M
Vnum non dici quidditatiue de Ente, contra Flandrenſem,571.M
Vnum an ſit vera paſsio Entis diſputatur, 584. & ſequentibus.
Vnum abſolutè & comparatè quomodo differant,597.M
Vnum verè, ſeu verè vnum ſignificare non multas,669.F
Vnum non dici Vniuocè nec multitudinem, 517.P
Vnum & ens an ſint ipſæ rerum ſubſtantiæ, an verò ſubſtantialia principia quæſtio explicatur valde difficilis,& quare,471.P
Vnum non eſt idem abſolutè, quod non diuiſum,520.P
Vnum definitur eſſe id quod diuidi nō poteſt, 455.F
Vnum tranſcendens,quid,471.P
Vnum an multis priuatiua oppoſitione opponatur,520.M.F.& 521.M
Vnum eſſe primam paſsionem entis probatur,513.F
Vnū tot habet ſpecies,quot ipſum ens, 516.M
Vnum eſſe principium primum ex ſententia Platonis.455.F
Vnum duobus modis accipi poſſe,519.F
Vnum per accidens quid, & cur non definiatur,lib.5.cap.8.
Vnum per accidens pluribus definitionibus definiri poteſt,lib.5.c.8.
Vnum per ſe quid,lib.5.cap.8.
Vnius variæ definitiones,596.F.& 597.P
Vnius cum Ente quanta ſit connexio, 584.F

VOCALIS.

Vocalis oratio clarior quàm ſcripta , lib.1.c.7.
Vocalis oratio totam ex oratione mentis vim habet,lib.1.cap.7
Vocalia nomina potius tractantur à Dialectica,quam ſcripta,lib.1.cap.7.

VOLVNTAS.

Voluntas quomodo affecta ſit ad fœlicitatem & miſeriam,47 P
Voluntas quomodo affecta erga ſummum bonum & ſummum malum,46.F
Voluntatis actum tribus modis dici poſſe naturalem,47 F

VOLVPTAS.

Voluptas eſt finis multarum artium,41.M

VOX.

Vocis nomina ac verba , ſunt ſigna eorū quæ ſunt in mente,& ſcripta eorum quæ an voce,lib.1.cap.7.
Vocum quædam ſunt partes orationis,quædā tantum vincula,lib.1 cap.15.

VTILE, VTILITAS.

de Vtili & honeſto diuerſæ ſententiæ,26.M
Vtilitas rerum ex ſupremo fine metienda eſt, 26.M
Vtilitas quæ à Metaphyſica in cæteras ſcientias redundet,26.M

X

XENOPHANES.

Xenophanes teſte Ariſtotele fuit præceptor Parmenidis, ibidem.
Xenophanes nec formæ, nec materiæ rationē videtur conſideraſſe,181.P
Xenophanes Colophonius,Parmenides Eleates,& Meliſſus Samius, dicendū cenſuerunt res omnes naturales quæ putantur eſſe diuerſarum ſpecierum eiuſdem eſſe rationis & eſſentiæ,151.M
Xenophanes,Parmenides, & Meliſſus, omnia vnum eſſe Philoſophati ſunt , 170.P. idque immobile,F.& 189.per totam.
Xenophanes poſt Babylonicam captiuitatem florebat,ſed antè Anaxagoram,170.P

Z

ZENO.

Zeno quo pacto Stoicam ſectam inuenerit,
Zeno Citticus auctor ſectæ Stoicæ,231.F
Zeno Eleates non tanti feciſſet rationes quibus motum non eſſe concludebat , niſi nimium intellectui credendum putaſſet,72.F. & ſequent.P
Zeno Stoicorum princeps,16.F
Zeno Eleates Parmenidis diſcipulus,473.F
Zeno ſolum corpus eſſe aliquid differebat,pa. 424.P
Zeno admodū ineptè Philoſophabatur , pag. 474.P

Laus Deo virginiq; matri Mariæ.

Digitized by Google

SERIES CHARTARVM.

† †† †††.

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω αα ββ γγ δδ εε ζζ ηη.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ.

AAAA BBBB CCCC.

FINE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google